





62

62

62

62

62

62

62

62

62

62

62

62

62

62

62

62



FACULTAD



1219





Expurgado año 1897. J. de Cordero

FACULTAD DE
TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO



EVSEBII

PAMPHILI CAESARIENSIS,
uiri ut sanctissimi, ita multiuaria rerū
& diuinarum, & humanarum cogni-
tione clarissimi Opera, quæ magna ha-
cenus doctorū uirorum industria, per-
lustratis diligenter instructissimis pas-
sim locorum Bibliothecis, inueniri po-
tuerunt: omnia castigatiora & locuple-
tiora, quàm antehac unquã, edita: quo-
rum Catalogum uersa hæc pagela,
una cum eorum interpre-
tibus continet.

Expurgado año de 1708

Edidit J. de Cordero
BASILEÆ,
PER HENRICVM
PETRI.

*Es de la Comp^a de Jesu de Pala. Dote el Sr don Francisco de
Reynoso abbad de Ustillo. Mayo 1992. ora pro eo*



eorum quae haec volumina
complectuntur Catalogus.

TOMVS I.

- De Euangelica preparatione, Georgio Trapezuntio interprete, Lib. XIII.
De Euangelica demonstratione, quos Donatus Veronensis latinitate donauit,
Lib. X.
De Historia ecclesiastica, Rufino interprete, Lib. IX.
Item Rufini presbyteri Aquileiensis historiae ecclesiasticae, quae Eusebius alius
post se commemoranda reliquit, Lib. II.
De uita Constantini, Ioanne Portesio interprete, Lib. V.
Eusebii aduersus haeresim Hieroclis, Zenobio Acciolo interprete, Lib. I.
De philosophorum circa res naturales & mundi partes dissensione, Lib. I.

TOMVS II. CHRONICON

- Eusebii, quod D. Hieronymus transtulit.
Item D. Hieronymi presbyteri.
Prosperi Aquitanici.
Matthiae Palmerij Florentini.
Matthiae Palmerij Pisani. Item duorum quorundam doctrina & fide insignium
uirorum, qui res gestas memoratu dignas usque ad hoc tempus perscripserunt.

DE EUSEBIO CAESARIENSI,
Ex Catalogo Diui Hieronymi.

Eusebius Caesariae Palaestinae episcopus, in scripturis diuinis studiosissimus, &
bibliotheca diuinae cum Pamphilo martyre diligentissimus peruestigator, e-
didit infinita uolumina, de quibus haec sunt: *εὐαγγελικὴ ἀποδείξις*, hoc est, Euā-
gelicae demonstrationis, Lib. XX. *εὐαγγελικὴ προπαρασκευασίς*, hoc est, Euangelicae
preparationis, Lib. XV. *ὁρασις*, hoc est, diuinæ apparitionis, Lib. V. Ecclesia-
stica historia, Lib. X. Chronicon canonum omnimoda historia. Et de Euan-
geliorum diaphonia, In Esaiam, Libri X. & contra Porphyrium, qui eodem tem-
pore scribebat in Sicilia, ut quidam putant, Libri XXX. de quibus ad me uiginti
tantum peruenerunt. *τοπικὴν* Lib. I. *ἀπολογία* pro Origene, Lib. VI. De uita Pa-
phili, Lib. III. De martyribus alia opuscula. Et in centum quinquaginta
Psalmos, eruditissimi commentarij. Et multa alia. Floruit maxi-
mè sub Constantino Imperatore, & Constantio,
Et ob amicitiam Pamphili martyris, ab
eo cognomen fortitus est.

CLARISSIMO THEVTONICORVM
EQUESTRI ORDINIS HEROI, D. FRIDERI-
cho ab Honburg, Commendatori in Büken, Domino
ac patrono suo, Marcus Hopperus
S. P. D.



RODEVNT ecce denuò, Heros clarissime, Euse-
bii Pamphili Caesariensis episcopi opera, ca-
stigatiora & locupletiora quam antehac un-
quam. Nam, ut quid in hac editione praestitum
sit, clarius intelligas, singula, sicut se ordine
hic sequuntur, huius autoris uolumina breui-
ter percurrā. Primi uerò inspiciendi se nobis of-
ferunt, qui *περὶ τῆς εὐαγγελικῆς προπαρασκευασίς*, hoc
est, de Euangelica preparatione libri inscribuntur. In quibus, quod
argumenti eorum loco obiter dicā, *τὴν πολὺν τοῦ ἐθνῶν ἀπάντων πλάνην*,
hoc est, turpem hunc de deorum multitudine gentium omnium er-
rorem, nec non de Fati necessitate, & captandis oraculorum respon-
sis uanam superstitionem, adeo quæ totam eorum religionem euiden-
tissimis rationibus confutat. Hebraeorum contra, ceu ueram sinceram-
quæ, diuinitatis testimonijs comprobatur. His haecenus, Latinis in-
quam, ultimus, quem decimum quintum eius *πραγματικῆς* ipsemet esse
se fatetur, totus defuit. Quod sane, cum inspecto Graeco codice, Typo-
graphus animaduertisset, transferendi eius prouinciam mihi tradidit.
Quem equidem laborem, etsi honestus & utilis ualde sit, homine quæ
studio dignus, quia tamen maiorem linguæ utriusque peritiā requi-
rat, quam cōsequi me unquam (ingenuè fateor) posse sperem, penitus
reculasse, nisi diuersum pietas suauisset. Ne igitur non parere, nego-
tium id suscepi, & librum eum uertere ex Graeco pro ingenij mei te-
nuitate coepi: quam uerò feliciter absoluerim, aliorum iudicium esto.
Hunc autem quo minus quatuordecim illis annectendum censueri-
mus (nam in calcem primi huius tomi eum reiecimus) certæ quædam
rationes subsunt. Lacunulae aliquot, quæ inter legendum in eo occur-
rent, non à nobis nunc primum, sed in Graeco quoque codice relictae
sunt: quas quomodo completem, quoniam diuinare facile mihi non
erat, ne pro proprijs aliena, pro ueris forte falsa, quod equidem turpe
foret, insererem, intactas quoque reliqui. Verum ne hoc quidem, quod
candidi esse puto, diffiteri possim: quod quæ autor hic noster ex Plo-
tino & Plutarcho in librum hunc adduxit, eorum in istis translationem
secuti simus, qui eos iam antea uerterunt: hunc quidem G. Budæus, il-
lum uerò Marsilius Ficinus, uiri sanè extra omnem ingenij aleam po-
siti: ne si dissimulem, mihi quoque uelle id sumere uideat. Est uerò
hoc libri eius argumentum. Aristoteles primum & Platonis circa bo-
norum finem, prouidentiam, quintam essentiam, animæ substantiam,
& immor-

EPISTOLA.

& immortalitatem, ac denique ideas, mirabiles pugnas narrat. Secundo, Stoicorum de rerum primis principiis, de Deo, de ente, de uniuersis cum exustione, tum restitutione, uarias opiniones ex philosophorum libris recēset. Tertio denique, de mundi uisibilibus partibus, quarum pro dijs suis plerisque coluerunt: terra inquam, cælo, aqua, sole, luna, nec non reliquis tam fixis, quam erraticis stellis: quæ horum omnium sint substantiæ, magnitudines, qualitates, illuminationes, & aliæ eorum affectiones, mirabiliter dissentientes philosophos ex Plutarcho in *ἑπιτομῇ* refert. Postremo uero Socratis, uiri, uel oraculo teste, sapientissimi sententia cōcludit, quæ, ut Xenophon scribit, est: homines de uita secundum uirtutem instituenda cogitare multo magis debere, has & enim rerum sublimium, quæ captum nostrum superant, speculationes inanes prorsus esse. Hactenus quidem de his. Sequuntur nunc, qui *περὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως*, id est, de Evangelica demonstratione inscribuntur, libri decem, *ἑνδεκάβιβλα*, ut ipse loquitur, *ἑπὶ θεοῖς*, in quibus CHRISTI Domini nostri regnum plenissime describit atque demonstrat. Dignum profecto opus, quod Christianus cuius non solum legat, sed, si fieri possit, etiam ediscat. Est enim cōsolationis plenum: est inquam Iesus qui in fide adhuc per infirmitatem fluctuant, cōsolidatio & firmamentum presens. Nam quicquid hic asseritur, non humanis rationibus confirmatur, non philosophorum, quæ certissime (& merito quidem) habentur, demonstrationibus corroboratur, sed per Dei prophetarumque diuinam uocem demonstratur. Est autem, si summam horum librorum simul inspicere iuuat, hæc eorum quæ in Iesu docentur, perioche. In primo quidem aduersus Iesus respondet obiciētib; quæ, cum Hebræorum tam sanctè amplectamur libros, nō etiā uiuēdi ratione & instituto eos imitemur: Vbi quid CHRISTI hæc noua ecclesia à Moyse ueteri synagoga differat, quomodo legis cedente umbra, cum CHRISTI aduentu ueritas ipsa illuxerit, copiose ex diuinis libris edisserit. In secundo uero, Gentium in CHRISTI ESU regnum uocationem, omnium prophetarum testimonijs cōprobat. In sequentibus postea tribus libris, CHRISTI utraque naturam, diuinam inquam & humanam, sicut à Moyse & prophetis sub umbra depictus est, explicat: & in IESU Mariæ filio spectatam satis utramque & probatam multis modis esse ostēdit: ubi de abdita & arcana Christi natura, quomodo Deus cum Deo patre, rerum omnium creaturarum principium & causa præcedens sit, fusius pertractat. In quinque demum posterioribus (ut simul complectar) ea quæ de Dei & ad humana descensu, & ex humanis post peractum sibi à patre demandatum negotium in cælos ascensu, prophetarum libri testificantur, præstita omnia in IESU esse, & impleta, obseruatis diligenter loci, temporis, modique circumstantijs, cum Dei inter homines apparitionis, tum ad cælos eiusdem ascensionis, clarissime demonstrat. Et hoc quidem breue horum X. librorum argumentum esto. Cupiebamus equidem principium

NUNCUPATORIA.

pium eis & finē adijcere (est enim *πραγματῖα ἀκίραλα ἢ ἀτελεύτητα*) sed Græcū quoque (contuli enim) Iesus caret. Ecclesiastica hinc sequitur historia, quæ tertiam huius uoluminis partem constituit: ubi rerum, quæ ad annum usque CHRISTI CCCXXVI in Ecclesia gestæ sunt, memoria hominū dignæ, seriem nouem libris complexus est: opus sanè successoribus suis ad finem usque mundi cōtinuandum relinquens. Quod equidem Ruffinus, horum librorum interpres, primus (quantum scire possumus) tentauit: qui nouem illis Eusebii duos insuper à se conscriptos adiecit: quibus rerum ab eo tempore, ad Theodosij usque principis mortem in Ecclesia gestarum, memoriam cōtinuatione produxit. Hic mihi hortari eos obiter licet, quibus ocium concessum est, ut pari studio (melius enim id locare uix possunt) adijcere reliqua ad nostra usque tempora & uelint, & conentur. occasionem reliquæ nō de sunt. Historiarum libri tam ueterum quam recentium in quacūque demum lingua extant, unde colligere quis, & in unum hunc, ad cōtinuandum opus conferre posset. Subiunguntur his de uita Constantini Romanorum Imperatoris libri quinque, Ioanne Portesio interprete. Quorum sanè lectio non tam iucunda, quam utilis etiam fuerit. nam præter alia quæ ex eius historiæ lectione cōmoda capiuntur, proponitur quoque nobis ueri herois exemplū, ueri inquam militis torquati, hoc est Christianæ fidei propugnatoris: quales esse hodie debebāt, si officium suū facerent, quos Theutonicos, qui uestri sunt ordinis, equites uocant. Adiectus est postremo, aduersus Hieroclis hæresim liber unus. In quo pius hic noster episcopus, ueri rursus (sicut nunquam non) Episcopi officium agēs, zizania inter bona semina suppullulātia euellit: hoc est, Philostrati de Apollonij Tyanæi uita & moribus, libros octo, aduersus Hierocle philosophū confutat, quæ ex Iesu hūc suxeratur pem errorem, ut CHRISTO IESU Domino nostro conferre & cōparare Apolloniū illū Tyanæū magnum non dubitaret. Hæc hactenus de priori uolumine. Alter uero horum operum Tomus *χρονικῶν*, quæ uocant seriem ad hunc usque annū, doctorum uirorum opera et industria continuatam, solum continet: quorum nomina in Catalogo librorum qui totius uoluminis frontispicio adiectus est, partim nominantur: partim uero, qui sui nominis non tā studiosi fuerunt, obticentur. Hæc sunt clarissime Heros, quæ monendus mihi equus lector præfatione hac uidebatur. Tibi uero nuncupare hanc editionem uolui, ut cum referre tuam illam beneuolentiam & fauorē, quibus me sepe, cum tuorum mecuræ iam aliquando præfecisses, complexus es, nullo officij genere possim, animi saltem mei gratitudinem, & memoriam beneficiorum tuorum recentem hac dedicatione tester. Hanc igitur animi mei qualemcūque significationem suscipere benignè, & boni equique consulere uelis. Dominus IESUS in sui te ueram cognitionem & amorem misericorditer perductum conseruet. Basileæ, X. Kalendas Martij: Anno CHRISTI Domini nostri M. D. LIX.



EVSEBII CAESARIENSIS VITA
per Donatum Veronensem.



Eusebius Caesarae Palæstinae Episcopus, in scripturis divinis studio
sissimus, & bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligentif-
simus peruestigator, edidit infinita uolumina, è quibus hæc sunt:
Euangelicæ demonstrationis libri xx. Euangelicæ præparationis li-
bri xv. Theophaniæ libri v. Ecclesiasticæ historiae libri decem, Chro-
nicorum canonum omnimoda historia, horumq; ipsorum compendium: De
Euangeliorum dissonantia, in prophetam Esaiam libri x. Contra Porphyrium,
qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ut quidam putant, libri xxx. quibus ad
me xx tantum peruenierunt. Topicorum liber i. Apologiæ pro Origene libri
vi. De martyrib. alia opuscula, De Pamphili uita libri iii. Et in Psalmos cl. eru-
dissimi commentarij, & multa alia. Floruit maximè sub Constantino Imperato-
re, & Constantio: & ob amicitiam Pamphili martyris, ab eo cognomentum
sortitus. Hæc Hieronymus: quæ etiã Græcè scripta ad uerbum in commentarijs
Græcorum habentur. sed utrum illi ab Hieronymo, qui non multo post ætatē
Eusebii floruit, an Hieronymus ab illis acceperit, ego quidem iudicare aut af-
firmare non ausim. Sed idem multo plura scripsit, quàm ea sunt quæ superius
enumerantur, quorum nonnulla facile per te ipsum inuenies, si totum hoc E-
uangelicæ demonstrationis opus percurreris. De qua illa cum libros xx. edidit
Ter, decemq; dicitur ad nostras manus peruenierint omnes incolumes præter
primum, quem sine principio, omniq; inscriptione prorsus offendimus, scire o-
portet totum opus ab ipso autore diuisum fuisse in duas partes, & priori quidē
libros xv. tribuisse, quib. eos qui Euangelicā doctrinam essent percepturi, qua
si in ijs quibusdam institueret, atq; informaret, quos etiam obtalem causam de
Euangelicæ præparatione inscripsit: posteriori autē libros xx. in quibus tum ean-
dem doctrinam Euangelicam confirmat, tum ea quæ eidem aduersantur refel-
lit, ad eò diligenter atq; exquisitè, ad eò doctè ac sapienter, ut merito mihi quidē
uideatur, hanc partem de Euangelicæ demonstratione inscripsisse, tanquam is
qui in hac parte uera esse necessario demonstrat, quæcunq; ad religionem no-
stram pertineant. Tanta uerò est horum librorum utilitas, ut qui eos sibi famili-
ares effecerint, nihil sint posthac in sacris libris offensuri, ex quo non possint ali-
quem probabilem sensum elicere. Ut qui hos libros ad hanc usq; ætatem occu-
tauerint, inuidia quadam impediti id fecisse uideantur, ne tam facilis aditus ad
diuinos libros intelligendos, omnibus pateret. Sed utinam aliquando postero-
res quoq; x. libri è tenebris eruantur, atq; una cum his illi quoque uel triginta
uel uiginti quos aduersus Porphyrium ediderat: quorum quanta futura esset
utilitas, uel ex eo facile conijcere possumus, quod ut diuus Hieron. autor est,
octodecim, nouendecim & uiginti pro Daniele propheta aduersus illum
scripserat. Conuentui Christianorum interfuit Eusebius, qui apud Nicæam a-
ctus est, atq; in eo una cum cæteris patribus, ac potius illorum princeps, Aria-
na deliramenta condemnauit: & quæ in eo conuentu acta essent,
fidelissimè ac planissimè per literas, quæ etiam nunc extant,
libro uidelicet Ecclesiasticæ Tripartitæ secundo,
omnia suis ciuibus indicauit,

RERVM ET VERBORVM IN EVSEBIO
memorabilem Index.

A aron primus pontifex Hebræorum 2 tom. 23.c pag. 593.b	uincit 2 tom. 74.c	tom. 79.c	æneidam libri emendati 1 Va- 168.a	ro & Turca 2 tom. 69.c
abaris Ariolus Hyperboreanus 2 tom. 56.b & 53.a	achilles episcopus 593.b 23.c & 2 tom. 83.b	ædellus 623.a b	ægidius rex 2 tom. 10.c	ægidius rex 2 tom. 13.c
abas rex 2 tom. 27.b	achilles Aegyptum obrinet 2 tom. 82.b	ædiler Romæ facti primum 2 tom. 56.b	ægidius scientia & sanctitate clarus 2 tom. 107.b	æginata marce obtinuerit 2 to.
abander rex 2 to. 48.a	acherres rex 2 tom. 23.b	ægyptus unde dida 2 to. 25.a	æquile uocata, que nunc Pe- loponnesus 2 to. 10.c	æropetus quis 14.a
abacuc locut 307.b	achoris rex 2 tom. 23.a 57.c	ægyptiurum maxima multitu- do Africam ingressa 2 tom. 106.a	æsculapius 19.a	æsculapius 19.a
abdia propheta apud Heb. 2 tom. 39.c	acerisus rex 2 tom. 28.b	ægyptiurum regnum translatū ad Persas 3 tom. 54.b	æschylus Athenis regnat 2 tom. 46.b	æschylus Athenis regnat 2 tom. 451.a
abdir locut 330.b	aces igne in celo uisa 2 tom. 100.b	ægyptiurum iura Bochorus eouffi- tuit 2 tom. 45.a	æschylus Tragædiarum scri- ptor 2 tom. 54.d & 55.d	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abedō quidam regnarit 144.b	acromit lacus monstrū 2 tom. 166.d	ægyptus recessit à Dario 2 tom. 55.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abelbalus rex 139.b	acrostichis 709.b	ægyptus antea Aerie 2 to. 25.a	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abelis & Caini sacrificia 221.a	acta Christi apud Pilatum con- ficta 608.a	ægyptii mindesii 2 tom. 57.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abgarus Toparcha 478.a b	acta in actiaco littore inuenta edi- tiones biblitorum ab Origene 564.b	ægyptii à Mestre filio Cham 2 tom. 5.d	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abia quidam rex fuerit in Israel 144.b & 2 tom. 38.c	acton quo tempore uixit 2 tom. 29.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abimael 2 to. 6.a	adaline carcere liberata Oto- ni nubie 2 tom. 113.d	ægyptii à Mestri filio Cham 2 tom. 5.d	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abisuius Præfectus Pratorii oc- ciditur 2 tom. 84.d	adactiaco littore inuenta edi- tiones biblitorum ab Origene 564.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abimelech quædam regnarit 144.a & 2 tom. 38.c	adactiaco littore inuenta edi- tiones biblitorum ab Origene 564.b	ægyptii à Mestri filio Cham 2 tom. 5.d	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abolus ante Homertū, quidam fuerit 142.b	adactiaco littore inuenta edi- tiones biblitorum ab Origene 564.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abraham quomodo uixerit 90.b in Abraham nomine omnes gentes benedicenda 225.b	adactiaco littore inuenta edi- tiones biblitorum ab Origene 564.b	ægyptii à Mestri filio Cham 2 tom. 5.d	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abrahami promissio à Deo 207.a	adam & Eua à paradiso electi 465.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abraham primus omnium Pro- phetarum uocationem Gen- tium pollicetur 2 tom. 13.b	adam humus, sine terrigena 148.a b	ægyptii à Mestri filio Cham 2 tom. 5.d	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abraham nascitur tempore Nini 2 tom. 2. 10. c 56.b	adamantius Romam quando uenerit 564.a	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abraham moritur eod. 14.d	adantius martyr 600.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abraham primam ætatem apud Chaldæos transegit 2 tom. 6.c & 11.a	adelphedi Theodorico nupta 2 tom. 96.d	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abraham quando fuerit 139.b	adeodatus Epif. 2 tom. 105.c	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
abydenus historicus 123.b	adiabeni 486.a	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
acælius Epif. 2 tom. 85.b	admiraldus 2 to. 162.a	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
accæ Laurentia 2 tom. 44.b	admiror & ueneror, etiã non intelligo 585.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
accians fundos 2 to. 64.b	adardus rex, eius gesta 2 tom. 130.b 131.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
accius Tragædiarum scriptor 2 tom. 64.a	adon iudex rexit Israel 2 to. 32.c	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
accursius iuris peritus 2 tom. 124.d	adolosidus rex Langobardorū 2 tom. 102.b 103.a	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
accugeres rex 2 tom. 23.a	adonidis simulachrum in Be- thelechem positum 622.a	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
acciphalorum heresis 2 tom. 95.b	adoynus rex 2 tom. 97.d	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
accusatus historicus 124.a	adrastus rex 2 tom. 31.d	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
achab rex 2 tom. 39.d	adriannus 622.a	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
achali rex 2 tom. 104.a	adriana obfidio 543.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
achar quamdiu rex 144.b	aduuentus Christi declaratio 228.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
achas 2 tom. 4.c	aduentus eiusdem compro- batio ex locis aliquot scriptu- re 229.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
achas prophetat 2 tom. 37.c 38.c	aduentus eiusdem compro- batio ex locis aliquot scriptu- re 229.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
achia ab Achæo condita 2 tom. 27.a	aduentus eiusdem compro- batio ex locis aliquot scriptu- re 229.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b
achata redacta in formam pro- adyabeni superati à Scueris 2 tom. 74.c	aduentus eiusdem compro- batio ex locis aliquot scriptu- re 229.b	ægyptii Armeniam uastant 2 tom. 126.c	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b	æschines orator agnoscitur 2 tom. 58.b



INDEX

aggatus quando prophetavit 2 tom. 127.d
144.b & 2 to. 52.d & 53.d
aggatus regnat Edessa 2 tom. 80.a
agilans rex 2 tom. 37.b
agilulphus rex 2 to. 101.b.d
102.a
agens locutus sub Bocchoro rege 2 tom. 45.a
agon Androgei 2 tom. 30.d
agon cetenarius Romae primus 2 tom. 56.b
agon Gymnicus, qui Panathenaeon 2 tom. 53.a
agon Lyciorum primus 2 tom. 34.b
agon milleannorum 2 tom. 80.d
agon Olympicus constitutus ab Hercule 2 tom. 32.a
agon Nemexus primum actus 2 tom. 52.b
agon primus Solis constitutus ab Aureliano 2 to. 81.d
agrippa adopratur ab Augusto 2 tom. 70. & 69.b
agrippa Castor 518.a eius aduersus Basilidem liber, eodem b
agrippinus Episcopus 2 to. 78.a
agrippa Herodis filius a Tibertio in carcerem conicitur 2 tom. 71.d
agrippa Iudeorum rex 491.b & 2 tom. 72.a
ahmatus in Persiam fugit 2 to. 148.c
aidimus scriptor peregrine historie 2 tom. 28.b
aidoneus rex 2 tom. 27.a
ain quid 135.b
aito rex 2 tom. 126.c
aizal filius Iectan 2 to. 6.a
alacomenes indigena 26.b
ale Scaphim quid significet 358.b
alani Gallias ingressi 2 tom. 90.a
alba longa condita 2 tom. 34.a
alba Syluius rex Latinorum 2 tom. 37.b
albam Graecam Turca capiunt 2 tom. 160.d
albe regali Ferdinandus rex dia demate redimitur 2 tom. 163.c
albani uicti a Tullo Hostilio 2 tom. 49.b
albertus Marchio Brandenburgenfis 2 tom. 151.c
Germanorum milicum dux Praxia factus 163.c
albertus Imperator Romanus alexander Phryx 339.a & 2 tom. 28.b
alexander Ptolemus matrem interfecit 2 tom. 65.c
alexandri Phrygis egregia de Christo confessio 579.a b
eius encomion & fama ibid.
ab Alexandro ad Augustum nihil prophetizatum ueri 409.a b inde
alexandria condita 400.b & 2 tom. 56.a b & 122.a
alexandrie qui martyres facti 573.b
alexandriam Turca capit 2 tom. 159.c
alexandriani sediciosi 583.a
alexandrinorum regnum desinit 2 tom. 68.c
alexandra regina 401.b
alexas 475.a
alexius Imperator Orientis 2 tom. 117.a
algariza urbs 123.a
alistas rex 2 tom. 46.b & 51.b
alimento pueri trahitur ad studium 171.a
alipres curator 457.b inde
almus mons confitus uicibus a Probi militibus 2 to. 82.a
alpes Cottiae factae prouincia 2 tom. 73.c
alphonsus Ferdinandi filius rex Hispanie 2 tom. 121.d & 141.d
am 2 tom. 110.a
alphonso rex Argonum 2 tom. 135.c & 136.d
alphonso Calabriae dux Florentinum agrum populatur 2 tom. 146.b & 151.c
alphosus, Portugalliae rex sine liberis decessit 2 tom. 152.c
alraas Assyriorum rex 2 tom. 18.c
altare domini Aegyptio, 122.b
alexachenus Carolus Imperator in regnum restituit 2 tom. 168.a
amadus Sabaudiae dux factus Pontifex maximus, & dictus Felix quartus 2 tom. 135.a
amalafuina Athalatici regis Gothorum mater regnat cum Theodoto 2 tom. 98.a
amarius Hierosolymorum rex 2 tom. 122.b
amartheus regnat Aegyptiis 2 tom. 57.b
amasius quamsid rex in Israel 144.b
amasis Aegyptiorum rex 143.a & 2 tom. 27.b & 26.b

INDEX

amathus filius Chanazam 2 tom. 6.a
amatus, siue Amos discipulus Antonii 2 tom. 86.b
amazones, earum mores 81.a.b
amazones Priamo tulere auxilia 2 tom. 33.a
carundem incurfus in Asiam 2 tom. 35.c
bellum contra Thebas 2 tom. 32.b
ambrias rex Hebrorum Israel 2 tom. 39.c
ambrosius 642.a totam Italiam ad fidem Christi conuertit 2 tom. 87.d
multa Christiane scribit cod. 88.d
ambrosius ordinis camaldulensis, Graece Latineque doctus, claruit in Concilio Basiliensi 2 tom. 135.b
ambrosius Valentinianae factio, nis respicit, ab Origine admonitus 565.a
ambrosii locus 57.a
ambrosii studium & diligentia in colligendis sacris libris 568.b
ambulatio Christi in mari 427.b inde
amelius Platonius 157.a
amenophis Aegyptiorum rex 2 tom. 31. a 19. b 40. b & 21.a
ammanus Alexandrinus episcopus post Marcum Euangelistam 494.a
ammonata abi pro Christo mortua 574.b
ammonia redigit Hebraos in ditionem 2 tom. 31.d
ammonius 566.a episcopus 602.b
amoratus Domatus dux Venetorum captus 2 tom. 136.b
amoratus Turcarum Imperator moritur 2 tom. 136.d
amor in Christum 468.b
amoris diuini quae argumenta 133.b
amorrhaeus filius Chanazam 2 tom. 6.a
amos apud Hebraeos prophetae 2 tom. 43.c & quando 144.b
amos locus 220.a
amphiarus 10.b
amphilochus 10.b
amphion cantu citharae saxa mouet 2 tom. 26.b & 29.a
amphion quando scripserit 142.b
amphion regnat Thebis expulso Cadmo 2 tom. 27.b & 26.b
anabaptistarum infantia in infante Germana 2 tom. 167.d
anabaptistarum doctrinam Nicolai Stortius ferere cepit 2 tom. 161.d
anastetus Romanus Episcopus 542.b & 2 tom. 74.d
anaxeo lyricus Poeta 2 to. 53.c
anastus, siue Aurelius V, rex Assyriorum 2 tom. 12.c
anastus rex 2 tom. 53.a
anastus constitutus princeps Indorum ab Herode 2 to. 68.b
anastus castellum 37.b
anastus eufor 478.a
anastus Pontifex procurator Sacerdotum 494.b
anastus propheta Babylonie 2 tom. 50.d
anastus, Galles Ananos 494.b
anastus Pont. Ro. 2 tom. 8.c & 97. 2 122. 135. 107. a
anastus in oriente regnat 2 tom. 96.d
pellitur a Theodoro 107.b
fulmine citus interit 97.c
anastus templum Romae corruere 2 tom. 139.c
anastus Graecis, & praefectum Platoni gold 148.b
anastus Laodice episcopus 591.b & 2 tom. 82.a
anastus de Pascha scripta 592.a
anci filii Tarquinium Priscum interficiunt 2 tom. 52.a
andreas Beneuentorum dux 2 tom. 122.d
andreas Desiderii regis Laodice de Aromis sententia 199.b
andreas filius 2 tom. 109.d
andreas Aleistas 2 to. 166.b
andreas Comes de Sundeberg occisus 2 tom. 157.c
andreas ab Austria 2 tom. 166.c & 168.b
andreas Apuliz rex laqueo necatus 2 tom. 130.b
D. Andreas ut confessus sit Christum 496.a
andreas Vedramius dux Venetorum 2 to. 144. d 149. a
andreas Apostoli caput a Theodoro Palaeologo Pontifice Ro. 2 tom. 140. a
offa 4
Constantinopolitanis magno cultu excipiuntur 2 to. 86.b
androgyneus 169.a
andromacha cum marito Perseo rapitor in caelum 2 to. 25.b
andromachus interfectus a Sarmatanis 2 tom. 58.d
andronicus Imperatoris 2 to. 117.a
Constantinopolit. Imp. 2 tom. 128.b
anasthelmus Cantuariensis Episcopus 2 to. 120.a
andolphus Angliae rex 2 tom. 112.a
anogelus Acciolus pulsus Florentia 2 tom. 141.a
angelus Politianus Florentiae moritur 2 tom. 151.c
anglia facta tributaria Pontifici Romano 2 tom. 112.a
angliae regis copiae & Scotorum regis 2 tom. 166.b
angliae rex edellibulum agitat in Picardia 2 tom. 160.b
debellatur a uicerege Iberiae 2 tom. 167.c
angliae & Galliae reges pacificati 2 to. 152.c
conueniunt
angli Scotos subigit 2 to. 128.b & 130. a & 131. b
angliam rex Scotiae irripit 2 tom. 158.b
anglorum bella cum Gallis 2 tom. 127.b
anglorum regis filiam inter Delphiu sponsalia tradantur 2 tom. 102.b
annonae caritas 2 to. 102.b & 167.a
annianus episcopus Alexandrinus 2 tom. 73.b
annus solaris maior anno lunari 399.b
anaxagoras philosophus 2 to. 54.d
moritur 56.a
anaxagora schola 144.b
anaxarchus quando floruerit 201.b
anaxilans Pythagoricus Italia pulsus ab Augusto 2 to. 68.d
anaxilla dux Theodossi contra Vandalos 2 to. 93.c
anaximander Milesius 198.b
Thaleris 8.b
anaximenes philosophus 2 to. 53. d & 59. a 198. b
anicetus Pont. Rom. 520.b
anima bruta pro anima hominis Palaeologo Pontifice Ro. 2 tom. 140. a
anima hominis immortalis 160.b
anima unde Deus 200.b
anima rationalis secundum Platonem migrat in corpora brutorum 188.b
anima uis in corpore & extra corpus 162.a
animarum migratio unde primus interpretatus 138.b
animalia a quibus abstinendum 111.a
animalia ab homine quomodo tractanda 109.a
animalia Aegyptii cur colunt 17.a
animalia quando sacrificari ceperunt 49.a
animalia mirae speciei in littere inuenta 2 to. 101.b
anna Britanniae reginae Caroli uxor 2 tom. 153.a
anneberg argenti fodina 2 tom. 135.c
anneus Gallio frater Senecae 2 tom. 73.c
anneus Mella Senecae frater 2 tom. 73.c
anobere Nympha 14.b
antenor pulsus Illo 2 to. 34.a
antephareus Longobardorum dux 2 tom. 107.d
antheus rex 2 tom. 101.b
antheus Consul Ro. 2 tom. 90.
Romae regnat 95.b
occiditur a Ricinere genero suo 2 tom. 87.c
95.c
antheus Episcopus Ro. 2 tom. 80.c
eius mors 570.a
antidona condita 2 to. 69.b
antigonus rex Macedonum 2 to. 71.a
antigonus episcopus Alexandriae 2 tom. 61.c
Asia 2 tom. 59.c
reddit Atheniensibus libertatem 2 tom. 61.a
antigonus Gonatas Lacedaemone obtinuit 2 tom. 60.c
antigonus contra Iudaeos dimi- casus occiditur 2 tom. 67.c
anthinus episcopus 599.b
antinoites 563.b
antinoius puer quem Hadrianus in deliciis habuit, eius nomen urbs appellata 2 to. 77.a
antiochia capta a Rom. 2 tom. 66.a
penit tota corruiit rex ramoru 2 to. 76. b 67. d
antiochie ecclesiae clausa 2 tom. 86.d
antiochia condita a Seleuco 2 tom. 55.d
antiochus Caesar 560.b
Cyrenicus 2 tom. 64. d
Epiphanes 2 to. 62. d
Eupator 398.b
antiochus dionis Iudaeos captat 2 tom. 61.b
eisdem ad Idolatriam cogit 2 to. 63.a
in Thermopylis uincitur, 60 dem. 62.b
antiochus magnus Syriae rex 2 tom. 61.d
Pompeio se dedit 2 tom. 65.b
antiochus tyrannus 437.a.b
antipatris condita 2 to. 69.b
antipater Herodis P. 2 tom. 66.b
unus ex Tetrarchis 2 to. 70.a
rex Macedonum 2 to. 69.c
antipater Herodis pater 471.a
filio regnum a Romanis obtinet 473.a
antonia turris 403.b
inde
antonijs Caracalla 2 to. 79.d
Heliogabalus 2 to. 80.a
Lucius 2 to. 78.b
Marcus, qui & Verus Imp. Ro. 2 to. 78.a
Pius, patet patrie diuus 2 to. 77.d
b 2 & 2 tom. 520.a
antonini Caesaris epistole pro Christianis 521.a.b
antoninus episcopus Hierosol. 2 tom. 78.d
antonius dux Sabandiae Geben nam obsidet 2 tom. 165.b
antonius eremita 622.b
antonius Medicus Angusti naufragio perit 2 tom. 68. c
antonius bellum gessit cum Antonio 2 tom. 67.a
68.b
antonius M. Liberalis Rhetor 2 tom. 71.a
antonius Francisci discipulus moritur 2 to. 124. d
antonii & Augustus 2 to. 68.b
antonius monachus honeste tractatur a Constantino 2 to. 84.c
senex a medani moritur 2 to. 86. c & 80. d
antonius Rosaeus editis lib. de monarchia moritur 2 to. 141.c
antonii uita a quo conscripta 622.b
antonii eremite discipuli 637.a
antonius & Augustus in gratia redeunt 2 tom. 67.c
antipater a Platoni unde dictus 148.b
antropophagi 186.b
antuerpex in fidatio 2 to. 165.c
anubis Deus 17.a
aod quid diu regnauit 144.a
apelle hereticus 545.b
aphricanus de teporib. 398.b
aphricanus



INDEX

nicolaita unde dicitur 310.a
nicolaus Damascenus historicus b 2 to. 49.d
nicolaus hereticus 510.a
nicolai Pont. Rom. 2 tom. 144.b
nicolaus Pont. Rom. 2 tom. 144.b
nicolaus de Saxo heremita a
pud Heluetios uisit 2 to. 151.a
nicolaus Leonicensis moritur Ferratie 2 to. 161.d
nicolaus Storkius terere cepit Anabaptistarum doctrinam 1 to. 161.d
nicolaus Babolcus doctissimus princeps 2 to. 135.b
nicomachus episcopus 588.a
presbyter 588.b
nicopolis constructa ab Augusto Cesare 2 tom. 68.c
80.a 77.a
nicopolis Aegypti ciuitas 575.a
nilus episcopus 602.b
niueus bos 37 b
noctis descriptio 26.b
noe uitae ratio 90 a
non reprobo, quae non intelligo 585.b
noropes uis utum in- 585.b
nenerunt 136.b
noruegia rex uoti soluendi cau- sa uenit Romae 2 to. 144.a
nouum testamentum Erasmus Roterodamus emendat 2 to. 362.b
per Nouacula scriptura quid designet 363.a
nouariani heretici 575.b 576.b
nouatus hereticus 575.b
baptizatus in lecto 576.a.b
nubes lenis in scriptura quid 352.b
numerariorum quod olim fuerit officium 589.b
numisianus Caesar 591.a
numerii scriptura laudabile 366.
nundinae Christianorum supple- cius celebratae ubi 599.a.b
nunquid 125.b
O
oblaciones Christianorum quae 45.b
oblaciones quando, quomodo, & a quo instituta 203.a
obstinacionis Iudeorum quae cau- sa 360.b
oblinio Dei in prosperis 594.b
ochozias Israel quadiu rexit 144.
odrysius 21.a
oenomaus de uetustorum ora- culorum falsitate 64.b
egyges indigena 140.b
egygiun diluuium 141.b
oida quado prophetari 144.
oleum lictitix 468.a
olympiades quando ceperint 344.b
olympiada prima Esais tempo- ribus 139.b
olympici Iouis simulacrum ful- mine lictum 2 tom. 93.a 66.c
olympicis stadiis quis primus ui- sor 144.b
olympus episcopus Arianus in- culis e caelo misit concrema- tur 2 to. 200.b
onias Simonis iusti filius 2 to. 59.b 61.b 62.a
oppiani Halientica 2 to. 78.b
ops quomodo mater, si lapidea opuntiorum urbs sub- 38.b
uersa tremotum 2 tom. 57.d
oracula Iudeorum multo excel- lentiora oraculis gentilium 307.b iude
oraculorum authores 40.b
orades insule Rom. Imperio d Claudio adiecta 2 tom. 72.b
oresles unde dicitur 149.a
origenes 12.a
origenes auditor Antonii 566.
a audis martyrii etiamum 2
puer 586.a
origenes beatus 83.a
origenes celebritas 557. b
erga martyres officia eodem
origenes Helichestatum erro- rem restituit 572.b
origenis institutio 556.b
& studia eodem, inde
origenes Mathematicus 565. b
origenes proficitur artes 557. a
origenes quando didicerit He- braice 564.b
origenes seipsum castrat 559.b
origenis commentarii & scripta 572.a
origenis & Berylli disputatio 571.b
origenis mors 578.a
566.b
professio in Arabiam 567.b
orimon ante Homerum quaro tempore uixit 142.b
oritorum urbs Graeciae subuersa tremotum 2 tom. 73.d
orpheus aequalis Herculi 142. b
ante Homerum eod.
orphei locus 31.b
ortembergensis comites perem- ptus 2 tom. 162.a
ofiris quando Nilum denotet 37.a b
ofiris multioculos 10.a
per offidum ueteres quid defi-



INDEX

Peligni iudi a Ro. 2 to. 59. 156.
pelus episcopus 602.b
pellium urbe condit Seleucus. 2 tom. 59.d
peloponnesiaci belli initium. 2 tom. 56.d 35.c & d
peloponnesus dicta a Pelope re- ge 2 to. 27.a 11.c 10.c
Pentecostae obseruatio 203.b
depuza oppidum 548.b
peras primus Argolici templi conditor 31.a
peregrinus Philosophus rogo se inicit 2 tom. 78.a
perennius iudex 550.a
perinus Fregosus Genouam Ca- rolo regi Francorum offert. 2 tom. 138.c
peripatetici 183.b 719.a.b
piriphus 583.b
perisarum rex Turcarum urbes capit 2 tom. 165.d 167.b
persei gesta 2 tom. 28.b 31. a
29. b 25. & b
perrinae caesar 553.b
pestilencia grauiata 583.b & 2 to. 133.a 134.b 300.a 130.
c 99.a 108.a 136.c 74.d 101.
101.a 78. a & b 84.c 146.b
81.a 236.b
pestilencia innasit exercitu du- cis Brunswicensis 2 to. 163.d
pestis Alexandrina 581.b
peyalos quid 551.a 552.a
petrouardinu Turcae capiunt 2 tom. 162.d
petrus 477.b Alexandrinus 608.b. martyrio coronatur 2 tom. 83.a
petrus Apostolus sub Nerone martyrii pertulit 2 to. 73.d
petrus de Marone refertur in- ter sanctos 2 to. 139.c
petrus cur non scripserit Euan- gelium 166.a.b
petrus quando uenerit Romae. 487.b
petrus quib. predicauerit eu- gelium 496.b
petrus Romae crucifixus 263. b 495.a
petrus uxorem habuit 510.b
petri epistole 496.a
& actus, ibid. & Euangelium. eod. item reuelatio. eod.
petri & pauli icones ubi uisae. 526.b (99.a)
petri professio 496.a (582.b)
petri uerba ad suam uxorem. 511.a
petri & Apinonis disputatio. 614.b (514.a)
pfefferkorn discreptus forcipi- bus 2 tom. 138.d
phalaris Agrigentiuorum ty- rannus 2 tom. 50.a 51.a
pharao a Mose in mare praeci- pitatus 658.b
pharaonis Induratio 254.a. b
inde 2 to. 19.b 23.b 50.c
pharaonis dicti omnes reges Ae- gypti 2 to. 19.b 23.b 50.c
pharisaei 529.b
pho quid latinè 136.a
phegon Olympiadarum egre- gius supputator 2 to. 71.b
phemius quado scripserit. 142.
phemonoe uates prima (b
cecidit furora hexametris
uersibus. 2 tom. 28.a
pherepharte 21.a
phidon Arguius p'dera & me- furas reperit 2 to. 44.a
philammion quando scripserit 599.a
philippus apud Hieropolim crucifixus 2 tom. 72.d
philippus diaconus 480.b
philippus imperator 571.b
Iustinianum & filium eius Ti- berium interficit 2 to. 107.a
philippus iunior imperator. Ro- moritur. 2 tom. 80.d
philippus Mediolanensiu dux 2 tom. 134.b
philipp. Scholarius primus 2- pud Sigismundum imperato- rem 2 tom. 134.a
philippi filia. 511.a
philippi Hasiae prouincialis co- mitis gesta 2 tom. 163.a
164.a 161.c
philo Biblius quis 11.b (107.a)
philo de septenario numero. 481.b
philo Episcopus Libye nunquid sc Arianae pestidae miscuerat 2 tom. 87.c
philo & Iosephus de Iudeorum festis 112.b
philo quando nixerit 196.b
philonis Apologeticus 113.a
philonis liber qui Flaccus inscri- bitur 2 to. 71.c & 72.a 87.c
philonis legatio pro Iudeis. 482.b
philonis libri quinq; de calami- tatibus Iudeorum 482.b
philonis operu catalogus. 490.
philonis in Gallia pluit 2 tom. 117.c
philogonus Episcopus Antio- chie 2 tom. 84.b
philomellus 522.b
philomelus 195.a 117.a
philoromus 599.a.b
philosophie tripartita diuisio. 145.b
philosophus uerus quis 173.a.b
philosophi consentiunt cu He- braeis de creatione mundi. 257. b
philosophi pulsi Roma a Domi- tiano 2 tom. 75.b
philosophi ueterum omnes dis- sentiunt, nostri concordant. 192.a
philosophorum de diis incerta opinio 196.b 200.a.b
philosophantiu sectae. 146.a.b
phlegethontis historia 140.b
phocylides Poeta 2 to. 53.c
phoenices mare obtinuerunt 2 tom. 42.d
phoeniceus color 2 to. 16.a
phaenicum Theologia 12.a.b
ciusq; authores. 14. b & inde
phorbas Argiuorum rex 2 to. 22.a
phoroncus Argiuorum rex 2 tom. 16.b
phoronides poeta 142.a
phorinus Lugdunensis episco- pus 537.b
phrixus & Helles uecti per ma- re ab ariete 2 tom. 27.b
phrygum theologia 39.b
phud insula 356.b
physiologia intellectualis He- braeorum 150.b
phytius 20.b
picardiam rex Angliae uastat 2 tom. 160.b
picentes bellum gerunt aduer- sus Romanos 2 to. 65.c
pilades Celox Pantomimus 2 tom. 69.a (484.a)
pilatus sibi ipsi mortem conscia- tum. 78.c
pilati de Chisto testimonium. 481.b
pinus Ordelaphus fort Liniu princeps 2 to. 148.b
pinytus episcopus 528.b
pionius insignis martyr 525.b
inde
pipinus apud Francos regnat 2 to. 108.b
pirenum muro uallatu ab Athe- niensibus 2 to. 55. d
pirithous deuoratus a Cerbero 2 tom. 27.a
pise bello & fame domite 2 to. 133.c & 152.b 131.b 129.c
pisciculos granis frumenti im- mictos in Gallia pluit 2 tom. 117.c
pisonianabrachiu medico adoe- nas secundas praebuit 2 to. 73.c
pius Rom. Pontifex 520.b
placencia expugnata a Fran- cisco Sfortia 2 tom. 136.a
plato concedit resurrectionem mortuis 163.b
plato de Salomonis parabolis multa desumpsit 175.a.b
plato eudem quem Moses mo- dum scribendi sequutus. 169.
2 tom. 75.b
plato Inconstanter de Deo Io- quutus 187.b
plato legit Mose legem 122.b
plato male de caelo scnsit. 190.a
plato priscoru fabulas cur con- temperit 24.a
plato quoda in sacris literis per- uertit 145.b
plato quomodo sua theologiae priscorum separet 24.b
platonis cu Mose collatio. 122.
b 175.a. b 176. a. b 180.a. b
178.a. b 179.a. b 180.a. b
platonis leges 190.b
platonica successio 193.b &
inde
plautus Comediarum scriptor clarus 2 to. 56.b 62.a
plinius secundus quado floue- rit 512.a
ciuidem relatio ad Traianum de Christianis 2 tom. 6.a
plotius Gallus primus Romae rhetoricam docuit 2 to. 65.c
plufio rhetoricae artis Graecus praeceptor 2 to. 68.b.
plutarchus a quo ad Christiano- rum fidem conuersus 557.a
plutarecti. Origenis discipulus martyr 559.a
pluuia diuinitus missa exerci- tui imperatoris Antonini 2 tom. 78.c
pluuiae plurimae in aestate 2 tom. 164. b 168.b
poemata transferendi ratio ex- ercendi ingenii causa 2 tom. 1.a
penitendi confitendiq; modus apud ueteres 554.b
peris exitiosa 54.b & inde
peris olim cur tantopere lauda- ri 67.a
polemon professor xenonis. 194.b
poloniae innudatio 2 to. 167.b
polycarpi Iohannis apostoli au- ditus 550.b
a quo in- cecutus 525.b
polycarpius quando factus epi- scopus 512.b
pro Chris- to interficitur 2 tom. 78.a
75.d 77.d 522.b (524.b)
polycarpi ad Deum praecatio. 595.
polycarpi corpus negatur Chri- stians sepehiendum. 595.
polycarpi



INDEX

Tybris exit alnum suum 2 tom.164.a
tom.165.b
typho. 20. b unde natus.14.a
tyrannio episcopus 602.b
tyranni Saturni sacerdotis cru-
delectatum 64.6.b
tyranorum quorundam mors
609.b
tytus subvertitur terram ortu
2 tom.121.b
V
Vaz Hierosolymis cur clama-
tum 502.b
valens, episcopus 545.b im-
perator 636.a sauciatus
a Gothis moritur 2 to.
88.b
valens reuocat Christianos de
exilio 2 to.88.b & a 87.c
valentiniana haeresis 565.a
valentinianus perit laqueo.
649.a
valentinus haereticus 520.a
ualentinianus imperator. 636.b
apoplexia moritur 2
tom.88.a
uallum in Britania duxit Seue-
rus 2 tom.70.b
ualerius Consul tã pauper mor-
tuis est, ut publico sumptu
sepeliretur 2 to.55.b
ualerius cum Gallieno imperat
2 tom.81.a
ualerianus Cesar 579. a Sa-
pore rege Persarum captus 2
tom.18.b
uandalorum res gestae 2 to.
90.b 91.d 95.a 92.b
uates malefici partem quæstus
petebant 67.a
uau latinè quid 135.b
uicetes uicti a Rom. 2 to.46.b
uelcutionem terræmotus exa-
gitat 2 tom.167.a
uelum scissum quid denotet.
305.b
uenatio homini ad quid bona
118.b
uenenosa animalia ad multos
morbos esse remedia 119.a
uenenosa animalia cur in deser-
tis ponis, locis 119.a
ueneris quæ uirtus 36.b
uenerorum res gestae 2 tom.
100.c 120.c 147. a & b 134.
c 152. b 145.c 138. b 125. a 136
a 124. a 128. b 103. d 122. d
139. a 152. c
ueneri plerimi fame perierunt
2 tom.164.a
ueneri magnam uim pecunie
numerat Carolo 2 to.164.b
uestbum Dei a prophetis quo-
modo pronuntiatum. 34.1.b
inde
uerbum Dei breuiter percurrit
omnes homines 357.b
uerbum diuinum & humanum
differunt 321.b
uerbi diuini efficacia quæ.
282.b
uerbum, filius Dei 154. a. b
& inde
uerbi Dei in homine imago
92.b
ueritatis dogmata non in om-
nes efferenda 168.a
ueritas ecclesie 518
uocandi ad ueritatē omnes homines
174.b
uermes quomodo nascantur
118.b
uerona recuperata a maximil
2 no 2 tom.152.c
uespasianus 497.b
uespasiani res gestae. 2 to. 74.a
uestes aedes domo coquuntur in
cendio 61. b & 79.a
uestis uirgines ob stuprum dam-
natæ 2 tom.75. & 60. d 61.
c & d
uestitium oppidum comuni-
tum contra Turcas 2
tom.142.b
uesuuius mons uicinas urbes
incedit 2 to.74.d
ueteris testamenti editiones di-
uersae 564. b inde
uetius paganus Patronus Chri-
stianorum 535.b
uetranio Imperator Rõ. factus
2 tom.85.c
uetranioni detrakitur regnum
insigne 2 tom.85.c
uictor episcopus Rom. 511.a
uictor episcopus Rom. 511.a
Africa ecclesias communionem
Christiana priuat 552.b
uictor 1.2. Pont. Rom. 2 to. 79.
a 119. a & d 122. a 119. d
uictorius Afer Rhetoricæ Ro-
mae docet 2 tom.85.c. d
uicenna 534. b
uiliacum Germanie urbs terre-
motu corrue 130.c
uincencius ordinis Prædicato-
rum relatus inter sanctos 2
tom.139.c
uincula & carcere excoigitati

FINIS

INDEX

Castellæ res nouas molentes
oppriuntur 2 tom.69.a
centib. ad uirtutem adolescen-
ter iucundandi 171.b
eaph quid significet 135.b
capito Hierosolymorum episco-
pus 545.b
capitolium templi ædificat 42. b
cappadocia 496. b 600. b
captiuitas prima israel. 2 tom.
45. d
caracalla cur dictus Antonius
2 tom.79. d
caraulus supra purpura Britan-
nias occupat 2 tom.82. b
castra terræmotu concussa 2
tom.61. d
carius hieronymiamic. 549. b
cardemus sacerdos Sicyoniorum
2 tom.31. d
carriniam populatur Turca 2
tom.166. b
carius Cesar 591. a apud
Murgum occiditur 2 to.82. b
carneades gymnasiarcha 196. a
carneades martyrum 597. a
597. b
carops Athenis regnat 2 tom.
46. a
carolus 8. Franc. rex 2 to.150. d
carolus 5. Imp. cõ Isabella Por-
tugallie nuptias celebrat 2
to.162. b
carolus Borbonis copiam dux
Imperator 2 tom.162. b
carolus dux Geldrie Brabantia-
nos molestat 2 to.156. b
carolus 2. Imp. Orientis cognu-
mento Caluis 2 tom.113. a
carolus Imp. Collectiam arec si-
bi seruat 2 tom.168. a
carolus rex Hispanie, & Francie
Gallie rex confederan-
tur 2 to.159. b
carolus Imperator cõstituit do-
minam inferioris Germanie
fororem suam 2 tom.165. b
carolus Comes agrum Perusi-
num cepit 2 tom.147. d
carolus Hunos penè deleuit 2
tom.109.
carolus Contra Mediolanum
uener contra Franciscum
Stortie filium 2 tom.116. c
carolus Imp. Tunisi ciuitate
cepit 1 tom.168. a
carolus Romam pergit, & Pan-
noniam uastat 2 tom.149. d
carolus Apulie rex enocatur ab
Hungaris ad regnum, quem
papio post regnum dolo inter-
ficit 2 tom.132. b
carolus Longobardos uicit 2
tom.109. a
carolus filius Caroli rex Apulie
2 tom.127. a
carolus 4. Imperator 2 to.130. b
carolus caluis uiceno interit 2
tom.113. b
carolus Apulie rex interfecit
164. d
carolus 8. Francorum rex An-
nam Britanniæ ducit uxorem
2 to.151. a
carolus cognomēto Grossus Im-
perator a Rom. contra Ioan-
nem Pontificem eligitur 2
to.113. b. & c
carolus Pipini pater 2 to.107. d
carolus Augustus appellatur a
Leone 2 tom.110. d
carolus Magnus pipini filius
rex Francorum 2 to.109. a
carolus 8. Francorum rex 2 to.
150. d
cariorum gens in solum Roma-
nom exondauit 2 tom.82. c
carthaginienses a Romanis naua
li certamine uicti 2 to.61. a
carthaginensium bellum 2 to.
57. d
carthago quãdiu steterit, prius
quam in potestatem populi
Romani ueniret 2 tom.64. a
carthago a Vandalis capta 2
tom.93. b
caroli magni noue leges 2 to.
110. c
caroli magni profapia finem ha-
ber regnandi 2 tom.117. c
carolus Francie rex Apulie re-
gnam obtinet 2 tom.132. a
carolus Conradinum Conradi
filium securi percussit 2 tom.
126. b
carolus rex Francie regi Arago-
nie restituit Papieniam &
Rosellum 2 tom.191. b
carolus Imperator cõstituit do-
minam inferioris Germanie
fororem suam 2 tom.165. b
carolus Comes agrum Perusi-
num cepit 2 tom.147. d
carolus Hunos penè deleuit 2
tom.109.
carolus Contra Mediolanum
uener contra Franciscum
Stortie filium 2 tom.116. c
carolus Imp. Tunisi ciuitate
cepit 1 tom.168. a
carolus Romam pergit, & Pan-
noniam uastat 2 tom.149. d
carolus Apulie rex enocatur ab
Hungaris ad regnum, quem
papio post regnum dolo inter-
ficit 2 tom.132. b
carolus Longobardos uicit 2
tom.109. a
noluerit 2 to.109. b
carolus Caluis Imp. populum
Ro. corrumpens auro, impe-
rium obtinuit 2 tom.113. a
carolus Imp. restituit Francisci
Stortiam in ducatum 2 tom.
164. d
carolus 8. Francorum rex An-
nam Britanniæ ducit uxorem
2 to.151. a
carolus cognomēto Grossus Im-
perator a Rom. contra Ioan-
nem Pontificem eligitur 2
to.113. b. & c
carolus Pipini pater 2 to.107. d
carolus Augustus appellatur a
Leone 2 tom.110. d
carolus Magnus pipini filius
rex Francorum 2 to.109. a
carolus 8. Francorum rex 2 to.
150. d
cariorum gens in solum Roma-
nom exondauit 2 tom.82. c
carthaginienses a Romanis naua
li certamine uicti 2 to.61. a
carthaginensium bellum 2 to.
57. d
carthago quãdiu steterit, prius
quam in potestatem populi
Romani ueniret 2 tom.64. a
carthago a Vandalis capta 2
tom.93. b
caroli magni noue leges 2 to.
110. c
caroli magni profapia finem ha-
ber regnandi 2 tom.117. c
carolus Francie rex Apulie re-
gnam obtinet 2 tom.132. a
carolus Conradinum Conradi
filium securi percussit 2 tom.
126. b
carolus rex Francie regi Arago-
nie restituit Papieniam &
Rosellum 2 tom.191. b
carolus Imperator cõstituit do-
minam inferioris Germanie
fororem suam 2 tom.165. b
carolus Comes agrum Perusi-
num cepit 2 tom.147. d
carolus Hunos penè deleuit 2
tom.109.
carolus Contra Mediolanum
uener contra Franciscum
Stortie filium 2 tom.116. c
carolus Imp. Tunisi ciuitate
cepit 1 tom.168. a
carolus Romam pergit, & Pan-
noniam uastat 2 tom.149. d
carolus Apulie rex enocatur ab
Hungaris ad regnum, quem
papio post regnum dolo inter-
ficit 2 tom.132. b
carolus Longobardos uicit 2
tom.109. a
castratus reus cedis dominus
Luceus factus est 2 to.
128. d 129. b & c
Cataphrygæ 546. a eorum
pseudoprophetae ibid.
cataphrygæ heresis 2 to.78. b
catharina Senensis refertur in
merum Sandorū 2 to.139. b
cathi filius Trimegisti 2 to.
24. b
cathari, qui & nouatiani 2
tom.175.
catechumeni filii 480. b
narratio 569. b
nabagor 621. a
cathi heretici 575. b
catina condita 2 tom.27. a
cathari, qui & nouatiani 2
tom.175.
catechumeni filii 480. b
narratio 569. b
nabagor 621. a
cathi heretici 575. b
catina condita 2 tom.27. a
cato Ennium transtulit Romæ
2 tom.61. c
catulus cum Mario de Cimbris
triumphat 2 tom.65. b
catullus Veronensis 2 to.
65. c & 66. b
causa omnium Deus 71. b
cecropia regio a Cecrope dicta
2 to.23. a
cecropus unde Diphyes uocatus
& que inuenere 2 tom.
2. d 23. a primus Atticæ
rex 2 tom.2. c 22. b 28. b
celserinus confessor 576. a
celestinus Pelagii fautor 2
tom.90. c
celestinus 1.2.3.4.5. Pontifex
Romanus 2 tom.91. b &
d 121. c 123. b 125. a 127. c
celtarum sacrificia homicidia
50. b
cenobias presbyter martyrium
passus 2 tom.182. d
census Florentie actus 2 to.
130. a
census Romæ actus 2 tom.54. d
58. c 61. b 63. a 65. c 68. c 70. b
& 72. c & 52. b
cetrarius quamdiu ante Home-
rum 142. b
cetrari nobiles equites 2 to.31.
cephas 477. a (b
cerberus tricep 36. a
cerdo magister Marcionis Ro-
mam uenit 2 tom.77. c
cerdon Alexandrinorum eccle-
sie pater 505. b 515. b
& 2 tom.75. c 77. d
ceres uerteribus quid 34. b
cereris & Bonæ dex mysteria-
21. a
cerimonie ueteris legis 466. a
cerinthus author apolypticos
quorundam iudicio 585. b
cerinthus heretic. 309. b inde
β Ceruisa



INDEX

Cernis quomodo in... christus in quot & quibus locis... christus in quor & quibus locis subuersa... christus in quor & quibus locis subuersa... christus in quor & quibus locis subuersa...

INDEX

confessorum Alexandrensiu... constantini mors & testamen... constantini mors & testamen... constantini mors & testamen... constantini mors & testamen...



I N D E X

Janus Stenelo expulsio argos defolationis templi Ierosolymi 473.b
recluit 2 tom. 14. b 25. a
dani regis prelia geruntur 2 tom. 168
danorum rex Stockholmiam 329. a b
obidet 2 tom. 159. d
dantes Andigherus 210. 126. d 127. d
danubium Turce ascendunt 2 tom. 162. d
daphneus Iueus Apollini co-secratur a Papeio 2 to. 66. a
dardanus 21. a Dardaniam condidit 2 to. 2. d 25. d
darius rex Persarum instaurat templu Solomonis a Babylo- nius destructu 2 to 2. c & 53. c
dauid precipuus prophetarum 233. aprimus rex ex tribu Iuda 2 tom. 35. d quando fuerit rex Israel 14. 4. b
dauid posteritas interficitur. 504. b
deborah quadiu regnauit. 14. 4. a
decebalus rex uictus. a Traiano 2 tom. 57. d
decus quando Cesar creatus. 572. b
decii & Galli male gesta. 577. b. inde
deformis liberi cur interdum a parentibus melius curentur 116. a
delphicum 44. b
deiphobus Anguilaris 2 tom. 140. c
delphic humani generis dictus Vespasianus 2 to. 160. a
delphicum oraculum a Thraci- bus ter crematum 42. a
delphicum templu qui spolia- rit 119. a
delphicum templu incensum 2 tom. 25. b 65. c
delphinum iuter & Anglorum regis filiam sponsalia tractan- tur 2 tom. 160. a
demetrius 577. b
demetrius Alexandrinus epi- scopus 560. a
Origeni 116. b
demetrius quado factus episco- pus 55. b. a
demetrius semetipsum Seleu- co tradidit 2 tom. 60. c
democritus 199. a
demodocus quando scripserit. 143. b
descensus Christi de celo. 538. b
desiderius Longobardus recu- pitur a Carolo Magno 2 tom. 109. b & 108. e
diana an Latone filia 26. b
dianus quales libri 473. b
dichordum qui primum inue- nerint 136. b
didimus 20. b
didimus Alexandrinus 639. a
post quintum annum natiu- tatis exesus multa per notari- os conscribit 2 tom. 87. c
didimus prescitur scholz. diluua ubi & quo tem 639. b
poteruerunt 2 to. 2. d 17. b
101. 2. 23. b 166. c
diocletianus cesar 591. a
Hermilium Maximianum con- sortem regni asciait, & alia e- ius gesta 2 to. 81. b & c
83. a & c
diocletiani edictu contra Chri- stianos 595. a. b
diodori Sicili laus 15. b
eius locus 19. a 2. 8. a
diogenes Apolloniata 9. b
diogenianus contra Chrysippu de fato 76. a
dionysius Alexandrinus episco- pus 571. b inde quid passus 580. a
dionysius Corynthiorum epi- scopus 495. b 510. a
dionysius filij Semaci pellem largitur & uitam inuenit 2 to. 24. a
dionysius in Sicilia tyrannide exerceat & cetera que gessit 2 to. 57. c
dionysius Omadius ubi cultus. 48. b
dionysia martyrio affecta. 574. b
dionysos, Atye, Adonis symbo- la immaturate defluentiu flo- rum 38. b
dionysus, Bachus, Lenxus, idē 18. b
dionysii Alexandrini passiones 573. a
dionysii de lapsis fratribus opi- nio, & scriptum 575. b
dionysii mysteria cur omnino inhumana 21. b
dionysii gladius 116. b
dionysii scriptum aduersus Sa- bellium 97. b
dionysii Halicarnassici laus. 50. a
diocorus Alexandrinus in Sy- nodo Ephesina presidet 2 tom. 94. a
diocurorum nauigij quis fabri- carit 13. b
donatus hareticus 2 to. 86. a
diphilus rex Cypri 48. b
disciplinas Greci unde positus. accepserunt 333. b
discipuli Apostolorum quomo- do se gesserint 513. b inde
discipuli dispersi Iudeis predi- cabant 480. b
discipulorum Christi multitu- do 477. b
discipulorum Christi narratio- ni an credendum. 259. b inde
disputatio Origenis & Berylli. 571. b
dissidere homines quid faciat. 385. b
diuina natura in assumpta ho- manitate. Iudei non potuit. 190. a. b
diuina prouidentia cuncta re- guntur
diuinitio cur iuuilis 43. b
diuinationes gentilium uanissi- me 311. b
dius Hieresolymitanus episco- pus 561. a. b
doblenses xxx. millia Lud. Gallo- rum regis eplunt 2 tom. 149. a
docendi no sunt qui falsas opi- niones asserunt 77. a. b
doctrina Christi quis fruct. 5. b
do doncus tripes 20. b
dolicianus episcopus 545. b
dolabella P. falces suscepit post mortem Cesaris 2 tom. 67. a
dominicus Malactita 2 tom. 140. c
dominicu Aureum Antiochie dedicatur 2 tom. 85. a
dominicus ordinae Predicato- rum inuentor 2 tom. 124. a & c
dominus a Iudaica gente seip- sum auertit 337. b
dominus Sabaoth 358. b
domitianus Cesar 504. a
de Dacis & Germanis trium- phat 2 tom. 75. b
muscas praxuro stylo con- figit, & facta eius ac mors 2 to. 75. a & b & c
domitianus persecutor. 504. b
domitiani omnia facta irrita fi- unt post mortem eius 2 tom. 75. c
domitius Afer quomodo mor- tuus 2 tom. 72. c
domnus episco- pus 582. b
sufficitur Paulo Samosateno haretico 2 tom. 81. c
donatus hareticus 2 to. 86. a
dostipho Germaniam inferio- rem debellat 2 tom. 152. a
dorotheus aulicus 594. a
Episcopus

I N D E X

Episcopus Arianorum 2 tom. 48. b
Dorotheus historicus 49. b
dostiphus hareticus 529. a
dotes diuense Spiritus sancti 543. a
douceuich Comes Britanniam obtinet 2 to. 143. d
drepana Bichynia ciuitas extitit 2 tom. 84. a
drusus cofors regni factus a Ti- berio 2 to. 73. c
drusus Mogontiaci monimētu habet 2 tom. 72. b
drusus Cesar ueneno perit 2 tom. 70. d
ducenarius princeps apud anti- quos quis 589. a. b
dyrrachiu, quz & Epidamnus conditur 2 to. 51. a
dyrrachiu terramotu 2 to. 11. b
Ealo quadiu regnauit 24. 4. a
eberhardus primus dux in Vuir- tenberg 2 tom. 153. d
ebionari 509. b
ebiones paupertas sciētie 509. b
echatana condita 2 tom. 47. c
ecce uirgo concipiet 360. b
eclesiatz, qui aliis Helehesaitz 572. b
ecclesia Christi expugnabilis 4. b
ecclesia Romana 495. b
ecclesiarum primariz quatuor 2 tom. 4. b
ecclesia una domus Dei 299. b
ecclesia Christi quomodo flo- rant 317. a. b inde
ecclesiarum status per Prophetas 2 to. 61. b & c 63. b
ecclesiarum pax sub Galieno quando 582. b
eclipsis solis qualis ac quata in ipsa Domini morte fuerit 2 tom. 262. a
eclipsium que significatio 116. a
edessa ciuitas 638. a
edessenoru coputatio 2 to. 59. d
edoardus Burgundioru ducis auxilio Londinu capitur 2 tom. 143. a
doce Burgundionum pacem firmat 2 tom. 14. 4. d
egeppus scripturaz interpres 504. b
Romam 520. b
in Apollinis templo scriptum 152. a quid Plutarcho ibid. a b
ciulur filius Cham 2 to. 5. d
clea urbs Asię subuerfa terremoto 2 tom. 75. d
cleazarus insignis pont. 109. b
cleazarus de allegorico sensu scripture 109. b
Eleazer Pseudopropheta 2 tom. 39. d
elegantiam sermonis Apostoli cur non assestariunt 507. b
elementa quatuor principia re- rum 199. a
elementorum inter se amicitia ostendit unam Deitatis potē- statem 281. b
corruit eleucis 21. a
eleutheridis Romanz ecclesie 2 to. 78. c 250. b
Episcopus 2 to. 78. c 250. b
episcopi duo in qua ciuitate ef- fecti 281. b
episcoporum in Palastina con- uentus 553. b
equilum constituitur, & sic epi- scopalis sedes 2 to. 104. c
erasmus Roterodamus nouum testamentum emendat 2 to. 159. c
erat & erit cui adtribuendum 568. a. b
erichthonius Vulcani & Terrę filius 2 to. 2. d
in Dardania 2 to. 26. b
erichthonius ab Homero Erith- reus dictus 2 tom. 24. b
eridani ciuitates fuer. in eū rege Gallorum 2 to. 154. d
empedoclis de diis falsa opinio 59. a. b
erphurdiz ciuile bellum exori- tur 2 tom. 157. a
esaias prophetarum maximus 319. a
quando prophetarum moris eius 2 tom. 2. c 43. d & 46. c
esaię canticum hexametris & pentametris uersibus conseri- ptum 2 to. 1. b
esaię locus 84. a. b 228. b
229. a. b 469. b
esaię mirabilia 223. b
esau genitus ab Isaac sexagena- rio 2 tom. 14. c
esbon quadiu in Israel regna- rit 14. 4. a
essei qui 112. b
tem contemnunt 113. a
non mutant uestem donec o- mmino rumpantur 120. b
oleo cur no perugantur. cod. essei seruos cur oderint 113. a
essei summi in lege Mosaica 112. b
esseorum frugalitas in omnib. 649. a
122. a. b
mores 120. a. b
cflinge monstrum natum 2 to. 164. b
cuagoras in furorem uertus 2 tom. 57. d
cuagrius ex stirpe Francorum 2 to. 81. a
cuagrio Consule que Rome ge- sta 2 tom. 88. d
cuan cuan Hebreis quid 21. a
cuander 196. a
euangelium quid 2. a
euangelium conciliat amicitia Dei & hominum 2. b
domesticos disungit 353. a. b
euangelium Ioannis 507. a. b
secundum Hebreos 508. b
euangelii doctrina res homini co- modissima 102. b & inde
ab Euangelio nemo excluditur 2. b
euangelia & 2da etiam aliorum Apostolorum 509. a. b
euangeliorum quis ordo 504. a
euaristus Romanorum porfex quartus 512. a
eubolens 21. b
eucallos Cyprius ante Homeri tempora 142. b
eucharistia datur puero ad dese- rendum patrem 577. a
eucharistia laicis quadiu in ma- nus data 576. b
eucharistia presente episcopo non administranda a diacono 621. b
eucharistia donum Dionysius putauit sufficere 579. b
eucharistia institutio 393. b
inde
eueratiz quales haretici 533. b
interdicunt nuptias 533. a
eucrotia Delphidii Rhetoris fi- lia damnatur unicum Priscil- liano 2 to. 89. b
eudemus Corinthiorum rex 2 to. 41. b
eudoxia uxor Arcadii moritur 2 to. 90. a
eudoxia Valentiniani quondam uxor uolentis nuptias a Ma- ximo obtinetur 2 tom. 95. a
eudoxia Arcadii uxoris status 2 to. 90. a
eudoxius Episcopus Arianoru Antiochie 2 to. 84. b
eudoxus Astrologus agnoscitur 2 to. 57. d
eudoxus Mathematicus 137. b
euemerus historicus 20. a
eugamnon Cytrenus Theogo- nia autor 2 to. 53. a
eugenius capitur 649. a
eugenius



INDEX

gregorii pontificis 1.2.3.4. 5.6.7.8.9.10.11.12. 101.2 & c & d 107.2 & d 111. b 117.c 118.d 119.c & d 123.2 124.d 126. c 131. c & d 153. c & 154.2	hebreorum dogmata quomodo & cur genitii doctrinæ preterenda 95. b	hebreorum & Græcorum in literarum uocibus quæ differentia 135. b 136. a & indo	hebreorum antiquitas 4.68. b	commodis, nominum commpositio 14.8. b	hebreorum origo, quidq; passi 2 tom. 6. a 4.5. d 31. d 35. c 19. c 38. c 37. d 26. c 32. d	hebreorum philosophia moralis 14.6. b	hebreorum post Moysen qui fuerint iudices 14.4. b	hebræis solis olim cognitio Dei patefacta 284. a. b	hecatrus Abderita historicus 121. b 124. a	hectoris filii illum recipiant 2 tom. 54. a	helatinis quid 135. b	helcheseite hæretici 572. b	helena Adrabenorum regina 486. a	helena mater Constantini. 621. b	crucē Christi ubi inuenerit 622. a & 83. d	helena raptā ab Alexandro 2 tom. 32. b	helenopolis Drepana & Cōstantino in honorem Helenæ maritis dicta 2 tom. 84. a	helenus 577. b	helico urbs absorpta terræmotu 2 tom. 58. a	heliogabalus nullum genus obscenitatis omisit 2 to. 80. a	heliciora Eduardi regis Lusitanix filia uxor Friderici 3 2 tom. 137. a	heliophilus propheta defunctus 2 tom. 41. d	hellænicus historicus 124. a	hellenes Græci dicti ab Helleno Deucalionis filio 2 to. 33. b	helueticorum gesta 2 to. 165. d	denicōis Pēris moritur 2 tom. 143. c	hebdomadum septuaginta spatium 395. a per Olympiadas suppensatio 402. b inde. desinit in Christo. 399. a	heber quid 149. b	hebræi ab Hebero dicti 89. b	hebræi dispersi 496. b	hebræi optimē de humana natura loquuntur 96. b	herodotus 2 tom. 163. d	hermannō Dionysii amicus. 579. b	hermas quis 496. b	eius liber ibidem. inscribitur Paistoris eodem	hermogenes magister malitiæ Constantinopolim traclus 2 tom. 85. a	hermolaus Barbarus Venetus moritur 2 tom. 151. c	herodes ad imperium quando peruenit 470. b	herodes Agrippa 484. b	eius mors ibidem	herodes Ascalonita unde natus 390. b	eius filii uita. 282. a & obitus 2 tom. 97. c & d 68. b 70. a 64. d 69. a & c & d	herodes exul in Gallia apud Vennam 476. b	item Lugdonum Gallix mittitur in exilium 482. b	herodes præfectus pacis. 523. b	herodes primus ex alienigenis rex 480. b	herodes seipsum iugulat. 475. a	herodes tetrarcha tempore Saluatoris 403. b	herodis cruciatus 474. a. b	herodis crudelitas 475. a	herodis genus 470. b	herodianns nouarum rerū autor in Africa, & dignitatem amisit & uiram 2 to. 90. c	herodionē urbem Herodes ex truxit 2 tom. 69. b	herodotus ab Hecateo multa transcripsit 133. a	heron martyr 874. b	heros Anaxibenus episcopus. 613. a & Arelatenus 2 tom. 90. c	heros profelytus 559. a	heruli ad internitionē usq; delicti 2 tom. 96. d	hes quid 148. b	hesodus ordinē naturæ distinctus 2 tom. 58. a	hælus disposuit 58. a	hesodi locus 27. a	hesorum princeps expeditionē in Episcopos parat 2 tom. 164. a	eius auxilio uirtute. bergensis dux in patriâ restituitur 2 tom. 167. b	hesther historia completa sub Artaxerxe Mennone 2 tom.	hesychius episcopus 602. b	heturæ cinitatum fœdus cū rege Gallorum 2 to. 163. a	hibernæ uicerex bellum suscipiat
--	---	--	------------------------------	---------------------------------------	--	---------------------------------------	---	---	--	---	-----------------------	-----------------------------	----------------------------------	----------------------------------	--	--	---	----------------	---	---	--	---	------------------------------	---	---------------------------------	--------------------------------------	--	-------------------	------------------------------	------------------------	--	-------------------------	----------------------------------	--------------------	--	---	--	--	------------------------	------------------	--------------------------------------	---	---	---	---------------------------------	--	---------------------------------	---	-----------------------------	---------------------------	----------------------	--	--	--	---------------------	--	-------------------------	--	-----------------	---	-----------------------	--------------------	---	---	--	----------------------------	--	----------------------------------

INDEX

philadelfus Angliæ regem 2 tom. 167. c	hippius tyrannus Athenarum 2 tom. 53. d	hippocrates medicus 2 to. 56. d	hippodamia uxor Pelopis 2 to. 28. b	hippolyta filia regis Ferdinandi Alphonso 2 to. 140. c	hippolytus 567. b	hippolyti episcopi libri 568. a	hippomenes Atheniensis. præcst 2 tom. 47. b	hipponax Philosophus 2 tom. 48. b	hiçcani nomen nude Ioanni Ludouico regi obtigerit 2 tom. 64. d & b	hirundines cur abundēt 119. a	hieronymus Comes Ceruis Venetorum oppidum proditiōne tentat 2 to. 148. d	hieronymus Ferrariensis, qui Propheta à Florent. credebatur, prædica aduentum Gallum in Italiam 2 to. 351. c 1	hieropolis urbs Añæ terraemotui cortuit 2 to. 73. c	hierosolyma ob occisum Iacobū euersa 494. a	hierusalem post Christum in saloginam redacta 336. a	hierosolyma sancta ciuitas 481. b	hierosolyma quæ passa 1 tom. 120. a 64. b 56. d 72. d 67. c 37. d 53. d	hierusalē quando capta & exulata 497. b	hierusalem secundū Græcos ab Hiero appellata 129. b	hierosolyma descriptio 121. b	extra Hierosolymanam cetero. nix omnes prohibet 211. b	hierosolymorū ecclesia Pellam transfertur 497. b	hierosolymorū usq; ad Adriam tempora quorū fuerint episcopi 516. b inde	hierosolomytæ fame oppressi 498. a	hilaris 630. a	Romanus exilio punitur 2 tom. 86. b	hilaris Pictanorū Episcopus pulsus in exilium pro Christiana religione libros scribit 2 tom. 84. a & c	hipparehus interficitur ab Armodio & Aristogitone 2 tom. 54. c	hippatius Dionysii filius Syracusæ tyrannidem exercet 2 tom. 58. b	hippias carminum scriptor 2 tom. 115. a	hugo Burg. dux Berengarium superat 2 to. 115. c	hugo Andeburgensis gubernat Hetruriam 2 tom. 117. c	Pistorii moritur ibid. d	hugo Constantix Episcopus 2 tom. 216. a	hungaria olim Pannonia superior 2 tom. 14.0. c	hugarix rex pacē Venetis det 2 tom. 47. b	hungarix regnū deuenit ad Carol. Apulix regem Card. filii 2 tom. 127. b	hunnorum gesta 2 tom. 88. b	94. a 92. c	hyberia uniuersa Imperato Romanorum facit 2 tom. 62. b	hyberia in fidem accepti à Traiano 2 tom. 75. d	hyc Latinis quid 144. a	hydra callidissimus Sophista 2 tom. 31. a	hyginus quando factus episcopus 288. a	2 tom. 77. c	hyle an malignitatis fons 97. b	hymeneus episcopus 282. b	hyperion Solem & Lunam interemit 19. a	hypermetra Danae filia facer a quo institutum 551. b	dotio fungitur apud Argos 2 tom. 26. a	35. b 37. c 3. a 4. 2	hermeri locus defato 76. b ante Homerum qui scripserat 563. a b	homeropabstix qui 529. b	homo dominus rerū interiorū 97. a b	homines celestes in terris 218. a	homines quōd brutescat 295. b	hominet quid potest, decess of ferre 47. 2	homium prima uita quæ 23. a	honoratus primus præfectus 516. b inde	Cōstantinopoli factus 21. 86. b	honorius Aug. 650. a	honorius Imp. Ro. 2 to. 164. a	honorius 1.2.3.4. Pontifex Rō. 2 to. 122. a 124. b 127. a 103. a 121. a 124. b 127. a	horatius Flaecus Augusti tēporibus 2 tom. 66. b 69. c	hormisda Pontifex Ro. 2 tom. 97. c	hostes idem quod latinis sanctitas 113. b	hostia condita ab Añco Martio 2 tom. 51. a	hugo Caputius arma sumit ad uerfus Carolum 2 to. 117. c	hugo in Italia regnū occupat	giam 2 to. 158. b	iacobi epistola 494. b	iacobi in Mesopotamiam profectio 135. b	iacobi Picinini bella 2 tom. 137. b 138. c 139. a 140. c	iacobi puma & mors 493. b	iacobi profectio in Charran 207. b & inde	iacobi thronus. 582. b	iacob latine quid 149. a	iacob quomodo uixerit 91. a	iahid Phenicius quid 49. b	ianiculū Urbis adiectū per Anticum Martium 2 tom. 31. a	iace ex tribu Manasse Hebræis regnat 2 tom. 31. c	ianues Aegyptius qualis magister 122. b	ianua templi sponte Hierosoly mis cur aperta 502. a	ianuarius additus anno per Namī Pōplum 2 to. 48. a	iason Pōrtifex maximus Indæorum 2 tom. 622. a	father quādiu regnat 144. a	ibeci à captiua conuersi 624. a	iborcax dux Longobardorum 2 tom. 88. a	idæ secundum Moysen 159. a b	ieiunium Patchale quando & a quo institutum 551. b	de Ieiunio controuersia 551. b	iephite quādiu regnat 144. a	iephite 632. b	iephite 648. b	IESVS 467. a	ieorum cultū quomodo aboleuerit Christus 56. b	ieus saluator 233. a b	pre omnib. participib. Christus dicitur 315. b	ieus dux Hebræorum post Moysen 2 to. 24. c & 53. d 61. c	ieus etiā quidā seductor 56. b	ieus filius Sirach 401. a	ieus Insedeeck filius abductus & in Babylonem 144. b	sacerdos, typum gessit Christi 305. a b	IESVS CHRISTI laus & officii eius cōmendatio 25. a	iesu nōminis quæ uirtus 273. a	iguariis 505. b Antiochenæ (b ecclesiæ episcopus eod. eius epistola 513. a & 2 to. 74. b 75. d 76. a	ignis Deus Chaldaorū 647. b	ignis in celo emicuit 2 to. 105. c	imagines à Leone sublata & combusta 2 to. 4107. d 108. a & b & c	imola in potestatem Iulii Pōe redigi-
--	---	---------------------------------	-------------------------------------	--	-------------------	---------------------------------	---	-----------------------------------	--	-------------------------------	--	--	---	---	--	-----------------------------------	---	---	---	-------------------------------	--	--	---	------------------------------------	----------------	-------------------------------------	--	--	--	---	---	---	--------------------------	---	--	---	---	-----------------------------	-------------	--	---	-------------------------	---	--	--------------	---------------------------------	---------------------------	--	--	--	-----------------------	---	--------------------------	-------------------------------------	-----------------------------------	-------------------------------	--	-----------------------------	--	---------------------------------	----------------------	--------------------------------	---	---	------------------------------------	---	--	---	------------------------------	-------------------	------------------------	---	--	---------------------------	---	------------------------	--------------------------	-----------------------------	----------------------------	---	---	---	---	--	---	-----------------------------	---------------------------------	--	------------------------------	--	--------------------------------	------------------------------	----------------	----------------	--------------	--	------------------------	--	--	--------------------------------	---------------------------	--	---	--	--------------------------------	--	-----------------------------	------------------------------------	--	---------------------------------------



I N D E X

redigitur 2 to. 152. b
immolationes ad opacitioru.
51.2
imperatoris eligendi cōtentio
2 tom. 128. c
Imperium Romanum uacat 2
tom. 127. b
Inachus fluminis ab Inacho rege
dictus 2 to. 15. a 29. d 2. b
impudicus 12. b
Incantationes incertam habēt
causam 79. b
Incantatores cur ignotis uran-
tur nominibus 41. b
Incendio Romæ plurimæ ædes
corruerunt 2 to. 74. d
Infanticidium 518. b
Ingeniosi homines nascuntur in
sicco ætate 119. b
Innocentii Pont. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
8. 2 to. 121. b 90. a 123. b & d
125. b 126. c 133. b 151. b 130. d
122. a
Interpretandi difficultas ex alie-
na lingua 2 to. 1. a
Interpres Ixx à Ptolemæo cō-
quiti 2 tom. 173. c
Interpretum scripturæ interdū
diuersitas 372. a b inde
Inter regnum ex Numæ Pōpi-
lii morte 2 tom. 48. a
Introitus Christi Ierosolymam
432. b inde & 434.
Inundatione urbes submersæ 2
tom. 161. & 167. c
Ioachim rex Hebræorum, qui
& Ieconias 2 to. 50. d
Ioasce solus post Moſen uixit an-
nis cxxx. 2 tom. 40. d
Ioannes Apostolus reuocatur
ab exilio 2 to. 75. b. c & d
Ioannes Baptista prædicat iu-
sta Iordanem 2 tom.
70. d
Ioannes Anglicus Pntifex ma-
xim. femina 2 tom. 112. b
Ioannes Bētuiolus pellicur Bo-
nonia 2 tom. 152. a
Ioannes Mozenicus dux Vene-
torum 2 tom. 145. d
Ioannes Philippus Maria dux
Mediolanensium 2 to. 14. c
Ioannes Scotus 2 to. 113. b
Ioannes Franciscus Picus factus
Mirandulæ dominus 2 to.
152. d
Ioannes Bocatus moritur 2
tom. 131. c
Ioanes Castriotti Baizerum Im-
peratore Turcorum ditione
paterna spoliat 2 to. 150. b
Ioannes Andegauensis Genouæ
preſicitur 2 to. 128. e

I N D E X

113. bā iustinus quomodo factus Chri-
stianus 519. a
Iudas Galileus ad imperiū quā-
do uenerit 470. b
Iudas Icariorth à prophetis
uocatus 438. b
Iudas Machabæus occiditur à
ducibus Demetrii 2 tom.
63. d & b
Iudas Galileus autor fit Iudæis,
ne tributa soluere Romanis
2 tom. 70. a
Iulianus 483. a
Iulianus Cesarianus Cardinalis
contra Turcas pugnant inter-
ficietur 2 tom. 135. d
Iulianus occisor 54. b
Iulianus Podagricus martyr
574. b
Iulianus Medicus confosus Flo-
rentie 2 tom. 145. d 142. c
Iulianus Iurisperitus interfectus
Petrinacis Cesaris 2 to. 79. b
Iulia filia Augusti deprehensa in
adulterio, à patre condemna-
tur 2 tom. 69. c
Iulius concilium inchoat Late-
rane 2 tom. 158. a
Iulius Proculus Deum pronun-
ciat Romulum 2 tom. 47. b
Iunonis & Iouis bello quid ue-
teres docere uoluerint 27. a
Iunoni à ueritib. quotidie tres
homines sacrificari 51. b
Iupiter Brestamos dictus id est
solis magister 12. b
Iupiter mundi manus à quib.
dictus 31. b
Iupiter philius cur dictus 607.
Iupiter uictus prouidet, nisi
eius intelligens, & sic 22. a
Iustitia sola Deo similes facit 2
tom. 182. a
Iustus Iudæoru scriptor 2 tom.
2. b & 75. c
Iustinus 486. a
Iustinianus amicus factus perit
2 tom. 100. a
Iustinianus beneficio regis Per-
saru regno Romano resti-
tuitur 2 tom. 106. d & a
Iustinianus leges Romanas in
unum corpus colligit 2 to.
98. a & b 97. c
Iustinus liber contra hæreticos
520. a Item aduersus gen-
tiles 527. b
Iustinus Philosophus & martyr
509. a b librum pro Christa
na religione scriptum tradi-
dit Antonino 2 tom.
97. c & d



DE PRÆPARATIONE EVANGELICA

tasse patres dicuntur, nisi solum illud, Deum uerum de Deo uero. Nam & si genitū esse à patre nō factū, consubstantialēq; Deo patri filiū, ad refutationē hereticorū sufficerent: quia tamē Deū filiū, patrē uerō Deum uerum in ter hęc distinguentes, Arriani prædicabant, ne quoniam Deum de Deo ille dixit, ansam captarent, Deum uerum de Deo uero patres interiecerūt. Hęc res, quoniam nonnulla in hoc libro sparsa inuenimus ab Arriana prauitate non aliena, firmo nobis fuit argumento, ante cœtum illum sacratissimū hæc illi cōscripta & edita fuisse. Quare sentibus tuo iussu amputatis, rolas solum modo Latinis hominibus hæc traductione obtulimus.

DE EVANGELII DIFFINITIONE

intentione sua Cap. I.



VM, quid sit Christianismus, nescientibus aperire statuerim, hunc librum quo Euangelicæ doctrinæ ueritatem approbamus, ut orationibus tuis adiutus, ad optatum finem perueniam, tuo nomini Episcoporū ornamentum Theodore dedicaui. Ac in primis quid nobis hoc Euangelij nomine significetur, & quæ nam huius uerbi potestas sit, declarandum esse arbitror. Euangelij igitur dicimus, quod æternorū atq; incorruptibilium bonorum, quæ certē suprema & maxima sunt, & ex antiquissimis prædicta temporibus, nuper uerō splendore sui orbem illustrantia, cunctis hominib; annūciat: quod nō cæcas caducasq; huius seculi diuitias, nec breuem hanc calamitofamq; uitam, nec instabilia corporis cōmoda, sed animarū quæ intellectuales substantiæ sunt, à quibus etiam corporū bona, quasi umbra consequentiā dependēt, summā propriāq; nobis affert felicitatē, cuius quasi caput religio est, nō illa gentilisq; falsa & ficta, errorisq; plena, nomen ementita est: sed hæc nostra, quæ ipsarum rerum ueritate appellationem adinuenit, quæ animi ad unum solum & uerū Deum firmā stabilemque conuersionem, & uitā quæ mādatis eius peragatur, esse asserimus. Quæ quidē ex uita amicitia etiā inter Deū & homines constituitur: amicitiam uerō beatitudo illa ultima & felicissimū finis consequit, qui à superioribus dependet, inde gubernatur, ac rursus eō peruertitur est. Quid igitur hæc inter Deū et homines amicitia melius nobis atq; beatius excogitari potest? Nonne uita, lucis, ueritatis, honorumq; omnium ipse fons atq; largitor est? an non ipse, ut cuncta & sint & uiuant, causam in se ipso complectitur? Quæ ergo re indigebit, qui eius amicitia adeptus est? qui rerū omnium creator em charitate sibi coniunxit? qui patrem atq; tutorem illum sibi ascripsit? Non possumus profectō dicere, quin omnia quæ ad animam, quæ ad corpus, quæq; ad externa pertineant, optimē beatissimeq; is possideat, q; charitate proximus Deo factus, beatissimā eius amicitia exacta exquisitaq; religione cōsecutus est. Hanc ergo salutarem hominum ad Deū conuersionem atque amicitiam ab omnipotenti Deo missus Deus uerbum, quasi lucis infinitæ splendor cunctis annunciat. Non hinc, aut aliunde, sed undiq; cunctis ex gentibus ad Deum uerum, Græcos simul & Barbaros, omnem sexum, omnem ætatem, diuites & pauperes, sapientes & contrā, liberos ac seruos, magna uoce conuocat: hortaturq; omni studio ac cura, ut hoc donum suscipiamus. Nam sicuti eiusdem naturæ atque substantiæ nos omnes creauit: sic rursus cognitionem & charitatem suam æqualiter omnibus proposuit, qui gratiam eius ex toto animo complectuntur, & colunt. Hanc Dei erga nos charitatē Christus qui ipsius Dei patris uerbum est, ipse quoq; Deus, non respiciens ad peccata hominum, sed seipsum eis reconcilians, uniuerso (sicut diuina exclamat scriptura) orbi annunciat. Venit namq; ait, et annunciat ueritatem illis qui longē sunt, et pacē illis qui propē sunt, quæ olim Hebræi diuinitus docti prædicabant. Quidā enim eorū clamat: Recordabuntur & reuertentur ad Dominum omnes fines terræ, & adorabunt coram eo omnes patriæ

Euangelij quid.

Amicitia Dei & hominum conciliat Euangelium.

Nemo ab Euangelio excluditur.

LIBER PRIMVS.

A patria gentium, quia Domini est regnum terræ, et ipse dominabitur gentiū. Et rursus: Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit. etenim firmavit orbem terræ, qui non commouebit. Alius, Conspicius erit Dominus in ipsis & conteret penitus deos omnes gentium terræ, adorabuntq; ipsum singuli, ex loco suo. Hæc ex priscis temporibus dicta diuinis oraculis, nunc ad nos Saluatoris nostri Iesu Christi prædicatione peruenerunt, sic prædictam olim & expectatam à sanctis uiris omnium gentium uocationem, ueritatisq; cognitionem, uerbum Dei, quod nuper de cælo descendit, operatq; fecit, multo ante prædicta nobis annunciat.

De his que solent obijci à Græcis & Iudæis. Cap. II.

Sed sentio me impetu quodā animi, & desiderio nimium prouectum. An ista enim quæ nostra confirmemus, quæ solent obijci refutanda esse uidentur. Nam cum multi non ratione Christianam religionem, sed incon siderata fide, unde fideles appellantur, susceptam esse putent: iurē nos, qui ueritatem euangelicam, argumentis, signis, atq; uestigijs approbare his libris, aggressi sumus ad præparationem suscepti negotij: respondendum ad illa prius esse putamus, quæ uel à Græcis, uel à Iudæis, ac maximē à curiosis nobis solent opponi. Non enim aliter arbitror ordine certo, ac serie orationem nostram progredi posse, quàm si prius, ea quæ ad Euangelicam ueritatem iter præparare, & his qui à gentibus ad nos conuertuntur, aptiora esse uideantur, exponamus. deinde præparatis iam & perfectioribus idonea, quæ ad uerā Saluatoris ac Domini nostri Iesu Christi cognitionē adducūt, diligentius explanemus. Huius ergo negotij ab illis initiū sit, quæ tam à gentibus, quàm à circumcisīs, qui exquisitius rem nostram quærent, dici possent. Quæ reter enim quilibet profectō, quod nam genus hominum simus, qui hæc scribere aggrediamur, utrum Græci an Barbari, uel si quid inter hæc inuenitur, neutri, & quos ipsos nos esse profiteamur, non dico nomine, nam id quidem una uoce clarum fieri potest, sed uiuendi modo, ac secta. Nec enim, inquit, gentiliū comprobatis religionem, nec Iudæorum uos moribus uiuere uidemus. quid igitur hoc monstri est? Aut quæ nam hæc est noua uiuendi ratio? Præterea, quomodo impij non erunt ac deorum omnium inimici, qui patrios mores, patriam iura, patrias cæremonias, quibus gentes omnes ac ciuitates continentur, contempserunt, atque abiecerunt? qui saluatores ac benefactores deos spreuerunt? Et quos deos? eos uidelicet, qui ab initio seculorum apud uniuersos homines, tam Græcos quàm Barbaros, per regiones, ciuitates, agros, hostijs, diebus festis, ludis, ac cæremonijs, ab omnibus regibus, tyrannis, populis, philosophis, legum latoribus, honorantur atque coluntur, ac eorum loco impia quædam ac scelerata admirantur et colunt. Quæ igitur uenia digni, aut potius quem cruciatum, quodq; supplicium non merentur, qui patria neglexerunt? & aliena figmenta spurcis fœdisq; Iudæorum fabulis nixa elegerunt? aut quomodo non extrema prauitate sunt, qui tam facile propria reliquerunt, ac fatuam & omnis rationis inopem fidem, uniuersis gentibus inimicam, ac impiam, elegerunt? Nec ipsum Iudæorum Deum secundum eorū cæremonias, nec gentium religionem colentes, inauditum ac inuitū iter sibi ipsis turpiter contecerunt? Sed hæc quidē ex gentibus aliquis, nec sua, nec nostra rectē intelligens, de nobis dicere poterit. Hebræi uerō ipsi quoq; de nobis forsā conquerentur, quoniam cum alinigenæ simus, sic scriptura sua nihil ad nos pertinente, impudenter abutimur, ut nos in suam nobilitatem intrudere, ac ipsos à patrijs ac proprijs ritibus extrudere conemur. Nam si Christum diuinis oraculis uenturum ante multa secula scriptum est, si Iudæorum prophetæ aduentum ipsius prædixerunt, qui & saluatorem & regem Iudæorum non gentium ipsum futurum prædicarunt, si tandem aliqua quædam meliora diuiniore scriptura prænunciat, ea quoq; Iudæis

difficile fiait expugnare deos gentiliū.



DE PRÆPARATIONE EVANGELICA.

4 deis nō gentib. scripta fuisse. Itaq; nō rectē nos facere, qui hęc obaudiamus: et qd turpius est, quę Iudeis ppter errores suos incōmoda uentura scribunt, ea iā ipsis accidisse asseramus. Repromissiones autē bonorū in nos ipsos transferamus. quodq; menti capti hominis est, prædictā felicitatem conseruantib. legē nobis ipsis attribuimus, et datos ab ipsa lege carimonias improbamus.

Refutatio eorum quę obijciuntur. Cap. III.

His ceterisq; huiusmodi cum aduersus nos utant, age iam Deum omnium per Saluatorem nostrū uerbū ipsius quasi per pontificem inuocantes, primum in nos argumentum suū refutando, calumniatores ipsos esse ostendamus, qui nihil nos comprobare posse, sed expertes rationis fide persuasos asserunt: idēq; tam ex his probationibus, quibus utimur, cū ad religionem nostram gentiles concurrūt, redarguemus: quā ex his, quas uel scribendo, uel uiua uoce proferendo, et aut priuatim, aut publicē disputādo aduersariis opponimus: ac multo magis per hos quoq; libros, qui hoc totū Euangelicę ueritatis negocium continent. gratiam enim Dei ac cœlestia beneficia, per Dominum nostrum Iesum Christum filiū Dei, Saluatorem nostrum, nobis esse collata, pluribus ac perspicuis argumentis hic tractatus probaturum se pollicetur. Nam cum patrum nostrorū memoria nonnulli aduersus gentiles opponentes ac eis respondentes, alij diuinas scripturas exponentes, alij ueritatis dogmata subtilius comprobantes, multa reliquerunt: iure nobis hic modus, cui libenter insudamus, adiuuentus est. quamuis primus omnium sacer ille Apostolus Paulus probabilitatem omnem cauillatoriam longē abijciens, ac certas asserens probationes, ait: Sermo ac prædicatio nostra non est in persuasibilibus humanę sapientię uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis. Et rursum: Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam autem non huius seculi, neq; principū, qui destruuntur, sed loquimur sapientiā in mysterio absconditā. Præterea sufficientia nostra (inquit) ex Deo est, qui nos et idoneos fecit ministros noui testamenti. Non iniuria ergo omnibus nobis præceptū est, promptos esse ad respondendū cuiq; rationē à nobis de spe nostra querenti. Certum est igitur, Saluatorem nostrum prædixisse doctrinam suam in testimoniū omnium gentium, per uniuersum terrarū orbem prædicatū iri, & ecclesiā quę postea uirtute sua constituta est, inuictā atq; inexpugnabilē fore: nec unq; futurū, ut à morte superaretur: sed firmā fore semper atq; immobilē, tanquam in lapide stabilitā atq; fundatam, cuius diuinationis effectus omnē impudentissimā linguā uana contradicentē profectō arcere potest. Quis enim nō fatebit, cum sic apertē rerū euentus diuinationi congruat, Dei uirtutē nō naturā humanā illam fuisse, quę & futura hæc præuiderat: & re ipsa perfecit, quę uerbis prædixerat? Iam enim sui Euāgelij fama totū ab ortu ad occasum orbē impleuit, omnesq; gentes adiit, crescitq; indies prædicatio sui. Ecclesia etiam hoc nomine ab ipso donata, radices egit, ac usq; ad astra sanctorū uiro-rum orationibus glorificata, luce ac fulgore orthodoxę fidei splendet, neq; hostibus terga dat, neq; ipsis ianuis mortis cedit, propter pauca uerba quę ille protulit. Super lapidem ædificabo ecclesiā meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus ipsam. Sunt autē alia quoq; multa à Saluatore nostro prædicta, quę in suo à nobis collecta loco, et rerum euentibus accommodata, uerā de ipso nostram ostendunt opinionem ac fidem. Sed ad hęc omnia nō sunt cōtemnenda ad catholicā ueritatem cōprobandā, Hebræicę scripturę testimonia, quibus ante mille annos Iudeorū prophete, indoctorū hominū piscationem uniuersę uite hominū affuturā prædicātes, appellationē Christi nomine ipso expresserūt, & aduentū eius in carne, modū etiam ipsum, quo doctrina eius ad omnes gentes perueniret, prædixerūt: nec tacuerūt futuram Iudeorū infidelitatem, et quicquid aduersus ipsum facturi, & quas pœnas paulo post essent daturi, quod urbs eorū extrema obsidione caderet, regnumq; suū omnino

Ecclesia Christi inexpugnabilis.

Status Ecclesie per prophetas expressus.

LIBER PRIMVS.

Anino cessaret, ac ipsi ad omnes gentes dispersi, suis inimicis ac hostibus perpetuo seruirent. Quę omnia sicuti scripta sunt post aduentum Saluatoris nostri euenisse cōspicimus. Præterea, quis prophetas audiens, post Christi aduentū Iudeorū abiectioem, gentium uocationem, apertē dicentes futuram nō admittitur, cū uideat res ipsas per doctrinam Saluatoris nostri oraculis ipsorū ad unguem quadrare: Per saluatorem. n. nostrū factū est, ut ex omni genere hominū penē innumerabiles, spretis idolis, unq; ac ueri Dei cognitionē religionemq; susceperint. quod ita futurū, Dei oracula & palios prophetas cecinerunt, & per Hieremiā maximē, ubi dicit: Domine Deus meus, ad te gentes uenient ab extremis terræ, ac dicent: Quam falsa nostri patres idola possederunt, & non erit in ipsis utilitas. si faciat homo sibi ipsi deos, nec erunt isti dii. Hęc igitur uniuersa fidei nostrę ueritatem astruunt, nec humana uirtute, sed à Deo prædicta, et pphetarū oraculis scripta ostēdūt: et ad hęc à multis uariisq; gentium principatib. liberos quandoq; futuros homines uaticinant. Itaq; cū omnes gentes antiquitus, multi reges ac tyranni, urbes ferē singulas tenerent, ac alij populis, alij paucis regerent, quā ex re bella ubiq; fremebant, captiuitates, depopulationesq; urbium ac gentium indies fiebant, plenaq; omnia erant seruitute: unde cogebant urbani simul & agrestes, ac ineunte statim etate, rei militari operā dare, ac semper & ubiq; p urbem atq; agros armati prodire: cōtinuō Christi præsentia adest, de quo scriptū est in diuinis oraculis: Orientur in diebus eius iustitia & multitudo pacis, et constabūt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces: nec eleuabit gens in gentē gladiū, nec exercebunt ultra in prellū. Rerū euentus uerba pphetarū secutus est, ac omnis principatuū multitudo cessauit, ab Augusto in ipso tēpore incarnationis Domini nostri, Romanorū imperio in monarchiā redactō. Ex illo autē tēpore usq; ad memoriā nostrā non inuenies ita populos populis oppositos fuisse, nec gentem ullā ita in aliam insurrexisse, nec humanā uitam omnium cōfusione uexatam, ut passim prius fieri solebat. Atqui quum magna nō est dignū admiratio ne, si quis ita secū attentē cogitet, cur nam priscis temporibus, quando demones omnium gentium dominabant, ac summopere ab omnibus colebantur, tūto alteri ad alteros furore ab ipsis dijs suis cōcitati ferebātur, ut nūc Grecos, nūc Aegyptios, nūc Syrios, nūc Romanos inter se bellare, ac seipos destruere, regiones suas incursum, ciuitates obsidionib. desolare uideres, sicut historijs suis perspicitur. Simus uerō atq; pijsima et pacificentissima Saluatoris nostri doctrina apparuit, multorū cultus deorū labebantur, bella cassabant, uniuersum hominū genus à magnis malis atq; periculis quiescebat. Quod maximum ego diuine ac ineffabilis suę uirtutis signū dicere nō dubitauerim. At uerō ex sua prædicatione, quantū homines profecerint, quantāq; utilitatē etiā huius uite consecuti, ipsis oculis cernes, si attenderis. nūq; alias in memoria hominū ab aliquo illustro uiro, aut populo factū, nisi nunc, suis duntaxat uerbis, atq; doctrina p uniuersum orbem diffusa, ut omnium iura gentium rectē atq; humanitus se habeāt, illa ipsa, inquam, iura quę ante aduentū suū terra, fœda immania erant. Nō. n. iam Perse q; eum secuti sunt, matres suas nefandis nuptijs cognoscunt, nō humanis uescuntur carnib. Scythę, quoniam ad eos usq; prædicatio Christi peruenit, nec charissimos falsa religione impulsos, liberos uel getę ac Derbices propinquos atq; affines suos, qui senectute conficiebantur, miserimos putasse tradunt: ac ideo immolātes carnes eorū, quos plurimi fecerant, epulabantur. Tibareni uiros seniores suos precipitare, Hyrcani rapaci generi auium, Caspij canib. proicere soliti, quę quidē cuncta religiosissima prius faciebant, nunc uerō sola Euangelica uirtute undiq; trunculentissima hæc pestis explosa est. Quod uerō minimē dii putunt, aut inania, aut surda simulacra, malefici demones in ipsis habitātes, aut partes mūdi, quę cōspiciuntur, aut

Hier. 16.

* pluribus,

Esa. 2.

Fructus doctrine Christi.



DE PRÆPARATIONE EVANGELICA

tur, aut mortuorū hominū umbra, aut quęcunq; animalū nocentissima, sed pro his omnib. una Saluatoris sola doctrina cuncta simul Græci ac Barbari, q non ficto animo uerbū Christi audiuerunt ad tantū philosophiæ peruenisse, ut solum uerū Deū, regem ac Dominū cœli, & terræ solis, stellarū, totiusq; mundi creatorē colant, atq; sequantur, quodq; cunctis uirib. conātur sic uiuere, ut uel oculos coerceant, ne quid cupiditate tracti turpiter uideant, sed ab ipsa mente omnē animi morbū dpeellant. Hęc omnia quōnā modo audebit negare quispiā non esse felicitis uitę? Aut uerō qd non rectē parēre omnino laudant, tantū à peritūrio absunt, quoniā ab ipso non esse iurandū audierunt, sed omni iure iurando abiectō sufficere hominib. Ita & nō quodq; nec in quotidiano sermone inania uelis proferre, sed ita diligenter in omib. teipsum custodire, ut nec falsum, nec iniuriosum, nec turpe in labijs uerbum habeas, quoniā ille dixit, De omni otioso uerbo rationem dabitis in die iudicij, quam philosophorū uitā non excedit? Ad hęc etiam quot simul cuncti & innumerales uiri & mulieres, seniores ac pueri, serui & liberi, nobiles atq; ignobiles, docti simul atq; indocti, in omni ab ortu solis ad occasum loco ubi homines habitant, quotidie fermē ad percipiendam disciplinam Christi, qua nō solum à turpi facinore, uerum etiā à cogitationib. inhonestis abstinere, quę uentri, ac ea quę sub uentre sunt domare docent, confluent, quod uniuersi in diuina pię disciplina exercentur, excelsō animo contumelias ferre, nullā uita dictam appetere, iram & appetitum omnē temerarium superare ac uincere, indigentib. de re sua offerre, omnem hominem iure naturæ fratris ac proximi loco diligere. Hęc omnia si quis simul collecta consideret, nonne fatebitur maxima, & sola uerē bona cunctis esse hominib. prædicatione Christi oblata, nec ab alio quā ab ipso potuisse unq; homines huius uitæ felicitatem recipere? Illud uerō quale tibi uidetur, quod uniuersorum genus hominum nō eorum solum, qui aliqua humanitate præditi sunt, uerum etiam crudelissimum, & in extremis oris terræ habitantium ab immanitate recessit, ac ad opinionones ueræ philosophiæ inductum est? Quis. n. iam immortalem esse animā non credit? Quis nō speret esse apud Deum, cum naturæ concesserimus, uirtuti deposita præmia? quib. inducti nostri hanc uitam omnino ita contempserunt, ut priscos & illustres philosophos mulierculas putes, si ad hos cōferas: ludumq; puerorum nō iniuria existimes omnia, quę de contemnenda morte aut uerbis, aut exemplo prisci philosophi docuerunt. fœminæ apud nos atque infantes, uiriq; Barbari & indocti, philosophi dicerent. Saluatoris nostri uirtute adiuuante, immortalitatis nostræ opinionē re longē magis quā uerbis uerū esse cōprobarunt, quā magnū etiam illud quo omnes gentes non aliunde, quā à doctrina nostri Saluatoris prouidentia Dei esse, quę cuncta pspiciat atq; gubernet, didicerūt. Nec est iam aliquis q nō acceperit sic doctrinam de iustitia & iudicio Dei, ut non fateatur cautē idcirco uiuendū, ac longē à uitijs esse fugiendum. Sed caput beneficiorum omnium, quę à Saluatoris prædicatione Christi adepti sumus facile cognosces, si calamitosam priscę idolatriæ fraudē, qua omnes quōdam homines demonum artib. premebant, diligenter animo uolueris. Verū quoniam ita natura fieri compertum est, ut hominum genus rationis nō expers, nullam unq; rē agrediat, nisi suasio ne inductum credat sibi profuturā, nō temerē ad nostra cōfugientes, ac maxime rudiores, quando ad ueram religionē introducimus, fidei remedium adhibemus, hortantes suadentesq; ut de prouidentia Dei, de immortalitate animi, de bona uiuendi norma, quę à spe atq; fide solum dependet, rectē sentiant. Nā et medico à quib. cauendum, et quib. utendum cōsulentī, nisi quis credat parum sibi peritiā ipsius cōferre poterit: nec plus doctor discipulis, q nō credunt utilitatē quandā à doctrina se cōsecuturos. nec philosophi q sectā ullam quispiā unq; suscipiet, nisi antea crediderit cōmodo sibi futura, ita diuersa sua

Christiani-
smus absti-
net à uerbo
otioso.

LIBER PRIMVS.

A sione ac fide ducti alius Epicureorū attrahit uoluptate, alius Cynicę uitę duri-
tati admiratur, alius Platonem præponit, nonnulli Aristotel., nonnulli Sto-
cos diligenter sequunt. Sic artes quoq; alij alias, quibus oēs medię sint, meliores
honestioresq; sibi utilitate persuasi crediderunt. Ita uidebitis rei militaris ab
alijs, ab alijs mercaturę, aut ædificandi studiū esse ppositū. Agriculturam alius
exercet, ac semen sulcis agrorū commissum & mortuū reuiuiscere posse, nō
desperat. Cur igitur admirant, cū sic uniuersa uita hominū duob. his, fide & spe
gubernetur, si nostra etiam quę sola animis cōducit, multis fide tantū modo
trahuntur, q ratione altiora consequi non possunt? Nonnullis ad fidem ratio
quoq; ac doctrina subtilior conuictet. Nūc quoniam breuiter hęc quasi fun-
damenta iacta sunt, ad primam accusationem respondendum: et qui fuimus,
quicq; sumus, dicendum. Nunquam igitur negaturos sciant q hęc requirunt,
Græcos nos esse patrios, primosq; Græcos dæmonū cultus tenuisse, q̄s nunc
respuimus atq; abominamur, Iudaicis attendentes scripturis: à quib. quamuis
plurima nostræ religioni cōsentanea colligamus, fatemur tamē cæremonias
Iudæorū, uiuendiq; morem nō imitari. Sed non uidebuntur hęc aliter nobis
rectē cōfecta, quali tam ipsa quę à maiorib. nostris accepimus, quā Iudæo-
rū priscas uirtutes in mediū ut omnib. pateant, protrahamus: sic enim simul
& euangelicę doctrinę uirtus extabit, si ante oculos omnium ponemus, à quib.
per ipsam errorib. sumus liberati: & ad hęc quę ratione Iudæorum scrip-
turas admirantes, præsentem eorū uitam recusamus. Postremō quę ratio e-
uangelij sit, quis propriē atq; sincere Christianismus dicat, quod nec Gentili-
um, nec Iudæorū, sed noua quędā ac uera religio ab ipso Saluatoris nomine
appellata, agē iam primū omnium priscas ac primas ipsorum theologias per
singulas usq; in præsentiarū uerbis diuulgatas, ac probas sapientum philoso-
phorū de dijs, de cōstitutione mundi opinionones perspiciamus. Hinc enim co-
gnoscemus, rectē ne ipsa spreuimus, an non. Scribam autē non mea, sed eorum
ipsorum. qui apud eos studiosissimi rerum humanarū diuinarumq; fuerunt
uerba, ut nemo à nobis cōmentam fictamq; narrari fabulam suspicari possit.

Vita homi-
nis fide &
spe regitur.

De origine mundi, secundum Gentiles. Cap. IIII.

Diodorus igitur Siculus uir apud Græcos clarissimus, quippe qui uniuersam
historiam ad unum cōmodissimē corpus collegit, statim incipiens
hęc de origine hominū conscripsit. De prima uerō hominum origine, ut à na-
turalibus & historicis colligitur, binę fuerunt opinionones. Nam alij cum mun-
dum ingenerabilem atque incorruptibilem putauissent, genus quoq; homi-
num sempiternum esse asseruerunt: ita nunquam initium ipsorum fuisse ar-
bitrati sunt. Alij congenerabilem atq; corruptibilem putarunt, homines quo-
que appositē certis temporib. in cœpisse affirmarunt. Vnam enim ante initi-
um omnium cœli & terrę cunctis simul confusis formam fuisse, postea dis-
separatis diuisisq; molib. uniuersi ordinem mundi conspectum, aërāq; mo-
tum habuisse continuū, cuius partem qdem igneam ad superiores ascendisse
partes sursum sua propter leuitatem natura semper tendente. quę ex causa so-
lem ac stellarū multitudinem uolutione totius circumferri. Partem autē tur-
bidam atq; terrestrem unā cum humidis ad sima propter grauitatē loca des-
cendisse, quam partem continuē longo tempore in ipsa conuolutam mariā
ex humiditate, ex durioribus terram lutosam ac teneram concreasse: quam
primum, posteaquam solaris calor exarsit, constipatam fuisse: deinde su-
perficie calefacta, pluribus in locis corruptionem humidi esse consecutā: ex
qua (ut etiam nunc in pluribus fieri solet) cū subito ad transactum frigus ca-
lor exarsit, animalia concreta fuisse, quę noctu à circumfusa caligine aleban-
tur, & in die à calore solidiora reddebantur: ac postremō sufficiens iam cre-
mentum consecuta, erupisse ab illa colluue uarias has animalū formas. Quo-
rum calidiora leuioraq; ad altiora loca exiisse, uolucrum appellatione nuncu-
pata



DE PRÆPARATIONE EVANGELICA

pata: sicciora uerò ac grauiora, serpentib. ac terrenis connumerata: eodem q̄q̄ modo humidiora in consentaneum sibi ipsis locum cōfluxisse, aquatica nuncupata, & sic animalium diuersa genera producta fuisse. Terram uerò postquam magis sole ac uentis induruit, nihil ex perfectiorib. producere posse, ac ideo ex mutua sexuum coniunctione, p̄fectiora generant. Hanc rem ita se habuisse, tragicus etiam Euripides, Anaxagorē phisici auditor in fabula, quam Menalippem nominat, his uerbis testatur: Vna cœlorum olim ac terrę forma sed separatio cuncta in lucem tulit, uolucres ac feras simul, arbores generatq̄ natantium, mortaliumq̄ genus. Hęc de rerum origine prima à priscis accepti mus. Cum igit̄ diuersis uarijsq̄ in partib. orbis terrarum ita p̄ducti sint homines, non iniuria una eademq̄ uti lingua nequiuertunt, cum aliter alibi uocabula rebus imposita sint: et primos q̄dem homines nulla re utili, aut arte adhuc ad uiuendum inuenta, fertur laboriose uitā egisse, nudos absq̄ tegmine atq̄ tecto: qua de re multos frigore atq̄ aestu, nonnulli etiā inedia periere passim. Sed paulatim experientiam rerū docente, ad spelæa hyeme refugere, fruges deponere didicerunt. igne deinde adinuento, artes quoq̄ ad uiuendū necessarias, indigentia & usū hominibus duce ac principe, sunt excogitata. Hęc nobis ille scriptor Diodorus de origine mūdi, & prima hominū uita, breuiter retulit. In quib. nulla Dei mentio facta, casualis quædā uniuersū productio enarrat: quib. congrua omnes fermē Gentiliū philosophi cōscripserunt. Quorum opiniones si diligenter inspexeris, à uanis quibusdam fatuisq̄ coniecturis profectas inuenies. Quod ut facilius facere possis, à Plutarcho tractas, tibi ante oculos ponam. Tu autem attentē diuersitatem eorum tecum cōsidera.

Diuersę de substantia mundi, Philosophorum opiniones. Cap. V.

Thaleta ferunt primum omnium principium rerum, aquam posuisse: ex ipsa cuncta esse, ac in ipsum demū deuenire, arbitratur. Post eum Anaximandru, Thaletis sodalē, ipsum infinitum rerū omnium generationis atq̄ corruptionis causam dixisse. Nā ex ipso ait cœlos segregatos, ceterosq̄ mūdos numero infinitos: corruptionē uerò & generationem multo prius ex infinitis arbitratur seculis in se ipsis reuolutis. Hic cylindri formæ esse terram asserit: tantæq̄ profunditatis, ut ad latitudinem profunditas tertia pars inueniatur. Ait præterea, spermaticas uires ex sempiterno calido ac frigido in origine huius mundi, densas fuisse: ac aliqua ex flammea pila aere hoc circumuoluta, ut testa nucleus diruta, & in quosdam circulos explicata, solem ac stellas constituisse. Ad hæc hominē primò ab alijs animalib. natum: nam alia, inquit, uideamus citò, postea quā nata sunt ad propria pabula per se uenire, hominē uerò diuturna egere lactatione. Quare nisi in primis inijs ab alijs natus, aliorū nomine secutus fuisset, nunquā educari potuisset. Hęc Anaximander. Anaximenes autē principiu rerum aëra opinat, quem genere infinitum, qualitib. finitum ait: cuius condensatione ac rarefactione, cuncta gigni arbitrat. Motū uerò ab æterno esse dicit: terram ex aere constipato, primum omnium factam latam magis: idcirco non absq̄ ratione super aërē contineri. Solem uerò ac lunam, ceterasq̄ stellas, à terra ortū habere. Itaq̄ solem, terram esse ait, uelocitate motus caliditate affectum. Xenophanes Colophonius nouum quoddam iter præter prædictos sibi fabricatus, nec generationē rerū, nec corruptionem ullā esse cōtendit: esse namq̄ simile quicquid est. Nam si aliquid, inquit, gigneret, id non fuisse antea necesse est: quod aut non est, id gigni non posse. Nam neq̄ non ens facere aliquid, neq̄ à non ente fieri quicquam posse. Asserit autē, sensus omnes falsos esse, rationem quoq̄ unācū sensib. uidet abijcere, terrā uerò continuē aquis delatam, paulatim in maria longo tempore abituram censet, solem atq̄ alias stellas è nubibus gigni. Parmenides Elata, Xenophanis auditor atq̄ amicus, primum Xenophanem, deinde oppositam quandam uia secutus est: sempiternū enim atq̄ immobile censet esse uniuersum, quod

Euripidis de mundi initio opinio.

Cylindri forma, segmentū columnę rotundæ.

Mundus ex aere.

LIBER PRIMVS.

A quod est ens secundū ueritatem rerum. Solū enim esse simplex et intrepidū atq̄ ingenitū. Generationem uerò eorū esse quæ falsa æstimatione uident esse cum nō sint. Nā sensus semouendos à ueritate putat: asserit enim, si qd est præter ens, id esse non ens. Non ens aut non esse in reb. & sic ens ingenitū sibi relinquit. terram uerò densioris aeris defluxu factam arbitrat. Democritus Abderita infinitū dixit esse uniuersum, quoniam à nullo creatum, immutabile etiam esse eorū uerò quæ nūc gignunt nullum habere principiu, sed ex infinito tempore cuncta simpliciter quæ sunt, quæ fuerūt, quæq̄ futura sunt, necessitate prædestinata fuisse. Solis ac Lunæ generationem ppriam, separatā ab alijs esse dicit, naturamq̄ ipsorum, nec calidam, nec splendidam fuisse, sed cōtra generationis sue naturę similem. Sed postea cū maior orbis solaris factus esset, ignem in ipso fuisse intrusum Epicurus Neoclis Atheniensis filius, maiestati deorū detrahare conat, nec aliqd ex nō ente fieri asserit, ac semp uniuersum sic se habuisse, neq̄ aliqd noui fieri, præter id quod tempore infinito ita factū est, corpusq̄ esse uniuersum nō solū immutabile, uerum etiā infinitū, finē bonorū uoluptatē statuit. Aristippus Cyrenaicus, uoluptatem bonorū, dolorē malorum finem constituit. Ceteras scientias excludit, illud solē esse utile putans, ut quæras, si quid domi malū, aut bonū tibi contingit. Empedocles Agrigentinus, elementa quatuor ponit, ignē, aquam, aera, terrā, quorū causam amicitia & litē, ac à prima elementorū cōplexione segregatū aera circumfusum fuisse contendit. post quem ignē erupisse, cumq̄ aliū locū non reperiret, sursum à frigore aeris repulsum. Circa terrā autē duos circumferri dimidiatos orbis, alterū ex igne totū, alterū ex aere maximē, ac ex igne admodū exiguo & illum diem, hęc noctē esse putat. initū uerò noctis, à die propter imperium ignis, solem natura non esse ignē, sed ignis percussione ei similem, quam ab aquis fieri cernimus. Lunā ex relicto ab igne aere cōgelato, sicut grando congelatur per se factam lucē à sole recipere: mentē non in capite, nec in pectore, sed in sanguine disseminatā esse, ac illis partib. homines magis sentire, quibus plus mentis inest. Metrodorus Chius, sempiternū esse uniuersum ait. nam si factū esset, esset à nō ente. Infinitū etiā, quoniam sempiternū, cū nō habeat principium unde incipiat, nec exitum q̄ terminet. Immobile quoq̄ asserit, quoniam moueri nō possit quod nō transeat. transire autē necesse est, aut in plenu, aut in uacuum: quum alterum nō est, in alterum transitus fieri nō potest. Ex æthere autem fieri nubes densatione: inde aquam: quæ ad solem decurrens, extinguit ipsum: quare factus rursus accenditur: Solem siccitate cōstipatum, ex aqua splendida stellas efficere. diem etiam ac noctem inde fieri, quod Sol extinguat, atq̄ incendat. Eclipsim q̄ extinctione fieri. Diogenes Apolloniata, elementum aera ponit, oia moueri dicit, mundos infinitos asserit, q̄s factos esse arbitrat uniuersū motu, qd huc atq̄ illuc latum, alibi rarefactum, alibi cōstipatum: ubi forte cōstipatum fuit, ibi globum factum & mundum: in q̄ quæ leuiora sunt, superiora petierunt. Hęc Plutar. quæ oia Socrates quoq̄ uir ille illustris furoris atq̄ insanie plena putat, siqdē hie dignus Xenoph. testis est, q̄ sic de ipso in libro de Socratis memorabilib. dictis scripsit: Nemo aut unq̄ Socratem impiū qddā & irreligiosum, aut facere uidit, aut dicere audiuit. Non. n. de natura rerum, neq̄ de altiorib. sublimioribusq̄ reb. ut plurimi faciunt, disputabat: nec cōsiderare unq̄ uoluit, quoniam modo, quæq̄ necessitatis serie, hæc moles q̄ mundū Sophistæ appellant, aut singula cœlestiū corpora facta sunt: sed eos q̄ assidua cura atq̄ studio hæc tractant, stolidos uanosq̄ homines esse ostendebat. Et paulo post hæc: Valde aut mirabat, quod non poterunt intelligere nō posse homines hæc adinuenire, cuius nō parū signū est, q̄ qui maximē harum rerū scientiam profitent, quiq̄ ceteris sapientiores uident, non eadē, sed pugnantia dicunt adinueni. Sed hæc qdē Socrates (ut Xenoph. testat) quib. consona in libro de anima, ipsi, Socrati orationē attribuens Plato

Socratis summa modestia.



10 Plato conscripsit. Nā ego (inquit) dō Cebes, cū iunior essem, quā mirabili ex arsi cupiditate eius sapientia, quā naturalem sapientiā appellant. Præclarū enim mihi uidebat, causas rerū scire, cur singula quoque modo gignant atque corrumpant, et cur sint atque permaneant, ac sepe numero me ipsum huc et illuc uersabā, talia diligenter considerans. Nū postea quā frigidū et calidū ad putredinem quandā (ut quidā aiūt) peruenerint, tunc animalia concreant? Et utrum sanguis est, quo sapimus, an aer, an ignis, an nihil horū? sed cerebrū potius, a quo audiendi, uidendi, olfaciendique sensus, nobis præstantur, quibus quidē sensibus memoria conflatur atque opinio. Ex memoria porro atque opinione, cū tranquillitatem in his acceperint, originem scientiæ perspicere, rursusque horū ipsorū corruptiones excogitādo, tam ad hanc cōsiderationem ineptus mihi uisus sum, ut nihil supra cuius rei signū tibi sufficiens afferā. nam ex hac cōsideratione, uel ipsa quæ prius planē sciebāt, ut tā mihi, quā cæteris uidebar dedidici, sic tardior uel cæcus omnino factus sum. Hac Socrates dicit apud omnes Græcos clarissimus. Quare si huic tanto, tāque præstanti philosopho, amentia uisa est dictorū de natura uirorū doctrina, iure nos quoque impietatem illorū omniū recusamus, præsertim cum errores de multitudine deorū sui, ab his quæ de natura dixerit nō sint alieni. quod loco suo ostendemus, ubi docebitur, Anaxagorā primū Græcorū intellectu reb. instituisse. nunc uero ad Diodorū trāseamus, ac ipsum de prima hominū theologia scribentē audiamus.

Diodori uerba, quod præsci homines Solem et Lunam colebant: et quod nec idola, nec demones nouerant. Cap. VI.

Agyptios ferunt primos omniū oculos, cum in cœlum sustulissent, motum, ordinem, et quantitates cœlestiū corporum admiratos, Solem & Lunam deos putasse: ac Solem quidem Osirim, Lunā Isim nuncupasse, à proprietate quadam inditis sibi nominibus. Nam si quis ad latinam linguā uerba transferat, multioculus Osiris dici potest: neque id ab re. radios enim suos, quasi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perspicit, ut etiā Poëta dicit, Sol qui terrarū flammis opera omnia lustras: quamuis nōnulli Græcorū poëta Dionysium esse Osirim cōfingant. Syrium quoque ipsum tanquam nomen de nomine ductū sit, appellatū existimant. Hinc Eumolpus in Bacchicis carminibus, ignio oculum radijs Dionysium nuncupat, & Orpheus splendoris autorem Dionysium. Isim uero latine Priscam dicere possumus, Lunæ hoc nomen indito, quoniam sempiterna priscaque sit. cui cornua depingūt, uel quia cum Alinoides sit, cornuta uideatur, uel quod bos ei apud Aegyptios sit dedicata: quibus, ut Porphyrius asserit in libro quem aduersus edentes carnes conscripsit, non sanguinem aut nidorem offerebant sed fruges terræ, quas etiā ipsas quasi deos adorabāt. Miserationem uero, lachrymas atque fletū germinibus terræ deflorescentibus offerebant. Similiter primitiæ animalium, ex terra generationi ei, etiam quæ ex cōuentu sexuū est, mortū quoque animalium eodem modo, quod adorationis genus ex animi profectū ignauia infirmitati eorū erat, accommodat. Sacra igitur regione Assulo habitata, ibi primū ab omnibus sacra cœlestibus, oblata sunt, nō myrrha, non calix, aut croci primitiæ, nam hæc longe postea fuerunt inuenta: sed herbā uiridem quasi pductiuarū terræ uirum primitias, manibus offerentes dijs offerebant. arbores enim antea quā animalia terra produxit, herbas autem multo prius quā arbores. Ex herbis ergo integras qualdam sumentes cū folijs, radicibus, ac fructu, partes simul cōcremabant, et hac exhalatione ac fumo cœlestibus litabant. ignem quoque inextinctum in templis seruabant, tanquam cœlestibus simillimum. Ab hac autem exhalatione, quam græci θυμιατον dicunt, θυμία quoque quam sacrificium latine appellamus, apud græcos antiquitus dicta est. Nunc uero non recte capimus θυμιατον, illum cultum appellant, qui sanguine celebratur. & post pauca Multo autem postea iniquitate hominum foedissimus sanguinis, atque hostiarum

Osiris, Multioculus.

Isis Prisca.

Arum mos introductus est, crudelitatis plenus, occisis animalibus, & eorū sanguine aris deorum imbutis. Hæc Porphyrius. Plato autem in Cratilo sic scribit ad uerbum: Videntur mihi primi Græcorum eos solūmodo deos putasse, quos etiam nunc multi ex Barbaris colunt, Solē uidelicet atque Lunā, Tellurem, Stellas, ac cœlum. Nam cum ipsa cernerent *θεῶν* semper hoc est, currere atque reuolui, ab hac ipsius *θεῶν* natura, deos appellarūt. Hæc Plato. Verū quod primi atque antiquissimi hominū, nec tēplorum molibus, nec simulacrorum dedicationibus operā dabant, quippe qui neque pingere, neque fingere, aut cœlare, sed nec edificare, adhuc sciebant, unusquisque facile cogitatione per se ipsum assequi potest. Quod etiam nulla deorū atque heroum Iouis, Saturni, Neptuni, Apollinis, Mineruæ, Iunonis, Dionysij, Herculis mentio apud illos erat, sed nec aliorū, quorū nomina modō Græcorum ac Barbarorū aures multitudinem obtundunt. Præterea quod nec dæmon quispiā, probus aut improbus admiratione habebatur, sed sola cœlestia, ut dii nō uictimarum cedibus, sed herbarum fumis colebantur: nō argumentis nostris, sed suis testibus partim ex iam dictis, partim ex his quæ dicentur, facile comprobatur. quod & sacre scripture inuolabili patet autoritate, quæ à cæteris hominibus, cœlestia corpora dicit deorum nomine adorata fuisse. Solis uero Hebræis unius ac ueri Dei & creatoris omnium fidem, cultum, & pietatem attribuit. quibus omnibus apertissimè liquet, non fuisse apud præscos uel Græcos, uel Barbaros, simulacrorum dedicationes, aut deorum dearumue genealogiam, aut demorum ac spirituum inuocationes, aut turpem heroum theologiam: sed ad hæc omnia quoque ipsa deorū, tam marū quā feminarum postea inuenta, haud dubiè nihil uitiū nugatoriae superstitionis, quæ gētes omnes occupauit, antiquissimis temporibus, fuisse ostendunt. Quare nemo dubitare potest, hominū esse hos deos, excogitationes & confictas mortalium fabulas: imò uero improborum ac scelestorum artificia, quibus cupiditates suas assequi possent, ut faceratissimus etiam sermo apud nos dicit: Initiū fornicationis, idolorum inuentio. Gentilium igitur omniū error, quo deorum multitudinem esse falso crediderunt, à Phœnicibus atque Aegyptijs incipiens, & ab his cæteros homines, ac ipsos quoque Græcos aggressus, multis seculis postea orbē inuasit, ut ipsorū Phœnicū testatur historia, quā Sachoniatho uir præscus. quæ uel ante Troiana tempora floruisse dicūt, Phœnicum lingua exquisitissimè conscripsit. tra-duxit autem in Græcū Philo non Hebræus, sed Biblius, quos magnis laudibus Porphyrius in quarto eorū, quos aduersus nos libros euomit, his uerbis decorauit: Narrat autem Iudeorū historiam uerissimè, quoniam & locorū & uirorum nomina ita ponit, ut ipsi Sachoniatho Berutius, qui eorum omnium monumenta, ab Hieromibatio Dei leui asserit habuisse: quam quidem historiam Belbalo Berutorum inscripsit regi, cui propter ueritatem historie gratissimus fertur fuisse. Is Sachoniatho, Phœnicum etiam historiā, partim à singulariū urbiū annalibus, partim à libris sacris qui dedicari solebāt, solerti collegit ingenio, quem nō multo post Mosem, Semiramidos fuisse tēporibus, scriptum est. Hūc uirum Philo Biblius in Græcā linguam exactissima cura traduxit. His uerbis Porphyrius ueritatem ac antiquitatem Sachoniathonis historie testatur, in qua non creator omniū, nec cœlestia corpora, sed mortales uiri, nec probi, quos saltem propter uirtutem admirent, sed scelesti nefandorumque morū Phœnicū Aegyptiorūque dii fuisse narrantur. Isti uide licet ipsi, qui etiam nūc apud omnes gentes, quasi dii immortales honoribus coluntur diuinis. Sed tempus est iam illos ipsos audire. Philo Biblius in exordio statim totius negocij Sachoniathonis, quod in nouem libros partitus est, hæc de autore suo ad uerbum dicit: Sachoniatho uir peritissimus atque curiosissimus fuit. Is cū nihil omniū quæ ab initio facta sunt memoratu digna ignorasse uideat, diligentius tamē quā cætera ea inquisiuit, quæ Taautus excogitauit.



DE PRÆPARATIONE EVANGELICA

13
nō enim latebat ipsum, quōd primus omnium mortaliū Taautus literas adinuenit, & res memorabiles ausus est aternitati cōmēdare, quē Aegyptij Thoyth, Alexandrenses Thot, Græci *ἰγμῆρ* appellarūt. Paulo deinde post hæc accusauit iuniores, quōd ea quæ de dijs fabulose dici uideant, uel allegoricē ad naturā, uel tropologicē ad mores studēt reducere, nō reducēda, his uerbis: iuniores sacrarū rerū interpretes, res gestas repellētes, fabulas, fabularūq; allegoricas excogitarūt, quas rebus naturalibus imponentes mysteria cum tāta obscuritate induxerūt, ut nemo facillē ueritatē rerum possit perspicere. Verūm prisci, ac præcipuē Phœnicēs atq; Aegyptij, quos ceteri sunt imitati, si qui uitam aliqua re inuenta excoluerunt, eos benefactores, cōmunesq; patronos putātes, quasi deos adorabāt, quibus statuas ac simulacra, tēpla quoq; statuentes, naturalium etiā deorum nomina imponebant. Naturales autem deos Solē ac Lunam, cæteras tam erraticas quā non erraticas stellas, & elementa, unā cum istis putabant. Ita deos, alios mortales, alios immortales dicebant. His sic expositis, Phœnicum deinceps theologiam secundum Sachoniatonem, Biblius Philo sic ad uerbum exponit.

De Phœnicum theologia Cap. VII.

Phœnicum theologia principium rerum omnium tenebrosū, ac spiritalem aerem esse affirmat, aut aeris tenebrosi spiritum: & præterea chaos turbidum, omni luce priuatum: hæc infinita esse, atq; interminata. Verūm quando spiritus sua principia concupiuit, facta est complexio atque connexus, qui Cupido appellatur, quiq; creationis rerum omnium principiu est: spiritus autem suam non nouit creationem, sed ex eius connexu factum est moth, quod limū dicere latinē possumus. alij aquosæ mixturæ putredinem, ex qua semina creaturarū omnium & generatio prodit: ac in primis animalia sensu carentia: ex quibus facta sunt animalia intellectualia, quæ nuncupantur thopha sunin, id est cœli conspectores, in figuram oui conformata. Moth autem effulsit, Sol, & Luna, stellæ, ac astra magna. Huius mundi origo apud eos creditur, qua deorum apertē religio contemnitur. Sed uideamus quomodo cætera mirabilis illa theologia cōstituit. Aere igitur, inquit, & mari, igneū uenti emittentes splendorē, simul cum terra, ac nubes factæ, & maximæ de cœlo effusiones. Segregatis itaq; cunctis, atq; a suo loco Solis calore depulsis, rursus in aere corrudentia suo conflictu tonitrua & fulgura effecerunt, quo sonitu animalia ex limo quasi ex somno prosiluerunt: eruperuntq; tā ex terra, quā ex mari, mas & fœmina. His addit: Hęc in libris Taauti, de origine mūdi conscripta reperimus, quæ ille ingenio ac cura inuenit, nosq; illuminauit. Deinde uentorum nominibus, ordineq; ante oculos posito, post pauca infert: Hi primum terræ fœtus, quos & ipsi, & qui ante ipsos fuerūt, & post eos uitam trahabant, deos putanes adorabant, & infusiones ac fumigationes eis faciebāt, qui adorationis modus suę infirmitati ac ignauitē animi cōgruebat. Post hæc, ait, ex uento Colpia nuncupato, & muliere Bau, quod noctem significare interpretatur, natos fuisse Seculum ac Primogenitum, uiros mortales, ita nominatos. & a Seculo primum ex arboribus alimenta hominibus esse reperta: ex his uerō natos Genus ac Generationem dictos, Phœniciam habitasse. æstiu aut factu, palmas ad solem sustulisse, quē Deū putabāt: Beelsamē uocantes, id est cœli dominū, quem Græci Iouē uocāt. Incurat deinde Græcos, quasi errorib; ductos, his uerbis: Non enim temerē multis hæc nominib; distincta sunt, sed secundum susceptas res, nomina indita fuerunt, quæ genus græcorū ignorans, lōgē aliter intellexit, ambiguitate interpretationis cōfusum. Ad dit deinde, a genere Seculi & Protogoni mortales filios procreatos, quorū nomina lux, flāma, ignis: ex constructione lignorū ignē reperisse, ac usum eius docuisse. a quibus uasto corpore natos filios asserit, quorū nomina montib; ubi habitauerunt imposta, Cassio scilicet, Libano, atque Impudico. hi quibus-

Moth, limus.

Iupiter, Beelsamas dicitur, id est, Solis magister.

LIBER PRIMVS.

14

A cunq; obuiā fierent, cōmiscēbatur. Tabernacula excogitata refert ab istis ex cannis, folijs, atq; papyro: factiole quoq; aduersus fratrem Vsonē eos uixisse, qui corporibus tegmina primus ex pellibus ferinis confecit: magna uerō imbrū uel præcipitata flantib; uētis, atq; coruscantibus undiq; fulguribus, syluas apud Tyrū concrematas. Hunc Vsonē arboribus amputatis ambustisq; primū cū his mare ingredi ausum fuisse, simulacraq; duo igni ac uēto erexisse, quæ adorabat sanguine ferarū profundēs: his omnib; cū nature cōcessissent, uirgas ac statuas a posteris cōsecratas, anuasq; celebritates statutas. Lōgē aut post, genus altū cœlorum Venatorem & Piscatorē natos, piscationem & uenationem inuenisse. ex his natos duos alios, qui ferrum ferricq; usum inueniunt, quorum alterū Chusora uocatū, cantibus magicis & huiusmodi uerbis plurimum ualuisse. Hi domibus porticus addiderūt, & circuitus & camere: ex his, piscatores & uenatores, & qui Titanes appellātur, fuisse. Ex his etiā Amynum atq; Magum, qui greges fecerunt, & magalia construxerunt. Ex his etiā Misora & Selech, id est uita tenuem atq; iustum. isti salem usūq; eius inueniunt. a Misore Taautum fuisse natū, qui primus elementa literarū cōscripsit, quē Aegyptij Thoor, Alexandrenses Thooth, Græci Mercuriū uocāt. Alsedech Dioscuros natos, aut Gabiros, aut Cirbantes, aut Samothracas, qui primi naues construxerunt, quorum nati herbarum uires & catus ad medicinā inueniunt. Ea tempestate natum Ellum, qui altissimus fuit cognomī natus, & mulierem Beruth uocitam: hos in Biblio habitasse. hi genuerunt Terrenum, aut Indigenam, cui Cælus postea cognomē fuit: a cuius nomine, mira uarietate formosissimi supremum corpus cœlum fuisse appellatū. huius ab eisdem temporibus, nata soror, Terra appellata: cui etiā propter formam terra cognominis facta. hi patri altissimo, a bestijs dilaniato, sacra & cæremonia, ut Deo instituerunt. Ita patris regnum Cælus possidens terram, sororē in matrimoniū duxit, quæ sibi quatuor filios peperit. Illum quem & Saturnū dicunt, Bætilum, Dogana, qui & Frumentarius appellatur, ac postremo Atlāta. Habuit etiā alios liberos Cælus ex multis sibi uxoribus natos, quam rē adeo agrē tulit Terra, ut Cæli diuortio uti uoluerit. Cælus tamen ab ea abstiens, quandoq; uolebat, ut ei appropinquabat: & indignatiōe incensus, filios ab ea sibi procreatos, neci tradere conabat. qua ex re coacta Terra, locios sibi ac adiutores ad defendendos natos conciuuit. Interea Saturnus, cum in uirū euasisset, Mercurij ter maximi, qui eius scriba fuit, auxilio usus, ad defensionē matris, patrem ulciscitur. Saturni deinde liberi fuerunt Proserpina & Minerua, quorum prima uirgo obiit. Mineruæ autem atq; Mercurij, nouis artibus hastam & falcem ferreas Saturnus fabricatus est. Demum Mercurius artibus magicis Saturnos milites instruxit. commissioq; aduersus Cælum pro Terra prælio, suis fugatisq; copijs, regnum suscepit. Ea in pugna, inter alios quædā Cæli coniunx ei admodum dilecta, capta fuisse fertur, quam Euragoni Saturnus in matrimonium dedit, apud quem partu leuauit uentrem, & uocauit, quod peperit Demaroum. His ita gestis, edes suas moenibus Saturnus cinxit, ut hemq; condidit primam Biblum, a Phœnicibus nominatam. Atlanti uerō fratri suspecto, Mercurij consilio in profundū depulso, foveam aggeris super iniecit. His corporibus, Dioscutorum posterū nauigia fabricati nauigabant: tempestatibusq; ad Cassium mōtem eieci, templum ibi condiderunt. Deinde non longo transacto tempore Cælus exulans, filiam suam Ascartem formatas, ad interficiendum dolo Saturnum emisit: sed uarijs modis allectas, Saturni matrimonio sibi sorores cōiunxit. Ea re cognita, Cælus Fato, Pulchritudine, alijsq; socijs auctus, in Saturnū insurgit: quas uidelicet Fatum & Pulchritudinem similiter allectas, ad se Saturnus attraxit. Recepit autem ab Ascarte Saturnus non paucos filios, quorum iunior continuō simulatq; in lucem edi-

Primus literarum inuentor secundum gentiles.

Est dagan Hebrais frumentum.

b

tuz

tus fuit, in deos abiit. Clari uero fuerunt Amor atq; Cupido. Dago autem A frumenta inuenit atq; aratrum. ac ideo Iupiter Ararius nuncupatus est. Se-
lech autem, id est iuio una Titanidum nupta, Aesculapium enixa est. Praete-
rea Saturno interea tres filij nati, Saturnus patri cognominis, Iupiter, Belus,
& Apollo. tunc etiam nati sunt Pontus, Typho, Nereus Pontipater. à Ponto
Neptunus procreatus & Sido, cuius ab ore sonora suauissimaq; uox profue-
bat. Haec prima hymnos carminibus composuit. A Demaroon Melchiratus,
qui & Hercules uocatur, natus. Tunc Caelus Demaroon sibi socio atq; a-
mico, Ponto bellum infert. sed uictus à Ponto Demaroon, uouit pro fuga, uo-
tumq; persoluit. Post triginta duos autem annos regni sui, Saturnus insidijs
Caelum patrem prope fontes fluentes in ualle quadam insidijs locatis, cepit,
& uirilia membra abrasit, unde sacer sanguis in fontes fluentesq; stillauit, qui
locus ad haec usque tempora monstratur. Haec sunt Saturni gesta, haec agen-
tibus praedicata tempora, haec aurea illa Saturnia regna, haec beatificata illa
priscorum felicitas. Sed redeamus ad nobilē istum Theologum, uideamusq;
quid postea factum dicit: & Aescarte autem, inquit, maxima summaq; ac Iu-
piter & Demaroon, & Adolus deorum princeps, Saturni iussu regnum gu-
bernabant. Imposuit autem Aescarte capiti suo regali insigne tauri caput. Cū
morhem terrarum circumiret, reperit forte Aeropetem, quam in Tyriam sa-
cratam insulam adductum consecrauit. Saturno autem quatuor oculos infi-
gne regale composuit: quorum duos in anterioribus, duos in posterioribus
partibus corporis collocauit, qui uicissim contracti quiescebant. Alas quoq;
in humeris quatuor fixit: duas pertensas, quasi uolaret: duas remissas, quasi
staret. significabatur autem, ipsum dormientem uidere, & uigilantem dormi-
re. Similiter quoq; per alas quiescentem uolare, & uolantem quiescere. Ca-
eteris etiam deis duas fecit alas in humeris, quasi Saturno conuolarent. Ipsi
praeterea Saturno, duas in capite alas locauit: unam, propter principatum
mentis: alteram, propter sensum. Cum uero Saturnus austris regiones petis-
set, uniuersam Aegyptum Deo Taauto largitur, ac ipsum ibi regem constitu-
it. Haec autem omnia à septem dicit Sedech filijs Cabijs appellatis, & ab octa-
uo ipsorum fratre Aesculapio uti eis Taatus Deus praecipit conscripta fuis-
se. quae Thaionis filius omnium primus, apud Phoenicis deorum interpres
allegoricè ad naturam accommodauit, tradiditq; posteris quasi orgia qua-
dam atq; mysteria. Taatus autem, quem Aegyptij Thoath appellant, sapientia
Phoenicum praestans, primus religionem deorum ab ignorantia uulgari
in dignitatem doctrinae reduxit: quem post multa tempora Deus Surnobolus
ac Thurro, quae dicta est Chylatris, secuti, abditam Taauti theologiae &
allegorijs obtrusam, in lucem protraxerunt. & post aliqua dicit, morem prisci-
is, in magnis calamitatibus atq; periculis fuisse, ut ciuitatis aut gentis prin-
ceps dilectissimum ex filijs ulciscenti daemone, quasi redemptionis praemium
traderet, & sic traditum mysticè iugularet. Cum itaque Saturnus rex regio-
nis, quam Phoenices Israellem uocant, qui posteaquam hominem exiuit, ad
Saturni stellam adductus est, ab Anobreth nympha unicum haberet, atque
charissimum filium. Leuda re ipsam dictum (sic enim etiam nunc Phoenices
unicum filium appellant) quia maximè atq; periculosissimo bello ciuitas pre-
mebatur, regio in dutum ornatu, super constructam ad haec praeparatam
immolauit. Hic iste Philo Biblius uide quae à Sachoniatheonis traducto ele-
mentis, de serpentibus ac feris uenerosis dicit. quae usum ad uitam nullum pe-
ste uero & interitum uenenoso morfu hominibus inferunt. Scribit igit ad uer-
bum sic: Draconū naturam atq; serpentē, ipse Taatus diuinā putauit & post
ipsum etiam Phoenices atq; Aegyptij: spiritualissimū enim animal omnium est &
igneū. Nam spiritu absq; manuum aut pedum, et omnino alicuius organi exte-
rioris adiumento, ut caetera uideamus animalia ferri, eximiam celeritatem as-
sequitur

† uideatur le-
gedū Iehud.

A quitur, uariasq; figuras & formas gradiens, inuoluto reuolutoq; ad quā uult
celeritatem. gressu facillimè praestat. Longeuū etiam est, nec solum senectam
cum pelle deponens, reuiuenscit, sed crescit etiam in adolescentia reductū.
cumq; determinatos adimpleuerit terminos, in se ipsum reuolutū rursus re-
uirefcit, quamuis semper minus. ita nisi percussū intereat, uix naturali nece
cōficitur. id Phoenices daemone felicē, Aegyptij uero Eneth appellarunt: cui
accipitris caput apponūt propter actiuitatem accipitris singularē. Idcirco E-
pies, quem summum deorum interpres Aegyptij putarūt, sacrarū literarū
scriba, cuius libros Arius in Graecam linguā traduxit, allegoricè hoc tradens
ad uerbum, ait: Diuinissimū animal serpens, & accipitris habens caput, ualde
iueundū est. id si palpebras erigebat, luce primogenitam omnem suā regionē
replebat: cum uero clausos retinebat oculos, tenebrę fundebant. Hinc signi-
ficare uoluit Epies, igneam esse naturam eius à Phoenicibus. Phericydes quo-
q; principia perdoctus, diuinitus de Deo quem Ophionea grece uocauit, la-
tine serpentem dicere possumus. et de Ophionidib. mirū in modū differuit, de
quibus alio loco dicemus. Verim Aegyptij uniuersū depingentes mundū, haec
ipsa inducti sententia, inter circulū aëreum igneūq; in superficie circū futū ser-
pentis accipitri formis figuram extendunt, ut sit Theta graeca litera figura
consimilis, magnitudinē mundi ac formā per circulū significantes: per serpen-
tē uero, qui in circuli medio positus est, bonū daemona cōseuatore omnium,
cuius uirtute mundus cōtineatur, ostendentes. Sed Zoroastres quoq; ma-
gus in libro sacro, in quo res Persicas collegit, haec ad uerbum scribit: Deus
caput accipitris habet. is incorruptibiliū primus est, sēpiternus, ingenuus, ex-
pers partiū, sibi ipsi similis, honorū omnium auriga, munera non expectans,
optimus, prudentissimus, pater iuris, sine doctrina iustitiam perdoctus, natu-
ra perfectus, sapiens, sacrae naturę unicus inuentor. Ideo similiter serpentibus,
ut caeteris dijs immolabant, deos maximos ac principes totius arbitantes.



Ed Phoenicū theologiā iam per autores suos exposuimus,
quam omnino pestiferam, fugiendam, & sanitatem tantae in-
fanitae querendam salutare praedicat Euangeliū. quod autē fa-
bula dicte sunt, aut poetarū figmenta, alius quiddam quasi
nucleū contegentia, sed sapientū priscorū et theologorū, ut
gentes dicerent uera certa q; testimonia, cunctis antiquiora
poētis, inde patet, quod usq; ad nostrā memoriā in Phoenicia isti ipsi dii sic ap-
pellati, sic nati, sic educati, ut dicti theologi tradiderūt, dicūtur. Quare nihil a-
gunt cum ad naturalia quaedam turpitudinem occultates refugiunt, cū res se
ipsae carimoniceq; deorum una clarāq; uoce Phoenicum omnium ipsos redar-
guunt. Sed de Phoenicum theologia satis. Nunc ad Aegyptiam transeamus,
ut etiam hinc uideamus, eēt enē, an contra, gentilium nugas contempsumus,
& salutarem euangelij doctrinam secuti sumus, quam maximè nūc neglectis
suis sanctissimè colit Aegyptus. Vniuersam autem Aegyptiorū historiam &
theologiā ipsorū, scorsū in libro quem Sacru inscripsit Manethus quidem A-
gyptius, Graeca lingua exquisitissimè in medium edidit. sed Diodorus etiam
Siculus, uir clarus, omnem, ut diximus, historiam gentium diligenter, breui-
ter ac ordinatè congregatam conscribens, ab Aegyptiorum theologia, totius
negotij fecit initium, à quo potius, quasi ab illustriore notioreq; Graecis quam
ab Aegyptio Manetho, haec ad uerbum scribenda duximus.

De Aegyptiorum theologia. Cap. I.

A sserunt igit Aegyptij, in rerū omnium origine in Aegypto primū homi-
nes productos, partim propter coeli temperantiam, partim etiam ppter
b 2 Nilum



Nilum & nasci & educari potuisse: Nā nec hibernis frigoribus, nec æstiu solis ardoribus, regionē premi, & solum irrigatione Nili sic esse fecundum, ut alimentorum in usu hominum nulla terra teracior sit. Deus uero mortales homines fuisse, sed uirtute ac beneficijs uitam communem quia excoluerunt, immortalitatem, consecutos, quorum nonnulli reges fuere, nominatq; habuere, alij noua quædam, alij à cœlestibus translata esse, quæ maximos deos, Solem, Saturnum Cybelem, Iouem, quem hominē nonnulli nuncuparunt, lunonē Vulcanū, Vestam, ac postremo Mercuriū. Solem aiunt, primum omnium apud Aegyptum regnasse, Soli cœlesti cognominē: quamuis nonnulli sacerdotum Vulcanum cōtendant, primum igne inuento, regnū obtinuisse: deinde Saturnū qui sorore Cybele in uxorem ducta, Osirim et Isim genuit: aut, ut plurimum dicūt, Iouem & lunonem. Hos uniuersum orbem imperio subitugasse, ac quinque deos procreasse aiunt. Osirim, Isim Typhona, Apollinē ac Venerem. Osirim Dionysiū, Isim, Cererem esse autumat, quos matrimonio cōiunctos, quū regno successissent, plurimū generi hominū cōtulisse. Ita tractu Thebaico centū portarum urbem condidisse, quam alij Iouis urbem, alij Thebas appellāt. Erexisse autē Osirim Ioui, ac Cereris parentibus, ac ceterisq; dijs aurea templa: quorū singulis certas cæremonias statuit, & sacerdotes qui earū curā haberent consecrauit. Ab hoc uitē inuentā & diuersis honoribus homines distinctos, ut alij colerent, alij colerent. Musicam adeo dilectā, ut secū semper nō parū musicorum duceret, quibus nouē uirgines, quarū Apollo dux erat, & alijs doctrinis & canendi arte non mediocriter excelluisse. Quumq; omnes gentes propter eius merita, quasi deū susciperēt, ubiq; monumenta reliquisset. In India multas urbes construxisset, Phrygiā domuisse, ac per Helle sponti angustias in Europam traiecit. Macedonia filium Macedonia regem constituisse, ab hoc Apin & Mneuin consecratos, & apud Aegyptios loco deorum publicē cultōs, quoniam frumentorum inuentoribus ad committenda territorijs semina profuissent. Isim iureiurando nullius se præter Osiridis cōplexum petitorum decreuisse, quam etiam postquam hominem exiit, immortales honores consecutam uidemus. Osiride uerō insidijs laniato, alia quidem membra non mediocri labore ab Iside inuenta, diuinis honoribus sepulta: pennis uerō in flumen Nilum à Typhone proiectus, constituto dolo sacra ac cœremonias maioris aliquanto cultus statuas fuisse: hinc Græcos accepisse, ut Dionisijs Orgia, & dies festi cum honore huius membri fierent. cuius simulacrum in mysterijs ferentes, Phallam appellāt. Fingere autem aiunt ac cōmentiri omnes, qui apud Thebas Boëtias, ex Semele ac Ioue hunc demum natum existimant, quod Orpheus primum ausum fuisse: illum enim Aegyptū petisse, ac inde mysteria Osiridis doctū in Græciā retulisse. Et quoniam Cadmeis amicus esset, genus Dei magnis affectus honoribus ad ipsos non inuitus transposuisse, multitudinemq; alios ignorantia, nonnullos quia talem Deum Græcum potius quam Aegyptiū dici uellent, cultū & mysteria eius libenter suscepisse. At uerō poëtam Orpheum facile totam rem ea de causa, uerisimiliterq; finxisse, quoniam Cadmus ex Thebis Aegyptijs in Boëtiā profectus, Semelē, aliosq; liberos genuisset, quam ab ignoto presam septimo mense, sicut etiam de Osiride perhibent Aegyptij, puerum peperisse. Hunc mortuū à Cadmo deauratum, & quasi Deum ingenti cultu sacrificijs decoratum fuisse: parentem quoq; eius Iouē prædicasse, ut Semeles stuprum leniretur. Hinc apud Græcos celebratam fabulam, quod Semele Cadmi. Osirim ex Ioue concepisset, in lucemq; edidisset. Quam poëta adeo amplificauit atq; auerunt, ut iā resonantibus theatris nemo Græcorū sit, qui hanc rē aliter gestā credat. Nec in hoc solū, sed in alijs quoq; multis illustribus apud Aegyptios, uiris heroibus quoq; ac deis id esse à Græcis factitatū. Hercule enim Aegyptiū fuisse, cuius uirtute multas magnasq; orbis terrarū partes perdomitas, hūc Græ-

Hercules Aegyptius.

A eos ut suū diuinis honorib. colere, qui suis nō sit: sed magnis tēporibus postea adnatū ex Alcumena Herculem, iniuria res gestas Aegyptij Herculis traductas. Persea quoq; in Aegypto natū, et ipsius Iliadis genus ab Aegypto ad Argiuos translaturum, fictis deinde fabulis, lo ipsam esse, quæ in bouis fuit formam mutata. cuius honore factū, Aegyptij bouē adorent: quāuis alij antiquissimis tēporibus, animalū effigies ab Aegyptijs ducibus atq; imperatorib. galeis insculptas ferri solitas, in prælio dicāt, eāq; rē imperij signū ipsis fuisse. Parta dein de uictoria, ea animalia quorū imaginē uictoriosi duces gestarūt, quasi offensionē belli ad hostes ipsi repulissent, in deos relata fuisse. Nonnulli uisus, utilitatisq; causa multa ex animalibus in deorum numero apud Aegyptios suscepta contendūt. Bouem enim ipsam tā partu suo, quam arandi opera cōducere. Oues autē & parere, & tegmentorū materiā præbere, & lacte ac caseo alere. Canē uerō unā cū hominibus uenari, & ad custodiendos homines natum esse. Quapropter deū, qui apud eos Anubis appellatur, caninū habere caput. Ea enim re ostendit, custodē ipsum Osiridos fuisse tam beluas, quam homines importunē obuiā factos coercētē. Felē uerō, quoniam ad scuta faciēda cōducatur Ichneumona, quoniam oua crocodilorū cōterat: & luto cōuolutus, cū os aperiant, ita in uentres eorū insilire soleat, ut exelis intestinis, eos interimat. Ex auiibus ibidē utilē dicūt, ad serpentū, locustarū, erucarū interitū. Accipitrē uerō ad scorpiones atq; cerastas necandos, & alia huiusmodi uenenosa animalia, finē etiā nō nihili cōferre arbitrant. Aquilā uerō, quia regia sit, colūt. Hircū in diuinis ea ratioe dicūt susceptū, quia Priapū apud Græcos ppter genitalia membra, cum illud animal ad coniunctionem sexuum maxime omnium deferatur. Membra uerō genitalia apud eos honorari, quoniam per ea instrumenta species animalium conseruantur: quæ tamen non apud Aegyptios solū, uerum etiam apud plerasq; alias gentes, quoniam quæ ad generationem animalū necessaria sunt, apprimē coluntur. Quapropter etiam antistites, qui à patribus secundum Aegyptios successione sacerdotium acceperunt, huius dei mysterijs initiantur. Ad hæc Paranas etiam atque Satyros aiunt huius rei causa cunctis hominibus esse uenerabiles. Cuius signum est, quia simulacra eorum in templis, membris in morem hircorum (quod animal traditur promptū semper esse ad coniunctionem) tentigine affectus statuuntur. Sacros autem tauros Apin scilicet atque Mneuin diuinis coli honoribus, tum propter agriculturam, tum quia frugum inuentio ad deos refertur. Lupos, quoniam canibus simillimi sunt: & quoniam Iside unā cum Oro filio, certamen aduersus Typhonem susceptura, Osirim asserunt ab inferis filio & matri auxilium ferentem aduenisse, eisq; in specie lupi apparuisse. Nonnulli autem dicunt à lupis aduersum Aegyptium irruentes Aethiopes distractos fuisse: unde regionem Lupariam appellatam. Crocodilum illis honori esse aiunt, quoniam eius terrore ab Arabia atq; Libya latrones in Aegyptum nare nequeant. Præterea quendam de præcis regibus, suorum rabiem canum fugientem ad paludem confugisse, qui præter opinionem hominum à crocodilo susceptus, in alteram ripam traiectus fuerit. Sed cultura animalium alias alij causas asserunt. Multitudine enim aiunt crebrō in reges magno insurgente consensu, diuersorum animalium cultum, diuersis ciuitatibus à quodam rege statutum fuisse, ut dum singuli religionem reuerentur suam, & ceterorum cōtemnant, nō possent uniuersi in unum Aegyptij conspirare. Hæc anima ia linteamine post mortem plangentes, & pectora cum gemitu cadentes, in sacris sepeliunt loculis: quorum si quod spōte aliquis interfecerit, mortis multatur supplicio. Felem autem aut ibidem, siue spontē, siue inuitus quisquam necauerit, morte punitur. Præterea in qua cunq; domo canis mortuus fuerit, omnes qui eam habitant, uniuersocorpore raso, magno luctu afficiuntur: nec uino aut tritico ceterisque ad uictum necessarijs, quæ in ea domo recondita fuerunt, uti amplius licet. Alunt autem

Aegyptij
quære colua
erūt anima
lia.

Anubis de
us.



Apin quidem Memphide, Mneuin in Eliopoli, Hircum in Medente, Crocodilum in palude, Miridos reliquas que feras in locis atris, simalam aut pul-
tem lacte coctam afferentes, bellaria, & melle comixta, & anserinas carnes tam
elixas, quam tostas. Cum masculis autem animalibus femine quoque sexus
summa specie simul nutriunt, quæ pellices appellant. Cum uero Apis mortu-
us fuerit, magnificèque sepultus, quousque similem inueniant, in perpetuo luc-
tu sunt, quem simul ac inuenerunt, ad urbem Nili statim adducunt, quando
solum mulieribus uidere ipsum licet. Obuiam namque facta, sublati uestibus
genitales partes ei ostendunt. nec unquam postea hunc deum mulieribus as-
picere licet, in quem asserunt animam Osiridos post mortem traductam fuisse.
Hæc illa est Aegyptiorum turpis impietas potius quam theologia: aduersus
quam aliquid dicere cum per se iaceat, turpe duco: quam merito contemp-
simus, atque despuimus, à tantis malis non nisi à salutari & euangelica doctrina
quæ obcæcatos mentis oculos per fidem illuminauit liberati: uerum honestio-
res harum nugarum, & quasi naturales rationes paulo post simul cum Græca-
rum fabularum interpretatione facilius enodabimus. Hoc igitur modo, anti-
quissimæ temerariæque Phænicum & Aegyptiorum superstitionis, omnium
gentium turpis theologia plena est. Verum de Græcorum quoque theologia,
qui simulacris & mysterijs simili quodam ut Aegyptij pacto utuntur, modo di-
camus: quam qui uniuersam collegit historiam, in tertio & quarto uolumine
diligentissimè conscripsit, factò à Cadmi ætate initio. Cadmum autem post
Moïsem fuisse ab exquisitissimis gentium annalibus loco suo demonstrabimus
ut aperte appareat Moïsem maiorem natu, quam Græcorum deos fuisse: si qui-
dem, post Cadmum dii emerferunt, quem non paucis annis Moïses superauit.
Sed iam Diodori uoces audias.

De Græcorum theologia. Cap. II.

Cadmum Agenoris filium ex Phœnicia dicunt ad querendam Europam,
quæ fuit à Ioue rapta, à rege missum fuisse, nec inuentem in Boetiam
tandem deuenisse, ac Thebas ipsi ædificasse. Cumque Armoniam Veneris fi-
liam in uxorem duxisset, Semelem & sorores eius ex ea genuisse. Amoribus
autem Semeles Ioue capto ac exorato, tanquam ad lunonem diuino ad eam
modo accedere, non tulisse fulgura atque tonitrua mulierem, sed ab ortu edi-
to puero, igne ipsam flagrasse: à Ioue autem Mercurium accepisse puerum,
eumque ad speluncas Nises, quæ inter Phœniciam & Nilum sita est transmisisse.
Hoc pacto à Nymphis educatum Dionysium, uini & uitis usum atque plan-
tationem homines docuisse: inuenisse quoque coctionem ex ordeo confectam,
quam ceruisiam appellant. hunc cum exercitu non uirorum solum sed etiam muli-
erum orbem lustrasse, iniustis atque impijs hominibus atrociter punitis. Fuisse ta-
mē hastis thyrsis ornatis armatas mulieres: musas etiam omnes secutas fuisse
uirginitate, omnique doctrinæ genere florentes que tripudijs & cantu deum per-
mulcebant. Pedagogum ei Silenum fuisse, cuius consilij uirtutem fuit complexus.
Mitra uero caput ei ligari propter dolores, qui fumante uino caput aggredi-
untur. Bimatrem autem appellatum, quonia ex uno patre & à duabus matribus pro-
creatus fuisse uidetur. Ferulam ei in manu tradunt, quia cum non permixtum aqua
uinum homines biberunt, ac in furorem uersi, alter alterum baculis cæderent, unde
nonnulli moriebantur, pro lignis ferula uti persuasit. Bacchum à bacchis uocatum
fuisse. Lenæum, quonia à *ληνός*, græcè, torcular latinè appellatur. Bromium à *βρο-*
μος, id est ignis sonitus, qui cum ab ortu ederetur, insonuit. Satyri quoque eum
dicuntur secuti fuisse, qui saltando & tragicè canendo, uoluptatem ei afferebant.
Ab hoc primo theatrum & musicam fuisse harmoniam inuentam. Hæc de Dionysio
traduntur. Musas uero Iouis, Cæli, & Terræ filias opinantur, quas plurimi uir-
gines fuisse consingunt: & sic appellatas, quonia à *μῦσες* græcè, honesta bonaque
doctrina instituere significat. De Hercule autem hæc Græci asserunt. Acrisij filia

Danae

Ceruisiam
uentio.

Dionysius
Bacchus,
Lenæus
idem.

A Danae Ioui Persea genuit. Perseo Androne Alectryona peperit, ex quo Al-
cumena est procreata: cui se Iupiter triplicata nocte commiscuit, non cupidi-
tate, ut plerisque alijs mulieribus. sed liberorum procreandorum gratia. Quamo-
brem cum Iuno zelotypia exarsisset, Alcumenæ quidem partum retardauit.
Eurysthea uero uel ante tempus in lucem edidit. quod fecit, quia prædixisse
Iouem audierat illo die ex Persidarum genere regem nasciturum. Herculem Al-
cumena Iunonem formidans exposuit. cui Iuno Minerua suadente mamillam præ-
buit, & è puero uehementius quam ætas patiebatur attracta mamilla, Iuno com-
mota, duos ad necem pueri militantes dracones. ille autem nullo modo territus, al-
terum altera manu dracones ex collo apprehensos interfecit. Aesculapium A-
pollonis atque Phoronidos filium fuisse aiunt, adeoque medicinæ artibus excel-
luisse, ut ab incurabili morbo multas liberaret. Ea re Iouem commotum, ful-
mine ipsum interemisse, cuius morte irritatum Apollinem, Cyclopa, à qui-
bus fulmen illud Ioui constructum fuerat, interfecisse. Unde iratus Iupiter,
ad seruitium Admeti Apollinem impulit, & hoc modo delicti poenas Apol-
linem persoluisse. Hoc in quarto Bibliothecæ Diodorus posuit, qui reliquam
theologiam ab alijs gentibus, Græcos accepisse his uerbis in tertio scribit.

De Atlantorum theologia. Cap. III.

PRimum, inquit, apud eos Cælum regnasse, Atlantem asserunt. is quadra-
ginta, ut dicunt, & quinque filios habuit, quorum duos de uiginti Ops ca-
stissima quædam mulier sibi entixa est, quam propter uirtutum, in deos trans-
latam Terram nominari. filias quoque Cælum habuisse, Basiliam & Cybelem,
quam etiam Pandoram uocant. Basiliam, quoniam quasi mater fratres enu-
trisset, matrem appellatam fuisse: & post Cæli mortem Hyperioni fratri nup-
tam binos liberos, Solem atque Lunam, peperisse. Cybeles autem fratres futu-
ra formidantes, Hyperiona interemisse Solem ac fluuium Eridanum præci-
pitasse. Hæc cum Luna sic facta percepisset, ab alto se ipsam loco deiecit: ma-
trem autem furore concitatam, crinibus solutis, tympanis & cymbalis bacchan-
tem primo circumuagari: deinde postquam inueniri nullibi poterat, in deos
fuisse translata creditum, & aras ei ac templum fuisse constructa, cuius, sacra cum tym-
panis ac cymbalis fiunt. Solem uero atque Lunam, ad luminaria translatos fuisse.

De Phrygum theologia. Cap. IIII.

PHryges uero Mæona Phrygiæ antiquissimum fuisse regem contendunt,
à quo natam Cybelem, fistulam quam Syringa Græci uocant inuenisse:
& Montanæ matrem appellatam, cui magno & casto amore Phrygius dicitur
Marfyas coniunctos, à quo Venerem cognitam fuisse negant, & tibiam aiunt
inuentam, Cybelem autem Attidæ conuenientem, cum uentre cognita res ef-
set interfecto Attidæ ac socijs eius, à patre commotam furore, per uniuersam ma-
gnis uulnibus regionem uagatam fuisse, tympanis dolorem suum consolan-
tem. Marfyæ uero primum cum ea erranti, deinde in musica contentione ab A-
polline superato, pellem uiuo fuisse detractam. Ab Apolline deinde adama-
tam fuisse Cybelem, & cum eo ad Hyperboreos usque errasse: cuius iussu
& Attidæ corpus sepultum, & Cybelem diuinos honores consecutam, un-
de ad hunc usque diem adolescentis mortem Phryges plangere, arisque
instructis, Attidæ Cybelemque templo in Piscino sibi Phrygiæ oppido magni-
ficè constituto, ut deos colere. Post mortem autem Hyperionis, Cæli filios re-
gnum inter se partitos fuisse: quorum clarissimi Atlas & Saturnus fuerunt.
Atlanti uicinas Oceano partes contigisse, & multam Astrologia operam da-
tam, septemque filias natas, quæ Atlantides appellantur, à quibus quam plures
dij & heroes nati, & seniore ipsarum Maia Ioui coniuncta, Mercurium pro-
creatum. Saturnum quoque Atlantis filium, auaritia & impietate prædi-
tum, sororem Cybelem duxisse, à qua Iouem suscepit, quamuis & alium Iouem

b 4

ueni



Iouem Cæli fratrem, & Cretæ regem contēdunt fuisse, qui multo inferior posteriore Ioue fuit, qui totius orbis imperium primus ac serē solus obtinuit. Cretæ autem regem decem filios genuisse, quos Curetas appellant. eius sepulchrum usq; ad hanc diem ostenditur. Saturnum uerò in Libya, Sicilia, Italiâq; regnasse, à quo natus Iupiter, oppositam patri uitam dicitur elegisse, regnumq; suscepisse. Alij patre concedente tradiderunt, alij odio patris à populis electum, atq; ideo Saturnum cum Titanibus bellum ei indixisse: quo uicto, uniuersum sibi orbem subiugasse. Plurimum autem & corporis robore, & animi uirtutibus ualuisse tradunt: ac summopere studuisse, ut & impij punirentur, & probi summis afficerentur beneficijs. Vnde posteaquam hominem exiuit, quoniam humanam iuuerit uitam, Iouem appellatum. De terrestribus autem dijs, cum multa uariâq; tam historicis quàm poëtis scribantur: & inter historicos Euemerus, qui sacram historiam, Homerus, Hesiodus, Orpheusq; monstruosa quædam finxerint, breuiter quæ utriq; conscripserunt, explicare conabor. Deos igitur honorabant, Euemerus ait, magnificentissimis sacrificijs, & muneribus argenteis atque aureis mirabili arte consecratis, de quibus latius in superioribus conscriptum est. Est autem in ea insula, quæ Deo consecrata est in quodam altissimo templo Iouis Triphylei templum, ab eo ipso cum toti orbi imperaret constructum. statua etiam in eo monte aurea est, in qua pancais literis Cæli, Saturni, & Iouis, res gestæ summam conscriptæ sunt. & paulo post: Cælum ait iustum & benignum uirum & Astrologiæ non inderitum primum regem fuisse, à quo deos cœlites sacrificijs primò cultos: unde Cæli cognomen habuisse, duosq; filios Pana & Saturnum, & filias similiter Rhæam & Cererem ab uxore Vesta suscepisse: Saturnum deinde regnasse, & à Rhæa, quam in uxorem duxerat, Iouem, Iunonem, & Neptunum suscepisse. Iouem autem qui Saturno in regnum successit, Iunonem, Cererem & Themim in uxores duxisse, & filios à prima quidem Curetas habuisse, ab altera Persephonem, à tertia Mineruam. His diebus, Græcorum fabulas secundum Hesiodum, Homerumque subiicit.

Qualia sacrificia gentes obtulerint.

De arcanis mysterijs erroris Gentilium. Cap. V.

Sed de Græcorum, Atlantiorum, Phrygumque theologia hæcenus, quibus non absurdum est secreta mysteria, & celatos addere cultus, ut facile unusquisque uidere possit, utrum sit aliquod in eis ueræ religionis signum, an à dæmoniaca superstitione, ac errore perfluxerint, omni turpitudine atque dedecore plena, & lachrymis potius quam risu dignissima, quæ Clemens ille in libro, quo gentiles ad fidem adhortatur, apertissime reuelauit. Vir magnarum rerum scientia præditus, & usu plurimorum negotiorum prudentissimus, qui patrias nugas à salutari & euangelica doctrina monitus, citò contempsit. Pauca igitur ab eo sumpta, diligenter audias. Abdita, inquit, & inuisibilia sunt, ac ideo diligenti cura non inquirenda, barathri ora monstrorum plenissima, lebes Theoprotius, tripes Ciræus, æneus, Dodonæus, cœlo, in deserto atque arenis honoratus, quod tibi oraculum est. Hæc omnia senescentibus iam fabulis, deiecta penitus relinquuntur. Vltimo enim silentio Castalius & Colophonius, fontes, ceteraque fluuenta, quæ diuinandi uim habere uidebantur, tradita extincta quæ cum suis fabulis defluerunt, totiusque uenationis potius quam diuinationis nefandæ mysteria cecinerunt. Silet Darius, Phytius, Didimeus, Amphiareus, Apollo, Amphiloehus. Tacent aruspices, augures, somniorum interpretes, et qui farina aut ordeo uaticinabantur, qui quod usque ad hodiernum diem, quasi ab inferis mortuos reduxerint, cum dæmonibus collocantur. Perierunt Aegyptiorum penetralia, tenebris tradita sunt, necromantia Tyrrenorum, capræ simul cum istis ad diuinationem præparatæ, & corui hominibus oracula reddentes deuolarunt. Quid dicam de Dionysio, quæ Menolem græcè, id est latine totum furentem appellant, cui Bacchæ orgia celebrant, & crudas carnes comedentes

Serpens in lingua Chaldaea.

A dentes sacro furore initantur, Euan euan, conclamantes, quæ uxor aspirata secundum exquisitam Hebræorum linguam, foeminei sexus serpentem significat. Ceres autem et Bona dea mysterium fuerunt, quarum mœores, rapinâ & luctum Eleucis docet. Quare mihi uidetur, si quis deriuationi uerborum attendere uelit, ab ægypti, id est latine ira, quam aduersus Iouem Ceres suscepit orgia: mysteria uerò à iouis, quod latine scelus est, quod Dionysio accidit, appellata fuisse. Quod si etiâ ab Attico illo Myentē, qui uēando perijt, ut Apollodorus scripsit, mysteria uocantur, nō erunt certè gloriosa quædam hæc mysteria funebri quodam honore tradita. Fortè autem mysteria, id est mitharia, quasi fabulæ quædam latine appellata sunt. Perdatur igitur, qui hæc primus hominibus tradidit, siue Dardanus, qui deorū fabulas in mysteria deduxit: siue Aëtio, qui orgia & cæremonias Thracibus adinuenit: siue Phrygius ille Midā, qui ab Odyso illo didicit, & subditis deinde artificiosum mœorem tradidit: siue Clynra Cyprius, qui mulierem quandam capere studens, turpissima Veneris orgia ex nocte in diem transferre ausus fuit. Quidam autem aiunt, Melæpodem Amythaonis filium ab Aegypto in Græciam luctum Cereris solēniter celebratum reportasse. quos omnes ego impiarum assero fabularum autores, & perniciofa superstitionis inuētores extitisse. Quid enim aliud quam dedecus & apertissima turpitudine sacra hæc sunt? Sed multo turpiora uidebuntur, si quis quæ sequuntur addiderit. Ceres peperit, educatur puella, Pherephatten, nonnulli appellant, cui Iupiter, qui genuit, draco factus coniungitur. unde in Saurisiorum mysterijs, draco in Ipiram inuolutus in sacrificijs ad factorum memoriam, imò uerò in testimonium tantæ turpitudinis, ut ego dixerim, adhibetur. Peperit & Pherephatte tauriformem filium: unde Poëtæ quoque nonnulli taurum laudant, draconis patrem, & draconem rursus tauri patrem, & in montem arcana hæc facta ducentes, pastolarem stimulum celebrant: pastolalem, ut puto stimulum ferulam, quod genus ligni bacchantes ferunt, appellant. Nequeo latius huius Pherephattæ sacra enarrare, quasillum, rapinam, Idonera terræ hiatum, siue Eubolei, quos eodem hiatu simul & duas deas absorptas aiunt fuisse. Vnde Megareses in Thesmophorijs suis immitunt, quæ sacra uarijs modis mulieres, quoniam hæc fabula uariè narratur, per ciuitates Græciæ celebrant Thesmophoria, Sciophoria, Ineffabiliphoria uocantes, & multis modis Pherephattæ rapinam complorantes. Dionysi uerò mysteria penitus inhumana, quemadmodum puerum cum Curetibus salientem, dolo puerilibus donis Titanes deceperint, ut & raptum dilaniauerint ut Orpheus poeta cecinit. Munera uerò quibus captus dicitur, pinea & aurea poma Hesperidum fuerunt, quorum sacrorum symbola non est utile audire pila, pinea, speculum, poma, uellus. Minerua uerò Dionysum iam disceptum corripuit. Pallasque à motu cordis uocari dicitur. Titanes autem Dionysi membra in lebere prius elixabant. Deinde uerubus fixa, Vulcano torrebant. Sed Iupiter Titanes quidem fulmine mulctauit. Dionysi uerò membra Apollini sepelienda tradidit, qui in parnasso ipsa deposuit. Vis & Coribantium audire orgia? Tertium ab his fratrem interemptum fuisse asserunt, cuius caput purpura tectum, & aereo scuto coronatum, ad radices Olympij montis portarunt, ac sepelierunt, quibus nomina Bauboni, Dysaul, Triptolemo, Eumolpo, & Euboleo fuerunt. Triptolemus bubulcus, Eumolpus ouium pastor, suum uero Euboleus, à quibus Eumolpides & præconum sacrum genus descendit. Cererem uero à Baubone Corybantium nobili muliere hospitio susceptam tradunt, protionemque multis consecram quam Cycrona uocant, Cereri allatam fuisse. Cumque Ceres luctu oppressa, potum recusaret, quasi despecta Baubo doluit: itaque sublata ueste genitalia membra deg ostendit: quæ hoc spectaculo delectata, Cycrona suscepit, ac bibit. Hæc Atheniensium mysteria sunt, hæc summus theologorum Orpheus, ut ipsi dicunt, carmine



carmine cecinit, à quo nō est ab re carmina quaedā testimoniū loco apponere: **A** Dixit, & obscenas cunctas in corpore partes Attollens uestem patefecit. tū dea ridens Suscepit paruum qui fortē astabat lacchum, Ingressitq; sinu uetulae Baubonis: & inde Pocula suscipiens, tandem Cycrona perhausit. Nocte certe ac tenebris ista mysteria digna sunt, & magnanimo illo, imò uero leuissimo Crichtidarum populo, alijsq; Græcis, quos mortuos, hæc expectant. Qua enim spe temerarij homines nutriuntur, quibus oracula Ephesinus Heraclitus canit. Noctiuagis maleficijs Bacchis initiatis, simulatq; iniantibus, quibus ignis futura prædicit, quiq; apud cæteros mysteria putat, sine antistite peragunt, ex quibus omnibus ficta, & inania, & deceptionis plena cuncta probant, quorum symbola, denudanda enim sacra ipsorum sunt, exta fumantia, polenta, sal draco, mala punica, tremetia animalium corda, ferula, hederæ, pultes, papauera. Hæc ipsorum sacra sunt. Themidos autem hæc sunt sacratissima symbola, organum, lucerna, gladius, pecten mulieris. Sic enim mysticè membra genitalia appellantur. O manifestam impudentiam. Nam priscorum hominum petulantia nox cogeret, sacra modò nox initiatis prædicatur, & facibus tenebræ uitæ petulcos sacrorum mores ostendunt. Extingue pontifex ignem, uerere facies, qui eas portas. hac luce turpitudine lacchi manifestat, pateat ut nocte mysteria colantur, uenustiora uidentur in tenebris hæc orgia, nescit ignis simulare, aperiendo redarguendoq; omnia punit. Quis non meritò impios huiusmodi appellat, qui Deum uerum ignorantes, puerum à Titanibus laceratum et lugentem mulierem, & membra turpitudinis turpissimè duplici quadam impietate detenti. nam & Deum uerum ignorant, & errore decepti, mortales atq; turpissimos homines deos existimant. Hæc quidem Clemens.

Quidam meritò superstitionem gentium contemnimus. Cap. VI.

Quare non iniuria nos magna uoce ista omnia cōtempnisse fatemur, à longissimo ac prisco errore, gratia & misericordia Dei omnipotentis, & ineffabili uirtute Saluatoris nostri, quasi ab incurabili morbo liberati. Rationē enim secuti, nefandum atq; impium duximus, sanctissima Dei appellatione, mortales & turpes uiros honorare, qui extremae petulantia, crudelitatis, atq; furoris exempla posterioribus tradiderunt. Quam enim infantiam non superare mus, si modestiam, prudentiam, iustitiamq; laudantes, petulcis ac incontinentibus omni furore plenis, crudelibus quoq; ac inhumanis, homicidio simul ac parricidio maculatis, diuinos honores redderemus? Quis enim maior cumulus impietati addi poterit, quam si uiuorum, mulierumq; membra & inexpectem terrarum rationis naturam, sanctissimam Dei appellationem quis intrudat: eaq; turpia Deo attribuat, quæ si de hominum aliquo dicantur, legibus & conuentione ciuitatum, grauissimo supplicio punientur. Cur longior sum? omnibus Græcis simul ac Barbaris lucem effulsisse prædicamus, quæ à falsa & impia religione ad ueram ac piam reducit. Multi enim iam, quæ à somno et profundo somno expergefati, oculis animi aliquantulum aperti, fabulas poetarum, religionem priscorum esse cognouerunt, in quam naturæ quaedam secreta occultari, multi credentes decipiuntur. Quæ quamuis nihil ueritatis habeant, tamen exponenda nobis uidentur, ut etiam eis quæ honesta ipsi putarunt, non iniuria sprete, euangelicam Saluatoris prædicationem prætulisse merito approbemur.

Breuis supradictorum repetitio. Cap. VII.

Quod faciemus, si altius hæc primū repetierimus. Græcorum igitur popularis, ut ita dicam, & fabulosior theologia, & Phœnicum ac Aegyptiorum huiusmodi esse ostenditur, ut autoribus iam suis comprobatum est: quam non iniuria in principio Præparationis euangelicæ collocamus, ut & nos in memoriam redigamus, & qui nesciunt, discere possint, qualis maiorum nostrorum erat religio, & quanta nos ipsi ueritatis ignorati-

A ratione, quasi uinolentia obruti emerisimus per euangelicam prædicationē & apapartiam Saluatoris ueri Dei Iesu Christi, qui non in patre una orbis terrarū, nec apud gentem unam, sed ubiq; quasi animarum Sol proprios lucis radios immittens, à caligine & tenebris errorum, ad fulgentissimam ueritatis lucē omnes homines cōuocauit. Apertissime namq; prænominati eorum autores, mortuorum simulacra, et turpissimorum hominum imagines cultas nullamq; mentionem Dei ueri factam illis fuisse, diuinam iustitiam contemnentibus, & in omnia scelera sponte irruentibus ostenderunt. Nam cum nondum uita hominum legibus et morib. instituta esset, pecudū more ad nihil aliud multi quā ad implendum uentrem mentē eleuabāt, quos primū impietatis gradū tenuis se contenderim. Nonnulli naturali quodam instinctu paulisper commoti, Deū Deiq; uirtutem salutarem esse mundo putarunt, ac eum quærentes ad cælū arbitrati sunt. Alij depressi omnino in terris præstantiores, aut corporis robore, aut prudentia, aut facultatibus gigantes quosdam, uel tyrānos uel magos ac maleficos uiros, qui auxilio alicuius eorum, quos à diuiniore statu decidisse credimus, miranda quaedam facere uidebantur, uel eos qui humane uitæ aliquo modo profuerunt, eum uiuos, tum maxima post mortem deorum honoribus coluerunt. Quare deorum etiam templa, sepulchra eorum fuisse, multi testantur, ut Clemens in exhortatione nonnullos Græcorum autores scripsisse commemorat. Quod si placet, rursus audiamus.

Prima hominum uita.

Quod templa deorum sepulchra hominum fuerunt. Cap. VIII.

Cum enim, inquit, inanis superstitio initium cœperit, quasi malorum omnium fons multitudinem deorum constituit, quibus hostias immolare, solennia facere, simulacra statuere, et templa condere persuasit, quæ tamen deorum sepulchra prius fuerunt. & magnificentius condita templorum appellatione uocati sunt. Nam apud Larissæam ciuitatem Acrisij sepulchrum est, quod modò sacrarij loco ueneratur, & in arce Atheniensi, ut Antiochus in nouo Historiarum conscripsit, Cecropos sepulchrum fuit. In templo uerò Palladis, quæ Ciuisem appellat, Erichthonius iacet. Ismarus autem Eumolpi atque Dianæ filius in Eleusino, unā cum Celei filiabus sepultus est. Quid multa? non enim latet à gentilibus sepulchra hominum adorari. Hæc quidem Clemens.

Qualis de dijs priscorum fuerit opinio. Cap. IX.

Nos autem rursus altius hæc repetentes, dicere non dubitamus natura, imò uero diuinitus omnibus esse hominibus insitum, non solum utile quid atque conducibile Dei nomine significari, uerumentiam omnium rerum creatorem sic appellari, & uerbo quidem ita omnes natura duce conueniunt, re autem creaturas pro creatore coluerunt, præter unum aut admodum paucos, ut uertissimis Hebræorum libris ostenditur: qui à rebus inuisibilibus ad intelligibilia mentis oculos sancte reducunt, non creaturæ alicui, sed ipsi rerum omnium creatori, cunctorumque largitori honorum Dei appellationem attribuerunt. Cæteri autem omnes tenebris animi inuoluti, ad tantam impietatem deducti sunt, ut pecundum more honestum ac conducibile bonorumque omnium extremum uoluptate corporis terminarent. Et hac ratione eos qui uoluptatum adiuuenerunt genera, uel auxerunt atque amplificarunt, maleficos & mortales uiros, ut dictum est, quasi bonorum largitores, saluatores, & deos appellauerunt, quam huius nominis notionem naturā eis insitā ad nos transferentes, quos bonorum inuenerunt putabant. tantūq; mētis infania ualuit, ut nec peccare se arbitrarentur, nec erubescerent diuinis honoribus maleficos atq; potentes homines, propter regna tunc primū constituta, colere atq; admirari. Cumq; ut iā diximus, mores hominum legibus stabiliti non essent, ne supplicia peccatoribus imminerent adulteria, nefanda matrimonia, maribus ereptam pudicitia, homicidia, &

Dissoluta hominum uita, homicidia, &

homicidia, parricidia, confecta scelere bella, quasi res pulcherrimè gestas, dijs suis attribuebant, & earum rerum memoriam, posterioribus quasi perutilem linquere studebant.

Quod Plato priscorum fabulas & interpretationes fabularum contempsit. Cap. X.

HAec theologia priscorum fuit, quam iuniores naturalium rerum scientia non parum iactantes, ad honestiora naturae secreta interpretantur: ita nec omnino impietatem maiorum effugerunt, nec tantam rerum turpitudinem ferre potuerunt: sed priscorum peccata corrigere uolentes, uirtutesque corporeas, quibus generantur, aluntur, & crescunt corpora, per fabulas significari uolentes: & hinc ordine progressi, non solum principia & rerum elementa, ut Solè, Lunam, stellas, praeterea terram, aquam, ignem, ueruetiam composita & affectus eorum & fructus terrae, quos Cererem bonam deam, & Bacchum nominant, per fabulas uiolenta quadam interpretatione significari uoluerunt. Ita iuniores quidam maiorum theologiae erubescerent, ac parui antiquitatem atque consuetudinem facientes, quasi remedia turpitudinis deorum excogitarunt. Vetusissimi autem, etiam animalia bruta quaecumque ad uitam conducere uideantur in deorum numero collocare ausi sunt, & immanibus beluis caeremonias statuere non erubuerunt. Ipsos igitur audias Graecos per unum, qui praestantissimus omnium fuerat, fabulas nonnunquam suscipiendas, nonnunquam repellendas asserere. Mirabiles enim apud eos Plato, modo sententiam suam apertius explicando neget ea dicenda de dijs esse, quae ab antiquissimis dicta sunt: modo de legibus scribens oportere affirmat fabulis, quae de dijs traditae sunt, quoniam nihil falsi in eis continetur, fidem adhibere. Postremo à priscorum theologia sua separans, cum de Caelo, Sole, Luna, stellis, & de uniuerso mundo partibusque suis physice more suo locutus sit. Demum de priscorum genealogia deorum, quali periculariter sic in Timaeo disserit. Sed de aliorum demonum atque deorum generatione disserere maius est opus, quam humeris nostris ferre possumus. Quare his qui haec tradiderunt, credere debemus, qui cum à dijs orti sunt, & parentes suos qui sint opportunè teneant, nullo modo falluntur. Nam quamuis neque necessario, neque probabiliter dicant, tamen quia rem suam enarrant, equum est, ut eis fidem adhibeamus. Quare secundum priscorum instituta, genealogia deorum terminet, credanturque Caeli ac Terrae filij, Oceanus et Thetis fuisse: ex quibus Phorcis, Saturnus, Ops, et alij complures nati sunt. A Saturno autem & Ope, Iupiter & Iuno. Haec igitur Plato secundum fas quamuis nullo modo probari possint, credenda esse in Timaeo censuit. Attendere autem diligenter oportet, quia nihil aliud in hac fabulosa genealogia contineri ostendit. Alio autem in loco hic ipse sententiam suam apertius explicans, his uerbis utitur: Primum igitur ego dixi, maximum de maximis rebus mendacium efferre ausus est, qui quae Caelus fecisse ab Hesiodo dicitur, quodque à Saturno mulctatus sit, & Saturnus rursus à filio, improbe finxit. Nam etiam si uera essent, tacenda omnino putarè, nec ita facile ad omnes efferenda, sed maxime quidem celanda. Quod si necessitas quadam dicere cogeret, paucissimis tradenda fuisset: ardua enim sunt, nec praedicanda à Adimante in ciuitate nostra. nec enim tu ueni persuadendum est, puniri parentes oportere, etiam si iniuriam inferant. Nec autem omnino credendum est inter se ita dissidere, ut alius alij bella & pugnae ciat: nec enim uera haec sunt, nec nobis conducibilia. qui si rem publicam conseruare uolumus, intestina bella, odia, et simulationes turpissimas abijcere debemus, nec gigantum aduersus deos pugnas, & heroum in cognatos adolescentibus explicandas iudico: sed si aliquo modo possemus, nunquam ciuicium fuisse inimicum persuaderemus. Haec enim maxime adolescentibus haec uiris senioribus praedicanda: quare poetae cogendi etiam sunt haec carminibus suis edere. Saurini autem uincula, & Vulcani à patre proiecto, cum auxiliu pulsatam matri asseret, deorumque pugnae, quas Homerus conscripsit, nullo modo audiendae. Apertissime igitur Plato priscorum fabulas, & fabularum interpretationes contempsit: quod

quod Romani intelligentes, fabularum signimenta spreuerunt. Quod ab Hali- carnassio Dionysio cognoscere poteris, qui in secundo uerustae Romanorum historiae res gestas Romuli enarrans, sententiam quoque illius uiri de dijs, his uerbis ostendit: Non ignorauit, quia diligenter conditae leges, & de bonis rebus contentio, & militaris exercitatio optimam ciuitatem constituunt, quarum rerum magnam curam adhibuit, à cultu deorum incipiens. Tempia igitur, lucos, aras, simulacra, formas & symbola, uirtutes, beneficia, quae à dijs hominibus collata sunt, caeremoniasque saluberrimas solennitates, quibus dii culti gaudent, iusticiam, & dies festos caeteraque constituit, ut optime Graecorum reipublicae res Romana conferri possit. Fabulas autem quae de dijs traduntur, turpes atque inutiles existimant, nec solum dijs, sed neque probis hominibus, dignas cunctas eiecit: ac persuasit, ut optime de dijs Romani & existiment, & loquantur: nullum enim opus immortali naturae indignum illis attribuit. Ita nec Caelus à suis filijs uicilia amputatur, nec à Saturno liberi sui interficiuntur, nec Iupiter in tartarum patrem conijcere, nec bella, nec uulnera, nec uiscera, nec seruitus deorum apud eos ulla dicitur: sed nec solennis unquam dies lugubri habitu agitur, quemadmodum apud Graecos fletu & plactu Proserpinae ac Dionysij passiones celebrantur: nec inspicere apud eos aliquis poterit, quamuis inopes iam omnino corrupti sunt, furentes & bacchantes uicos simul atque foeminas in templis deorum pernoctare. Nec aliud quicquam monitum nefandum, sed religiose omnia, quae ad deos pertinent & dicuntur & aguntur, adeo ut neque apud Graecos, neque apud Barbaros usquam honestius ista constituta sint: & quod ego maxime mirari soleo, quamuis ex uniuerso terrarum orbe in urbem multi confluant, qui res sacras patrijs peragunt moribus, nihil tamen alienum publice ciuitas imitata inuenitur: quod multis alijs accidit manifestum est. Verum etiam si deorum responsis, alienigena quaedam sacra suscepta sunt, omnia, eiecta fabularum garrulitate, Romanis moribus peragantur. Sicut matriceros autem utriusque sexus, uir & foemina ex Phrygia consecratur: & urbem, ut solent, tibiarum & tympanorum sonitu perlustrant. Sic pie ac religiose Romana ciuitas, turpitudine fabularum omnino sprete, deorum caeremonias peragit. Non autem ignoro, esse nonnullas fabulas apud Graecos hominibus utiles, quarum aliae naturae opus per merorem ostendunt, aliae consolandi gratia fictae, plenae utilitatis sunt: quae quamuis optimae scientiae, tamen Romanorum theologiam multo praestantiorum ducunt. parua est enim illa fabularum utilitas, nec multis prodesse potest, sed illis duntaxat, qui causas rerum curiosius inuestigarunt, qui certe paucissimi sunt. Multitudo autem indoctior, ad peius solet huiusmodi orationem interpretari, & in horum alterum semper incurrit. Nam aut duplicabiles deos ducit, siquidem eorum multi in magnis miseris oppressi fuerunt, aut nihil turpe, aut iniquum deorum exemplis admota putat. Quare illis solummodo relinquenda ista sunt, qui philosophiae speculationibus insudarunt.



Sane quidem Philosophorum primi & uetustissimi Romanorum, de Graecorum theologia iudicarunt, qui physiologiam fabularum apertissime repulerunt. Nos autem, quoniam ad redargutionem illorum producti sumus, age iam interpretationes ac allegorias suas, quam frivola atque indigna sint, inspicimus, nihil nostris asserentes: sed illorum ipsorum productis autoribus, ab ipsis sublimem hanc theologiam perdiscamus. Verum cum alij

despicit
biles.



ter alij dixerunt, & unusquisque inuenta sua uera esse cōtendat, satis erit, si quæ clarioribus Græcorū philosophis uisa sunt, proposuerimus. Primus igitur Cheronensis adducat Plutarchus, qui fabulas perueritēs, mysticā in eis theologiā latere cōtendit, quā ueluti à deorū induces penetralibus, non mortalium aliquē, ut fabulæ uolunt, sed temulentiam per Dionysium significare ostendere conatur: lunonem uerò, nuptialem uiri ac fœminæ coniunctionē. deinde quasi oblitus paulo post, terram per lunonem ostēdi uoluit, Latonam uerò obliuionem ac noctem esse, & rursus Latonam ac lunonem eandem esse putat. Iupiter autem per æthera sibi uirtute accipitur. Quid hæc mihi perstringūtur, cum liceat ipsum audire, sicut ait in libro quem de Platensi Dædalo inscripsit, arcana pandentem theologiæ sacraria his uerbis: Prisca quidem tam apud Græcos, quam apud Barbaros theologia naturalis erat, raro fabulis inuoluta, occulte ac mystice ueritatem doctis subaperiens, quod carminibus Orphei & Aegyptiorum sacris, & Phrygia doctrina comprobatur: maxime autem orgia & immolationes, & quæ symbolicè in sacris geruntur, fabularum sensum aperiūt. Nam qui lunoni sacrificant, bilem in sacris non adhibent, sed iuxta aram infodiūt. Nam quoniam uiri ac mulieres coniunctam significant uitam, ea re ostenditur, absq̃ ira & odio & amaritudine, matrimonium esse oportere. quod significatiuum docendi genus in omnibus fabulis est. Ita cum lunonem adhuc uirginē ab Eubœa insula, ubi educata fuit, furtim à loue ablatam ferunt, & huc deportatam: opacum eis thalamum à Cithærone factum fuisse, ac Macridem lunonis nutricem ab eo scrutari perhibita: quia iupiter in illis locis cum Latona quiesceret, unde postea grato animo luno eandem aras atque templa cum Latona uoluit habere. Itaque ut etiam Latona nocturna appelletur, aperte tam rebus, quam Latonæ Nocturnæq̃ nominibus occultum, latens & tenebrosum diuinarum rerum significatur. Alij autem quia ibi latuit luno, Nocturnam dicunt appellatam primū fuisse: deinde re iam aperta, Nuptialem. Qui autem naturæ secretam subtilius per fabulas inuestigant, hoc pacto lunonis atque Latonæ potestatem coniungunt. luno enim terra est, Latona uerò nox. Obliuio enim, quam uerbum hoc græcè significat, in nocte fit, propter somnum. Nox porro nihil aliud est, quam terræ totius umbra, quæ radios solares eripiens, atrū atq̃ obscurum aera reddit. Quod autē non alia est luno, quam Latona, inde profectō patet, quia Dianam Latonæ filiam omnes asserunt, quam & Lucinam appellant, nomina igitur hæc duo sunt uni deæ imposita. Præterea Apollinem Latona, Martem luno peperit. Apollinis autē atque Martis eandem esse uirtutem, apertissimū est. Mars enim ^{græcè} appellatur, quod à regni auxilium pugna oppressis asserere significat. Apollo uerò uocatur, quod à pallati, id est, ab ægrotationibus homines soluat atque liberet. quamobrem ardentissimas etiam stellas, Solem Apollini & nomine Martis appellatam, Marti accommodant. nec absq̃ causa eandem deam Nuptialem, & Lucinæ atque Solis matrem putarūt: matrimonij namq̃ finis, procreatio est, qui nihil aliud est, quam à tenebris ad Solis lumina progressio. Vnde poeta: Cum Lucina, inquit, illum in lumen adduxit, tum Solis cernere quiuit fulgorem. Primū enim à dolore partus liberari per Lucinam, deinde solarem aspici Solem, qui generationis finis est, ostendere uoluit. Sed non est ab re, peruulgatissimam quoque fabulam enarrare. Dicitur enim lunone irata, dissidenteq̃ ab eo, mœstus ea de causa nimium fuisse, quem Alalcomenes indigena docuit, ut alteram ducere simularet. ita consilio eius ex quercu, simulachro mulieris confecto, quod Dædalum appellant, nuptias præparare fingebant. Nymphæ igitur Tritonides, & uniuersa Boetia conuebat: quibus rebus lunonem cōmotam, à Cithærone descendisse: & Platen sum multitudine mulierum sequente, ad louem peruenisse: simulationeq̃ patefacta, summa cum lætitia reconciliatam fuisse: horum autem simulachro tantum fecisse, ut Dædala nomine ipsius diem festum instituerit. quod tamē ex ze

lotypia,

lotypia, quamuis omni anima expers esset, cremauit. Huius fabulæ talis ratio est. lunonis ac louis bella & dissidia nihil aliud quam elementorum intemperiem significant: quæ, nisi certis proportionibus cōtemperentur, natura rerum soluta, magnam perniciem asserunt. Si ergo iupiter id est, calida uirtus ac ignea nimis excellerit, siccitate omnia pereunt. Si uerò luno humida, scilicet & uentosa natura, louem aspernata superauerit, magna uis pluuiæ delata, diluuiū cum cæta uastauit. quod illis temporibus factum, Boetiam maximè regionem proluuit, quæ multitudine aquarum tecta fuisse dicitur. Quarum quamprimum tempestate transacta, terræ apparuerunt, deorum reconciliatio facta fingitur. Prima uerò arborum omnium quercus effloruit, quæ non modò pijs hominibus, ut Hesiodus ait, uerum etiam diluuij reliquijs opitulata est cum glandes ramablia ferant, & apes cum tegat truceus. His Plutarchus apertissimè nos docuit, mirabilem etiam illam & mysticam Græcæ theologiæ rationem, nihil magni nec dignum philosophia continere. Audisti quippe, per lunonem modò matrimonium, modò terram, modò humidam significare substantiam. Didicisti, Dionysium nihil aliud q̃ temulentiam esse, Latonam noctem, Apollinē Solem, ipsum deniq̃ louem calidam uirtutem atq̃ igneā. Turpitudini ergo fabularū accessit, ut secretior hæc & mystica theologia, non ad diuinas quasdam & coelestes uirtutes, nec ad rationales et incorporales substantias cōducatur: sed rursus temulentiam & nuptiarum opera, & ægrotudines hominum deducatur: & quod honestissimum in ea est, ad terram, ignē, solem, reliquasq̃ huiusmodi partes orbis terminetur, nec ultra hæc quicquam asserat. quod etiā Plato non ignorauit, qui in eo libro quem Cratylum inscripsit, nihil ultra uisibiles mundi partes priscos Græcorum cognouisse, & stellas dictos putasse asserit. Verba eius hæc sunt. Verustissimos Græcorum, Cœlum, Stellas, Solem, & Lunam, quæ nunc etiam multi Barbarorum colunt, deos putasse, manifestum est. huiusmodi quidem Græca sunt.

De mystica & naturali theologia Aegyptiorum. Cap. 11.

Nunc Aegyptiorum mysticam theologiā, quæ multo uetustior fuit, uideamus. Osirim & Ilim, & Solem & Lunam, esse aiunt: louem spiritū, qui per omnia transeat, Vulcanum ignem, Terram Cererem, Oceanum humiditatē, ac Nilum fluiuium asserunt, cui deorum generationem attribuunt. Aerem Mineram appellant, quos quandoq̃ deos, aera dico, aquam, ignem, terram & spiritum per uniuersum orbem transire contendunt, & in uarias formas hominum atq̃ animalium commutari, quorū cognomines apud se homines floruisse, Solem, Saturnum, Opim. Præterea louem, lunonem, Vulcanum & Vestā, quæ omnia Manethus latius scripsit. Compendiosius autē Diodorus his uerbis: Osiris & Isis, Sol & Luna, secundum Aegyptios sunt, à quibus trinis temporibus, uere, æstate, ac hyeme, inuisibili modo circumductis, mundus gubernatur, & omnia nascuntur, aluntur, & augentur. Tempora quauis inter se aduersentur, mirabiliter tamen concordia annum conficere. Horum autem deorū, alter ignis et spiritus, alter humidus & siccus, uterq̃ uerò aeris naturā producere dicitur, quibus omnia & oriuntur & conseruantur. ita totum quidem corpus naturæ omnium ex Sole ac Luna originem trahere. Partes autē uniuersi, quinq̃ illas esse, spiritum uidelicet, ignem, siccum, humidum, Aegyptiorū lingua posuerunt: & spiritum quidē diligenti ad latinam aera, quorū lingua deos putarūt, & nomina uetustissima, ac prima Aegyptiorū lingua posuerunt. & spiritum quidem diligenti ad latinā linguā interpretatione louē appellare possumus, qui cum in animalibus ipsius, ut ita dicam, animalitatis causa sit, quasi parentem aliquam rerum animam omnium esse putarunt, quibus maximus poeta quoq̃ omnium attestatur de loue dicens: Pater hominumq̃ deorūq̃. Ignem uerò Vulcanū appellant, magnum deum esse putantes, permultumq̃ ad generationem atq̃ cœmentum conferre. Terrā porro quasi uas aliquod atq̃ receptaculum eorū quæ oriuntur existimantes, matrem nominauerunt. cui rei Orpheus consentit, dicens: Terra mater cūctis

Terra cœlestium
deorum mater.

c 2 diuesq̃



diuesq; Ceres, Humidum aut Oceanum dixisse dicuntur: quamuis uerbum ex pressum latine, deliciarum matrē significat. Oceanum aut nonnulli Græcorum designare putarūt. Vnde poeta quoq; cecinit: Oceanus generatio diuūm. Aegyptij aut Nilum fluium esse contendunt, cui & deorum generationem attribuūt. Plures enim urbes in sola Aegypto, q; in reliquo terrarū orbe fuisse aiunt a prisca dijs, Ioue uidelicet, Sole, Mercurio, Apolline, Pane, Lucina, alijsq; quā pluribus conditas. Aera Mineruam appellarunt, & filiam Iouis ac uirginem putarunt: nam & incorruptibilem aiunt esse natura, & extremū uniuersū locū obtinere cōtendunt. Quapropter a uertice Iouis fabulose nata fuisse Minerua traditur. Tritonam uero appellatā, quoniam ter in annuo spacio, uere æstate, hyeme commutatur. *λαυνητις*, id est, glauculam uocari cōtendunt, non quia, ut nonnulli Græci putarunt, glaucos habeat oculos, quod nomē ipsum denotare uideretur (insaniunt enim qui sic putant) sed quoniam aer uisum animalibus præbeat. Asserunt aut hos quādoq; deos totum orbem peragrarē, & hominibus in sacrorū animalium formis apparere: quod & poeta ab Aegyptiorū sacerdotibus acceptū, uerum esse his uerbis attestatur: Peregrini, inquit, dii similes uirorū urbes ingrediuntur, æquitatem ferentes. Equidem a cœlestibus dijs, quorū æterna generatio est, Aegyptū aliter: alios deinde ab hominibus propter beneficia, quæ cōmuniter omnibus cōtulerunt, ad immortalitatē translatos: quorū aliqui cœlestibus dijs cognomines fuerunt, Sol scilicet, Saturnus, Iupiter, quem nonnulli Hammonē appellant, ad hęc lunonem, Vulcanum, Vestam, & extremum Mercurium: primūq; omnium Solem in Aegypto regnasse. Hęc Diodorus. Plutarchus aut in libro quem de Iside inscripsit, his uerbis utitur: Sed quasi ab alio initio plurimorū atq; rudium sententiam cōsideremus, qui dicunt sic, Aegyptios Osirim Nilū fluiū esse putare, Iside terræ matrimonio coniunctū, Typhona uero mari, in quod incidens Nilus, submergitur: quemadmodum Græci Saturnū tempus, lunonē aera, Vulcani uero generationē aeris mutationē in ignē esse arbitrantur. His dictis, rursus fabulas ad dæmones refert, & aliter atq; aliter interpretatur. Operę precium aut est, ab his sciscitari, utrum simulacra hęc, & simulacrorum figurę dæmonum, an ignis, aeris, terrę, aque, aut uirorum & mulierum, brutorūq; animalium formas ostendant. Nam quoniam cœlestium cognomines mortales extiterunt, ut ipsi aiunt, quos in numerū deorū translatos existimant, cœlestium ne formas in simulacris imprimūt, an quod ipse uisus ostendit mortalium hominum? Quod si ipsi respōdere reculent, res tamē per se magna uoce clamāt, mortales fuisse omnes, quorū simulacra cōstituuntur. Plutarchus enim in libro de Iside, uel qualitatem corporum describit, sic dicens: Aegyptiorum hystoria, flauū corporis fuisse Typhona tradidit, Matrē albi, subnigri Osirim. Hęc Plutarchus. Mortales ergo dii illi fuerunt, & interpretatio fabularum perijt uniuersa. Quid enim necesse fuit hominū formas elementis accommodare, cum etiā absq; his colere ea potuerint: utris autem hęc appellationes inditæ primū fuerunt: utrum Vulcanus, Minerua, Iupiter, Neptunus, uno nomine de elementis primō, deinde de hominibus æquiuoce, an e contra, hominibus primū imposita ad elementa nominarunt? Præterea hymni, cantus, & arcana deorum mysteria, utrum elementorum aut mortalium hominum symbolis peraguntur: errores autem, temulentia, mores, mulieres raptas, & uiros insidijs conuolutos, milleq; huiusmodi dedecora, quomodo elementis accommodari potuerunt? Aperte igitur ex his omnibus mirabilis & generosa physiologia, nihil ueritatis habere ostenditur. Sed audi quælo, quæ Porphyrius etiam in epistola ad Anebum quædam Aegyptium, de istis scripsit: Cheremo enim, inquit, & alij omnes, nihil aliud præter uisibilia putant, Aegyptiorum rationē ad unguem secuti, qui nullos alios deos præter erraticas stellas & signa, quæ orbem replent obliquum: fixasq; stellas, quæ oriri atq; occidere cum his dicuntur, deos existimarunt: quarum partes alia, alijs erraticis attributæ sunt: ascendentem quoq; particulam ac dominos

Aer Minerua.

dominos eius, quos ualidos appellant, quorum nomina & potestates in libris Almenichiacis scripta sunt: ubi ortus etiam & occasus, & futurorum diuinitio cōtinetur. Vidit enim Cheremo Solem ab Aegyptijs ut creatorem cultum: nec ignorauit, omnia quæ de Osiride & Iside dicuntur, omnesq; fabulas sacras, aut ad stellas, & ortus & occasus earum. Præterea progressus atq; regressus, aut decrementsa cresentaq; Lunæ, aut ad solarem cursum, aut ad nocturnum hemispherium, aut ad diurnum, aut ad fluium Nilum, & omnino ad res causasq; naturales refertur, nec ullā de incorporeis eos uiuisq; substantijs facere mētionem. Vnde nostra quoq; omnia, necio quo insolubili uinculo, a motu stellarū necessario dependere arbitrantur, quam necessitatem Fatū appellant. Sic omnia stellas attribuunt, quos solos deos & fatorum dominos existimantes, sacris et simū lacris, reliquoq; deorum cultu, propitios sibi reddere conantur. Sic præter illa quæ in cœlo uidentur, alios deos, Porphyrius etiam teste, theologia Aegyptiorū non nouit: creatorem uero rerum omnium non intellectum, non incorpoream quandam substantiam, non uirtutem quādam intellectuam, sed uisibile hunc Solem arbitrat. Ad stellas igitur omnia refert, & cuncta fatis, id est, stellarum motui, & aspectibus attribuit. quæ opinio usq; ad hęc tempora ab Aegyptijs tanquam uera defenditur. Quod si hęc uisibilia elementa mystica Aegyptiorū theologia deos putat, hęc autem omnia animæ atq; rationis expertia sunt, nec a corruptione omnino aliena: attende diligenter ad quantam turpitudinē sublimis eorum theologia decidit, quæ ultra hęc nullū intellectū, nullam separatam substantiam pro causa rerum cognouit. Verū quoniam ipsi quoq; concedūt, ab Aegyptijs in Græcos theologiam affluxisse, unā cū Aegyptijs Græci etiam redarguuntur, sed de his rebus idem Porphyrius huiusmodi uerba eo scripsit in libro, quem de Abstinentia a carnibus animalium edidit: Atq; hac peritia, inquit, Aegyptij ad cognitionem Dei profecti, cognouerūt non ad hominem solummodo Deum peruenisse, nec in hominibus animam solummodo habitasse, sed eandē animalia omnia continere. Qua de re tam homines quam beluas, serpentina simul atq; uolantia quædam in deos susceperūt, & alius apud eos deus, hominis collū, faciem alius, aliudq; membrū aliulmodi gerit: & rursus, aliud caput hominis, collū auis, cæteraq; membra diuersorū animalium conformia possidet, quibus significant, deorum sententia animalia complura, cum inter se, tum maxime nobiscum amice uiuere. Vnde leoni particula quædam Aegyptij dedicata leonina, alia uero quædam bouina, alia canina nominatur. Virtutem enim quæ in omnibus est his animalibus, quæ a singulis deorū inuenta sunt, colere statuerunt. Aquam uero atq; ignem apprimē uenerantur, & in omnibus sacris adhibent, quia maxima salutis humanæ causa hęc elementa sunt. Quare ad hęc usq; diem quum sanctissimum Serapidis templum aperitur, uniuersus cultus igne atq; aqua peragitur. nam qui dicat hymnos, aqua libat, & ignem tunc ostendit, quando in uestibulo fixus, Aegyptiorum lingua deū exulciat. Ea uero animalia magis colunt quæ rebus sacris magis conueniunt. Nam & hominem apud Anubim oppidum adorant. Quare quemadmodū ab humanis carnibus abstinent rerum cōsuetudine, quædā animalium magis q; homines a dijs intellexerunt amari, quæ Soli maxime consecrata putant: quia natura eorum sanguine & spiritu copiosissimo consistit. & post pauca: Scarabeum uero animal, ait, rerum diuinarum indocti abominabantur, quod Aegyptij summo opere uenerantur, animam solis effigiem esse putantes. Scarabeus aut omnis, uirilem saxum habet, & spermate in sterco infuso, pila deinde confecta, pedibus inuoluitur: ueluti Sol cœlū & mensē lunare expectat. Sic de ariete, de crocodilo, de uulture, cæterisq; animalibus philosophatur. Ita ex sapientia et religione ad cultum animalium peruenerunt. Hęc de generosa Aegyptiorum theologia locupletissimus testis Porphyrius scripsit, quos aquam & ignem adorantes, & unam rationa-

Fatum nō cessitas.

Aegyptij ueruntur scarabeum.

10
lium atq; irrationabilium substantiam animæ dicentes, non iniuria in deorum numero bruta Aegyptios accepisse affirmat. Quomodo autem stultissimum non est, immanes beluas ideo ut deos venerari, quia similem hominibus animam habeant. Nam si homines putant, humanos honores eis conferant: nunc autem feris, quas natura rationis expertes fingit, quasq; homines appellare non dignamur, non hominum honores, sed primæ causæ & appellationem, & gloriam attribuant. Ad hæc quare mirabilis Aegyptiorum sapientia lupos, canes, leones venerantur, didicimus, nec scarabæi miracula ignoramus. Non deridebimus ergo amplius hos deos, miserebimur autem humanum genus, gratiasq; largitori honorum Christo reddemus, qui nos à vetustissima ista cecitate, per evangelicam doctrinam suam liberavit. Iam enim ipsi etiam ferè omnes Aegyptij ab hoc morbo liberati, uero militant Deo. Habes iam absolutam Aegyptiorum, Græcorumq; theologiam, à quibus didicisti, nihil incorruptum, eos coluisse. Concedatur autem eis, uerâ fabularum esse phylologiam, sitq; sol, modò Apollo, modò Osiris, & Luna, nunc Isis, nunc Diana, & quæcunq; alia dicere uelint. Solè ergo ac Lunam, stellas quoq; & reliquas mundi partes, quasi deos adorare debemus. Ita generosa Græcorum ac Aegyptiorum theologia, ad sublimiora nos perducere fabularum allegorijs pollicita, ad corpora rursus deduxit: nec aliud quam ignem & aquam, & partes mundi colere adhortata est. Quomodo igitur Saluatoris nostri Euangeliū mirabile non est, quo Solis & Lune, totiusq; mundi creatorem decenti fide colere, nec elementa corporum, nec uisibilia quædam, sed eum, qui per hæc inuisibiliter cognoscitur, creatorem intellectum solum admirari: solumq; adorare didicimus, qui per omnia penetrans cum sit incorporealis, solo intellectu percipitur: imò uerò ineffabilis & incomprehensibilis est. Panditur autem atq; perspicitur per ea, quæ facit, quæ producit, gubernat, conseruat, omnibus inuisibiliter assistens, non cælestibus solum, uerum etiam terrestribus magnificentiam operum suorum per hæc ostendens, quæ illi deos putarunt.

Quod iuniores noua quædam per fabulas excogitarunt. Cap. III.

Herum & fabulosa & mystica illorum theologia rebus ipsis refutata, tempus iam est horum etiã iuniorum cogitationes inspicere. Isti enim qui modò philosophantur, quæ magno tempore post Platonem de intelligentijs & rerum creatore rectè inuenta sunt, theologiae priscorum attribuere conati, maxima arrogantia fabulas laudant, quorum phylologiam his uerbis Porphyrius edidit: Explanabo quibus fas est, procul hinc ab estote scelesti, quos etiã uetusti celare uolentes, Deum et Dei uirtutes per sensibiles significarunt imagines: & ea que uisibilia sunt, inuisibilibus significantes figuris & simulacris, quasi sacris literis magna mysteria tradiderunt. Non est autem mirandum, si ligna & lapides à fatuis simulacra putantur. Similiter enim etiam, qui literas nesciunt, librorum uolumina, non aliud quam per textam putant papyrum. Hoc exordio auditores præparauit. Audias igitur quæ progrediens scribit: Cum igitur Deus lux sit, & ignem æthereum habiter, nulloq; sensu capi possit, lucida quidè materia, ut crystallo, parietue lapide, ad comprehendendum lumen ipsius exhortantur, auro autem ignis ille immaculataq; natura intelligitur. Multi uerò nigris lapidibus, inuisibile illius substantiæ significarunt, hominis autem formam dijs attribuerunt, quoniam Deus ratio est, pulchros fingunt, propter immarcescibilem illam pulchritudinē: diuersis præterea figuris & ætatibus, & alios sedentes, alios stantes, mares alios, alias fœminas, & uirgines, aut matrimonio coniunctos, diuerso quoq; amictu simulacra constituunt, ut diuersitas deorum non lateat. Unde factum est ut omnia candida cælestibus dijs attribuantur, pila & rotunda, omnia mundo, præcipue Soli & Lunæ, quamuis nonnunquam spei atq; etiam fortunæ. Circulus autem & quæ circularia sunt seculi motui cælesti, & circulis qui in cælo esse intelliguntur. Circuli autem partes diuisis Lunæ figuris, pyramides uerò & obeliscos ignis substantiæ & dijs olympijs, hæc ipsa de cauis,

ita

34
ita cõmunè quoq; Soli, terræ cylindrum, sationi & generationi penem, & propter muliebrem sexum, figuram triangularem. Hæc magnus ille philosophus. Quid autem turpius, quam obscenitatem idolorum excusare? quid amētius, quam auro & lapide, huiusmodiq; materia, diuinum lumen & cælestem naturam significari putare? Quod autem à iunioribus eæ cauillationes excogitatae sunt, quas prisci ne somnijs quidem uiderunt, quibus ex auro & preciosa materia, imagines deorum fingere turpe uidebatur, uerba Plutarchi audias: Simulachrorum autē fictio, uetustissima quidem res est, quæ prisci ex ligno fingeant. Siquidem ligneum erat, quod in Delo primū ab Erisichthone Apollini fuit consecratum. Ligneum etiam Palladi ab indigenis constitutum, quod etiam nunc apud Athenienses inuenitur. Iunonis etiam simulachrum ex ligno apud Samios erat, ut Callimachus asserit. Sic enim inquit, deos uetusti fingeant. Peras etiam ille, qui primus Argolicæ templum condidit, & Callithiam filiã suam antistitem consecrauit, ex pyri trunco simulachrum Iunonis dicitur confirmasse. Lapidem enim rem duram & inanem, in deorum effigiem cælare nolebant. Aurum uerò atque argentum, infœcundæ terræ atque infelicis morbosos colores esse putabant. Ebore uerò propter uarietatem abusi sunt. Hæc Plutarchus. Plato uerò magnis ante eum temporibus non decere ex auro & lapidibus, & ebore, aliq; materia inani deorum effigies fingere putans, sic in legibus præcepit: Terra, inquit, & Vesta, sacra deorum est habitatio. ne igitur ex his, cæteris dijs simulachra constituantur, aurum atque argentum inuidiosa possessio est. ebur animam deposuit, ac ideo ad simulachra deorum ineptum est. æs & ferrum belli sunt instrumenta. His aperte refutatum esse Porphyrium, puto, sed tamen reliqua etiam inspiciamus. Admiranda, inquit, est Græcorum sapientia, qui louem mundi mentem arbitantes, que in seipsa mundum continens produxit. Sic à theologia Orphei profecti de eo tradiderunt.
Iupiter altitonans, ante omnia secula primus,
Iupiter extremus, longa est post secula mundi.
Iuppiter est summus uertex, atque infima planta.
Ipse æternum semper simul est, ac tutus ubique.
Terra fundus.
Sydereatq; domus rex est, & Iupiter ipse.
Principium atque ortus rerum, uis una, deusq;
Vnus & omnipotens, regali in corpore cuius.
Singula ponuntur, tellus, unda, ignis, & aer.
Nox simul atque dies, sapientia primaq; origo.
Ac iucundus amor, magno hæc in corpore regis
Sunt louis excelsi, ceruicem namq; uidebis
Cæli suspiciens renitentia magnaq; tecta.
Hoc caput auricomum flauo de uertice crinis
Stellarum erutilant radij, dehinc aurea pandit.
Cornua bina caput, capitisq; simillima tauri.
Vnum est ortus, occasus aliud.
Ast oculi fulgens ingenti lumine Phœbus.
Lunæq; purpureo Phœbi redimita colore
Præscia uenturi mens constat regius æther
Quam strepitus nullus, nec uis, nec fama latere
Arcanum ue potest, penetratq; per omnia uictrix.
Præterea inuictum corpus sine fine modoq;
Panditur, ast humeri magni sunt pectora lata,
Est aer, alas quoque uenti possidet ille.
His ad cuncta uolans, Euro est uelocior ipso.
Tum facer antiqua matre ex tellure tumescit



DE PRÆPARATIONE EVANGELICA

38
Venter, & ex altis confurgit montibus ingens.
Quem medio pontus succingit rite sonorus.
Vltima præterea terrarum lumina, & ampli
Fundamenta globi, furibundaq; tartara plantas
Esse pedum magni constat rectoris olympi.
Hic dum sub terris cecidisset cuncta, deinde
Eximius repetens in lucem protulit Almam.
Vniuersus igitur mundus Iupiter est, animal ex animalibus, Deus ex dijs constitutus. Iupiter autem est, in quantum intellectus est, à quo uniuersa produ-
cuntur, & qui cuncta creat intelligendo. Hoc igitur modo, theologis de Ioue
sentientibus impossibile est, talem eius imaginem fingere, qualem carmina de
scripserunt. Iouem igitur esse credendum est uirtutem prouidentem atque ui-
uificam, quam pila & rotundis figuris significabant, nominis uero simulachrum
ei constitutum, quoniam mens est, qua cuncta seminali ratione producit. Sede-
re autem fingitur, ut stabilis uirtus, atque incommutabilis exprimat. Nuda
apertaq; habet superiora, quoniam conspicuus intelligentijs & superioribus
est. Inferiora uero teguntur, quia occultatur inferioribus creaturis. Sceptrum le-
ua tenet, quia in his corporis partibus spiritualissimum uite domicilium inueni-
tur. Creatiuus enim intellectus, rex spiritusq; uiuificans mundi est. Dextero ue-
ro aut aquilam protendit, aut uictoriam: alteram, quia cæterorum deorum do-
minus, quem admodum aliarum auisum aquila est: alteram, quia omnia sibi subie-
cta sunt. Hæc Porphyrius. Non est autem ab re diligenter cõsiderare, quis nam
Iupiter esse his carminibus affirmatur. Mihi enim non aliud uidetur quam hic
uulgaris mundus, qui cælo, æthere, aqua, terra, cæterisq; partibus constat. Aper-
te namq; in ipsis dicitur: Regali in corpore cuius singula ponuntur. & quæ sint
ista, declarat: Tellus, unda, ignis & aer, Nox simul atq; dies, sapientia, primaq;
origo, Ac iucundus amor. Ad hæc adijcitur, mentem atque intellectum Iouis
æthera esse, quod Stoici postea secuti, substantiam, igneam mentem esse mundi,
& deum esse corpus: nec creatorem aliud esse, quam uirtutem igneam asseruerunt.
Hæc enim à carminibus istis eos accepisse arbitror, Præscia uenturi mens con-
stat regius æther. His uerbis manifeste, magnum quoddam mundus esse animal,
declaratur. Quod cum Iouem appellauerit, ætherem quidem mentem ipsius, cor-
pus uero reliquas partes mundi, putauit. Sed huiusmodi quidem carminum Iu-
piter, interpretis autem iste carminum uniuersus mundus inquit: Iupiter est ani-
mal ex animalibus, deus ex dijs constitutus. Ita nullum aliud quam hunc uul-
garem mundum significare uoluit. Sic & Aegyptiorum ratio, à quibus Orphe-
us ista recepit, mundum & partes eius Deus astruebat. alia deinde sententia à se ad-
iecit, creatorem omnium Deum, prouidentem quendam intellectum esse affir-
mans. quomodo enim separatim intellectum in carminibus intelligi dicemus,
quem poeta ille siue Orpheus, siue alius, nunquam intellexit. Siue enim à pri-
scis Græcis, siue ab Aegyptijs didicerat theologiam, nihil intelligibile atq; incor-
poreum tradi ab eis poterat. Siquidem locupletissimus Plato testis est, qui in
Cratilo clamat, ut diximus, priscos Græcos eos dūtaxat deos putasse, quos mo-
do Barbari Solem, Lunam, stellas & cælum. Sed Cheremo quoque paulo an-
te à Porphyrio citatus, testimonium perhibebat, non aliud quam mundum &
partes mundi deos ab Aegyptijs cultos: nec quicquam ipsos de intelligibilibus &
uiuis substantijs intellexisse. unde igitur poeta ille Deum, qui super omnia est,
uniuersi creatorem per ipsum uniuersum, & partes eius mentem solummodo co-
gnoscibilem, cognoscere potuit. Rei uero incorporeæ cognitionem unde ha-
buit: nec certe quicquam incorporeum ab eo præceptum carminibus ostendi-
tur. Creatiua enim mens nec pluribus est constituta partibus: nec cælum, sibi caput
dici potest: nec ignis, aqua & terra, corpus ei cõficiunt: nec oculi eius, Sol atque
Luna possunt affirmari. Quomodo aut humores, pectora, terga & mentem crea-
trix

Mundus est
animal mag-
num.

LIBER TERTIVS.

39
trix mens omnium habebit: aut quomodo æther, mens creatoris dici aut fingi
potest: Quod igitur hæc cauillatur, carminis huius interpretis neminem fugere
potest: Ego uero in profundum impietatis incidisse arbitror eum, qui partes
mundi, partes Dei putauit: & ausus est mundum & Deum eundem affirmare:
& ad hæc quasi animam mundi esse intellectum, qui omnia creauit. Non enim
pium est, coniunctum mundo creatorem, & animam corpori putare. Adesse aut
ipsum, uniuerso mundo prouidere ac gubernare, scriptura diuina docet. An non
impleo, inquit Dominus, ego cælum & terram: Rursus: Deus supra & in cæ-
lo, & idem in terra est. Et alibi: In ipso uiuimus, & mouemur, & sumus. non ta-
men ut partes, nec sicut in mente animaq; nostra. sed si oportet similitudine ut-
ri, sacras literas audiamus, Cælum mihi sedes, terra uero scabellum pedum meorum,
clamantes. Considera igitur quanto melius & expressius hæc dicta sunt. Nam
qui cælum sedem appellat, terramq; scabellum, & uniuersum mundum prouiden-
tiam Dei subiecit, & super omnia Deum esse significauit, quippe cum neq; scabel-
lum, neq; sedes corpus sedentis appellari possint, sed partes eius. Qui uero cælum
caput Dei, & mentem eius æthera, & partes mundi partes Dei asserunt, nec creato-
rem nec Deum cognouisse redarguuntur. Non enim ipse seipsum creabit: nec
mens ipse poterit dici, cuius mens æther est. Quomodo enim Deus erit, cuius
terra et cætera corpora partes sunt res corruptibiles & abiectæ: Si uero mens Iou-
is nihil aliud quam æther est, & si aer subtilissimus atq; igneus appellatur æ-
ther (id enim uocabulum idemq; ipsi significare arbitrantur) ut atq; ambo hæc cor-
pora, aer dico & æther: animaduerte quod mens Iouis iam cecidit: & cogita quis
non mente captus Deum appellabit eum, cui mens corpus quoddam sensatum
est atque inanime. Quare merito theologia nostra negatiue omnia hæc appel-
lat, quod scilicet neq; cælum, neq; ether, neq; sol & Luna, nec stellarum fulgor,
nec uniuersus ipse mundus Deus sit, sed opera manuum eius. Quæ omnia par-
ua quædam & utilia reperiuntur, non dico creatori, sed intelligibilibus creatur-
is comparata, quas immortales, et longè corporibus præstantiores, beate apud
Deum uiuere arbitrantur. Probe igitur de mundi partibus hoc modo à scriptura do-
centur. Videbo cælos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quas tu fun-
dasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. Et rursus: Respicite in altitudinem
oculis uestris, & considerate quis omnia ista monstrauit. Sed age, iam reliqua
perspiciamus. Impossibile est, inquit, talem eius imaginem fingere, qualem car-
mina descripserunt. & ideo ei simulachrum hominis constituerunt, quoniam
mens est qua cuncta seminali ratione producit: quomodo igitur si mundi, & spa-
cium eius cæli, aeris, terræ, cæterarumq; huiusmodi imaginem quæ carmina de-
scripserunt fingere impossibile est diuinæ mentis effigiem fabricati sunt: Quod
enim corpus intellectui diuino similitudinem habebit, cum nec mentis huma-
næ imaginem habere posse cognoscatur: humana enim mens incorporea est,
atq; simplex: corpus autem omne corruptibile, atq; compositum. Quare iure, ra-
tionalis atq; immortalis anima & intellectus eius imaginem & similitudinem Dei
habere dicitur. Immaterialis enim & incorporea, intellectualis rationalisq; per
essentiam est uirtutis, & sapientiæ capax. Qui si humanæ animæ atq; mentis for-
mam & effigiem fingere impossibile est, quoniam nec sensu percipitur: quis adeo
stultus erit, ut lignum simulachrum ac effigiem Dei creatoris omnium similitu-
dinem habere arbitraretur: Natura enim diuina, omnem materiam, & omnia quæ
percipimus excedit, mente solummodo ac sanctis animis intellecta. figura uero
Iouis quæ in simulachro conspicitur, mortalis utri effigies est, non quæ totum
hominem, sed peiorem eius partem imitata, expressit: nullum enim uitæ atque
animæ uestigium ostendit. Quomodo igitur uniuersi Deus, mensq; omnium
creatura ipse Iupiter erit, qui aut in ære, aut in ebore cernitur: aut quomodo
pater Hercules est, qui ab Alcumena natus esse dicitur, reliquorumq; hero-
um, qui cum homines fuerint mortales, suæ mortalitatis argumenta posterio-
ribus

FACULTAD
DE
TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BIBLIOTEC

Nulla effigies
Deum ex-
primere potest.



34
ribus nō pauca reliquerunt: ut enim in primo probauimus, uetustissimi Phœnicum theologi Saturni filium, mortalem ex mortali, & ex Phœnicia originem traxisse, affirmabant. Hæc eadem Aegyptij nunquam negarunt: præterquam quod ab Aegypto fuisse oriundum contendunt. Cretenles quoq; suum fuisse Iouem asserentes, sepulchrum eius magnificè constructum, apud se ostendunt. Atlantij enim, & cæteri omnes qui apud se Iouem natum fuisse asserunt, mortalem nunquam negarunt: resq; ipsius gestas, mortales enarrant, factaq; multa turpia, omnis petulantia plena conscribunt. Fabularum uerò præcis quidem illis expositoribus, modò calida quædam & ignea uirtus, modò spiritus quidam Iupiter uidebatur. Nunc autem nescio, quo modo his iunioribus creatura mens rerum Iupiter appellatur. Interrogandi ergo sunt, quæ dicunt patrem, auum, atque proauum istius mentis esse. ut enim theologia eorum prædicat, Saturni filius Iupiter fuit, & Orpheus ex prædictis carminibus idiplum confirmabat. Saturnum autem Cœli filium fuisse non negant. Si igitur Deus omnium & intellectus, qui cuncta creauit Iupiter est, quem nam dicent esse Saturnum patrem Iouis? & Cœlum rursus Saturni patrem? Quod si primus Iupiter omnium est, quasi creator, necesse est, secundos, & post eum cæteros esse, qui ab eo creati sunt. Saturnus enim, quem tempora esse uolunt, quoniam tempora motu cœli conficiuntur, à Cœlo genitus dicitur. Cœli autem & temporis ipsius causa, est profectò mens illa creatrix, quem Iouem appellant. Quare non erit à Cœlo tertius Iupiter. Quomodo igitur tam Aegyptijs & Phœnicibus, quam Græcis & primis omnibus philosophis, tertius à cœlo, creati uis iste intellectus in theologica genealogia narratur? Patefacta est igitur huius philosophi astuta fictio. Patecet autem ex his magis quæ subiicit, dicens: Coniugem Ioui Iunonem recte putarunt: ætheream enim atque æream uirtutem, Iunonem appellarunt. Nam æther est aer subtilissimus. Iouis certè mētem æthera esse, carmina significarunt. Modò autem iste interpretis definiendo æra, ipsum dicit esse subtilissimum: corpus autem aer, corpus igitur æther. Quare mēs quoq; erit corpus omnium subtilissimum. Et quomodo corpus atque mens natura diuersissima, idem esse intelligentur? Deinde, nescio quo pacto sui & carminum oblitus, quibus, aperte dicitur, mentem Iouis æthera esse, Præcia, inquit, uenturi mens constat regi & æthera Iunonem ætheream, & æream uirtutē esse ait. Diuisione deinde utitur, dicens uniuersi aeris uirtutem Iunonem: inferioris autem, qui lunari luce illustratur, Latonam nominari. Latonam enim à latēdo dici, & obliuionem significare: quia cum animæ lunarem orbem descendendo transferint, diuinarum rerum obliuiscuntur. propterea etiam Apollinis & Dianæ dicitur mater, quibus noctis pelluntur tenebræ. Aer etiam hic inferior cum Lunæ, Solisq; mater sit, non iniuria per Latonam designatur. Ego uerò non uideo, quomodo aer Solis & Lunæ mater appellari possit, cum ipse magis à luminariis fiat & transmutetur, quam ab ipso luminaria. Paululum uerò progressus, telluris uirtutem Vestā appellat, cuius uirginale simulachrū, in foco ignis statuitur: quæ uirtus quoniam ferax est, mulieris eam specie denotarunt. Rhea uerò quæ Opē latine appellamus, lapidose atq; mōtana terre uirtutē designat. Ceres feracis & planæ, differt enim à Rhea, quoniam Bonam Ioui peperit deam, ac ideo imago eius spicis coronatur: & papauera quæ fertilitatis symbolū sunt, circa imaginē ponuntur. Hic diligenter animaduerte, quomodo deorum ipsiusq; Iouis matrem, quæ Rhea dicitur, ad terrā & lapides detraxit, & eandem esse Ceteri ait. quibus, adiecit: Quoniam autem quædam uirtus etiam proiectū seminis in terram est, quæ Sol in hyemali solstitio fouet, Bona quidē dea, quæ & Persephonem uocant, uirtus seminū est. Pluto uerò Sol, qui tempore hyemis remotus abest, omnē mundi partē perustrat: idcirco raptam ab eo Proserpinam dicunt, quæ Ceres sub terra latentē queritat. Plantarum autem omnium uirtus Dionysus nūcupatur, & Bona quædam dea: imago germina quædam quasi sui symbola protendit.

Quid Latona, Rhea & Ceres significant.

35
tendit. Dionysius uerò cornua habet, & muliebriformis est: promiscuam uirtutem generationis plantarum significans. Plutonis autem raptoris galea caput erigitur, quod occulti uerticis symbolū est. Sceptrum uerò breue quod tenet, inferioris regni symbolum est. Canis autem eius frugum à terra partium tripartito, in proiectionem, orationem, germinationem diuidi notat. Atys porrò atque Adonis, ad fruges ac fructus pertinere uidentur. Sed Atys flores maxime designat, qui antequam ad fructum ueniant, defluunt. Quapropter pudenda ei fuisse incisa dicuntur, quoniam flores defluxi, semina non produxerunt. Adonis perfectos fructus significat. Silenus uerò spiritalis motus symbolum est, qui non parum uniuerso conducit: cuius caput candore fulgens, cœlestis motus: Cælaris uerò, quæ inferioribus imaginis partibus apponitur, crassitudinem terrestris aeris significat. Verum, quoniam uaticinandi etiam quædam uirtus est, id est latine Carmenta uocitata est, eo quod statuta unicuique præcinat, quibus omnibus uirtus hæc inferior colitur: ut Vesta & uirgo sponte sua nascentium arborū ferax, ut parturiens nutrix, ut Rhea lapidosa & montana, ut Ceres herbosa, uaticinatrix, ut Themis. Vis autem seminalis, quæ in terram descendit, quasi Priapus honoratur: cuius quod ad siccos pertinet fructus, Bona dea: quod ad plantaria, Dionysus nūcupatur: ita Bona dea à Plutone, id est, à remotiore ac sub terra immorante Sole, sementis tempore rapitur. Dionysius uerò exacta hyeme, quasi renouatis temporibus germinat, florendi uirtus Atys, ut diximus, perficiendi. Adonim spiritalis Silenum præsidem possidet: motio autem eorum, & quasi quædam extensio per Bacchum denotatur. Satyri ueneream omnem uirtutem ostendunt, quibus omnibus uniuersa terrestris uirtus perficitur. Hæc necessariò tibi exposuit, ne pulchram horum Philosophorum theologiam ignorares. Cur autem hæc quali dii honoranda sunt, quæ ad alimenta animalium Deus produxit: aut cur nobis terrestris uirtus colenda est, quibus cœlestis & immortalis anima inest perspicax, si à sordibus libera est, Dei rerum omnium creatoris? Cur etiā si motus spiritalis Silenus est, & motiuam uirtutem significat, tum cœlestem candore capitis, tum æream & crassiore prolixitate ac densitate barbæ (non magno enim honorari cultu uideamus, qui omnibus erat præponendus) cum Adonim atque Dionysum, fruges uidelicet atque plantas diligentissimè honorari uideamus? Quis autem non mirabitur, nisi insanus sit, cum turpissimi hominum morbi quasi Satyri & Bacchus colantur? Sed non est opus pluribus ea consutare, quæ sponte sua iacent: exponenda potius cætera sunt, ne quid arcanum & sublime nos lateat. Aquarum, inquit, & euectiuam uirtutem oceanum, symbolum autem eius Thetym appellarunt: eius uerò aquæ quam bibere possumus, uirtus Achelous dicitur, & aquarum quidem dulcium, particulares uirtutes Nymphae, maris Ne-reides nūcupantur. Ignis uirtutem Vulcanum dicunt, & in forma hominis eius simulacrum constituunt. in cuius capite pileus est cœruleus, cœlestis symbolum uolutionis, ubi integer syncerusq; ignis inuenitur. nam qui à cœlo terram delapsus est, cum imbecillior sit, materiaq; indigeat, claudicans fingitur. quam uirtutem in Sole Apollinem uocarunt, à radiorum uidelicet motu: quoniam motu, quæ mouere est. Nouem autem circa Apollinem Musæ concinunt, septem uidelicet, planetarum orbem, octaua sphaera, & hæc ultima, quæ Luna est. Laurum ei dedicarunt, quoniam hæc arbor ignea est: unde odio à dæmonibus maxime habetur, & quoniam si uritur, plurimum sonat, quod prædicēdi uirtutem designat. hunc ipsum, quia ægrotationibus medeatur, & morbos pellat, Herculem uocant, & duodecim ei attribuit certamina, quoniam per duodena signa pertranseat. Clauē & leonis pellem accōmodant: alteram, ut inæquabilitatem motus significet: alteram, quoniam in leone maxime uires suas offertat. Huius salutarem uirtutem Aesculapius designat, cui Bacillum traditur, ægrotantium sustentans.

sustentaculum. Serpens inuoluitur animæ, atq; corporis signum salutare: naturales enim omnes, cæteraq; quidem reptilia, crassioris dicunt & terrestrioris esse substantiæ. Serpentem uerò esse spiritualissimum animal aiunt, quòd & in becillitatem corporis exuat, & ad medicinam perspicacissimū esse uideatur: nam & ad acuum uisum herbā inuenisse, & reuiuiscēdi quandam herbam cognoscere traditur. Ignea Solis uirtus, quæ fructus maturat, Dionysius nūcū patur. Quæ uerò ratione anni tempore circumuolutus cōficit, Florus dicitur. Virtus autem eius, quæ ex agricultura fructū percipimus, quia diuinitarum largitrix est, Pluto esse asseritur: quæ cum uirtutem etiā corruptiuam contineat, unā cum Serapide dicitur habitare. Cerberum tricipitem dicunt, quia superioris Solis regiones tres sunt, ortus, occasus, merides. Luna nam etiam Dianā nūcuparunt: quæ quamuis uirgo sit, Lucina tamē est, quoniam nouilunij uirtus ad partendum non parum conferat. Quòd autem Apollo in Sole est, in Luna Minerua, qua prudentia designatur. Rursus Luna Hecate dicitur, propter uarias eius corporis figuras, quas à distantia Solis sumere uidetur. Triformis enim uirtus eius est: nam nouilunij uirtutem, candidis & aureis uestibus, & ardente face significant. Cista uerò cum iam media sit designatur, quoniam crescente lumine, fruges maturat. Plenilunij autem uirtutem ferrugineo colore denotarunt, ramus ei laureus attribuitur, quoniam à Sole ignea sit, papauer propter fertilitatem & multitudinem animarum, quæ in ea tanquam in ciuitate inhabitant: ciuitatis enim symbolum papauer est. Arcum habet ut Diana, quoniam partus dolores acuti sunt. Parca quoque ad uirtutes Lunæ referuntur, Clotho ad generandum, Lachesis ad nutriendum, Atropos quoniam inconuertibilis dea est, (regina enim uertere Græcè significat) fructuum etiam generatiuam uirtutem, quam Cererem appellant, Lunæ cohabitare dicunt, ad exaugendā uirtutem eius: continetur enim Bona dea lunari potestate. Dionysium quoq; sibi accōmodant, partim propter cornuum productionem, partim propter nubiu locum, qui Lunæ subiacet. Saturni autem uirtutē, quoniam tarda & frigida est, tempori attribuerunt: quem seniore depingunt, quia tempore uniuersa senescunt. Occasiones autem Curetes significant, & Saturni custos sunt. Temporis enim obseruatio quædam occasio est. Quatuor uerò anni tempora, alia Soli, quæ aeris ianuas aperire dicuntur, alia Cereri attribuimus. Cistas quæ ferunt duas, alteram florum, qua uer: alteram spicis, qua æstas significatur. Virtutem uerò Martis, quoniam ignea est, atq; sanguinea, bellis præferunt, plurimumq; obesse atq; prodesse putarunt. Venerem generadi uirtutem possidere dicunt, spermatis & cupiditatis causam ei mulierisq; formam accommodant, propter generationē, pulchram fingunt, quia Vesper est, quæ pulcherrima in cælo stella esse uidetur: cui Cupido assisit, propter cupiditatem. Vbera & partes genitales teguntur, quia spermatis & nutritionis hæc membra causa sunt, & ex mari esse perhibetur, quod elementum humidum calidumq; est, & motu crebro spumas eijcit: quæ res spermatis symbolum est. Orationis autem & interpretandi uirtutem Mercurium appellant, qui protensus atque reclusus fingitur, propter orationis uigorem: quamuis & Dionysi spermaticas uires, quæ per omnia tendunt, significare confirmatur. Sed quum oratio composita sit, aliā in Solem ponunt, & Mercurium appellant: aliā in Lunam, quam nūcupant Hecatem: aliā in uniuerso, & appellant Hermopin: in omnibus enim seminalis uis est. Mercurij autem filium Cupidinem dicunt, quoniam amandi uirtus orationi quoque attribuitur. Vniuersi symbolum Pana esse affirmant: cui cornua dederunt, propter Solem & Lunam: uariam Pantheræ pellem, propter uarietatem cælestium, sed hæc Græcorum sunt. Aegyptiorum autem, ait, deorum symbola talia sunt. Creatorem, inquit, Eneph Aegyptij appellant, cuius imaginem in forma hominis faciunt colore cæruleo zonam tenentem & scepturū: cuius in capite pennam ponunt, significantes, diffi-

Cerberus.

Lunæ multiplex uirtus.

Saturni uirtus.

uirtus Martis & Veneris.

Mercurij orator.

Deus Aegyptiorum.

cilem

elem inuentu esse creatorem, & nemini cōspicuum: uiuificum etiam & regem, & intelligibili motu circumlatum. Hic Deus, inquit, ab ore ouum producit, a quo nascitur deus, quem Aegyptij Phtha, Græci Vulcanum uocant. Significatur autem huiusmodi ouo mundus. Huic idcirco ouis dedicata est, quoniam prisci lactis potu degebant, uerum mundi quoq; ipsius simulacrum tale finxerūt, complicatos habet pedes, uestem uariam usq; ad talos indutum, auream pilam capite sustinet, partim quia locum non mutat, partim propter uariam stellarum naturam, partim quia mundus ipse rotundus est. Solis imaginem in nauī collocant, quæ Crocodilo fertur: ut per nauigium motus in humido, per crocodilum autem potabilis aqua significetur, in qua Solem ferri contendunt. Cælestis autem atq; terrestris, telluris uirtutem Ilin appellant. ^{isap} enim græcè æquale est, unde iustitia oritur, cælestem tellurem Lunam esse asserunt: terrestrem uerò hanc frugum procreatricem, quam habitamus. Quòd ergo Ceres apud Græcos est, id est Isis apud Aegyptios. Et rursus Bona dea, & Dionysius apud Græcos Isis & Osiris apud Aegyptios. Fructuum enim procreatricem uirtutem Osirim putant: quam steribus placant, quoniam occasionis tempore in terris occultetur. Designat autem etiam pluuialem Nili uirtutem: uerum, quandoquidem tellurem terrestrem per Osirim denotant, fecundam terram intelligunt: quando uerò cælestem, Nilum esse aiunt. Hunc enim Osirim, id est Nilum, à cælo defluere arbitrantur: quem etiam deflere solent, lacrymis reuocari uirtutem eius putantes, quæ cæteris temporibus deflere uidetur. Isis autem, quæ secundum fabulas Osiri coniungitur, terra Aegyptia est. Isidos enim maritus Osiris est, qui & frater & filius eius traditur. In Elephantinopoli autem Aegyptia urbe, simulacrum colitur cærulei coloris uiri corpus, caput arietis habens. Arietis igitur caput & faciēs & caprina cornua quæ habet, coniunctionem Solis & Lunæ in ariete significant. Cæruleus color ei attribuitur, quia lunaris coniunctio humidior est. Secunda uerò Lunæ lux, in Apollinopoli urbe consecrata est: cuius symbolum homo accipitris habens faciem, lancea Typhona interficiens, hoc simulacrum candidi coloris est, qui color ab alio Lunam accipere lumen significat. Accipitris uerò faciēs à Sole id fieri denotat, unde & spiritum atrahit. Soli enim accipiter dedicatur, qui lucis & spiritus symbolum apud eos est: alterum, propter motus uelocitatem: alterum, quia in altiora uolat, quæ lucidiora inferioribus sint. In mysterijs autem, apud Eleusina antistes, qui rerum sacrarum expositor est, imaginem fert creatoris: ille qui faces tenet Solis, qui stat in ara Lunæ, factorum præco Mercurij. Castellum autem quoddam est Aegypti, quod Anamis appellatur, ubi homo colitur, qui quæ sibi ad sacrificium præparantur, comedit. Quòd autem animalia deos non arbitrantur, sed imagines & symbola deorum putant, inde patet, quia Soli & Lunæ boues sacrificant. & in Helios colitur, nam & Solis ardor, nigriora humana corpora reddit. Habet autem caudam ille bos, & totum corpus pilis ad contrariam partem quam in alijs bouibus inclinatis densissimam, quoniam & Sol contra totius motum mouetur, reticulos maximos habet, quoniam uenera cupiditas caliditate uiget. Et Sol seminarium naturæ appellatur. Lunæ taurum dedicarunt, quem Apin nūcupant, nigrum præ cæteris, & signa Solis atq; Lunæ habentem. Habet enim ex scarabæus. Lunæ uerò, coloris diuisio. Hæc breuiter à Porphyrj libro, ne quid mysticè Græcorum ac Aegyptiorum theologia nos fugeret, conscribere placuit: quos errores nos fugimus, & transfugas nos predicare non pudet, non enim terrebit me arrogans illa oratio: Explicabo quibus fas est, procul hinc ab estote scelesti, non enim nos scelesti sumus, qui hos errores fugimus: sed qui turpes atq; obscenas has fabulas, & scarabæos, ac cæteras fabulas, ad summam theologiæ sapientiam accipiunt, qui iuxta uocem apostolicam, cum sapientes se dicant,

Solis imaginē

Osiris designat Nilum.

d

se dicant, fatui sunt inuenti: quoniam incorruptibilis Dei gloriam in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, nec hominis solum, uerum etiam uolatilium, quadrupedum, & serpentum commutarunt.

Refutatio mysticæ theologiæ. Cap. IIII.

Verum quoniam mysticam & arcanam theologiam ad incorporeas reducit uirtutes, ne uideatur ad has uisibiles mundi partes diuinum cultum referre: consideremus ne omnia sibi rursus labantur, cum una diuina uirtus, non multæ colendæ sint, nam quemadmodum quamuis multæ partes & membra unius corporis sint, non tamen tot animæ, sed una in homine uno anima est: sic & in uniuerso putandum unum quidem ex una materia esse mundum, plurimis partibus constantem, cuius non multæ, sed una est creatiua uirtus uel Dei, uirtus & sapientia. Illud autem ridiculum est, quod etiam Aegyptiorum nugas, ad incorporeas transfudit uirtutes: oblitus Chæremona illum ab eo productum, qui præter hæc uisibilia, nullum alium ab Aegyptijs cultum fuisse Deum testabatur: & omnia in res naturales, nihil in rem corpoream illos traduxisse. Cur igitur cum ipsi Aegyptij incorporeas & uiuas substantias, nullo se modo colere clament, frivolas has inuentiones excogitatis? & uniuersaliter quidem omnia sic refutantur. Particularum autem non difficilis redargutio est. Nam ut Aegyptiacas nugas præteream, quis mentis compos non deridebit has Græcorum physiologias? Si enim Iupiter secundum eos, non ignea illa uirtus atque ætherea, ut teste Plutarcho, prisca putabant, sed supremus ipse intellectus rerum omnium creator & uita est: quomodo Saturnus pater eius erit, per quem tempus significari uoluit? Ops autem quo pacto mater, quam interpretes iste lapidosam & montanam uirtutem esse asserit? Iunonem uero æra esse dicens, nescio quomodo, & sororem & uxorem creatoris intellectusque uiuifici esse affirmat. Latona rursus, si quasi quædam oblitio sit, quæ animas ad inferiora hæc lapsas consequatur: quomodo hæc oblitio Solis & Lunæ mater erit? Apollinem quippe atque Dianam Latonæ liberos ad Solem & Lunam traduxit. cur autem Opem & Cererem, id est secundum ipsum lapidosam atque montanæ telluris, & planæ ac æqualis symbola colendas esse putat? Cur Dionysium præterea & Atym & Adonim generatiuam scilicet plantarum uirtutem, aut immaturata defluentium florum, aut perfecti fructus symbola, tanquam dii colendi sunt: cum humanum genus ad usum, cuius omnia hæc a creatore producuntur, multo atque multo illis honorabilius sit? Hoc modo & reliqua facile redargues. & si diligentius considerabis, mirandam impudentiam eorum duces, qui Solem modo Apollinem, modo Herculem, deinde Dionysium ac Aesculapium dicere non uerentur. Quomodo enim idem pater & filius simul, id est Aesculapius erit, atque Apollo? Quomodo autem Sol Hercules est, cum Alcumenæ mortalis foeminae filius Hercules perhibetur? Aut quomodo furore Sol exagitabitur, & liberos incitatus interimit suos, quod Herculem fecisse omnes fatentur? Sed duodecim, inquit, certamina, duodecim cœlestia signa sunt. Quis igitur Eurystheus excogitabitur, qui Soli hunc certandi laborem inuito imponat? Quomodo autem ad Solem quinquaginta hestias, & captiuarum reliqua multitudo, quibus omnibus Herculem conuenisse fabulantur, reduci poterunt, præsertim cum mortales liberos, ab illis Herculem suscepisse confirmet, a quibus Herculeum genus tractum per longa tempora successione durauit? Quem porro esse Centaurum dicent, cuius sanguine cruentaram uestem Soli Deianira obtulit, unde succensus furore dicitur fuisse? Verum non Herculem, sed Dionysium esse Solem ponamus? Quæ igitur eum genuit, siue Semele quædam, siue Persephone? quomodo autem Dionysius iste & Sol simul erit, & germinandi miranda uirtus? quam autem dicemus multitudinem mulierum fuisse, quæ cum Dionysio

A Dionysio militauit: quæ uero Solis erit Ariadne? Quare autem non omnium quæ a terra nascuntur, sed uini solummodo largitor Dionysus? qui si Aesculapius & Sol est, quomodo a Ioue turpissimi causa quæstus fulmine percutitur, iuxta Pindarum sic de ipso dicentem:
Aurum illi nimis, preciosaque munera curæ.
Horrendum inde pater diuorum concitus ira,
Contorsit fulmen, animamque e corpore uulsi.
Aesclepiadum uero genus, quod multis seculis in Græcia floruit, unde nam ortum est è terris? Sit sane, ueris ac certis rationibus in Solem & Lunam, & reliquas partes mundi fabulæ transferantur: ergo rursus creatore relicto, falso creaturas coluerunt. Quod si non partes mundi, sed inuisibiles creatoris uirtutes, quibus omnia replet, omnibus adest, omnia gubernat & continet, colere se dicent: quare non profectis fabulis, sicut impijs atque turpissimis, ad ipsum uerum & unum Deum conuertuntur? Hoc enim facere debent, non autem quasi mente capti, uenerabilem Dei appellationem creaturis ascribere, nec in profundis ita seipos tenebris claudere, ut intus se Deum inuenturos confidere uideantur: nec in simulacris & inani materia diuinas honorari uirtutes putare: nec sanguine ac nidore quasi res gratas creatori offerre, a quibus omnibus liberatos oporteret, tanquam ueros philosophos magna uoce prædicare, non hæc se uisibilia, sed inuisibilem solummodo creatorem admirari, & inuisibiles atque corporeas eius uirtutes inuisibiliter colere, non incendendo ignem, aut arietem, aut taurum sacrificando, non feris & simulacris, sed pio animo & recta de Deo sententia & uirtute, quæ ut possibile homini est, ad Dei nos adducit similitudinem. Sed nullus unquam Barbarus, nullus Græcus ante doctrinam Saluatoris nostri hanc ueritatem cognouit. Saluator autem noster solus omnes undique gentes Euangelica prædicatione ad ueram religionem conuocauit. Sapientes autem huius seculi, omnia se scire iactantes, cum Deum cognouissent, non ut Deum glorificarent, aut gratias egerunt, sicut Apostolus ait: sed obtenebratum est imprudens eorum cor, & dicentes se sapientes, stulti inuenti, creaturas non creatorem colentes, qui est benedictus in secula. Post enim longam philosophiam & mysticam, imo uero impiam theologiam, a physiologia tua deiecerunt. Quare patet, pudore uictos turpitudinem theologiæ suæ physiologiæ cælare uoluisse, cum opere fabulas comprobent. Quod mihi mirum nequaquam esse uidetur, cum & ipsos deos uideo fabulas contemnere non posse. Quippe opera precium est, Apollinem ipsum & Aesculapium audire quid de se ipsis dicant. Sic ergo Apollo, teste Porphyrio in libro quem de responsis scripsit, de se ipso edidit:
Cum Latona graui partus, oppressa dolore,
Commotique essent gemini intra uiscera diui,
Stabat terra, aer stabat, fixa insula, robur
Acceptit, fluctus etiam mitescere ponti
Cœpere, arcitenens uatesque exiit Apollo.
Aesculapius quoque de se ipso sic edidit:
Natus ego ex sacra trica, aui tota medendi
Ars, cui sese omnis pariter sapientia debet:
Quem mater peperit compressa ab Apolline magnum
Illum Aesculapium diuim numeroque receptum.
Mercurius autem sic de se ipso clamat:
Sum Ioue Mercurius, Maiaque Atlantide natus.
Formas etiam suas ipsi describunt, ut ex hoc Panos oraculo aperte monstratur:
Exoluo Pani mortalis uota bicorni.
Deliciasque Deo pariter bipedi capricruo.

40 Non ergo uniuersum ipsum Pan est, sed dæmon quispiam talis uidelicet, quem seipsum hoc oraculo descripsit: non enim uniuersus mundus hæc carmina edidit. Mercurius etiam quomodo interpretatiua oratio dici potest, cum Maia Atlantidos filium se fuisse fateatur: & Aesculapius quomodo Sol erit, qui se tricentem fuisse affirmat, & a mortali se muliere natum non inficiatur? Quomodo autem cum sit Solis filius, Sol ipse erit? Solis autem & mortalis cuiusdam mulieris filium se appellans, quomodo non erit ridiculus? Apollo etiam si Sol est, quo pacto in Delo insula genitum se a Latona prædicat? Hæc obijcienda eis tunc maxime cenfeo, quando impudenter Saluatoris nostri uirginem partum deridere audent: præsertim cum non a poetis ista, sed ab ipsis dijs dicta sint. Cum igitur & poetæ fabulose theologiam tradiderint, philosophi physiologi cæ fabulas intelligant, dii uero ipsi aperte, qui & unde fuerint, oraculis suis declarant: manifestum scilicet est, quia dijs credendum est, uel quia dii sint, uel quia unusquisque melius quam cæteri sua cognorit. Quod si ita est, philosophorum physiologiæ falsæ omnino inueniuntur. Sin uero philosophi ueritatē assequuntur ipsorum deorum, de seipsis testimonia falsa relinquentur. Sed illud forsitan quispiam obijciat, quia responsum Apollinis philosophorum sententiæ conueniens hoc modo inuenitur:

Sol & Osiris item Dionysus Horus Apollo:
Rex & item retinet lucis, qui & noctis habenas:
Qui uentos, qui dat imbres, qui tempora mutat.
Stellarum summus rex immortalis & ignis.

Idem ergo dii, & poetarum fabulas, & philosophorum sententiæ, comprobantes, pugnantia de seipsis confirmant. Nam si mortalem sibi matrem ascribit Apollo, et patriam unde oriundus fuit sponte fateatur, quomodo Sol erit? quod si Sol est, quomodo Delos insula, patria, & mater Latona? hæc enim uera esse, ipse Apollo respondit. Præterea si Apollo Sol est, quomodo hæc de seipso cecinit? Vtrum Sol de cælo in aliquem hominem descendit, & hæc de se cecinit? Sed non est possibile talem tantamque substantiā homini se subijcere. An intelligentia & uirtus illa, quæ in ipso est? Sed nec illam anima hominis unquam se seipere potuit. Eadem utemur ratione de Luna: quamuis potestatem, quæ in Luna est, Hecatem appellantes, & malignorum spirituum originem putantes, cum ad amorum obscœna inuocant ministeria, concedendum eis fortasse uideatur. Quomodo autem & Pluto & Serapis in Solem referuntur, cum malignorum spirituum princeps esse Serapis prædicatur? ex quibus omnibus mystica philosophorum theologia, falsa & cauillatoria uniuersa uidetur. Oraculorum autem omnium autores dæmones esse malignos, qui nonnunquam fabulas, nonnunquam philosophorum sententiam ratam faciunt, ut & illos derideant, & hos maiore arrogantia perdant, quis non uiderit.

Theologiæ
tria genera
apud genti-
les.



IS itaq; dictis, iam tempus est in hoc uolumine tertiam partem gentilium theologiæ percurrere, quam Ciuilē appellant. Nam quoniam in tria genera theologiā partiuntur, in fabulosum, quod etiam historicum appellant, poetis maxime attributum: in naturale atq; mysticum, quod philosophi approbarunt: & in ciuile, quod in singulis ciuitatibus consuetudine ac legibus detentatur: estq; de duobus primis partibus in superioribus libris expositum: Tempus iam est tertiam quoq; portionem, quam ciuilem appellant, testimonio semper ipsorum utentes redarguere. Continetur igitur in hoc tertio genere oracula, responsa, curæ morborū in hominibus pijs: & e contra, eiectiones uel aucti morbi in

A bi in impijs, quarum omnium rerum periculum fecisse, dicentes pie se deos colere, nos uero impiè facere affirmant, qui tam manifestas uirtutes contemnunt, leges patrias transgredientes, quas oportet unumquemque seruare, ut nemo debeat res nouas temeraria cura scrutari: præsertim cum a legibus capitalis pœna aduersus eos decernatur, qui secundum leges & consuetudines patriæ, deos non uenerantur, sed primum quidem & fabulosum theologiæ genus, & secundum naturale scilicet ac allegoricum, unusquisque sicuti placet, interpretetur ac reprobet. Tertium autem quod singularium legibus ciuitatum comprobatur, nec poeta quisquam, nec philosophus moueat, nisi uelit tanquam impius iure patrio puniri. Ad hæc igitur nobis dicendum, ratioq; reddenda, quare Saluatoris nostri Euangelica prædicatio omnium gentium huiusmodi legibus contemptis, ad uerum sui cultum nos reuocat.

Quod hominum artificio responsa reddi quæstionem non temerè diceret. Cap. I.
Vales igitur eas uirtutes, quæ in simulacris habitant, dicere oportet? Vtrum bonas et uerè diuinas, an e contra? Hoc enim modo mihi nunc placet eos interrogare. nam alius fortasse non ita faceret, sed nullam omnino uirtutem in simulacris esse contenderet, & hominum malitia arteq; malefica omnia fieri probaret. Responsa enim ipsa ad decipiendos auditores ab astutis & cautis hominibus ambigue ad utrumlibet euentum esse acutè composita. Miracula uero quæ simulacris attribuunt, natura rerum fieri: multa enim genera esse herbarum, multa lapidum, secreta quedam & multis ignota natura insita morbos quosdam pellentia, quosdam inducentia: alia enim contrahere atque densare, alia distrahere & rarificare, tendere aut omnino mutare & saluare, nata esse. quod alia breui tempore, alia longo efficiunt, et alia in longum durant, alia cito dissoluantur: ita nonnulla conseruantia sanitatis inueniuntur, nonnulla e contra morbos inducunt. Multa etiam lucem Lunæ ita sequuntur, ut simul cum ea crescant atq; decrescant. Animalia igitur nonnulla, planta, lapides, aromata, magnas uirtutes insita sibi natura possident, ad quæ omnia positio quoque locorum multum conducit. Instrumenta etiam ipsis ad huiusmodi artem uagantur inuestigantes, cuius rei quilibet egeat, ut intelligant quid petiturus a Deo uenerit, propterea ex adytis & petriatibus & profundissimis plerumque speluncis responsa ferri, ut & tenebræ ipsæ non nihil conferant, & nonnulli lateant in cauernarum secessibus nuncij atq; ministri, ad quæ omnia uide licet non parum superstitio & opinio faciathominum. Præterea multitudinis inficitiam & eorum astutiam, qui hæc peragunt, non parum posse, qui uel uoluptate capiant interrogantes bona spe sibi proposita: uel si nonnulla coniectura, quid euenturum sit consequi potuerunt, aperte, ut in cæteris credantur, mala prænuncient. Sin uero nihil coniecturis inuenitur, ambiguitate ita fallunt, ut redargutionem effugere uideantur. Multa uero etiam contingere alijs quibusdam cauillationibus adhibitis, nam & cantando nonnunquam peragere quædam uidentur, & inaudita quædam nomina inuocant, ut diuini uideantur. Maxime autem multos decipi, cum aliquantulum docti sint, quos ipsa responsorum mirabilis compositio, & uerborum elegantia, & orationis grauitas simul & ambiguitas adeo trahit, ut diuina esse facile credant. Ex illis autem responsis, quæ ambitione dicta non sunt, sed quadam futurorum coniectura clarior prolata multa, imò uero penè omnia falsa inuenta sunt, unde si quod etiam inuentum rerum comprobatum fuerit, casu potius quam ratione id accidisse, credendum. Quæ, quamuis paucissima sint, feruntur tamen in primis, & lapidum in sculpa permanent. Quæ autem falsa fuerunt, penè innumerabilia, eorum nullus meminit, neque illud animo uoluit, bellorum & seditionum hæc responsa deorum causam fuisse plerumque, nec etiam eo tempore, quando Gracia florebat, & dæmonum superstitio in ea uigebat, clarum quid & utile facinus

Miracula in
idolis facta



In calamita
tibus dij su-
os deserunt.

42 DE PRÆPARATIONE EVANGELICA
prædicatione deorum factum unquam fuisse. In calamitatibus enim bellorum nihil providentes dereliquerunt eos, quos in summa bellorum pericula responsis impulerunt, quod loco suo planius faciemus, probabimusque multos ab illis in bella infectos, nec utiliter unquam responsum, sed ambiguitate, qua ignorantiam suam tegebant, delusos deceptosque fuisse querentes. Multa enim etiam tuipse ab historijs colligere potes, quibus sæpenumero salutem & uitam ægrotantibus promittentes, & quasi dij crediti, ac diuinæ prædictionis magna exacta mercede, euentu ac morte languentium patefacti sunt, malefici quidam uiri non dij fuisse. Quid autem oportet dicere, quod ciuibus suis isti fastidici nunquam profuerunt: & eis, qui longè ueniunt, ignotique sunt, mirabilia promittunt: cum certè oporteret ciuibus magis suis quam alienis deos propitios facere. Sed quia peregrinos ignorantes malitiam suam, facile decipiunt, ciues autem suos longi temporis periculo doctos decipere non possunt: hoc ita fit, sic uniuersam rem istam humanæ inuentionis opus fuisse quispiam assereret. unde ab omnipotenti iam Deo cum templis & simulacris deiecto, omnino putrescit. Vbi enim est oraculum Delphicum, quod magna religione ab hominibus colebatur? Vbi Apollo, Pythius aut Clarius? ubi Dodonæus Iupiter? Delphicum quidem oraculum ter à Thracibus concrematum fuisse traditur, nec unquam ab Apolline calamitas illa prædicta. Idem de Capitolino Ioue Ptolemæorum temporibus fuisse audiuius, quando Vestæ quoque templum exustum fuit. Magna uerò illa effigies Iouis, quam decus quasi uniuersæ Græciæ dicunt fuisse temporibus Iulij Cæsaris, in Olympiis certaminibus, fulmine diuinitus icta, flagrauit. Antiquioribus etiam temporibus, Capitolinum arsisse templum fertur, & Pantheum fulmine disiectum atque dirutum narratur. Serapis quoque sacrarium in Alexandria similiter arsisse non ignoramus. Quæ omnia ab ipsis gentilibus conscripta tenemus. Quid igitur mirum est, si alijs prodesse non potuerunt, qui ab extremis seipos periculis non defenserunt? Illud autem quod maximo argumento est ab hominibus hæc, non ab alia uirtute fieri non præmittam. Nam multi uatum atque aruspicum non solum præscis, sed etiam nostris temporibus tormentis in iudicio coacti, uniuersam rem suis inuentionibus fieri ediderunt, à quibus modos quoque artificij exquisitius patefactos non ignoramus, qui tanquam seductores et malefici uiri, ultimo supplicio secundum leges affecti sunt, quæ res adeo claræ sunt, ut neminem lateant. Non enim deiecti quidam & ignobiles, sed alij generosam uitam philosophiam pallium induti, & supercilium eleuantes profitebantur. Alij primates Antiochenæ ciuitates fuerunt, & illi maxime qui aduersus ueram Christi religionem multa conati sunt. Nec sumus nescij philosophum quoque illum & uatem similia in Mileto passum interisse. Quibus omnibus in unum collectis, non dubitabit forsitan aliquis dicere, nec deos, nec dæmones hæc oracula constituisse, si seductorum atque improborum hominum ad turpes quæstus excogitationem fuisse. Quam opinionem multis etiam Græcis, & illis maxime, qui nominatissimi Philosophi fuerunt, placuisse non ignoramus. Nam Peripatetici homines, Cynici, atque Epicurei sic sentiunt, quos ego idcirco summopere admiror, quia nati & educati moribus corruptissimis, & à parentibus tam deos quam oracula reuereri docti, sua sponte potuerunt ab erroribus illis emergere, adeo ut scribere quoque ausi sint, non modò falsa, uerum etiam inutilia, & multorum detrimentorum causam oracula esse. Quorum scripta cum penè infinita sint, unius testimonium mihi nunc sufficit: qui cum Chrysippus à prædicatione deorum fatalem uim confirmare uellet, sic aduersus eum conscribit redarguens, quia malè responsis deorum, quæ ut plurimum falsa sunt, fatum esse ostendat. Audias igitur quid ipse ad uerbum scribit, ad hæc alia quoque ratione in his quæ de fato conscripsit Chrysippus utitur. Non enim possent, inquit,

Quæstus ex
cogitauit
miras impo-
sturas.

A inquit, prædicationes uatum ueræ esse ac certæ, nisi fato fierent: uniuersaq; ratio multo uanior est quam ceteræ. Quasi enim uirum atque concessum esset, ueritatem in responsis deorum contineri: quasiq; id manifestum sit, omnia fati fieri. Ex hoc intulit: Videmus autem omnino contrarium aperte: namque patet, plurima ex oraculis mendacio ac fraude composita: uerum Chrysippus ex alterutris hæc comprobauit. Omnia enim fati fieri inde ostendit, quia uaticinatio sit. Uaticinationem uerò esse inde probat, quia omnia fati fiunt: quo probationis modo nihil uanius excogitari potest. Quod si nulla respõsa euentu rerum uera fuisse contendat, quia perpaucissima illa sunt, patet non uaticinij certitudine, sed casu sic accidisse, quod nullam esse uaticinij artem ostendit. Nec enim arcu aut funda artificiose uti cum dicemus, qui cum sapienter atque sapius telum proiecerit, semel aut ad summum bis uel ter ad signum peruenit, cum penè infinites longissimè à signo obfuerit, nec ille certè medicinam tenet, qui cum multos interemerit, uix tandem unum à morbo liberauit. Nulla enim scientia uel ars dicitur, quæ omnia uel saltem plurima ad debitum finem non deducat. Quod autem omnia ferè falso uates isti prædicant, uniuersa uita hominum testis est: & isti ipsi maxime, qui uaticinandi artē profitentur, quos manifestè uidemus, cum sibi aliquid agendum utile imminet, scientia & consilio eorum uti diligenter, qui rerum peritiam habere putantur. Verum, quod uaticinatio nulla sit, in alijs plenius approbabitur, ea etiam afferentes, quæ hac de re Epicurus conscripsit. Nunc autem illud, quod diximus, confirmandum nõ esse, scilicet artis, sed casus ueritatem oraculorum. Cum enim non semper neque plerumque, sed rarissimè aliquid assequimur, nec scientia, nec arte, sed casu & fortuna id factum dicimus, si uocabulorum potestas rectè rebus accomodamus.

Arts uerò hinc
quam fallit.

Inutilem esse diuinationem. Cap. II.

B Ad hæc etiam si concederetur uera esse responsa, uaticinandiq; artem non fictam, fata quidem esse omnia probe sequeretur: utilem uerò esse diuinationem hominibus, nullo modo hinc demonstraretur. Summopere namque uaticinationes Chrysippus laudat, tanquam humanæ uitæ peruitiles. Sed quæ nam utilitas sequeretur, si futura omnino mala prædisces, cum nullo modo cauere possis? Nam quæ fata sunt, omnino mala prædisces, cum nullo modo imò uerò & dolor inde sequitur: moeror enim propter futura mala hominum, animos perturbat. Nec uerò econtra, tanta ex prædictione bonorum læticia homines afficiuntur. Non enim tantum solent homines expectatione bonorum gaudere, quantum timore malorum exagitari. Præterea mala nobis imminere, nisi audiamus, nullo modo cogitamus, bona uerò humanum genus expectare solet, propter naturæ mirabilem ad ea inclinationem. Ita fit, ut bonorum nunciatio, non magnopere augeatur læticia, imò autem nonnunquã etiam minuatur, si maiora spontè sperauimus, quam uaticinio prædicuntur. Malorum autem prædictione, quoniam præter spem sæpenumero annunciantur, uehementer turbemur. Verum etiam, si hæc ita non se haberent, neminem tamen lateret, nullam esse in diuinatione utilitatem. Quod si quis dicat ideo ipsam conferre hominibus, quia futura mala prædicat, nisi caueamus, is fatorum uim abstulit: siquidem nostrarum uirum est cauere, & non cauere. Quod si necessario id quod fieri quispiam cõtendat, ut fati necessitas uniuersa cõplecteretur, sic diuinationis comoditas nulla erit. Fiet enim omnino quod fatatum est, etiam si omnibus oraculis prædiceretur. Oedipoda quidem & Alexandrum Priami filium, ipse quoq; Chrysippus asserit, non potuisse à parentibus interiri, quamuis summopere id facere studuissent, ut malum quod ab illis sibi futurum erat, effugeret: sic nec diuinatio, nec studium eis suum profuit, propter fatorum necessitatem. Hæc ille. Tu autem illud semper probe teneas, Peripateticos, ut diximus.

Uati nulla
cõuitatio.

ximus, Cynicos atq; etiam Epicureos, Græcos homines atque philosophos, & Græciæ moribus à pueritia educatos, & inquisitioni ueritatis maximè deditos, oraculorum responsa omnia tanquam inania contempsisse. quod certè nequaquam illi fecissent, nisi apertissime rem falsam omnino uiderent. Plurima huiusmodi colligere, in animo non est. Nam quamuis magna istorum copia sit, non tamen hoc pacto, quia scilicet hominum inuentione, ac acuta excogitatione oracula penitus consent: sed sicut incepti, aliqua uirtute fieri hæc non inficiens, respondere constituti. Non enim parum huius loci refutatio euangelio conducit. Nam si omnes simul Græci atque Barbari ante aduentum Saluatoris nostri Deum uerum ignorasse, & à malignis demonibus in morem eorum fuisse ducti ostendentur: quomodo non magis euangelicæ dispensationis mysterium admirabimur, quo undique à seductione & oppressione demonum liberati sumus? Ex illo enim tempore ad hunc usque diem, cum ipsis simulachris atque templis cuncta ubiq; oracula facent, ac pro eis oranda & hymnis efferendi uerum Deum & Saluatorem nostrum, ecclesiæ in medijs urbibus euangelicæ doctrine uirtute in toto orbe conditæ sunt, ubi animis pijs & cultu uirtutis fulgentibus secundum salutaria & diuina præcepta quotidie ab omnibus gentibus, hostiæ que solè Deo placent, Deo saluatori nostro offeruntur. Quibus cum simul etiam illud ostenditur, non temerè nos, ut multi putant, superstitionem à parentibus traditam cõtempisse, sed uerò certoq; iudicio ueritatem euangelicam amplecti. Sed de his hæcenus, tempus enim est iam, ut propositum negocium capiamus.

Diuersa gentium theologie. Cap. III.

In quatuor igitur genera exquisitissimi facultatis theologi, nō theologiæ modum quendam, ut in superioribus, sed quasi subiectum ipsius partiuntur. In primis enim Deum patrem omnium atque regem locandum putant: deinde aliorum deorum multitudinē sequi contendunt: tertio loco demones, quarto heroas ponunt. quos omnes lucem esse & appellari autumant, præter malignos demones, qui tenebræ appellantur. Demones enim alios bonos, alios prauos arbitrantur: & hos ita primum locum in malis obtinere, quemadmodū Deus in bonis, ita rebus diuisis dijs quidem cœlestia, & usq; ad Lunam habitacula tribuerūt. Demonibus autem regionem Lunæ atq; aeris, animis terrestria & inferna. deinde præcipiunt cœlestes, quos & ethereos deos appellant, summa esse religione colendos. post eos bonos demones, tertio heroū animas, extremo prauos demones placandos aiunt. Hæc uerbis partientes, opere malignas demonum uirtutes solummodo colere inueniuntur. Consideret enim unusquisq; quales iam putari oporteat eas uirtutes, que idolis coluntur, deosne, an demones, & utrum bonos demones an proteruos: Quod facillè facere poterit, si diligenter his libris attendet. Ignorare autem non oportet, nullum demonem à diuina scriptura bonum appellari: neq; deum alium esse uerè atque propriè, præter unum qui omnia creauit. Virtutes autem bonas, que creaturis communerantur, nec deos, nec demones, sed Dei angelos & spiritales ministros, potestates diuinas, archangelos, alijsq; nominibus pulchrè accommodatis nuncupat. Demones autem si nominis potestatem dicere licet, non quia demones sint, quod atinè sciētes dicere possumus: sed quia *δαιμόνιον* soleant, pulcherrimè appellauit. Id autem latinè tum timere, tum terrere significat. Absurdum certè omnino est, bonas & malas uirtutes, que nullam operationis similitudinē habeant, eadem appellatione confundere.

Porphyrius de philosophia responsorum. Cap. IIII.

Videamus igitur, quæ nam uirtutes oraculis & responsis præsumunt, ut impietas gentilitatis omnibus pateat. nec à me ipso quicquam asserre in animo est, ne criminandi ansas præbeam inimicis: sed testimonijs (quod adhuc

*Dæmones
ætherici dij.*

A feci) eorum ipsorum in medium productis, totam rem peragam. Cum autem innumerabiles sint & philosophi, & historici, illum idoneum magis proposito meo iudico, qui & demonibus maximè amicus fuit, & multa nostris temporibus aduersus nos mendosissime conscripsit. Hic enim gentilium penè omnium deorum ac demonum naturam maximè inuestigasse, & summo opere falsitatem defendisse uidetur. Hic igitur in libris, quos de Responsorum philosophia conscripsit, Apollinis ac reliquorum deorum & bonorum demonum illa responsa collegit, quibus putauit, & uirtutem suorum demonum ostendere, & ceteros homines ad uerum, ut ipse dicit, demonum cultum impellere posse. Ex istis igitur responsis, quæ ab ipsis electa sunt, quæq; quasi ueriora memoria tradita, opere precium est totam hanc rem considerare atque cognoscere quales nam sint eorum authores. Sed primùm illud uideamus, quomodo in exordio librorum iureiurando affirmat, nihil se falli allaturum: Constantibus, inquit, atque firmis hominibus, quia bonitate deorum atque demonum, spem salutis hauriunt, nihil addens, nihil auferens hæc tradere oportet. Nem & ego deos ipsos testor, nihil ad reipsonum sensum aut addidisse, aut detraxisse, nisi forsitan uerbum aliquod correxerim: magisq; impietatem timui, quam futuram sacrilegij pœnam. Colligemus autem in his libris multa, quæ ad ueritatem doginatum pertinent, & diuinationis negocium non omnino contemnemus. Nam & ad speculationem harum rerum cõducit, & ad bene uiuendum hortatur. Quam autem utilitatem hic labor asseret noster, illi maximè cognoscent, qui cum ueritatem magno labore quæsisserunt, uota sapius fecerunt: oraruntq; ut autoritate docentium deorum uisione dignati, possent à dubitationis uexatione liberari. Huiusmodi usus exordijs obtestatur postea, ne ad multos libris & indignis hominibus hæc tradas. non enim paruum tam tibi qui edes, quam mihi qui ubi credidi, periculum imminet. His autem solummodo hæc communicanda sunt, qui uitam ad animæ salutem direxerunt. Nam & ipsi dij non aperte, sed ænigmatice hominibus ista tradiderunt. Responso deinde Apollinis colligit, quibus non solum demonibus & infernis uirtutibus, uerum etiam cœlestibus animalia esse sacrificanda præcepit Apollo. Cum idem ipse in alijs demones non deos esse affirmet, quibus gentiles cæde animalium sacrificabant: non enim fas esse animalia deorum gratia interficere. Sed primùm Apollinem ipsum audiamus, qui de cultu & sacrificijs deorum sic per respõsa homines instituit:

Hæc age, qui nutu diutorum ingressus amice es
Huius iter uitæ: maclanda est hostia cunctis
Multa deis, seu qui terram, seu qui mare uastum,
Aera seu qui habitant, latum seu qui æthera, seu qui
Alta colunt cœli, seu qui infima regna barathri.
Quæ quibus obseruanda modis sint, singula dicam.
Tu memori conscripta animo mea dicta teneto.
Terna quidem diuis cœlestibus hostia, & ipsa
Candida maclanda est, terna & terrestribus atq;
Atra eadem, gaudent porro & capiuntur apertis
Terrestres aris: foueas cum numina contra.
Exposcunt atro imbutas inferna cruore.
Nec placeat nisi quæ terra mandetur humata
Hostia, mel uerò nymphæ atq; liquentia uina
Offerri latantur, ac ignem accendier aris
Quæ circumuolitant terram sibi numina quaerunt.
Imponiq; atrum corpus, tum thura simulq;
Injicer falsas fruges, & dulcia liba.

*Margarita
non proyici
de ante post
cos.*

Hæc



Hæc facito, uerum quibus est data cura profundi.
His ipso semper fer sacra in littore, totum
Proijceq; in fluctus animal: cœlestibus autem
Extremas reddes partes, atq; igne cremabis.
Quod superest, propone tibi, dapibusq; referua.
Sudet odoratis crassisq; uaporibus aer.

Deinde hoc Apollinis oraculum exponit, dicens: Cum igitur & terrestres & inferni dii sint, omnibus istis atras quadrupedes offerendas iubet. Modus autem differt, nam terrestribus quidem super aras, infernis autem in foueis mactandas esse hostias præcipit. Aeris autem uolatilia dicit offerenda corporibus holocaustis, & sanguine ad aram circumducto, uolatilia etiam marinis: sed uia in fluctus proijcere mandat, ita omnibus dijs præterquam terrestribus uolatilia immolari possunt. Sed marinis solummodo nigri coloris uolatilia, quæ cæteris alba offerenda sunt. Cœlestibus uero & æthereis bestiarum, quas albas esse uult, extremitates ait consecrandas, reliquas autem partes comedendas. Ex his enim solummodo comedere oportet, ex alijs uero minime, ita quadrupedes & terrestres terrestribus sacrificanda sunt: simili namq; simili gaudet. Ouis porro terrestre animal est, & ideo Cereri gratissimum: atra uero, quia & terra naturaliter tenebrosa. Tres autem simul, quoniam terrestris corporis tria sunt symbola: & super aras terrestribus, quoniam super terram uersantur. Cæteris uero dijs ideo uolatilia sunt offerenda, quoniam uniuersi mouentur: in motu enim semper maris aqua est: cuius atræ sunt hostiæ, quoniam & cæruleus color aquarum. Alba uero aeris, lucis enim receptiuus aer est. Cœlestibus autem atque æthereis extremitates dat consecrandas, quoniam leuiore reliquo corpore sunt, quorum sacrificijs communicare oportet, quia cum alij dii arcere mala soleant, cœlestes bona nobis largiuntur. Hæc mirabilis ille philosophus in libris Responsorum conscripsit.

Ritus sacrificiorum à genti lib. obseruati.

Redargutio prædicatorum ipsius Porphyrii. Cap. V.

A Gē iam uideamus quemadmodum contraria omnino in eo libro posuit, quem de abstinendo à carnibus animalium conscripsit. Ibi enim primum nihil sacrificandum, neque incendendum censet. deinde opiniones aliorum reprobat, asserens non esse deos illos, qui cæde animalium gaudent. Sceleratissimam enim esse brutorum etiam animalium cædem, & abominabile non solum Deo primo, uerum etiam cœlestibus & diuinis uirtutibus. Ita Apollinem solum redarguit, qui etiam cœlestibus animalia esse offerenda responsis suis iussit. Theophrasti quoque autoritate utitur, cui placuisse ostendit non dijs, sed dæmonibus dumtaxat esse sacrificandum. Quare si quis Theophrasti & huius ratione acquiescit, Apollo etiam ipse non Deus erit, sed dæmon. cæteriq; omnes, quos Deos gentilitas dicit, quibus ubiq; animalia immolantur, dæmones erunt, & dæmones perniciosissimi. Nam si cædes & immolatio hæc animalium sceleris & abominationis, secundum ipsum plenissima est, quomodo erunt boni, qui hac re summopere gaudent. Quod si non solum animalia, uerum etiam crudelitatis cumulo homines etiam mactari offerriq; sibi cupiunt, quomodo apertissime sceleris & inhumani non erunt, nihilq; aliud quam perniciosissimi dæmones: quomodo iure nos accusabimur, qui omnino impium esse putamus, sanctissimam Dei Appellationem atque uenerationem immundis spiritibus attribuere. Solum enim creatorem illum omnium Deum adorare didicimus, nihil terrenum & mortuum, sed integritate animi, & castimoniam corporis, rectam scientiam & ardentissimam fidem, offerentes: quam ad extremum usq; spiritum intemperantem auxilio Saluatoris seruabimus. Sed uideamus, quibus ostendit rationibus, nec Deo, nec diuinis uirtutibus terrenum aliquid offerendum, aut incendendum esse. Aliena enim hæc ait ab omni sunt pietate, nihil enim materiale inueniri potest,

Oblationes Christianorum.

A potest, quod immateriali Deo non sit obscœnum: ideo neque oratio ei quæ uoce proferatur conuenit, sed nec interior oratio, si anima uitio contaminatur. Silentio autem sancto, & cogitatione integra, ab omniq; morbo remotum colimus: sic illi & coniungimur, & similes, ut possibile homini est, efficiamur, mundissimam ueritatem quasi sacram hostiam ei offerentes, ita hymnis Deum laudamus, ita salutem ac impassibilitatem animi requirimus. Sacrifcium enim Deo est, aliena ab omni uitio mentis speculatio: uirtutibus autem quæ circa ipsum sunt, dijsq; intelligibilibus, hymnos oratione offerre possumus. Primitias enim offerre omnes solent, earum rerum quas acceperunt, & quibus alitur & continetur substantia nostra. Quemadmodum iditur agriculturalium fructuum primitias offert: sic homines oportet mundæ inuentionem mentis intelligentijs offerre, gratias agentes, quia hæc nobis tribuerint, & quia nos mentemq; nostram speculatione sua contineant atque nutriant iuuantes, consulentes, & ad salutem nos nostram reducentes. Hæc Porphyrius, quibus similia in libro de sacrificijs, de primo ac magno Deo Tyaneus ille Apollonius conscripsit. Sic ergo, inquit, maxime dicentem aliquis curam de rebus diuinis suscipiet, propitiumq; habebit Deum, si Deo primo, qui unus est, & ab alijs omnibus separatus, post quem longo interuallo reliqui cognoscuntur, nullo modo sacrificet, nec ignem incendat, nec sensibilibus ei aliquid offerat, nullius enim rei eget, non dico à nobis, sed nec ab intelligentijs ipsis. Non est autem in terris, nec in aere quicquam, cui non insit aliqua obscœnitas. Meliorem igitur ac superiorem rationem atque orationem ei offerre debemus. Sic autem appello eam, quæ non ore profertur, quæ illi offerenda est. Nam ab optimo atq; pulcherrimo rerum omnium, per optimum similiter atque pulcherrimum omnium bonorum nostrorum (intellectus uero hic est organo non indigens) bona nobis petenda sunt, sic Apollonius: Sed Porphyrium rursus Theophrasti testimonio utentem audiamus: Gliscente paulisper, inquit, iniquitate animalium crudelis immolatio suscepta est: adeoq; creuit, ut ad cacumen iam maledictionis peruentum sit, iugulatis hominibus, & sanguine aris humano cruentatis. Ita dæmones concitati iustas pœnas sumpserunt. Alij namq; hominum omnino impij facti sunt, nullos deos colentes, alij malos deos uenerantur, quos humana meliores natura non putant. Non ergo animalia immolanda sunt, sed illa quæ immolata nihil omnino ulli officiant. Innocens enim immolatio atque sancta penitus esse debet. Si uero quispiam obijcet ita usui nostro animalia diuinitus esse concessa, quemadmodum & fruges terræ: sciat, animalibus cælis non nihil noxæ committi. Priuantur enim anima uiolenter, non ergo sacrificanda, præsertim cum ut ipso nomine ostenditur, res sacra sit: sacer autem homo non est, qui ex alieno gratias refert. Nec enim fruges, si aliunde per uim acceperis, offerre fas est. Non enim aliorum iniuria Deus placatur. Quod si ablata fruges offerendæ non sunt, multo minus animalia ui anima inde ablata offerenda sunt, præsertim cum anima multo nobilior frugibus sit: qua quæ animalia priuat, magnopere peccat. Præterea, si primitias quasdam ex animalibus dijs offerimus, cuius rei gratia id facimus: utrum honoris: quis nam honor hic potest esse, qui ab iniuria originem trahit: an potius dedecoris & uituperationis: Non possumus quippe negare, non iniuste agere, cum animalia nihil iniuriantia interficimus. Sed neque hac uia gratiæ dijs referendæ sunt. Qui enim beneficij gratiam retribuit, non maleficio id peragit. Non enim magis tribuere uidebitur, quam si rem à uicinis raptam, in gratiam & honorem retribueret, sed neque gratia impetrandi cuiusdam boni, nam qui alterum laudando exorare Deum putat, is ingratum se futurum ostendit. Quare nec spe futuri beneficij animalia immolanda sunt, præsertim cum non sit possibile ita hæc agere, ut Deum lateant. Si ergo rei alicuius causa immolandum est, nullius autem rei gratia id faciendum ostenditur: relinquitur profectò, nequaquam



DE PRAEPARATIONE EVANGELICA.

quam immolandum esse, & maximè cum nulla re dii indigeat, sed animum hominis respiciant: illudq; sibi sanctissimum sacrificium sit, rectam de his ipsis, & de reliquis rebus habere sententiam. Mens igitur sancta & anima omnis passionis expers, optimae primitiae Deo sunt. Apertè igitur omnib. his iuxta summos Graecorum philosophos patet, nullo animantium litari posse: iniustumq; ac obscenum esse caede animalium Deum credere fore propitium. Quare non Deus, nec daemones quidem bonus, sed seductor & mendax fuit, qui nidorè carni & libationem sanguinis petijt. Et in eodem libro ipse Porphyrius: Non ignorat, inquit, cui curae pietas est, nihil animatum dijs offerri, sed daemones, aut bonis aut malis.

Quod omnes daemones mali sunt. Cap. VI.

Quoniam igitur alios bonos, alios malos demones putat, agere iam uideamus, certisq; rationibus approbemus, malignos esse omnes demones: quamuis gentilitas loco deorum eos ueneretur. Quod quidè hoc modo demonstrare conabimur: Omne quod bonum est, non prodesse non potest, & econtra, quod malum est. Demones autem & dii gentilium Saturnus, Iupiter, Iuno, Minerva, & similes, ac inuisibiles uirtutes, quae in simulachris et per simulachra operantur, non solum brutorum immolationibus animalium, quod iniustum & abominabile Theophrasto & Porphyrio esse uidetur, uerumetiam caede ac sanguine hominum summopere gaudent. quomodo igitur boni demones isti erunt, & non scelesti atq; perniciosi spiritus?

Quod homines sacrificabantur daemones usque ad tempora Saluatoris. Cap. VII.

Incipiamus igitur latius ostendere, quantum error, quantaq; impietatis putredo humanum genus ante Saluatoris nostri tempora detinebat: quae, postquam coepit Euangelium in orbem terrarum praedicari, minui sic coepit, ut Adriani temporibus in morem Solis, euangelica iam coruscante doctrina, apertissime dissoluta sit. Gentilium ergo ipsorum (ut adhuc fecimus) uocibus ad declarandam praescorum temporum pestem utemur: quae adeo animos hominum inuaserat, ut quasi daemones & a perniciosis profecto spiritibus agitati, liberorum sanguine scelestes placarent uirtutes. Ita pater unicum filium, dilecta mater filiam daemones, tanquam ouem sacrificabant. Ita genus humanum, quod humanum esse natura cognoscitur, ad furiosam immanemq; crudelitatem a daemones impellebatur. quae ita se habere non modo apud Barbaros, uerumetiam apud Graecos, omnes historias plena est. Nam & Rhodij hominem Saturno sacrificabant. quam rem magis temporibus postea mitigare uolentes, mortis supplicio aliquem damnatum ad Saturnia usque conferuabant, quem in ipso festo uino grauatum immolabant. In Salamine uero in insula, quam antiquissimis temporibus Coroneam uocabant, usque ad Diomedis tempora, Agraulae Cecropis filiae homo caedebatur. Postea uero in templo Palladis Agraulae ac Diomedis (unum enim trium fuit) Diomedis homo immolabatur, qui ab adolescentibus ter circum aram ductus, tandem a sacerdote hasta percussus, & in rogo impositus cremabatur. Quam rem Diphilus rex Cypri Seleuci temporibus abominatus, non hominem, sed bouem Diomedis sacrificari statuit. Daemones autem ille quicumque fuerit, non inuitus bouem pro homine suscipiebat. Ita non multum interesse inter immolationem hominis atque bestiae uidetur. Manethus autem historicus, apud Aegyptios in Helio-poli homines immolatos fuisse, in libris de Pietate testatur, quem morem Amosis improbat. Sacrificabantur uero Iunoni tres in die, quos inquirebant, si mundi essent, quemadmodum postea uituli. Cereos autem offerri pro illis tres Amosis iussit. Dionysio etiam Omadio apud Chios appellato, homo crudeliter disceptus sacrificabatur. Lacedaemonios etiam, Apollodorus scribit, homines Marti sacrificare solitos, & Phoenices bellorum aut pestilentiae ca-

lamitatis

LIBER QUARTVS.

48

lamitatis amicissimos Saturno solebant immolare, quod omnes qui eorum historiam scripserunt testantur, maximè autem Sachoniato a Philone Biblio in graecam linguam, ut in superioribus dictum est, traductus. Histrius quoq; qui Cretensem historiam collegit, Cretas scribit Saturno antiquitus pueros sacrificasse. Sed Pallas, qui optimè omnium mitrae mysteria edidit, sic hac de re scripsit: Immolationes autem hominum imperatoris Adriani temporibus ubique ferè cessarunt. Immolabatur enim prius in Laodicea Syriae Palladi uirgo, nunc autem cerua, & Arabes singulis annis puerum immolantes sub ara sepeliebant. omnes q; Graeci communiter antequam in bella exirent, ut Philarchus historicus tradidit, hominem immolabant. Praeterea Thracas, & Scythas, caeteraq; praesca. Verumetiam nunc quis ignorat in magna urbe Latini, Iouis solennitate hominem immolari? & usque ad hunc diem non in Arcadia solum Pani Lycao, nec in Carthagine Saturno: sed omnes communiter homines cum dies statutus aduenit, quo sacrificare hominem solebant, aram sanguine hominis spargunt. Philo etiam, qui Phoenicum historiam conscripsit, his uerbis in primo utitur libro: Morem, inquit, praescis in magnis calamitatibus atq; periculis fuisse, ut ciuitatis aut genus princeps, dilectissimum ex liberis ueliscenti daemones, quasi redemptionis praemium traderet, & sic traditum mystice iugularer. Sic igitur Saturnus rex regionis, quem Phoenices Israelem uocat, qui posteaquam hominem exiit, ad Saturni stellam adductus est. cum ab Anobret nymphae unicum haberet, atque charissimum filium Iahid, a re ipsa dictum (sic enim etiam nunc Phoenices unicum filium appellant) quia maximo atque periculossimo bello ciuitas premebatur, regio indutum ornatu super constructam, ad haec preparatamq; aram immolauit. Non iniuria ergo eximium dicemus illum Clementem in libro, quo ad ueritatem gentiles adhortatur, his uerbis ista deplorasse: Crudeliter immanesq; hominum hostes dii uestri sunt, qui non solum armentia latantur uestra, uerumetiam modo per contentionem certaminis, modo per cupiditatem uictoriae animis uestris concitatis ad uoluptatem suam immolationes hominum postulant: qui multis nonnunquam ciuitatibus atq; gentibus tanquam communes pestes & fulmina incidentes non cessant atrociter homines uexare, quousque sanguine hominum placati sunt. Aristoteles enim Neseius Ioui, quem illi appellant Ithomerem, trecentos simul sacrificauit: in quibus Theopompus etiam Lacedaemoniorum rex fuit nobilis scilicet a regia hostia. Tauroscythae autem quoscunque aduenas ceperint (captiunt autem multos, qui fluctibus & tempestate ad eos depelluntur) Dianae statim immolare solent. quae sacrificia tragice in scena Euripides decantauit. Monimus uero in libro Miraculorum collectionis, in Pelle ciuitate Thessalica, hominem Achitum Pelco & Chironi singulis annis immolatum fuisse, ut narrat Lyctij etiam (Cretenses autem isti sunt) Ioui hominem immolabant, ut Anticlides scripsit. Lesbi quoque Dionysio, & Phoenices Dianae, alteros Doscida, alteros Phitocules historici hominem immolare solitos conscripserunt. Herchtheus uero Atticus & Macharius Romanus filias suas, alter Proserpinam, ut Demarathus in primo tradidit, alter defensori Daemones, ut Dorotheus in quarto Italicarum rerum exposuit, immolare non dubitarunt. Per humanos uero demones, quomodo enim non scelestissimi sunt, & illi qui tanquam Saluatores inuocantur, & isti qui salutem ab insidiatoribus petunt, litareq; putant deis hominum iugulo: nec enim homicidij crimen effugiunt, etiam si Ioui hominem offerant. Cur igitur o prudentissimi belluas fugimus? & si forte ursam, aut leonem, aut serpentem uidimus, statim resiliamus, ut poeta omnium maximus ait:

Retroq; pedem cum uoce repressit:
Improuulum aspris ueluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusq; repente retugit

Attollentem

Animalia lo
co hominū
tandem oba
lata.

tabid unte
cus.

Rhodij faen
einorosos
-a-verbant.



Attollentem iras, & cærulea colla tumentem.
Perniciosos autem dæmonas, fraudulentos & pestes hominum manifeste uidentes, à quibus liberi etiam uestri ad cædem petuntur, non fugitis? Hæc ille. Ego autem etiam Dionysium Halicarnasæum uirum Romanæ historiæ ac Italicæ peritissimum, huius sceleris testem adducam, qui in primo de Antiquitate Italica, Iouem & Apollinem, quoniam decima hominum immolata non fuerat, magnas Italis calamitates induxisse his uerbis scribit: Nullus in arboribus fructus, inquit, ad maturitatem usque permanlit, sed immaturi omnes defuebant. nec spicæ semine replebantur, nec herbae pecori sufficientes germinabant: fontes quoque ipsi alij bibi non poterant, alij æstatis tempore deficiebant: & aut mulieres abortum patiebantur, aut nati pueri manci & discerpti erant. Cætera quoque hominum multitudo ægrotatione ac morte crebrius quam solebant uexabantur. sciscitantibusque ipsis, quid in deos commisissent, quid facturi, ut ab his pestibus liberarentur, responsum fuerat, quia cum impetrasset: ut quæ petserant, non reddiderunt omnia quæ uouerunt. Sed maiora adhuc debent: quæ si reddiderint, conquiescent. Pelasgi enim & Aborigines nihil sibi terra producente uouerunt Ioui atque Apollini, ex nascituris decimam se partem immolatueros. Cessauit igitur postea talis calamitas. & illi fecundissimo rerum usi prouentu, decimam nascentium omnium partem sacrificabant. Hæc Mirsinus Lesbios non Pelasgos aut Aborigines, sed Tyrthenos passos fuisse narrat. Responso igitur recitato, magna omnes ambiguitate tenebantur. Senior deinde quidam aliarum rerum primitias dixit recte dijs consecratas fuisse, nullam autem ex hominibus partem, quam dijs maxime diligunt esse immolatam. Quare calamitatibus semper, inquit, uexabimur, nisi ut cæterorum animalium, sic hominum primitias sacrificabimus. Hanc senis orationem cum alij probarent, alij plenam insidiarum putarent, sciscitari rursus per oracula placuit, si hominum decimam sacrificare dijs gratum esset. Deo autem annuente, magna seditione uexati sunt, & tunc primum primates ciuitatum & reliqua multitudo atroci suspitione, ne dolo ista primates facerent comora, scisci atque diuisi sunt: migrabantque multi, imò uerò quasi amentia furientes pellebantur, & pellebant: multique ciuitates destitutæ penè fuerunt. Sequebantur enim fugientes filios qui genuerunt, & fratres cognati & propinquos propinquos. ita ex Italia fugientes, Græciam & Barbariam repleuerunt, quod malum non paucis annis Italiam uexauit. Nam & ciuitatum principes tum seditionem timentes, tum religioni satisfaciendum putantes, ab adolescentibus, qui ad iuuentam in annos proueniebant, primitias diligebant. Et paulo post: Asserunt autem Saturno in Italia, priscis temporibus ita sacrificatum fuisse, quemadmodum apud Carthaginenses antequam urbs eorum dirueretur. Celtae uerò ad hæc usque tempora & occidentaliore fere omnes homicidio sacrificant. Hercules autem fertur primus in Saturnino ara ædificata intemeratas hostias immolasse: ac legem qua homines sacrificabantur, reuocasse. & ne quasi, patrio ritu neglecto, superstitione inani incolæ turbarentur, simulacra pro uiuis hominibus, quos in fluenta Tyberis proieciabant hostiarum ornata, modò in Tyberim immittere docuit. quæ res à Romanis temporibus quoque nostris idibus Maijs diligenter fieri solet. Ea enim die pontifices animalibus primò secundum leges immolatis, uirginesque uestales, prætores, alijsque ciues quos sacris adesse fas est, triginta simulacra hominum, quæ Argiuos appellant, à ponte sacro in Tyberim demittunt. Hæc Dionysius. Diodorus uerò consentanea istis in uigilimo historiæ uoluntate, de Carthaginensibus ac Agathocle tyranno Siciliae, post mortem Alexandri Magni primi Ptolemæi temporibus obsessis, his uerbis conscripsit: Dicebant autem Saturnum illis iratum fuisse, quoniam prius ipsi excellentiores ex filijs suis sacrificabant. Postea uerò clam emptis infantibus atque

Hercules hostias humanas damnauit.

A educatis, liberorum loco immolabant. Cumque, diligenti facta inquisitione, multi ex suppositis inuentrentur sacrificari, facile animis induxerunt, ut crederent ad obsessionem urbis hostes idcirco diuinitus missos fuisse, quoniam priscos deorum honores non seruarent. Itaque deos placare studentes, ducentos ex nobilissimis adolescentibus publice sacrificarunt. Trecenti uerò alij, quoniam suspectos se esse uidebant, sponte se tradiderunt. Erat autem apud eos aenea Saturni statua magnitudine mirabilis, cuius manus in terram extensæ ita erant in ignis repletam inciderent. Iure igitur Hebræorum scriptura reprehendit eos, qui moribus patrijs contemptis, hæc imitati sunt, dicens: Immolabantque filios atque filias suas dæmonibus: infectaque terra est in sanguinibus, & contaminata in operibus eorum. Arbitror iam per ea quæ dicta sunt satis patere, non bonorum dæmonum inuentionem fuisse priscam illam, & primam simulacrorum institutionem, & uniuersam religionem gentilium, sed perniciosorum omnino atque scelestorum. Itaque uerus profecto inuenitur propheticus ille sermo, Omnes dij gentium, dæmonia. Apostolicum etiam illud quo dicitur, Quia quæ gentes sacrificant, dæmonibus non Deo sacrificant. Et certè si quid boni in deis gentilium esset, amatores profecto iustitiæ salutare & benefactores hominibus essent, nec humano sanguine gauderent. Sed responsis & omnibus modis à cæde humanum genus repellerent.

Qualis Saturni statua

Quod mali dæmones ad omnia flagitia & facinora homines impellebant.

Cap. VIII.

Q uod uerò maligni ad ista dæmones humanum genus intruserunt, quamuis per seipsum pateat: tamen inde quoque apertius uidebis, si adulteria & fornicationes gentilium, quæ usque ad hunc diem in Heliopoli, Phœnicæ, multisque alijs in locis peraguntur, in mentem tibi ueniant: quasi enim primitias quasdam dijs debitas, turpissimas huiusmodi operationes in templis offerunt. Nam si nec homines quidem modesti ac mites cædibus & stupris lætantur, quanto magis dij aut boni dæmones ab his rebus erunt alieni? Si uerò quispiam obijciat, malignos quidem esse dæmones eos, qui hæc peccant, alios autem illos bonos, quos maxime tanquam saluatores uenerantur: querendum ubi nam isti saluatores sui: quos colunt, sint, & non possunt malorum uim ab huiusmodi facinoribus atque flagitijs auertere. Quomodo autem boni sunt, si malos dæmones non depellunt? si cultoribus non auxiliantur? Aut cur humanum primumque hominum genus atrocitate malorum dæmonum uexari permittunt? Cur etiam non admonuerunt homines, non ut Deum honorare, sed ut perniciosum dæmonem odisse illum, cui hæc iniqua & turpia placerent? Quomodo ergo uerum isti Deum colunt, qui nec Rhodijs, nec Salaminis, nec Heliopolitanis fugiendos esse prauos dæmones significauit? nec malignum Iunonis spiritum, cui tres quotidie homines sacrificari solitum ab historia didicimus, contemnendum esse unquam dixit? nec Chios docuit, Tenedios similiter: nec prohibuit Mauorti hominem ubique offerri? Cur igitur eum colunt, qui uel liberos prauis dæmonibus iugulantes nequaquam defendit: nec dixit in Laodicea Syriae, ubi singulis annis uirgini litabatur, perniciosum dæmonem habitare: nec in Libya atque Arabia, ubi adolescentem sacrificantes, sub ara sepeliebant. Hæc omnia uerus Deus quem colunt, quomodo non admonuit faciendâ non esse: incestus etiam & adulteria uerus ille ac bonus Deus quomodo non docuit, uero Deo & bonis dæmonibus placere non posse? quod nullus unquam præterquam uerus profecto Deus noster, qui solus Deus est, fecisse inuenitur. Is enim per Mosem uniuersos præmonuit homines, non esse colenda dæmonia: contra uerò repellenda contemnendaque

Iunoni tres quotidie homines sacrificati.

e 2 tanquam



tanquam perniciosissimos spiritus, templaq; ipsorum ac caeremonias quibus honorantur, sic esse delenda, ut nulla eorum extet memoria: qui adeo maleficio se humanum genus inuaserunt, tantamq; uictoriam amentia hominum consecuti sunt, ut si colligere in unum, quæ ab historicis suis dicuntur, uolueris, uniuersum istis scelestibus orbem spiritibus subiectum fuisse inuenies, Græciam, Africam, Thraciam, Scythiam, prudētissimorum Atheniensium gentem, ipsam quoque magnam urbem, siquidem etiam ibi dialibus homines iugulabantur. Rhodum præterea, Salamina, insulas omnes Chium, Tenedum, Arcadiam, Lacedæmona, Aegyptum, Phœniciam, Libyam, Syriam, Arabiam, ubiq; usque ad tempora Saluatoris nostri, tam animalium, quam hominum cæde, & turpissimis pollutionibus perniciosissimos dæmones placabant: neq; prius uitam hominum hæc mala reliquerunt, quam Saluatoris nostri doctrinæ fulgor orbem illustrauerit. Historicos enim suos iam audiuius ad Adriani usq; tempora, facinora & flagitia illa fuisse protensa. Eius uerò Imperatoris temporibus turpitudinem hanc omnem intellectam atq; contemptam fuisse. Illo uerò maxime tempore salutaris euangelij prædicatio per orbem in modum fulgoris corruscabat. Mentuntur autem, quando rebus uicti prauis, se dæmonibus sacrificasse negant. Illos enim adorabant, illis homines cædebant, ad honorem illorum turpissima admittebant flagitia, quos deos maximos & putabant & appellabant. Saturnum enim, Iouem, Martem, Dionysum, Lunonem, Mineruam, Venerem, & sapientissimum atq; pulcherrimum Apollinem, optimos & maximos deos, ac deniq; saluatores esse prædicant. Isti ergo perniciosissimi, illi dæmones sunt. Nam si huiusmodi sunt, qui cæde hominum gaudent (gaudent autem isti, quibus nisi homines immolentur, ferre non possunt) scelestissimi certè spiritus esse conuincuntur, siue ipsi talibus gaudeant, quod dubitari non potest: siue alijs hæc offerri permittant. Cur enim si boni sunt spiritus, his scelestibus malignos placari dæmones iubent? cur adeo errare homines patiuntur, ut ad colendos prauos dæmones ignorantia deductos despiciant? Cur huiuscemodi humanum genus seruire spiritibus non dedignantur, cum oporteat si boni dii sunt, longissimè ab hominibus omnem falsam religionem diuina sua uirtute, prædicatio neq; integra pelleret. Nam pater bonus non uegliget filium à prauis hominibus circumuentum, nec humanus dominus seruum, nec dux belli ad captiuitatem suos milites duci patietur, si aliquo eis poterit modo prouidere, nec pastor lupis pecudes tradet. Dii autem boni, qui miseros, ut dicunt, homines tantur, qui pastores & saluatores, reges, patres & domini nuncupantur, inimicis dæmonibus quasi atrocissimis beluis homines, à quibus pie coluntur, crudeliter trucidandos tradent, nec propugnabunt & protegent imbecillum genus hominum, nec hostes & prauos spiritus tanquam immanes bestias longè à grege hominum fugabunt, nec docebunt homines, qui se, remq; suam illis commendant, non colendos, sed fugiendos esse prauos spiritus? Quando igitur hoc nec faciunt, nec unquam fecerunt, imò uerò econtra oraculis atque responsis suis homines immolari sibi petebant, & turpissima flagitia in templis offerri, re ipsa patet pessimos & iniquissimos esse natura. Ad hæc quomodo Deus aut bonus aliquis dæmon à gentibus unquam adorabitur, si bonum malo nunquam conuenire potest, nisi lucem ac tenebras ad idem concurrere posse contendat? Quomodo autem dii sunt, aut omnino boni dæmones, qui bonitate ab hominibus superantur? Iniquum enim Porphyrius scripsit, non dico homines solum, sed etiam quod multo minus est, animalia bruta occidere. Quare immolationes huiuscemodi modesto atq; prudenti uiro fugiendas, nec placandos spiritus sanguine, sed animi uirtute repellendos consulebat.

Mundum enim animum non inuadunt, quoniam eis dissimilis est.

Quod

Quæ regio
nes demoni-
bus subie-
ctæ fuerunt.

Quod omnibus contemptis, Deo inherendum est.

Cap. IX.

Si uerò ciuitatibus necesse est hos etiam placare, nihil ad nos. Ciuitates enim etiam res externas, ut diuitias: & omnia quæ corporis sunt, ut formam, bona esse confirmat: & horum contraria, mala. Pauci enim sunt in ipsis, qui animæ curam habeant. Nos autem quantum nobis possibile est, istis non indigemus, sed omni studio atq; opera Deo similes fieri conamur. Quod fieri solet perfectiore uirtute, & uera de rebus opinione. Econtra uerò, prauis tam dæmonibus quam hominibus, & omnibus qui caducis atq; materialibus rebus gaudent, dissimiles esse studemus. Non iniuria igitur philosophus & dæmones contemneret, & diuinationes negligere. Ea enim, quæ homines uaticinationibus petunt, negligit. Non ergo de matrimonio, non de mercibus, non de seruo, non de furto, non de alijs inanibus rebus, quas falsa opinione homines cupiunt, ab extis animalium quaeret: sed ipse per seipsum Deo accedens, æternam solummodo uitam quaeret, quam toto animo desiderat. His uerbis Porphyrius auguria & auspiciis & uniuersam diuinationem, quam multi admirantur, falsa opinione hominum constare aperte ostendit, quibus philosophum nullo modo indigere dicit. Si ergo modestus prudensq; uir ea fugit, quibus dæmones placantur, quæ sunt gentiliū sacra sanguine animalium confecta, nemo prisco nostri aduentum, brutorum animalium uel hominum sanguinem dæmonibus offerebant. Nemo ergo, secundum Porphyrium, prudens modestusq; gentiliū animo esse hortatur, quem dæmones inuadere nequeunt, quoniam dissimiles sunt. Apollo uerò deus suis (rursus enim homini comparatus, inferior reperitur) perniciosissimo dæmoni, quia uidelicet ei amicus sit (pernicioso enim perniciosus amicus est) sacrificandum consulit, quod ipse in libro de Responsis conscripsit. Cum enim uates festinaret quod quaerebat inspicere, Apollo ei respondit, munera prius dæmoni offerenda esse dicens. Ratio autem humana, duce natura, his contraria facienda probat, munditiam scilicet animæ adhibendam, & sacrificandum non esse dæmonibus: quoniam purum mundumq; aggredi non possunt, eum dijs similes sint. Quod si prudens & modestus uir est, qui dæmonibus non sacrificat, qui suis responsis sacrificandum consulit, qualis nam sit, per seipsum considera. Pessimi ergo atq; perniciosissimi sunt, qui cæde ac sanguine hominum gaudent, quem morem si quis laudat, is omnes homines qui modo uiuunt uituperat. Quod si prudenter nostram tempore huiuscemodi rem contempserunt, prisci omnes stultissimè id faciebant.

Quod omnibus contemptis, Deo inherendum est.

Cap. X.

His omnibus hac luce clarius patet, quod non dii, non boni dæmones, sed longe ab omni bonitate remoti, hostes ueri Dei perniciosi atq; impij gentiliū sunt dii, à quibus nemo præter Dominum nostrum lesum Christum, humanum genus eripuit, qui euangelio suo uniuersis Barbaris, simul & Græcis huic morbo medetur, & à durissima antiquissimaq; seruitute liberat, ac ad ueram conuocat libertatem: ad quam curriculo tendere, magna uoce omnibus prædicat, clamans: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me euangelizare pauperibus, misit me sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis uisum. Et rursus: Educere ligatos & uinculis, & e domo carceris sedentes in tenebris. Hæc enim ab antiquissimis temporibus uera Hebræorum oracula redemptionem nostram, & cæcæ mentis illuminationem prædicentia confirmabant futuram, unde nos Saluatoris nostri gratia & patrocinio confirmati, à flagitijs ad modestiam, & ad prudentiam ex amentia liberi iam à dæmonum seruitute nec sacrificabimus unquam, nec seruiemus dijs gentiliū, à quibus

Dem q̄
rit immu-
dum animū.

c 3 bus



bus (proh dolor) oppressi tenebamur, nunc quia liberati, euangelica doctrina ad Saluatorem nostrum Dominum, & benefactorem, creatorem & regem uniuersi adducti sumus: quem pie adoramus, non ut demonibus uideatur, sed ut ab euangelica doctrina didicimus, quia nutriti, prauos demones atque perniciosos facile fundemus. Nam castitate & bonis moribus nixi, eamque uitæ munditiâ adhibentes, quam nobis Saluator tradidit, nequaquam illos timebimus, qui mundum aggredi animum, quoniam dissimiles sunt, nequeunt, ut philosophus concedebat. Sed neque diuinationis indigebimus, neque aruspices interrogabimus, nec quicquam penitus demoniacum perscrutabimur. Quorum enim gratia hæc petuntur, ea nos contemnere Christus docuit, illaque solummodo desiderare iussit, de quibus nemo aruspex, nullius hostiæ extra significare aliquid poterunt: quæ solus Saluator noster uerbum Dei, quod semper cum Deo patre est, omnibus significauit, qui animum atque mentem suam domicilium illi constituerunt, de quibus ipse dicit: Habitabo in ipsis, & ero sibi Deus, & ipsi erunt mihi populus. Hæc de prauitate demonum, quos & Deos appellant, dicta sufficiant.

De transmutatione prauorum demonum & operatione.
Cap. XI.

Nunc uideamus quemadmodum cum esum carniū Porphyrius exterminet, apertissime prauos istos demones in multas figuras & formas, ut homines seducant, transmutari, bonorumque, ut cupiditatum inflammatione multitudinem alliciant, perstradeantque Deos esse cum non sint, effigiem assumere confirmet, quos tantum ait potuisse, ut sapientissimos poetas & philosophos complures deceperint, quorum eloquentia multitudinem euerterunt. Præterea omnes maleficas artes ab ipsis demonibus inuentas fuisse, ad uoluptatemque homines impulsos, ut titillatione obcæcati, primum eorum spiritum summum Deum putarent. Sed uerba eius ascribamus: Quæcunque, inquit, animæ uitæ subiectæ appetitu feruntur, iræ concupiscentiæque seruientes, in naturam demonum conuertuntur, ac perniciosæ sicut illi fiunt. Sunt autem sicut & demones inuisibiles atque insensibiles humano sensui. Non enim habent corpus, quod soliditate sua sentiri possit: nec formam omnes unam, sed multis atque uarijs transmutati figuris, modo apparent, modo inuisibiles sunt. Spiritus autem, quia quidem corporalis est passibilis, & corruptibilis est: quia uero animæ colligatus est, longo temporis spacio perdurat. Aeternus autem esse non potest, quoniam mutatur & defluit. Proportionati autem sunt bonorum spiritus, sicut & corpora fuerunt, malorum autem improporionati. Demones igitur uitæ dediti, quicquid malè excogitare ac efficere possunt, libenter aggrediuntur. uiolenti enim omnino atque simulatores cum sint, priuatim luce melliore insidiosè aggrediuntur, nunc occultè aduantes, modo manifestius cogentes. paulo post hæc inquit: Ac similia faciunt à uera opinione de cultu deorum ad se ipsos transferre cupientes: omnibus enim gaudent malis, & deorum assumpta persona temeritate nostra fruuntur. Alliciant enim multitudinem ardore cupiditatum, diuitiarum, potentia, uoluptatum, inanis præterea gloriæ appetitione. unde seditiones, rixæ, bellaque nascuntur, quodque omnium pessimum est, deos etiam ipsos, & primum uniuersi Deum similibus seruire uitæ persuadent, ita omnia sursum deorsumque perturbant. Credunt enim eis non solum uulgi, sed multi etiam philosophorum alteri alteris causam præbentes. Qui enim philosophi communes opinionones non contempserunt, ad impietatem uulgi delapsi sunt. multitudo etiam uicissim consentanea impietatis suæ à philosophis uerba percipiens, in falsa de dijs opinione confirmata est. Nam poësis quoniam in uerbis sonantibus & compositione magnifica utitur, persuasit, imò uero inflammauit, homines ad impietatem

Poësis exiti
osa.

pietatem, ita seducti non possunt perspicere, nec bonitati nocere, nec prauitatem iuuare unquam posse. Nam ut non potest caliditas, ut Plato ait, frigiditatem inducere, nec frigiditas caliditatem: sic nec iustitia nocere potest. iustissimus autem omnium Deus est: non esset enim Deus, nisi esset iustus. Quare alia quædam est uirtus bonorum demonum, alia malorum. Qui enim ad nocendum nati sunt, & istud omnibus peragunt uiribus, bonis contrarij sunt: contraria uero in eodem esse non possunt. Ab istis autem maleficæ quoque artes constitutæ sunt: hos enim summopere, & præsentem istorum malefici omnes uenerantur. Hi pleni sunt omni falsa phantasticaque uisione, qua facile decipiunt, monstra quædam & prodigia sensui & imaginationi præponentes: unde amatoria & incentiua libidinum preparantur, quibus omnes luxuria, & diuitiarum copia, & inanis gloriæ cumulus comparari atque acquiri creditur, ac falsitate homines decipiunt. Dij enim esse uolunt, cum nidore carniū & fumis gaudeant. His enim uaporibus confirmari & roborari uidentur, hæc omnia eius sunt, qui exactissime ista sciebat. Prenominatus enim philosophus, qui maximè omnium ista scrutatus est, prauos demones omnes, qui sanguine gaudent, appellauit, & multitudinè à poetis & nonnullis philosophis persuasisse falso bonos uideri asseruit.

Qui sint principes demonum, secundum Porphyrium. Cap. XII.

Idem declarat malignorum demonum principes Serapin & Proserpinam esse. diuina uero scriptura Beelzebub prauitatis principem appellat. Sunt autem uerba eius hæc in libro responsorum conscripta: malignos omnes demones non temerè Serapidi subijcimus. Non enim sacrorum eius symbolis solummodo persuasimus, uerum etiam, quia quæcunque alliciant, & quæcunque repellunt, Plutoni attribuuntur, ut in primo libro monstrauius. Serapis autem apud Aegyptios is deus est, qui apud Græcos Pluto nuncupatur, idcirco prauis demonibus iste princeps est. Nam iste symbola quoque dedit hominibus, quibus demones expelluntur: iste supplices docuit, quomodo brutorum assumpta figura, demones hominibus insiliunt. Vnde apud Aegyptios & ceteros omnes, qui prudentes in agendis cæremonijs deorum esse uidentur, corrigia in templis irumpuntur: & animalia ante inuocationem deorum expulsa, multitudo caduntur: ita domo ceteris rebus uacua, & munda spiritu, & sanguine animalium Deus inuocatur. Sunt autem corpora hominum istis plena, & maxime illorum, qui delicatis cibis uiuunt. Comedentibus enim nobis adueniunt, & inhaerent corpori. idcirco ieiunium & castitas maxime laudantur, non quia principaliter Deus bonus istis placetur: sed ut recedant illi, qui sanguine & immunditia gaudentes, ut his fruuntur, in utentium corpora ingrediuntur. Certum enim est, quia uehemens caducatum rerum cupiditas, & appetitui spiritus impetus non aliunde quam ex præsentia istorum maxime creuit. Quare cum appetitio nimium inflammata est, & uoluptatis ardor animum ita exagitat, ut omnis cogitatio ad exteriora uagetur, tunc huiusmodi demonum præsentiam esse cognoscas: quorum præsentia facit, ut appetitui spiritus in corpore nostro multiplicetur. Et paulo post: Nunquid, ait, isti sunt illi demones, quorum principes Serapis est? Symbolum enim etiam horum triceps canis est, ille scilicet qui in aqua, terra, & aere tribus his elementis uersatur perniciosissimus demones. Is enim ceteros demones tanquam princeps expellit. Sed Proserpina etiam demon princeps est, quia in tribus his elementis plurimum potest. Et post pauca: Unum, inquit, Proserpinæ responsum si apposuero, uolumè istud concludam:
Naturæ triplices ego sum Lucina puella,
Taurica itemque triceps missa e cælo aurea Phoebe,
Quam multæ uariant formæque trinaque signa

Serapis quæ
& Pluto.

e 4 Que

Quæ terna & simulachra ferro terræ, aeris, ignis,
Quippe meis atris terrarum est cura molossis.

LIBER QUINTVS.

Quod potentia demonum per aduentum Saluatoris est abiecta. Cap. I.



Et inde, qui nam sint canes atris clare interpretatur, dicens perniciosos demones sic appellari. Verum & si satis à superioribus pateat, non bonos, sed perniciosos demones, quali deos à gentilibus cultos: non tamen erit ab re, quoniam multi adhuc imbecillitate quadam animi seducuntur, religionum patrum laudantes, cumulatius eandem rem ostendere, à qua non ab alio quam à prædicatione Christi liberati sumus. Ipsi enim fatentur, temporibus Saluatoris nostri oracula sua cessasse, & mortem nonnullorum demonum accidisse: & ad hæc, ut in superioribus patuit, post Euangelicam doctrinam dijs offerri homines, improbatum esse. Adijciendum autem est, non solum superstitionem demonum ruisse, uerumetiam multos atque uarios principatus cessasse. Ferè enim per omnes ciuitates & castella, reges & tyranni antiquitus erant: ita ut non pauciores principatus essent, quam ciuitates: facileq; à demonibus impulsu, alteri in alteros insurgabant. Sic depopulationes regionum, obsidiones urbium, & seruitus maxima uigebat in morem iumentorum captiuus seruentibus. Vnde facile consideratum est, est, quam ingens ante Saluatoris nostri tempora humanum genus calamitas premeret. Quæ omnia diligenter in unum collecta, si non ante cessasse considerantur, nec per successionem unum post alterum defecisse, sed omnia simul quasi terræ motu facta, post Domini nostri resurrectionem ruerunt: quomodo non oportebit Euangelicæ ac ueræ Salutari doctrine mysterium admirari, cuius prædicatione factum est, ut creatori & soli uerò Deo per uniuersum orbem ædes constitutæ sint: ubi tam uetus quam noua scriptura ita publice legitur, ut ab omnibus audiatur. Vnde audientes discunt summa uirtute & uera pietate ac religione uiri simul & mulieres uiuere. Perierunt autem responsa demonum, & auguria & aruspicia hominum. ne quis adeo nunc insanit, ut posteaquam nomen in Christi orbe claruit, audeat clarissimorum sanguine, aut cæde hominis immanissimos demones placare, quam rem prius non rudes aut priuati solummodo, uerumetiam sapientes & reges factitabant. Quod autem post tempora Saluatoris nostri, potentia demonum fracta iaceat, ipse Porphyrius Christiani nominis hostis in libro, quem aduersus religionem nostram conscripsit, hoc modo testatur: Nunc uerò mirantur, inquit, si tam multis annis peste ciuitas uexatur, quum & Aesculapius & alij dij longè abint ab ea. Postea enim quam IESVS colitur, nihil utilitatis à dijs consequi possumus. Hæc uerba illius sunt. Quod si dij sunt, o Porphyri, quare uiribus suis IESV uirtutem non deprimunt? Siquidem ut uos dicitis, mortalis homo IESVS & seductor fuit, demones uerò uestri & dij & saluatores: cur igitur omnes simul cum Aesculapio terga uerterunt? uniuersum que humanum genus fusi atque fugati IESVM tradiderunt: qui etiam post mortem apud omnes gentes indies crescit manifestissima uerè signa, & infinitas ut Deus uires habere omnibus ostendens, qui aliquantisper uolunt aduerrere, tantum unus solus & ipse mortuus potest, ut innumeros deos expulerit: & honoribus eorum destructis, cultum ad se transfulerit. Illi autem & multi & uiui, ut dicitis, nec apparent usquam iam, nec operantur. Cur igitur ita fit: quia non dij, sed prauis demones dij uestri sunt. IESVS autem, & qui eum misit pater, Deus uerus est: ac ideo gloria sua crescit indies, sed humanum genus ad maiorem quotidie uirtutem progreditur. Cumq; oporteret,

Demonum
ai in Chri-
sti aduentu
eneruata.

Iesus deo-
rum cultum
abole. it.

oporteret, si dij essent, & humanarum rerum curam haberent, religionem Christi deponere, & cultum suum corroborare, nihil efficiunt: sed conati quidem sapius sunt, & reges ac principes, uniuersumq; Romanorum imperium aduersus Saluatoris nostri Euangelium concitarunt. iacent tamen superati, nec totius orbis uires, quamuis ipsorum suggestionibus conspirassent, contra pauculos homines ac pauperrimos euangelij nuncios quicquam efficere potuerunt. Iesu enim mortui diuinæ uires pulis demonibus ac falsis deis, qui terrestrem hunc aerem, & cauernas terræ habitare, condemnati in sepulchris hominum, omniq; immunda materia uagantur, sanguine ac uaporibus gaudentes, ad ueram humanum genus pietatem attraxerunt.

Quibus rationibus homines demonibus decepti sunt. Cap. II.

Principes certè demonum siue aerei, siue inferni, postquam uiderunt ab hominibus, nonnullos mortales, quasi deos sanguine ac nidore sibi gratissimis honorari motibus, quibusdam simulachrorum, quæ homines in memoriam mortuorum fecerunt, facile amentes decipiebant. Præterea diuina tionibus, quas demoniaca operatione prædicare uidebantur, & uoluptate corporis omnis alliciebant, adeo ut modò cælestes uirtutes ac Dei, modò heroum animæ quæ post mortem in cælum ascendissent, ab hominibus crederentur. Vnde opinio de multitudine deorū, cum à simulachris ad inuisibiles spiritus, qui per simulachra operabantur, & in eis habitabant, cogitatio raperetur, quasi uera uehementer creuit, ita terrestres et aerei demones malignitatis spiritus dij maximi putati sunt. Priscorum etiam heroum, qui maxime colebantur memoria, in maius errorem extollebat, quorū figuras per singulas ciuitates imaginibus atq; statuīs exprimere conabantur. Animas uerò prodigiose aut incorporeas uirtutes, statuīs plerumq; adesse demones simulabāt. Sic maleficis artibus & in uocatione animarum omnia perturbabant. Isti ergo terrestres demones aerei atque inferni spiritus, quos huius mundi principes diuinæ literæ nunciant, modo bonos se demones, modò deos cælestes, & nunc heroum animas, nunc alios atq; alios fingentes, in uarios humanum genus errores iniecerunt, ut alij deos, alij heroes, alij demones esse contenderet, & hos alij bonos, alij malos: quos tamen ne noceant, placandos sacrificijs censebant. Ita factum est, ut multitudo, imò uerò innumerabilitas deorum credita sit.

Quomodo multitudo deorum credita. Cap. III.

Primum enim fulgentia in cælo corpora, tum propter perpetuum motum, tum quoniam cuncta hæc inferiora perspiciant atq; moueant, deos appellarunt. Deinde quoniam heros uitæ hominum communiter proferunt, in deorum numero accepti sunt: quorum turpissima facta theologiæ suæ partem putantes, fabulosam appellarunt. quam postea detestati, quamuis & uera & prisca sit, ad naturalia tamen reducunt fabulas, negant, nec finem hic fecerunt, sed proprijs quoq; passionibus adorabile nomē Dei attribuerunt, quod theologiæ genus ita per se ipsum facit, ut oratione confutatoria non egeat. Quid enim turpius quam Venerem, Cupidinem, & Priapum deos nuncupare? Res quoque humanos deos fecerunt, orationis enim uim Mercurium, excogitationis Palladem nominarunt. Ad hæc opera & artes, alias Marti & Mineruæ, ut bellicas, alias Vuicano: ut omnes quæ per ignem fiunt, accommodarunt. Extremò malignos quosdam demones, uarios certe atque multiplices, quos modo deos, modò animas mortuorum esse credunt, in theologiam susceperunt. Hæc cum ita se habeant, ceteris, quia manifestè friuola sunt, pretermisissis, de operatione demonum, quamuis in superioribus dictum sit, tamē quia ferè omnes occuparunt, nunc quoq; dicamus.

Quod



Primum autem Plutarchi uerba in testimonium adducam, quæ in eolibro, qui inscribitur, Quod oracula defecerunt, conscripta sunt: Probe, inquit, asserunt multi, cum à Platone quod qualitatibus subiicitur, elementum inuentum sit, quam materiam uocant, à multis magnisque dubitationibus philosophos esse liberatos. Mihi autem uidentur pluribus atque maioribus satisfecisse dubitationibus, qui genus demonum inter deos & homines posuerunt. Modum enim excogitarunt, quo humanum genus diuino coniungitur. Laudandus ergo est, qui primo inuenit, siue Zoroaster, ut dicitur: siue Orpheus, siue quidam Phryx, aut Aegyptius: ut ab utrorumque ceremonijs conicere possumus. Et Græcis autem Homerus promiscuè his nominibus uti uidetur eisdem modo deos, modo demonas nuncupans. Hesiodus primus hominum distinctius quatuor genera rationalis naturæ ordine posuit: deos primum, deinde demonas, postea heroes, postremo homines è quibus mutationem atque progressum in melius facere uidentur: aurei quidem generis homines in bonos demones transferens: semideos autem uiros, in heroes reducens. Nec necesse est de spacio temporis cum Demetrio contendere. Nam si longo quodam tempore, siue breui, siue certo, siue incerto demonis anima & herois uita commutetur, nihil ad rem cum priscorum hominum atque sapientum testimonio pateat, naturas esse quasdam inter deos & homines, quæ suscipiunt mortalium passiones: quos demones appellantes & honorantes, leges patrias conseruabimus. Et post pauca: Rectè mihi dici uidentur non deos, qui longe à terris semoti sunt, sed demonas deorum ministros, oraculis præesse. Qui uerò his demonibus peccata & errores attribuunt secundum Empedoclem, & ad hæc mortem atque luctum, si mihi parum prudentes solent uideri. Et paulo post: Est enim ut in hominibus uirtutis diuersitas, & appetitiuæ atque irrationalis partis: sic in ipsis quoque demonibus. sed in alijs irrationalis hæc pars tenuis est atque imbecilla, in alijs uehemens atque impetuosa: cuius rei uestigia testimoniaque sunt sacra, & ceremoniarum fabulosa multis ad hunc usque diem in locis peracta. Nefastos enim dies & tristes, in quibus & ieiunia & plangit in sacris adhibentur, ad pellendos prauos demonas constitutos esse crediderim, cuius rei argumentum est, quæ antiquitus fiebat hominum immolatio, quam nec diuinitus introductam fuisse, credendum est. nec reges, neque principes temerè charissimos sibi liberos iugulasse, sed perniciosorum demonum iram & impetum retrudentes fecisse. Nam demones, cum non possint aut nolint animæ per corpus coniungi, quemadmodum Hercules Oentaliam amore uirginis commotus obsidebat: sic animam hominis corpore detentam petentes, bella, pestes, aliasque calamitates urbibus inuexerunt: nec arte cessarunt, quam habuerint quod cupiebant. His apertissimè Plutarchus præcipuus apud gentiles philosophos, ostendit perniciosissimis demonibus homines immolatos fuisse. Quorum si aliqui boni sunt, cur ita prauis placabantur, cum possent facile boni exorari, ut prauos pellerent? Nunc autem cum nunquam id fecerint, sed turpissima semper uita & obscenitas uerbis, & sanguine brutorum atque hominum malignos demonas placarint: quomodo hæc facientes quæ prauis gratissima sunt, deo & bonis uirtutibus placere putabant? Neminem enim fugit, non posse bonorum esse amicum eum qui sic uiuit, ut malis gratissimus sit. Non ergo deos, sed neque bonos demonas gentiles, sed perniciosos solummodo, uenerantur. Quam rem magis idem Plutarchus confirmat, dicens: Fabulosas de dijs rationes res quasdam significare à demonibus antiquissimis gestas temporibus, & ea quæ de Gigantibus, ac de Titanibus decantantur, demonum fuisse operationes. Vnde mihi suspicio nonnunquam incidit, ne ista illa sint, quæ ante diluuium à Gigantibus facta

diuina

A diuina scriptura tetigit, de quibus dicitur: Cum autem uidissent filij Dei filias hominum quia essent speciosæ, elegerunt sibi ex illis uxores, ex quibus procreati sunt famolissimi Gigantes à seculo. Suspicebatur enim fortasse quispiam illos & illorum spiritus esse, qui ab hominibus postea dii putati sunt: pugnasque illorum, tumultus & bella esse, quæ fabulosa de dijs conscribebantur. Plutarchus etiam in libro ubi de Iside ac Aegyptiorum dijs conscripsit, his uerbis utitur: Multo melius autem dicunt, qui quæ de Typhone, Osiride, & Iside conscribunt, nec deorum, nec hominum, sed magnorum demonum calamitates affirmant fuisse, quos etiam Plato, Pythagoras, Xenocrates, & Chrylippus priscos secuti theologos excellentiores quam homines fuisse affirmant. Sed naturam suam quamuis homine superiorem, anima tamen & corpore coniunctam dixerunt. Quare uoluptate quoque atque dolore alios magis, alios minus affici. Ut enim in hominibus, ita etiam in demonibus uirtutis & uitij diuersitas inuenitur. Nam quæ de Gigantibus & Titanibus Græci decantant, & Apollinis aduersus Pythonem bella, Dionysij præterea fuga, & Cæceris peregrinatio: nihil ab illis differunt, quæ de Osiride & Typhone apud Aegyptios narrantur. Empedocles autem pœnas etiam dare demonas peccatorum confirmat. Aether enim eos, inquit, & pontus expellit: terra nullo modo suscipit. Sic ab alio in aliud elementum depulsi, atrociter vexantur, quousque purgati primum ad locum redeant. Similia uerò de Typhone ferunt Aegyptij: quem aiunt inuidia commotum, terram simul atque mare turbasse, deinde graues pœnas perfoluisse. His similia idem Plutarchus in libro quoque de Casu oraculorum explicuit: ille, inquit, demonibus diuinationem attribuens, multa de Delphis, & de Dionysio dicebat. Nec erat nescius eorum sacrorum, quæ apud Græcos celebrantur, sed dicebat eis magnas istorum demonum fuisse calamitates, significari, Apollinique cum Typhonem interfecisset, non annorum nouem, neque ad tempus fugere necessarium fuisse: sed in alium mundum impulsio, post nouem magnos annos pœnis purgato contigisse, ut ad oraculum, quod interim Themis custodiebat, rediret. Sic se habuerunt quæ de Typhone & de Titanibus narrantur. Demonum enim aduersus demonas pugne fuerunt, & exilia eorum qui facti fuerant atque supplicia: qualia Typhon, quoniam in Osirim: & Saturnus, quoniam in coelum peccauit, passus est. Quorum honores aut omnino apud nos defecerunt: aut minores sunt, cum in alio ipsi exulent mundo. Audio enim etiam Solymos Lyciorum uicinos Saturnum maximè ueneratos fuisse. Sed postquam Archalum & Arithon & Tolibim principes suos interfecit, fugisse inde ipsum testantur, ac ideò neglectum fuisse. His autem similia multa possumus à fabulis accipere. Si uero nominibus deorum nonnullos demonas appellamus, minime mirum uideri debet, cui enim deorum unusquisque subijcitur, cuius uirtute sustentatur, eius nomine solet nuncupari. Nam & nostrum alius Iouialis, alius Martialis, alius Mercurialis est. & multi forte ita nuncupati sunt, ut nomine rem ostendant. Multi contrarias etiam denominationes habuerunt. Hæc Plutarchus.

De operatione bonorum demonum secundum Porphyrium. Cap. V.

Nunc rursus de bonorum demonum uirtute atque operatione à Porphyrio nonnulla colligamus. Iure namque testimonio ipsius crebrius utimur, qui & nostre religionis maximè hostis fuit, & exactissimè theologiam gentiliam sciuisse putatur. Is igitur in libro de Responsis, Pana Dionysij famulum enarrat fuisse: quem cum in numero bonorum demonum collocet, agricolis qui quidam apparuisse confirmat, quos & repente postea mortuos asserit, sic dicens: Pana Dionysij famulum fuisse, Apollo isto responso significauit, Nam cum notem simul homines in quodam Branchidarum agro mortui essent, interrogantibus quæ nam necis eorum causa fuerat, sic Apollo respondit:

Tot



DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

Torus Dionysij famulus Pana, auricq; cornis
Per nemora obscura gradiens, montesq; per altos
Pinum una atq; alia resonam syringa tenebat,
Gestabatq; manu. multos is corpore uasto
Prostravit, mortiq; uiros dedit horridus ille.

Audis homicidia: Vides figuram: Perspicias res gestas Panos, quas Apollo exposuit: Quomodo igitur bonus est daemone, qui talia faciebat: Sed considera etiam aliorum magnifice facta, quorum gratia caelo relicto, in terra conuersantur. Non enim modestiam aut iustitiam exemplo docuerunt, sed alij obscenis uoluptatibus, alij pugnis, alij uenationibus gaudent. Cum enim ab Apolline quaereretur, si iurandum est, sic responsum fuisse ait:

Sunt calami matri diuum, sunt tympana curae,
Foemineiq; chori. dura atq; horrentia bella
Pallas amat. nemora & saltus uenantibus apti,
Dianam capiunt. lunoniq; humidus aer.
Debetur: Cereriq; seges. perquiret Osirim
In latis Nili ripis fidissima contunx.

Si ergo fistula atq; tympana talesq; sonitus & turba muliebris matri deorum gratissima sunt, omni uirtute neglecta, haec adhibenda esse uidentur. Mineruae quoque pugnae atq; bella, non pax nec quies hominum. & Dianae uariae canes tanquam uenatrici nimium placent. Cur igitur relictis caeteris, quae ad beatam uitam conducunt, haec quae grata dijs sunt, non amplectuntur.

Quod daemones coguntur ab hominibus. Cap. VI.

Magnam uero naturam daemonum ea, quae istis subiecit, maxime ostendunt. Recte, inquit, a Pythagora dictum est, non sponte inuocato deos, sed necessitate quadam impulsos accedere: quamuis alios maiore, alios minore impelli necessitate non ignoramus. Nonnulli autem quadam accedendi consuetudine & maxime si natura bona sunt, facilius accedunt. Nonnulli cum inuocari aduenerint, nocere conantur, praesertim si negligetius quispiam in ea re se habuerit. Haec enim omnia uera esse, ac necessitate omnes inuocatos ueni re a respōsis eorum discere possimus. non autem simpliciter dicta necessitate, sed per suasionem quadam perfusa coguntur.

Exorata tuis ueni sermonibus istuc
Mortales quos consilio inuenere deorum.
Et in alio multo clarius:
De caelis Hecate cur huc compulsa uenire es?
Et paulo post respondetur.
Victa hominum precibus caelestia numina terram
Coguntur petere, & casus aperire futuros.
Apollo quoq; inquit, cogi se hoc responso declarauit:
Carminibus domitus Phoebeus fulgor ab alto
Defluxit tacitus: purumq; per aera uectus
Afflatu spirans, labensq; in corda sonoro,
Et subijt mentem innocuam, sanctiq; capacem
Numinis, & peperit mortali ex gutture uocem.

Istis ipsis subiecit, dicens: Nihil his clarius, nihil diuinius, nihil uerius excogitari potest. Spiritus enim a caelesti defluxus uirtute animantium & organicū corpus ingreditur, & anima tanquam basi usus, per instrumenta corporis uocem reddit. Hinc igitur patet, coactos accedere, ab his autem quae sequuntur, nec posse quidem cum uelint recedere, perdiscemus:

Cessa nunc tandem, & uerbis iam parce uiroq;
Dare quietem soluens prisca caedensq; figuras,
Et remoue a membris ac lintea dura resolue.

Et in alio: Soluite

LIBER QUINTVS.

Soluite ferta pedes, liquidis & spargite lymphis
Eq; manu rimum laurus auferte uirentis.
Linea sitq; omnis deleta, omnisq; character.

Quibus addit Philosophus: Lineas ergo dicit delendas, ut recedere possit. Ista enim et habitus corporis atq; uestitus, quoniam inuocatorum habent deorum effigiem, ne recedat, facile faciunt. Quam ergo diuinitatem habent, qui ad tantam miseriam deieci sunt, ut ab hominibus detineantur, neq; uirtute aut sapientia cogantur, sed arte quadam malefica impellantur? Nec Pythagoras, nec tu Porphyri, nec quicumque illos appellat, recte unquam dicere poterit: sed nec bonos quidem appellare daemones licet eos qui a mortalibus, praesertim maleficis atque magis, ita illigantur, ut neque recedere quidem possint, cum uelint. Nam si diuina imparsibilis omnino natura est, quomodo dii erunt qui uestitu, lineis, figuris, coronis, herbarum floribus, & uerbis quibusdam ineptis ac barbaris, quasi uinculis ab hominibus uinciuntur? Quomodo autem boni saltem daemones erunt, qui coacti hominibus adsunt? Nam si ad benefaciendum uocantur, oportet certe si boni sunt, sponte absque ulla illata necessitate accedere. Sin autem ad malefaciendum, quomodo boni erunt, qui mala peragunt? & quomodo adoratione atq; cultu digni sunt, qui maleficis hominibus seruiunt, & mala coacti & praeter uoluntatem suscipiunt, non uirtutis aut alicuius boni gratia, sed perniciosisimo magorum artificio? quod idem Porphyrius in epistola ad Anebonum Aegyptium latius exposuit, petijtq; ab eo tanquam in ea re perfectissimo, quare tantam illud artificium uim habeat perdoceri. Sic enim dubitando interrogat: Magnam uere mihi dubitationem illud affert, quia ut meliores rogant, & ut peioribus imperant. Deinde cur cum ipsi dii iubeant caeteros esse iustos, iusi multa iniqua committunt? Nam cum nullo modo uelint exaudire hominem, qui multis se diebus ab operatione uenera non abstinuit, ipsi uocati ad iniustam uenerem, multos impellunt. Praeterea nolunt ab esu carniū ad inuocandum uatem accedere, ne scilicet animalium caede inquinentur: ipsi uero nidore ac sanguine maxime ducuntur. Ad haec qui mortuum tetigit, ei ad uisionem accedere non licet: mortuis autem & cadaueribus animalium, omnes fere diuinae res peraguntur. Illud autem nullam mihi rationem habere uidetur, quod non dico daemone aut animae, sed ipsi regi atq; reginae. Soli dico ac Lunae, aut alicui caelestium deorum famuli nonnunquam & caelesti homines terrorem inferunt: & multa falso dicentes, ad manifestandam ueritatem illos compellunt. Falsa enim profecto dicunt atq; impossibilia, cum caelum se scissuros, & arcana lidos edicturos, & membra Osiridos Typhoni tradituros minantur, nisi dii respondeant. Quomodo enim deieci atq; formidolosi non sunt, qui ficto huiusmodi terrore tanquam infantes mouentur? Moueri autem eos istis Charemon etiam sacer scriba testatur. & haec illa dicit esse, quibus maxime daemones coguntur. Ipse uero quibus utuntur rationes ac preces, quae ratione ualeant, non uideo. Tu uero inquit, qui e limo emeristi, qui sedes in loco, qui nauigio nauigas, qui singulis horis formam commutas, & in singulis zodiaci signis commutaris. His enim orationibus atq; hymnis uisui hominis dicunt Deum se subicere, nescientes, quia imaginationis suae passionem illi attribuant. Si uero haec symbolicè dicuntur, quia uirtutum signa suarum sunt, expositionem nobis horum signorum asserant. Non enim passio certe solaris aliquo modo credi potest. Nam si Solis esset, quemadmodum eclipis, sic ab uniuersis hominibus uideretur. Barbara uero uerba, & quae nihil significant, quid sibi uolunt? Nam si ad uerborum significationem Deus respicit, quacumq; uoce eadem res significatur, mouebitur. non enim Aegyptius erat deus, si autem Aegyptius fuit, sed tamen non Aegyptia lingua, imò uero nec humana omnino utitur. Quare autem magorum malignitate haec omnia sunt excogitata, qui nostras passiones Deo attribuere auli sunt: aut aliter homines de Deo cogitant,



tant, quam rei ueritas habeat. Et post pauca: Falsum ergo omnino esse uidetur, quomodo necessitas Deo possit inferri: nec enim permulcetur, nec cogitur Deus. Ita frustra per hanc, ut ipsi dicunt, sapientiam, & de inueniendo fugitiuo seruo, de prædij emendis, de uxore ducenda, diuinum intellectum perturbant. Hæc ab epistola Porphyrij sumpta sufficiant.

Quod dii gentium magicas artes docuerunt,

Cap. VII.

Magicæ autem artis ipsi dii gentium & inuectores & doctores fuerunt. Unde namque homines, quibus dæmones cogantur, quam ab ipsis demonibus discere potuissent: neque putes id ita à nobis dici. Nihil enim nos harum rerum scimus, nec scire uolumus. Sed ad redarguendum errorem gentilium, & ad defensionem nostram idem ipse Porphyrius testis citetur, qui in libro de Responis, his uerbis utitur: Non autem solum felicem conuersationem suam, uerum etiam quibus rebus gaudeant, & quibus illigentur dii hominibus significarunt. Et ad hæc quibus rebus cogantur, & quæ sibi offerenda sunt, & quos dies uitare oporteat, figuras quoque ipsas simulacrorum quales esse debeant, & in quibus locis ipsi uersentur, et omnino nihil est, quod ab ipsis dijs homines non didicerint. Quam rem cum multis approbare possumus, paucis tamen erimus contenti. Primum enim Proserpinæ responsa de simulacris, quomodo ex qua materia faciendæ sint, his uerbis Hecate declarat:

Quale mihi facias simulacrum, aduerte, docebo.
Syluestri cape nata loco, atque absynthia circum
Ponito: tum totum calato, & pingito mures
Qui soleant habitare domos, pulcherrima sunt
Hæc ornamenta, atque animo gratissima nostro.
Tum myrrham, thus, styracem, ipsorumque cruorem
Conterito pariter murum, sacra desuper inde
Verba cane, tot uero adhibe muresque reponere,
Quot mihi tu esse uides formas, tum sumito laurum,
Exque eius trunco uaginam aptato: piaseque
Tunc effunde preces simulacro, & debita solue
Vota, hæc sic facies per somnum mecum uidebis.

His alijsque huiusmodi magnus apud gentes philosophus, theologusque mirabilis, secreta deorum mysteria, sublimia atque arcana ostendit, quibus dæmonum uirtus & malignitas profecto manifestatur. Quid enim profunt maleficæ istæ artes, aut quam utilitatem inanimata nobis simulacra afferunt? Quid autem oportet magicas artes insequi, si uirtus & philosophia ad felicitatem sufficiat? sed uideamus qualia sint quæ subiecit: Characteras, inquit, & figuras non parum à deis diligi, Proserpina his uerbis significauit:

Quis nam hominum formas aeris neglexerit unquam,
Aut auri flaua, aut argenti candida dona?
Quis non miratur, quis non hæc ipsa deorum?

Non autem solum figuras à dijs peramari, sed ipsos etiam circumscripti, docuit. Contineri enim eos ait in consecrata imagine, quasi in sacra quadam terra. Sacra enim est terra, quæ Dei habet imaginem: qua sublata, illud statim soluitur, quo Deus continetur. His omnibus optime astruitur, terrestres atque passibiles dæmones à gentibus coli, quos non iniuria nos penitus contempsimus. Vides enim à theologis eorum, & ab illis ipsis concedi figuris, & characteribus eos detineri, cum oporteret non alibi, quam in animo, nec in omni animo, sed ab omni macula remotissimo, & omni uirtute præditos eos habitare. Merito enim certe ad talem animum diuinus aduenit spiritus, nec nobis uirtute

ac pietate præparatis, ad suspiciendum Deum magicis artibus opus erit. Sed de his satis.

Quod

Quod oracula defecerunt. Cap. VIII.

Nunc autem audias, quæ responsa deorum deficientibus oraculis in eodem libro Porphyrius recitat: Ablata est Pythij uox haud reuocabilis ulli Temporibus longis, etenim iam celsit Apollo, Clauibus oclusus silet, ergo ritè peractis, Discedas patria, & redeas ad limina sacris, Opportune istis adiunctam illa, quæ Plutarchus de deficientibus conscripsit oraculis: Cum igitur, ait, Amonius tacuisset, tunc ego ad Cleombrotum dixi: Narra nobis o amice, si placet, de oraculis, de quibus apud uos præclara dicebantur. Nunc autem omnia extincta esse uidentur. Hæc ego. Tacente autem Cleombroto, & quasi rubore confuso, ac in terram respiciente: Quid oportet, inquit Demetrius, de illis querere, cum omnia serè hæc præter unum uel ad summum alterum defecisse perspiciamus. Quare communiter inter nos consideremus, quanam de causa oracula deorum sic debilitata, imò uerò extincta sunt. Non enim ignoramus, Boetiam multiuocam propter multitudinem oraculorum appellatam fuisse, quæ omnia quasi aquarum fluentia deficcata sunt. Nulibi enim nunc quam in Lebadia Boetia oraculum in illis partibus inuenitur. Cætera uerò uniuersa uel silent, uel penitus desolata ruerunt.

Quod gentilium dæmones mortales sunt.

Cap. IX.

Ad hæc alia quoque subiecit Plutarchus, quibus gentilium dæmonas mortales esse ostendit. Non enim, inquit, male mihi dici uidetur, non deos, sed ministros deorum dæmonas oraculis præesse. His autem dæmonibus errores & calamitates attribuere, ac denique mortales esse opinari, barbaræ dictum arbitror. Interrogauit igitur Cleombrotus Philippum, quis & unde adolescens esset. Cumque audisset, Neque nos ignoramus, inquit o Eracleo in absurda uerba nos incidisse. Sed non possumus, cum de magnis rebus dicatur, audacter magis quam uerè subiectis principijs rectè ad ulteriora procedere: nec credo te fugere, datum esse abs te quod negaueras. Concedis enim, dæmones esse ministros deorum. Quid autem inter hos & deos intererit, si utriusque incorruptibilitas & impassibilitas essentialiter inest? Ad hæc, cum Eracleo silentio cogitaret, malos quidem dæmonas esse ait Philippus, non solum Empedocles, uerum etiam Plato & Xenocrates & Chrysippus scripserunt. Democritus autem, cum depreceetur bona sibi apparere dæmonia, ostendit non ignorasse proterua quædam etiam esse profecto. De morte uerò dæmonum audiui ego ab Aemiliano rhetore uiro prudente simulatque modesto, quem credo multos uestrum cognouisse, quod cum in Italiam pater suus nauigaret circa insulas, quas Echinnadas appellant, flatu uentorum deficiente, noctu prope Paxas deuenisse. Cumque omnes penè qui simul nauigabant, attentiores uigilarent, repente à Paxas insula uocem magnam auditam fuisse, qua Thramnus quidam uocabatur, quæ uox nouitate rei omnes magno perculit miraculo. Thramnus enim ille, qui uocabatur homo, erat Aegyptius, eius ipsius nauis gubernator: qui bis uocatus, nihil respondit: tertio uerò uocatus, morem gessit uocanti, atque respondit. Illi uerò multo maiore uoce sic exclamasse: Quando iuxta paludem fueris, annuncia tunc Pana magnum mortuum esse. Qua re audita, magno dicebat Epithetes (sic enim Aemiliani pater appellabatur) omnes terrore perculsos fuisse. Cumque dubitarent utrum obtemperandum esset illi uoci, an non, hoc Thramni gubernatoris consilium ab omnibus comprobatum fuisse. Si secundi quidem spirarent uenti, nihil esset dicendum: sin uerò tranquillitas maris esse, & uentorum flatus, cum in eo loco essent omnino deficerent, non esse reticenda quæ audiuerunt. Cum igitur iuxta paludem essent, quia nullus erat flatus uentorum, tunc Thramnum in mare pronum respicientem, magna uoce dixisse quæ audiuit.

f 2 uir:



Pan Deus mortuus.

Pauci olim Britannia incole.

DE PRÆPARATIONE EVANGELICA

uit: Magnus Pan mortuus est. qua re nunciata, magnus multorum gemitus, imò uerò innumerabilium miraculo quodam comixtus, subito auditus fuerat. & quoniam multi fuerant, qui ea in nauì nauigabant, citò ac facile cum Romam uenissent, huiusmodi rei rumores uniuersam urbem replerunt: & à Tyberio Cæsare, qui tunc gubernacula reipublicæ gerebat. Thrannum accessitum fuisse, cui rei tantam fidem Tyberius præbuit, ut philosophis, qui tunc Romæ reperti erant, accitis, diligenter quis nam esset ille Pan, accuriose scrutaretur. Omnes autem illos quibusdam in idem conuenisse coniecturis, ac dixisse de illo sibi uideri nunciatum fuisse, qui à Mercurio & Penelope natus fuit. Cum hæc Philippus dixisset, nonnulli eorum qui aderant, eadem ipsa ab Aemiliano sene audisse testabantur. Tunc Demetrius ultra Britanniam, inquit, multas esse insulas desolatas, quarum aliquae dæmonibus, ac herõibus sunt dedicatae. Nauigauit autem ipse, inquit, auxilio regis uidendi gratia ad proximam Britannia insulam, ubi pauci quidem incolæ, omnes uerò sacrosancti, à Britannis habentur. Cumque ibi essem, magna tempestas in aere commota, nimbis & fulminibus omnes exterruit. Quam rem accidisse insulares dicebant, quia ex dæmonibus uel herõibus aliquis defecerit. Sicut enim lucerna dum ardeat nemini noceat, extincta uerò multis, sic magnas animas aiebant propitias esse, dum uiuunt: dum uerò extinguuntur, aut corrumpuntur, aut nimbis & grandine, ut modo pestifero cuncta replent ueneno, esæque ibi narrabant insulam, ubi Saturnus somno uinctus, à Briareo custodiretur. Somnum enim quasi nexum ipsi esse iniectum, multosque cum ipso esse demones cultores atque ministros. Hæc Plutarchus. Animaduertendum autem arbitror diligenter, quo tempore dæmonis mortem fuisse dicit. Quippe Tyberij tempore Saluator & Dominus noster cum hominibus conuersatus, omne dæmonum genus ab humana depulit uita. Habes igitur etiam à summis apud gentiles uiros non alio tempore unquam, quam temporibus Saluatoris nostri dæmonas extinctos fuisse.

De uetustorum fallacitate oraculorum ex Oenomaio. Cap. X.

Verum quoniam hæc cunctis nota sunt, ad ea transgredi animus est, quæ neminem est studiosis fugere possunt. Vetusissima enim deorum responsa, omnes Græcorum populi, & uniuersa solent gymnasia decantare. Ea responsa Delphici Apollinis delusus Oenomaus uir apud Græcos tam philosophia quam eloquentia nobilis, curiose collegit, & refutauit. Vtar igitur uerbis eius, ut uideas gentium deos ab ipsorum gentium philosophis derisos, oraculaque deorum figmenta hominum putata fuisse. Sic igitur Oenomaus in libro de Fallitate oraculorum conscripsit: Cum fame, inquit, Athenienses propter Androgei cadem agitarentur, & ad auxilia deorum confugerent, non ut iustitia & humanitate, aut saltem poenitentia mentis, quæ contritione placandos deos Apollo respondit, sed mortem morti, pestem pesti, crudelitatem crudelitati addidit. Iussit enim singulis annis septem mares, totidemque foeminas in Cretam sacrificandos mitterent, cuius rei memoria, imò quædam uestigia uel usque ad tempora Socratis quingentis annis postea durauere. Id quippe fuit, quo mors Socratis remorata fuisse dicitur:

Diligite ex omni septem uos corpora sexu. Atque ea Minoi regi mandate quotannis. Per mala sic hæc uestra, dei placabitis iram. Cur autem o deorum optime si iussissimum fuisse Minoa sciebas, qui primus leges sanxisset, & apud inferos iudex esse propter iustitiam creditur constitutus, tantam ad eum morituram iuuentutem destinasti: an ut fame illius officeres? Interfectores enim Androgei non innocentes, si iustus ille fuit, perisset. Cur autem si deus ex ambiguis homines oraculis in perniciem deceptos

LIBER QUINTVS.

A crudeliter & iniquiter intrudis? Croesus enim imperium Lydiae à maioribus successione susceptum pietate, in deos maiores suos statuens superare, ut eorum patrocinio tutior esset, te Apollo maxime coluit: templumque tuum Delphice auro atque argento ita ornauit, ut ditissimum templorum omnium & sit, & uideatur. Unde iure tua beneuolentia fretus, aduersus Persas arma mouere statuit: neque id absque consilio tuo. Tu enim ea de re interrogati sic respondisti, Intrepidus si Croesus Halym transierit anem, Imperium perdet magnum, regnumque superbum. Hac responsi ambiguitate tui numinis cultorem, qui te suis opibus ditauit, euerdisti: & regnum Lydiae, quod longissima successione serie in eum deuenerat, in Persas transtulisti: non sponte opinor. Non enim tam pium religiosumque regem, & præcipue tui amicum decipere unquam uoluisses, sed futurorum ignorantia id factum arbitror. Nam si tanquam Deus futura cognosceres, non latuisset te non intellecturum oraculi ambigua Croesum. Miser igitur tu, qui Delphos habitans, inde ad uniuersum orbem inania fundis responsa. Infanti autem omnes homines, qui ad te quasi ad ueridicum Deum accurrunt, nec me ipsum insanum fuisse inficior, qui et bis ambiguitate, ne ignorantia tua dicam, deceptus, tertio etiam non diuitijs aut uana re quapiam, sed quomodo facilius atque tutius philosophari possem, abs te quasi ui. Sed mea omittenda forsitan sunt, alienaque simul, quæ temporibus nostris efficiens, omnia confundis. Antiquissima uerò, quæ uniuersis patent, omnino prædicanda. Magno Xerxes terrestribus copijs atque naualibus in Græciam impetu ferebatur. Quare Athenienses, quibus maxime infensus erat, turbati, cum nulla salutis spes sibi aliunde restaret, ad te Delphice confugerunt. Quid autem tu, num amicos atque cultores tuos defendidisti: minime, sed ligneo muro munitos, derelicta ut

B Effugite extremas mundi, & penetrate sub oras. Ne miseri tardate, feret fuga sola salutem. Non saluum caput ullius, non pesue, manusue, Villa nec in reliquo pars denique corpore salua. Curibus ecce furit uectus de gente Syrorum: Mitis erit nulli, rapiet ferus omnia Mauors. Non templis diuim parceret, non moenibus urbis. Cuncta igni consumet, an ipsa exterrita magno Sudore aspicientis superum simulacra madere? Hæc ne diuinatio est? Nemo profecto conditionem illorum temporum perspiciebat hoc ignorasset. Sed quid deinde sequitur: Post multas tandem prostratus Iuppiter urbes, Ligneæ moenia dat Pallas, quam condidit urbi: Unde optata salus felix & palma sequetur, Si tantum pugnam non expectarit equestrem. Tu uerò Salamis, uel cum successerit æstas, Vel cum tristis hiems, proprijs priuabere gnatis. Quo pacto si Apollo futura quasi præsentia præuidere potest, amissuram sciebat filios Salamina? utrum uerò hyme, quando Cerealia semina iaciuntur: an æstate, quando metuntur, ignorabat: quia uidelicet certum erat non potuisse illos ingenti Persarum exercitui resistere. Quo autem tempore aggredirentur, maleficus ille, qui hæc omnia responsa fingebat, minime scire poterat. Simili ratione ruinam urbis Atheniensium præuiderat: ac ideo fugere illos nauibus, quasi ligneo munitos muro consulebat, quod etiam Themistocles humani uiribus ingenij præuiderat. Sed antequam tu auctoritate tua populum mouisses, persuadere non poterat. Nunc quid hæc de re querentibus Lacedæmonijs responsum fuit, uideamus:

Qui



Qui Spartam antiquam colitis uel moenia uestra
 Alperlis deuicta cadent: uel regis adempti
 Herculidis mortem grauiter plangetis amaram.
 Hæc certè si quieto tempore cecinisses, omnibus friuola uisa fuissent: sed terro
 re factum est, ut ignorantia tua lateret. Non enim solum uaticinia, uerum etiam
 aruspicia, & auium uolatus atq; cantus in talibus solent temporibus facile cre
 di. Considerasti enim, urbe prostrata regem quoq; non euasurum. Sin autem
 rex egrederetur, casurum illum nemo dubitasset, qui & multitudinem hostiũ,
 & uirtutem Lacedæmoniorum non ignoraret. Ita fieri posse coniecisti, ut per
 territi hostes, admiratiq; animos hominum, consilium aggrediendæ urbis re
 linquerent: quam si tamen cepissent, ac diruissent, rex etiam euadere non pote
 rat. Rege interempto, posse urbem euadere sperasti, ac ideo ita ex ignorantia
 disiunxisti, ut quoq; res se uerteret, ueridicus uidereris. Prætereo multa, quoru
 ambiguitate magnas urbes plerũq; scimus euerfas fuisse. Nihil enim unquam
 hominibus hæc deorum responsa contulerunt, offuerunt uerò sapius, alios in
 alios cupiditate ac spe uictoriæ Apollinis autoritate concitantia. Sed audia
 mus quid Lycurgo respondit:

Chare loui magno qui templa ad nostra Lycurge
 Venisti, chare & cunctis dilecteq; diuis,
 Tene hominem appellem ne Deum: sed quando sacrarum
 Cur tibi tanta est documenta exquirere legum:
 Te potius natum cœlesti ex stirpe putarim.
 Has autem concedo libens cognoscere binas
 Prima uias opus est, bina & uestigia uitæ
 Humanæ, quarum una fouet, lætaq; fouetur
 Libertate homines, semper contra altera tristi
 Seruitio & turpi premit. hanc ignauia uecors
 Seditioq; parit: pax illam dulcis, amorq;
 Hanc igitur fugiet, illam sed quisq; sequetur.
 Quæris an Deus sit, & Deum potius fore putas, etiam ne cõijciens illum pro
 pter uirtutem futurum memoria: Leges autem illis eas concedis, quas anicu
 le quoq; medijs fidius & mancipia non ignorant. Quis enim uirtute atq; con
 cordia ciuitates crescere, contrarijs libertatẽ amitti ambigeret: Sed doce, quo
 modo fortes, quomodo concordēs ciues erunt, nec mortales homines uelis
 hæc uidere, quæ tu nescias. Non autem de rebus publicis atque grandibus so
 lum, sed priuatis etiam ac leuioribus inutilia dabant responsa. De ducenda e
 nim uxore interrogatus respondit: Argiuam eligito puellam: de filijs autem
 Neue Labdacides uxor pariet tibi perniciosum, demigratione ad aureos mi
 grate uiros, de inani gloria.

Excedit cunctas exculta Pelasgica tellus,
 Thraces equis præstant: uirtus sed maior eorum
 Est hominum, qui pulcræ Arethuse è gurgite potant.
 Non uideris certè o Apollo aruspicius & auguribus melior. Multo enim te
 Socrâtes præstantior, qui cum ab eo quidam quæreret, duceret ne uxorem,
 Vtrum facies, inquit, poenitebit. Ille uerò qui filios desiderabat, dixisse fertur,
 non rectè ipsum facere, quòd de habendis cogiter liberis: cum potius cogita
 dum sit, quomodo si dabuntur, debent gubernari. Ei uerò qui patriam dese
 rere uolebat, quoniam infeliciter in ea degeret, non proba ipsum agitare re
 spondit consilia, patriam enim relinquebat: sed suam morositatem quæ fa
 ciet, ut apud alios quoque non prosperè uiuat, secum afferebat. Tu autem o
 Apollo non modò uocatus, sed etiam spontè nonnullis consuluisti. Nam A
 theniensibus nihil petentibus, uiginti ante uigintiq; post caniculares dies o
 paca in domo Dionysio, uti medico consuluisti, nec præclarum quid, sed quod
 uel

*Vxor ducen
 da propter
 liberos.*

uel mediocriter peritus medicus sciret, protulisti. Quod uerò seni cuidam, si li
 beros procreare uellet, iuniorẽ ducẽdam uxore respondisti, quilibet id, qui
 naturæ uires ac ætatũ considerauit, non petus te ipso uideret.

Quòd malefici uates partem questus petebant. Cap. XI.

CUr autem ei sapientissime deorum Chariæ ac Archelao Lacedæmonio
 rum regibus multo utilius fore respondisti, si agri quem bello acquisiue
 rint, mediam Apollini partem attribuerint. Cui porò alteri Apollini tri
 buerent: Non enim tibi petebas, neque ita ego te imprudentem adeò dicere.
 Sint hæc.

Quòd poeta responsis laudabatur quasi diuini. Cap. XII.

ARchilochum autem poetam omnium poetarum petulantissimum, qui
 de mulieribus ea scripsit, quæ nemo frugi a quo animo audiret, & Euri
 pidem à Socratica philosophia improbatum, & Homerũ quem Plato
 tanq; inutilem à ciuitate sua repulit, laudibus ad astra tulisti. Archilochi enim
 patri de filio querenti dixisti: Præclarus hic inter homines erit o Thelesicles.
 Similiter ferè de Euripide: Nascetur tibi filius Mnesarchide optimus atq; glo
 riosus. Homerum autem & foelicissimum quasi deum, & miserum, quoniam
 in agenda uita non paruos tulit labores, pronunciaisti. Quid igitur erat, quo
 immortalitate tibi Archilochus dignus uidebatur? Dic quæso absque inui
 dia, ut mirabilem eius uirtutem etiam nos imitati, ad cœlum similiter cõscen
 damus. An uituperandas omnes mulieres putas, quæ nobis nubere nolint, ut
 Archilochus fecit: Sed propter carmina uidelicet tibi placuit. dij enim & uiri
 diuini carmine utuntur: nec domus, nec ciuitas aliqua, nec nationes sine car
 mine probe gubernantur. Quare qui eum occidit Archias à templo, quasi sce
 lestus exire abs te iustus est. Musarum enim occidit amicum. Qua uerò uirtu
 te dij Euripidem admirati sunt nescio, nisi coronas ac plaudentia theatra sole
 ant admirari, an quia publicè in arce Atheniensium cœnarer: an quia Mace
 donum populi eum laudabant, cœlo dignum iudicasti? Homerum uerò cur
 Deum, cur felicem fore putabas? cui de morte interroganti respondisti, Patriã
 quære. Nam hanc mater tibi, non pater dedit. Sed non procul à Minois tellu
 re insula est, in qua tibi erunt ultima fata, cum adolescentium abditum sermo
 nem audies. Grate namq; o sapientissimi uirorum, deorum uolui dicere, gra
 ue inquam est, si neq; ubi natus est, neque ubi morietur sciet Homerus. Simi
 leq; mihi uidetur, ac si scarabæus uehementia uentorum à stercore ubi natus
 est ad alia stercore latus, Delphicum Apollinem interrogaret, quoniam è ster
 core natus esset, & in quo deniq; moreretur. Sed de poetis hæc tenus.

Quòd athleta diuinis honoribus auctoritate Apollinis afficiebantur. Cap. XIII.

TU uerò non poetas solũmodo, sed pugiles etiam atq; athletas in deorum
 tuis oraculis honores conduxisti. Vtinam cum mare metiri possis, & are
 narum numerum non ignores, furdos intelligas, & mutos audias, hæc
 omnia nescires, & illud probe teneres, quia pugiles à calcitrantibus nihil diffe
 runt. Sic enim ut asinos quoq; deos putares, aut Diomedem pugilem, non
 quasi Deum honorares: Vltimus heroum Diomedes, quem ueneratur sacris.
 Cur enim o Græcorum interpres, ut Plato dicit, ad cœlum illum hominem
 rapuisti? An quia uno ictu in Olympico certamine aduersarium deiecit, aper
 tis que pectoribus eius, manu pulmonem abstraxit? O rem mirabilem. An
 quia quatuor talentis damnatus non tulit, sed mœrore ac ira commotus, co
 lumnã qua domus sustentabatur ubi iudicũ filij docebantur, subtraxit,
 miserãq; omnes morte confecit? Sed illud forsã admiraris, quia in locu
 lum persequentes fugiens, sacrum ingressus, tægmen oculi sic apposuit at
 que tenuit, ut inde non poterit abstrahi. Ideo ergo Deus & non mortalis,
 ideo uirtutem eius dij admirati in cœlũ ipsum sicut Ganymedem rapuerunt.

68 Sed illum pulchritudine persuasi, hunc robore corporis, & quia uiribus bene usus est, cur non de asini quoque bene calcitrantibus, ut de pugilibus oracula reddis? Præcipuus deorum syluester asinus non Diomedes, quem ueneratur sacris. Quippe & Diomedem & multos alios, si calcibus secū certaret, omnino superaret: ipsum etiam pugilem Thasium ad barathrum de cœlo calcibus facile deiceret. Credamus enim Deo, quod etiā Thasius ambrosia nectareque deorum in cœlo utatur. Nunc demum intelligo, diuinum quid esse, cœlestibus. uti Quod si philosophi omnes intellexissent, omni uirtutis genere spreto, Thasium pugilem imitati fuissent, cui immortalitatem quidem, ut Diomedii non concesserunt. Sic autem honorarunt, ut cum ænea statua eius, quasi animata super pulsantem hostem ceciderit: cumque Thasij quasi diuinarum rerum ignari scelus illud putassent, in maremque statuā idcirco proiecerint, dii commoti, ingenti annonæ penuria eos uexabant. Tu autē Apollo quasi deorum humanissimus, ambiguum, ut soles, auxilium eius præbuissti, sic dicens: Reductis in patriam exulibus, Cererem metetis. Thasij uerò quasi maiori cura deorum humanitati exules quam statuæ forent, restituerunt eos in patriam: & nullam utilitatem consecuti sunt, donec quidam uidelicet sapiens pugilis demersam statuam intelligi per oraculum exposuerit. qua restituta, fecunditas agrorum Thasij restituta est. Simile quid Loris accidisse fertur, qui cum Eutyculem quasi prodicionis conscium in carcerem intrulissent, & post mortem eius statuas dehonestarunt, fame laborantes oraculum acceperunt, ut dehonestatum honorarent, si agros non frustra uellent arare. Non minus igitur athletas dii uidentur diligere, quam boues saginati ab hominibus diliguntur: quibus sacrificatis, tu Apollo placari soles.

Quod etiam tyrannis Apollo adulabatur.

Cap. XIII.

Q Vid autem dicat, quod crudelissimis etiam tyrānis sic adularis, ut summos uiros putare uidearis? Quid enim ais de Cypselo, Fœlix hic uir Cypselus Aeacida. Quomodo aut non Cypselus felix, Phalaridem, cuius ille similis fuit, beatū fuisse negabimus? imò uerò uideo qua ratione Phalaris etiā tibi ac loui placuit. Sic enim ipsi quoque respondisti, Apollo Iupiterque pater uitam Phalaridi prorogauit, quia Caritona & Menalippum humanissimi tractauit. Nam cum illos insidiantes sibi cepisset, patientiam quam dum torquerentur ostenderunt admiratus, dimisit.

Quod ligna & lapides adorandos Apollo consulebat.

Cap. XV.

M Ethymnensibus autem perutile fore asseruisti, si ligneum Dionysi caput colerent, colunt enim certè Methymnenses ligneū Dionysi caput tibi hortanti persuasi, alij uerò lapides, alij æneis, nonnulli aureis, multi argenteis simulachris sacrificant, triginta deorum millia in terra esse censet Hesiodus. Ego autem multo plures lapideos atque ligneos hominum creatores ac dominos esse uideo. Sed tibi ò Apollo mirabile uisum est, quod ligneum humani capitis simulachrum dum iactum traherent Methymnenses extraxerunt, colendumque illud diuinis honoribus esse respondisti. O rem mirabilem, ex profundo maris ita repente retibus annexum Dionysi caput profluit. Hæc Oenomaus.

Triginta millia deorum in terra.



Vnc in hoc sexto euangelicæ præparationis uolumine falsitatem oraculorum à falsa de fatibus opinione profluxisse, neque aliunde quam cœlestium motu corporum diuinationem illorum cōiectura collectam fuisse, ostendemus.

Quod

A Quod quæcunque dii gentium præuidebant, cœlestium motu præuidebant. Cap. I.
Dicit ergo rursus magnus apud gætes Porphyrius, qui in libro de Oraculis manifestè hoc his uerbis aperit: Quæcunque, inquit, dii fata prædicunt, stellarū motus ita futura significat, quod omnes & maxime Apollo multis responsis aperuit. Cum enim ab eo quaereretur, maremne an fœminam in utero habens mulier pareret: fœminam respondit, idque à conceptionis tempore percepisse, declarat, dicens: Non sperato marem Phœbe, Cum Arares Cypria radijs tenebratur. Aegrotationes etiam stellarum cursu prædicabant. Malis enim pulmonem agitari humoribus respondit, quia Salebris Saturnus premeretur. & in alio responso, Fatatus tibi adest dies, quem Saturnus Mauorsque simul statuerunt. His abunde intellectum puto, non diuina quadam uirtute, sed cœlestium motus obseruatione ac ratione mathematica gentium deos futura cognouisse. Ita nihil diuinis quam homines afferebant.

Quod uoluntates hominum fatibus agi arbitrabantur, liberum negantes arbitrium, idque deorum consilijs persuasi. Cap. II.

Q Vare modo attentè considera, quod non solum exteriora, & quæ in potestate non sunt, uerum etiam uoluntates hominum fatibus arbitratur. Sic enim ipse Apollo cum de milite quodam interrogatus esset, quare tam periculosa rei studeret: respondit dicens, Mars enim genethliacus concitat, adeo autem generosi quidem illi dii fatatum extulerunt, ut nec templa sua defendere se posse à fulminibus confiterentur. Qua igitur spe uota illis redduntur, aut cur pie colendi adorandique sunt, qui sibi ipsis sufficere nequeunt? Quæ omnia oraculo suo his uerbis edito Apollo confirmauit.

Vos ab Erichthonij generati sanguine magni, Qui quando structura caderet pulcherrima templi, Percupidi scire hæc oracula nostra petistis. Cum ualidi magno uenti cum frigore surgent, Compressus cum fulminibus ruet undique crebris. Exilietque æther, quæ templa excelsa deorum Sub medijsque undis nautes multasque cremabunt. Atque altos ferient montes: ipsosque fugabunt Pastores trepidos, spelæaque poscere cogent. Tunc quoque terrifico percussum hoc fulmine templum Ardebit, sic stat fatorum immobilis ordo. Ferre autem longè præstat quodcunque seueræ Et fixa & stabili statuerunt lege sorores. Esse etenim certum, stabile, inuolabile semper Quicquid nent fulis Parca, rex iussit olympi. Si ergo nec templa sua defendere dii possunt, sed uenire necesse est, quæ Parcarum fulis sunt euoluta, quid oportet deos aut colere, aut de futuris interrogare, si tam honorum quam contrariorum causa necessitas erit fatalis? Erit igitur hæc necessitas dijs omnibus spretis sola ueneranda. Quod si Parcarum dominus Iupiter est, qui quodcunque fulis Parca conuoluent, immobile fore statuit: cur non ceteris omnibus relictis, solum illum Deum, & solum honorum largitorem magna prædicas uoce: præsertim cum ipse solus consilia Parcarum, ut alibi dicis, mutare facile possit. Vera igitur ratio illum esse Deum, illum sequendum atque colendum solummodo astruit.

Quod facta Magica uel solui posse, Apollo respondit. Cap. III.

C Contra uerò Pythius Apollo maleficis artibus fata solui contendit. Cum enim quaereret quidam, cur ineptus ad rem quampiam ab Apolline iudicatus esset, quidque faciendum esset, quasi aptus susciperetur, fatorum impediri uicam respondit, quæ magicis artibus effugeret poterat. Vnde aperte patet, magicam diuinis artem hominibus concessam, ut aliquo modo fatum repelleret. Hæc Porphyrii, non mea sunt. Qui autem re magica fata hominibus soluenda

con-



consultit, quomodo ipse qui Deus est, fatatum templi non repellit incendium? Nobis autem illud etiam considerandum est, quàm dignus Dei appellatione ille sit, qui non ad Philosophiam, sed ad malas artes homines hortatur.

Quod Apollo nonnunquam mentiri se fateretur. Cap. IIII.

Porphyrius autem mentiri quoque deos fatetur, exquisitam futurorum cognitionem dicens, non hominibus solum, sed multis etiam deorum incomprehensibilem esse, unde interrogati, non sponte mentiuntur, inquit. Quare prædicere solent, non posse uere se respondere: homines autem ex amenia per seuerantius cogunt ut respondeant. Apollo igitur Delphicus cum huiuscemodi cœli ac continentis affectio esset, ut uerum præuidere non posset, Retine, dicebat per uatem, uim istam, & potentia uerba hæc non proferas: falsa dicam, si coges. Et in alio responso: Nihil hodie, inquit, stellarum mihi uia dicendū præstat. Deinde concludens ait: Manifestum iam fecimus, unde falsitas ad deorum oracula subrepat. Hæc Porphyrius. Nos autem dicimus, hinc patere nihil in deorum oraculis diuinum fuisse. Quomodo enim Deus, qui natura ueritas est, mentietur: aut quomodo boni daemones falsitate quærentes fraudabunt: quomodo etiam homine superior erit, qui stellarum motum impeditur? Sed mortalem quidem hominem, cui aliqua cura uirtutis sit, nulla ratione cogi posse ut mentiatur, non dubitamus. Nam si etiam uerbera & eadem minaberis, non dubitabit exclamare: Ensem acue, ignem afferas, corpus meum incidas, totum cremato: stelle in terram ante descendent, & terra in cœlum ascendet, quam falsum à me quicquam audias. Deum autem aut bonos daemones ad continentis cœli necessitatem ignorantiam suam referentes credemus minime.

Quod falsa est opinio de fato. Cap. V.

Cœlum hominis animi non cogit.

Non enim dii aut boni, sed perniciosi aut nequam daemones sunt, qui libertatem nostram destruxerunt: & stellis non exteriora solum, uerum etiam uoluntates nostras cogi nobis persuaserunt. Quod si esset, iaceret omnis philosophia, iaceret pietas, nulla esset laus uirtutis, nullus fructus laborum, nec puniendi essent improbi, nec admirandi studiosi, si non libera uoluntate & nostra sponte susceptis laboribus, sed necessitate fatorum hæc herent. Ita uniuersam hominum uitam hæc euerit opinio. Nam si euentura omnino sunt prospera uel aduersa unicuique hominum, estque necesse hæc me agere, & te illa, quid oportet cura laboreque conficere? Nam si qui in militiam ire cupit, non sponte, sed fatis coactus id cupit, & latrones similiter ac adulteri ceterique nequissimi homines, & econtra modesti & iusti fatis compelluntur. Quomodo igitur hoc dogmate imbutus quisquam momenti ac præcipienti mentem adhibebit: aut quomodo non exclamabit, Non sunt potestatis hæc mea? o doctor, ac ideo quid oportet sollicitum esse, nisi etiam fatis hæc mihi sollicitudo destinata sit? Quod si docendi præcipiendique tibi necessitas instat, frustra tamen doces ac præcipis, Faciam enim si fata uolunt, imò uerò laborandum mihi non est. Ad erit enim mihi necessario quod fatatum est. & profecto, qui hortatur & docet, qui peccantes castigat, & probos commendat, is re ipsa liberum nobis arbitrium inesse ostendens, solo fatorum utitur nomine: similiterque facit, ut si quis bonitatem naturæ, qua uniuersa gubernantur, nequitia appellet uocabulo eodem enim certe pacto cum manifeste omnes non aliunde, sed à libera nostra uoluntate admonendos filios, castigandosque seruos iudicamur, & sponte nos aliud uelle, aliud nolle cognoscamus, uehementer errat, qui hæc necessitate fatorum fieri contendit, & studia hominum retrudit. Exhortatione namque atque doctrina bene uitam agi humanam uidemus, quæ omnia unâ cum legibus, hæc opinio si sibi constet, radicitus euellet. non enim erit opus aut peccantes castigare, si quidem coacti fecerunt, aut honores probis uiris retribuere: quæ utraque profecto uidemus magnam uim alterum ad improbitatem reprehendendam, alterum ad probitatem amplexandam retinere. Pietas enim in Deum nonne

Exhortatione non fatis castigatur humana uita.

nonne funditus eueritur, sic nec ipse Deus nobis, nec pia orationes & cultus eius necessitate uinctis hominibus potest prodesse? Quomodo autem cum sentiamus nostra nos appetitione moueri, non omnino amentissimum erit ab exteriori quadam ui, quasi animi expertes moueri nos credere? Sic enim libera uoluntate alia fugimus, alia sequimur, ut quemadmodum dolere, gaudere, uidere, audire non ratiocinando, sed re ipsa comprehendimus: ita à nostro ipsorum consilio, aut fugiendum aut sequendum moueri nos profecto sentimus. Quas ob res rationalis naturæ libertas iure negari non potest. Si autem multa præter uoluntatem eueniunt, quibus nonnulli turbantur, distinguenda res elegantius est: considerandumque diligentius: qua ratione fiant: uidebimus enim non fatorum, sed alia quadam atque sublimiori prouidentie ratione ita fieri. Agere igitur altius rem consideremus. Uniuersa igitur diuina prouidentia existere ac gubernari, uera pietatis prædicant iura: propria uerò ratione singula secundum formas suas quædam habitu, quædam natura, quædam sensu, alia ratione ac iudicio & uoluntate mouentur: & alia quidem antecedente ratione facta, alia uerò consequente ad ea quæ per antecedentem producta sunt, uarium totius atque diuersum constituunt ornatum. Cumque singula rerum, genera propriam naturam determinatamque fabricant à prima causa consecuta sint, hinc liberatis quis naturam rationem facile perspiciet: cum enim non simplex quædam res homo existat, sed à duobus contrariis animo atque corpore consistet: cumque corpus ex consequenti, ut organum animo attributum sit, anima uerò de intellectu substantia prædicente sit ratione creata, & illud quidem, irrationale, corruptibile ac mortale, hæc autem rationalis incorporea atque immortalis, cumque corpore beluis animo rationali immortalique naturæ coniugamur, iure ita compositum hoc animal cum simplex natura sit, dupliciter diuersaque uia uiuendi rationem complectitur. Nam & naturæ corporis seruit, & diuiniorum partem, si seipsum cognouit, non spernit libertatis suæ cupidum, ita idem & seruit & liberum est. talem enim à Deo corporis atque animæ, quibus ipse seruit rationibus, coniunctionem homo consecutus est. Si ergo quisquam quæ corporis aut animi naturæ sunt, fatis uocabulo abusus necessitati subijcit, uehementer errat. si enim necessitas, quæ impediri non potest, fatum esse intelligitur, multo uera animæ & corporis naturam consequentia impediuntur, infinitaque forinsecus præter naturam & animæ & corpori accidunt, quomodo fatum & natura idem atque uerum erit? Fiunt enim in nobis multa uoluntate, quæ in nobis est, cuiusmodi sunt, quæ secundum naturam animæ appetimus. Multa etiam corporis naturæ sunt, alia illius animo dico & corpori accidunt, quæ alijs natura conueniunt, sed neque animi libertatem, neque corporis naturam, neque quæcumque forinsecus accidunt, iure quisquam à causa subtrahat. Causa uerò omnium, & quæ libertatis nostræ sunt, & quæ naturæ corporis sunt, & quæ accidunt extrinsecus Deus est, à quo uniuersa quæ sunt producuntur. De omnibus enim quæ sunt scriptura id dicit: Quonia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Si ergo cum alia uolumus, alia præter opinionem accidunt nostram: meminisse tunc debemus coniunctionis huius nostræ, quæ corpore atque animo constat, unde rationalis atque intellectiua anima in infantis corpore præter naturam suam irrationalis esse uidetur. & intellectus agrotatione corporis uersus insanit: & senectute instrumentis omnibus internectis, intellectiua animæ uirtus heberatur. Dolores rursus præter naturam uehementius corpus urgentes, libertatem animi desiciunt: quæ doloribus uicta, corpus consequitur. ita patet, inuitabilia quædam uincula liberati animæ partim à natura corporis, partim ab exterioribus imminere. Sed uoluntas hominis ad tantum uirtutis interdum peruenit, ut & naturæ corporis & exterioribus cunctis resistat. Corpus enim plerumque ad uenerem fertur, & anima habens utens rationis subigit corporis impetum atque domat: fame, siti ac frigore corpus conficitur.

Causa omnium Deus.

Corporis impetus animi domatur.



citur, & remedia quaerit. At uoluntas e contra, ea ipsa nonnunquam eligit, & ieiunio ceterisque laboribus appetitum carnis frenat. Præterea natura corporis titillatione gaudet uoluptatum, & uoluntas laborem plerumque amat. Multi autem peiora secuti, naturalem usum ad eum, qui præter naturam est, conuertunt masculi in masculos turpitudinem operantes. Ita non in omnibus ratio uincitur, sed interdum ipsa ducit, interdum autem ducitur: adeo, ut nonnunquam cum mori melius quam uiuere iudicauerit, proprijs homo manibus seipsum interimat. Si ergo solummodo ad corpus sibi uniuersa esset concertatio, non magna bene uiuendi esset difficultas. Nunc autem cum hanc uitam Deus inter multa constituerit, inter homines, inter beluas, inter ignem etiam atque aquam, continentemque aera, non est sibi solummodo pugnam aduersus coniuictam corporis naturam, uerum etiam ad infinita penè exteriora. Crebra enim etiam ciborum & continentis temperies, aut e contra, frigora estus, aliaque huiusmodi complura natura quidem facta, nobis autem per accidens ingruentia non parum propter corporis naturam, que non facile potest exteros sufferre, uoluntatem hominis perturbant. Ad hæc illi, quibus cum uiuimus, uoluntatem plerumque nostram rationibus, aut quouis alio modo ad suam conuertunt, & alias meliorem, alias peiorem efficiunt. Solet enim conuersatio praua nocere, sicut e contra bona prodesse. Bonos quippe mores conuersatio mala corrumpit, uelut etiam prauis mores proba conuersatione corriguntur. Sic igitur rationalis animæ uirtus huc atque illuc ab exterioribus fertur. Rursus autem uiribus suis diuinis aliquando superat cuncta, & inuicta robore philosophatur. Quid dicam, quod quibusdam seculis excelsa magnoque animo homines & robustissimis corporibus abundarunt, nonnullis e contra, quæ omnia gubernationi totius aptissime congruentia quam maximum ornatum uarietate rerum faciunt. Omnibus autem simpliciter tam his, quorum nos sumus causa: quam his, quæ aut natura fiunt, aut extrinsecus accidunt, una omnipotens atque omnia penè trans prouidentia Dei præsidet, quæ uniuersa inaccessibilibus gubernans rationibus, multa etiam eorum quæ natura fiunt, commutat auxiliisque affert, ut ea quod nos sumus causa & eligamus, & operemur. His omnibus tripartito, ut diximus, diuisis, in ea quæ in nobis sunt, in ea quæ secundum naturam, & in ea quæ per accidens fiunt, omnibusque istis ad uoluntatem Dei reductis, nullum locum fatorum possidet ratio. Hinc etiam unde malorum scaturiat fons aperitur, qui nullum locum habet in his quæ secundum naturam, aut corpore, aut animo fiunt, sed nec in his quæ forinsecus accidunt. Solummodo autem in libero animi motu, quando non secundum naturam, neque recte mouetur, sed a regia exiens uia, sponte (Dominus enim sibi ipsi animus est) præter naturam fertur. Cumque præcipuum honorem à Deo acceperit, ut liber sit, & sui motus iudex, diuina quædam lex iniuncta sibi naturaliter est, quæ in ipso anteriore recessu exclamat, Via regia proficiscaris, noli ad dextram aut sinistram declinare. Via erga regia recta est, quam unicuique animæ quasi natura insitam legem auxiliatricem ad opus creator nobis instituit. Sic per legem rectam ostendit uiam, per potestatem uero liberam effecit, ut in ipsa essent uirtutis præmia sine uel aliqua eligere, cum possit etiam contraria malè. Ita si proprio motu naturalem despexeris legem, fons uitiorum sponte, non aliunde, neque ulla necessitate, sed libera uoluntate atque iudicio facta est. Eligentis igitur culpa est, Deus uero inculpabilis est, nec enim prauam Deus aut naturam, aut substantiam animæ creauit. Cum enim ipse bonus sit, bona sunt omnia quæ ab eo creata sunt. Bona igitur sunt omnia, quæ natura insunt. Unicuique rationali animæ liberum arbitrium natura inest, bonum ergo est id ad eligenda bona creatum, ideo quando malè agit, non est natura culpanda: non enim natura, sed præter naturam malam agitur, cum sit electionis deprauata, non nature opus. Cum enim uirtus ad eligenda bona inest, si ea non eligit, sed sponte melioribus

spiciatis,

spiciatis mala imitatus sequitur, quis potest eum dicere morbi sui causam non fuisse, præsertim cum in uitam atque salutarem legem uolens contempserit. Qui ergo istis omnibus reiectis, à necessitate motuque stellarum omnia deprehendere putat, nec nobis, sed uirtuti qua omnia mouentur, peccandi causam tribuit, is quomodo non impius atque amens erit? Nam si fortuna & casu absque aliqua prouidentia fieri omnia opinatur, impietatis crimine reus mente captus quoque uidebitur, quoniam pulcherrimum rerum omnium ordinem non perspiciat. Sin uero prouidentia Dei & optima ratione cuncta gubernari fateatur, quoniam tamen non peccare uoluntatem delinquentes concedat necessesse est, causamque dictorum diuinæ attribuat prouidentie, mutato uocabulo necessitatem & fatum ipsam appellans, impius profectò iudicabitur, imò uero pessimus omnium, qui à creatore uniuersi, alios ad adulteria, alios ad rapinas, alios ad alia uitia impelli arbitretur. Vnde sequitur, aut hæc peccata non esse, aut peccandi causam in creatorem referri. Nam siue cum uideat uniuersa, cum istisque adsit, peccare homines cogit: siue stellarum motui uim cogendi concessit, ipse certe aut per seipsum, aut per orbem cœlestes, quasi per organum nolentes homines ad uitia immittit, quare non iure homo, sed creator eius peccator erit, quo dogmate nihil sceleris excogitari potest. Ita qui fatorum necessitatem esse credit, is aperte Deum & prouidentiam negat: ueluti e contra, qui Deum uniuersis præesse putat, uim fatorum omnino destruit. At enim idem est Deus quod fatum, aut diuersum. Idem certe non erit. Nam si seriem causarum inuictabilem cœlestium motu effectam fatum esse opinantur, quomodo elementa corporea, unde cœlestia etiam constant, priora fato non erunt? & quomodo quod elementis et cœlo posterius est, idem erit quod prima causa? Quod si elementa & rationis & animæ expertia sunt, Deus autem incorporeus & uita & sapientia est, rebus omnibus & ut sint, & ut bene sint, bonitate sua largiens, non erit profectò unum ac idem Deus & fatum, quod cum cœlestia corpora conquantur, eorum accidens est. Si ergo diuersum, quærendum utrū melius Deo est, an non. Sed nihil Deo melius, nihil potentius excogitari potest. Vincet ergo Deus, superabit exterminabitque omnino fatum: aut si patietur ipsum extare, cum possit uim eius malignam compescere, ipse ad seipsum malignitatis causam attrahet. imò uero si quidem creator omnium Deus est, fatum quoque ab ipso productum est. Ita nullæ uidebitur sibi curæ uniuersum esse, cum tamē ab ordine rerum & alterius ad alteram affectionem, & ab his quæ à libera potestate animi fiunt, à parte prouidentie pateant effectus. Nam etsi nullæ quædam partim corporis, partim externarum rerum, animum plerumque à uirtute repellant, ad omnia resistit, & inuicta diuino auxilio, libertas humana euadit, quæ res certamine martyrum, qui pro euangelica doctrina cuncta libere subierunt pericula, comprobatur. Infiniti penè homines, non solum Greci & Barbari, uerum etiam mulieres, teneræque puella intrepide cruciati omni superato, libenter à corpore abierunt. Nec quisque poterit fatorum necessitati hæc accommodare. Quando enim aliàs talia cœlestium motus effecit certamina? aut quando uita hominum ante Saluatoris nostri doctrinam tales luctationes proposuit? Vbi autem doctrina huiusmodi unquam fuit, quæ prauam superstitionem deiceret, & cognitionem ueri de omnibus immitteret? Quis autem sapiens unquam potuit doctrinam suam ad uniuersum orbem dispergere, & Deus uel ab omnibus uel à pluribus credi? Quod si hæc nunquam fuerunt, non est certe causarum series, & fatalis necessitas omnium horum causa. Nam si esset, profectò alius quoque eandem aut similem stellarum necessitatem nascens habuisset. Quibus porro fatis, Saluator noster Deus uerus per uniuersum orbem prædicatur, & qui apud Græcos uel apud Barbaros deum putabantur, non alia re quam prædicatione nostri Saluatoris deiciuntur. Quod uero fatum uniuersi creatorem ipsum esse confirmauit, qui nullam esse fatorum uim docuit, atque docet, quomodo

Fatorum necessitas Deum excludit.

g do igitur



do igitur ipsum fatum non esse, seipsum praedicat. Qui autem praedicationis euangelicae gratia uel certarunt iam multis annis, uel etiam nunc certant, quo modo ad unam uoluntatem & fidem, & ad eandem uirtutem animi uiuedicq; rationem diuersis temporibus, & tam multi nostra memoria compulsi sunt. Quis mentis compos credere unquam poterit iuuenes simul ac senes, uiros & foeminas, seruos & liberos, doctos atq; indoctos non in uno climate orbis, nec in eadem hora natos, sed ubiq; terrarum et diuersis temporibus factis coactos, unam & eandem, nouam atq; inauditam doctrinam, & quidem cum periculo mortis patrijs ritibus anteposuisse, & uerae philosophiae dogmata duritiam uiuendi, quam delicias maluisse? Caecus profecto de his, ut trito pro uerbo dicitur, recte iudicaret, non necessitate, sed libero haec fieri arbitrio.

Ipsorum gentium philosophorum uerba, contra eos qui fatum esse opinantur. Cap. VI.

PLura dicere possem, sed quoniam suis testibus gentes, non argumentis nostris confundere institimus, Oenomaum rursus audiamus, qui magno animo in libro de Maleficis artificibus, his aduersus Apollinem uerbis utitur: Sed eas igitur in Delphis tu, neq; possis tacere cum uelis, sic Iouis filius Apollo uult modo, non quia uult, sed quia necessitas uelle ipsum compellit. Videtur autem mihi, quoniam in hunc sermonem deductus sum, de potestate nostra, quam fundamentum humanae uitae multi appellant, diligentius quaerere. hanc potestatem nos libertatem nuncupamus. Democritus autem, si bene memini, atq; Chrysippus, alter seruam, alter semiseruam pulcherrimam omnium humanorum rem conatur ostendere: de quibus tamen non multum curandum est. Quod si Deus etiam aduersus nos est, quid faciemus? Sed non est equum, uel Apolline repugnante, ueritatem prodere. Christo enim Chironis sic respondit: Patria relicta, Bubaeam pete, ubi fatatum tibi est urbem aedificare. Quid ais o Apollo? An non est potestatis mea patriam relinquere? quod si mihi fatatum est tibi urbem aedificare, siue tu consulas, siue non, & siue ipse uelim siue nolim, omnino faciam: eritq; mihi necesse, etiam si nolim. Sed forte melius est tibi, quam rationibus credere. Aliud igitur afferas, nuncia Parijs o Thelesicles in Aeria urbem sibi condendam fore. Nunciarem inquam etiam si tu non praeciperes, quoniam fatatum est. Aeriam autem Thasum insulam Archilochus Thelesicles filius prius appellatam fuisse docuit, & Parijs coloniam illam mittere persuasit, qui uidelicet nunquam id fecisset, nisi tu iussisses. Cur igitur fatatum erat? Sed quoniam ociosus sumus, age nunc mihi responde. Sumus ne ego ac tu aliquid? Sumus certe, respondebis. Qua ratione id ita iudicabis? Non aliunde uidelicet quam sensu, perceptione q; quadam nostra. Quod porro quomodo cognouimus animalia nos & ex animalibus esse? Ut ego quidem dico, homines ex hominibus, alter maleficus, alter malefici redargutor. Ut uero tu diceret, alter homo, alter Deus, & alter diuinator, alter sycophanta. Quod tibi facile concedam, si rationibus ita mihi esse ostendes. Quid ais? An non recte iudicauimus sensu ac perceptione nostra illud intellexisse? Nam si non ita se habeat, quomodo aliquis ad Delphicum oraculum ueniat, nisi sentiat intelligatq; alicuius se rei indigere? Quomodo autem Chrysippus qui se in seruitutem induxit, id quod dicebat intelligebat? aut quomodo uel cum praesente Archelilao disputat, uel ablente Epicuro, respondet, si nec quid sit Archelilaus, nec quid sit Epicurus omnino percepit, nec percipere potest, imo uero nec quid ipse sit? Si haec aduersus uos quispiam diceret, nullo modo ferre possitis. Quare o Democrite, & o Chrysippe, & tu o caelestis diuinator, si molestum uobis uidetur, cum quis intelligentia atq; sensum eripere a nobis conatur, nonne nos quoq; molestum ferre debemus, si magni sensum & mentem uestram putatis, nobis autem fati necessitatem nescio quam incurtiatis, qui alius uestrum a Deo esse asserit, alius ab atomis deorsum latis, ac inde sursum reper-

culsis,

A culsis, que modo coniunguntur, modo resoluuntur, fieri contendit: cum aperte eo sensu ac mente, quo nos aliquid percipimus, nec fugit nos quantum interest inter ambulare ac ferri, aut inter uelle atq; cogi. Quorsum haec? quia haec nescire uidearis o Apollo, quae nam sint ea, quorum domini sumus, quae a nostra uoluntate dependent. Haec certe uoluntas nostra non paucarum rerum principium est. Tu autem cum omnia scias, hoc principium ita te latet, ut quae hinc sequuntur, nullo modo scire iudicatis. Nonne igitur imprudens es, qui Laio respondisti, quia interim eum a filio fatatum esset? Ignorasti quippe, quia uoluntatis suae dominus nasciturus filius foret. Illud porro ridiculum est, coniunctionem nescio quam esse causarum & seriem. Utuntur autem sapientiores ratione quadam Euripidis. Laium enim aiunt dominum sui fuisse, siue uellet filium procreare, siue nollet: filio uero nato, necesse fuisse ab eo interfici: quare potuisse id recte Apollinis providentia percipi, uerum filius quoq; sicuti & pater suae uoluntatis erat. Et quemadmodum ille dare operam liberis, & non dare, sic iste interficere & non interficere poterat. Huiusmodi sunt omnia responsa Apollinis, qui etiam apud Euripidem ad Laium dicit: Vniuersa tua sanguine conuertit domus. Series igitur causarum quae nam fuit? Caedes patris antecessit, & anigmatis solutione matris nuptias consecutus est filius. Adhaec alter nepotum regnum rapuit, alter profugus Adraasti filiam in uxorem duxit. Vnde septem duces ridiculose mouentur, quae series ista conglutinauit. Nam si Oedipus regnare uoluisset, aut locastes nuptias repulisset, quomodo maledictionem illam Euripideam in filios edixisset? Preterea si Oedipodis filij conuenissent simul, uel uicissim regnare: uel si qui profugit, non ad Argos, sed in extremas terrarum oras abiisset: uel si cum in Argos uenisset, Adraustus ei filiam non dedisset: uel si uxore ducta, in patriam reduci non curasset: aut si cuperet quidem ipse, Adraustus uero & ceteri duces contempsissent: aut si cum parati ad pugnam Thebas petissent, timore percussus frater cum fratre conuenisset, quomodo uniuersa domus corruisset? Sed facta omnia sunt ista, dices. fateor. Non enim rem, sed seriem istam rerum necessariarum pernego. quamcumq; enim rem mihi obtuleris, simili quodam pacto eam incidere potero: ac ita ostendam, nullam esse in rebus necessariam seriem. Quippe cum singula principia, & causas rerum agitabilium libere homines mutare possint, an non intelligis, quia & asinus & canis & pulex proprio appetitu mouentur? Quae omnia tu nullo modo sentire uideris Apollo. Tibi Iupiter dedit, Locro respondisti, dabitq; mala. Non recte o Apollo, non iniuriantem hominem tam maledij tractant. Cur enim Iupiter huius necessitatis autor nos ac seipsum non puniat? Ipse quippe necessitatem agendi nobis imposuit. Cur ergo nos plectimur, qui huic seriei resistere nullo modo possumus? Tu quoq; ipse uaticinandi inanem artem deponere. Erit enim quod fatatum est, etiam si non predixeris. Lycurgum autem illum qua ratione laudasti o Apollo? Nam si bonus erat, non illi hoc, sed satis tribuendum. Si enim omnia necessitate agimus, ut tu praedicas, non sponte, sed ui bonus erat. Quasi quispiam mente captus formosos laudet, & deformes uituperet. iure namq; neque homines dicere possunt: Noluit nos o Iupiter bonos esse, imo uero etiam coegisti prauitatem amplecti. Tibi autem o Chrysippe atq; Cleanthes nulla laus attribuenda est, si boni fueris, ita uirtutem quidem laudabo, uos autem minime. Quare Epicurum quoque non dignum fuisse assero, quem opprobrijs peteres. Mollem atq; inuitum appellas eum o Chrysippe, qui iuris sui non fuit? Haec quomodo dicetis, si sponte ipsum peccare non credebatis? Haec Oenomaus, qui tibi si non satisfacet, reliquos philosophos perlegere non graueris. Multi enim atq; insignes aduersus huiusmodi dogma scripserunt. Inde igitur aliqua, quoniam niam multi tam docti quam indocti falsa opinione tenentur, sumere statui.



Primū igitur Diogenianum aduersus Chrysippum audias. Chrysippus enim & nos causam esse agibilem, & omnia fieri fato contendens, Homeri testimonio utebatur. quod parum fuisse ab eo intellectum, Diogenianus ostendit. Sed Chrysippi quædam prius ponemus, qui in primo de Fatis libro, necessitate omnia fieri autoritate multorum arguit, & demum Homerum inducit dicentem:

Quæ data forte mihi est nato fors me inuida presit.

Quæ nato inuoluit filis sibi Parca seueris

Quum mater peperit illum. Et alibi

Non est qui fixas Parcarum auertere leges,

Effugere aut possit.

Non recordabatur enim, inquit, contraria istis alibi Homerum cecinisse, quibus ipse Chrysippus in secundo libro tunc usus fuit, cum multa etiam à nobis fieri ostendere uolebat. quid enim clarius atque acrius illis? Ut caderent tribuit sua certe amentia causam.

Et rursus:

Quam falsò accusant superos stulti queeruntur,

Mortales etenim nostrorum causa malorum

Nos sumus, & sua quemque magis uecordia lædit.

His enim & horum similibus non esse cuncta necessariò & fati faciunda nobis probatur: quamuis etiam ab illis carminibus parum ab Homero Chrysippi dogma confirmatur. Non enim omnia, sed nonnulla, fato fieri uerbis suis Homerus significat. Cum enim dicit,

Quæ data forte mihi est nato fors me inuidia presit: Non omnia profectò, sed mortem fati ac necessariò euenire ostendit. hoc ipsum etiam illud uult,

Quæ nato inuoluit filis sibi Parca seueris. Non enim omnia, sed quædam fato destinato necessariò sibi euentura confirmat. Illud quoque ab Homero optime dictum est, Non est qui fixas Parcarum auertere leges, Effugere aut possit. Quis enim potest quæ necessariò impendent effugere? Non ergo suffragatur Homerus Chrysippo, uerum etiam refragatur. Ille namque apertissime à nobis multa fieri prædicat, necessariò autem cuncta fieri, nunquam ab eo dictum est. Chrysippus uerò necessitate fatum cuncta fieri conatur ostendere. Et ille quidem cum poeta sit, non pollicetur ueritatem rerum docere, sed uarias hominum opiniones plerumque ponit: unde non est alienum ab eo, contraria nonnunquam dicere. Philosophis autem & contradicere, sibi ipsis turpe est: & poetarum uti testimonio magis, quam ratione, turpissimum. Putat autem insolubilibus uti argumentis expositione nominum. Fatum enim dicit dictum quoddam determinatumque diuinitus esse. Parcas autem è contrario, quoniam nemini parcant. Sortes, quia ita sortitum unicuique sit, ac ideo tres esse Parcas arbitrantur, quia tria sunt tempora in quibus omnia inuoluuntur. Lachesisque dictam esse, quia *λαχέριον* græcè, euenire per sortem designat. Atropon, quia uerti non possit. Clotho, quoniam contorta & coordinata omnia teneat. hoc enim nomina ipsa græca lingua ostendunt. His nugis fatalem putauit necessitatem demonstrasse. Ego autem fati mirari non possum, quomodo nihil se penitus afferre non sentit. Significant enim nomina quemadmodum exposuit, positaque ab hominibus sint ea de causa. cur igitur ô Chrysippe uulgares ubique opiniones sequeris? An forte, quia omnes uulgò ueritatis perspicaces tibi uidentur? Quomodo igitur scripsisti neminem esse hominem, qui non æque ac Orestes & Alemæon insanat, præter solum sapientem? Deinde addis, unum uel duos, aut admodum paucos sapientes fuisse, opinio: nescis multorum de gloria, de diuitijs, de regno, de uoluptate, quæ omnes penè bona arbitrantur, tanquam uulgares refutandas ducis. Aut quomodo omnes penè

Quid fati,
Parca, Sortes.

leges

A leges male positas à rebus publicis putas? Cur autem tam multos etiam libros conscripsisti? Non enim docendi sunt, qui falsas opiniones non habent, nisi forte rectè tunc omnes opinari dicas, quando tecum conueniunt. Cum uerò diuersa quam tu putant, tunc furiosos appelles. Nam cum te sapientem non nomines, non erit nobis argumento, rectè illos sapere qui tecum conueniunt. Deinde quare omnes furere dixisti, cum laudare quasi sapientes, quia te sequuntur, debuisses? Ad hæc etiam si non furere illos ego asseram, cum tamen à sapientia longè absint, ridiculosum est propter pollutionem nominum eorum uti testimonio, quos non præstantiores teipso, neque sapientiores arbitraris, nisi forte eos, qui ab initio hæc nomina excogitarunt, sapientes fuisse contendas. quod ostendere nullo pacto poteris. Sed sic ita, quomodo ergo nominibus significatur, omnia simpliciter fati fieri, & non ea solum quæ fatata sunt? Nam & Parcarum numerus, & nomina ipsarum, & fufus, & glomeratum in eo filum, cæteraque huiuscemodi, inuitabilem à seculo determinationem causarum ostendunt. Quæ tamen necessitas earum rerum solummodo est, quæ necessariò euentura sunt, quæque aliter accidere non possunt. Quæ uerò non quas infinitas esse scimus, earum alias dijs homines attribuerunt, alias uoluntati nostræ subiecerunt, alijs natura præest, alijs fortuna: quam mutabilem atque ineffabilem esse uolentes, præsci homines significare in pila sedentem depingunt. An hæc omnibus ita esse non uidetur? Ita quæcunque fato aut fortuna fiunt, omnia diuinitus fieri arbitrantur: quæcunque autem nos agimus, nostræ uoluntati attribuunt. Quare uides, non attestari tibi uulgarem hominum opinionem, sed potius repugnare. Paulo post deinde ait: Sed in primo quidem libro huiusmodi demonstrationibus utitur Chrysippus, in secundo uerò repugnantia opinioni suæ soluere conatur, quæ nos incipientes conscripsimus, utputa studia hominum retundantur, nec laus aut uituperatio mouere hominem poterit. Quare in secundo libro ait, manifestum esse multa fieri à nobis: quæ tamen ad gubernationem totius referantur, ea fatata esse. Utitur autem huiusmodi exemplis: Non, inquit, simpliciter fatatum fuit, uestem te non posse amittere, sed si eam diligenter custodieris, ab hostibus quoque non capite, fatatum est, si hostes caueris. liberos quoque habere fatatum, si uxorem uolueris cognoscere. Nam ut si quis diceret Milonem, inquit, pugilem intactum fataliter certamine abiturum, non rectè arbitraris, si iuctaturum eum putares. sic & in alijs res se habet. Multa enim sunt quæ fieri non possunt, nisi nos quoque studium conferamus. Ita enim fatata sunt, si nos uoluerimus. Miranda profectò est huius sermonis inconstantia. Nam quemadmodum dulce amarum, & nigrum albo, & calidum frigidum, contrarium est: sic & fatum libertati nostre contrarium. Nam quæ fatata sunt, siue nolis, siue uelis, omnino fiunt. Quæ uerò in nostra potestate sunt, ea sicut uolumus diligentia nostra disponunt. Si ergo diligenti obseruatione in ea factum est, ne uestem amiserim: & liberi nati, quia uxorem cognoscere uolui: nec captus ab hostibus, quia fugi: & intactus à gymnasio recessi, quia certare nolui: quomodo fatata hæc erant? Nam si fatata erant, nihil uoluntas mea contulit: & si contulit, non fatata. Non possunt enim hæc simul conuenire. Fatata, inquit, hæc sunt: nam uoluntas nostra fati continetur. Quomodo inquam fatata sunt, si meæ potestatis est pugnare, & non pugnare? Sed non contineri fati uoluntatem nostram, uerbis quoque suis aperitur. Habebis enim filios, inquit, si uxorem cognoscere uolueris: si nolueris igitur, non habebis. Hæc ita dicere in rebus fatatis non possumus. Non enim morituros omnes homines, aut non morituros, si hoc uel illud fecerint, sed simpliciter morituros dicimus: susceptibilesque doloris esse simpliciter dicimus, siue uelint, siue non. Quare patet, quando aliquid fit, quia nos operam dederimus à nulla causa contineri, sed nostri id esse potestatis, quod si ita est, nulla serie causarum à seculo continebatur, nisi fors ipsum quoque

Fatum &
arbitrium liberum
contraria.



uelle ac nolle fatatum in nobis sit, ut necesse sit uelle aut nolle uxorem cognoscere. Nulla igitur in nobis potestas esset, nisi diligentia mea uestis saluaretur: & si amitteretur, omnis ego culpa profecto expers: quemadmodum nulla dignus laude, si saluaretur. Hæc Diogenianus. Nunc Aphrodisæum audiamus Alexandrum præclarum in philosophia uirum, qui in libro, quem de Fato ad Antonium edidit, his uerbis Chrylippi dogma refutat: Omnium quæ sunt, inquit, quatuor sunt causa, ut diuinus Aristoteles demonstrauit. Causarum enim quædam efficientes, quædam ad materiam reducuntur, quædam ad formam, quædam finales sunt. Finale autem causam dicimus, cuius gratia aliquid fit, quamuis enim non omnia quæ sunt, quatuor his causis egeant, nulla tamen res quaternarium causarum numerum excedit, uerum ut res apertior fiat, in re aliqua ista consideremus. Statuæ igitur causa efficiens artifex est, quem statuæ rium appellamus. Aes uero aut lapis, ut materia. Species uero aut forma, quæ huic subiecto ab artifice imponitur, etiam causa est. Nec istæ tres solummodo causæ sunt, uerum etiam non minus finis, cuius gratia facta statuæ est, ut uerbi gratia ad quædam hominem honorandum. Nam absq; aliqua huiusmodi causa non esset facta profecto statuæ. Cum igitur istæ causæ rerum sunt, ac inter se manifestissimè differant, quamuis in nonnullis concidere uideantur, fatum ad efficientem causam, non iniuria reducimus. Nam ad ea quæ fato fiunt, ita se habent sicut ars ad statuam. Quare si aperte uidere uolumus, utrum euncta, an quædam fatata sint efficiens nobis causa diligentius est consideranda. Omnium igitur quæ sunt, quædam alicuius gratia fiunt, cum efficiens ad finem aliquem tendens ea faciat: quædam nullius, ut barbæ tactus: manus nonnunquam extensio, & similia: quæ quoniam sine aliqua in intentione temere fiunt, omnino relinquenda sunt. Quæ autem alicuius gratia fiunt, alia natura, alia ratione fiunt. Nam & natura certo quodam ordine ad finem peruenit, nisi impedita fuerit. Cum autem finem consecuta sit, cessat motus. ratio etiam nihil frustra facit, sed ad determinatum semper mouetur finem. Ratione autem fieri dicimus, quando qui facit cogitatione quæ facturus est profectur, eaq; quæ sunt, quæ artificio, & quæ uoluntate fiunt. Inter hæc & ea quæ natura producuntur id interest, quod naturalia in seipsis principium atq; causas generationis habent, & fiunt quidem ordine, sed natura faciens nulla utitur ratiocinatione. Quæ uero arte ac uoluntate fiunt, foris habent motus principium, & facientem causam. nam ipsis productionis suæ facientis præ est cogitatio. Fortunam autem & eatum ad ea reducimus, quæ alicuius gratia fiunt. Differunt autem ab his quæ præcedenter alicuius gratia sunt, quoniam in illis quæ finem antecedunt, ipsius finis gratia fiunt. In casu autem atq; fortuna, quæ ante finem sunt, alterius gratia fiunt. Accidit autem eis cum alterius gratia fiunt quasi finis, quod à casu & fortuna factum est. Hæc cum ita se habeant, considerandum est, ad quas nam efficientes causas connumerare fatum debemus, an ad eas reducendum est, quæ nullius gratia: sed fatum ad finem aliquem tendere omnes dicimus, quamobrè in his quæ alicuius gratia fiunt, collocandum est. Hæc cū primùm ita partitus sit Alexander, multis deinde argumentis ostendit, nihil aliud esse fatum, aut fatatum quàm quod natura sit. Nullo enim modo, inquit, ad rationem & uoluntatem nostram reduci fata possunt. Præter naturam etiã fieri nonnulla ostendit, cum interdum accidat impedimèto quodam naturam detineri. Si ergo præter naturam quædam fiunt, profecto si natura fieri est fato fieri, fient etiam præter fatum. Videmus enim, inquit, corpora humana egrotationibus alijs aliud secundum particularem eorum naturam esse subiecta. nec sumus nescij huiusmodi naturam corporum dispositionem diligenti norma uiuendi, & medicorum arte & deorum cõsilio in melius uerti, quod similiter animo quoq; accidit. Nam præter naturalem inclinationem eius, quam complexio corporis habet, exercitio atq; doctrina melior saepe fit. Vnde cum physiognomon Zopyrus turpia quædam

quædam de Socrate & à uirtute ipsius aliena dixisset, ac à multis idcirco derideretur, Nū errat Socrates, respõdit Zopyrus, huiusmodi enim natura essem, nisi naturã philosophia superassem. Huiusmodi ergo, ait, esse, quibus natura præest, quæ naturalia nihil à fatis differre ostendit. A fortuna uero ea fieri ait, quæ nullo modo intendunt, quando alterius gratia quædam fiunt: & aliud accidit quod ab initio nec sperabatur quidẽ. ut si quis fodiens thesaurũ inuenit, cum huius gratia nõ foderet: & equus casu saluus, quãdo nõ huius gratia, sed alimenti cupiditate hostes fugiens, domũ redierit, quæ omnia fato non fiunt. Sunt autẽ, inquit, causæ quædam hominibus penitus ignotæ. Nonnulla enim suspensa morbos aliquos curare dicuntur, in quibus nullam certam habemus causam. Incantationes etiã maleficæ artes, quam causam habeant, incertum est. Sed præter hæc sunt quædam, quæ ad utrumlibet contingentia dicunt, quæ fato fieri omnino negamus: ut, mouere pedem, leuare supercilia, tacere, loqui, ceteraq; huiusmodi innumerabilia, quæ fatis fieri nullo modo dici possunt. Non enim quod fatatum est, contrariũ suscipit. Præterea cõsiliũ hominis frustra non est: esset autem frustra, si homo necessariò ageret quæ agit. Aperte autem id præter animalia cetera homo possidet, ut nõ similiter illis phantasiã sequatur, sed rationem habeat qua faciendã iudicet: cuius quidẽ usu ea quæ in phantasiã inciderunt, examinans, siquidẽ examinando probat, concedit phantasiã, & ad agendum mouetur. Sin uero improbat, eiicit, expellitq; ipsa rationi obtemperans: unde solummodo de his quæ agere possumus, deliberare soleamus. Et si aliquando nimia cupiditate non maturò quicq; cõsilio egerimus, temeritatis atq; spretii cõsilio crimine postea nos ipsos accusamus, omnes temeritas in nobis sit. Quod aut opinio quæ de fato habetur falsa penitus est, inde patet, quia etiã eius opinionis auctores & docent, & hortantur, & discunt, & confidunt. Incepit etiam, castigantq; sitos, quasi propria uoluntate peccantes. Plurima quoq; cõscribunt, quibus ad rectos iuuenes adhortantur mores: ueniamq; dignum putant, si quis inuitus peccat: sponte autem delinquentes, puniendos non negant. Quare uel secundũ ipsos hæc necessitas fati nulla penitus est, libertas igitur nostra natura inest omnibus. Plura tamen nõ esse nostræ potestatis cõcedimus, ut omnia, quæ natura uel fortuna fiunt, quæ nullis fatis subiecta dicere audebit. His ita nobis cõpendiose à summis philosophorũ sumptis, quæ diuinis nostrisq; scripturis astipulantur, opinionem uero de fato simpliciter redarguunt, non est alienũ aduersus etiã malignã Chaldæorũ astrologiam, quam ueluti disciplinam aliquam profitentur, nonnihil asserre.

Bardesanus & eodem. Cap. VIII.

Dicamus igitur non mea, sed ea quæ de Bardesanes uir genere quidem Syrus, doctrina uero cœlestium corporum omnium Chaldæorũ excellentissimus in dialogo, quem sciscitantibus amicis composuisse ait, hoc modo scribit: Natura homo nascitur, inquit, alitur, crescit, comedit, bibit, dormit, senescit, moritur: quæ omnia sibi cum ceteris animalibus cõmunia sunt. Sed bruta quidem cum animalia sint coniunctione procreata, natura omnino feruntur. Leo carnis est: saluti suæ propugnat, si quis iniuriam infert. Oues foenum edunt, carnes non tangunt, nec ab iniuria se defendunt. Scorpio aggerem comedit, & pestifero non iniuriantes stimulo petit. Formica natura duce hyemem suspicatur, idcirco summis laboribus futura sibi alimèta in estate recondit. Apes mel operantur, & melle nutriuntur. Plura mirabilioraq; possem narrare, sed hec sufficere arbitror ad intelligendũ natura fieri expertia rationis animalia, & secundum eam iucunde uiuere. Soli autem homines cum & natura ducantur, ut dictum est, mentem etiam & orationem quæ à mente profert, quasi præcipuum quoddam donum possident, quo non natura feruntur. Non enim unus cibus omnibus est, sed alij sicut leones nutriuntur, alij sicut oues.

Incantationes incerta habet causam.



Non est unus uniuersus uestitus, non mos, non lex, non unus uiuendi modus, non simplex rerum cupiditas. Singuli enim hominū propria uoluntate uitam sibi eligunt: nec uicinos, nisi quantum uolunt, imitantur. Libertas enim hominis seruituti subiecta non est. Nam etiā si spōtē seruiat, libertatis suæ id quoque est, ut possit cum uelit seruire. Multi hominum, ac maximē Alaneorum gētis, quali atrox bestia carnibus aluntur, panem non comedunt: non quia non habent, sed quia nolunt. Nonnulli carnes omnino fastidiunt, alij pisces solum modo edunt: nonnulli etiam si fame morerētur, pisces non essent. alij aquam, alij uinum, alij ceruisiam bibunt. Adeo multiplex atq; diuersa cibi & potus in hominibus est differentia, ut in oleribus quoq; comedendis conuenire non uideantur. Sunt etiam qui ueluti scorpiones aut aspides non læsi iniuriantur: & qui non iniuriantur quidem, sed læsi propulsant iniuriam. nonnulli tanq; lupi rapiunt, & sicut catæ furantur. alij tanquam oues sic omnia ferunt, ut etiā iniuria uexari perpetuantur. Vnde alios iustos, alios iniustos appellamus. His rebus apertum est, non natura in omnibus hominem ferri: una enim in omnibus natura est, hæc uerò diuersa, sed in quibusdam natura, in quibusdā uoluntate. Quare in his laudem uel uituperationem meretur, in illis autem ite inculpabilis est. Post pauca deinde subijci diuersas hominibus leges scriptas, & non scriptas in diuersis regionibus latas esse: e quibus, inquit, narrabo quāto melius possim. Apud Seras lex est, nec occidere, nec fornicari, nec furari, nec adorare simulachra: unde in illa regione nullum templū conspicitur. nulla mulier meretrix, nulla adultera, nemo fur, nemo homicida: nec uoluntate alicuius illorum ardentissima stella Martis, in media cœli constituta, ad eadē hominis coegit, nec Venus Marti coniuncta, ut alienam quispiam sollicitaret uxorem, potuit efficere. Atqui singulis etiam apud eos diebus, in mediū cœli Martem peruenire necesse est. & in tanta regione singulis horis nasci homines, nō negandum. Apud Indos autem & Bactros multa millia hominum sunt, qui Brachmanes appellantur. si tam traditione patrum, quā legibus, nec simulachra colunt, nec animatum aliquid comedunt: uinum aut ceruisiam nunquam bibunt: ab omni demum malignitate absunt, soli Deo attendentes. Aut ueram ceteri omnes Indi in eadem ipsa regione adulterijs, cæde, temulentia, simulachrorum cultu inuoluuntur, inueniunturq; ibi nonnulli, imò uerò gens quædā Indorū est in eodem climate habitans, qui homines uenantes atq; sacrificantes deuorant: nec ulli planetarum, quos felices ac bonos appellant, a cæde ac sceleribus istis prohibent: nec maligni Brachmanas pellere ad malefaciendū potuerunt. Apud Persas lex erat, filias, sorores, matres quoque ipsas in matrimonium ducere: nec in Perside solum, uerum etiam quicūq; Persarum ad alia climata orbis e patria exiuerunt, nefanda hæc diligenter matrimonia celebrant. quos alia gentes hoc scelus abominatæ Maguffeos appellant. Sunt etiam usq; ad hodiernum diem in media Aegypto, Phrygia, Galatiaq; plurimi Maguffei successione patrum, eisdem sceleribus contaminati. Nec dicere possimus in terminis, & domo Saturni cum Saturuo ipso in natiuitatibus omnium, Marte aspiciēte Venerem fuisse. Apud Getulos lex est, a mulieribus agros colli, ædes edificari, huiusmodiq; cætera opera fieri, & ad hæc ut quibuscumq; uelint, conueniant. nec a maritis accusantur: nec adulteræ appellantur, cum passim omnibus misceantur, ac præcipua aduenis. Asperrantur quoq; apud eos foeminae uniuersos odores, nec tinctis uestibus induuntur, & nudis omnes pedibus degunt: cū uiri apud eos econtra, & uestibus, & odoribus, & coloribus uarijs gaudeant, nec id mollitie faciūt. Fortes enim & bellicosissimi præter ceteras gētes sunt. nec omnes apud eos natæ foeminae in Capricorno, aut Aquario male affectæ Venerē habuerūt. nec uiri omnes in Ariete unā cū Marte cōstituta Venere nati sunt, quod fores simul & delicatos efficere uiros, Chaldeoꝝ nuge conclamāt. Mulieres in Bactris præstati ornatu atq; unguentis utuntur, & ab

Lex Serum.

Brachmanes.

Getulorum mores.

& ab ancillis & seruis multo magis quā carū mariti cultæ, singulari quadā pompa equitantes exeunt auro atq; lapidibus, phaleris equorū ornatis. nec calicē uiuunt, sed tam seruis quā conseruis permiscetur. nec a uiris accusantur, quippe cum eorum dominari uideantur. Nec Bactianarum omnium natiuitas, Venerē cum Ioue ac Marte in medio cœli & terminis Veneris habuit. Apud Arabes adulteræ omnes interimuntur, & suspectæ solummodo puniuntur. In Parthia uerò atq; Armenia interdū a iudicibus, interdum occisi a cognatis homicidæ necantur. Qui autē uxorem, aut filium, aut filiam, aut cælibem fratrem, aut innuptam sororē interfecerit, nec accusat quidem, lege nāq; ita sancitum est, cum apud Græcos & Romanos uideamus maiori supplicio parricidia expiari. In Atrijs qui aliquid uel minimū futurus est, lapidibus obruitur. In Bactris qui pauca furatur, spolis dedecoratur. Romanorum legibus uulneribus cæditur. Ab Euphrate fluuio usq; ad orientalem oceanum, cui cædes uel furtum obijcitur, non magno mœrore torquetur. Qui uerò pudorem masculi eripuit, si res in lucem uenerit, magnitudine ignominia seipsum interficere cogitur. Græcorum etiam sapiētes, speciosos sequi pueros non uerētur. In eadem orientis plaga parentes atq; cognati si cognouerit filios, aut agnatos turpitudini se subiecisse, & interficiunt, & sepultura tradere non dignantur. Apud Gallos autem pueri publice nubunt, nulloq; dedecore propter legem notantur. Nec est profectō possibile omnes, qui apud Gallos produnt florētatis, Venerem & Mercurium in domo Saturni & Martis termino occidentes habere. Multi apud Britannos unam uxorem habent. apud Parthos contra multæ foeminae unum maritum, casteq; omnes uiuunt, legibus obtemperantes. Amazones uiros non habent, sed tempore ueris fines suos egrediētes cum uicinis conueniunt. Vnde omnes naturali lege eodē tempore pariūt: masculisq; interfectis, solas foeminas alunt: bellicosæq; omnes similiter suos, magnam exercitationis bellicæ curam gerētes. Mercurius in domo sua cum Venerē a Chaldaeis efficere dicitur homines numularios, & qui fingere atq; pingere sciūt. In domo uerò Veneris unguentarios, uocem exercētēs, histriones actoresq; fabularum. At apud Saracenos & Mauros, in superiore quoq; Lybia, & exteriori Germania, & apud Sarmatas, & Scythas ceterasq; gētes, septentrionales ponti partes habitant, in Alania quoq; atq; Albania, Othene, Saunia atq; Aurea, nullus numularius, nullus pictor, non architectus, nō geometra, nemo exercēs uocem, nemo fabularū actor inuenitur: sed inanis omnino in tot tantisq; orbis terrarū partibus Mercurij atq; Veneris huiusmodi cōiunctio inuenitur. Omnes Medi canes, non parua alit cura, quibus moriētes homines adhuc spirantes projiciunt, neq; omnes in natiuitate diurna Lunam cum Marte sub terra in cancro habuerūt. Indi mortuos cremant, quibus cum spontē uxores concremant, nec omnes quæ spontē rogam mariti ascendunt, mulieres in natiuitate nocturna, Solem cum Marte in termino Martis in Leone habuerunt. Plurimi Germanorum laqueo gulam frangunt, nec est possibile omnes, qui ita se suspenderunt, interceptā a Saturno atq; Marte Lunam habuisse. Quid plura: singulis horis apud omnes gētes homines nascunt. Vbiq; autem leges atq; mores propter liberam hominis potestatem præualere uideamus, nec natiuitas aliqua nolentes Seras ad homicidiū cōpellit, aut Brachmanas ad esum carniū. nec Persæ a sceleratis nuptijs remouentur, nec Indi a rogatione Medi a canibus, nec Parthi ne multas ducāt uxores, nec ex castitate Melopotamienses foeminae: nec Græcia gymnasijs, ubi nudis corporibus exercentur: nec Romani ab imperando, nec Galli muliebria patiantur: nec gentes omnes, quas Brabaras appellamus, musarum cognitionem approbandam ducunt. Singulae namq; gentes, ut uolunt, & quādo uolunt libertate sua utuntur, legibus moribusq; obediētes. Naturā quoq; ipsam, quæ corpus homini tribuit sequentes, interdum spontē, sepius etiā coacti: suntq; ubiq; diuites atque paupere.

Amazones

Septem ora
bis climata.

pauperes, principes & subditi, sani & aegroti: nemoque ipsorum necessaria natiuitatis sorte haec consecutus est. Haec o Bardesane, quauis satis nos mouent, astrologi tamen terrarum orbem in septem climata partiuntur: & alius in alio climate planetarum dominari dicitur: diuersaque leges hominum a principibus politas, quos non aliena a legibus quas tulerunt, loca stellarum habuisse, non est impossibile. Non est o Philippe uera inquam haec ratio. Nam & si terram orbis septem partibus diuidatur, in singulis tamen partibus multas, nec septem solummodo septem planetarum instar, nec duodecim ad duodecim numerum signorum, nec facierum numero triginta & sex, sed innumerabiles legum differentias inueniemus. Repetere igitur debetis uobiscum crebro quae dixi. In uno enim Indorum climate atque regione sunt, qui a carnibus omnino abstinent, & qui uel humanas carnes deuorant. Et Magusseii non in Perside solum, sed ubicunque habitant, qui filiabus matrimonij iure conectunt, multaque Barbarae gentes, aliae meridiem, aliae occasum, aliae ortum, aliae septentrionales partes, diuersas & regiones & climata habitantes, nulla mercuriali scientia participat. Quot sapientes putatis malas leges sanxisse: quod leges necessitate solutas: quod uictores leges uictis dedisse: nec tamen stellarum aliqua proprium clima mutauit. Nostra memoria in Arabia Romani uincentes iruerunt: & Barbarorum expulsis legibus, suas seruari iusserunt. Sed exponam uobis, quod omnes facile ad hanc ueritatem adducere potest. Omnes Iudaei Moisaica lege in octaua die pueros circumcidunt, nec alicuius stella uel coguntur, nec regionis tempore impelluntur, nec alienis moribus, ut aliter faciant, inducuntur. Nam siue apud Syros, siue apud Galatas, siue in Italia, siue in Graecia, siue in Parthia, ubicunque sint, legem suam seruant, quod necessitate natiuitatis fieri nullo pacto potest. Non enim possibile est, eandem habere natiuitatem omnes Iudaeos. Praeterea una semper septem dierum ubicunque fuerint ab omni opere cessant, nec iter agunt, nec igne utuntur, nec genethliaca quaedam ratio coercet Iudaeum aedificare uel diruere domum, uendere aut emere illo die: atque multi eorum eo die nascuntur, multi aegrotant aut sanantur, multi denique eo die moriuntur. Haec enim liberi arbitrij non sunt. In Syria & Osroene, sicut etiam Gallia, & Phrygia matri deorum multi abscindebantur. deinde rex Abagarus omnium quoque manus, qui id agebant, abscindi iussit. nec quisquam postea in Osroene uirilia sibi amputauit. Quid autem dicemus de Christianorum secta, qui in omni parte orbis, imo uero in omni ciuitate inueniuntur: nec multas Parthi Christiani ducunt uxores, nec canibus mortuos obijciunt Medi, nec Persae filias ducunt, nec Bactriani & Galli matrimonia corrumpunt, nec Aegyptij Apin, aut canem, aut hircum, aut felem colunt, sed ubicunque sunt, alienis legibus & moribus uiuere, nec cogi possunt, nec genethliaca ratione, aut sua, aut principis alicuius impelluntur unquam, ut quae nephanda magister eorum duxit, facienda putent, sed paupertatem, labores, ignominiam, cruciatu intolerabiles sufferunt. Nam quemadmodum libertas nostra cogi non potest, sic corpus nostrum non facile potest pericula effugere. Et certe si omnia potestatis essent nostrae, nos essemus uniuersa: sin uero nihil possemus, aliorum essemus organa, nihil nostra uoluntate producentes. Deo autem uolente, nihil impediri potest, illius enim potestati cuncta subiiciuntur, qui unicuique naturae praecipuum aliquid largitus est. Homini autem illud dedit eximium, ut libertate uoluntatis atque iudicij uteretur. Haec Syrus ille.

De eodem per auctoritatem scripturae ab Origene. Cap. IX.

Verum quonia ab exterioribus, multa iam ad hanc rem collegimus, non erit ab re non nihil a facris afferre literis, ut undique fallitate obruta, ueritas facilius emergat: sed quonia nudas intelligere sacras uoces perfectorum est, ab excellenti earum interprete expositionem petamus. Audisti quippe quatus fuit ille Origenes, quem non negauerim, laboribus suis persuasus, ineffabili aeternae gloriae

gloriae uti gaudio, quem exteriores etiam propter mirabilem in omni genere rerum doctrinam, minime ignorant. Audi ergo quid de proposita quaestione sentit, & quomodo totam hanc rem in commentarijs super Genesim complexus est: Valde necessarium est, inquit, diligentius exponere in signa facta esse luminaria. Solem scilicet atque Lunam, & reliquas stellas. Non enim solum gentiles stellarum coniunctione atque aspectu, quae in terris fiunt, necessario acciderent credunt, quam uim fatum appellat: uerum etiam multi ex fidelibus conturbantur, impossibile aliter fieri credentes, quam stellarum cursus effecerit. Unde legitur, nullam in nobis esse libertatem, nullam operationem nostram laudari aut uituperari iure posse, ita praedictum a scripturis Dei iudicium, quo alij ad aeterna supplicia, alij ad aeternam beatitudinem destinantur, falso fore praedicantur. Quid plura: ipsa quoque fides, & Saluatoris nostri aduentus, & omnis prophetarum labor, ac Apostolorum in constituendis ecclesijs praedicatione, inania erunt, nisi forte Christum quoque quis audeat dicere coelestium corporum uel coactum fecisse quae fecit, passumque fuisse quae passus est, nec suae deitatis, sed stellarum cuncta uirtute euenisse. His impijs uerbis etiam illud conficitur, ut fideles facti ducti, in Christum credant, quos libenter interrogabimus, quoniam obrem Deus huiusmodi mundum produxit. An ut in eo alij absque ulla culpa multibria paterentur, alij immanes bestias crudelitate uincerent, homicidio & rapina gaudentes? Quid oportet haec innumerabilia dicere: in quibus non hominibus, sed Deo culpam attribuunt, quem nullo modo iustum esse ostendere poterunt. Quomodo enim qui tot tantaque mala produxit iustus esse dicitur? Praeterea interrogandi sunt, utrum etiam ipsi, qui haec dicunt, stellis subiecti sunt, an soli miseriam effugerunt. Si primum manifestum est, quia a stellis etiam hanc opinionem consecuti sunt: quae si uera est, cur omnibus insita similiter non est? Sin alterum, cur non omnes simpliciter ab huiusmodi necessitate liberamur? Ad haec si fato res humanae aguntur, cur orant: cur uouent: cur temere aliquid a Deo petunt? Quid plura: abunde namque his paucis patet, temere susceptam a multis opinionem de fato. Quare autem cum illud consideremus, sint in signa luminaria, in hunc sermonem incidimus, nunc explicemus. Qui ueram alicuius scientiam ab alijs acceperunt, aut ab his qui interfuerunt passique sunt, aut ab his qui uiderunt, aut ab his qui nullo modo interfuerunt, sed auditu didicerunt docentur. Si ergo ab alio quis audit factum esse, aut facturum aliquid, cuius tamen ille nec fuit nec erit causa. Si hic idcirco quoniam ab illo didicerit causam ipsius fuisse illum, uel futurum esse arbitratur, non parum profecto errat, ueluti si quis prophetae librum euolat, in quo de prodicione Iudae scribitur: & cum iam paratam rem uideat, quoniam a libro futurum id didicit, librum causam putet: aut si non librum, ipsum autorem libri: uel hunc quidem minime, sed Deum qui inspirauit. Nam quemadmodum prophetiae ostendunt, sed solum significasse quod prouiderat ex malignitate illius futurum: sic si quis altius uoluerit praescientiae Dei uniuersaliter rationem scrutari, & quod in quibusdam futura non impressit, nec eum qui praesciuit omnium quae praesciuit, nec eas res quibus praescita impressa sunt, causam esse profecto intelliget. Deum igitur omnia futura praescire, quanquam etiam per commonem de Deo conceptum clarissimum sit, tamen & a scriptura non nihil asserimus. Susannam ergo audiamus dicentem: Deus aeternae qui absconditorum est cognitor, qui nostri omnia antequam fiunt, tu scis quod falsum testimonium tulerunt aduersum me. Dilucide autem in tertio Regum non solum res gestae, sed ipsum quoque nomen regis complures annos propheticè sic conscribuntur: Et constituit Hieroboam diem solennem in mense octauo, quinto decimo die mensis, in similitudinem solennitatis, quae celebrabatur in terra Iudae. & ascendit in altare quod erat in Bethel, ut immolaret uitulis, quos fabricatus fuerat. Et post



Et post pauca: Et ecce uir Dei uenit de Iuda in sermone Domini in Bethel. Hieroboam stante super altare: & thus faciente, & exclamauit contra altare in sermone Domini, & ait: Altare altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine, & immolabit in te sacerdotes excelsum, qui nunc in te thura succedunt: & ossa hominum incedet super te. deditq; in die illa signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus est Dominus. Ecce altare scindetur, & effundetur pinguedo quæ in eo est. Deinde significatur repente altare scissum, ac effusam pinguedinem fuisse secundum signum, quod homo Dei dederat in uerbo Domini. Apud Esaiam autem, qui multo ante captiuitatis temporis fuerat, nominatim de Cyro mentio fit, qui captiuitati finem attulit. Hæc dicit autem Dominus Deus, Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subiiciam ante faciem eius gentes, & uires regum fundam. aperiam ante eum ianuas, & urbes non claudentur. Ego anteibo, & montes humiliabo, portas æreas conteram, & uectes ferreos confringam, & dabo tibi thesauros absconditos, ut scias quia ego Dominus, qui uoco nomen tuum Deus Israel, propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum. Quibus dilucidè significatur, propter beneficia, quæ populo contulit, multarum sibi gentium regna diuinitus fuisse concessa. Apud Daniele quoque Nabuchodonosor per imaginem futura regna conspexit. Aurum namque Assyriorum, argentum Persarum, æs Macedonum, ferrum Romanorum imperium prætendebat. In eodem propheta de Dario ac Alexandro, & de quatuor Alexandri successoribus, de Ptolemæo quoque rege Aegypti, qui cognominatus est Lagus, his uerbis scribitur: Ecce autem hircus caprarum ueniebat ab occidente super faciem totius terræ, & habebat cornu inter oculos suos, & uenit usque ad arietem illum cornutum, quæ uiderant stantem coram Ubal, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Cumque appropinquasset propè arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem, & contriuit duo cornua eius: nec poterat aries resistere ei. Cumque misisset eum in terram, conculcauit: & nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis, cumque creuisset, factum est cornu eius, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor uentos cœli. De uno autem ex his egressum est cornu unum, & factum est magnum contra meridiem. De Christo uero etiam minutissima prædicta fuisse non ignoramus, locum ubi natus, ubi educatus est, recessum in Aegyptum, miracula etiam quæ fecit, & quomodo Iudas eum tradidit. Hæc enim omnia argumento sunt, Deum ab æterno cuncta præscire. Ipse quoque Saluator euerisionem Hierosolymorum prædixit. Quorsum hæc? ut facilius enotare possimus, quomodo stellæ in signa factæ sunt. Sic igitur sitas esse in cœlo stellæ non ignoramus, ut & contrario motu, qui uniuersum, & aliàs tardius, aliàs uelocius ferantur, ut modo per uarios earum aspectus atque cõiunctiones tam uniuersa quam singula, non quidem homines (excedit enim omnino exquisitissima motus stellarum ratio mentem hominum) sed uirtutes, quibus ut postea ostendemus, hæc scire necesse est, percipiant. Dum autem homines aut quibusdam obseruationibus, aut aliquorum spirituum & doctrina, qui ordinem suum transgressi, multa hominibus suggererunt, nonnulla stellarum motu confusius præuiderint, putarunt ea à quibus capiuntur, causas earum esse rerum, quas non efficiunt, sed significant, de quibus omnibus breuiter ac exquisite secundum uires nostras dicemus. Proponantur igitur hæc ordine considerata, quo pacto cum à seculo futura Deus omnia præsciat, libero nos arbitrio fruamur: & quomodo stellæ non sunt humanarum rerum causa, sed solummodo signa: & quod homines exactam de his cognitionem habere nequeant, sed uirtutibus, quæ superiores homine sunt, hæc signa diuinitus depicta sunt. Postremo, quæ nam causa fuerit, ut Deus signa futurorum ad cognitionem uirtutum expresserit. Primum igitur aggrediamur, quod Gentilium sapientes in magnos intrulit errores. Cum enim

Quomodo
stellæ in signa
factæ.

enim præscire Deum uniuersa minimè negarent, necessariò nos agere quicquid agimus crediderunt. Nam si ab æterno, inquit, iniustum aliquem futurum Deus præuidit, nec scientia diuina falli potest, erit omnino ille iniustus: nec possibile est iniustum eum non fore, cum non possit aliter agere quem Deus præsciat. ex quo ad sequentia etiam nonnulli descendentes, frustra culpam iniustos contendunt. Similiterque de cæteris delictis & de uirtutibus opinantur. Unde sequitur, liberam non esse hominis uoluntatem, si Deus futura præsciat. Aduersus quos dicendum, quod omnia Deus ab æterno uideat, antecedentia, sequentia, causas rerum atque affectus, nec tamen omnium est ipse causa. Nam quemadmodum si quis temeritatem hominis alicuius perspexerit, & quia ignorantem eum cognouerit, propter temeritatem eius non dubitet periculosa cum ac lubrica aggressurum itinera, in quibus lapsus miserè iacebit non effecit hunc ipse temerarium illi homini lapsum: sic Deus cum uniuersumque uoluntatem præuideat, hunc perperam, illum rectè acturum non ignorat. Non ergo præcognitio futurorum causa, nec enim ullo pacto ad peccandum Deus quenquam impellit, aut mouet, sed econtra, dicam enim etiam si absurdum multis forsitan uideatur id quod futurum est, causa est, ut Deus euenturum illud præuideat, non ergo ideo fit, quia præscitur: sed quia futurum erat, præscitur. Distinctione autem hæc res indiget. Nam si quis quando futurum aliquid dicimus, sic accipit quasi necesse sit omnino fore, minimè ei id dabimus. Non enim dicimus, quia proditor Iudas præsciebatur, necesse fuisse ipsum prodere: si sic enim esset, non uituperaretur ab his, qui proditorum præuiderunt: uituperatur autem nimirum, quoniam potuisset etiam non prodere. Audi quid propheta de ipso dicit: Nec sit qui misereatur pupillis eius, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam, & persecutus est hominem inopem, & mendicum & compunctum corde mortificare, & dilexit maledictionem, & uenit ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Si quis autem ita futurum accipit, quasi euenturum sit, posset autem etiam aliter fieri, hoc ipsum est quod dicimus: præscientia enim Dei ueram non esse, impossibile simpliciter est. Quæ uero contingentia sunt, quæque accidere & non accidere possunt, ea uel uentura, uel non euentura Deus certè præuidit. Sed liquidius forsitan hoc modo dicitur: Si contingeret Iudas prodere, præsciuisset hoc Deus: si non contingeret, similiter Deus præsciuisset. Cum ergo duo hæc contingentia sint, & potestas in Iuda sit, Deus præscientia sua præuidit, quod à Iuda eligeretur: nec præscientia Dei ex contingentia, necessaria fiet proditio. Si enim ponamus Deum secum loqui, possibile est Iudam proditorem fore, sed cõtrarium quoque possibile est. Quamuis ergo contingens utrumque sit, ego tamen uideo proditorem. Non enim similiter istud accipiendum est, quemadmodum si diceres præuidere Deum hunc hominem nunquam uolaturum: nulla enim uolandi potentia inest homini, sed delinquendi et non delinquendi potentia inest. Cum ergo utrumque possibile sit, qui rationi non obtemperat, is peiora sequitur. Qui uero ratione cuncta idcirco inquit, ut rationi pareat, is uirtuti adheret. Ille uoluptate delinquit, nihil de honestate curat: hic communi cõceptioni persuasus, rationem anteponit. Sic alter uoluptati resistere non potest, qui laborem sufferre nolit: alter spernit atque repellit uoluptatem omnem, quia dedecus eius formidat. Quod uero præscientia Dei nullam necessitatem nobis imponit, inde quoque affirmari potest, quia sapius in scriptura, penitentiam per prophetas mandasse inuenitur, nec cognouisse simulauit, utrum conuerterentur delinquentes an non, ut apud Hieremiam scribitur: Forsitan audient, & agent penitentiam. Sed æqualiter utrumque contingens à dictis esse ostendit, ne præscientia sua palam facta audientes desiciat, quasi necessariò aliquid eorum futurum sit: nec in delinquentibus conuertere & non conuertere potestas inest, & hæc res peccandi causa foret. Et econtra, si conuersionem eorum omnino futuram prædixisset, huiusmodi

Præscientia
Dei necessitatem non
imponit.

Præscientia
in contingentibus.

OP. A. M. S. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.

cemodi prædictio dissolutionis causa fuisset, faceretq; ne uiriliter in uoluptate insurgerent, quasi emendatio uelint nolintue futura sit. Sic enim prædicto impedimento futuri boni esse uidetur. Cum igitur perutiliter Deus mundum gubernet, merito futura celauit, quorum cognitio minime hominibus conducit. Si enim malos futuros se præuiderent, desperatione sui bonos dissolutione ac enervatione distraheret. Cuius rei gratia dictum esse in Exodo arbitror, Quis fecit surdastrum & surdum, & uidentem ac cæcum, an nō ego Dominus Deus? Eundem enim cæcum atq; uidentem fecit, alterum ad præsentia, alterum ad futura. De surdaastro uero ac surdo dicere, alienū ab hoc proposito est. Non autem ambigimus, ea quæ in nobis non sunt, causam esse interdum eorū quæ in nobis sunt. Facimus enim aliqua plerūq; libenter, aut non facimus, quia nonnulla quæ uoluntatis humanæ non sunt, præcesserunt. Si uero quispiam absolutam esse nostram uoluntatem putat, ut nulla re præcedente, uoluntas nostra hoc aut illud amplectatur, is mundi se particulam esse contineriq; ab u-niuerso oblitus est. Sed de præscientia diuina, quod nullam necessitatem agen-rum rerum à stellis effici, sed tantummodo significari. Primum igitur illud patet, si quid à stellarum sextili ponamus aspectu, qui hodie fiat, efficeretur, nullo posse illud pacto præteritum esse, prius enim efficiens effectum est. Non igno-ramus autem, eos qui hanc scientiam profitentur, multa præterita hodierna stellarum positione prædicere. Nam cum positionem Zodiaci diligenter in duodenas sedes diuiserint, gradusq; ac minuta singulis conuenientia domi-bus perspexerint, ac erraticas stellas cæteraq; ut solent apte collocauerint, & ortus atq; occasus, aspectus & conjunctiones considerauerint, non solum fu-tura, uerumetiam ea quæ natiuitatem hominis & conceptionem præcesserūt, dicere conantur. Patris enim fortunas & corporis eius prosperas, aut econtra dispositiones similiter matris, atq; fratrum ab hodierna positione percipi pos-se putant. Verum de gradibus domorum alijsq; huiusmodi postea dicemus. Nunc quasi exquisitissime omnia possint inuenire interrogentur, si res huma-nas necessitate agi stellarum putatis, quomodo talis hodiernus aspectus, ea quæ præcesserunt potuit efficere? Quod si hoc impossibile simpliciter est, in-uenitur autem uera dixisse astrologus de præteritis, patet non à stellis illud ef-fectum fuisse. Si quis igitur non nihil ueri eam rem putat continere, certe ne-cesse est, ut concedat non fecisse id stellas, sed solummodo significasse. Quod si quispiam obijciat, præterita quidem significari, futura uero à stellis effici, dif-ferentiam ostendat, causam discriminis afferat. Quare quæ ad patrem, matrem, fratresq; pertinent, præteritaq; sunt, hæc positio significat, futura uero quasi ef-ficiens causa producit. Sed nullam huius rei causam afferre uaqueam uerissimi-lem poterunt. Quare nisi pertinaces sint, nihil humanarum rerum à stellis effi-ci, sed forsitan significari concedent, tanquam si nō à stellis tam præterita quam futura, sed ab ipso Deo per prophetica orationem quandam quispiam per-ciperet. Nam quemadmodum potestas humana, ut diximus, minime tollitur, quamuis Deus quæcunq; facturi sumus præuideat: sic etiam signa, quæ ad sig-nificandum diuinitus ordinata sunt, libertati nostræ nequaquam officiant: sed est uniuersum coelum quasi liber quidam apertus, omnia futura in se conscri-pta continens. Idcirco in oratione Ioseph, quod à Iacob dicitur, sic intelligi po-est: Legi enim, inquit, in tabulis cæli quæcunq; contingant uobis & filijs ue-stris. Forsan autem etiam illud complicabuntur cæli, ut liber significatiuas fu-turorum rationes consummatas, & ut ita dixerim, adimpletas fore ostendit: si-cut prophetias etiam adimpletas dicimus, cum iam euenerint. Hoc modo in signa secundum scripturæ uocem stellas factas arbitramur. Hieremias autem uir homines ad seipsum conuertat, utq; formidinem quæ à signis impendet au-ferat, ac ut omnē forsitan huiusmodi opinionē ab hominum animo eiciat. A si-gnis,

Coelum li-
ber scriptus

gnis, inquit, cæli non timeatis. Sed rursus alia ratione non efficientes stellas esse ostendamus. Concedentes igitur interim posse ab hominibus hanc scientiam comprehendere, quærimus quomodo à multis natiuitatibus eandem rem contineri contendunt? Nam si patibulo moriturum aliquem dixerint, non à natiuitate sua id solummodo, uerum etiam fratrum, filiorū, aliorumq; attinen-tium, imò uero etiam intersectorum posse intelligi credunt. Stultum mihi cer-te uidetur, in unaquaq; tam multarum natiuitatum mortem unius esse conten-tam. Nescio autem quomodo respondere poterunt, si quis eos interroget, in una ne uniuersi positione, Iudæi omnes in lucem eduntur, ut necesse sit in o-ctauo die omnes circumcidi, & statim in hanc uitam ingressi, male uulneribus affecti, medico egeant? Ismaelitas autem qui in Arabia degunt, tredecennes cūctos circumcidi: ita enim de ipsis traditum est. Quomodo enim hæc in qui-busdam gentibus stellæ perpetuo faciunt, in quibusdam nunquam. & nulla profecto ratio uerisimilis, ut mihi quidem uidetur, afferri potest. Verum cum multæ prouidēdi uia ab hominibus excogitata sint, ut augurium, auspiciū, somniorum interpretatio, nescio cur alias omnes uias significare, tantum ge-nethliologiam uero efficere putarunt. Si enim futura cognosci possunt, ut hoc sibi gratis concedimus, fiunt autem inde unde cognoscuntur. Quare à stellis potius quam ab extis, aut aubus, aut somnijs, aut fulguribus, & tonitruis pro-ducuntur. His satis demonstratum esse puto, stellas non esse causas humana-rum rerum. Impræsentiarum perscrutemur, an uerum sit exquisitè loca stella-rum & domorum, posse ab hominibus inueniri, quod superius (nihil enim ob-erat) dedimus. Asserunt enim Genethliologici, Planetarum loca exactissime inuenienda, ut & gradus & minuta, & minorum minuta nō ignorentur. Si-militer non signum solummodo, uerumetiam gradum, & gradus minuta pri-mæ domus, quam ascendente appellat, recte teneri oportere. Quomodo igitur cum una hora largo modo mediam signi occupet partem, ascendētis mi-nutum inuenies, cum tam minutam diuisionē temporibus habere nequeas? Opus enim esset scire quora hora & minutis, minorumq; minutis, ex utero puer effusus sit. Alia enim atq; alia posse significare uolunt, minimo temporis discrimine habito. In Piscibus uero atq; Ariete per obliquam istorum asce-sionem signorum (hora enim & tertia horæ parte ascendere penè uidentur) mi-nimam temporis partem, magnam mutationem facere non ignoramus, ut uel uigelima hora unius pars gradum ascendētis immutet. Sed hoc etiam eis cō-cedatur. Demonstratum autem esse scimus, quemadmodum erraticæ ab occa-su ad ortum feruntur. Sic & fixas centum annis uno gradu moueri, & in hoc spacio temporis positionem signorum mutari, cum aliud sit intelligibile illud signum, aliud quod quasi figura quædam est. At non ad figuram, sed ad intelli-gibile aiunt, omnia signa esse referenda. Quod nescio quomodo comprehen-dere queant. Sed hoc etiam sibi condonemus, ut aut intelligibile signum com-prehendere, aut à sensibili ueritas haberi possit. Quæ autem cōmixtione, com-positio, ac cum temperie diuersorum aspectu uim fieri assentunt, profectio cō-cedent nullo modo scire posse. Quomodo enim quantum diminuat à læsio-ne maligni propter inspectionem benigni percipies? Et utrum auferat malig-nus quod à benigno cōceditur, quoniam locum eius aspexerit, aut mutet, aut imminuat, aut mixtura quædam inde fiet, quis percipiet? Quæ omnia si quis altius inspiciat, facile credat non posse ista humano ingenio penitus percipi. Vnde si quis harum rerum periculum fecerit, uidebit in pluribus errare, quam ueritatem consequi genethliologicos. Quamobrem Esaias etiam quasi hæc omnibus impossibilia sint, ad filiam Chaldæorum, qui maximè ista profiten-tur, ait: Adiunt, & saluam te faciant astrologi, cæli annuncient tibi quid tibi ac-cidat. His enim uerbis docemur, uel diligentissimos in hac re Chaldæos, non posse prædicare quæ uelit unicuiq; genti Deus attribuere. Hæc Origenes.

h. Demonstratum



88 DE PRÆPARATIONE EVANGELICA
Demonstratum iam esse puto, nec deos, nec bonos dæmonas gentilium deos esse. Sed e contra, seductores quosdam atq; maleficos, nulli magis rei studentes, quàm ueritatis euerfioni. Ita cum magnos in genere hominū errores perspexerint, fatorum etiã necessitate falsi, omnes penè gentes deceperunt, à quibus erroribus nemo à seculo quàm Dominus & Saluator noster Iesus Christus liberauit. Quæ omnia idcirco in hac Euangelica præparatione priora collocamus, ut rebus ipsis uideas, qua fraude maiores nostri opprimebantur, & unde nos per solam euangelij doctrinam emersimus.

LIBER SEPTIMVS.

Repetitio Gentilium theologie. Cap. I.

HIS ergo ita dictis atq; ita dispositis, iam tempus est de philosophia Hebræorum ac pietate uitæq; moribus differere. Nam quoniam falsam religionem gentium non absq; ratione spreuisse iam demonstrauius, reddenda modò ratio est, quare sapientiam Hebræicæ scripturæ delegimus. Quod autem nulla sit culpa, à Barbaris ueritatem uelle cognoscere, alio tempore omnem philosophiam, omnemq; disciplinam à Barbaris Græcos accepisse, ostendemus. nunc uerò aperire proposuimus, ab Hebræis solummodo ueræ pietatis fundamenta iacta fuisse. Ceteri enim homines, ceteræq; gentes uniuersæ, præter Hebræos, nihil ferè de immortalitate animi sentientes, nec aliquid præter hæc uisibilia cogitantes, corporū uoluptate felicitatem terminarunt: adeo, ut quasi maxima deorum uoluptas ab eis coleretur, ac propter uoluptatem uitam optabilem ducerent. Quare alij Solem, & Lunam, & reliquas stellas, à quibus hanc uitam dari putabant: alij terræ fruges, et reliquas mundi partes, unde non paruam se uoluptatem capere uidebant, deos & autores omnium rerum esse prædicarunt: alij non ueriti sunt uitillationem sensuum, Cupidinem & Venerem non sibi solum, uerum etiam ceteris dijs proposuisse: alij principes ac tyrannos, qui eis uoluptati fuerunt, & uiuos adorarunt, & post mortem in cælum ascendisse crediderunt: alij malignos quosdam spiritus, qui cupiditates eorum incendebant, & culti uoluptatibus explebant, uenerati sunt: alij huius religionis falsitatem perspicentes, non esse deos omnino arbitrati sunt: alij multo impudentius ceteris, summum bonorum omnium, summamq; beatitudinem ipsam uoluptatem esse crediderunt, cui quasi supremæ deæ seruire perpetuo non erubescant. Nam & eorum mulieres, ut sacer Apostolus dicit, mutarunt naturalem sceminae usum in eum qui est præter naturam. Mares autem etiam similiter spreto naturali usu foeminae, alter in alterum exarserunt, masculi in masculos turpitudinem operantes, & erroris eorum mercedem in seipsis capientes. Ita Græci simul & Barbari, docti omnes atq; indocti laudibus & hymnificam in deorum solennitatibus, quàm in publicis spectaculis uoluptatem efferebant. Fornicationis enim uitium, est idolorum exquisitio. Tanto enim errore impliciti, mala malis addebant. In nefandis nuptijs parentes cum liberis, ac mares cum maribus sceleratissime uitam trahentes, ac ipsas immanes bestias turpitudinis cumulo longè superantes. Quæ omnia à philosophis & historicis suis confirmata sunt.

Voluptas summa quorundam beatitudo.

Quod solum Hebræorum genus ueram sequebatur pietatem. Cap. II.

Solum autem Hebræorum genus inter tot tantosq; errores ab uno uoluptatis collo, tanquam hydra in diuersa capita profusos, ueram pietatem secutum est. Hebræi enim soli pia sanctaq; consideratione primū elementa, & quæ ab elementis composita sunt, Solem similiter & Lunam, & ceteras stellas, & cælum ipsum non solum deos non esse, uerum etiam animæ penitus expertia iudicarunt. Deinde quoniam neque à lapidibus casu unquam sine arte

LIBER SEPTIMVS.

fice domus ædificari, nec pannus absq; texente fieri, nec nauis sine gubernatore nauigare potest: cū animalibus, rationalibus atq; irrationalibus & substantijs animatis atq; inanimatorum plenum hunc mundum uiderent, non absq; sapientia Dei hæc omnia facta putantes, à magnitudine atq; pulcritudine creaturarum puritate mentis, creatorem omnium immortalem cognouerunt. Cum autem non contemnendam totius partem hominem esse uiderunt, partem eius præcipuam, animam uidelicet uerum hominem, corpus uerò quasi hominis indumentum esse, affirmarunt. Quare maiorem curam cultui animæ afferere nō dubitarunt, creatori hoc Deo placere arbitrantes, quia genere hominum (non corporis robore, sed animi ratione) omnia, quæ in terris sunt, gubernari constituit. His fundamentis iactis, corpus quidem & quæ corporis suauia sunt, non maioris quàm reliqua pecora fecerunt. Animum autem, qui rationalis atq; intellectiuis est, quicq; ad similitudinem Dei creatus est, summo studio excoluerunt: nec quicquam uerum bonum præter bonorum omnium largitorem Deum credentes, extremum finem summamq; beatitudinem in cognitione atq; coniunctione Dei posuerunt, qui solus humane uite rerumq; omnium causa est. Quare illum solum Deum cognoscere, illi se soli uite puritate cōiungere studuerunt, ac pietate ueracq; in Deum religione altissimi sacerdotes genus electum atq; regium, & gens sancta alijsq; similibus appellationibus digni uisi sunt. Cur igitur reprehendendi nos sumus, qui hæc Græcorum, Aegyptiorum, Phœnicum, ceterarumq; gentium nugis præposuimus? In tantum autem uirtutis multi ex genere ipsorum peruenerunt, ut angelorum uisione, diuinisq; oraculis non syllogismis, neq; cōiecturis instituerentur, ut quæ futura erāt, plerumq; gratia Dei repleti, quasi præsentia uiderent. Hæc antequam Græcorum nomen esset, imò uerò etiam ante Mosem à Iuda Iudæi appellati sunt. Hebræi uerò ab Hebero, à quo Abraham originem traxit. Multis ante Mosem seculis absq; lege aliqua scripta, pie sancteq; uiuebant, absq; doctrina legem oraculis ueritatē diuinis & mentis acumine magnitudineq; animi consecuti. Primus uerò apud eos eximius ille theologus Moses scripta reliquit, qui diuinitus, antequam leges poneret, maiorum uitas animis hominum impressit. Ita bonorum premijs, & impiorum supplicijs ad amplexandam uirtutem, & fugiendam impietatem exhortatus, leges tandem in medium proposuit. Iudicauit etiam, ne forte difficillima legis præcepta Iudæi ducerent, atq; ab illis resiliunt, prætorum exempla esse proponenda, ut omnibus pateret, absq; legum mandatis, sola ratione nixos, optimè maiores Iudæorum uixisse: atque ideo non esse sibi difficile, uitas illorum imitari, si paria diuinitus consequi præmia desiderarent.

Corpus hominis indumentum.

Iudæi à Iudæis, Hebræi à Hebero.

Compendiose nonnullorum Hebræorum uita narratur. Cap. III.

Non est autem ab re, compendio uitas illorum à Mosæica scriptura excerptas percurrere. Nam quemadmodum ab Aegyptijs Aegyptiam, à Phœnicibus Phœniciam Theologiam, & à Græcis Græcam: sic & ea, quæ ab Hebræis dicuntur, ab illis ipsis petenda sunt. Non enim aliunde quàm à philosophis opinioniones philosophorum narrantur: nec medicina ab alijs, quàm à medicis, perdiscenda est. Vt igitur Hebræorum scriptura docet, ante diluuium post primam originem hominum, multi iusti Deoq; amici homines fuerunt, quorum primus nomen Domini Dei sperauit inuocare. Quibus uerbis ostenditur, quod nihil aliud ille quàm creatorem Dominum & Deum secutus fuit, quem credebat, non solum uirtute sua nō simpliciter ante cuncta produxisse, uerum etiam tanquam magnæ ciuitatis Dominum uniuersa regere atq; gubernare: atq; ideo ceteris omnibus contemptis, sperauit inuocare nomē Domini Dei. His duabus appellationibus, creatoris atq; gubernatoris totius uirtutem amplexus. Quare primus homo uerus apud Hebræos conscribitur. Enos enim uocatus est, quod latine uerus homo interpretatur. Neminem enim putant ue

Textus id in Genesi non habet.



rum esse hominem, præter eum qui uersu Deum & cognoscit, & piæ colit alios uerò nihil à pecoribus differre arbitrantur, quia uidelicet ueluti bestia ad terram proni, uentri & Veneri obediunt: quorū alios lupos, alios canes, alios porcos, alios serpentes, uaria quadam uitiorum similitudine scriptura Iudæorum appellare consuevit. Quemadmodum si quando communiter genus hominum appellandū est, commodissima similiter uoce ac appellatione Adam significauit quo nomine à terra natus designatur. Primus igitur iustorū Enos, qui primus nomen Domini Dei sperauit inuocare, & certè semper atq; continue Domini Dei nomen inuocare, id profectò est summa extremaq; beatitudo. Illum nos nimirum non fallaces gentiliū heroas imitandum arbitrantes optamus, illud nobis auxilio Saluatoris nostri cōtingere, ut nomē eius firma spe perpetuoq; inuocare queamus. Post istum quidam alius ambulabat cum Deo, & nō inueniebatur, quia propter uirtutem eius transposuit eum Deus. Is certè perfectus homo in Deo est, qui periculosa multorum colloquia fugit. Si enim forū, curiam, theatracq; aliquis sequitur, in ipso malignitatis profundo submergitur. Is autem hominibus inuisibilis est, neq; ab ipsis facile inuenitur: qui Deo charitate cōiunctus, ab eo solo cognoscitur. Hunc Hebræi Enoch appellāt, quod nomen latine gratiam Dei significat, cuius solius imitationem diuinitus mihi concedi magis opto, quam omnium simul, qui uirtutis cultores apud gentes narrantur fuisse. Tertius uir iusticia eximius in seculo suo Noe fuisse perhibetur, cuius quanta fuit uirtus & pietas, hinc cognoscitur. Nefanda malignitas uniuersa, genus hominum tunc occupauit. Nam & Gigantes illi, qui per ora omnium uolitant impijs factis, quod adhuc usq; prædicatur. Deo pugnam, id est uirtuti & pietati, non erubuerunt inferre. Et qui eos produxerunt, siue im mortales quidam, siue mortales malefica quædam artificia, et magicam prauitatem primi excogitasse dicuntur. Quas ob res, cum Deus eodem omnes diluuiō perdere statuerit, unus cum suis in illo genere hominum Noe iustus repetitus est: qui omnibus ui aquarum submersis, cum filijs suis simul ac nuribus mirabili quodam modo, quasi semen humani generis conseruatus est, quem utinam quasi uiuam quandam imaginem imitari nobis contingat. Et si quidem ante diluuium fuerunt. Post diluuium autem alij, quorum unus altissimi Dei sacerdos, iusticie ac pietatis miraculo rex iustus lingua Hebræorum appellatur, est, apud quos nec circumcisionis, nec Mosaicæ legis ulla mentio erat. Quare nec Iudeos (posteris enim hoc nomen fuit) neq; gentiles, quoniam non ut gentes pluralitatem deorum inducebāt, sed Hebræos proprie nominamus, aut ab Hebero, ut dictum est, aut quia id nomen transitiuos significat. Soli quippe à creaturis naturali ratione, & lege innata, non scripta, ad cognitionem ueri Dei transire: & uoluptate corporis contempta, ad rectam uitam peruenisse scribuntur. Cum quibus omnibus præclarus ille totius generis origo Abraham nomen merandus est, cui scriptura mirabilem iustitiam, quam non à Mosaiica lege (septima enim post Abraham generatione Moses nascitur) sed naturali fuit ratione consecutus, summa cum laude attestatur. Credidit enim Abraham Deo, & reputatum est ei in iustitiam. Quare multarum quoq; gentium patrem diuina oracula futurum, ac in ipso benedicendas omnes gentes, hoc uidelicet ipsum, quod iam nos uidemus, aperte prædictum est, cuius ille iustitiæ perfectionem non Mosaiica lege, sed fide consecutus est: qui post multas Dei uisiones, legitimum genuit filium, quem primū omnium diuino persuasus oraculo circumcidit: & cæteris, qui ab eo nascerentur tradidit, uel ad manifestum multitudinis eorum futuræ signum, uel ut hoc quasi paternæ uirtutis insigne filij retinentes, maiores suos imitari conarentur, aut quibuscunq; alijs de causis. Non enim id scrutandum modò nobis est. Post Abraam filius eius Isaac in pietate successit, felice hac hereditate à parentibus accepta: qui uni uxori coniunctus, cum geminos genuisset, castitatis amore ab uxore postea dicitur abstinuisset. Ab

Enoch.

Noe.

Melchizedec.

Abraham.

Isaac.

Ab isto natus est Iacob, qui propter cumulatum uirtutis prouentum Israel etiam appellatus est, duobus nominibus, propter duplicem uirtutis usum. Iacob enim athletam & exercentem se latine dicere possumus, quam appellationem primū habuit, cum practicis operationibus, multos pro pietate labores ferebat. Cum autem iam uictor luctando euasit, & speculationibus fruebatur bonis, tunc Israel em ipse Deus appellauit æterna præmia, beatitudinemq; ultimam, quæ in uisione Dei consistit ei largiens. hominem enim qui Deum uideat, Israel nomen significat. Ab hoc duodecim Iudæorum tribus profectæ sunt. Innumerabilia de uita istorum uirorum, fortitudine, prudentia, pietateq; dici possunt: quorum alia secundum scripturæ uerba historice consideratur, alia tropologicæ ac allegoricè interpretantur. de quibus multi conscripserunt, & nos in libro quem inscripsimus de Doctrina præscorum uirorū. Præter hos Iacob iustum, uerum, piū, innocuum, ab omniq; malignitate alienum fuisse inuenimus: qui quamuis Iudæo generi non fuit affinis, pietatis tamē laude uel in primis effertur. Verū Iacob liberi religione ac pietate cōmuniti, Hebræorum famam facile ad maius adeo produxerunt, ut totius Aegypti principatus ab uno eorum Ioseph dependeret: qui castimonie præmijs coronatus, gubernatione tot tantarumq; ciuitatum suscepta, uirtutem Hebræorum manifesta uit. Is suorum insidias ad seruitutem redactus, tanto cumulo uirtutis refulsit, ut nemo possit rem oratione assequi. Aderat enim ei libertas animi, maximè robur inuictum, pudor eximius, iustitia, modestia, prudentia summa, sed pietate in uerum Deum maximè præstabat. Cumq; Domini sui uxor (erat enim mirabili corporis præditus formositate, qua adolescentia uirtutibus ornata insignis uidebatur) furore Cupidinis acta, uerbis ac precibus persuadere non potuisset, manusq; in iustum iniicere non dubitasset, præcepta pariter non oblitus, req; ipsa Hebræum se esse ostendens, mulierem quidem magna ui reputat, quali autem à rabida fera euaserit, fuga salutem quaesuit. cogitabat enim, atq; dicebat: Si dominus meus domui suæ me proposuit, quomodo ego humilimodi rem turpissimam coram Deo faciam? His ille uirtutibus ad Aegypti gubernacula diuinitus peruenit. quem utinam, cæterosq; omnes, de quibus diximus, imitari possimus. Fuit autem etiam hic Hebræus, non Iudæus, nondum enim Iudæi fuerant, in multitudinem deinde magnam genus creuit, pau latimq; diligentissima norma uiuendi labebatur, & parentum pietas obtundebatur. Ita post aliqua secula Aegyptiorum conuersatione deprauati adeo fuerunt, ut nihil ab Aegyptijs differre uiderentur. Tūc Deus patrum suorum Mosem ad eos mittit, ac per eum inauditis factis miraculis, convenientem Iudæorum moribus legem imposuit. Nam cum iam corrupti uirtutem imitari non possent, alia manifestè mandauit, alia occultius suggessit, symbola umbramq; non nudam ueritatem conseruare ipsis præcipies. Hoc pacto Iudeorum disciplina à temporibus Mosi cœpta, usq; ad saluatoris nostri aduentum secundum uoces prophetarum durauit. Sic enim à Mose alijsq; prophetis dictum inuenitur, Mosaicam legem usq; ad Christi tempora duraturam.

Iacobi.

Libet de doctrina præscorum uirorū.

Præconiā Ioseph.

De Iudæorum theologia. Cap. III.

Verū quoniam breui Hebræorum, qui ante Mosem fuerunt, uitas tetigimus, & pietatis eorum adumbrationem edidimus: nunc theologia eorum dogmata à Mose, alijsq; prophetis fundata consideremus. Primus igitur omnium eximius ille theologus, qui diuinas leges cōscripsit, cum pietati conuenientem disciplinam tradere uoluisset, non communibus atque tritis exordijs usus est: sed nihil potius ducens, quam præscorum generis sui theologiam ad recte uiuendi normam pertinere, à Deo secundum Hebræorum theologiam incepit: nec, ut Aegyptij, aut Phœnices, aut ceteræ omnes gentes multitudinem, deorum falso induxit: sed à prima uisibili

Deus omnium prima causa.

lium omnium atq; inuisibilem causa exorsus, illum docet creatorem esse uniuersum, regem atq; dominum, non solum quas ipse scripturus erat legum, uerum etiam naturæ ipsius: cuius solo nutu à non ente simpliciter cuncta fuisse producta, ostendit: cuius uirtute omnia, quæ producta sunt, gubernare docet. Primumq; omnium cœlum uerbo Dei fuisse firmatum, & pondus soliditatemq; terræ præter naturam suam super aquas suspensum asserit: uerbo etiam Dei, solis stellarumq; motu, diem ac noctem sibi uicissim succedere: legesq; diuina uicissitudines, mutationesq; temporum, anniq; uolutiones fieri: lege Dei atq; instituto in locis suis fluctuantia reuolui, maria minimè statutos audentia terminos pertransire. Instituto similiter diuino innumerabilia plantarum atq; arborum genera è terris germinare: ac ut breuiter dicam, naturam omnium matrem instituto Dei seruiente diuinæ legi semper parere. Non enim casu aut fortuna, neque irrationali latione orbem circumuolui: neque temerè mundum, tantam, tamq; pulcherrimam rem esse productam, sed Dei esse creaturam, & ab eo gubernari. Ita legibus hominū naturæ leges anteposuit, maxime Deo uacare exhortatus. Nam si uniuersus mundus, cœlum, Sol, Luna, stellæ omnes, terra, & quæcunq; in ipsa sunt, cuncta naturæ opera, naturaq; ipsa creatori Deo seruit, quanto magis homines ratione ac libero decoratos arbitrio obtemperare creatori deceat. Germinet terra uirentē herbā (inquit Deus) & lignū pomiferum, faciens fructum, & habens unumquodq; sementem secundum speciem suam. & statim non modò tunc, sed usq; adhuc diem paruit terra, parebitq; semper in posterum. Producat aq; reptilia animæ uiuentis, & uolatilia uolantia sub firmamento cœli. & unā cum uerbo nutuq; diuino opus effectum est: & eo instituto, semper ita factitatur. Sint Sol & Luna, cætereq; stellæ in signa & tempora, in dies & annos, neq; unquam hoc præceptum stellæ neglexerunt, sed incessabili mirabilisq; suo cursu, dies & noctes, tempora & annos conficiunt. Quam igitur ueniam homines consequentur, diuina negligentes mandata? Hæc illius theologia nos cepit. Nihil enim huiusmodi apud cæteros gentes inuenire potuimus, sed post hanc primam theologiam ad eam, quæ secunda est ordine, procedit: Deoq; cognito, necessarium putauit homini esse, cognoscere seipsum. Quare deinceps quid homo sit, quidq; ipsum in cognitionem & pietatem Dei adducat, & qualis principaliter hominis uita esse debeat, docet. In animam enim & corpus hominem diuidit: uerumq; hominem anima terminat, quæ in corpore intellectualisq; substantiæ est, tanquam ad imaginem Dei creata: corpus uerò terrenum & indumentum animæ esse confirmat, quibus tertiam partem addidit, spiritum scilicet uitæ, qui uirtus quædam est, qua terrenum corpus, & quæ ad imaginem Dei creata est anima, coniunguntur atque uniantur. Nunc hominem à Deo creatum in foelicissimo paradisi loco bonis immortalibus pleno cōstitutum, legeq; Dei munitum adfirmat: transgressione autem diuini præcepti, ad hanc miseriam uitam peruenisse. Hæc ille philosophiæ ueritate antequam ponnendarum seriem legum aggredieretur, auditores instruit. Non enim las est imaginem Dei, unde immortalitatem consecuti sumus, uitiose uiuendo despicere. Primitiua uerò ueracq; Dei imago, uerbum suum est, sapientia, uita, lux, & ueritas, per seipsum existens: cuius imaginis mens, humana imago est, propter quam ad imaginem Dei facti esse dicimur. Ita necessariū duxit hæc legibus esse prægustanda. Recordari enim profectò debemus, quid nostri à terra sumptū, in terrā reuenteretur, & quid melius, Deoq; simile: ut cognoscamus, quid sumus, nec uitæ eam partē nostri maculemus, quæ ad imaginē Dei facta est: utq; à perpetuo desiderio primæ illius beatitudinis pendeamus, & redire omnibus uiribus diligenter conemur: præparemusq; nos ad iter, quo illuc peruenitur, unde diuini mandati negligentia decidimus. Ad hæc rerum diuinarū atq; humanarū ille nō humana doctrina, sed Dei uisione peritissimus, nequā quendam

Tota machi
na cæli par
ret Deo.

Verba Dei
in homine
imago.

quendam Daemonum inuidum atq; uersutum unicuiq; hominum inhaerere docet: quem serpentem ueneni plenum, atrum tenebrosūq; appellat: qui salutis nostræ inuidus, ad hunc usq; diem multos insidijs suis decepit: cuius fraude parentes quoque nostri beatitudinem illam amiserunt. Quare uigilandum est, semperq; aduersus malitiam eius insurgendum. Sed quid oportet hæc ita conscribere, cum ipsum audire liceat non syllogismis, neq; hominum callidis argumentis, sed spiritus sancti gratia, cum magna uenustate atq; grauitate cuncta scribentem? In principio, inquit, fecit Deus cœlum & terram. & dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. Et rursus dixit Deus: Fiat firmamentum, & factum est. Et paulo post dixit Deus: Germinet terra & germinauit. Et iterum dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos, & luceant super terram. Præterea dixit Deus: Producant aq; reptilia & uolatilia, & factum est. item producat terra quadrupes, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas, & factum est ita. In his igitur omnib. cum à scriptura, dixisse Deum dicitur, nutum & uoluntatem diuinam, non uocem syllabis prolata, ostendere uoluit. deinde uniuersum hunc repetens sermonem: Hic, inquit, liber cœli & terræ, quæ deficit Deus cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Huiusmodi Hebræorum theologia est, quæ uerbo Dei creante uniuersa esse producta uerissimè sola docuit, ad hæc non esse relictum mundum à Deo, gubernatione illius priuatum, sed prouidentia eius rei asserit. Non enim solum creauit cuncta, uerum etiam Saluator rex, dux, omnibus præsidens, omnia disponens, dicitur omnia eum uidere, omnibus adesse, uniuersa inde gubernari docet. Similiter & qui post eum fuerunt prophetae, nonnunquam à persona ipsius Dei exclamant, Deus appropinquans ego sum, dicit Dominus, et Deus delonge: Quid faciet occulte homo, quod non cognoscam? nonne cœlum & terram ego impleo. Nonnunquam à seipsis hoc pacto interrogantes. Quis aquam mensurauit? quis montes pondere, ac ualles iugo firmauit? quis cognouit mentem Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Et rursus. Quis constituit cœlum, & extendit tanquam scenam? Et alibi: Eleuate oculos uestros ad alta, & uidete quis extendit hæc omnia. Et deinceps: Dominus Deus qui fecit cœlum, & fixit illud, qui formauit terram & quæ in ea sunt, qui dat spiraculum populis, qui degunt in ipsa, & spiritum eius qui caleat ipsam. Et rursus: Ego Dominus Deus solus extendi cœlum, & firmaui terram, & non est alius præter me. Et alibi: sic dicetis ipsis, dii qui cœlum & terram non fecerunt periantur à facie terræ. Dominus qui fecit terram in fortitudine sua, erexit habitabilem in sapientia sua, & in prudentia sua extendit cœlum, & adduxit nubes ab extremis terrarum, fulgura fecit in pluuiam, & eduxit uentos ex thesauris suis. Et rursus: Quò ibo à spiritu tuo, & ubi à facie tua me occultabo? Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me. Hæc posteriores conuenientia priscis diuinitus prædicabant. Sed eos etiam audias, qui ante Moysen fuerunt. Dixit autem Abraam ad regē Sodomorum: Extendam manū meam ad altissimū Deum, qui fecit cœlum et terrā. Melchisedech quoq; Dei sacerdos Abraam his uerbis benedixit: Benedictus Abraam Deo altissimo. & Benedictus Deus, qui fecit cœlum et terrā. Et Abraam rursus: Pone manū tuam sub femore meo, ut adiuuem te per Dominū Deū cœli. Et subiecit: Dominus Deus cœli, et Deus terræ, qui cepit me à domo patris mei, et à terra in qua natus sum. Postremò in ipsa uisione Moysi Deus interrogatus quis esset, diuino respondet oraculo: Ego sum qui sum, sic dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Hæc breuiter ab innumerabilibus excerpta sunt. Est ne igitur dignum gētium theologiam, imò uerò impietate cum illis ullo modo conferre, quorum alij nullum esse Deum, alij



alij cœlestia corpora crediderunt, & stellas ignem in cœlo fixas dicentes, aut ignem uia & arte circumlatum, loco Dei adorarunt. Alij nulla Dei prouidentia mundum, sed irrationali quadam natura gubernari. Alij cœlestia solummodo diuinitus regi, nō autem etiam terestria, mūdumq; sine ortu, neq; ullo modo à Deo productum, sed casu & fortuna constitutum esse. Nonnulli ex atomis & inanimitatis corpusculis esse conglutinatum asseruerunt.

De uerbo, Cap. V.

His ita dictis, alteram quoq; personam à prima persona genitam, non creatam, Hebræorum scripturæ significant, quam uerbum, sapientiam, uirtutem Dei appellant. Vnde inquit Iob, Inuenta est sapientia. Quis autem locus eius est? Nemo mortalis uiam eius nouit. Et Dauid in Psalmis: Verbo Domini cœli firmati sunt. Et Salomon ex persona ipsius sapientiæ: Ego inquit sapientiam & cōsiliū & cogitationem constitui: Et Dominus possedit me in initio uitarum suarū ad opera. In principio antequam terra facta est, antequam abyssi productæ, antequam montes firmati, ante omnes colles genuit me. Et alibi: Quid autem est sapientia, unde nata sit, dicam, & non occultabo. Spiritus ipse est intellectualis, sanctus, unigenitus, omnipotēs, omnia penetrans, uapor enim est uirtutis diuinæ, & fluxus gloriæ omnipotentis, uersifimus fulgor æterni luminis, & immaculatum speculū uirtutis diuinæ, ac bonitatis eius imago, ab extremo ad extremum omnia transiens, ac omnia recte gubernans, quod quidem diuinum uerbum à patre ad hominum salutē missum scriptura confirmat. Quod Deum & Dominum, id est creatorem & gubernatorem à Mose prophetisq; appellari conspiciamus. Venit autem ad homines homine assumpto à patre missum propter salutem nostram. Misit enim uerbum suum inquit, & sanauit eos. Vnde doctrina etiam Euāgelica prophetiam & paternum Hebræorū renouans theologiam hoc pacto incipit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deū. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Quod factum est in ipso, uita erat, & uita erat lux hominum. Merito igitur eodem spiritu Moses plenus, factō cœlo & terra, quasi cum filio suo uerba conferentem, sic Deum patrem introduxit dicentē: Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostrā. Quod plasma etiam occultius designauit, dicēs: Ipse dixit, & facta sunt, ipse mādauit, & creata sunt. Apertē nāq; patris ad filium ordinē atq; mandatū more humano (nec enim aliter poterat) expressit. Nemo enim negabit omnem qui aliquid dicit, ad alium dicere: & qui mandat ac præcipit alij, præter ipsum mandare atque præcipere. Manifestus autē Moses duorum dominorum, patris uidelicet atq; filij mentionem fecit, dicens: Pluit Dominus à Deo sulphur & ignem. Et Dauid similiter: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, Donec ponā inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Et paulo post æternam illam & ineffabilem generationem uerbi designare desiderans, ait: Ex utero ante luciferum genui te. Hęc ita se habere, non solum uetus scriptura occultius (non enim omnes tunc fecerat: quāuis nonnulli Iudæorum sancti gratia spiritus carentes aliter interpretati sunt, à quibus nonnulla ponam, idcirco non inutilia, quoniam non effusum in aera uerbum dicunt, nec spiritum non subsistentem, sed diuersas personas probe sicut & nos. Malē autem, quia diuersas quoq; naturas opinantur. Philonē ergo audias scripturæ uoces interpretatione sua explicātem. Quam obrem, inquit, quasi de altero Deo dicit, in imagine Dei feci hominē. Perperit chre id diuinitus scriptori fuit inspiratū. Nullū enim mortale ad supremum patrem tanquā imago conferri potest, sed confertur ad secundū Deum, qui primi uerbum est. Necesse enim erat, rationalem uim à Dei uerbo anima hominis imprimi. Deus enim qui supra uerbum est, ita supremus est, ut nulla rationalis

nalis natura similitudinem eius possit recipere. Hęc in primo quæstionum libro Philonis dicta sunt, qui in primo de Agricultura uerbum Dei nihil quodque Dei appellare his uerbis non dubitauit: Hęc uniuersa pastor ille & rex Deus iure gubernat, legemq; statuit, rectum eius uerbum & primogenitum filium, qui curam totius gregis quasi maximi regis lux diligenter suscepit. Idem in secundo: Qui dubitandi ruborem effugere uelit, audacter dicat nulla re materiali machinam mundi conseruari, sed uerbo eterni Dei sempiterno, quod à medijs ad extrema, & ab extremis ad media protensum, inuictum naturæ sustinet cursum, fouens ipsum atq; conseruans, quasi uinculū quoddam pater qui genuit ipsum constituit. Merito igitur nec terra unquam aquis summergetur, nec ignis extinguetur, nec cætera peribunt, cum uerbum Dei uocale inter muta elementa constitutum, omnia conseruet. Hęc Philo: Nonne igit uera hęc nostra sunt, qui uerbo ac sapientia Dei omnia producta esse prædicamus: falsa uerō illa, quæ nec ueri similitudinem ullam habent, & inter se contraria sunt. Thales enim Milesius aquam originem rerum dicit, Anaximenes aerem, Heraclitus ignem, Pythagoras numeros, Epicurus atque Democritus indiuidua quedam corpuscula, Empedocles quatuor elementa: hoc Dei uerbum magni consilij angelum, lucem ueram iustitiæ Solem etiam nominant. Tertio spiritus additur sanctus à scriptura, quem sicuti patrem & uerbum suum eadem dignitate atque honore honorari præcipit. Tertius igitur à patre spiritus esse ostenditur, tanquam à patre per sapientiam elucēs. Post hanc æternam Dei substantiam rationales uirtutes, nec numero, nec specie nobis notas, sed solum uisibilem proportionem (alia enim gloria Solis est, alia Lune, alia stellarum) scriptura Iudæorum non ut deos, sed ut ministras honorandas ostendit. Et mortali quidem naturæ stellarum numerus omnino ignotus est. Deus uerō multitudinem etiam intelligentiarum & nomina non ignorat. Scribitur enim, qui stellarum multitudinem numerat, & omnibus ipsis nomina imponit, innumerabilia enim genera profectō & intelligentiarum & stellarum sunt, Deo autem omnia numerata sunt: de ipso enim dicitur, Mille millia ministrabant ei, & decies millies centena millia coram eo adlutebant. Cum enim numerum uideatur aliquem nominare, numeratas illas ostendit esse uirtutes à Deo. Cum uerō tantam numerari quantitatem dixerit, ignotum nobis illum numerum propter innumerabilitatem suam esse ostendit. Sed de substantia earum sic Psalmista scriptum reliquit: Domine Deus meus, quā uehementer magnificatus es, confessionem & decorem uidisti, amictus lumine sicut uestimento: extendens cœlum sicut pellem: qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignis flammam. Noli credere de hoc corruptibili igni dicere, nec de irrationali ære atque spiritu, sed altius quiddam atque sublimius, necesse enim est, cum à sensu nostro uerba prodeant translative, non propriē de intellectualibus dici: unde ipsum quoq; Deum spiritum, & ignem, & lucem, & huiusmodi nominibus significamus. Virtutes autem illas, angelos, archangelos, spiritus, cœlestem exercitum, principatus, potestates, thronos, dominationesq; nuncupamus. Quarū omnium iustitiæ Solem & sanctum spiritum ei annexum, unā cum Deo ac patre creatorem atq; gubernatorem scriptura confirmat: quem unum Deum ab uniuersis sicuti patrem ac dominū hymnis glorificandum propheta præcepit, dicens: Laudate Dominū de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Laudate eum cœli cœlorū, & aquæ quæ super cœlum sunt, laudent nomen Domini. Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in eternum & in seculum seculi: præceptū posuit & non præteribit. Hęc Hebræorum dogmata merito erroribus gentium spiritibus complectimur, uirtutes cœlorum ut Dei ministros honorantes.

Philo testatur filium à Deo genitū.

Solum



Solum aſit Deum, & uerbum ac ſpiritum eius, qui cœlum & terram, ac omnia quæ in ipſis ſunt creauit, & à nihilo ſimpliciter produxit, ut Hebræorū doctrinam occultis & euangelica expreſſius præcipit, colimus atq; adoramus.

De contraria uirtute, id eſt peruerſo angelo. Cap. VI.

Nunc conſequens eſſe uidetur, ut qualē Hebræi de contraria uirtute doctrinam tradiderunt, perſpiciamus. Virtutes igitur miniſtrantes, & ſpiritus qui ad miniſterium mittuntur propter eos, qui æternæ cōſecuturi uitæ ſunt hæreditatem, ſanctos dico angelos Dei diuina luce frui, ac idcirco luminaribus cœli cōferri, docti à ſcriptura credidimus: à quibus peruerſi quidā ſpiritus, cum ſua nequitia, diuinā lucem ſuſcipere nequiuerint, tenebræ factæ ſunt. Quorum primum, qui etiam alijs defectionis cauſa fuit, quoniam penitus propter impietatem ſuam in terram decidit, quiq; totius uenenosæ prauitatis author eſt, ſpontē à lumine ad tenebras lapſum draconem ſerpentemq; lethiferi ueneni productorem atrocem beluam, & leonem humanis carnibus uiuentem, ac deniq; baſiliſcum ſcriptura ſolet appellare. Cauſa uerò qua lapſus eſt, furor mentis & arrogātia hoc pacto dicitur fuiſſe. Quomodo decidit de cœlo lucifer, qui mane oritur, cōtritus eſt in terrā, qui mittit ad omnes gentes, tu autem dixiſti in mente tua, In cœlum aſcendam, ſuper aſtram ponam ſedem meam, & ero altiſſimo ſimilis. Et rurfus: Hæc dicit Dominus, quoniam exaltatum eſt cor tuum, dixiſti, Deus ego ſum, & domicilium Dei habito. Et iterum: In monte Dei natus es inter igneos lapides immaculatus in diebus tuis, ex quo die creatus es donec iniuſtitia inuente in te ſunt. Exaltatum eſt cor tuū in pulchritudine tua, corrupta eſt ſcientia tua cum pulchritudine tua: propter multitudinem delictorum tuorum in terrā deieci te. His uerbis apertiffimē cum ſuperioribus illum uirtutibus conuerſatum fuiſſe, docemur. Et quoniam ceruices extulit, propter arrogantiam decidiffe, ſub quo innumera biles quidā ſunt ſpiritus, ſimili impietatis errore per lucida, diuina regia beataq; habitatione ad conuenientia ſibi ac omnibus impijs loca tartari ſentētia Dei depulſi. Quæ loca abyſſum diuina ſcriptura & tenebras, nō has, ſed quas diuina uerba intelligunt, ſolet appellare. Ex numero quorum multi exercitationis hominū gratia in terra & regione, quæ ſub luna eſt, derelicti erroris humani, & impietatis gentium concauſa ſimul fuerunt, quibus interdum nomina indit ſcriptura, malignos ſpiritus & dæmones, poteſtates & principatus mundi huius appellans. Interdū ſymbolicē cum pium atq; religioſum uirum ne multitudinem dæmonum formidet, hortetur: Super aſpidem enim, ait, ambulabis, conculcabis leonem & draconem. Signum autem eſt, Deum ab ipſis odio haberi, eiusq; uoluntati repugnare, quoniam ſeipſos deos putari cupiunt, & Dei cultum in ſe transferre conantur, diuinationibus atq; oraculis tanquam incentiuis ſultos allicientes, quos à Deo rapientes ad profundū impietatis detrudunt. Solis autem Hebræis malitia illorum à priſcis fuit intellecta temporibus, apertiffimē damnantibus omnes deos gentium dæmonas eſſe. Nunc autem Dei gratia per Saluatoris noſtri euangelicam doctrinam uniuerſus orbis uinculis dæmonum ſolutus, Deum uerum glorificat.

Summus ſpiritus uerſus in draconē.

De hominum natura. Cap. VII.

Sæd Phœnicum quidem ac Aegyptiorum theologia, caſu hominum ceterorumq; animalium productionem factam eſt terra dicebat, nullam inter rationalem animam & irrationalem ſubſtantiam diſcrimen arbitrata. quibus abſectis, Hebræos laudamus, qui pulcherrimē ac ſapientiffimē, ac ideo ueriffimē de prima hominum productione docuerunt, duplici quadam natura conſtitutum eſſe hominem aſſerentes: cuius altera pars cum incorporea & immortalis ſit, uerus homo exiſtit ad imaginem & ſimilitudinem Dei, non fortuna & caſu, ſed à Deo ipſo creatus. Voluit enim ſuprema omnium cauſa nō carere rationabilibus terram animalibus, ut non ſolum à cœleſtibus, ue-

rum

rumetiam à degentibus in terra maietas ſua laudaretur. Itaque dixiſſe Deum: ſcriptura teſtatur, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinē noſtram. Et fecit Deus hominem, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecit eum. Et rurfus: Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ: & factus eſt homo in animam uiuentem. Quem textum ludæus Philo exponēs, his uerbis utitur: Cæteri quidem ab ætherea natura mentem noſtram conſtare dicentes, ætheri affinem eſſe hominem uoluerunt. Moſes autem ille nulli creaturarum rationalem animam ſimilem, ſed numiſſima de uerbo ſuo inſignitum eſſe uoluit. Inſpirauit enim Deus, inquit, in faciem eius ſpiraculum uitæ: & factus eſt homo in animam uiuentem. Et quoniam neceſſe eſt mittenti, miſſum ſimilem eſſe, idcirco ad imaginē Dei homo, non ad imaginem creaturarum alicui factus eſſe aſſeritur. Anima igitur hominis uerbo Dei deſignata, neceſſe fuit corpus quoq; ad fulgentiſſimas partes mundi uerbo diuino, uel à terra, uel aquis prorupiſſe. Solus autem homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus aſſeritur. Quare ſolus omnium, quæ ſunt in terra, rationis particeps principari ac regere, leges ferre, artesq; inuenire poteſt. Sola enim hominis intellectualis anima ac rationalis eſt, reliqua omnino mortalia ad ſeruiendum homini facta ſunt. Præeſt enim uniuerſis quaſi dominus, atq; dux homo rationis uiribus robuſtiora corpore domans: idcirco prudentia, iuſtitia, aliarumq; uirtutum capax eſt, & ad cœleſtia ſeipſum extollens. Stellarum curſum orbiumq; uolutiones ita querit, ut cœleſtem ſe eſſe, argumentum præbeat. Quod ſi autem ſibi circumiacet terrenum corpus, et opus ipſum Dei eſt de terra ſumptum, & in terrā reuertens. Quapropter oportet ſicut pecoris cuiusdam, ita corporis hominem curam habere, alereq; & colere ipſum ſeruū, ut ad huius uitæ miniſterium perutilem, dominum uerò interiorem, quaſi Dei affinem uehementius amare ac honorare, quoniam & à prima cauſa honoratus eſt. Homini igitur ſic diuinitus ornato, idoneum Deus largitus domicilium fuit. Ipſe autem ſua ſponte diuini contemptu præcepti in domicilium mortale decidit: propterea pietatem eſſe adhibendam cenſemus, & uirtuti dandam operam, ut delictum noſtrum deleamus, & ad primum redeamus ſtatum. Non enim in terris finem homini eſſe conſtitutum, ſed illic unde reſiſt reſtitutione imaginis, quam deprauauimus. Huiusmodi ſunt quæ de natura hominis Hebræorum doctrina, anteaquam Græci omnino eſſent, philoſophata eſt. Græci uerò heri uel nudiuſtertius nati, nō nulla eſt Barbaris, multa ab Hebræis, ut progredientes monſtrabimus, furati ſunt.

Quod materia non eſt genita. Cap. VIII.

Verum quoniam Hebræorum ueritas unum creatorem omnium Deum cognolcit, ipſius quoq; ſubiectæ corporibus ſubſtātia, quam Hylem appellare ſolent. Innumerabiles uerò tam Barbari quam Græci cōtrā opinantur. Alij malignitatis fontem eſſe Hylem, nec genitam, nec corruptibilem dicentes. Alij natura ſui abſq; qualitate figuraq; aſſerentes, uirtute diuina mundum ab ipſa formatum aſſerunt. Rationibus demonſtrandum eſt, ſolam Hebræorum opinionem non falſam eſſe. Vtar autem, ut ſoleo, non meis, ſed alienis. Dionyſius igitur in primo aduerſus Sabellium, hæc de propoſita quaſtione reliquit: Non ſunt abſq; ſcelere illi, qui materiam primam ad fictionem totius Deo ſubiecerunt, quam dicunt cum paſſibilis mutabilisq; natura ſit, diuinitus ad generationem omnium alterari. Sed oſtendant nobis, unde ſimilitudo ac diſſimilitudo materiae primæ ad Deum eſt. neceſſe enim eſt, ſi poſitionem ſiram uolunt ſuſtentare, ſuperiorem quendam Deo excogitare. quod nefandiſſimum eſt. Præterea cum nō genitum eſſe ſimiliter de utroq; dicatur, & aliud alterum ab altero ſit, unde id ipſis aduenit. Nam ſi non genitus Deus per ſe eſt, & ipſum non genitum eſſe, ut quiſpiam diceret, ſubſtātia ſua eſt, non erit non genita Hyle.

Homo domi nus rerum inferiorum.

OPERA VBIQUE



Deus subie-
cta materia
omnia fecit

DE PRÆPARATIONE EVANGELICA
Hyle. Non enim idem est Deus & Hyle. Quod si utriusque est quodcumque est, id est, Deus quidem Deus, materia uero prima materia, inest autem utrique, non genitum esse: pater aliud esse ab utroque, & utriusque prius atque superior. Ad hæc causam reddi postulabimus, quam obrem cum utroque non genitum sit, Deus quidem impassibilis, immutabilis, immobilis atque actiuus est: materia uero prima e contra, passibilis, mutabilis, mobilis, omnis alterationis receptiua: quomodo autem tam apte conuenerunt, utrum ad materiam primam naturam adaptauit se Deus, cum ab ea mundum fabricatus est, an e contra? Sed hoc ultimum impossibile. Non enim potest res insensibilis accommodare se ad artificem. Primum autem penitus nefandum, si quis putet sicut artificem ad materiam aptitudinem primam causam se accommodasse. Relinquitur ergo, ut a Dei sapientia uaria, & ut ita dicam, multiformis formarum scilicet omnium receptiua Hyle producta sit. Multa dici possunt, sed modo non est nobis hæc quaestio proposita: meliores tamen sunt, qui hæc dicunt, quam qui innumerabiles deos alium aliud creasse contendunt. Hæc à Dionysio sumpta sufficiant, nunc Origenem audias: Si quis autem putat, non posse Deum absque subiecta, inquit, materia quicquam efficere, quoniam nec statuarius absque lapide statuam, nec lignarius faber sine lignis: rogandus est, si arbitratur Deum posse quicquid uelit. Eo enim pacto, quod licuti uult ad totius ornatum ineffabili uirtute absque sapientia qualitates, non entes producit: quod omnes qui prouidentiam fatentur concedunt: substantiam quoque quamcumque uult producere potest. Mihi autem uidentur, qui hæc dicunt, fortunam quoque Deo annectere: qui nisi materiam primam forte reperisset, non esset autor, nec pater, nec creator & dominus uniuersi. Præterea unde factum est, ut sufficiens ad uniuersa fingenda, nec superflua aut deficiens materia subiecta sit. sequitur enim necessario à prouidentia quadam Deo superiore, ne scilicet ars Dei perderetur, si non haberet materiam artificij susceptibilem, Deo materiam esse subiectam. Vnde autem omnium quæ Deus uult receptiua materia esset, nisi eam Deus talem qualem uoluit produxisset. Sed non genitam esse materiam, supponentes licet aduersus eos insurgemus? Si nulla prouidentia Deo materiam non subiecit, quæ tamen ei subiecta est, quasi per prouidentiam esset subiecta, quid præstantius factum est quam ea quæ casu fiunt? Quod si non est à Deo producta materia, cur mundum ab eo formatum dicunt, an quia tantam mundi fabricam nisi à sapientissimo artifice non potuisse fieri credunt? Sed materiam quoque tantam atque talem, ut corporalium rerum formas omnes possit suscipere, non nisi ab omnipotente, sapientique artifice uel se credendum. Cum autem obijciant, neminem posse artificem absque materia quicquam facere, sciant se multum dissimilia dicere. Prouidentia enim semper hominum artibus materiam subiecit. Hæc aduersus illos dicta sufficiant, qui quoniam inuisibilis terra informisque dicitur, idcirco materiam primam non genitam existimarunt. Hæc Origenes. Philo autem ludæus de hac quaestione sic scripsit: De quantitate autem substantiæ, utrum facta sit, dicendum est ad formationem uniuersi tantam materiam Deum creasse, ut nec superflua ret, nec deficeret. absurdum enim est, hunc uel illum artificem diligentissime de quantitate materiam sufficientis precipue in præciosa materia prouidere: Deum uero, qui numeros & mensuram omnium nouit, minimè de hoc prouidisse. Ausim igitur exclamare nec pluri, nec pauciori materia ad creationem mundi opus fuisse. Non enim integer ex omnibus partibus mundus esset, si non à sufficienti materia esset formatus. Sed cum prudentis proprium artificis sit, antea quam inceperit sufficientiam materiam prospicere, homo quidem mortalis errare potest, ut nonnunquam deficienti materiam addidamenta quærat, nonnunquam ablationem à superflua. Deus uero cui nihil deest, quicquid omnia potest, ad unguem sufficientem produxit Hylem. Sed qui cauillari uolunt argu-

argumenta multiplicat: qui uero philosophari, ueritate rerum contenti sunt. Hæc etiam Philo. Maximo uero insigni apud Christianos uiro liber quidem de materia scriptus est: unde nonnulla mihi sumenda esse uideo ad exquisitam quaestionis decisionem. Credo, inquit, te quoque ipsum uidere, duo non genita simul esse non posse: quamuis illud addidisti, alterum ex duobus necessarium uideri, aut separatum esse Deum à materia, aut coniunctum. Si igitur coniunctum esse quidam uoluerit dicere, unum non genitum dicet. Nam si coniuncta simul sunt, duo non genita esse non possunt. Sed sicut consequenter dicimus, unam rem genitam hominem esse multis partibus constitutum: sic necesse est, si non est separatus à materia Deus, unum non genitum dicere. Sin uero separatum quis dicet, necesse erit aliquod inter eos esse discrimen, quo dissiparentur. Non enim potest aliud ab alio distare, ni tertium quoddam sit, quo distare dicuntur. Illud autem ulterius progreditur. Nam si tria dabuntur ingenita, similiter de ipsis quaeram. & si coniuncta quis dicet, superiorem referam rationem. Sin uero separata, quartum necessario introducet, quo separatio efficitur. Sed illud forsitan quispiam cogitabit, nec separatum esse Deum à materia, nec rursum coniunctum: sed esse in materia uelut in loco, & materiam in Deo tantquam continens. Erit ergo à materia circumscriptus Deus, cumque ipsa instabilitate sua huc atque illuc feratur, ipse quoque mutabilis erit. Præterea si materia informis fuit, ornata uero formis, ad melius à Deo mutata, Deus quoque erit in re, locoque informi. Ad hæc interrogandum est, utrum Deus replebat materiam, an in parte aliqua materiam fuit, nam si in parte fuit, minor multo quam materia est: si totam replebat, quomodo eam transmutando formauit? necesse enim est aut contractum illud formasse, quod sui contractione uacuum fuit relictum, aut se quoque ipsum unam cum materia transformasse. Quod si materiam esse in Deo quispiam dicat, similiter quaerendum est, utrum quasi separata, ut uolucres in aere, an ut in loco. Si enim separata, ut uolucres in aere dixerit, partibus ergo Deus, imò re ipsa scissus: scindi enim dissepararique necesse est ad receptionem aliorum. Sin uero, ut in loco, cum deformis materia per se sit, nec à prauitate aliena, erit Deus deformitatis & prauitatis locus, quod cogitare, nefandissimum est. Ita cum Hylem ingenitam putes, ne malorum causa Deus esse uideatur, malignitatis receptaculum Deum dicere cogeris.

Quod materia non est causa malorum.

Cap. IX.

Si ergo materiam non genitam principaliter diceris, multis rationibus impossibile id esse demonstrarem: uerum quoniam malorum ipsam causam esse opinaris, & ex hoc etiam induceris, ut non genitam credas: ad hoc uertenda mihi oratio est. Si enim adaperiam, quo pacto mala fiant, ostendamque non esse possibile, quin malorum autor Deus sit, si materia ei aliunde ad creandum subiecitur, opinio hæc funditus euertitur. Sine qualitatibus ergo coæternam Deo fuisse materiam, unde mundum istum creauit opinaris. Sic profus. Si ergo sine qualitatibus materia fuit, sunt autem in mundo qualitates, qui à materia diuinitus factus est: qualitatibus profecto Deus productor est. Ita mihi uidentur. Qualitates porro non à subiectis qualitatibus factas esse, & aliud esse à substantijs, dicis. Ita opinor. Si ergo nec à subiectis qualitatibus, eductæ à Deo qualitates, nec à substantijs, quoniam substantiæ non erant à non ente, simpliciter creatas diuinitus, fateri necesse est. Falso ergo abs te in superioribus dicebatur, impossibile esse à non ente simpliciter fieri quicquid à Deo, quod tanto absurdius uidebitur, quanto si diligentius quispiam consideret, uel homines, qui maxime ex aliquo facere uidentur, à non ente quædam produciunt. Architectus enim urbem facit ex non urbe, & templa ex non templis. Quod si quia substantia subiecta est architecto, idcirco ex ente ipsum facere opinaris, non parum erras, non est enim substantia, quæ urbem facit, aut templa, sed ars, quæ circa substantiam



stantiam est. Hæc autem quamuis ex arte fiat, quæ in homine est, non est tamen in lapidibus. Sed forsân dices, ideò non esse ex non ente artem, quæ in lapidibus constat, quia sit ab artificio quo in artifice est. Ego uerò tibi respondeo, artem illam quæ in homine est, non ab alia quadam arte, sed à non ente in homine fieri. Accidentia enim omnia in substantijs & sunt, & fiunt. Homo enim sine ullo artificio existit: ars uerò nulla erit, nisi prius hominem esse intelligamus. Quare ars à non ente in homine facta necessariò est. Quòd si in hominibus hoc modo se habet, quomodo non oportebit Deum non solum qualitates, uerum etiam substantias à non ente simpliciter arbitrari posse creare? Si enim aliquid ex non ente simpliciter posse fieri à Deo fateris, substantias etiam à non ente simpliciter ab eo posse fieri, concedas necesse est. Verùm quoniam apprimè audire desideras, unde mala oriantur: quero abs te utrum substantias, aut qualitates substantiarum mala opinaris? Qualitates substantiarum arbitror. Materiam autem absq; qualitate ac deformem fateris? Dicitum memini. Si ergo substantiarum qualitates mala sunt, & materia sine qualitate est, Deusq; omnium qualitatum creator conceditur, erit malorum omnium autor Deus. Quare si abs te materia non genita ponebatur, ut malorum causam Deum dicere non cogeres, cogeres autem hoc facere, multo magis materiam ei ad creandum subiiciens, frustra id certe opinaris. Hæc sufficere mihi uidentur, nisi tu aliquid habeas, ego si contentionis non ueritatis cupiditate uerba hæc facerem, nihil amplius quaererem. Verùm quoniam charitas est, quæ nos mouet, & utilitatis proximi causa disputamus, altius de his differendum arbitror. Et quoniam nihil aliud quàm ueritas quaeritur, quoquo modo putas facilius atque dilucidius id fieri posse. Sic oratione utaris, ut nò tibi solum, uerum etiam mihi magnum congeras fructum. Sed quoniam qualitates esse mala, superius diximus: nunc substantias potius quasdam mala esse arbitror. Quid tu substantiam dicis? nõne illam quæ ita per se existit, ut nullo modo indigeat ut existat? Sic omnino. Malum autem actum alicuius esse opinaris? an quomodo? Actum profectò. Nõne igitur actus agentis est? Est prorsus. Cum autem nihil agens sit, putas tu actum esse posse? Minimè. Si ergo substantia nulla re alia indiget ut existat, mala uerò actus sunt: & omnes actus cum alicuius sint, agente aliquo sunt, & non agente non sunt: non erunt profectò mala substantiæ. Quòd si ea quæ agunt substantiam putes, uerum id est quidem, ut homicida ea ratione, qua homo est, substantia est. Cædes autem ipsa non est substantia, sed substantiæ opus: ac ideò interdum bonum hominem, interdum malum uocamus. dicunturq; ambo hæc nomina de homine propter bonos & malos actus, qui sunt accidentia. Cædes enim non est substantia, sed ne liberalitas, nam quemadmodum à grammatica grammaticus, à medicina medicus dicitur, cum substantia, nec medicina, nec grammatica sit, sed ab his accidentibus appellationem accipiat. Similiter à malis malus homo dicitur, & bonis bonus, cum neutrum eorum sit. Quare si quem alium præter homines causam esse malorum putas: simili modo in quantum hominibus suggerit mala, ab actu suo ipse quoq; malus erit. Sic enim & homo malus dicitur, quia mala agit. Quæ autem aguntur mala, nõ est ipse qui agit, sed actus eius, à quibus appellationem accipit. Nam si agentem ea dicemus quæ agit, agit autem eadem, erit homo cædes. Et sic quoniam quæ aguntur, cum aguntur, solummodo sunt, facta uerò esse desinunt, erunt homines cum agunt: & cum nõ agunt, non erunt. quæ falsa atq; impossibilia sunt. Sũt ergo mala hominis actus, appellaturq; homo malus nõ ex ea quod substantia est, sed ex eo quod mala agit. Malũ enim dici ab accidentibus substantiæ, quæ non sunt substantia, ideò concessimus, ut à grammatica grammaticus dicitur. Quòd si quæ aguntur, tunc incipiunt, quando actus incipit: certe is etiã qui malè agit tũc incipit malus esse, quãdo male agere cœpit. Nõ est ergo malũ absq; principio: nec nõ genita mala sunt, sed ab eo genita atq;

Quid mala sint.

Actio denotat agentem.

A atq; profecta, à quo aguntur. Rectè ò amice, è præsuppositis enim probè intulisti. Nam si absq; qualitatibus materia prima est, estq; qualitatum autor Deus, mala uerò qualitates sunt, mala essent à Deo. Sed contra rationem istam hæc quæ dixisti sufficiunt. Mihi uerò in mentem nũc uenit, falso absq; qualitatibus Hylem affirmari. Nulla enim substantia uerè absq; qualitatibus dicitur, cum enim absq; qualitatibus dicitur, qualitas eius profectò significatur. Qualis enim quædam materia certè prima dicitur, cum huiusmodi esse dicatur, ut aliquid in se non possideat: quæ res certè qualitatis quædam species est. Ad hanc igitur rationem oro respondeas. Nam cum non genita Hyle mihi uideatur, qualitates etiam innatas habere uidetur, & sic ab ea desuere omnia quæ mala sunt: ita Deus malorum causa non erit. Magna te puto laude dignum, quòd absq; ulla pertinacia ueritatem quaeras, causamq; nobis præbeas, ut aut à uerbis tuis facilius tibi persuadeamus, aut rationibus acquiescentes, ueritatem discamus. Sed si innatas habet materia qualitates, cuius rei autor erit Deus? cum neq; substantias, nec qualitates produxerit: quippe cum tam substantia q̄ accidens secundum huiusmodi rationis uim à principio fuerint. Dic igitur queso, quoad Deũ creatorem appellas. Vtrũ quia substantias in alias substantias mutauit, an quia substantias quidem non mutauit, qualitates autem eorum mutauit. Absurdum mihi uidetur, mutatam fuisse substantiam dicere. Qualitatum igitur mutatione, creatorem appellari Deum assero. Nam quemadmodum cum è lapidibus domus fit, non est dicendum lapides in domum esse mutatos, sed quali quadam eorum compositione domum factam esse, cum qualitas ista compositionis lapidum alia sit ab ea, quam prius habebant. Sic mihi uidetur permanente substantia, qualitatum mutatione hũc mundum factum esse diuinitus. Quoniam ergo qualitates quodammodo quasdam à Deo factas ais, respondere mihi non dedigneris, mala substantiarum ne qualitates sunt, & qualitates inhaerent materiæ semper, an impressæ fuerunt. In se dico absq; principio. Has igitur qualitates à Deo mutatas fuisse asseris. Ita prorsus. Vtrum igitur ad melius, aut ad peius? Ad melius scilicet. Si ergo qualitates in materia inhaerent, quæ in melius mutatae sunt, quaerendum adhuc restat, unde mala orta sunt, aut enim non permanferunt qualitates illæ malæ natura, ut erant: aut si permanferunt malæ, malignitatem earum in melius Deus non conuertit. & sic malorum causam ad Deum rursus refert, aut forsân malas qualitates materiæ mutatas esse non dicis. Earum uerò mutatione, quæ indifferentes erant, uniuersa diuinitus constructa opinaris, hoc modo certè. Cur igitur malas qualitates reliquit? utrum quia euellere noluit, an quia non potuit? Nam si noluit, & potuit, necesse tibi erit causam malorum Deo attribuere, qui mutatione mundum creans non destruxit, neq; mutauit in melius mala, cum potuerit. Nec poteris, si ita opinaris Deum non culpares, qui malignitatem materiæ non abstulit, cum posset, sed ad perniciem creaturarum reliquit. Præterea maxima quædam iniuria ipsi quoq; materiæ illata est. Peius enim modò se habet, quàm antequam formaretur, tunc enim insita sibi esse mala, nequaquam sentiebat: nunc uerò multæ partes eius acerrimum malorum sensum percipiunt, quod exempli gratia in homine uideamus. Materia enim hominis antequam formaretur, & creatoris artificio in animal commutaretur, nihil percipiebat: postea uerò quàm in hominem uersa est, acutum habet malorum sensum: ita quod diuinitus materiæ ad beneficium ipsius euenisse asseris, peius illi fuisse inuenitur. Sin uerò non potuisse Deum insita materiæ mala tollere contendis, impotentem Deum asseris: qui autem impotens est, aut natura imbecillis est, aut superioris cuiusdam terrore ac formidine premitur. Si imbecillum arbitraris, & firmus in hoc proposito consistis, actum est de salute tua. Sin autem à maiore quodam premitur, erunt mala Deo efficaciora quæ uires eius retundunt, quod dictu nefas de Deo est. Ad hæc quare malum potius Deus

OP. AL. Y. S. B. C. & C.



non est, siquidem illum esse Deum dicimus, cuius vires super omnia sunt. Sed responde mihi quaeso de materia ipsa rursus quaerenti, utrum simplex quaedam erat, an composita? Nam si unica fuit atque simplex, quomodo mundus, qui ex ea est compositus uere dicitur, cum illud compositum sit, quod a multis uarijsque constitutum est? Quod si compositam fuisse respondebis, erat ergo a simplicibus quibusdam composita, quare absque principio non genita aeternaque materia esse non potest. Non enim erat antequam simplicia, ex quibus componitur, conuenissent; deinde non duo, sed multa tibi erunt non genita. Simplicia enim, ex quibus Hyle tibi componitur, multa ac uaria esse necesse est. Praeterea uidetur ne tibi quicquam sibi ipsi repugnare atque opponi. Nihil omnino. Quid porro aquae ignem opponi negas? nullo modo. luci autem tenebras, frigido calidum, sicco humidum: nonne similiter opponitur. Similiter non inficior. Si ergo nihil sibi ipsi opponitur, non erit materia una, nec ex materia una. Simile huic illud est, quod modo quaeram, uidentur ne tibi alicuius totius partes aliae aliarum destructiuae: nequaquam. Ignem autem aut aquam, caeteraque huiusmodi, nonne materiae partes putas? Sunt certe materiae partes. Ignis porro nonne aquae destructiuus, & e contra tibi uidetur. Scilicet: Si ergo partes totius aliae aliarum destructiuae non sunt: Ignis autem & aqua caeteraque huiusmodi alterum alterius destructiuum est: non erunt partes unius materiae, nec ipsa erunt materia, quoniam nihil sui ipsius destructiuum est. Nihil enim sibi ipsi opponitur aut repugnat. aliud certe alij opponitur: ut album non opponitur albo, sed nigro: & tenebrae non tenebris, sed luci. Si ergo una quaedam esset materia, nulla oppositio in rebus inueniretur. Cum autem aliae rerum alijs opponantur, non eadem esse uidetur materia omnium.

Hae Maximus. Sed huius uoluminis iam modus sit, in quo priscorum sanctorumque Hebraeorum uitas, qui multo ante Mosem fuerant, breuiter perstrinxit: quos omnes admirati, diuinis laudibus prosequimur & prosequemur. Imitationem illorum tanti nobis facimus, ut eam nobis recte concedi diuinitus deprecemur.

LIBER OCTAVVS.

De Translatione sanctae scripturae, repetitio gentilium theologiae.
Cap. 1.



UNC ordine progredientes, ad Mosi disciplinam, quae secundum gradum tenuit, & solis Iudaeis, non alijs gentibus data est, transitum faciam. Quod autem nulli alij genti, sed Iudaeis solummodo Mosaica disciplina data est, nec idonea uel possibilis alijs fuit, tempore suo probabimus. Sed quem admodum Aegyptiorum doctrinam, ipsorum Aegyptiorum uocibus exponere, caeterarumque gentium theologiae suorum testimonio autorum explicabam: ita nunc quoque faciendum est, a Iudaeis ipsis, & ab illis maxime, qui doctissimi habentur, ante oculos omnia ponam: si prius quomodo in linguam Graecam, & quanta diligentia libri Iudaici traducti sunt, exposuero. Commodissimum enim id mihi ad euangelicam doctrinam, cuius praeparationem modo scribimus, fore arbitror. Cum enim iam Saluatoris nostri tempora uiderentur propius aduenire, conducebatque maxime salutem omnium gentium, quaecumque a Prophetis scripta fuerant, intelligere per linguam Graecam, quam ferè omnes gentes intelligunt, Iudaicam scripturam uniuersis proponere. Aut enim post Saluatoris nostri tempora non habuissimus,

huissimus, Iudaeis ex inuidia occultantibus: aut corruptiores nobis dedissent: aut si recte habere potuissent, in suspicionem traductores facile uocarentur. Saluator ergo noster, qui ut Deus omnia praeuidebat, optima dispositione uisus, Ptolemaeo Aegyptiorum regi traducendorum librorum cupiditatem intecit. Quam rem Aristaeus uir doctus, utpote qui rebus aderat, diligenter conscripsit. Fuit autem traductio facta temporibus secundi Ptolemaei, qui Philadelphus uocatus est. Sed Aristaei uerba operae precium est audire. Demetrius, inquit, Phalereus, in regia bibliotheca constitutus, grandem a rege pecuniam accepit, ut undique ad bibliothecam regis, uel emendo uel transcribendo libros congregaret: meminique interrogatum me praesente a rege, quot nam libri iam in bibliotheca essent: dixisse plures quam ducenta milia: sed breui tempore non erunt forsitan pauciores quingentis millibus, si non ab uniuersa Graecia solum quod feci, uerum etiam ab alijs gentibus, ac praecipue a Iudaeis, quorum doctrina perutilis mihi esse uidetur, quam plurima ponamus uolumina, congregemus. Et quae nam rex, inquit, causa detinuit, ne Iudaeorum libros, quae regio nobis affinis est, aut emeris iam, aut transcriberis, praesertim cum ad hanc rem tanta tibi praestetur pecunia, quantum petieris. Tum Demetrius, Traductio ne opus est, inquit. Propria enim lingua, & diuersis utuntur quam Aegyptij literis. Multi eos Syriaca & lingua, & literis uti censent, quod ita esse, non inuenio. Post haec rex praecipit Demetrio scribere ad se de Iudaeorum librorum traditione. Omnia enim tanta diligentia faciebat, ut uel res minimas petitionibus atque mandatis exactissime scriptis ageret. Quare ipse quoque cuncta, ut gesta sunt, conscripsit. Hanc igitur epistolam Demetrius Philadelpho misit: Regi magno Demetrius. Quoniam praecipisti o rex ut undecumque possim, in bibliothecam tuam libros utiles congeram, maiestati tuae refero Iudaeorum disciplinam & leges literis & lingua sua conscriptas, perutiles mihi uideri. Ferunt enim abiecte nonnulla translata tantae certe admirationis, ut & integra & diuina sola legum sanctio Iudaica uideatur. Sic enim etiam Hecataeus Abderita propter sanctionem legis, nec a poetis gentium tractam arbitratur, nec diligenter ab historicis expositam. Si ergo tibi uidetur o rex, scribatur ad pontificem Iudaeorum, ut de singulis tribubus seniores uiros legisperitos & probos sex mittat, ut diligenti examine id eligamus, in quo plures conuenient traductores. Ista quippe res digna mihi maiestate tua uidetur. foelix sis perpetuo. Tunc rex ad Eleazarum scribi iussit, quod captiuos Iudaeorum remiserit, & auri quinquaginta talenta, argenti centum, & lapides non paucos ad crateras, phialas, & mensam, caeteraque uasa ad sacrificia faciunda Deo Iudaeorum obtulit. cuius Epistola haec est: Rex Ptolemaeus Eleazaro pontifici salutem. Non ignoras multos Iudaeorum in regione habitare nostra, qui ab Hierosolymis Persarum tempore, quo illi regnabant, abstracti fuerunt, quorum multi cum patre nostro in Aegyptum ingressi, maiori mercede in legionibus conscripti sunt. Cumque fideles inuenisset, in praesidijs collocauit, ut eorum formidine animos Aegyptiorum comprimeret. Nos etiam postquam regni habenas suscepimus, humanius tuos tractantes, plures quam centum millia captiuos redemimus ac liberauimus, conuenienti mercede dominis deposita: & si quid impetu multitudinis perperam gestum est, totum correximus. Putauimus enim id maximo Deo gratum fore, qui tantum regnum cum pace ac gloria nobis commendauit. De tuis etiam florentes aetate, uolentesque militare, cum dignitate aliqua in exercitu constituimus, & apud nos nonnullos admittimus. Quia igitur uolumus & tibi & Iudaeis, tam praesentibus quam futuris, gratissimum facere, decreuimus ut lex uestra literis Graecis ab Hebraica lingua traducatur, ut uestra quoque uolumina cum alijs regis libris, in Bibliotheca nostra inueniantur. recte igitur facies, & nostro studio condigne, si uiros probos & seniores peritos legis linguae Graecae non ignaros, sex ab una

Septuaginta interpretum uersio.

Iudaeorum librorum sanctae scripturae

OPAVVS



quæq; tribu elegeris. Oportet enim quoniam res quàm maxima est, illud eligatur in quo plures conueniant traductores. hac re gesta, non parua nos gloriam consecuturos arbitramur. De his rebus latius tecum loquentur Andreas de intimis cubicularijs, & Aristo, qui & primitias ad uasa & sacrificia in templum portant, argenti atq; auri pondus non contemnendum: Scribe tu quoque ad nos de quibuscunq; uolueris. Gratium enim id nobis erit, & amicitia nostra dignum: & quamprimum fieri curabimus, quod petieris. Vale. Ad hæc Eleazarus sic rescripsit: Eleazarus p̄t̄ifex amico uero Ptolemæus S. Si & tu Arlinoe regina, & soror & filij uestri ualeatis, bene est, & ut uolumus fit: ipsi quoq; ualemus. Magno gaudio affecti sumus, cum per literas tuas bonam erga Iudæos uoluntatem cognouerimus. Itaque uocato populo publice, tuam epistolam legimus, ut scirent quoniam in Deum nostrum habes pietatē: ostēdimusq; uiginti aureas phialas, quas misisti, & argenteas triginta, & crateras quinque, & mensam argenteam ad sacrificandum, & ad alia faciunda, quibus templum eget, argenti talenta centum, quæ Andreas & Aristo uiri probi & docti & te digni abs te nobis tradiderunt, quibus latius diximus quæ uisa sunt. Omnia enim quæ tibi conferunt, etiam si præter naturam essent, tui petentis gratia efficere parati sumus. Plurima enim ac maxima, & quæ obliuisci nūquam poterimus, nostro generi beneficia contulisti. Quare ilico pro te, & regina, & filijs, & amicis tuis sacrificia obtulimus Deo: & orauit uniuersus populus, ut cuncta tibi sicuti uis succedat: regnumq; tibi cum gloria Dominus omnium Deus conseruet, præterea ut diuinæ legis commodē ac securē fiat traductio, sex ab unaquaque tribu seniores elegeris, quos ad te cum libris destinauit. Recte igitur facies, rex optime, exquisitissime traducta scriptura curare, ut ad nos uiri redeant. Vale. Multis deinde hac de re dictis, post iam traductam scripturam subiungit: Lectitata igitur examinataq; traductione seniores interpretati, propositis in medio libris, magna uoce dixerunt: Quoniam probe ac sancte diuina scriptura traducta est, decens modò est rex iustissime, ut caueant ne quis peruertere aliquid audeat. Quod cum omnes uoce approbassent, iussit rex secundum morem suum maledicere. Maledixerunt ergo ut solent, si quis addiderit, aut subtraxerit, aut mutauerit aliquid, rectissime id agentes, ut perpetuò inuiolata scriptura seruarietur. His ita gestis, mirabili rex fuit affectus gaudio (lecta uerò uniuersa sibi fuerant) & admiratus legislatoris prudentiam, dixit Demetrio, Quomodo nemo poetarum, neq; historicorum de tot tantisque rebus gestis ullam mentionem fecit? Cui Demetrius: Diuina hæc lex est, & à Deo data ut uides: ac ideo si qui tetigerunt, à Deo percussi resiliērūt. Affirmauicq; audisse à Theopompo, quod coeperat nonnulla à Iudaica scriptura translata, Græca oratione ornare: & ilico turbatione quadam mētis & animi percussus, magno studio Deum orasse, cuius rei gratia id sibi accidere. Audiuissetq; per somnium, quia res diuinas lenocinio inquinatis hominibus adderet. Ego quoq; ipse, inquit, à Theodoto tragediarum poeta accepi, quòd cum nonnulla à Iudaica scriptura ad fabulam quandam transferre uellet, luminibus captus fuerit, qui quoniam credidit hæc de causa id sibi euenisse, magno tempore poenitentiam egit, & tandem sibi uisus fuerat restitutus. Tunc rex magna cum diligentia sancte scripturam Iudaicam iussit seruari.

Sacra litera non abutenda.

De uita & disciplina Mosaica. Cap. II.

Nunc disciplinam Mosaicam, ut doctissimi Iudæorum scripserunt, exponam. Philo igitur de Iudæorū ab Aegypto egressu in primo libro, quos de Hypothesis inscripsit, ubi pro Iudæis quasi aduersus eorum accusatores his uerbis utitur: Populus, inquit, iste, qui à Chaldæo pariete traxit originē, à Syria in Aegyptū translatus post multos annos, quoniam multitudinē eorum Aegyptus

A Aegyptus non capiebat, & in magnitudine animorum, ac simul, quia somnii ac uisionibus exitus ei diuinitus significabatur, magnopere in eam terram, unde maiores sui in Aegyptum profecti fuerant, redire cupierunt. Quo facto adeo creuerunt, ut ad hæc usque tempora Iudæorum genus durauerit. Et paulo post: Ducebat autem eos uir unus, quem si uis nihilo præstantiorem ceteris putato. Petunt enim multi eum opprobrijs, arte quadam malefica, & lenocinio uerborum omnia illi confecta fuisse dicentes. Sit sanè, sed artificium tamen illud maleficum, & uersutia hominis non modò uniuersum populum à siti, fame, ceterisque periculis, quæ quotidie locorum asperitate & solitudine accidebant, liberauit, ac uelut in copia rerum omnium aluit, uerum etiam longe ab omni seditione & sibi obtemperantes obtinuit. Nec breui tempore ista, sed tanto seruata sunt, quanto nec domus una in pace atque concordia conseruari facile potest. Itaq; non sitis, non fames, non calamitas aliqua, non futurorum formido, non ignorantio euentorum aduersus maleficum illū uirum seductos populos incitauit. Quam igitur uis artem, aut uerborum lenocinia, aut prudentiam aduersus tot tantaq; accidentia quotidie mala suffecisse? Aut enim subditus illi populus natura obtemperas, humilis, & peritia futurorum munitus, libenter eum sequebatur: aut si illi mala fuerant, Deus dura omnia eis mitigabat: & tam præsentium quàm futurorum noticiam Mosi concedens effecit, ut tandem ab omni periculo populus suus euaserit. Vtrum enim istorum concesseris, magna laude Mosem certè affeceris, posteaquam in terram istam uenerunt, & si quo pacto eam consecuti sunt, diuinæ literæ significant malo tamen ego probabili cōiectura, quàm ueritate historica uti. Vtrum enim quispiam uoluerit ipse concedam, aut multitudine, aut armorum peritia Syros & Phœnices patriæ propugnantes uicisse, aut ui quidem nihil fecisse, sed à dantibus sponte regionem accepisse: ac non multo post piē & sancte uiuendi, omnem disciplinam constituisse. Alterum enim fortissimos eos uiros, alterum à Deo sic amatos significat, ut etiam inimicis suis uenerabiles uiderentur: quippe hostes atque inimici erant eorum, à quibus regionem, ubi & ipsi, & maiores sui nati educatiq; fuerant, repente auferre uoluerunt. Quomodo igitur non est mirabile atque diuinum, si quasi melioribus sine ulla ui sponte hostibus cessisse fatearis? Post hæc nescio, quid primo, quid secundo collocabo, probitatem ne legis, an obedientiam, sanctitatem, iustitiam, & pietatem illorum, qui uirum illum, à quo legem acceperunt, sic admirati sunt, ut quicquid ille uellet, hoc Deum uelle putarent. Nam siue prudentia illius hæc agebantur, siue à superiore quadam uirtute doctus faciebat, ad authorem Deum omnia reducuntur. Mirabile nempe mihi uidetur, duobus annorum millibus, imò maiore tempore iam ferè transacto (non enim exquisitissime annorum possum dicere numerum) nec uerbum unum in lege illius esse immutatum: sed centies unusquisque Iudæorum morietur, quàm legem Mosaicam derogabit. His dictis, compendio transcurrit disciplinam ciuilem, quam Iudæi lege Mosaica tenuerunt deinceps. Nihil, inquit, huiusmodi apud Iudæos est, non forum & iudicia, non postergationes & moræ, non lites & accusationes, sed omnia uera, simplicia, & constantia. Si adulteratus es, si uim intulisti, si fornicatus, si aliquid horum feceris, morte punieris: si seruum, si liberum uituperaueris, innocuum preme: si abductum uendideris, si priuata, si sacra sublegeris, si impietate usus fueris, non opere solum, uerum etiam uerbo. Propitius autem sit nobis Deus, qui hæc cogitauimus, si in patrem, si in matrem, aut in benefactorem tuum, morte morieris non communi, sed lapidibus obrutus. Præterea mulieres uiris seruire oportere non ad contumeliam, sed ad obedientiam, parentes in filios ad salutem eorum habere imperium, unumquemq; suorum esse dominum, nisi Deo ea obtulit. Nam si uerbo solum Deo dedicauerit, tangere amplius non licet Dei oblata,

Integra conseruata à Iudæis lex Mosaica.



oblata, neminem rapere, nec aliena omnino furari, uerum etiã si uerbum emis-
 serit, quo sua omnia Deo oblata esse uideantur, ac demum pœnitentiã ductus
 tangere audeat, aut ad alium sensum prolata sibi uerba interpretetur, animam
 amittat. Sed longum esset omnia dicere. Innumerabilia præterea sunt mori-
 bus & consuetudine sine scripto seruata, quæ quis odit, non faciat: quæ non
 locauit, non tollat: nec à prato, nec à torculari, nec ab area, magnum aut par-
 uum aliquid auferat: ignem petenti dare, aquarum fluentia non includere, in-
 opibus & mancis, opem petentibus, stipem propter Deum esse concedendam,
 mortuis sepulchri locum non esse negandum, mortuorum sepulchra non mo-
 uere, nihil mali cuiquam inferre, non obtundere aut eijcere sperma, nulla ui
 fecunditatem mulierum retardare, non aliter uti animalibus quam Deus &
 lex uoluit, semina non dispergere, iugum non imponere iniuste, non habere
 modicum præter mensuram, nec nûmum adulteratum, amici arcana inimici
 tias lapsus non patefacias, non separe liberis à parentibus, etiam si captiuos
 habeas: non uxorem à uiro, etiam si argêto tuo emeris, hæc maiora pulchrio-
 raq; sunt, illa parua multis uidentur, non destruere domi nidum, nullius ani-
 malis preces, cum ad te lamentanti simile refugiat, contemnere uelis. Sed lex
 quæ ista iussit, magna cura seruanda esse constituit: maledicunturq; qui non
 seruant: & Deus ipse qui omnia perspicit, ultor inuocatur. Et paulo post:
 Non semel, sed sæpius, imò uerò singulis diebus septimis propter malos hæc
 repetuntur, maledicunturq; qui non seruant. Ita non solum ad agendum
 exercitatos, uerum etiam legum peritos legislator singulos effecit. Septi-
 mis enim diebus in diem congregari uoluit, ut confidentes scripturam audi-
 ant, ne quis se ignoracione possit excusare. Ita conueniunt semper, & sedentes
 magno cuncti utuntur silentio, nisi ad laudem dictorum uerbum aliquod
 communiter emiserint. Sacerdos autem aut de senioribus unus, legem recitat
 & exponit, sitq; id per totum diem septimum usq; ad uespertinum crepuscu-
 lum: deinde abeunt & sacrarum legum peritiores, & pietate multo munitio-
 res. Num ociosi septimum peragere diem iudæi tibi uidentur? an hæc quæ fa-
 ciunt, cæteris omnibus necessaria magis ducis: hæc enim re fit, ne à iure consul-
 tis quid faciendum sit quærerent, nec per ignorantiam fallunt. Sed unusquisq;
 facile de legibus atq; moribus interrogatus respondeat: & uir uxori, pater li-
 beris, dominus seruis, legis præcepta tradat: Facile de septimo quoque anno,
 quamuis non similiter, dicere possumus, non enim ipsi ab operibus, sicut septi-
 mis diebus cessant, sed agros ipsos cessare patiuntur, ut uires ad futura suscipi-
 ant. Multo enim fecundiores redduntur, si cum cessauerint, in noualia rursus
 proscinduntur. Quod etiam corporibus hominũ accidit, semper enim eisdem
 ferre laborem, & ualeitudini obest, & robur animi atq; corporis deijcit. Sed si
 quis iudæo polliceatur fecundiores in septimo anno agrum futurum, si eum
 coluerit, nequaquam id facere patietur, nam & ipsi à laboribus recipere se uo-
 lunt, & agros aliquando quiescere, ut & ipsi latiores, & agri fecundiores alio
 initio laborum sumpto efficiantur. Magnæ autẽ humanitatis eorum illud præ-
 cipue signum est. In septimo anno quoq; ipsi ab agriculturæ laboribus absti-
 nent, si quid sponte agri protulerint, non colligunt, neq; deponunt: sed quia
 nullo suo labore productum est, communiter cuiuscunq; uolenti omittitur. Qua-
 re autem septimum numerum ita lex honorauit, nemo à me quæret, qui à me
 dicis atq; philosophis de uirtute, quam ad omnia maximeq; ad naturam hu-
 manam possidet, audiuit. Hæc Philo. Similia uerò ipsi & Iosephus in secun-
 do de Antiquitate iudæica, hoc pacto conscripsit ab ipsis rebus: Si quis cæte-
 rarum gentium leges nostris conferret, diligenter uidere licet, quis nam maxi-
 me tam iustissimas leges, quam pietatem in Deum ueram hominibus tradi-
 derit. Nam cum infiniti gubernandarum ciuitatum modi in hos paucos ge-
 neraliter reducuntur, ac alij principatu unius, alij paucorũ potentia, alij totius
 populũ

Septima die
audiendum
uerbũ Dei.

A populi iudicio gubernentur, nostræ legis conditor hæc omnia despexit, & so-
 li Deo (dicam enim etiam si durum uideatur) gubernationem iudæorum at-
 tribuit. ad illum enim tanquam omnium honorum causam respiciendum solũ
 modo cœsist, quem nec factum ullum, nec cogitatum fugere potest: qui cum
 immortalis æternusq; sit, omnia potest: nec alia nobis ratione, quam creaturis
 suis cognoscitur. Hæc enim de Deo opinari oportere, sapientissimi etiam Gre-
 corum principis ab illo sumptis testantur. Nam & Pythagoras, & Anaxago-
 ras, & Plato, multiq; alij hæc ipsa sensisse uidentur. Sed paucis hæc uarietate
 tradita, in multos efferre ausi non sunt. Noster autem legislator, quoniam ope-
 ra legibus consona effecit, non solum sui temporis iudæos, sed omnes usq; ad
 hunc diem in ueram creatoris pietatem reduxit, atque reducit, cuius rei cau-
 sa est, quoniam & leges ipsas utilissimas omnium tulit. Non enim uirtutis
 partem pietatem esse docuit, sed omnes uirtutes pietatis esse partes declara-
 uit: & ipsas uirtutes, iustitiam dico, modestiam, fortitudinem, ciuium inter se
 concordiam, altius omnibus impressit. Omnes enim operationes nostras, o-
 mnia uerba & cogitationes ad eum referendas esse uoluit, nec aliquid horum
 in castigatum reliquit. Duplex enim disciplina morum est. Nam cum & do-
 ctrina quid faciendum sit discamus, & exercitatione faciliore ad agendum
 sumus. Alij quidem legumlatores altera solummodo ratione uisunt. Nam
 Lacedæmonij atque Cretenses non uerbis, sed re atque consuetudine insti-
 tuebant. Athenienses autem & cæteri penè Græci omnes, quæ faciendæ essent,
 uel non, legibus iubebant. Re autem atq; opera ad consuetudinem bene
 uiuendi reducere homines neglexerunt. At uerò Moses diligenter hæc utra-
 que coniunxit, nec rectam uiuendi consuetudinem doctrina priuauit, nec do-
 ctrinam procul ab exercitatione iacere passus est: sed à primis statim alimen-
 tis incipiens, domesticum uiuendi usum ita complexus est, ut nihil adeo par-
 uum sit, quod uoluntati utentis prætermiserit. Sed quæ comedenda sunt, & à
 quibus abstinendum, ac de omnibus quæ simul uiuunt, de diligentia præte-
 rea in agendo, ac de requie à laboribus legem quasi regulam posuit, sub qua
 tanquam sub patre ac domino uiuētes, nihil ex ignoracione peccamus. Non
 enim semel aut bis, sed singulis hebdomadibus ab omni labore quiescentes,
 ad audiendam legem conuenire iussit, ut præceptis eius maxime omnium
 cognitis, nemo se posset per imprudentiam purgare. Quod cæteri omnes
 legum conditores ita relinquerunt, ut plurimi ferè homines tunc tandem
 quicquam prohibitum esse discant, cum iam præuaricati sint: & qui præci-
 puos maximos que gerunt magistratus, ignorantiam legum præ se ferunt,
 cum legisconsultos secum semper habeant secum assistentes. Quemcunq; ue-
 ro iudæum de Mose legibus interrogaueris, facilius tibi omnes percurret, quã
 nomen suum proferre posset. Ita fit, ut ab ineunte nobis ætate leges impi-
 mantur: & raro quidem aliquis transgreditur: & si quis transgressus fuerit,
 nullo pacto pœnam deprecari potest. Quia ex re mirabilis generi nostro con-
 cordia inest. Nam & quia eadem omnes de Deo sentimus, & quia in uiuen-
 di moribus nulla differentia est, summa omnes concordia coniungimur. Non
 audies enim apud nos diuersas de Deo sententias, quod apud alios non uul-
 gares tantum, uerum etiam philosophi faciunt: quorum alij nihil omnino
 Deum esse cauantur, alij Deum esse concedentes, gubernationem rerum
 ipsi concedere nolunt. Apud nos autem à mulieribus etiam & seruis audies,
 omnia nostra studia ad Deum referri oportere. unde factum est, ut nonnul-
 li tanquam magos atque inertes nos accusent, quia nouarum rerum in-
 uentores non sumus. Quod apud alios ita laudatur, ut qui patria consue-
 tudine contempta, innouare quicquam potuerunt, sapientes fuisse uidean-
 tur. Nos autem econtra, id præcipuum prudentiæ atque uirtutis munus exi-
 stimamus, ut nihil omnino contra legem aut facias, aut cogites. Quæ res ma-
 ximo

Moses oma-
nes legisla-
tores excela-
lit.

OPAVS... (vertical marginal note)



ximo argumento est, leges Mosi optimè atq; diuinitus latas esse, nam quæ aliter se habent, experientia redargutæ ceciderunt. Nostræ autem legis quid nam aliquis mutare queat: uel quid melius aut inueniet, aut ab alijs accipiet: num uniuersum disciplinæ ciuilibus modum reprehendet: Sed quis iustior aut melior modus excogitabitur quàm hic sit, qui Deum principem proposuerit, & sacerdotibus communiter maximarum rerum gubernationem attribuerit: ac summo pontifici sacerdotis, tum omnium regimen commiserit: quos non censu aut genere, sed uirtutis præstantia ad Dei cultum assumpsit: & legis aliarumq; rerum curam illis commisit, ut ipsi & dubia deciderent, & peccantes puniant. quis igitur principatus hoc melior: aut quis maior Deo potest honor afferri: Tota quippe multitudo piissimè Deum colit, & sacerdotibus maximarum rerum committitur. Ita fit, ut tota disciplina ciuilibus quædam solennitas esse uideatur. Nam quæ paucis diebus uix alij faciunt mylteria, & dies festos appellantes, hæc nos toto animo firmæq; sententia multis & conseruamus, & conseruamus. Vide autem quàm ueræ simplices integræq; nostræ opinioniones sunt. Primum enim omnium de Deo opinamur, quod ipse perfectissimus atq; beatissimus sit, sibi atq; cæteris sufficiens: omnium ipse rerum principium, ipse mediū, ipse finis: operibus notissimus atq; manifestissimus, substantia penitus inuisibilis: cui simile nec uidere, nec excogitare quicquam possumus. Quare nec materia ulla ad imaginem eius suscipi, nec ars imitari eum fingendo potest. Opera eius oculis cernimus, cælum, terram, solem, lunam, lucem, fluuios, mare, animalia, plantas quæ ipse fecit non manibus, nec labore, nec alicuius auxilio: sed cum uoluerit omnia bene fieri, omnia illico bona facta sunt. Hic sequendus omnibus hominibus est atq; colendus. colitur autem sanctissimè, operatione uirtutis. Vnum est templum unius Dei, amicum enim omnibus quod simile est, commune templum omnibus est, quia communis Deus est, hunc sacerdotes præcipuè colant, quibus unus præest, huic qui non obtemperat, tanquam impius punitur. Sacrificia offerimus non ad repletionem ebrietatemq; nostram, quæ Deo ac omnibus probis odio sunt: sed ad emendationem purgationemq; nostram, in quibus pro communi prius salute oramus, deinde pro nostra. Gratissimus enim Deo est, qui communem salutem suæ anteponebat. Petimus autem à Deo præcates, non ut bona nobis concedat, quæ sponte iam præbuit: sed ut capaces eorum bonorum ita nos faciat, ut cum ceperimus, non efferamur. Sacrificantes à luctu, ab uxore, alijsq; permultis abstinere, lex iubet. Hæc de Deo sentire, Mosiica lege didicimus. Longum esset omnia percurrere, quæ de nuptijs, connexioneq; sexuum cum uxore ad procreandum constituit. quanquam seuerissimè præter naturam agentes ulciscitur, quæ de latrocinio atq; furto, de rapina & ceteris, quæ de liberis educandis, quæ de parentationibus mortuorum, ut non magno sumptu, neque magnificentia sepulchrorum charitateq; fiant. Purgari autem à cadauere uenientes iubet quasi immundos, ut hinc discamus, quàm magna immundities in cæde hominis sit. Parentes secundo loco post Deum honorari iussit: & ingratum aduersus parentes hominem, lapidibus obruendum esse censeat. seniores à iunioribus honorari præcepit, nihil inter amicos occultum esse uult: & si dissidium acciderit, amici arcana efferri non sinit. Iudici muneribus corrupto, mortem intulit, qui non auxiliatur supplicanti, cum possit, reus secundum legem est, non tollas quod non deposuisti, non tangas alienum, non mutues foenore. Innumerabilia huiusmodi sunt, quibus societas nostra & disciplina ciuilibus inter nos continetur. Sed non est prætermittendum, quomodo erga alienigenas affectos nos esse uoluit. sic enim diuinitus hanc rem etiam curauit, ut nec nostra corrumpi possent, nec inuidere his possimus, qui legem nostram recipere uelint. Quicumque enim nostris legibus uiuere desiderant, omnes humaniter suscipiendos iussit: cum non genere, sed uiuendi disciplina

Quare uimus
à mortuo cõ
taminetur.

A disciplina coniunctionem hominum distinguere uideatur. Si qui autem non integrè, sed simulatione accedunt, hos repellendos imperat, ne conuersatione sua corrupamur. Cætera uerò, quorum usus necessarius est, petentibus danda esse constituit, ignem, aquam, alimentum, cæteraq; huiusmodi: ut uiam ignoranti ostendere, insepultum hominem non negligere. Quàm humaniter autem gerenda bella esse censuerit idem patet, quoniam nec igne, nec ferro agros hostium populari dimittit: nec eos spoliare, qui ceciderunt in prælio: nec captis iniuriam inferre, maximè mulieribus. Tantaq; facilitate ac mansuetudine nobis concedens, crudelius ea tractare prohibuit: nec interficere sinit, si quæ quasi supplicanti ad nos refugiunt: parcendum etiam in hostili regione, nec interfici animalia illa uoluit, quorum labore homines iuuantur. Sic undique cum docendo, tum puniendo à uitijs ad uirtutem reduxit. Mors enim imminet, si adulteratus es, si puellam rapuisti, si matrem tentasti, si tentatus concelsisti, de alijsq; omnibus punitiones rebus conuenientes absq; deprecatione conscripsit. Seruatoribus autem legum præmia proposuit, non argentum, nec aurum, non oleastri, aut hederæ feta, & inane quoddam præconium: sed & ipse prædixit, & Deus miraculis confirmauit. Si quis etiam mortuus esset pro lege, uiuet tamen, & meliora maioraq; præmia consequetur. Vnde factum est (non enim uereor dicere, quod res ipsa prædicat) ut multi magno animo summos cruciatus & mortem ipsam subire maluerint, quàm quicquam facere aut dicere præter legem. Et certe si gens nostra ignota cæteris hominibus esset, nec legis nostræ sanctitas ullo modo cognoscetetur, & aliquis omnia diligenter scripta Græcis nunc legeret, narraretq; talem se aliqua in orbis parte uiuendi uidisse disciplinam, quam multis seculis cum summa in Deum pietate seruata diceret, omnes admirarentur. Nullus enim sanctiores leges excogitauit, nec tot seculis leges suas animis hominum firmiter imprimere potuit. Prætermitto Platonem, qui ueram opinionem de Deo in multitudinem efferre, non esse tutum confitetur: & leges uerbis inanibus conscripsit, unde nulla utilitas, nisi forsan eloquentiæ, consecuta est. Lycurgum autem homines admirantur: & Sparten in cælum efferunt, quia longo tempore leges illius inuolatas Spartani conseruauerunt: quæ res certe non paruæ uirtutis est, sed illi breui tempore id fecisse inueniuntur, si quis eos cum Iudæis comparat, qui non minus ferè, quàm duo annorum millia in legibus permanent. Præterea Lacedæmonij liberi quidem leges seruabant: quamprimū autem fortuna mutata fuit, totius uiuendi disciplinæ, omniumq; suarum penè legum obliui. Nos autem sæpius aduersa fortuna multo magis, quàm cæteri homines uexati, nec etiam in summis periculis legem nostram obliuioni tradidimus.

Quomodo
animalia ab
homine tra
handa.

Eleazarus apud Aristotem de allegorico sensu scripturæ.

Cap. III.

Hæc Iosephus de Mosiica Iudæorum disciplina. Multa uerò dicere possem de occulta legum uirtute & allegorica speculatione: sed tangam pauca, quæ ab Eleazaro atq; Aristobolo summis apud Iudæos uiris nobilissimisq; sumpta sunt, qui Ptolemæi tempore perfusserunt: quorum alter Eleazarus pontificatus etiam dignitate insignis fuit, ut paulo ante scriptum est, cum de Traditione scripturæ in linguam Græcam diceremus, qui regijs legatis uirtutem scripturæ occultam esse ostendens, his uerbis usus est, ut Aristæus alter ex legatis conscripsit. Dignum autem est, inquit, nonnulla eorum quæ ab eo audiimus breuiter ponere, præcipuè quoniam temere quædam de puris atq; impuris animalibus in lege scripta multi arbitrantur. Interrogatus enim à nobis, quomobrem si à Deo uniuersa creata sunt, impura nonnulla scriptura uocant, à quibus abstinendum esse iubet, ita disseruit: Vides quantam uim habet conuersatio atq; consuetudo: malos enim homines si cum improbis, laudabiles si cum

k cum



cum probis cōuersantur, facile facit. Primū igitur legum diuinarum lator ita cuncta Deo patere ostendit, ut nihil agi, nihil excogitari possit, quod eum lateat. deinde ceteros omnes homines falso multitudinem deorum introducere docuit, cum ipsi multo præstantiores sint, quàm dii sui, quos uenerantur, quorum simulacra lapidea, uel lignea tanquam imagines eorum, qui ad uitam sibi nonnihil cōtulerunt, adorant, sensum ipsi habentes, & adorantes ea quæ in se fata penitus sunt. Cur autem omnino quasi dii à gentibus coluntur illi, qui ad usum humanæ uitæ aliquid inuenerunt, cum non fecerint, neq; produxerint ipsi quicquam, sed meliorem eorum quæ sunt usum excogitarint. Aut cur hodie quoq; multi non adorantur, cum antiquioribus ad inueniendum excogitandumq; multo sagaciores acutioreq; sint? Nam de Aegyptijs quidem nescio quid dicere oporteat: belluas enim & serpentes, & uiuos, & mortuos uenerantur. Hæc igitur inspiciens, diuinus ille uir mœnibus ferreis, & inuisolabili uallo à cæteris gentibus separare nos uoluit, quo pacto facilius corpore atq; animo immaculatos, longeq; ab huiuscemodî falsis opinionibus remotos locute uidebat, ut solum uerum Deum præter cæteras gentes adorantes, illi solum modo inhæreamus. Vnde factum est, ut à nonnullis Aegyptiorum sacerdotibus, qui disciplinam nostram altius considerarunt, Dei homines gens nostra sit appellata: quod nemini, nisi Deum uerum colat, accidere potest. Nec id iniuria, reliquis enim cibo, potui, uestituiq; inhiantibus, nostri omnibus istis cōtemptis, per totam uitam de omnipotentia Dei cogitant. Ne igitur conuersatione atq; consuetudine aliorum corrupti, ad impietatem eorum deferamur, cibi & potus, tactus & auditus, atq; uisionis purificatione legali nos à cæteris separauit. Cuncta enim ab una potētia omnipotentis Dei gubernata naturali ratione similia sunt, quamuis singula à quibus abstinemus, & quibus utimur, profundam habeant rationem. quorum unum aut alterum exempli gratia ponam, ne putes temere de rebus tam paruis à Mose fuisse conscriptum, sed omnia uideas ad probitatem hominum, & iustitiæ perfectionem sanctæ pertinere. Volucres enim omnes, quibus utimur, domesticæ mundæq; sunt tritico, aut leguminibus connutritæ, ut columbæ, turtures, perdices, anseres, cæteræq; huiusmodi. Quæ uerò prohibita sunt, eas rapaces, carnibusq; aliarum auium nutriti comperies, à quibus agnis, hædisq; raptis, hominibus quoq; tam uiuis, quàm mortuis inferitur iniuria. Quæ omnia merito immunda nominauit, ut uel hinc rapina & cæde nos deterreret, & ad iusticiam hortaretur, moneretq; iustissimè atq; pacificè uiuere, sicut omnes uolucres munde, quæ nulli autum, nec omnino alijs iniuriantur. Ita his quasi symbolis ad iusticiam intellecti gentes conuertit. Nam si animalia huiusmodi tangenda non sunt propter immunditiam suam, quales erūt homines, qui prauitate morum illis se similes reddunt. Omnia igitur hæc tropologicè, sanctèq; intellecta, plurimum conferent: consideratio enim unguis fillæ ne, an contrahit, distinguendos esse singulos actus probe significat: quos qui non distinguit, omnes quasi pecora, parentes simul & filie, sorores & fratres, quodq; nec in pecudibus inuenitur, mares inter se commiscetur, à quibus omnibus nos longè absumus. Vnde mirificè unā & hunc distinguendi modum docuit, & uite constitutionisq; nostræ habendam esse memoriam monuit. Cum enim dixisset, Quæcunque unguam seindunt, adiecit. Et ruminant. Nihil enim aliud per ruminatiōem significat, quàm uite constitutionisq; nostræ, ut dixi, memoriam habentem uiuere continuam. Hoc uita alimento conseruatur. Ita et alibi iubet dicens: Memoria recordaberis. Domini Dei tui, qui fecit in te magna & mirabilia. Ingentia enim profectò sunt (si quis diligenter considerat) formatio corporis, alimenti dispensatio, & ad singula membra mirabilis transitus, ac multo magis sensuum uis, mentis agilitatio, & summa uelocitas: unde singule quoque artes inuente sunt. Quare monet memoria tenendum omnia, quæ diximus diuina uirtute & fieri, & gubernari.

Quæ dicitur munda & immunda.

bernari. Loca deinde ac tempora omnibus accommodauit, ut semper & ubique Dei memoriam habeamus, & incipientes quicquam agere & desinentes, & cum inter agendum sumus constituti, tam cibi & potus tam mūditiā quàm immunditiā, quàm primitijs: quibus factis postea utimur, ad Deum nos conuertit. Præterea per uestitum etiam simile fecit. Quid plura? In ipsis quoq; sanis præcepta Dei scribere iussit, ut continuam eius haberemus memoriam: & in manibus ipsis circumferre ipsa uoluit, ut ostenderet omnia nobis iuste faciunda, creatorem timentibus, et nostræ creationis memoriam firmam retinentibus. lubet enim si quis dormitum eat, siue à lectulo se recipiat, siue ambulet, siue sedeat, Dei opera sibi esse meditanda: & in singulis Dei potentiam, quam sumus & possumus, non uerbis tantummodo, uerum etiam cogitatione atq; animo admirandam, laudandam, amandam. Sed de cibo ac potu dicta sufficiant. De sensibus autem ita iussit, ut nihil audiendum, nihilq; tangendum uelit, quod immundum sit: & hoc simili quadam ratione. Rapaces enim prauæq; bestiolæ sunt, à quarum tactu nos prohibuit, sicuti catæ ac mures, pestifera quædam animalia; & omnino inutilia hominibus: ita lex nostra nec uerbo, nec opere iniuriose quenquā dicere, aut facere permittit: & tam expresse quàm per signa & symbola: omnibusq; modis non fabulose, sed ueris rerum indicijs ad iusticiam, & omnipotentem nos Deum conuertit. Omnis enim mentio mundorū atq; immundorum animalium ad hæc refertur. Videbatur igitur mihi, Eleazarus rectè ad omnia respondisse. nam etiam uitulos, arietes, & iuuenos non syluestres, sed domesticos offerendos dicebat: ut qui sacrificabant, hac re intelligerent mites se atq; humanos esse oportere, præsertim cum oblatum affectus animi significet. Hæc Eleazarus ad legatos, qui ad eum de interpretatione legum à Ptolemæo missi fuerunt, quibus aperte significauit, profundam quandam rationem, ac allegoricam in lege diuina contineri, quam inuestigare deberent, qui scripturam intelligere optarent. Aristobulus autem ille, cuius secundus Machabeorum liber meminit, quemq; Aristotelica peritum fuisse philosophia constat, similiter manus & cætera membra, quando de Deo dicuntur, intelligenda esse in libro quem ad Ptolemæum scripsit, his uerbis declarat. Veniamus nunc ad ea, quibus etiam tu o rex significari tibi uoluisti, quid uelit dicere scriptura nostra, cum manus & brachia, facies & pedes, iter & quietem Deo attribuat. Quæ omnia conuenienter intellecta, rectè de Deo sententiam non fabulosam, aut falsam confirmant. Magnæ namq; res, quæ in sensibus nō cadunt, multis profectò modis à sensibilibus, à scriptore legum exponuntur. Et ideo, qui rectè intelligunt sapientiam illius, & diuini spiritus gratiam, quæ prophetam eum efficit, uehementer admirantur, ex quibus prædicti philosophi fuerunt, & poetæ etiam nonnulli, qui propter illa, quæ ab eo acceperunt, maxime admirantur. Qui uerò à sensu eius profundiore remoti, literæ tantummodo inhærent, nihil magni eum scripsisse arbitrantur. Explanabo igitur singula breuiter, atq; clarè, quantum in me situm est: quod si longè à ueritate abfuero, non scriptori, qui rectè ac profundè omnia edidit, sed mihi parum diuinas illas leges intelligenti temeritatem attribuas. Manus igitur etiā nobis multis modis dici, apertissimum est: nam cum magnum exercitū & legiones tuas aduersus hostes mittis, magnam manum te habere dicere uulgò solemus: et omnes qui audiūt uires tuas, per manum significari non dubitant. quod etiam Moses designauit, dicens: In manu potenti eduxit te ab Aegypto Deus. Et alibi à persona Dei: Mittam manum meam, & percutiam Aegyptios. Et rursus ad Aegyptiorum regem: Ecce manus Domini, inquit, erit in pectoribus tuis, & in omnibus agris mors magna. quibus potētia Dei iure significatur. Vis enim hominum, & actus omnis in manu eorum sita esse, translatiuè dicitur. Idcirco legis scriptor uocabulum manus ad potentiam Dei transtulit. Quies autem diuina non iniuria, ut puto, dici potest stabilis creaturarum duratio atque

A quibus animalibus abstinendū.

Manus quid significet in scriptura.

OPAVSIBUS



immobilitas, quam esse percipimus, quia Deus, cui omnia subijciuntur, ita constituit. nunquam enim coelum in terram conuersum est, neque terra in coelum mutata: nec Sol Luna, neque Luna Sol facta est. Et in animalibus similiter est: non est enim in naturam hominis fera conuersa, nec homo in beluam unquam pertransiuit. Haec igitur quies atque stabilitas diuina dici potest. Descendisse in montem etiam tempore, quo lex ferebatur, scriptura Deum perhibet, ut omnes operationem Dei conspicerent, quam descensum appellamus. Scribitur enim exarsisse montem igne, quando Deus descendit, turbatumque uoces exauditas fuisse. Cumque tota multitudo non pauciores quam decies centena milia essent, per quinque dies in omni loco montis ardens ignis aspiciebatur. Ita descensus ille nullum localem motum significat, ubique enim Deus est: sed uiribus ignis, quae mirabiles sunt, quia uniuersa consumunt, quinque dierum spacio sic ardentis, ut nihil ibi consumptum fuerit, sed ipsa quoque herbarum uiriditas intacta permaneret, turbatumque sonitu intolerabili nullis edito instrumentis, descensus Dei omnibus significatur. Descendit enim, quoniam uoluit diuinis Iudaeorum genus legibus communire. Haec Aristobolus.

De Essais, qui prius temporibus apud Iudeos sublimi uiuebant philosophia. Cap. IIII.

Verum quoniam diuinarum legitur precepta percurramus, & formam allegorici sensus tetigimus: illud praetermittendum non est, uniuersam Iudaeorum gentem in duas maxime partes fuisse diuisam: unam, quae precepta legis certo quodam literae sensu sequebatur: alteram, quae maiore philosophia firmata, altius atque subtilius omnia speculabatur, qui & Philosophi Iudaeorum esse putabantur. Horum disciplinam omnes qui nouerunt, uehementer admirati sunt. Iosephus uero atque Philo Iudaei perpetuae memoriae uitam eorum commendarunt. Itaque ne tam sublimes uiri neglecti esse uideantur, a libro Philonis, quem pro Iudaeis composuit, nonnulla sumenda mihi esse arbitror. Praeter ceteros, inquit, quos penitus innumerabiles sanctio Moisaica ad bene uiuendum incitauit, Essai summi omnium atque maximi sunt ab Hosiote, id est Graeca lingua, sanctitate (sicut mihi uidetur) appellati: quorum secta non genere, sed uirtute atque humanitate discernitur. Itaque nemo puer, nemo adulescens propter instabilitatem gratis, sed uiri omnes aut senes sunt, qui nullo corporis morbo, nulla animi perturbatione feruntur, sed uera soli hominum libertate fruuntur, cuius rei uita sua testimonium praebet. Nemo proprium aliquid possidet, non domus, non pecus, non uas aliquod: sed omnibus in medio positus, communiter utuntur, habitant simul & conuiuunt quasi sodales. Cumque omnia pro communi utilitate faciant, alia aliorum negocia sunt, quae impigre subeunt, sed ante ortum solis ad solitos labores uersi, crepusculo uespertino cum gaudio redeunt, non aliter quam qui certamine gymnico exercentur. Meliora enim & fructuosa tam animo quam corpori ea certamina putant, quae non senescunt cum corpore. Sunt autem eorum alij agricolae, alij pastores, alij apium cultores, alij aliarum artium magistri, ita ut perfecte inter se uiuant, alijs non indigentes, nihil facere recusant, quod cum utile societati sit, turpe non est. Cumque laboribus suis mercedem ceperint, apud eum deponunt, qui quaestor creatus est. Is omnia diligenter procurat, quibus egent: egent autem paucissimis, cum omnem luxum tanquam animae atque corporis morbum aspernentur. Communis est ipsis non mensa solum, uerum etiam uestis, tenuis quidem omnis, sed grauior in hyeme, quae in uno deposita loco est, unde unusquisque indifferenter assumit. Aegrotatio quoque corporis si acciderit, studio atque cura omnium et re communi curatur. Seniores si abique liberis naturae concedunt, felicissimi omnium putantur, honorati ceteris non minus quam si eos genuissent. Et quoniam acutissimi matris

monio huiusmodi societatem facile dissolui posse perspexerunt, uxorem ducere omnino recusant, castimoniam summopere studentes. Nimum enim mulier seipsam amat, & zelotypia maxime mordetur, ac utriusque mores artificio quodam atque lenocinio facile potest in peius peruertere. Si uero etiam liberos uitro pepererit, quae prius astute faciebat, ea iam audacter atque aperte aggreditur, omnique ui regere maritum conatur. Quare uxor huic societati inimicissima iudicata est: non seruat enim mores, nec probus erga omnes est, qui aut uoluptate uictus, aut liberorum amore superatus, in seruitutem uxoris deductus est. Hac uita eorum fit, ut non priuati solum, uerum etiam reges atque principes, eorum philosophiam plurimum admirentur. Haec quidem in Apologetico Philo scriptum est, ut diximus: in eo uero libro quem inscripsit, Omnes studiosos liberos esse, ita de Essais narrat: Palaestinam maxima gens Iudaeorum habitant, inter quos qui dicuntur Essai conperiuntur, plures numero, ut ego opinor, quam quatuor milia. Essai dicti, quasi sancti, Graece, quoniam Dei cultores praecipue sunt: non animalia sacrificantes, sed mentes suas uirtute munitas, offerendas Deo putantes. In ciuitatibus non habitant, existimantes, ut contagionem aeris corporibus, sic conuersationem uulgi animo nocere. Horum alij agros colunt, alij pacificas artes ad utilitatem suam & proximorum exercent: nec argentum, nec aurum reponunt: nec ingentes agros laudant, sed tantum colunt, quantum necessitati possit sufficere. Hi enim ex omnibus penitus hominibus soli pecuniam & fundos negligentes, uirtute ditissimi putantur, facilitatem uiuendi & paucorum indigentiam recte magnas esse diuitias iudicantes. Nemo eorum tela, enses, galeas, scuta, ceteraque belli facit instrumenta: sed nec eas artes exercent, quibus facile homines in improbitatem labuntur: nulla mercatura, nullus cauponatus, nulla eis cognoscitur nauigatio: omnes rapinae occasiones depellunt. Nemo seruus apud eos est: sed cum uniuersi liberi sint, alteri alteris seruiunt. Omnes qui seruis utuntur, non solum quia aequalitatem contemnunt, tanquam iniustos oderunt, uerum etiam quasi naturae leges transgressos omnino despiciunt. Omnes enim (aiunt) quasi mater eadem natura genuerit: quare quamuis non uocemur, sumus tamen re ipsa fratres, avaritiae crimine abalienati, rationalem philosophiae partem non necessariam ad uiuendum, naturalem maiorem humana natura consequi posse putantes, alteram sophisticam, alteram leuioribus reliquerunt hominibus: illam philosophiae partem solummodo approbantes, quae de Deo, & de creatione omnium scrutatur. Morali maxime inuigilant: ad quam absolute consequendam, paternis legibus adiuantur: quas recte intelligere nemo sine diuino auxilio potest. Has semper quidem, sed maxime septem diebus docentur. Dedicata enim septima dies deputatur, in qua ceteris omnibus neglectis, ad sacra loca concurrentes, quae Synagoga appellatur, ordine sub senioribus iuniores considerare solent. legunturque scripturae diligenter, & exponuntur a peritissimis: symbolis enim praesentibus triplici regula utentes, amore Dei ardentissimo, uirtutis cultu diligentissimo, charitate proximi feruentissima. Quod igitur summe Deum diligant, multa nobis argumento sunt. Castitas perpetua, iurisiurandi nulla mentio, mendacii odium, & praecipue quod honorum omnium, nullius mali causam esse Deum opinantur. Quod uirtuti studeant, patet: quia pecuniam negligunt, gloria spernunt, uoluptatem oderunt, constantes, seueri, magnique animi sunt, ceteraque huiusmodi innumerabilia. Charitatis autem argumenta sunt, beneuolentia, societas, aequalitas. Nullus enim domum habitat, quae omnium communis non sit. unum aerarium, unus sumptus omnibus est. Praeterea uestis communiter omnibus proposita, communis cibus & potus, communis mensa, omnis uita communis est. Quae omnia multo magis illi opere faciunt, quam alij uer-

Uxorū pro cecitas.

Sabbato scripturae explanatur.

Argumenta amoris diuini.

OPAVSBBE



bis significant. Nec mirum, quæcunq; enim quotidie laborantes consequuntur, non ipsi seruant, sed in medium afferentes, communi utilitati attribuunt: non negliguntur apud eos ægrotantes, sed à communibus curantur. Seniores non minus quam parentes liberi uenerantur. Huiusmodi homines sine Græca doctrina, Mosaica philosophia effecit, quæ uirtutis opus hominibus proposuit, à qua libertas & oritur, & confirmatur. Nam cum multi atq; uarij diuersis temporibus, alij crudelitate, carnificum more uniuersam ludæam uexarint, alij astuta simulatione ad eò ad improbitatem cunctos peruerterint, ac suæ impietatis, inhumanitatisq; calamitates hominum perpetua monumenta reliquerint: nullus unquam ita efferatus fuit, nullus ita ueterator, ac malus, ut Elicæorum, aut potius sanctorum uitam criminari uoluerit: sed omnes probitate illorum superati, quasi à natura liberos putantes, summa ueneratione atq; laudibus prosecuti sunt. Hæc Philo.

De Deo, & quòd mundus creatus est, & quòd prouidentia regitur. Cap. V.

Verum quoniam philosophorum disciplina iam patuit, & totius etiã multitudinis mores diuinis legibus muniti expositi sunt: restare uidetur, ut iuniorum theologiã pietati maiorum idoneam atq; consentaneam ostendamus. Sic enim perdiscemus, quales in theologia, & in cæteris disciplinis Hebræi fuerint. Philonem igitur rursus primo libro super legem audiamus. Non nulli, ait, mundum magis quam autorem mundi admirati, non ortum, sed æternum esse mundum putauerunt malè, nullum penè opus Deo attribuētes: cum econtra oporteret Dei quidem uirtutes, quasi creatoris atq; patris admirari, mundo autem non maiorem, quam creaturæ cõueniat, laudem attribuere. At uerò Moses, qui & ad summum philosophiæ peruenit, & Dei responsis secreta naturæ didicit, optimè cognouit necesse esse, ut horum aliud quidem agatur, cum sit integerrimus intellectus atq; purissimus omni scientia præstantior, omni bono melior, omni pulchritudine formosior, aliud uerò inanime per se atque immobile, sed ab intellectu commotum atq; formatum, perfectissimum opus hunc mundum effecerit. Quem qui fuisse ortum negant perutilem atq; ad pietatem necessariam, prouidentia uirtutem radicibus sustulerunt. Patrem enim atq; autorem operi suo prouidere, ratione probatur: pater enim omnis atq; autor, ea que genuit aut fecit, diligenter studet conseruare, que opprimere possunt expellens, quæ utilia sunt suis acquirens: ad id uerò quod nõ fecimus, nulla coniuñctio nobis est. Perniciosa igitur res omnino est, ut sine principatu ciuitatem, sic mundum sine autore ac iudice, à quo uniuersa gubernentur, consistere posse putare. Mirabilis igitur ille Moses, quod sine principio est alienum, à re uisibili omnino existimās. Quod enim sensibile est, mutationi subiectum, nõquam idem est, inuisibili quidem atq; intelligibili perpetuitatem attribuit: sensibili autem aliud uocabulum accommodauit. Nam quoniam uisibilis atque sensibilis hic mundus est, necessariò ipsum ortum habuisse affirmat. Unde non ab re creationem etiã eius magna cum theologica uenustate cõscripsit. Hæc de origine uniuersi. Quod uerò prouidentia mūdus gubernetur, in libro quem de Prouidentia scripsit, contrarijs primùm expositis, deinde confutatis, magnificè probauit. Quorum plura, quoniam longiora sunt, compendiosius ponam. Prouidentiam esse, inquit, arbitraris, cum tantam rerum perturbationem esse uideas. Quid enim humanorum ordine certo geritur? An solus ignotas, prauos atq; rapacissimos homines bonis omnibus florere, diuitijs, gloria, cultu multitudinis, magistratibus, bona ualitudine, quibuscunq; dixeris uoluptatibus affluere? Virtutis autē amicos omnib. malis oppressos, paupertate, infamia, humilitate, duritiæ uiuēdi affligi? His alijsq; cõpluribus ita dictis, responde-

Argentum
& patientium mirabilis coniuñctio.

det postea hoc pacto: Non tyrannicè, neq; ui aliqua, uel crudelitate, sed ut rex regum iustè uniuersum mundum Deus gubernat: rex autem uerus iam pater est: ut enim se habet pater ad liberos, ita rex bonus ad ciuitatem, & Deus ad mundum: quippe qui naturæ stabili lege principatum, & prouidentia insolubili coniuñctione unã copulauit. Quare quemadmodum non negliguntur omnino uitiosi à parentibus liberi, inimicorum opus esse putantibus submersos inuadere: sed maiore interdum ope fouentur, cum nullum in se præsidium esse uideatur. Similiter quoq; Deus omnium curam gerit: nec minus eorum, qui perperam uiuunt, tum ut occasionem eis pœnitentiæ præbeat, tum ut naturæ se propitiũ esse ostendat. Ad hæc longe ab his à ueritate, si malorum aliquid se licem arbitraris, etiã si Cræso ditior, acutior uisu quã Lynceus, maioribus corporis uiribus quã Crotoniata ille Milo. Ganymede formosior sit, omnibusq; alijs corporis, & exterioribus bonis abūdet. Qui enim mentē suam plurimorũ dominatui, ac pessimorum subiecit cupidinis, doloris, timoris, stultitiæ, iniustitiæ, foelix atq; beatus esse nullo modo poterit, etiã si uulgo beatus appellet. Nam si animi oculos parumper uolueris eleuare, atq; ut possibile homini est, de uero bono considerare, omnia quæ nunc admirari uideris, magno risu prosequeris: semper enim cum meliora lateant, in locum eorum mala irumpentiã laudantur. Cum uerò in medium adsunt, bona tunc, quæ contraria sunt, hæc luce dilucidius turpitudinem suam ostendunt. Si ergo diuinum illud bonũ mente conceperis, nihil eorum, quæ dixisti, facile apud uitiosos inueniri inter bona collocabis. Preciosissima nempe illorum argenti atq; auri metalla sunt, quæ à pessima terrarum parte solent prodire, per multum namq; profectò interest inter metallorum fertilitatem, & fecunditatē terræ non metallosæ. Longè quippe abest argenti atq; auri natura à bonitate frugum, sine quibus uiuere nequimus: quod maxime in annonæ patet charitate. Omnes enim thesauros pro modici rēporis alimēto rectè iudicantes propter necessitatem, libèter omnes projicere solent. Quando autem necessaria nobis cumulatè affluunt, naturæ bonis abūdantes, contenti esse non possumus: sed argento atque auro inhiantes, & quasi oculis capti, terreno pondere huc atq; illuc propter auaritiã ferimur, continuoq; pecuniæ gratia bello uexamur. Vestes etiã magnificas cupimus, quæ nihil aliud sunt quam textoriæ artis laudes, & flos ouium, ut nõnulli poetæ dixerunt. Qui uerò gloriæ adeò cupidus est, ut uel à malis laudari cupiat, hunc improbũ esse necesse est: quippe unumquodq; suo simili gaudet: bonam autē ualitudinem aurium non quæret, si didicerit nõ paruos animi morbos ab auditu oriri. Qui uiribus corporis ceruicē eleuat, atrocissimas ante oculos beluas ponat. Ita enim intelliget turpissimũ esse, ferarũ uiribus hominem gloriari. Formositatem corporis iactare mentis compos nemo poterit: quæ breui adeò extinguitur tempore, ut antequam florescat, defloruisse uideatur: præsertim cum etiam inanimata artis opera, picta, ficta, texta, non parua uideant extare pulchritudine, quorum omnium nihil unquam apud Deum inter bona enumeratum est. Quid dico apud Deum: cum neq; periti homines, qui rectè philosophantur bona, caducas has res, ut arbitrentur, aut appellent. Qui uerò falsam, & nomine solum philosophiam sequuntur, si animi se medicos professi, seruituti corporis inharerent: nec corporum quidem medicos imitantur, qui si rex ac princeps ægrotet, omnia transgressi inter columnia, porticus, tabulas argentum, aurilicium, aurum, lapides, cubile ipsum ilico petunt, nec uestem auro insertam admirati, nec lapidibus ornatum considerantes lectulum, quam citius possunt, ceteris omnibus contēptis, manus ægroti tangunt, pulsam examināt, interdum etiã uestibus sublatis, qua duritiæ sic ueter, quo calore pectus ardeat, quo motu cor exiliat, inquirunt. Ex quibus omnibus alijsque cõpluribus quantitate & qualitate ægritudinis percepta, curã morbi tandem aggre-

Metalla oruntur ex sterili terra.

OPAVS...



dem aggređiuntur. Oportet igitur etiam philosophos cum medicinam animi tenere profiteantur, omnia despiciere, quæ falsa homines opinione maxime faciunt: ac mentis ipsius cubile ingredi diligentius, & considerare si propter iram inæqualiter pulsus mouetur: tactuq; ipso examinare, si aspera maledicendo lingua effecta est, si cupiditate tumidus ueter, & (ut breuiter dicam) quia in temperie interiora turbata sunt. Hoc enim pacto, idonea poterunt adaptare remedia. Nunc uero cum nequeant lucem ueram aspicere, exteriorum falso rerum nitore percussi, quasi cæci pererrant, reginam omnino mentem negligentes: & satellites eius, diuitias, gloriam, sanitatem, aliq; huiusmodi persequentes. Et quemadmodum summa insanis est, aut cæcos de coloribus, aut surdos de harmonia musica: sic & uitiōsōs uiros de bono & malo iudices constituit, mente namque capti sunt, & interioribus tenebris obcæcati, discernere nequeunt. Merito igitur laudatur Socrates, & alij, qui paupertatem amplexi, nec quaestiuosa ipsi artificia didicerunt: nec amicis, aut rebus magnis sibi oblata munera acceperunt: nihil enim aliud quam uirtutem bonum putabant. Quod si mortali corpore circumducti, & morti ut homines subiecti, ac cum multitudine iniustorum hominum, maxima uiuentes iniuria perierunt, cur accusanda natura est, cum crudelitas hominum culpanda sit? Non enim facile potest euadere, qui degit in regione pestifera. Et ueluti cum magna uis pluuia descendat, nisi sub recto sis, necesse est, etiam si sapiens sis, imbrem perferre: cum que frigidissimus perflat boreas, frigore premi, & æstatis ardore calefieri. Eodem profectō modo, si cum iniustis uitam agis, necesse est multa inde perpeti mala. Verum omnes, qui uirtutem negligentes, falsa corporis laudant bona, a Sole ungi, & a loue lauari putantur. Symbolica enim hæc priscaq; proverbia re ipsa uera esse ostenduntur: nec enim post mortem solummodo, sed etiam per totam uitam animo simul atque corpore iniusti homines pendent. Cuius rei qui Siculam conscripserunt historiam, testes locupletissimi sunt. Nam uel amantissimam uxorem suspectam adeo fuisse tyrāno dicunt, ut tabulis cubiculum strauerit, quo maior tonitus cum ad eum iret excitaretur: nudamq; ita eam ire iussisse, ut nihil occulte ferre posset: aditumq; ipsum fouea interceptisse, ut uel saltibus, uel longis gradibus, uel ascensu, descensuq; pergendo, nullum posset telum occultare. Quot quātisq; igitur animus hominis, qui uel uxorem ita suspectū habebat, malis refertus erat? Illis certē mihi simillimus uidetur fuisse, qui cum ad alta præcipitia scandans, antequam ad cacumen peruenerint timore percussus, nec altiora petunt iam fessi, nec descendere audent, cum ad hiatum & profunditatem despexerint. Tyrannidem nempe quasi diuinam rem aggressus, cum pericula eius cognouisset, & stanti in proposito, innumerabilia uidebat indies pericula, & abeuntis mortem imminere non dubitabat, omnibus & si non corporibus, sed animo tamē aduersus eum armatis, quod ille ipse Dionysius ita esse significauit. Nam cum quidam uitam tyrānorum apud eum quali beatam laudibus efferreret, uocasse ad cenam regio apparatu instructam hominem dicitur, ac super caput illius sedentis acutum gladium tenuissimo filo suspendisse, quem posteaquam repente conuiuia ille respexit, nec surgere inde ausus, timore tyranni, nec bibere aut comedere potens, periculo percussus, ceruice aut oculis adpendentem gladium directis mortem expectabat. Quod cum uidisset Dionysius: Num, inquit, intelligis quā beatā sit uita nostra? talis enim est, nisi ue frequentiam periculorum, & impendentem formidinem, nulla frui possimus: illis similes, qui a deformibus sæpe meretricibus decipiuntur, quæ ueste atq; auro ualde ornata, & fūco faciei deformitatem occultantes, quasi hamo piscis his insidijs captos attrahunt adolecētes. Hac infelicitate nos premimur, qui multis

Gladius
Dionysij.

qui multis felices uidemur. & sicut tormentis multi coguntur mentis suæ arcana pandere, sic interdum huius uitæ molestia uicti, uerissimas uoces de miseria nostra emittimus. Illis enim certē similes animalibus tyranni sumus, quæ saginantur, quibus comedendi bibendi que non ad aliud quam ad perniciem suam copia solet offerri. Multi autem pecunia cupiditate uicti, manifesta dederunt supplicia. Cuius rei exempla & si quotidie uidemus, unum tamen ex prisca referre, operæ precium duximus. Dicunt igitur, qui Phocidos sacrum bellum conscripserunt, cum lex esset, aut præcipites ex alto deijci, aut in mare submergi, aut igne cremari sacrilegos. Cumq; Philomelus, Onomarchus, & Phaylus, tres isti Delphicum spoliauerint templum, secundum legem diuinitus supplicia dedisse. Alterum enim, cum per aspera scanderet loca, precipitem dedisse, ac ita expirasse. Alterum, cum eques per litora ferretur, in profundo lapsum, unā cum equo fuisse aquis demersum. Phalum autem alij sacro morbo consumptum, alij cum templum Inabis incenderetur, unā concrematum fuisse tradiderunt. Nemo profectō hæc casu, nisi amens, accidisse putabit. Omnes enim hos tres eisdem temporibus, propter idem delictum, non alijs supplicijs quam lex uolebat iure punitos, non a fortuna & casu, sed diuinitus credere debemus. Quod si nonnulli rapaces & factiosi homines, qui non alienos solummodo populos, sed patrias etiam suas subiecerunt, impune id fecisse uidentur, mirandum non est. Primum enim non similiter Deus atque homines iudicat, homines enim de manifestis tantummodo cognoscunt: Deus uero in animum ingressus ipsum, nudos uoluntatis perspicit motus. Quare nunquam humana iudicia diuino tanquam meliora & iustiora proponenda sunt. Multis enim homines falluntur sensibus corporis, atque turbationibus animi: in Deo autem nihil est quod fallat, sed summa iustitia unā cum ueritate cuncta geruntur. Deinde recte illud in primis fertur, id esse apud populum tyrānos, quod sunt in lege supplicia. Quando igitur in ciuitatibus adeo abundant, ut nulla legum reuerentia sit, tunc Deus ut uitia repellat, & ad uirtutem homines conuertat, crudelibus atq; tyrānicis uiris non iniuria potentiam præbet: uitorum enim cum uis sine crudelitate mundari non potest. Et quemadmodum uindictas publicarum rerum ad homicidas, proditores & sacrilegos interficiendos publicè aulantur, non quia tale hominis exercitium laudetur, sed quia populo necessarium est: eodem profectō pacto huius mūdi gubernator, quali communes uindictas tyrānos, in ciuitates exuscitat, ut iniuriam atq; impietatem, aliq; huiusmodi uis & crudelitate istorum puniat. Qui quoniam non recto animi proposito, sed crudelitate commoti, diuinæ uoluntati subministrarunt, ut ignis consumpta materia demum extinguitur: sic & ipsi cum ciuitates prauas inanes hominum fecerint, tunc demum in perniciem incidunt. Quid autem miramur, si tyrānorum interdum ministerio effusas hominum iniurias Deus compescit, cum etiam sapius non aliorum opere, sed per se ipse fame, terremoto, peste, alijsq; huiusmodi, quibus multas urbes desolatas uidemus, id factiter? Satis dictum esse puto, neminem qui malè uiuat esse felicem: unde maxime prouidentia esse probatur. Et post aliqua: Ventorum, inquit, impetus, & pluuia uis, non ad perniciem nauigantium, aut agricolarum, sed ad utilitatem humani generis diuinitus mittitur. Aquis enim terram, uentis uero regionem quæ sub Luna est, mundare solet: & utrisque animalia & plantas alit, aut get, pericit. Quod si nauigantes aut agricolas nonnunquam perdit, mirari non debes: minima enim quædam isti particula sunt, cura uero totius humani generis Deo est. Ut ergo in editione ludorum atque certaminis, ediles propter aliquos reipublicæ usus die certaminis mutato, fecerūt nonnullos luctatorum non affuisse: sic & Deus quasi magnæ cuiusdā ciuitatis, totius orbis curam gerens, humidiorē æstatem, & uernalem hyemē ad utilitatem totius efficit, quam

Lictores quæ
re à republī
ca aluntur.

OPAVS B. C. M.



cit, quamuis nonnulli hac temporum inaequalitate magna damna patiantur. Elementorum igitur inter se transmutationes, ex quibus mundus constat, & quibus conseruatur, tanquam necessarias ipse instituit: pruinæ autem & nives, cæteraq; huiusmodi ad frigiditatem aëris consequuntur, sicuti ad concussionem nubium fulgura & tonitrua. quorum nihil forsitan ex prouidentia sit. Pluuiæ uerò ac uenti, cum uitæ alimenti, cimenti que causâ plantarum atq; animalium sint, prouidentia certè sunt, & ex istis illa consequuntur, ut si editoris munerum liberalitate atque magnificentia magna unguentorum copia proponatur, unde guttis quibusdam in terram defluxis, lubricus ualde locus effectus sit, nemo non infans prouidentia editoris munerum lubricitatem factam esse contenderet, sed ad magnificentiam abundantiamque unguentorum consecutam concederet. Iris similiter, & alia huiusmodi, non sunt naturæ opera principaliter, sed nubibus naturali quadam ratione accidentia; & tamen etiam hæc prudentioribus conferunt. tranquillitatem enim aëris, motus uentorum, hyemes & serenitatem, his signis predicere solent. Fornices porticusq; num uidet, quorum plurimi ad meridiem respiciunt, ut deambulantes in hyeme caleant, & in æstate opaco frigore utantur. Quam rem illud consequitur, non ab ædificatoris sententia factum, quòd umbris quæ à basi excidunt, horæ significantur. Ignis similiter naturæ opus est necessarium, quem quasi accidens quoddam fumus consequitur, qui tamè est, quòd non paruam attulit utilitatem. Interdiu enim non igne, sed fumo aduentum hominum significamus. Talis ratio etiam in Eclipsibus dici potest, quæ Solem atque Lunam consequuntur, & aut mortis regum, aut urbium desolationes prudentibus signa solent asserere. Lacteus uerò circulus, stellas habet eius substantiæ, cuius cæteræ. Cuius rei causam, quamuis difficilis sit, non tamen negligunt, sed diligenter quaritant philosophantes: putant enim & rectè iudicandissimam rem per seipsam esse scientiâ. Sicut igitur Sol & Luna cæteræq; stelle per prouidentiam factæ sunt, sic profectò cœlestia omnia: quamuis nos naturam atq; uirtutem omnium inuestigare nequeamus. Terremotus autem & pestilentia, fulminum ictus, & similia mala dicuntur, & non sunt (nullius enim mali Deus causa est) sed elementorum mutatione generantur, neq; sunt principalia naturæ opera, sed ad ea que necessaria & principalia sunt, consequuntur: & si aliqui damnum inde habuerunt, non est accusandus gubernator. Primò quia quos bonos esse ipsi putamus, boni fortassis non sunt. Deinde quemadmodum in re militari ad sedandâ seditionem, qui fortè primùm oblati sunt plectuntur: & ad extinguendam tyrannidem, cognatos, etiam si in culpa non sint, leges exterminant. eodem modo in pestilentia ut reliqui moderatiores fiant, interdum etiam innocentes communi corruptione aëris pereunt. Sic & in nauigio equaliter omnes periclitantur, quamuis non æquè peccauerint. De atrocibus autem bestijs, exercitationis bellicæ gratia productas diuinitus diceremus. Nihil enim magis corpus ad labores, & animos ad resistendum hosti corroborat quam uenatio, nisi tu huic defensionem opponendo detraxisse, sed tamen & qui bellicosi sunt animosiores bestijs se opponentes, facilius fiunt: & qui pacem amat, domi atque in urbibus uiuentes, longè ab omni huiusmodi periculo absunt. Sues enim & leones, similiaq; animalia, ne insidijs hominum aliquid patiantur, procul ab habitationibus hominū uersantur. Si qui autem ex negligētia inermes saltus peragant, seipsos potius quam naturam accusent, sicut in equestri certamine, qui uno loco sedere ac spectare nō patiuntur, cum hinc illinc transeant, curruum impetu plerumque conteruntur. Serpentes autē uenenosi non prouidentia, sed consequentia quadam rerum, ut in superioribus diximus, producti sunt. Fiunt enim cum innata materiam humiditas calidior facta est. Sic & nonnullæ bestiolæ corruptione nascuntur: ut corruptione alimēti uermes, pediculi à sudoribus. Quæ autē spermata

uidis iudicium.

Eclipsium significatio.

natura

A natura duce generantur, ea quoniã natura principaliter intendit, prouidentia nasci non negamus: quamuis etiam illa duabus rationibus ad utilitatem hominum auditui producta, quas celare nullo modo decreui. Primū igitur uenenosa animalia multos ad morbos, & maximè perniciosissimos, remedia conferre saluberrima medici perhibent. Videbisq; si diligenter attendere uolueris, in magnis theriacis, nonnulla membra eorum accuratissime sumi. Deinde a Deo ista esse parata dicunt in peccatores, sicut aculeos & alia tormēta in iudicij preparata uidemus. Quod autem dixisti in domibus hominum maximè ista nasci, falsum omnino est. Procul enim in desertis inueniuntur locis, hominem quasi dominum fugientia. Quæ uerò in habitationibus hominū nascuntur, corruptione magis producitur: quamuis & carniū nidore animalia huiusmodi attrahantur. Hirundines autem si nobiscum uersantur, mirum nō est, nam quoniã eas homines non uenantur, idcirco plurimæ abundant. nam e regione fugere illa uidetis, quibus insidiantur. Non enim hominibus solum, uerumetiam brutis, ut se salua uelint, innatum est. Syriæ maritima quædam ciuitas est nomine Aſcalon, quò tunc applicui, quando oraturus atq; sacrificaturus Hierosolymæ ad patrium templum missus fui. eò cum applicuissem, magnam columbarū multitudinem uidens admirabar, interrogatq; mihi quam obrem eæ aues omnia penè loca illa occupassent, responsum fuit, lege apud eos columbarum usum esse prohibitum. Apud Aegyptios autem mirabilibus quiddam considerauit. Crocodilus enim omnium belluarum atrocissimus, in sacratissimo natus & nutritus Nilo, quamuis sub aquis uiuat, utilitatis tamē suæ non est ignarus. Magna enim copia apud eos crocodilorum inuenitur, qui animal id tanquam sacrum uenerantur. Minimè autem reperiri apud eos potest, qui eum uentur, & nauigantes hic quidem nec digito aquâ fluuij tangere audent, crocodilis statim insultantibus. Ibi uerò timidiores etiam homines, uel ludo in Nilum natantes profiliunt. Barbaras regiones fecunditate agrorum excellere uidemus, ubi magno ingenio homines raro nascuntur. Sic alimentis quidem abundant, hominibus autem, quorum gratia diuinitus alimenta producuntur, carere uidentur. At contra accusanda Græcia est, quia sine semine atque cultu nihil producit, sed sola homines generat, uerè cœlestes atq; diuinos, natura ad omnem scientiam natos: cuius causa est subtilitas aëris. Non enim temere dixit Heraclitus: Aër siccior, anima prudentior atque melior. cuius signum, quod ieiunantes atque uigilantes prudentiores illis sunt, qui cibo & potu semper replentur. Immergitur enim quoddam modo motus mentis, quam cogitationem appellamus. Verum in Barbaris regionibus propter maiorum alimentorum copiam, agrorumq; robur, non solum animalia plura maioraq; uerumetiam arbores maximæ nasci solent. Non est autem culpa naturæ, si tam marinis quam terrestribus animalibus crudeliter uescimur. Non enim ad huiuscemodi uoluptates natura, sed crudelitas nos atque intemperantia incitat. Ad mundi enim totius consummationem necesse erat, ubique uaria nasci animalium genera. Non fuit autem necessarium, ut homo qui sapientiæ decore ornatur, ab humanitate in feritatem conuersus, eadē animalium uoluptatem sibi pararet. Unde ad hæc usque tempora qui curam continentia gerunt, ab huiusmodi abstinent carnis, suauissimo cibo herbarum fructuumq; utentes. Qui uerò carniū usum natura concedi arbitrantur, magistris & legibus, quibus curæ moderata est, ab esu immoderato prohibentur. Rosæ autem & crocus uarij flores atq; aromata, non uoluptatis gratia, sed bonæ ualitudinis producta sunt. Nam & odore ipso iuuant interdum, & in compositione medicinarum (magas enim uires habent) à medicis adhibentur. Multa enim singula nihil profunt: coniuncta uerò, quemadmodum maris atq; feminæ coniunctio ad procrea-

In sicco aere nascuntur ingentiosi homines.

OPAVS B. & m.



110 DE PRÆPARATIONE EVANGELICA
 procreationem, sic vires suas ostendunt. His ceterisq; huiusmodi nisi contentiosus sis, cōcedas oportet, diuina uniuersum hunc mundū prouidētia gubernari. Hæc à Philone compendiosius sumpsit, tum ut ostendam quales Hebræi etiā iuniores uiros habuerūt, tum ut pia de Deo sententia Iudæorū appareat.

LIBER NONVS.

Quò etiam exteriōres Iudæorum gentem admirati sunt. Cap. I.



Nunc autem testimonia etiam exteriorum de ipsis diligenter citabimus. Illustrissimi enim etiam Græcorum, non imperiti omnino, Iudæicæ philosophiæ, alij uitam eorū scriptis suis approbasse uidentur: alij theologiam, quantum potuere, secuti sunt. Sic enim discas non temere, sed absoluta, exquisitaq; ratione Iudæicam philosophiam gentium nugis prepositam à nobis fuisse. Primum igitur ea ponam, quæ de uita Iudæorum præclarissimi Græcorum testantur. Theophrastum igitur audias, cuius nonnullos textus Porphyrius in his libris posuit, quos de Abstinentia à carnibus cōscripsit, his uerbis: Iudæi ad hæc usque tempora (Theophrastus ait) animalia quomodo sacrificant: ut si quis nos ad imitationem illorum hortaretur audire, non paremur. Non enim comedunt ex sacrificatis, sed mel atque uinum noctu in fano dunt, holocausta facientes: nihilq; inde relinquentes, ut nec ille qui omnia perspicit, rem tam prauam inspicere possit, quod faciunt interim ieiunantes: ac quoniam philosophi natura sunt de Deo inter se colloquentes, noctu autē stellas aspicientes, orationibus Deum inuocant. Primi enim isti omnium hominum, & bruta, & seipso offerre cœperunt, nulla necessitate aut cupiditate id facientes. Et in quarto eiusdem negotij, hæc à seipso scribit Porphyrius: Effæci Iudæi genere sunt, hi alter alterum magis diligunt quàm ceteri homines faciunt: & uoluptatem omnem quasi uitiosam aspernantur: continentiam & integritatem animi ab omni perturbatione remotam, præcipuam putantes uirtutem. Vxores non ducunt, alienos autem liberos teneros adhuc, & ad omnem aptos doctrinam adoptantes, pro suis educare, ac moribus suis stabilire solent, quod faciunt non quia matrimonium abominentur, sed quia mulierum mores cauendos putant. Diuitias omnes adeo spernunt, ut mirabilis quædam in eis communitas sit. Nullus eorum præter ceteros aliquid possidet, omnia eis communia sunt. Nemo alio ditior aut pauperior. Vna omnibus quasi fratribus facultas est. Vngi oleo non patiuntur: quod si quis quis forte oleo tactus fuerit, diligenter quasi à magna macula corpus illi abstergitur: non enim molles, sed aridi atq; duri esse corpore cupiunt. alba semper induuntur, electione cōmuni quæstores & gubernatores sibi creant, & indiuisæ in omnibus res sunt. Non habitant urbem unam, sed hinc illò facile migrant, semperq; ad sequētes hæresim suam proficiscunt: à quibus ita suscipiunt, ut unam eos semper uixisse diceres: unde fit, ut proficiscētes nihil impense secū ferant. Vestē & calceos antequam omnino tempore dirumpantur, non mutant, nec emunt aliquid, nec uendunt: sed cōmutatione rerū utunt, cum egeant. Nam inter eos cōmunia quæcunq; uolunt etiam nihil afferētes. Erga Deū maxima pietate utunt. Nam antequam sol oriatur, nihil eis profanū dicit, sed patria oratione utunt, qua solemniori precantur, deinde à præfectis singuli ad artes operatū sua mittunt: & posteaquam horis quinque laborauerint, ad unum rursus locum congregantur: & aqua frigida perloti, in domum ueniunt, quò nemini nisi eiusdem sectæ introire licet. Ita mundi quasi in templum ad cœnaculū ueniunt, ubi magna tranquillitate sedentibus, ordine omnibus panis opponitur, & ferculū unum unicuique. Primus autem omnium sacerdos, facta oratione, comedere incipit, nefasq; omnino

Essæorum mores.

omnino putant ante orationem quicquam gustare. Cumq; pransi fuerint, multo diligentius orant. Ita & incipientes et desinentes, laudes Dei diligenter concinunt. Post hæc uestibus, quibus prandētes quasi sacris utuntur depositis, ad opera rursus exeunt: nocturnoq; reuersi crepusculo, similiter cœnant, hospitibus etiam confidentibus, si qui forte affuerint. Clamor aut tumultus nūquam apud eos auditur, sed ordine ita colloquantur, ut tanto eos inter se uti ordine atq; silentio mirabile uideatur, cuius causa, perpetua continentia est. Cibus & potus uitæ necessitate mensuratur. Qui ad eam sectam ueniunt, non statim, sed posteaquam foris anno integro eisdem moribus uixerint, tunc suscipiuntur: non tamen omnino, sed propinquius quidem accedunt. Vnā uerò cum illis uiuere non licet, nisi duobus alijs annis patientiæ signa dederint, & antequam comiter cum eis uescantur, iureiurando confirmant, primò pios se erga deos futuros, deinde iustitiæ ita fore cultores, ut nec sponte, nec imperio alicui homini sint nocituri, odioq; semper iniustos sibi futuros: putaturosq; semper seipso lædi, si iusto uideant iniuriam fieri: fideles fore omnibus, ac maxime principibus, non enim absq; Dei uoluntate principatum alicui commendari. Ad hæc si ipsi præessent, nunquam se quicquam facturos, unde maculari præfectura uideretur, nec ueste aut ornatu quodam meliore quàm subditi se usurum: ueritatis fore amicos, & mendaces accusaturos: manus à furto, animam ab iniusto lucro procul retenturos: nec occultaturos aliquid socijs, nec eorum secreta alijs se dicturos, etiam si mortis periculum immineret: postremò nulli aliter hærescos dogmata tradituros, quàm sicuti ipsi acceperunt, procul se futuros à latrocinio, conseruaturosq; sectæ libros diligenter, & nunciorum nomina. Hæc seruaturus se omnia iurant. Quia autem non seruant diligenter, ilico expelluntur, & omnes ferè cum ad aliam diætam ac uitam ueniunt, mores iam ipsos pœnas dedisse, quàm delicta eorum postulabant. Tanta uerò tenuitate, paucitateq; utuntur rerum, ut raro plus quàm semel in septem diebus alui purgatione indigeant. Quæ quidem ex continentia in tantam perueniunt patientiam, animiq; robur, ut nec aculeo, nec igne, nec alio quæstionum genere impelli possint, ut aut uerbis legislatorem uituperent, aut illicitū quicquam comedant, quod maxime in bello, quod sibi à Romanis illatum fuit ostenderunt, nulla enim adulatione ad torquentes unquam sunt usi, nullas lacrymas torti emiserunt: sed suauiter in doloribus ridentes, & eis illudentes à quibus torquebantur, sic expirabant iucundissime, ut ad patriam redire uiderentur. Firma enim hæc opinio apud eos est, corpora quidem morti esse subiecta, animas uerò tanquam immortales semper uiuere: cumq; à subtilissimo æthere dimittantur, naturali quodam delatos impetu corporibus cōiungi: cum uerò à uinculis corporū, quasi à longa seruitute liberati sint, tunc summo cum gaudio altiora petere. Quæ quidem uita & pietate facile fit, ut multi apud eos futura præuideant, præcipue qui à sacris uoluminibus & uaria carnis castigatione, & prophetarum dictis exercentur. Hæc Porphyrius de pietate ac philosophia Essæorum testatus est.

Hecateus de eodem.

Cap. II.

Hecateus autem Abderita uir, & uerbo & re philosophus, historiam de Iudæis conscripsit: à qua nonnulla sumere, non erit alienum. Multa, inquit, castella oppidaq; Iudæis sunt, una uerò urbs munitissima, quinquaginta pene stadiorum habens circuitum, plures quàm centum & uiginti millia homines habitant, quæ uocatur Hierosolyma: in medio cuius ædes lapidea est, quinque iugerum longitudinis, latitudinis cubitorum centum, cui portæ duplex sunt. In eo ara quadrata est integris lapidibus, ac inornatis composita. cuius singula latera uiginti, altitudo autem duodecim est cubitorū. apud quam

Cultus Dei, apud Iudæos à gentibus cognitus.

domus

OP. A. M. S. B. C. 2. 111



domus magna est, ubi altare atq; candelabrum. utraq; aurea sunt, ponderum talentorum, dum ubi lux nocte atq; die inextinguibilis ardet. Nullum ibi simulacrum est, nulla omnino imago, nec planta, nec lucus, aut aliquid huiusmodi, ubi nocte ac die sacerdotes castè uersantur, nunquam in templo uinum bibentes. Deinde cum rege quoq; Alexandro nonnullos ait Iudæorum militasse, & successoribus eius fideles fuisse, secp cum uno eorum sermonem habuisse, his uerbis narrat. Cum ad mare rubrum proficisceret, inter alios equites Iudæus quidam nomine Mysonianus me sequebatur, homo quem omnes tam Græci quam Barbari, qui eum cognouerunt, & animi maximi & robusti corporis prædicabant. Erat autem etiam arcu peritissimus. Is cum augur quidam omnes nos stare iussisset, interrogauit quare fixi staremus: auguræque auem ostendente, atque dicente, conducere ita stare quousque quo auis tenderet, perspexisset: ut si ad anteriora uolaret, ceptum iter peragerent: si autem posteriora uolatu peteret, reuertentur: silentio arcu tractu, auè percussit ac interfecit. Tunc augur & nonnulli alij ualde commoti, ei maledicebant. Ipsi uero quis est, inquit iste furor ô homines: quomodo enim auis ista, quæ nihil de sagitta præuiderat, uiri aliquid de itinere nostro poterat nobis prædicere, quæ si futura præscisset, nunquam huc uenisset, ne à Mysoniano Iudæo interficeretur. Hæc Hecataeo sumpta modo sufficiant.

Clearchus de eodem, Cap. III.

Clearchus autem Peripateticus in primo libro de Somno Aristoteli attributa ens, uerba hæc de Iudæis scribit: Multa, inquit Aristoteles, possent de ipso dici, sed pauca modo referenda sunt. quamuis non ignoro multos somnia fingere me putaturos. Tunc Hyperochides, Ideirco quia mirabilia diciturus es, inquit, audire magis gliscimus. Tunc Aristoteles Ergo, inquit, ut rhetorici solent, de genere ipsius primùm, si placet, dicamus. Ita prorsus placet Hyperochides, inquit. Ille igitur, subiunxit Aristoteles, Iudæus erat, qui sunt Calani ex India: Iudæi autem à loco, quem habitant, appellati sunt. Urbis eorum asperitimo quodam nomine Hierusalem nuncupatur. Hic ab altioribus Asiæ locis ad maritimas ciuitates descendens, & lingua & animo Græcus fuit. Cùm que accidisset, ut eo tempore nos quoque in maritimis Asiæ locis uersaremur, philosophiæ amore ad nos spontè uenit: qui multo plura nobis attulit, quam accepit. Hæc Clearchus. Clemens autem noster Numam Romanorum regem Pythagoricum fuisse asserit, & Mosaica nixum doctrina legem dedisse Romanis, nullam imaginem Deo attribuere, unde annis centum atque septuaginta ab urbe condita, nullam imaginem nec fictam, nec pictam in templis Romanorum respici potuisse. Ita Numa occultè significauit, nullo modo, nisi mente ad similitudinem Dei hominem peruenire posse. Megasthenes autem, qui cum Seleuco uixit, uir historiæ peritissimus, in tertio Iudæicarum rerum hæc dicit: Omnia quæ de natura prisca Græci scripserunt, alij etiam ante ipsos scripserunt. Nam & Brachmani apud Indos, qui & Iudæi uocantur, multo prius philosophati sunt. Aristobolus etiam in primo ad Philometora his uerbis utitur: Legem nostram in multis Plato secutus est. Apertè namq; in multis diligenter examinasse singula uidetur. Mosaica enim uolumina ante Alexandrum, & ante Persarum imperium traducta fuerant, unde plurima sicut & Pythagoras philosophus ille accepit. Numenius autem Pythagoricus aperte scribit, nihil aliud esse Platonem, quam Mosem Attica lingua loquentem. Et in primo uolumine de Bono: Plato, inquit, atque Pythagoras, quæ Brachmanes magi, Aegyptij, Iudæiq; inuenerunt, ea Græcè ipsi exposuerunt. Et in tertio Mosi meminit his uerbis: Ioannes & Labres Aegyptij erant. uiri magicis artibus adeo præpotentes, ut Musæo Iudæorum duci uiro Deo coniunctissimo, soli resistere posse à cunctis Aegyptijs iudicati sint. Multas enim calamitates, quas Musæus Aegypto intulit, soluere uisi sunt. His uerbis: Numenius & mira,

plato legit
Mosi legem

& miraculis à Mose factis, & quòd Deo coniunctissimus esset Moses, attestatur. Sed Iudæica gentis Chorylus etiam poeta prisca meminit, & multos eorum cum Xerxe in Græciam militasse affirmat. Porphyrius autem in primo de Philosophia responsorum, Apollinem ipsum inducit de Iudæis hoc oraculum edidisse: Attendere, inquit, oportet, quoniam omni diuina repletum sapientia est oraculum Apollinis, quod diciturus sum: Dura uia illa nimis, aratis clausaq; portis, Quæ uitam nobis aperit, donatq; beatam. Nec uerò uerbis facile enarrari ullis Exponiq; queat, illò quòd semita ducit. Quam primi ante omnes ceperunt tradere pulchras. Qui Nil epotant lymphas. Phœnicibus inde Proximaq; Assyrjs ea cura: sed in clyta longè Gens Hebræa illam nouit, notamq; recepit. Et subiicit exponens: Ita uitam ad Deum à Barbaris inuentam fuisse, didicimus ab Aegyptijs scilicet atq; Chaldæis. ij enim Assyrj sunt, & maxime à Iudæis. Idem Apollo etiam quodam oraculo apertissime demonstrat his uerbis: Chaldæis quæ uera esset sapientia tantum, Hebræisq; ipsis concessum agnoscere pura Aeternum qui mente colunt regemq; Deumq;. Sed de Iudæorum pietate atq; philosophia hæcenus dictum est. Quòd multi conueniunt etiam alieni de ueritate historie.

Cap. IIII.

DE historia uerò Hebræica ueritate dicendi conscripta, quàm multi conueniant, modò consideremus. Cum igitur Moses diluuium diuinitus illatum conscribat, à quo Noe cum suis arca lignea euasit: Berofus Chaldæus, Hieronymus Aegyptius, & Nicolaus Damascenus historici eadem de re, ut Iosephus in primo Antiquitatis Iudæica scribit, meminerunt. Scribit enim Nicolaus in nonagesimo sexto libro, super Ninia da magnum montem esse in Armenia, Barin appellatum, quò multos temporibus diluuij confugisse, ac nonnullos arca uectos in cacumina montis applicuisse, lignaq; arca illius longo temporis spacio postea perdurasse: unde bitumine ablato, ad expiationes, ut Berofus ait, homines uti solent. Hæc Iosephus. Ego autem ab Abydeno historico nonnulla tibi transcribam: Sifsithrus, inquit, principatum deinde accepit, cui Saturnus magnam uim aquarum futuram significauit. Quare saluate se cupiens, ad Armeniam nauigio confugiebat, sed aquæ ipsum in uia oppresserunt. Tertio autem die, postquam aquæ cessarunt, aues emisit, ut per eas sciret sicubi terra extaret, quæ cum omnia pelagi facie tegerentur, ad Sifsithrum (nullibi enim consistere poterant) reuersæ sunt. Post aliquot dies similiter factum fuit. Tertio emissæ, reuersæ ad eum fuerunt limo pedes refertæ, & tunc dii ab hominibus Sifsithrum rapuerunt. Nauis autem adhuc inuenitur in Armenia, cuius lingua remedium hominibus aduersus multos mirabiliter morbos asserunt. Rursus cum primos homines Moses longis temporibus uixisse asserat, huius rei testes Græcorum historicos Iosephus citauit: Nullus, inquit, breuitatem uitæ nostræ considerans, falso scribi opinetur, tam magnorum annorum numero priscaos uixisse. Illi enim Deo amici, & ab ipso immediatius producti, & integrore utentes alimento, quod longiore tempore poterant permanere, non iniuria longioribus temporum spacijs uiuebant. Præterea etiam uirtutis gratia, & ut res posteris perutiles, Astrologiam, Geometriamq; inuenirent, longa sibi diuinitus uita largita fuit: quæ inuenire non potuissent, nisi saltem sexcentis solaribus annis, quibus magnus annus reuoluitur, uixissent. cuius rei testes sunt omnes simul Græci atque Barbari, qui de antiquitate diligentius conscripserunt. Nam & Manetus qui Aegyptiorum, & Berofus

Longitudo
uite astrono
mia & geo
metriam do
cuit.

OP. A. V. S. B. C. A. M.



sus qui Chaldaeorum historiam collegit, Molus præterea Estieus, Hieronymus Aegyptius, & qui Phœnicum historiam tradiderunt, et ad hos Hesioidus, Hecataeus, Elanicus, Acusilaus, Ephorus, ac denique Nicolaus consona nostris dicentes, mille annos prius illos uixisse affirmant. Hæc Iosephus. De turris ædificatione scripsit Moses, & ab una lingua in multas tunc hominum genus confusum fuisse asserit, & Abydenus his uerbis illi attestatur: Primos homines ferunt e terra natos, robore atque magnitudine confisos, dijs spretis turrim eo in loco, ubi nunc Babylon est, ad Solem usque tollere contendisse, cumque iam ferè ad coelum ædificando peruenissent, uim uentorum dijs affuisse, qua super eos diruta turris cecidit: cumque ad ea usque tempora unius lingue fuissent, multas in linguas diuisos fuisse: bellumque inter Saturnum & Titanum tunc inceptum: locumque Babylonis nomen habuisse propter confusionem linguarum, quam Hebraei Babel uocant. De turri autem & confusione linguarum etiam Sibylla meminit, dicens: Cum omnes uno uterentur sermone, turrim ædificare constituerunt, qua in coelum ascenderent, eam dii uentis diruerunt, & lingua hominum mirabili uarietate confusa effectit, ut Babylon ea ciuitas uocaretur. De campo autem, qui Senaar appellatur, Estieus sic memorat: Sacerdotes, inquit, qui euaserunt, Ioui sacra in Senaar Babylonice contulerunt: confusaque lingua hominum, diuersas orbis partes habitare coeperunt. Moses rursus uitam Abraham late conscripsit: cui multos exteriores historicos attestati, Iosephus his uerbis conscripsit: De patre autem nostro Abraham, quamuis non nominat, scribit tamen Berofus ita, ut à rebus ipsis non de alio quam de ipso dicere uideatur. Decima, inquit, post diluuium, generatione, præclarus quidam iustusque uir, & singulari cœlestium doctrina præditus apud Chaldaeos fuit. Hecataeus uero librum de Abraham conscriptum reliquit. Nicolaus etiam Damascenus in quarto Historiarum hæc narrat: Damasci Abrahamus regnabat cum exercitu à Chaldaea profectus: nec multo tempore post etiam à Damasco abiens, ad Canaanam, qua modo Iudæa dicitur, migravit: cui nomen etiam nunc magnum apud Damascenos est, uillaque ibi demonstratur, Abraham domus appellata. Verum cum fame Canaanæ premeretur, Aegyptus uero magna copia rerum affluere diceretur, libenter illud, ut etiam Aegyptij sacerdotes de his dicentes audiret, cum suis profectus est. Aut enim aliquid ab illis discere, aut meliora se traditurum ipsis arbitrabatur. Et post pauca: Cumque unâ cum peritissimis Aegyptiorum uersaretur, & uirtutem & gloriam suam multo clariorem effecit. Aegyptijs enim diuersis uiuentibus moribus, & alijs aliorum mores obscœnis prosequentibus uerbis, ille semper qua in absentes dicebantur, falsa esse demonstrans respuebat. Unde factum est, ut tanquam grauem sapientemque uirum admirati, tam ad intelligendum, quam ad persuadendum quod uellet paratissimum ducerent. Ipse uero Arithmeticam & Astrologiam eos docuit. Nam ante aduentum eius nihil harum rerum sciebant Aegyptij, sed à Chaldaeis in eos, unde in Græcos quoque disciplinae istæ effluxerunt. Hæc Iosephus. Alexander autem historicus, qui multarum rerum peritiam habuit, in uolumine de Iudaica historia Eupolemon ait hæc de Iudæis scripsisse: Ciuitas, inquit, Babylon ab his condita primùm fuerat, qui à diluio euaserunt. Quos omnes Gigantes fuisse constat, sparsos per uniuersam terram, postquam turris, quam ædificabant, diuinitus concussa decidit. Decima uero generatione in Camerine Babylonice urbe, quam alij Vrien dicunt, quod nomen latine Chaldaopolim significat, natus est Abraham, qui sapientia omnibus excelluit, à quo Astrologia fuit apud Chaldaeos inuenta. Is iustitia pietateque sua sic Deo gratus fuit, ut diuino præcepto in Phœnicem uenerit, ibique habitauerit: & rationem solaris motus atque lunaris, aliaque Astrologica Phœnices docuerit: unde Phœnicum regi gratissimus fuit. Sed cum Armenij temporibus suis bello Phœnices uicissent, foris factum

factum est, ut fratrualem etiam eius captiuum abduxerint. Abraham uero uenas suos armauit, factoque impetu fudit fugauitque Armenios: nec fratrualem solum liberauit, uerum etiam magnam ab hostibus prædam habuit. Qua de re legati ad eum pro captiuis ab Armenijs missi. Ille autem omnem oblatam recusauit pecuniam: sumptisque solummodo, quæ ad uictum pertinebant, captiuos humanissimè reddidit. Cum uero ab eo bello Abraham rediret in urbe Algariza, id est latine in monte altissimi, à Melchisedec Dei sacerdote ciuitatisque illius rege hospitaliter susceptus, magnificis fuit donatus muneribus. Et post pauca: Annonæ autem caritate oppressus, in Aegyptum migravit, ubi uxorem eius, quam sororem & uiduam esse dicebat, rex Aegyptiorum abduxit, sed peste domum eius ingressa, ab aurispicibus didicit, id mali sibi accidisse, quoniam alienam uxorem abduxerit. Ita uiro suo intactam reddidit mulierem. Vixit autem Abraham in Heliopoli cum sacerdotibus, à quo Astrologiam sacerdotes didicerunt: qui tamen non inuenisse, sed ab Enoch per successione sibi traditam fatebatur. Subiungit deinde, primum Babylonij Belum regnasse, quem latine Saturnum dicimus, à quo Belus secundus, & Chanaan orti fuerunt, atque à Chanaan patrem Phœnicum natum fuisse, qui genuit Chum. Hunc ait Chum Absolum appellari à Græcis, ac Aethiopum patrem & fratrem Mezraim patris Aegyptiorum fuisse. Græci autem, inquit, Atlantem aiunt Astrologiam inuenisse. Sed Atlantem & Enoch eundem asserit fuisse. Enoch porro, inquit, genuit Mathusalem, qui ab angelis Dei multa cognouit, & ceteros docuit. Artapanus uero historicus Hermiuit Iudæos dicit appellatos fuisse, & Hebræos ab Abrahamo dictos, quem ait ad Pharetaem Aegyptiorum regem migrasse, & astrologiam illi tradidisse, ac post uiginti annos in loca Syriæ rursus rediisse. Melo autem in libris, quos aduersus Iudæos conscripsit, post diluuium inquit ab Armenijs reliquias diluuij, quæ ad eos peruenerunt pulsas, montana Syriæ, quia deserta erant, occupasse, & post tertiam generationem Abrahamum natum fuisse: quod nomen patris amicum significare asserit: eumque sapientissimum ait fuisse, duasque uxores duxisse, alteram Aegyptiam, alteram indigenam: suscepisseque ab Aegyptia, quæ ancilla erat, filios duodecim, qui Arabiam obtinuerunt uniuersam, unde ad hæc usque, inquit, tempora duodecim regibus Arabum populi reguntur. Ab indigena uero, inquit, uxore unum habuit filium Isaac, quem latine risum appellare possumus, à quo duodecim similiter filij nati sunt, quorum ultimum Ioseph appellauit, à quo tertius Moses fuit. Ad hæc Alexander historicus addit præcepto Dei ab Abrahamo, in montem quendam ductum Isaac fuisse ad sacrificium, diuinitusque à tali sacrificio ereptum, arietemque qui repente astitit, pro eo sacrificatum fuisse. Iosephus etiam in primo de Antiquitate Iudaica, quod Afram Abraham filius Lybiam occupauerit, ac ab eius nomine illa regio Africa appellata sit, Alexander, inquit, in omni peritissimus historia his uerbis testatur: Cleodemus, inquit, propheta, qui & Malchas dicitur, non aliter ferè quam Moses de Iudæis scripsit. Is à Cethura multos Abramo fuisse filios narrat. Quorum tres nominat Afer: Assur, Afran & Assyriam ab Assur dictam contendit. Ab Afran uero atque Afer, urbem Afran, & regionem Africam appellatam. Sed de Abrahamo hæcenus. De Iacob autem idem Alexander dicit: Cum septuaginta quinque annos natus esset, in Mesopotamiam parentum iussu fugisse, ut iram fratris Esau uitaret, reliquissetque parentem Isaac centum & triginta septem annos natum. Et postquam septem annis in Mesopotamia fuit, fratris materni filias Lian & Rachel duxisse, ac in alijs septem annis duodecim filios suscepisse, quorum non modò nomina, uerum etiam menses in quibus nati fuerunt, memorat, cumque redire ad parentes uellet, rogatum à Laban alios sex annos permanisse. Ita uiginti annis illum in Mesopotamia uixisse, redcuntemque ad Chanaan, cum angelo Dei fuisse colluctatum, un-



de non Jacob, sed Israellem appellatum: habitasseque ipsum apud Hemor annos decem, & a Sichen filio Hemor Dinam decennem quatuordecim mensium raptam fuisse. Quare Simeon viginti & unum annos ac menses quatuor natum, & Leui annos viginti & menses sex commotos, Hemor & Sichen filios eius, caeterosque omnes mares interfecisse, multis deinde locis mutatis tandem in Ephrata, quam etiam Bethleem appellant, uenisse: ubi Rachel, postquam ei genuit Benjamin, mortuam fuisse, quam cum Israele conuixisse annos viginti tres. Inde ab Ephrata in Mambri ad parentem Isaacum rediisse. Tunc Ioseph decem & septem annos natum, Aegyptijs uenditum fuisse asserit: & carcerum uincula tredecim annos perpessum, somnij regij declaratione liberatum, septem annis Aegyptum gubernasse. Isaacum uero anno uno ante uenditionem Ioseph, centum & octuaginta natum annos diem suum obiisse. Ioseph deinde in Aegypto Aseneth filiam Potheferi sacerdotis in uxorem duxisse, ac duos Manaiem & Effrem natos, ab ea suscepisse: & post annos nouem, postquam in magnum peruenit statum, patrem ac fratres ad se aduocasse. Pastores enim omnes illos fuisse, quae res Aegyptijs turpissima uidebatur, ac ideo tandem uocatos docuisse, ne si a rege interrogarentur de artificio suo, pastores se dicerent. Quaestione etiam mouet, quare in prandio quincuplas Benjamin germano suo partes apponi Ioseph iusserat, quod ideo factum asserit, quoniam septem filios Lya patri eius pepererat. Rachel autem mater sua duos, propterea Benjamin quinque partes dedisse, & ipsum duas accepisse, ut septem etiam ipsi partes, quos & Lya filij haberent, ne domus matris suae minor uideretur. Habitasse autem eos in terra Chanaam annos ducentos & quindecim, Abraham uiginti quinque, Isaac sexaginta, Iacob centum triginta. Cumque iam tertio anno fames omnes illas partes depopularetur, migrasse in Aegyptum Iacob, annos centum et triginta natum. Aetatum deinde omnium filiorum Iacob, quam transmigrantes habebant conscribit, fuisseque affirmat ab Adam usque in transmigrationem Iacob in Aegyptum annos tria milia sexcentos uiginti quatuor. Ad diluuium uero annos mille trecentos quadraginta: mortuumque fuisse Iacob in Aegypto annos natum centum quadraginta septem. Leui autem centum & triginta septem annorum naturam concessisse, filiumque reliquisse Elath nomine, annorum quadraginta: a quo natum esse alterum Abraham, in cuius aetatis anno quartodecimo Ioseph diem suum in Aegypto obiisse natum annos centum & decem. Abraham deinde hunc pastorem duxisse uxorem Lochabeth auunculi sui filiam, & in septuagesimo septimo aetatis suae anno Aaron & Mosem ab ea suscepisse, inter quos tres annos interfuisse dicit: mortuumque fuisse Abraham natum annos centum & triginta sex. Haec ab Alexandro sumpta sufficiant. Theodotus autem elegantissimo carmine gentis Iudaeorum historiam conscribens, haec eadem de Iacob, & de filiis suis, & de Ioseph conscripsit. Artapanus similiter & Philon non Iudaicus in xiiij. die Hierosolymis, ipse quoque carminibus similia de Iudaeorum maioribus testatus est. Aristeus autem in Iudaica historia de Iob quoque conscripsit, dicens: Esau ipsum filium fuisse, habitasseque in Idumaea atque Arabiae finibus, fuisseque ipsum & iustitia & diuitijs praecipuum, tentatumque diuinitus magis calamitatibus fuisse. Primum enim armenta eius latrociniis sublata, deinde septem milia ouium una cum pastoribus periisse: & postremo filios eius, domo lupi ipsos lapsa, expirasse: atque uno eodemque die corpus eius uniuersum ulceribus repletum fuisse. Cumque male ita affectus esset, Eliphaz Cemanitarum regem, & Valdad Saucheorum tyrannum, et Sopham Mineorum spondisse, sponte sua se paratum esse omnia ita sufferre, ut a pietate in Deum nunquam remoueat. Ita propter hanc magnanimitatem eius liberatum a morbo,

* Naamae thiarum.

a morbo, & ditio rem quam prius factum diuinitus fuisse. Nunc Eupolemum de Mose audiamus. Ait enim sapientissimum hominem Mosem fuisse, & literas Iudaicis primum tradidisse, & a Iudaicis Phoenices accepisse, Graecos uero a Phoenicibus. Artapanus autem Merin Chenephris regis Aegyptiorum filiam ait puerum, quoniam ipsa non pareret, Iudaeum adoptasse, quem Iudaei Mosem inquit, Graeci Musaeum appellant, cuius doctrina multa Orpheus didicit. Hunc Mosem instrumenta bellica inuenisse affirmat, literas quoque, quas sacerdotes tradidit, Aegyptiorumque urbem in sexdecim partes diuisisse, ac singulis praefectos instituisse. quae omnia uidelicet fecerat, ne populi, ut solebant conspirantes, modo hunc, modo illum regno expellerent. Vnde factum esse, ait, ut quasi Deus ab Aegyptijs coleretur, & propter literarum inuentionem Mercurium appellatum. Quibus rebus Chenephrim inuidiam commotum, causam interficiendi Mosi quaesiuisset: & sic aduersus Aethiopas in Aegyptum irruentes, cum imperio ipsum misisset, exercitumque sibi a Iudaicis maxime conscripsisse, ut propter imperitiam militum una cum eis periret. Quod bellum, ut ab Heliopolitanis accepisse asserit, decennio gestum fuit: & propter diuturnitatem eius ciuitatem in eo loco conditam, ubi sedentes, Aethiopum imperium sustinebant, quam Hermopolim, inquit, id est, Mercurij ciuitatem appellant. Ibi consecratam ibi primo fuisse, quoniam nocentes interficeret serpentes. Aethiopas autem admiratione uirtutis ita Mosem coluisse, ut etiam circumcisionem ab eo didicerint. Ita peracto bello, cum uictor redisset, uerbo quidem a rege bene susceptum, re autem quotidie mortem illi quaesitam, ac insidias multis modis paratas, maxime cum ad Merida matrem ultra Aegyptum in Aethiopiae sinibus sepultam, ex precepto regis proficisceretur: a nomine cuius urbem, ubi sepulta fuit, Meroen appellatam, nec minus quam Ibi cultam fuisse. Quae cum Moses percepisset in Arabiam ilico profugisse, & Raguelis Arabiae regis filiam in uxorem duxisset. Interea elephantia morbo, quoniam multis modis Iudaeos premebat, Aegyptiorum regem expirasse. Ad alia enim opera, quae ipsos construere iussit, diuersam etiam quam Aegyptij uestem indui uoluit, ut facilius cogniti, ab omnibus tanquam impij punirentur. Mosem autem a Deo quotidie liberationem populi petere, & quoniam die repente coram eo ignem e terra, ubi nulla incendio apta materies erat, subito erupisse, ac uocem editam fuisse, liberandos sibi esse Iudaeos, & in antiquam patriam conducendos. Hac refretum prius quam exercitum comparasset, ad regem Aegyptiorum loceri consilio descendisse, dixisseque orbis Domini iussu liberandos esse Iudaeos. Quo audito in carcerem ipsum fuisse intrusum, unde nocte custodibus mortuis, & repente portis patentibus, ianuisque omnibus, quae ibi fuerant fractis, exiisse, rectaque uia in regiam usque ad regis cubiculum ianuis apertis ad ipsum regem intrasse: interrogatumque a stupente rege, quod nam esset Dei nomen a quo missus esset. Cumque ceruicibus inclinatis, Moses in aure sibi dixisset, audientem mutum cecidisse, & a Mosem suscitatum fuisse, conscripsit quoque ipsum nomen Dei in tabula dicit, quas literas cum nonnulli sacerdotum deriderent, legere nescientes, spasma ait omnes expirasse. Tunc etiam signum rege petente baculum a Mose in serpentem conuersum, omnibusque magno timore percussis, a cauda captum draconem, in baculum rursum conuertisse. Deinde Nilum baculo percussum, abundasse adeo, ut uniuersa Aegyptus summersionem timuerit, singulisque annis ex illo tempore similiter abundaret. Postea cum aqua rursus baculo percussa, in alueum suum redisset, animalibus in fluuio cunctis morte corruptis, magno factore aquam ita oluisse, ut Aegyptij siti & pestilentia simul laborarent, regem autem perterritum inclinatum iam fuisse ad dimittendum populum. Sed Memphiticis sacer-

Baculus Mo si in serpente uersus.

OP. A. 158. B. 2. 127



228
 dotes uocatos, motiꝝ iustos, nisi aliquod signum ipsi etiam ederent, magicis artibus dracone producto, & fluij colore mutato effecisse, ut elatus rex, atrociter Iudeos tractaret. Tunc à Mose terram baculo percussam, muscas uenenosas: deinde rursus percussam, ranas, locustas, aliqꝫ huiusmodi monstrata produxisse. Vnde apud Aegyptios undiqꝫ in templo lidis baculum deponitur atqꝫ colitur. Terram enim lidem esse, quæ baculo percussa, mōstra producebat. Tandem cum grandine percuteretur, & terramotu Aegyptus uniuersa quateretur, quo domus & templa multa ceciderunt, perfractum calamitatibus regem Iudeos liberasse, quos ab Aegyptijs argentea, aurea qꝫ uasa, uestem, ac aliam gazam mutuo accepisse, ac tertio die postquā recesserunt, in mare peruenisse. Duplīter deinde rem fuisse dicit. Memphitas enim dicere, cum magna locorum Moses haberet periciam, refluxum maris obseruasse, ac ita cum populo transiuisse. Heliopolitarum autem propter gazam, quam Iudæi mutuo abstulerunt, regem commotum magna manu in Iudeos profectum fuisse. Mosē uerò percussisse baculo mare, ut cœlesti uoce admonitus fuit, & sic diuiso mari trāsisse. Cumqꝫ post Iudæos persequeretur Aegyptij, tum fulminibus, tum refluentibus aquis perisse, Iudæosqꝫ liberatos annos triginta in eremo uixisse, quasi niuem Deo quotidie illis plente, qua nutriebantur. Mosē autem lō gum ait fuisse, flauum, canum, prolixiore capillo ac barba, & deniqꝫ statura & facie dignitatis permagne: omnia uerò ipsum absoluisse ait annos natum octoginta nouem. Ezechielus etiam poëta uniuersam Iudæorum historiam carmine moreqꝫ tragico scripsit, & in omnibus ferè cum diuina scriptura euenit. Et Demetrius historicus similiter, qui dicit Mosē ex Aegypto in Madiam profugisse, ac ibi lethronis filiam Sephorē nomine in uxorem duxisse: quam, coniectura à nominibus capta, ex Abraham genus traxisse affirmat. Abraham enim ex Cetura Iessan genuisse, & ex Iessan natum fuisse Adam, à quo Raguelem, ex Raguele uerò lethro & Bab, & lethronis filiam Mosi nupram fuisse. Generationes quoqꝫ ait ita conuenire, ut uerisimile sit Sephoram, & Mosē, ex Abraham descendentes eisdem temporibus fuisse. Mosē enim septimum, Sephoram autem ex Abraham sextam fuisse, & Madiam uerū ab uno filiorum Abraham nominatā fuisse. Eupolemus uerò Mosē ait LX. prophetasse annos, Iolue autem xxx. & uixisse centum, & x. & tabernaculum ab eo in Sylo fixum fuisse, & post eum Samuelē prophetasse, à quo Iussu Dei Saulem ad regendum electum regnasse annis xxi. Post eum Dauid filium Cis, à quo Syros & Phœnices usque ad Euphratem domitos fuisse. Iudæos etiā Ammonitos, Moabitas, Iureos, Nabathæos, Nabdæos, Suronēqꝫ Tyri, ac Phœnices regem bello coactos, tributa Iudæis contulisse, eiqꝫ petenti locum fuisse diuinitus monstratum, ubi templum esset ædificandum. Angelum enim uidisse in eo loco stantem, ubi altare postea conditum fuit, cui angelo nomen Dianathan fuisse, à quo non fuisse permissum Dauid (quoniam sanguine hominum propter bella quæ gessit contaminatus erat) templum ædificare, sed quam magnam posset facere preparationem, ut templum à filio eius facilius conderetur. Itaqꝫ comparasse ipsum aris, argenti, auri talenta non pauca, lapides etiam & ligna cupreisi atqꝫ cedri: naues enim eum præparasse Melanis Arabiæ ciuitate, misisseqꝫ in insulam Vrphen in rubro mari positam, auri metallis abundantissimam, unde in Iudæam innumerabilia penè pondera auri delata fuisse: regnasseqꝫ Dauid annos quadraginta, ac ab eo regnum Salomoni filio duodecim annos agenti traditum fuisse, imperatumqꝫ ut templum ædificaret: à quo iam regnante, ad Vaphrem Aegyptij regem hoc exemplo literas missas fuisse. Rex Salomon Vaphri Aegyptio regi amico paterno salutem. Scias me à Deo magno Dauid patris mei regnum accepisse, cumqꝫ mihi pater præceperit templum Deo, qui cœlum & terram creauit,

Māna ut nix descendit in deserto.

Extructio primi templi Hierosolymitani.

A
 condere, ut etiam ad te scriberem præcepit. Scribo igitur & peto abs te, ut artifices atque fabros ad ædificandum templum Dei mittere uelis. Ad hæc Vaphrem sic rescripsisse: Res Aegypti Vaphres regi Salomon i salutem. Lectis literis tuis non paruo affectus gaudio sum, quod patri tuo optimo uiro & diuinitus probato in regnum successisti. Ad ædificandum autem templum Dei inter fabros atque ministros, octoginta millia hominum ad te destinaui. Da bis igitur operam, ut ordine uiuant, & rebus necessarijs non careant, templumqꝫ Dei condito, incolumes ad nos redeant. Tyrio quoque regi scriptum fuisse hoc modo: Rex Salomon Suroi, Tyri, Sydonis atque Phœnicia regi amico paterno salutem. Scias me à Deo magno Dauid patris mei regnum accepisse: cumqꝫ mihi pater præceperit templum Deo, qui cœlum & terram creauit condere, ut etiam ad te scriberem præcepit. Scribo igitur & peto abs te, ut artifices atque fabros ad ædificandum templum Dei mittere uelis. Ad hæc Suronem quoque sic scripsisse: Suron Tyri, Sydonis & Phœnicia regi Salomoni regi salutem. Lectis literis, gratias egi Deo, qui tibi regnum patris tradidit. Et quoniam scribis fabros ministrosqꝫ ad condendum templum Dei esse tibi mittendos, nisi ad te millia hominum octoginta, & architectum Tyrium hominem ex matre Iudæa, uirum in rebus architectura mirabilem. Curabis igitur, ut necessarijs non egeant, & templo Dei condito ad nos redeant. Scripsit autem Salomon in Galilæam & Samariam, ad Moabitas (inquit) & Ammonitas, & Galaditas, ut frumenta & uinum, centum & sexaginta millibus hominum diligenter subministrarent. Oleum autem à Iudæa eis prebebatur. Ligna igitur primū, quæ à patre ipsius in monte Libani cesa facebant, per mare in Ioppen, ac inde in Hierosolimam duxisse, incepisseqꝫ templum Dei edificare annos tredecim natum, populosqꝫ prædictos in opere iugiter fuisse, & præter frumentum ac uinum, ceteraque necessaria sunt à Iudæis per singulas tribus singulis mensibus ministrata. fundatumque templum longitudinis cubitorum sexaginta, latitudinis similiter: fundamentumqꝫ latitudinem decem cubitorum fuisse. Sic enim Nathan Dei prophetam iussisse, ædificatumqꝫ templum, totum undique à pavimento usqꝫ ad tectum deauratum, & tectum laquearibus factum, & aureis tegulis, aneis decoratum, duasqꝫ columnas aneas altitudini equales templo, decem cubitos in circuitu continetes, auro deauratas soliditate unius digiti, alteram à dextris, alteram à sinistris templi statuisse. Candelabra quoque aurea talentorum singula decem, ad exemplar eorum, quæ à Mosē in tabernaculo facta erant fecisse, & alia à dextris templi, alia à sinistris posuisse. Lucernas autem aureas sexaginta septem in uno quoqꝫ candelabro factas: & fornicem maximum ad borealem templi partem edincasse, quæ quadraginta octo aneis columnis sustentabatur: fecisse etiam labrum uiginti cubitorum longitudinis, & latitudinis similiter. profunditas autem cubitorum quinque, gradusqꝫ circumductos construxisse, ut sacerdotes adire, ac pedes & manus lauare possent: posuisse que ad dexteram partem altaris, iuxta que basim fecisse duorum altitudinis cubitorum, ut in ea rex staret, quo facilius ab uniuerso populo uideretur. Altare quoqꝫ fecisse duodecim cubitorum altitudinis, & catenas tanquam retia super omnem templi altitudinem uiginti cubitis, instrumentis quibusdam extendisse, à quibus quadraginta tintinnabula area dependebant. Hoc factum fuisse, ne aues super templum sederent, neque nidos in laquearibus eius facerent, ut templum ab omni foret immunditia incontaminatum. Hierusalem quoque urbem muris, turribus, ac foueis ab eo fuisse circumductam: regiam quoque ibi ædificasse, quæ Hiaron Salomonis, id est latine Salomonis ædes fuit appellata: unde corrupto postea uocabulo, urbem Hierusalem uocatam fuisse, & Hierosolimam græcè appellari. Quibus factis, sacrificium Deum mille hominum in Sylo fecisse, & tabernaculum altareqꝫ simul & uasa

Hierusalem secundum Græcos ab Hiero appellata.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



uasa omnia à Mose facta, inde in Hierosolymam ad templum Dei transtulisse. Arcam similiter & candelabrum & mensam, ceteraq; omnia, ut Propheta precipit. Deoq; holocaustum duo millia ouium, & tria millia quinquagintaq; vitulorum. Totum autē aurū, quod in templo, columnis, ceterisq; omnib; templi uasis fuit consumptum, quadragiesies sexies centena millia fuisse. Argenti uerò ad clauos, & alia instrumenta mille ducēta triginta duo talenta. Aeris uerò in columnis, fornicibus, ac ceteris, talenta decem & octo millia & quinquaginta missisq; omnes in regiones suas, Phœnices simul atq; Aegyptios, decem auri talenta singulis data. Talentum autem dico, inquit, quod Syclum appellat. Et Aegyptiorum quidem regio oleum & mel in magna quāitate misisse. Suroi autem columnam auream, quæ Tyri in templo Iouis conspicitur. Vnde ille simulachrum filia fecit, quod in aurea colūna imposuit. Mille quoque scuta fuisse à Salomone aurea confirmat, uixisseq; ipsum ait annos quinquaginta duos, & regnasse quadraginta. Timochares autem, qui Antiochires gestas conscripsit, quadraginta stadijs circumduci Hierosolymam asserit, abruptis uallibus undiq; natura munita: urbemq; ipsam multis aquis ad eō irrigari, ut hortos quoq; multos extra urbem aquis inde defluentibus irrigari contingat. Ab urbe autem usq; ad quadraginta stadia, magnam esse aquarum penuriam. Philo autem fontem fuisse in urbe asserit maximum, qui tempore hyemis deficiebat, æstate uerò copiosissimè defluebat. Aristeus etiam in libro de interpretatione legis Iudaicæ, de aquis Hierosolymorū hoc modo scribit: Templum, inquit, ad ortum respicit, posteriora eius ad uesperam tendit. Lapidibus autem ornatissimè pauimentum templi constructum est: & aqua sepius in templum immittitur, ut à sanguine detergat. Multa enim animallium millia in solennitatibus offeruntur. Fons uerò copiosissimè atque integer in templo ipso scaturit, ex qua magna uis aquarum per cloacas plumbo consolidatas defluit. His ita dictis, non est prætermittendum quod de Hieremia Polyhistor conscripsit Alexander: Temporibus inquit, Ioachim, Hieremias prophetauit: qui missus à Deo, cum Iudæos aureo simulachro, cui nomen erat Baal, sacrificantes reperisset, futuram eis propter hoc calamitatē prædixit, unde Ioachim uiuum iussit cremari. Illum autem dixisse foueas ipsos à rege Assyriorum captos iuxta Tigridem atque Euphraten eisdem lignis facturos. Hæc Nabuchodonosorem Babyloniorum regem audiuisse, ac à Sibar Medorum rege in auxilium adducto, centum & octoginta peditum, equitum centum & uiginti millia, ducenta ac decem millia currum. Primò Samaritanos omnes orbes, Galilæam, Scythopolim, & Galatidem euertisse: deinde Hierosolymam & Iudæorum regem Ioachim uiuum cepisse: & aurum, argentum, æs, ceteraq; omnia, quæ in templo fuerant arca excepta, & tabulis in Babylonem asportasse. Arcam enim (inquit) Hieremias detinuit. Et rursus post aliqua: Nabuchodonosor, inquit, prædicta mœnia ædificare cepit, grauius ægrotauit, mortuusq; est post quadagesimum tertium annum regni sui, cui Enimlarchus filius successit. hic propter iniquitatem & lasciuiam à Nerglisaro sororio suo insidijs exceptus, in secundo anno regni perijt. Deinde filius eius Labeforacus mensibus nouem, quo insidijs interfecto, communi consilio Nabonida insidiatorū unus regnauit, qui Babyloniam muros, qui iuxta fluuium sunt, lateribus & bitumine condidit. In septimo autem & decimo anno regni eius, Cyrus rex Persarum magna manu Babylonios petijt. Nabonida uerò regnum suum defensurus, exercitum construxit & uictus pugna, in Borlippum urbem confugit, quam Cyrus Babylone capta obsedit. Sed Nabonida diu ferre obsidionem non potuit, seq; Cyro tradidit, qui quā humanissimè ipsum tractauit, ac in Carmaniam eum dignitate ire iussit: ubi non multo post naturæ concessit. Hæc Iudaicis libris, imò uerò nostris conuenire uidentur. Scribit enim in ipsis decimo atq; octauo anno regni

gni sui Nabuchodonosorem templum destruxisse: quod secundo anno regni Cyri restitutum ceptum, decimo anno regni Darij tandem cōditum fuit. Sed Alphœus etiam de Assyrijs & Nabuchodonosore hoc modo scribit: Megasthenes, inquit, uir præcūs, Nabuchodonosorem Hercule robustiorem dicit fuisse, uniuersamq; Libyam, ceteramq; Asiam usque ad Armenios domuisse, quæ Chaldaei dicunt, cum in regnum suum redisset, furore diuinitus captum, magna exclamasse uoce: Futuram, ô Babylonij, uobis ego calamitatem prænuncio, quam nec Belus ille, nec ulla uis deorum auertet. ueniet Persa semialinus, qui uobis asseret seruitutem. His alijsq; huiusmodi dictis, subito euanuit. Cui filius Milma Rodocus successit, quem Iglifares interfecit, ac loco eius regnauit. Cui Babaso Arascus filius successit. Quo insidijs interempto, Nabinidochus regnauit. hunc Cyrus, capta Babylone, Carmaniam principem fecit. De Babylone quoque Abydenus hæc scribit: Omnia, inquit, illa loca aquis connecta fuisse dicuntur. Belus autem regionem siccaisse perhibetur, & Babyloniam condidisse: quæ mœnia aquarum illuuiōe deleta, Nabuchodonosorus restituit, quæ remanent ad hæc Macedonum tempora. Et post pauca, cum principatum ait Nabuchodonosorus accepisset, continuo Babylonem triplici muro quindecim diebus muniuit, & fluuios Armachalem atq; Acrachanum ab Euphrate ortos obstruxit: paludem etiam effudit uiginti passuum altitudinis parafangarumq; quadraginta portarumq; in ea fecit: quas Riutenentes appellabant, quibus apertis, Babyloniam campos irrigabant, rubricis maris inundationem obstruxit, & Theredonem urbem ad sustinendos Arabum impetus condidit, & in regia paniles hortos plantauit. Hæc ab Abydeno sumere placuit. Quoniam legitur apud Danielem, Nabuchodonosorem in templo suo ambulatē arrogantiā motū dixisse: At non est ista Babylō magna, quam ego in potentia mea ad laudem gloriæ meæ in domum regni construxi: & ad hæc ista loquentem euersum fuisse. Ad hæc omnia illa placet asserere, quæ Iosephus in libro de Antiquitate Iudaica dixit: Sufficiunt inquit, ad ostendendam antiquitatem Iudaicam Syriorum simul, & Chaldaeorum, & Phœnicū scripturæ, & Græcorum innumerabiles historici, maxime Theophilus, Theodotus, Manasses, Aristophanes, Hermogenes, Eumerus, Comon, ac deniq; Zopyrus, qui & omnes alij forsā complures (nec enim omnia ipse legi) diligenter de nostris scripserunt: quorum multi & si nonnullis aberrarint, communiter tamen ab omnibus antiquitati nostræ testimonium perhibetur: quamuis Phalereus Demetrius, & Philon senior, qui carmine cōscripsit, ac Eupolemus, non longe absunt à ueritate, quibus uenia danda est, quoniam magnam nostrarū literarum peritiam non habuere.



Hæc Iosephus, & alia huiusmodi multa, quæ breuitati consulentes prætermisimus, & ad alia transire constituimus. Nam quoniam quibus rationibus gentilium fabulis contemptis, scripturam Hebræorum suscepimus, dictum est: ac ipsos Græcos, & uitam, & doctrinam Hebræorum admiratos fuisse, autoribus suis demonstratum. Agē iam declaremus, multa quoque ab Hebræis sumpsisse. Quemadmodum, inquit, Geometriam, Arithmeticam, Musicam, Astronomiam, Medicinam, ipsa denique literarum elementa, artesq; ceteras à Barbaris, ut postea ostendam, acceperunt: sic de pietate in unum Deum, ac reliqua, quæ ad utilitatem animæ pertinere uidentur dogmata, non aliunde quam à Iudæis, ut paulo post patebit, habuerunt. Quod si quis cōtendat, naturalē quadam ratione ipsos ea inuenisse, ne hoc quidem recusabimus. Nam si ea, quæ à prophetis Iudæi acceperunt, &

OP. A. V. S. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.



& præclarissimi Græcorum philosophi conscripserunt, diligenter sequi uolumus, non erimus certe accusandi.

Quod Græci non solum à Barbaris artes, sed alter alterius inuenta dictaq; furantes, suo nomini attribuebant. Cap. I.

Multi aliorum inuenta sibi ascribunt.

Non autem miretur quispiam, si ab Hebræis multa eos furatos esse, asserimus, cum non modo disciplinas atque artes à Barbaris abstulerint, uerum etiam ad hos usque dies ambitioni seruietes, alter alterius inuentionem furentur: imò uerò nonnulli uniuersa aliorum uolumina suis nomini bus ascripserunt. Non sunt mea hæc uerba, sed eos ipsos audias, cum alter alterum furti arguat. Quod primum ostendere aggrediamur, ut mores eorum facilius cognoscas. Cum enim ipsi alter ab altero furti honorem sibi arripiat, quomodo abstinere à nostris poterunt? Clemens igitur noster in sexto, aduersus gentes poetarum, philosophorum, historicorum, oratorumque furta præ oculis posuit. Textus enim ipsos Orphei, Homeri, Hesiodi, Heracleti, Platonis, Pythagoræ, Herodoti, Theopompi, Thucydidis, Demosthenis, Aeschinis, Isocratis, aliorumque transcripsit & contulit: reque ipsa ostendit, multos nominibus suis aliorum edidisse uolumina, ueluti Eugramon Cyrenæus Musæi de Thesprotis librum integrum sibi attribuit: nec solum per uoluntatem à Barbaris dogmata furatos esse, uerum etiam quæ nobis per sanctos uirorum miraculose tradita sunt, imitatos, fabulis implicuisse: percontanturque ab eis falsane sint quæ scribunt, an ueritatis aliquid contineant. Si falso, inquit, dicent, ut mendaces contemnemus: si uera, cur ea quæ à Mose ac prophetis facta esse dicuntur, non credunt? Similia enim multa esse nemo ignorat, sicut illud quod in primis fertur, longo tempore louem non pluuisse, uniuersamque Græciam aquarum penuria confectam, Apollinem interrogasse, quid sibi esset faciendum: responsumque, oratione ipsius Aeaci opus esse. Ascendit igitur rogatus in montem Aeacus, & nudus in cælum extensis manibus communem patrem omnium inuocauit, orauitque ut ab hac calamitate liberare Græciam dignaretur. quo adhuc orante, nubes excitata, tonitrua facta, magnaque uis pluuiæ subito erumpens, uniuersam Græciam irrigauit. Ita orationibus Aeaci fecundissimus Græcis annus tunc fuerat. Hoc inde sumptum esse quis non uiderit? Et uocauit Samuel Dominum, & Dominus uoces & plurimam in diebus melsis. Innumerabilia huiusmodi Clemens conscribit, quibus furacitatem Græcorum ostendit: quem si legeris, quanta sit eorum ambitio: non ignorabis. uerum quoniam iste noster est, ab ipsis Græcorum philosophis, ut solemus, latrocinia Græcorum ostendamus. Audis ergo quid de hac ipsa re scripsit Porphyrius in libro de Studio auditur: Apud Longinum, inquit, ad honorem Platonis, ut singulis annis fieri solet, multi simul philosophi cenabamus, & post cenam, ut sit, colloquebamur. Cum interim inter Causitrium & Maximum orta dissensio est. Maximus enim Ephorum Theopompo ante ponebat. Causitrius uerò furem fuisse, nihil à seipsa scripsisse ostendebat, ac à Demacho, & Callisthene, & Anaximene plura quam tria millia commatum sublata, & in conciones transposita ostendebat. Tunc Apollonius grammaticus Ignoras, inquit, Causitri Theopompum etiam quem tu laudas, furtis plenum esse. Nam in undecimo de Philippo ab Areopagico Isocratis, quod nihil aut boni, aut mali aliunde, quam à seipsis hominibus accidat, ceteraque huius ad uerbum transcripsit. Sed non orationis solummodo ille furatur, uerum etiam aliorum gesto falso alijs tribuit. Nam cum Andro historiam diuinationum conscripsit, dicatque de Pythagora, quod aquam à puteo haustam in Metaponto sitiens, postquam bibit, in tertium diem terræ motum fore predixerit. Hæc omnia Theopompus ad alios transtulit. Pharecidem enim Syrum ita prædixisse asserit, nec in Metaponto, sed in Syria id fuisse dicit. Sybaris quoque urbs captiuitatem ad Melenæ urbis causam transtulit. Tunc Nicagoras: Ego quoque inquit

Comma pro sententia capitur seu oratione

inquit, cum historiam eius legerem, multa ipsum à Xenophonte accepisse, mutasseque ad peius, considerauit. Xenophon enim in quarto Pharnabazi & Agesilai colloctionem propter Apollolophanem Cyziphenum factam ita conscripsit, ut et dignitas & mores utriusque, quomodo legas, cerni oculis uideatur. Hanc rem in undecimum historiae Græcæ Theopompus traduxit. Itaque dicit, ut muta tarda que uideantur. Ut enim furtum celaret, ea interposuit, quæ cunctationem quandam colloquentium ostendunt, & animatam Xenophontis orationem corrumpunt. Tum Apollonius: Cur Theopompum & Ephorum uiros in dicendo tardos furti accusamus, cum Menander quoque similiter fecisse inueniatur? Et ab Aristophane grammatico, qui eum ualde amabat, admonitus fuisse dicitur: Unde Latinos sex libros edidit, quos de Menandri furtis inscripsit, ubi omnia quæ ab alijs accepit, unum in locum contulit, sicut Philostratus Alexandrinus de Sophocle fecit. Cecilius autem integram ad finem fabulam Antiphonis, quæ Ionista dicitur, à Menandro in Dilidemonem transcriptam ostendit. Sed quoniam in hanc rem nescio quomodo inciditatus, ego quoque accusare Hyperidem uolo multa fuisse à Demosthene furatum. uerum quoniam eisdem fuerunt temporibus, uestra puto coniectura relinquendum, quis nam ab alio furatus sit. Ego uerò Hyperidem existimo. si autem uos Demosthenem ab illo accepisse contendetis, laudandum: quoniam quæ accepit, multo præstantiora reddidit. Vituperandum autem Hyperidem duco, si elegantissimam Demosthenis orationem ad peius conuertit. Et post pauca: Hellanicus etiam, inquit, quæ de moribus Barbarorum conscripsit, ab Herodoto, & Damasco intercepta. Quid uerò aut de Herodoto dicam, qui in secundo ab Herodoto Milesio multa transtulit, ueluti de Phœnice, aut de fluuiali equo, de uenatione crocodilorum: aut de Isocrate atque Demosthene, quorum alter in numeralia oratione, alter in oratione aduersus Onetorem, omnia que de questionibus Isaacus in oratione de hereditate Chilonis dicit, eisdem fere uerbis transulerint. Aut de Dinarcho, qui multa eisdem uerbis transcripsit? Antimachus etiam poeta, multa furatus ab Homero, parumque immutata scripsisse inuenitur: uerum ne alios furti crimine accusando, ipse quasi fur reprehendi possim, unde hæc habui, dicendum mihi esse uideo. Lysimachus igitur duos libros de furtis Ephori conscripsit. Polionis etiam ad Soteridem epistola extat de Ctesij furtis. Liber etiam eiusdem legitur de simili Herodoti crimine. Et in libro quem de Vestigijs inscripsit, furta Theopompi recitat. Tum Prosenes: Alios quidem fures deprehendistis. Platonem autem, cuius solennitatem tanquam herois celebrantes apud Longinum conuenimus, hoc ipsum fecisse (ueror enim furti uocabulum dicere, cum de Platone uerba facio) non deprehendistis. Quid ais, inquit, Galieta? Ato, inquit, quod rebus ipsis probabo. Et fortassis multo plura inuenirentur, si eorum, qui apud Platonem philosophati sunt, libri omnes reperirentur. Nam cum forte his diebus Protagoræ de ente librum legerem, aduersus eos, qui unum ens dicunt esse, eadem omnino inueni scripta quæ apud Platonem leguntur. Quod ut ita esse cognoscatis, ipsum audiatis: nouitate namque rei commotus, memoriter omnia tenere studui. His dictis, uerba ipsorum philosophorum conscribit, quibus apertissime furem fuisse Platonem ostendit. Sed satis iam dictum est, quod alter ab altero Græci furentur, & alter alterum studiose redarguat.

Quod disciplinas omnes & artes à Barbaris Græci acceperunt.

Cap. II.

Non est autem ab hac præparatione Euangelica alienum, breuiter ostendere, disciplinas omnes & artes à Barbaris Græcos habuisse, ne quis accusare nos audeat, si ab Hebræorum scriptura pietatem didicisse prædicemus: cum qui ueri aliquid apud eos dicere uideatur, nec fabulis theologiam immiscere, Hebræorum doctrinam plane imitari cognoscantur. Iuniores enim omnes

OP. A. V. S. B. C. M.



nes sunt, qui apud Græcos rectè aliquid philosophati sunt, non Hebræis solum, nec Phœnicibus atque Aegyptijs, sed præcis etiam ipsis Græcis. Primus enim omnium ex Phœnicia Cadmus Agenoris filius, mysteria & solennitates deorum Græciæ tradidit, simulacrorum consecrationes etiam & hymnos, deinde ex Thracia Orpheus. Linus etiam & Musæus, quos circa tempora Troiana floruisse asserunt, à quibus nihil aliud quam Aegyptiorum atq; Phœnicum falsitas paucis commutatis Græciæ commendata est. Quibus quidem in temporibus Pythius, Clarius, Dodonæus maximè colebantur, simulacraque aliorum deorum atque heroum & templa constituebantur. Et post multa secula philosophiæ data ita diligenter opera est, ut cum nihil uerè in traditionibus maiorum philosophantes inuenirent, præclara illa maiorum oracula cum autoribus suis contempserunt, quippe ab illis nullam se consequi utilitatem uidentes, aliena tanquam nudi atque pauperes ueritatis & disciplinæ non temere scrutabantur, & ab alijs gentibus, quæ utilia ueracè censebant, in omnibus artibus atque disciplinis non sine labore mutuabantur. Nempe ipsi Græci confitentur post Orpheam Linum & Musæum antiquissimos, ut ipsi dicunt, theologos, multorum autores errorum septem quosdam uiros admirabiles ad eò sapientia fuisse, ut sapientes uulgo appellati sint, qui omnes temporibus Cyri Persarum regis floruerunt. Quo quidem tempore apud Hebræos nouissimum omnium prophetæ fuerunt, annis post Troiana tempora pluribus quàm sexcentis. A Mose autem non paucioribus quàm mille & quingentis, quod paulo post planius faciemus. Verùm ab istis sapientibus nihil aliud quàm sententiæ quædam commode atque breuiter dictæ, ad utilitatem humanæ uitæ compertum est. Magno deinde spacio temporis interpolito, philosophorum genus incepisse fertur. Pythagoras enim primus omnium fuit, quem philosophiæ quoque nomen inuenisse constat. Hunc multi Samium, alij Tyrrenum, alij Syrium, aut Tyrium fuisse contendunt. Ita non plane Græcus maximus, & primus philosophorum ab omnibus dicitur. Nam Pherecydem doctorem Pythagoræ Syrium omnes fuisse tradunt: quamuis non eum solummodo, sed Persarum etiam magos, & Aegyptiorum diuinationes audisse Pythagoram asserunt, eo tempore, quo Iudæorum alij in Babylonem, alij in Aegyptum transmigrarunt. Audiuit autem & Brachmanas Indorum philosophos, sic ab alijs Astrologiam, ab alijs Geometriam, ab alijs Musicam, ab alijs Arithmetica, & aliud ab alijs habuisse. A Græcis autem nihil eum habuisse ausus quispiam est dicere: tanta doctrinæ & honorum artium penuria in Græcia fuit, antequam Pythagoras omnia quæ ab illis collegit summo studio, docuit, & diuinus propterea meruit honores. à quo prima philosophia processit, quam Italicam, quoniam ibi maximè docuit, appellare solent. Secunda est, quam Thales unus de septem sapientibus tradidit, quæ Ionica nominatur. Tertia Eleatica dicitur, cuius Xenophanes colophonius autor ascribitur. Thalem autem multi non Græcum, sed Phœnicem dicunt: nonnulli Milesium fuisse arbitrantur, quem tradunt ab Aegyptiorum diuinationibus pleraque accepisse. Solonem uerò unum de septem, qui leges Atheniensium conscripsit, tempore quo Iudæi Aegyptum frequentes habitant, illò peruenisse, Plato in Timæo testatur. Quo quidem in libro doceri eum à Barbaro uidemus his uerbis: O Solon Solon, Græci semper pueri estis, senex autem nullus unquam Græcorum fuit, ac ideo apud uos nulla disciplina uetus inueniri potest. Plato quoque ipse, cum Italicam philosophiam hauserit, in Aegyptum abiisse traditur, nec breui tempore conuersatus ibi fuisse. Vnde grato animo omnia quæ optima sunt, à Barbaris se consecutum profiteretur. Dicit enim in Epimenide, causam fuisse Barbarum illum, qui primus hæc inuenit. Vetus enim regio, inquit, eos aluit qui primi hæc inuenierunt. Longam autem ætatem multi consecuti sunt propter æstiuæ temperatæ serenitatem

Pythagoras quando uerit.

Solon quando fuerit.

serenitatem, quam Aegyptus maximè atque Syria possidet. Quare ab initio usque ad hæc tempora innumerabilibus annis examinata uerè nobis tradita sunt. Deinde subiicit: Fateri autem oportet, quicquid à Barbaris Græci acceperunt, ad meliorem illud finem perduxisse. Hæc Plato. Democritus autem multo prius à Barbaris se didicisse, his uerbis gloriatur: Ego uerò, inquit, multo plures quàm omnes ceteri homines, qui modò sunt, regiones peragraui, multas urbes uidi, sapientes uerò audiu, nec quisquam me in demonstratione linearum superare potuit, nec ipsi quidem, qui Harpedonapta apud Aegyptios appellantur. Octoginta enim annos longè à patria disciplinarum amore abfui. Babylonem enim etiam iste & Persas & Aegyptum, ut disceret, petijt. Quid de Heraclito, ac de alijs Græcis dicam, per quos omnes illuminatam doctrinam Græciam constat? Nam ante secula eorum uatibus & oraculis dæmonum inhiabat, nec aliquid solidæ disciplinæ uestigium continebat. Mirabilia uerò Apollinis illa responsa nihil penitus hominibus contulerunt, sed errantes huc atque illuc magno sudore aliena sibi homines congeserunt. Geometriam enim ab Aegyptijs, Astrologiam à Chaldæis, & alia ab alijs acceperunt. Sed nihil unquam tantum mutuati sunt, quanti hoc est, quod ab Hebræis habuerunt. unius enim Dei cognitionem inde receperunt, & multitudinem dæmonum suorum spreuerunt. Cur ergo nos incusant, si Hebræorum scripturam Barbaram, ut ipsi dixerint, Græcæ philosophiæ anteposimus? quoniam omnia bona à Barbaris ipsi furati sunt, nec quicquam utilitatis à dijs suis habuerunt? Quos iure multi apud eos contempserunt, ut impij dici quàm dæmonia uenerari maluerint. Cur igitur nos accusant, aut non magis laudant atque admirantur, qui falsitate contempta, eam theologiam secuti sumus, quæ sola uera est ab omni falsitate remota. Nam neque in impietatem incidimus, ut multi Græcorum sapientes, nullum Deum colentes, neque rursus, ut mirabiles philosophi, summum Deum cognoscentes, multorum falsitatem deorum ueritati permiscuimus. Sed de his alijs. Nunc autem non philosophicas Græcos accepisse comprobemus. Primus igitur qui literarum elementa Græcis tradidit, Cadmus ex Phœnicia erat, unde Phœnicia literarum elementa præci poetæ dixerunt. Multi Syros literas primos comperisse asserunt. Syrii autem etiam Hebræi sunt. Nam Iudæa in Syria semper à scriptoribus habitata est, & Phœniciam etiam apud præcos appellari constat. Temporibus autem nostris Palaestinam Syriæ appellant. Argumento autem illud maximo est, ab Hebræis repertas esse literas, ipsarum literarum apud Græcos appellatio. Singula enim apud Hebræos elementa appellatione significatiua uocantur: quod apud Græcos nullo modo fieri potest. Vnde non esse ab illis inuenta, sed ab alijs accepta declaratur. Omnes autem literæ apud Hebræos uiginti duæ sunt, quarum prima Aleph dicitur, quod latine disciplina dici potest. Secunda Beth, quod domus significat. Tertia Gimel, quod uocis plenitudinem significat. Quarta Daleth, quod librorum dici potest. Quinta He, quod uocabulum ista significat, quæ omnes uoces talem sensum efficiunt. Disciplina domus plenitudo librorum hæc. Sextum elementum apud eos Vau dicitur: quæ uox latine in ipsa dici potest: Deinde Zain, quod uocabulum significat uiuit. Octauum Heth, quod significat uiuens, totum hoc simul. In ipsa uiuit uiuens. Nonum Teth dicitur, id est bonum. Decimum loth, & interpretatur principium. Simul hæc duo bonum principium significant. Undecimum Caph, latine tamen. Duodecimum Lamed, quod disce, & postea Samech, quod interde sequitur elementum, totum hoc simul significat, Tamen disce auxilium. Deinde tertium elementum quod Mem appellant, quod interpretari potest ex ipsis. deinde Nun, id est, sempiternum auxilium, his accedit Ain, quod latine fonte, aut oculus significat. dein de Phe, quod os dici potest. deinde Sade,

Græci nomina literarum ab Hebræis habent.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



quæ uox iustitia interpretari potest. Simul sensus est, Fons aut oculus, & os iustitia. Elementum deinde accedit Coph, id est uocatio. deinde Res, quod caput significat. deinde Sin, quod dentes dicere possumus. postremo Thau, quod ligna dici potest. Omnium igitur sensus elementorum hic est, Disciplina domus, plenitudo librorum, hæc in ipsa uiuit uiuens, bonum principium: tamen disce ex ipsis sempiternum auxilium, fons aut oculus, atque os iustitia, uocatio capitis, & dentium signa. Hæc est elementorum Hebraicorum latine dicta sententia, quæ disciplinæ literarum summopere conuenit, quod apud alias gentes inueniri nequit. Vnde fateri necesse est, non ab alijs quam ab Hebræis literas esse inuentas: Græcos uerò ab Hebraicis accepisse, ipsa literarum appellatio significat. Hebræi enim Aleph, Græci Alpha dicuntur illi Beth, Græci Vita: Gamma Græci, Gimel illi: deinde Daleth illi, Delta illi: & alteri Zain, alteri Zeta, cætera quoque similiter. Vnde patet, ab Hebræis literas inuentas ad alios & ad Græcos tandem peruenisse. Hæc de literis dicta sufficiant. Clemens quoque cum in similem incidit materiam, Aegyptios ostendit medicinam inuenisse, & Aesculapium amplificasse. Adantem autem ex Libya primùm nauim construxisse, ac nauigasse Astrologiam primos Chaldaeos, Aegyptios deinde edidisse, Phryges autem uolatus primos obseruasse, & Tuscos aruspiciam comperisse, Telsiminos somniorum interpretationem, Tyrthenos tubam, Phryges fistulam: ex Phrygia enim erat Olympus & Marfyas, qui fistulam inuenerunt. Lucernæ usum Aegyptios, qui annum in duodecim partes primi distinxerunt, primitiæ lege non conuenire mulieribus in templis prohibuerunt, nec intrare in templa quenquam à muliere nisi locum sanxere. Geometriam etiam ipsum inuenisse, Selmenthem uerò & Damamenæum ludæos in Cypro primos ferrum inuenisse: ferri autem tincturam aut temperiem, qua robur accipit, Delam ludæum comperisse, quamuis Hesiodus Delam ex Scythia fuisse asserat. Falcem Thraces comperisse, ut primò peltis equestres usos, quam Illyrij primò inuenerunt. Cadmum auri metallam primùm in monte Pangeo excogitasse. Quadrifremem à Carchedonijs primùm factam fuisse, cuius architectus Vosporus fuit. Medeam primùm tincturam capillorum excogitasse. Pannonos, qui Noricum habitant, quos Noropes appellant, aris usum inuenisse. Olympum ex Mysia, Lydiam harmoniam, Dichordum Allyrios. Sambucam instrumentum etiam id musicum esse, Trogloditas. Marfyam Phrygem trichordum, diatonumque harmoniam, & myxophrygiam, atque myxolydiam. Thamyrrinthracam, harmoniam Doricam, Sidonios tretimem, Siculos phormingen, non ualde à cithara differentem. Hæc Clemens noster, cæteraque huius à Cydippo Mantineo, Aristodemò, Antiphane, ac Aristotele collegisse ait. operæ autem precium est, à Iosepho etiam ludæo nonnulla transferre. Is enim uir cum de Antiquitate ludæica scribat, multo iuniores fuisse Græcos ostendit, ac à Barbaris omnia collegisse, diuersaque inter se ac uaria conscripisse. Verba igitur eius hæc sunt: Non possum, inquit, non admirari eos, qui putant de uetustissimis rebus, solis esse Græcis credendum, nobis autem cæterisque hominibus nullam esse fidem adhibendam. Nam si ab ipsis rebus ueritatem discere uoluerimus, quæ à Græcis facta inuentaque, siue urbes conditas dixeris, siue artes excogitatas, siue legum sanctiones, heri aut nudius tertius, si cum nostris conferas, incepisse putabis. Scribendæ uerò historiæ curam omnium postremam ipsis fuisse constat. Vnde ipsi quoque Chaldaeos, Phœnices, & Aegyptios (non enim libet modò nos quoque istis connumerare) aperte fatentur, uetustissimam firmamque priscarum rerum traditionem tenere. Regiones enim habitant, quæ minimas continentis regiones patiuntur. multaque opera, ac magno studio semper incubuerunt, omnia præclara facinora publicis scripturis ab eloquentissimis uiris posteritati

Aulum & instrumentorum inuentores.

commendari. Græciam uerò non ignoramus sapius deuastatam, rerum gestarum memoriam amisisse. Ita nouo genere uiuendi sapius instituto, à se originem rerum incepisse putarunt. Literas autem posteriores penè omnibus acceperunt: à Cadmo enim didicisse gloriatur. Nec tamen, aut ex templis, aut loco publico scripturam se habuisse dicere audent, quæ id significet. Vnde magna questio est, utrum Troiani belli temporibus literis uterentur. Et paulo post: Cadmus uerò Milesius, & Argiuis Aculsilas, qui primi apud Græcos historiam scribere aggressi fuerunt, non multo ante Xerxis tempora fuisse perhibentur. Præterea Pherecydes Syrius, Pythagoras, & Thales, qui de cœlestibus atque diuinis rebus primi Græci pauca scripserunt, ab Aegyptijs & Chaldeis cuncta didicerunt, quos omnes una uoce Græci uetustissimos omnium predicant. Quomodo igitur supremæ arrogantie non est, sibi solis antiquitatis memoriam attribuere? Aut quis ab ipsis scriptoribus non facile percipiet, nihil certum, sed omnia coniecturis Græcos scripsisse? Pugnant enim inter se omnes, & alter alterius falsitatem redarguit, non est opus ut eos moneam, qui melius me sciunt, quòd Hellanicus, contra quem Aculsilas de genealogijs ediderit: nec ut enumerem in quot, quantisque Hesiodum reprehendit: nec dicam quomodo Ephorus Hellanicum, Timæus Ephorum, Timæum posterioribus dicere, cum de Persarum in Græciam impetu, & de præclaris facinoribus tunc gestis, inter se uehementer scriptores discrepent: cum etiam Thucydidem, qui accuratissimè suorum temporum conscripsisse historiam creditur, quasi mendacem nonnulli accusent. Huius discrepantie quamuis multæ possint esse causæ, duæ tamen mihi præcipuæ uidentur. Quarum prima & maxima est, quia nullam curam, ut publice præclara facinora scriberentur, Græci populi habuerunt: ac ideo magna in scriptoribus mentiendi licentia fuit. Nam istarum primas omnium publicæ scripturæ leges Draconis de cæde, qui paulo antequam Pistratum fuit, commendatas fuisse asserunt. Non oportet de Arcadibus dicere, qui quamuis uetustissimos se omnium prædicent, ultimi tamen omnium literas didicerunt. Quare cum nihil extaret publice, quo & ignari docerentur, & mendaces redarguerentur, partim ignorantia, partim affectione factum est, ut magna inter scriptores discrepantia inueniatur. Altera causa est, quia non ueritatis amore, quamuis ita profiteantur, sed eloquentiæ suæ ostentatione, quoniam ueteres scriptores superaturos se facile credebant, scribendi laborem sumebant. Ita nonnulli fabulas, nonnulli ciuitatum, aut regum laudes, aut uituperationes, nonnulli ueterum scriptorum, ut ipsi eloquentiores uiderentur, emendationem conscripserunt. Vnde sit, cum historiâ scribere profiteantur, non id, sed huius oppositum faciant. Veritatis enim historiæ signum illud est, ut de eisdem rebus eadem omnes conscribant. Illi uerò sic se ueraces uisum iri putarunt, si unusquisque aliter quam cæteri conscripsisset. Hæc Iosephus. Sed non erit ab re, quasi apicem Diodori testimonium asserre. Is igitur in primo his uerbis utitur: Dicendum modò de his est, qui priscis temporibus prudentia doctrinaque clari ad Aegyptum usque profecti sunt. Sacerdotes enim Aegyptiorum in sacris libris scriptum inueniunt Orphea, Musæum, Melampoda, Dedalum, Homerum poetam, Lycurgum Spartiatem, Solonem Atheniensem, Platonem philosophum, Pythagoram Samium, Eudoxum mathematicum, Democritum Abderitam, Enopidem Chium Aegyptum perisse: quorum omnium uestigia, aliorum imagines, aliorum nomina, locis aut instrumentis indita extant: asseruntque uniuersa illos, quibus apud Græcos clauerunt, ab Aegyptijs accepisse. Orphea enim mysteria Dionysij, & errores Cereus sic conscripsisse, ut mysteria Osiridos, & errores Isis se habent, nominibus solummodo immutatis. Supplicia uerò impiorum apud inferos & amce-

OP. A. V. S. B. C. S. M.



nos priorum campos ad imitationem eum fecisse earum rerum, quæ in septu- chris ab Aegyptijs geruntur. Quam rem Orpheus primus apud Græcos tran- stulit, & Homerus amplificat. Melampodem autem aiunt ea, quæ de Saturno & de Titanum pugna dicuntur, ac de alijs deorum calamitatibus, ab Aegypto in Græciam traduxisse. Dædalum autem affirmant uolutiones Labyrinthi fuisse imitatum, qui usq; ad hæc tempora in Aegypto permanet à Mendote, uel sicut quidam dicunt à rege Maro multis annis ante Minoem constructus. citius rei signum est statuarum numerus, quas Dædalus apud Græcos confinxit. neq; enim plures, neque pauciores sunt, quam apud Aegyptios sint. Ita uero esse, inde maximè patere aiunt, quòd in Memphide Propylæa Vulcani à Dæ- dalo architecto facta ostendunt. Quo quidem opere adeò admirabilis ingenij uisus, ut lignea eum statua donauerint, quæ in eodem Vulcani templo conspi- citur. Adeò enim superauit Aegyptios, à quibus didicit, ut propter multa, quæ adinuenit, honores diuinos apud eos consecutus sit. Templum enim Dæda- li ad hæc usque tempora in insula quadam iuxta Memphim summopere colli- tur. Argumenta quoq; nonnulla solent asserre, quibus fuisse in Aegypto Ho- merum planè ostendunt, ac maximè, quia Helenam scripsit potionem Tele- macho apud Menelaum hospitanti præbuisse: qua factum est, ut calamitatum suarum obliuisceret. Quam quidem potionem ab Aegyptijs dicit poeta He- lenam à Polymnesta quadam Thanis uxore didicisse. Nam usq; ad nostra tem- pora solæ Diospoliticae mulieres, iram atque moestitiam potionibus seda- re sciunt. Diospolis autem Thebæ sunt. Venerem quoque auream Home- ris appellat, quo nomine uulgo ab Aegyptijs nominatur. & lucus Vene- rionem, multa in libris atque legibus suis conscripsisse patet, quæ ante illo- rum tempora Aegyptij habuerunt. Pythagoram quoque Geometriam & A- rithmeticam ab eis didicisse, animæ in cætera animalium migrationem à do- gmatibus Aegyptiorum sumpsisse. Democritum uero putant quinquennio in Aegypto conuersatum, multa inde didicisse. Enopidem quoque ab Ae- gyptijs Astrologis, & alia complura, & obliuationem Zodiaci percepisse. Eudoxum etiam ab Aegypto in Græciam multas astrologiæ rationes transiu- lisse. Tetraculem similiter atque Theodorum Rheti filios, qui simulacrum Ap- pollonis Pythij fabricati sunt, quicq; fingendo apud prisca omnes excellue- runt, multis annis in Aegypto uersatos contendunt. Hæc à Diodoro sumpta sufficiant. Si ergo ab omnibus barbaris quicumque clari apud Græcos fue- runt, non pauca, neque minima acceperunt, nec ideo quispian eos accusa- uit: cur nos accusant, qui uera pietate commoti, scripturam Hebræorum com- plectimur?

Dædali sum- mum inge- nium.

Migratio de- nimarum unde primo itrepsit.

De antiquitate Mosi, ac prophetarum.

Cap. III.

Verum ne forte, quoniam cognitionem unius Dei Hebræos solummodo uerè habuisse diximus, ac ab eis cæteros, si quid hac de re præter He- bræos uerè senserunt, accepisse contendimus, ne quis unquam aliter actum putet, ac à Græcis Iudæos hoc habuisse dogma contendant: declarandum est, quibus temporibus Mosès & prophetae fuerunt. Plurimi ergo (perutilis nam- que res est) de antiquitate Mosi & prophetarum scripserunt, à quibus non- nulla transcribam: quamuis ipse noua uia rationeque usus: hoc modo rem dis- sponere statuit. Nemo inficias ibit, imperatoris Romanorum Augusti tem- poribus Saluatoris nostri natiuitatem fuisse, doctrinamque quintodecimo- rum Tiberij Cæsaris anno Euangelicam incepisse. Si quis ergo ab hoc Ti- berij anno ad superiora scandens, diligenter usque ad Darium Persarum re- gem, & restitutionem templi perueniat, quingentos quadraginta octo an- nos inter Tiberium & secundum Darij annum interfuisse comperiet. Secun- dus enim

Iudæi uero a Ierūt rem- plum secun- dum steri- e- chus 430.

us enim Darij annus, sexagesime quinte Olympiadis primus fuit. Tiberij au- tem quintuldecimus ducesimæ quinte, ac prime Olympiadis quartus inue- nitur. Ita centum ac triginta septem Olympiades interfuisse, manifeste uiden- tur, qui numerus quaternario auctus (quadriennium enim Olympiadi attri- buitur) quingentos quadraginta octo annos efficit. In secundo autem anno Da- rij septuagesimus Hierosolymorum, & templi destructionis fuit, ut Iudeorum historia ostendit. Quòd si à secundo Darij anno ad primam Olympiadem per- curras, Olympiades quidem sexaginta quatuor, annos ducentos quinquaginta sex interfuisse cõperies. Quos quidem annos, si ab ultimo desolationis an- no, ac restorationis principio ascendendo auferas, ad quinquagesimum an- num Ozia Iudæorum regis, quo tempore Isaias & Osee prophetarunt, omni- no peruenies. Ita prima Olympias Esaiæ temporibus fuisse inuenitur. Inde autem à prima Olympiade usq; ad captiuitatem Troiæ, ut Græcorum ipsorū historie significant, quadringenti ac quinquaginta anni colliguntur, quem an- norum numerum à quinquagesimo Ozia anno similiter auferendo, ad ter- tium annum Labdonis Iudæorum iudicis peruenies. Ita Troianæ urbis de- structio septem annis antequam Sampson Hebræos iudicasset, fuisse ostenditur: quem corporis robore inuictum fuisse, ut Herculem, Græci scribunt, Hebræi testantur. Inde à captiuitate Troiana, si quadringentos ascendendo annos au- feras, ad Mosem terrigenam Cecropem deuenies. Omnia uero, quæ apud Græcos mirabilia narrantur, post Cecropem fuisse constat. Nam Deucalionis diluuium, Phaetontis incendium, natiuitas Erichthonij, Proserpine raptus, Cereris mysteria, Eleusiniarum cõstitutio, Triptolemi satio, Europe raptus à Ioue, Apollinis partus, Cadmi ad Thebas aduētus, & ad hæc iuniores illi Dio- nysus, & Minos, Aesculapius, Perseus, Dioscuri, Hercules, post Cecropem o- mnes fuerunt. Quare omnibus his multo uetustior Mosès fuisse confirmatur. A Mosè uero usq; ad primum annum uite Abraham quingētos ac quinq; an- nos comperio: quos si à Cecropis regno ad superiora auferas, ad Assyrium Ni- num tandem peruenies, quæ aiunt primum toti Asia, India solum excepta, re- gnasse: à cuius nomine ciuitas Ninus appellata est, quam Iudæi Ninuen di- cunt. Eo tempore Zoroastres magus apud Bactrios regnabat. Nino autem uxor Semiramidis successit. Nini ergo atq; Semiramidos Zoroastrisq; tempo- ribus Abraham fuisse constat. Nam hæc omnia nobis certis rationib; in eo libro demonstrata sunt, quæ de temporib; inscripsimus. Vtar autem impresentiarū Por- phyrij de uetustate Mosi testimonio, illius uidelicet, qui Hebræorū atq; Chri- stianorū inimicissimus odij cumulo, ipsum quoq; atq; Mosem prophetas im- probis petere uerbis ausus est. Sic enim inimicorū testimonio uetustas Mosi magis cõprobabitur. In quarto ergo eorū, quos aduersus nos liberos euomit, his uerbis utitur. Narrat autem Iudæorum historiam uerissimè, quoniam & loco- rum rerum omnium nomina similiter atq; ipse posuit Sachoniato Berutius, qui ea uisus. Quam quidem historiam Abelbalo Berutiurum regi inscripsit, quorū uirorum tempora, multo ante Troiana tempora fuisse comperiunt. Is Sacho- niatho Phœnicum lingua partim à singularum urbium annalibus, partim à libris sacris, qui templis dedicare solebant, collegit ingenio, quem non multo post Mosem Semiramidos temporibus fuisse scriptum est. Hæc Porphyrius. Si ergo Semiramidos temporibus Sachoniatho fuit, ea uero multo ante Tro- ianæ calamitatē fuisse perhibetur, erit Sachoniatho quoque Troianis tem- poribus multo uetustior. Sachoniathonem uero ab alijs collegisse historiam ipse Porphyrius testatur, quos & ipsos iuniores Mosè fuisse cõcedendum est. Sed ponamus etiã eisdem temporibus Mosi Sachoniathonē fuisse, quoniam ta- men Mosès Semiramidos temporibus huius philosophi testimonio cõperitur, quando nos Abraham fuisse cõtendimus, antiquior est Mosès secundum Por- phyrum

Hic uidetur esse Abdon, de quo Iud.

Quando Abraham fuit.

Vertical handwritten text on the right margin of the second page.



*Troipa
secundum
alios.

phylum, quam ipsi opinantur. Fuit autem Semiramis octingentis annis ante Troiana tempora. Quare Moses quoque similiter. Primus uero apud Argiuos Inachus regnauit, quando nec ciuitas, nec nomen Atheniense erat. Primus autem Argiuorum rex quinti Assyriorum regis temporibus fuit centum quinquaginta annis post Mosem atque Semiramidem, in quibus nihil apud Graecos illustre factum inuenitur. Quadringentis autem annis & quinquaginta fere post Semiramidem primus apud Athenienses Cecrops indigena, ut ipsi dicunt, regnauit. * Troipa septimo post Inachum regnante apud Argiuos, & post Inachi autem tempore Ogygium dicitur diluuium fuisse. Et Apis apud Aegyptios primus Deus appellatus est: & Inachi filia, quam isdem Aegyptij nominarunt. Prometheus quoque & Atlas illis temporibus fuerunt. A Cecrope autem usque ad Troianorum calamitatem paulo patetiorum quam quadringenti anni colliguntur: in quibus diluuium Deucalionis, & incendium Phaethontis fuisse, non ignoramus. Cecrops autem primus Deum Iouem appellasse fertur, & aram instituisse primus, & simulachrum Palladis erexisse. Post Cecropem autem dii Graecorum omnes nati fuisse uidentur. Ita ad Troiana tempora a temporibus Mosi plures quam octingenti anni Porphyrij testimonio fuisse comperiuntur. Homerum uero atque Hesiodum multo iuniores Troia fuisse, manifestum est. Pythagoram uero & Democritum in quinquagesima Olympiade septingentis fere annis post Troiam fuisse constat. Quare huius Philosophi autoritate mille quingentis annis ante Graecorum philosophos Moses fuit. Verum quoniam multi praedicti apud nos uiri, atque doctissimi Iudaeorum antiquitatem certis ueris argumentis probarunt, quorum alij a Graecis, alij a Chaldeis atque Aegyptijs, nonnulli etiam a Phoenicibus atque Hebraeis propositum suum approbaverunt: imo uero cuncta simul conferentes, mirabili ratione ac uia, ac singularem gentium praecleara facinora, quae in eisdem temporibus gesta sunt, colligerunt: eorum nonnullas uoces uerbaque transcribam, ne laborum suorum fructu auctores priuentur. Vtar autem testimonio multorum, ut ex omnibus Hebraeorum uetustas indubitata habeatur. Africanus igitur in tertio Animalium, his uerbis utitur: Usque ad Olympiadas nihil exploratum in historia Graecorum inuenitur, sed omnia confusis conscripta temporibus sunt. Post Olympiadas uero quoniam quadriennio diligentissime omnia notabantur, nulla penitus confusio temporum fit. Quare praecleara fabulosaque facinora, quae ante primam Olympiadem fuerunt, summam colligam. Quae uero post gesta sunt, ita cum Hebraeis, Persisq; historijs conferam, ut ea quae in eodem tempore fuerint, aperte significem. Hebraeorum igitur in Babylonem migratio, a Nabuchodonosore facta, septuaginta durauit annos. Cyrus regnauit Olympiade quinquagesima quinta, ut a Diodori, Thalicostoris, Polybij, Phlegeronisq; historijs patet, quo anno Iesus filius Iosedech primam particularemque deductionem populi fecit, ut apud Esdram Iudaeum conscriptum est. Verum ista, ut dixi, propter Olympiaden certitudinem eodem modo ab omnibus conscripta sunt, cum nullam omnino confusionem patiantur. Ab Ogyge autem indigena, cuius temporibus primum & maximum diluuium in Attica fuit, & Phoroneus Argiuus regnabat, usque ad primam Olympiadem anni fuere mille atque uiginti. Ita enim omnes asserunt, qui Atheniensium annales conscripserunt. Hellenicus dico atque Philochorus, Castor etiam & Thalus in hoc conueniunt, qui Syriam historiam diligenter tractauerunt. Diodorus quoque, qui orbis historiam in bibliothecas contulit, alijq; per multi. Et post pauca: Dicimus ergo Ogygem, a quo primum diluuium nominatum Ogygium est, temporibus Mosi fuisse, quod hoc pacto probamus: Ab Ogyge, ut diximus, mille uiginti annis usque ad primam Olympiadem fuerunt: a qua usque ad quinquagesimam quintam Olympiadem, id est, usque ad primum

primum annum Cyri Persarum regis, & Iudaici populi reductionem anni fuerunt ducenti & septem. Quare ab Ogyge ad Cyrum mille ducenti triginta septem fuerunt: quos si auteres, ascendendo ad annum illum peruenies, quo ab Aegypto Moses populum eduxit. Fuit ergo Moses Ogygij temporibus, a quo Eleulis condita est. Atticos igitur annos ab ista sumamus. Et post pauca: Post Ogygem uero propter ualitationem diluuii centum nonagintanovem annis usque ad Cecropem Attica sine rege & pene deserta fuisse perhibetur. Actaeum enim, quem post Ogygem fuisse nonnulli fingunt, ceterosque usque ad Cecropem nuda solummodo esse nomina, Philochorus scribit, & post aliqua computatione annorum a Iudaica scriptura diligentius facta. A Mose igitur, inquit, usque ad Cyrum mille ducenti triginta septem anni colliguntur. Quod ab Ogyge ad Cyrum etiam secundum Graecorum historicos colligimus demonstrauimus. Sed Graecorum etiam nonnulli hoc ipsum testantur. Polemon enim in primo Graecarum historiarum: Temporibus, inquit, Apidos Phoronei filij magna pars Aegyptij exercitus ab Aegypto expulsa, in Palaestina Syria non longe ab Arabia habitauit. Apion etiam Porsidonij filius, grammaticorum omnium diligentissimus historiae persecutor in quarto Historiarum, & in libro aduersus Iudeos, Inacho, inquit, regnante apud Argiuos, & Amasi apud Aegyptios, Iudaei duce Mose ab Aegyptijs defecerunt. Herodotus quoque Amalidos & defectionis huius in secundo mentionem facit. Iudaeorum etiam quodammodo meminit, cum Syrios dicat, qui Palaestinam inhabitant, circumcidi solere. Ptolemus praeterea Mendisus, qui Aegyptiorum historiam ab initio conscripsit, his ita conuenit, ceterisque omnes, ut minima quaedam annorum differentia esse uideatur. Ita nobilita gesta mirabilia Graecorum, siue uera, siue ficta, post Mosem fuisse comperiuntur. Vitum est autem mihi a tempore regni Attici, res Graecorum Hebraeis conferre. Primo igitur Ogygis anno, a quo usque ad primam Olympiadem mille ac uiginti fuisse ostendimus, exitus Iudaeorum ab Aegypto factus est, & in Attica Ogygium illud diluuium: neque id iniuria. Cum enim ira Dei grandine ac tempestatibus percuterentur Aegyptij, non poterant aliqua partes etiam orbis non commoueri, Attica praecipue: quia coloni Aegyptiorum, ut multi alij, & Theopompus in Tricarano affirmat, Athenienses fuerunt. Post quatuor autem & nonaginta annos, Prometheus fuisse a nonnullis dicitur: quem finxisse homines fabulantur atque formasse, quoniam sapientia eloquentiaque sua a bestiarum uitiis in ciuilem transformauit. Haec Africanus. Tatianus uero qui seipsum in Assyria regione natum dicit, uir lingua Graeca doctissimus, Graecis omnibus Mosem antiquitati anteponens, De Homero, inquit Stesimbrotus, Thasius Callimachus, Colophonius, Rheginus, Theagenes, qui fuit Callixte temporibus, & Herodotus Halicarnasseus, alijque complures scripserunt. Sed quoniam aliter alij tradiderunt, quibus fuerit temporibus, affirmare non possumus. Crates enim ante reductionem Herculidarum octuaginta post Troiana tempora annos floruisse contendit. Eratosthenes post centum annos, Aristarchus quando Ionica colonia ducebatur centum & quadraginta annos post destructionem Troianam, Philochorus Archippi Atheniensium principis tempore centum & octoginta annis post captiuitatem Troianam, Apollodorus ducentis & quadraginta post Troiana tempora, nonnulli in prima Olympiade quadringentis annis post Ilij euerisionem, alij Archilochi aequalem fuisse eorum, qui fuit Olympiade uigesimali, temporibus Gyge regis Lydorum. Sed haec relinquant. Nam quando ita confuse de temporibus scribitur, diuersas historia titubat. Sed ponamus Homerum ipsius Agamemnonis temporibus fuisse. Moses enim non modo multo ante haec tempora, uerum etiam ante Dardanum fuit. Vtar autem testimonio Chaldaeorum, Phoenicum, & Aegyptiorum. Berosus enim uir Babylonius sacerdos, multo antiquiore Troiano bello Mosem

Diuersas
historiarum
adimit eisdem.

OP. A. V. S. P. C. S. M. I. O.



Mosē fuisse scripsit. Theodotus autem, Ipsicrates, Mochus, Phœnices fuerunt, quorū historiam in Græcā linguam Aditus uir disertus traduxit, ubi scribitur Troianum bellum paulo ante tempora Salomonis fuisse Aegyptios omnes sciunt magnā tēporum diligentia semper habuisse, quorum annales Prolemæus nō rex, sed Mēdesius sacerdos à sacris libris collegit, ac edidit. Is regnate Amaside apud Aegyptios, Mosē duce ludæorū exitum ab Aegypto fuisse affirmat. Amasimq; fuisse tunc dicit, quando Inachus Argis regnabat. Apion etiam grammaticus, Inachum & Amasidem eisdem temporibus fuisse affirmat. Fuerūt autem ab Inacho ab bellū Troianū generationes uiginti. Quare ante Iliacum bellum quadringentis ad minus annis ipsum fuisse cōcedendū est. Si igitur post Inachum omnia præclara facinora Græcorum fuerunt, necessario etiam post Mosē fuerunt. Inachus enim primus Argis, ut diximus, regnauit: deinde Phoroneus, quādo Ogygū in Attica diluuiū fuit. Apis postea, deinde Argius Crassus, Phorbasq; regnarunt, quo tēpore Actæus, a quo **Troyphis.* Actæa regio Atheniensium appellata est **Triopas* deinde Argis regnauit, quando Prometheus, Epimetheus, Atlas, Io, & biformis Cecrops fuisse traduntur. Post Triopam Crotopus regnauit, temporib. cuius Phaëtonis incidium, & Deucalionis diluuium fuit. Sthenalo postea regnante, Danaus in Peloponnesum uenit, & Dardanus Dardaniam condidit, & ex Phœnicia Europa rapta fuerat. Danaus postea regnauit. Deinde Lynceus, quo regnate Proserpina rapitur. Cadmus Thebas condidit, qui Græcis literas tradidisse una uoce ab omnibus dicitur. Minos in Creta regnat. Proetus postea regnauit, quādo Eumolpus Atheniensibus bellum intulit: deinde Acrisius, cuius tēpore à Phrygia in Græciā Pelops transiuit, Ion Athenas petijt. Secundus Cecrops floruit. Perseus postea regnauit, & præclara gessit facinora. Eurystheus demū, Atreus, atq; Agamemnon, qui decimo atq; octauo sui regni anno urbē Troianam expugnauit. Quare omnibus dijs ac heroibus Græcorum multo uentiosior Moses inuenitur: & oportet seniori, à quo iuniores hauserunt, multo magis credere. Nō enim Homero solūmodo Moses superior, uerū etiam omnibus qui aliquid apud Græcos scripsere. Quippe Cadmus, à quo literas Græci habuerunt, multo posterior Mosē inuenitur. Scripsere autē apud Græcos ante Homerum, Linus, Philammon, Thamyris, Amphion, Orpheus, Musæus, Demodocus, Phemius, Sibylla, Epimenides, Cretensis, qui Spartā petijt, Aristæus Proconnesius, Abolus, Centaurus, Isatis, Orimon, Eucalus Cyprius, Orius Samius, & Atheniēsis Pronetida. Linū igitur Herculis magistrū fuisse cōstat, qui ante Troianū bellum una fuit generatione. Tlepolemus enim filius eius cum Agamēnone in Ilium militauit. Orpheus autē æqualis Herculi fuit, quē Musæus audiuit. Amphio duab. generationibus Troianū bellū præcessit. Demodocus uerō atq; Phemius alter in Ithaca, alter apud Phæacæ Troiani belli tēporibus uiuebant. Thamyris etiam, & Philammon nō ante ipsos fuerunt. Sed de poetis satis dictū est. Nunc de his scribamus, qui apud Græcos sapientes habiti sunt. Minos igitur, qui sapiētes & legum solertia cæteris omnibus excelluisse uidetur, Lyncei tēporib. qui post Danaū Argis regnauit, undecima generatione post Inachum fuit. Lycurgus autem centum annis ante primam Olympiadem leges Lacedæmonijs dedit. Dracon in Olympiade trigesima sexta, leges Atheniensibus tulit. Pythagoras in sexagesima & secunda floruit. Ostēdimus autem in superioribus quadringētis & septem annis post Ilij euerisionē Olympiades incepisse. Thales uetustissimus omnium qui septem sapientes appellatur, in quinquagesima uiuebat Olympiade. Hæc taceamus. nunc Clementem audiamus. Apion, inquit, grammaticus uir historiarum peritissimus, qui Plistonices nominatus fuit, acerrimus ludæorum hostis, adeo ut etiā aduersus eos uolumē ediderit, nec iniuria, Aegyptius enim erat, Prolemæum Mendesium sacerdotē, qui tria uolumina de reb. gestis Aegyptiorum edidit.

Scriptores ante Homerum.

edidit, testem adducit, quod Amasis, qui Auarin Aegyptiorum urbem euerit, & Inachus Argiurum rex eisdem temporibus fuerit. Quo quidē Amaside regnante ab Aegypto, Mosē duce, ludæos profugisse cōfirmat. Res autem Argolicas, quæ ab Inacho cœperunt, Dionysius Halicarnasseus in libro de Temporibus omnium Græcarum rerum uetustissimas fuisse ostendit. Ab Inacho autem ad Troiana tempora uiginti generationes connumeratur, anni ad minus quadringenti. Assyriorum autem regnum antiquius cæteris omnibus fuisse constat, cuius quadringentesimo atque secundo anno, trigesimo scilicet atque secundo Beluchi octauo Mosē dicente, populus ab Aegypto exiuit, Inacho Argiuis & Amaside in Aegypto regnante. Post Inachum Phoroneus Argis regnauit, quando Ogygium fuit diluuium, & Egialeus in Sicyone regnauit, à quo Sycionum regnum incepit. Tunc etiam Cretus primus, qui in Creta regnauit. Acusilaus uerō Phoroneum omnium hominū primū ait fuisse, unde Phoronides poeta mortalium patrem appellat. Sed ab Inacho ad Agamemnonem uiginti generationes fuerunt. Decimo autem & octauo anno Agamemnonij regni Troia eueritur, Demophoon Thesei filio Atheniensibus regnante. Fuit autē Thesei imitator Hercules generatione una ante bellum Troianum. Ita Mosēs ante Dionysij in deos translationē sexcetos & quatuor annos fuisse inuenitur. Perseo enim regnante trigesimo iam atq; secundo anno, ut Apollodorus in libro de tēporibus scribit, Dionysius hominē exiit, à quo ad Herculem & Iasonem, aliosq; Græcorum heroas, qui in Argo fuerunt, sexaginta tres anni colliguntur: quibus cum etiam Aesculapius, atque Dioscuri, ut Rhodius Apollonius in Argonautis testatur, fuerunt, A regno autem Herculis in Argis usque ad translationem suam, & Aesculapij in deos, triginta & octo anni iuerunt, ut Apollodorus scribit. Hinc autē ad Castoris & Pollucis assumptionem anni quinquaginta tres, quando etiam Troia euerfa fuit. Verū quoniam ut Hesiodus ceteriq; poete dicūt, Semele Cadmi filia Dionysij peperit, Cadmus autē Lynceo regnante, Thebas petijt, & literas Græcis tradidit: patet etiā testimonio poetarū, quæ ætate Dionysius fuit. Leo uerō, qui de Aegyptiorū dijs conscripsit, Iliedē Cererē esse affirmat, quæ Lynceo regnante fuit undecima generatione post Mosē. Apis uerō Argiurū rex, ut Aristippus in primo Arcadiæ historiæ scribit, Memphin in Aegypto cōdidit, quem Aristæus Argiuis Serapidem appellatum asserit. hunc ab Aegyptijs diuinos honores consecutum, non ignoramus. Nymphodorus autē Amphipolitanus in tertio de Asiaticis legibus, Apim taurum mortuum in Soro græcē, quod latine arcam dicere possumus positum, Soroapim ac inde Serapim appellatum fuisse contendit. Fuit autem Apis tertius ab Inacho. Latona uerō Titij temporibus fuit, quem Tantalus æqualē fuisse omnes testantur. Zetus uerō atq; Amphion mulicæ inuētores Cadmi temporibus fuerē. Nam & si Phæmonoe oraculo cecinisse Acrisio dicat, tamē post Phæmonoe uiginti septem annis Orpheus, Musæus, & Linus Herculis magistri floruerūt. Homerus autē ac Hesiodus multi iuniores bello Troiano exiterē. Lycurgus uerō & Solon legum apud Græcos cōditores, & septem sapientes, Pherecydes etiam Syrius & Pythagoras circiter primæ Olympiadis tempora, ut diximus, fuerūt. Non ergo solum poetis ac sapiētibus, uerum etiā dijs Græcorū multo uetustior Moses inuenitur. Verū, quoniā non Græci solūmodo, sed ludæi quoque de hac diligenter scripserunt, nō erit ab re ab ipsis etiam aliquid sumere. Vt autem hoc loco Flauij Iosephi testimonio: incipiā, inquit, primo ab Aegypto thū Aegyptij, qui Græcē scripsit, quicq; à sacris Aegyptiorum literis, ut dicit, transtulit, uerba transcribam. Hic igitur in libro secundo hæc de ludæis scribit: Tutimeis tēporibus, inquit, ab orientali parte ignoti homines in Aegyptū iruperunt, facileq; ipsam, ac sine bello ceperunt, quam gētem Hycullos appellant.

OP. A. M. S. B. C. D. M.



Hic significat regem aut captiuu.

lant, quod significat reges: hyc enim lingua sacra rex dicitur. Vltos autem pator appellatur: hos nonnulli Arabes fuisse opinati sunt, quauis multi Hycuifos no reges, ut diximus, sed captiuos pastores significare asserunt. Hyc enim cum aspiratione Aegyptiorum lingua captiuu dicuntur. quod mihi uerisimilius uideretur. Isti tenuerunt Aegyptum quingentis atq; undecim annis. Deinde cum pellerentur, locum occuparunt, cui nomen Auaris: quo undique munito, Aegyptiorum impetum euitabant. Themofosis autem cum oblidendo non posset eos capere, conuenit cum eis, ut libere cum suis, quod uelent, abirent. qui non pauciores ducentis quadragintaq; millibus uiroru non in Syriam, quam nunc Assyrii, quorum uires erant amplissimæ, tenebant: sed in eam profecti regionem, quæ nunc Iudæa uocatur, Hierosolymam condiderunt. Hæc Manethus, qui secundum Aegyptias literas & historiam, duo nobis non parua testatus est. Primum quod aliunde nostri maiores in Aegyptum migrarunt. Deinde quod ab Aegypto mille fere annis ante Troiana tempora abierunt. Hæc Iosephus ab Aegyptiorum historia. Phœnicum autem testimonio etiam usus ostendit centum quadraginta tribus annis ante Salomone templum fuisse cõditum, quàm a Tyrijs Carthago cõderetur. Sed quid opus est pluribus uti testibus, cū una uoce ab omnibus multo ante Troiana tempora Moses fuisse predicetur. Sed de illis etiam aliquid dicamus, qui post Mosem fuerunt. Post eum igitur Iosue Iudæorum annis, ut nonnulli autu, triginta principatum tenuit. deinde, ut asserit scriptura, annis octo alienigenæ dominati sunt: postea Gothoniel annis quinquaginta. deinde Eglu rex Moab ab annis decem & octo: post quem Aod annis octoginta: rursus alienigenæ annis uiginti: post quos Debora & Barach annis quadraginta, Madianitæ septem, Gedeon quadraginta, Abimelech tribus, Thola uiginti tribus, Iaher uiginti nouem, Amanitæ decem & octo, Iephthæ sex, Esbon septem, Ealt decem, Abedon octo, alienigenæ quadraginta, Sampson uiginti, Eli sacerdos quadraginta, quibus temporibus Troia euerfa est. Samuel deinde populum iudicauit, post quem Saul regnauit annis quadraginta. Dauid similiter quadraginta, Salomon etiam quadraginta, Roboam decem & septem, Abia tribus, Assa duodecim, Iosaphat uiginti quinque, Ioram octo, Ochozias anno uno, Gotolia annis septem, Iosias quadraginta, Amasias uigintinouem, Ozias quinquaginta duobus. Tunc prophetarunt Amos, Ionas, Esaias. deinde regnauit Ionathan annis decem & septem, Achar similiter sexdecim. Huius temporibus Olympiades cœperunt, primusq; Olympico stadio uictor Argiuus Corylus fuerat declaratus. Achar autem successit Ezechias annis uigintinouem. tunc Roma condita fuit. Deinde Manasses annis quinquaginta quinque Ammon duobus, Iosias triginta unum, quando prophetarunt Hieremias, Baruch, Olda, alijq; nonnulli. Deinde Ioachar tribus mensibus, Ioachim annis undecim, ac demum Ezechias annis duodecim. Vrbe deinde ab Assyrijs euerfa, temploq; cremato, in Babylonem populus abducitur, ubi Daniel & Ezechiel prophetarunt. & post annos septuaginta Cyrus Persarum rex regnauit, qui Iudæos libertate donauit. & tunc Iesus Iosedech filius, & Zorobabel Salathielis in patria deducti, fundamenta iecerunt, Aggeo, Zacharia, & Malachia prophetantibus. post quos non fuit amplius apud Iudæos propheta. Cyri autem temporibus, septem Græcorum sapientes, quibus nullus philosophus antequior traditur, floruerunt: quorum Thales Milesius apud Græcos primus appellatus est Physicus: quem audiuit Anaximander, ipse quoq; Milesius: & Anaximandrum Anaximenes Milesius: & hunc Anaxagoras Clazomenius: quem audiuerunt Pericles, Archelaus, & Euripides. de quibus Pericles opibus & potentia inter Athenienses excelluit. Euripides autem poetice artis tradidit, & Scenicus a nonnullis philosophus appellatus est. Archelaus autem primus apud Lampfacum Anaxagoræ scholam suscepit. Deinde Athe-

Iudices Hebræorum post Mosem.

Septem Græcorum primis sapienter.

nas profectus, & multos alios, & Socratem auditores habuit. Anaxagoræ tre ro temporib. Xenophanes & Pythagoras fuerunt. Pythagoræ successit Theano uxor, ac Telauges, & Menaxarchus filij. Telaugem uero Empedocles audiuit, quando etiam Heraclitus cognomine Scotinus, id est Latine tenebrosus, florebat. Xenophani uero Parmenides successit, Parmenidi Melissus, Melisso Zenon Eleata: quem aiunt, cū tyrannidem deponere conaretur, linguam dum à tyranno, ut conscios diceret, torqueretur, dentibus abscissam in faciem eius spuisse. Hunc audiuit Leucippus, Leucippum Democritus, Democritum Protagoras temporibus Socratis. Omnes igitur philosophi Græcorum post Cyrum Persarum regem fuisse comperiuntur. Cyrus autem septuaginta annis post Iudæorum captiuitatem, id est, post Mosem mille ac centum fere annis fuisse perhibetur: ita necesse est, ut fatearis philosophiam Græcorum, ac maxime Platoniam, multo posteriorem Mose fuisse. Plato enim cū Socratem primò, deinde Pythagoricos audiuerit, omnes qui ante ipsum fuerant, in philosophia, tum eloquentia, tum prudentia superauit. Floruit autem Plato circa finem regni Persarum, paulo ante Alexandrum Macedonem, quadraginta annis, uel paululum plus ante Augustum Cæsarem.



Quare cū nonnulla ita dixisse Platonem ostenderimus, ut apud Hebræorum scriptores inueniuntur, collatione temporum certior eris, non Hebræos à Græcis, sed Græcos ab Hebræis accepisse. Quod aliud principium faciētes, iam aggrediemur, ostendemusq; sapientes Græcorum Iudæicam fuisse imitatos doctrinam, ut nullus nos accusare iure possit, si quos ipsi non rectius iam intelligentes, imitati sunt, eos nos Saluatoris nostri doctrina & gratia regni à Græcis compertū præter eloquentiam cõprobabitur. Omnia uero à Iudæis atq; Barbaris furatos commodius dixisse, nullus admirabitur, qui & eloquentes & fures fuisse non ignoret. Quod in superioribus non autoritate nostra, sed suo ipsorum testimonio confirmauimus. Non autem in omnibus, sed in principalibus: neq; omnes (longum enim id esset) sed principem omnium Platonem id fecisse confirmabimus. facile namq; unusquisq; postea per se ipsum considerare poterit, si a Platone cæteri fere omnes Græcorum philosophi acceperunt: & Plato ab Hebræis fundamenta omnis bonæ philosophiæ, a Iudæis Græcos accepisse. Verum, quoniam apud ipsum nonnulla obscuriora sunt, expositorum eius testimonia etiam nõ recusabo. Illud uero ante omnia dictum sit, nonnulla Platonem non conuertisse, sed peruertisse: quod non accusandi illius, sed excusationis nostræ causa dicimus, ut non iniuria ceteris cõtemptis, Iudæicam amplecti scripturam uideamus.

Plato quædam in sacris literis peruertit.

De triplici philosophiæ diuisione secundum Platonem. Cap. I.

Omne philosophiam Plato in tres partes, Physicam, Ethicam, Logicam, partitus est. Physicam deinde in sensibilem doctrinam, & in corporalem speculationem suppartitur: quam diuisionem etiam apud Iudæos multo ante Platonem factam esse inuenies. Sed primò quæ Platoni placuerunt, ab Aristoteli Platonico sumam ex eo libro quem aduersus eos cõscripsit, qui Aristotelicam habentes scientiam, Platoniam profiteri nõ audent. Cum igitur tripartitò, inquit, uera perfectaq; philosophia diuidat, in moralem scilicet, & naturalem, & logicam: cumq; prima pars & singulos hominum probos constituat, & domos integras ad rectam gubernationem reducat, ac populos deniq; diuersis regendi modis cõstruat: secunda ad diuinarum rerum cognitionem perducatur: ipfarum dico, quæ primæ sunt causarum altissimarum, & aliorum omnium,

OP. A. V. S. B. C. S. M.



quæ inde duce natura emanant: cumq; ad harum duarum partium inuentio-
nem atq; cognitionem tertia pars accedat, manifestum omnibus est, Platonē
primū maximē omnes has philosophiæ partes usq; ad ætatem suam, sicut
membra Penthei dissectas atq; confusas in unum corpus, atq; animal integrū
reduxisse. Thales enim Anaximenes, atq; Anaxagoras de naturalibus solum
rebus considerarunt. Pittacus uerò, Periander, Solon, Lycurgus, ceteriq; i-
stis similes, de gubernandis hominum cœtib; solummodo conscripserunt.
Zeno autem & omnis Eleatica disciplina logicæ solummodo studuerunt. Pla-
to deinde post hos omnes natus, ut natura præstans, & uerè diuinitus missus,
nullam partem philosophiæ imperfectam reliquit, sed omnes diligenter com-
plexus, nec in necessarijs defuit, nec ad inuitia delapsus est. Verum quoniam
singulas philosophiæ has partes, Physicam, scilicet, Ethicam, atq; Logicam Pla-
tonē diximus perfecisse, agē nunc ita esse, ut diximus, cōprobemus, Hæc Ari-
stoteles. Quibus attestat Aristoteles peripateticus in 7. eorū libro, quos de Philo-
sophia edidit, his uerbis: Plato propriè atq; pfectè præ ceteris omnib; phi-
losophatus est: nam Thalem secuti, naturales solummodo fuerunt, Pythagori-
ci uerò cuncta celabant: Xenophanes, quiq; ab eo profecti sunt, ita contentio-
sas mouerunt rationes, ut confusionem potius quam auxilium philosophan-
tibus attulerint: Socrates, ut Plato scripsit, & prouerbio dicitur, ignē igni ad-
debat. Cū enim natura ingeniosissimus esset, & de omni re dubitare peritus,
morales & ciuiles cōsiderationes induxit, & de ludæis primū dicere aggressus
est. Omnes autem alij partes philosophiæ tractarunt: quidam medicinam,
nonnulli mathematicas disciplinas, alij musicam & poëticam: complures au-
tem orationis uim admirati sunt, quorum alij se rhetores, alij dialecticos pro-
fitebantur. Socratis uerò successores uarij atq; contrarij sibiipsis fuerunt: alij
enim humilitatem, & turbationum sedationem laudabant: alij uoluptatem se-
cuti sunt: ac nonnulli quidē omnium scientiam sibi arrogabant. nonnulli nihil
se scire profitebantur: & alij uel cū infimis conuersabantur: alij e contra disti-
ciles & soli secum uiuebant. Plato autem primus & rectè intellexit, atq; diui-
sit: dixitq; primū esse de natura uniuersū negocium, alterum de hominib; ter-
tium de oratione: putauitq; nō posse nos res humanas perspicere, nisi prius di-
uinas intellexerimus. Nam quemadmodū medici, cum membra quædam cor-
poris curare uelint, ad totum prius se corpus conuertunt: sic qui uelit res hu-
manas perspicere, naturā uniuersorū prius considerare debet (pars enim uni-
uersi homo est.) Bonū etiam duplex esse dicebat: alterum nostri, alterum uni-
uersi. Principalis autem esse bonū uniuersi: ab illo enim hoc profluere, quā
rationē Aristoxenes musicus ab Indis emanasse contendit. Indum enim quen-
dam ait Athenas petisse, Socratiq; colloquente ab eo quesuisse, quomodo
& quid faciendo philosophus esset. Cūq; Socrates respōdisset, Si quomodo
uiuendum sit homini cōsideres, risisse Indum, atq; dixisse, neminem posse re-
quæ humanas res intelligere, qui diuinas ignoret. Vniuersam igitur philoso-
phiā Plato in physicam, ciuilem, & logicam partitus est. Hæc Aristoteles.

Se hæc philo-
sophantiam.

De morali Hebræorum philosophia. Cap. 11.

Hanc tripartitam partitionem si diligenter attenderis, multo ante Platonē
nem Hebræos perspexisse non ignorabis. In primis enim moralem par-
tem summo studio, req; magis q; uerbis, amplexos fuisse ludæos constat. Fi-
nem enim honorum beatæq; terminum uitæ pietatem erga Deum arbitran-
tur: quem quidem finem præceptis Dei conseruandis, non uoluptate corpo-
rum secundum Epicurum consequi putabant: neq; tripartita secundum Ari-
stotelem bona, corporis scilicet, animæ, & exteriora æquali lance pensabant
nec ignorantiam omnium rerū, quam nonnulli honestiore uocabulo resinen-
tiam appellarunt, multi fecerunt: nec denique in ipsa animi uirtute finem po-
suerunt. Quid enim ipsa sine diuina gratia, & absque pietate ad quietam ui-
tam con-

A tam conferre potest, propter quam à spe, quam in Deo habebant, quasi à fine
dependentes, Deo gratos solummodo beatos opinati sunt. Quia profectō cum
omnium honorum largitor Deus, uitæ fons, & uirtutis origo sit, solus ad bea-
tam uitā eis sufficit, qui uera pietate ad ipsum tendunt. Vnde sapientissimus
ille Moses, qui primus omnium hominum uetustissimorū uitas Hebræorū
conscripsit, ciuile atq; actiuum uiuendi modum narratione historica docuit.
Quam quidem doctrinam ab uniuersalioribus ita instituit, ut Deum causam
autoremq; omnium, quasi fundamentum iniecerit, & mundi atq; hominis or-
dinem hortatur. Præterea cum legum etiam autor summa cum pietate fue-
rit, certè patet quā magnum studium ad corrigendum hominū mores ha-
buerit. Lōgum esset, si prophetarum quoq; qui post Mosē fuerunt, uel ex
hortationes ad uirtutem, uel dehortationes a uitijs recensere uellemus. Quid
autem si sapientissimi Salomonis Ethicam uellem modo doctrinam traduce-
re? Nam inter alia librum quoq; edidit, quem Parabolarum seu Prouerbio-
rum, propter sententiarum breuitatem appellauit. Sed moralem quidem di-
sciplinam, uel antequam prima elementa literarum Græci cognoscerent, sic
absolute perfectèq; re potius, quam uerbis ludæi retinebant.

De rationali iudeorum philosophia. Cap. 111.

Rationalem uerò partem, non ut Græci cauillationibus & ficta oratione
discebant, sed ipsius ueritatis recta perceptione: quam quidem ueritatē
diuinitus illuminati adinuerunt. Hac rationali doctrina ab ineunte ætate sa-
crarum & utilissimarum narratione historiarum, cātuum odorūq;
exercitio, compositione ænigmatum quoq; & speculationis allegoricæ diser-
ta elegantiq; oratione suos erudiebant. Erant enim legum sacrarum ac ænig-
matum apud eos expositores, quos secundarios solebant nuncupare. Vnde
sapiens quoq; Salomon in Parabolarum initio, quasi causam libri hanc esse di-
xit: Ut scirent sapientiam & disciplinam, intelligerentq; uerba prudentiæ, ac
susciperent eruditionem doctrinæ, iusticiam, & iudiciū, & æquitatem: ut
datur paruulis astutia, & adolescentib; intellectus. Audiens sapiens, sapien-
tior erit: & intelligens, gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam, &
obscura uerba, dicta sapientiæ, tum etiam ænigmata eorum. Ita negocium lo-
gicæ accommodatissimè ad sapientiam, linguamq; suam in omnibus prophe-
tarum libris, si libros diligēter legeris, profectō inuenies. Quod si quis linguæ
sux peritiā habebit, eloquentissimos certè multos eorū oratores fuisse pu-
tabit. Sunt enim etiam apud eos artificiosissima carmina, ut Mosi cantus ille
magnus, & centesimus decimus octauus Psalmus Dauid heroico metro,
quod hexametrum dicitur, componuntur. Sunt alia quoq; trimetra, & tetra-
metra: sed quæ ad dictionem pertinent elegantissimè, grauissimè, iucundissi-
mèq; composita sunt. Quæ uerò ad sensum, nulli hominum scriptura compa-
randa. Dei enim ipsiusq; ueritatis uerba per eos prolata sunt, quibus pia do-
ctrina, rerum cognitio, & salutaria dogmata continentur. Argumentum autē
exquisite illorū doctrinæ ab impositione nominum capi potest: cuius rei Pla-
to Hebræis testimonium præbuit. Nam cū Moses primus multo anteq; philo-
sophiæ nomen præbuit. Nam cū Moses primus multo anteq; philo-
dixerit: unde aut natura duce, aut Dei iudicio nomina esse imposita ostendit.
Plato quoq; non impositione nuda, sed natura duce commodè uerbis imposi-
ta esse nomina docet: idq; Barbarorum auctoritate confirmasse uidetur, He-
bræos meo quidem iudicio significans. Non enim apud alios facile talem ob-
seruationem inuenieris. Sic igitur in Cratilo scribit: Non est illud nomē quod
aliqui (quoniam ita uelint) rei cuiuspiam indiderint. Sed rerū quædam conditio
n 2 natura

OP. A. V. S. B. C. S. M.



Plato Hebræos Barbaros uocat.

natura duce apud Græcos & Barbaros nominibus promittitur. Et progressus aliquantulum, Ergo ita dignum est, inquit, legis quoque latorem rationalis partis ac nominum impositionis scientiam habere. Lignarij certe fabri officium est, clauum comode, ut gubernator iubet, fabricari: aliter enim clauus inutilis erit. Legislator autem nomen ita est inquam. Non ergo uile quidem est Hermogenes recta nominis impositio, sed doctissimorum atque præstantissimorum uirorum. Tum Cratylus, Recte ais, inquit, duce natura nomina rebus accommodata putans, nec quemuis hoc facere posse, sed illum solummodo, qui ad naturam rei respiciens, potest ad eam nomina accommodare: Et post multa: Intellego, inquit, plurima Græcos à Barbaris sumpsisse: quæ si quis, quasi Græca lingua essent deducta, interpretari uelit, nunquam rebus poterit adaptare. Hæc Plato.

De commodissima nominum apud Hebræos impositione. Cap. III.

Nunc autem considera, quomodo quæ ipse uerbo docuit, multo antè Moyses ueluti sapientissimus ac eloquentissimus re ipsa præstitit. Et formauit, inquit, Deus de humo omnes feras agri, & omnia uolatilia cæli, & adduxit ipsa ad Adam ut uideret quid uocaret ea. Omne enim quod uocauit Adam animæ uiuentis, ipsum est nomen eius. Cum enim dicat, 'Ipsum est nomen eius, nihil aliud certe uult dicere, nisi conuenienter ad naturam rei nomen inditum fuisse. Quod enim uocatum est, inquit, hoc est in ipsa natura. Nam & nomen ipsum Adam terrigenam, aut terrenum potest significare. Adam enim apud Hebræos humus dicitur, quamuis per translationem rubram corporeamque naturam significet: ita terrigenam atque terrenum, aut corporalem hominem hac appellatione signauit. Sed hominem Enos quoque appellauit, quo uocabulo non terrenam, sed rationalem naturalem significant. Propriè autem si uerbum de uerbo Latine exprimas, obliuiscerem Enos denotare uideretur, qualis certè natura rationalis corpori alligata efficitur. Quod enim uerè incorporeum, diuinum, rationaleque est, non solum transacta recordatur, sed futurorum propter sublimitatem speculationis habet cognitionem. Quod autem carni coniunctum est, quodque magno corporis pondere premitur, ignorantia obliuioneque inuolutum rectè Iudæorum sermo Enos, id est obliuiscerem appellauit. Ita enim iacet apud quendam prophetam: Quid est Enos, quod memores eius, aut filius Adam, quod uisitatis eum, quali dicat, 'quid est iste homo, iste dicam obliuiscens, quod tu, qui es Deus, memor es eius, quamuis obliuiscens sit, aut filius Adam, id est terreni hominis. Ita carnalis homo, Adam nomine: rationalis uerò, Enos appellatione significatur. Sic Hebræorum sermo exquisitissimè nomina deducit. Plato autem hominem, hoc est Anthropon Græcè, à uerbo *ἀντρεω*, id est uidere, atque recogitare dici opinatur: ut sit Anthropos, qui recogitat quæ uidit. Rursum Hebræi uirum Heis uocant: quod quidem uocabulum ab hes, quod ignem significat, deducitur, ut natura uirilis ignea & calida uerbo exprimat. Fœmina uerò quoniam à uiro sumpta, hella. Rursum Moses Hebræica lingua cælum firmamentum appellauit: primum enim post incorporalem intellectualemque substantiam, firmum sensibilem que corpus est. Nomen autem Dei propriè ineffabile dicunt esse, nec ipsa mente hominis comprehensibile. Quod uerò nos Deum dicimus, Elohi uocant: apud eos robur & potentiam significat: ut sit nomen Dei, quasi omnipotens. Plato uerò deos, id est Græcè *θεοι*, à *θεω*, quod est currere dici opinatur: stellas enim quæ semper mouentur, deos appellabant. Clarorum quoque hominum appellationes non frustra esse positas, Plato contendit. Ita Hæctora ab *ἄχαις*, quod solus Troiam sustinebat: Agamemnona, quia ualde *μεινυ*, hoc est, perseueranter, constanterque in rebus per-

manlit,

A mansit, appellatos contendit: Orestem, quia montanus atque syluester: immanis enim moribus fuit, ceteraque similiter accommodare conatur. Nemo autem ita uolenta Mosaica dicere audebit, si didicerit, Cain apud Hebræos inuidiam dici (arsit enim certè ille inuidia fratris) Abel Latine luctum dicere possumus. nam quia primus omnium parentibus luctum intulit, hoc nomine ab eis diuina quadam prouidentia fuit appellatus. Quid de Abraham dicam, qui cum cœlestium corporum scientia maximè præstaret, Abraham, id est, Latine pater superiorum corporum uocabatur: cum Deus ab his, quæ uidentur ad inuisibilia protrahens, Non uocaberis, inquit, Abram, sed Abraham erit nomen tuum, quia multarum te gentium patrem posui. Sed longius modò esset, extraque propositum, diligentius hæc percerere. Platonis autem testimonium non negligamus afferentis nonnulla nominum diuina quadam posita uirtute esse: Magno, inquit, studio in ponendis nominibus uigilandum est, quamuis nonnulla eorum diuiniore quadam, quam hominum uirtute indita esse uideantur. Verum quod ipse paucis uerbis dixit, id Hebræorum scriptura, ac primus omnium Moses ipsius Abraham, Isaac, & Israel nominibus re ipsa diuinitus factitatum edocuit. Ritus enim Isaac interpretatur, ineffabilis scilicet gaudij, quod prijs daturum se Deus pollicitus est, symbolum gerens. Huius quidem filius Iacob Israel à Deo appellatus est, ab actiua uita ad contemplatiuam uidelicet translatus. Supplantator enim Iacob interpretatur, quasi uirtutis certamine peragens, atque percurrentem. Israel uerò uidens Deum dicitur, qualis certè contemplatiui hominis mens atque intellectus est. Non est opus longiorem esse omnia percurrentem. Cuncta enim apud eos nomina ad unguem rebus accommodata sunt, usque ad ipsa prima literarum elementa: quorum quidem nomina quid Græcè uelint, nec ipse Plato adinuenire unquam poterit, cum Iudæorum etiam pueri, si forte interrogarentur quid Alpha, quod ipsi Aleph dicunt, significat, contestum disciplinam respondebunt. Beta uerò, quod ipsi Bertha uocant, domum: ut sentus sit, domus disciplina: ac si quis diceret, disciplina atque doctrina quædam æconomia ac dispensationis. In cæteris quoque omnibus hoc ipsum inuenies: ut in superioribus latius dictum est. Quatuor quoque uocales ad unum colatae, ineffabile atque arcanum Dei nomen illis uocabulis contineri uulgò apud eos fertur, quod Græcorum etiam aliquis ab Hebræis scilicet doctus, his carminibus significauit: Inuictum magnumque Deum nil molis habentem Corporea, cunctorum hominum, rerumque parentem, Dulcisona extollunt septem me carmina uocum, Ex septemque meum constat uocalibus ipsum Compositum, miro signorum fœdere nomen. Ast æterna chelys, ego sum, quæ montibus acta Cælorum dulci resonando modulamine cantus. Quid plura: ipsum quoque gentis nomen à nomine Heber deductum est, quod transitum & transeuntem lingua eorum significat. Ita ipsa gentis appellationemque creatoris migrare admonetur: unde priscos illos, qui creatori Deo uera inhærebant pietate, Hebræos appellarunt. Quid oportet plura congerentem immorari, cum apud eos exquisitissimè accommodatissimeque rebus nomina imposita sint. Quæ ex re maximè summam rationalis partis doctrinam habuisse demonstratur, cum etiam secundum Platonem, non cuiusuis, sed sapientis summe que dialectici uiri sit, rerum naturæ aptè nomen accommodare. Sequitur nunc, ut quomodo in physicis sentiebant Hebræi, ostendamus.

Nominis tetragrammaton literæ uocales;

OPAEVSBCE



HAec igitur pars etiam apud eos intellectualium, incorporaliumque rerum contemplationem, & sensibilibus physiologiam diuisa recte à prophetis non coniectura, nec mortalium aliquo, sed sancti spiritus gratia docente habebatur. Mirum enim in modum, cum opus sit nonnulla physica in libris suis scripsisse, ipsos uidemus, hinc multa illis futura praedicta, multa de uniuersa constitutione, multa de animalium natura, multa de plantis naturaliter expressa. Moses autem an uestiendo pontifice, lapidibus, quorum scilicet uirtutes optime perceperat, non absque causa utitur. Salomon etiam summus physiologus fuisse à scriptura perhibetur. Locutus est enim Salomon, inquit, tria millia parabolae: fueruntque odae ipsius quinq; millia: locutusque est de lignis à Cedro quae est in Libano, usque ad hysopum, quae à muris progreditur: & locutus est de pecoribus, & uolatilibus caeli, & serpentibus, & piscibus: & confutebant uniuersi audire sapientiam Salomonis. Hac ratione commotus, qui librum Sapientiae personae suae inscripsit: ipse enim mihi dedit horum quae sunt scientiam, ait, ueram: ut sciam dispositionem orbis terrarum, uirtute elementorum, initium, finem, & medietatem temporum, ipsorumque temporum permutaciones atque uicissitudines, stellarum cursus, anni uolutiones, naturas animalium, & iras bestiarum, uim uentorum, & cogitationes hominum, differentias plantarum, & uirtutes radicum, & quaecumque sunt abscondita, inuisibilia cognoui. omnium enim artifex Sapientia docuit me. Idem rursus fluentem corporum substantiam ostendens in Ecclesiaste ait: Vanitas uanitatium, & omnia uanitas. Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Et subiicit: Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil nouum sub sole: eae res quoque si diligenter percurras, non expertes naturalis doctrinae comperies, nec de plantis, omniumque animantium natura solummodo, uerum etiam de caelo, ac stellis magnam peritiam habuerunt. Non enim paruam in libris eorum inuentionem de Ursa & Pleiade, de Orione atque Arcturo, quem Graeci Booten appellant, fieri uidemus. Ad haec de origine mundi, de omni mutatione, alterationeque rerum, de animae substantia, de rationalium omnium natura, de uisibili atque inuisibili creatura, de uniuersali prouidentia, ac praecipue prima rerum omnium causa, de ceterisque omnibus, quae sola mentis inspectione comprehenduntur, ita tractauerunt, ut si Graeci uoluissent, ac potuissent, tamquam iuniores uetustissimam eorum doctrinam in omnibus sequi, nulla profecto in re fundamentis eorum iactis errassent. Sed physiologiam duplicem esse, ut diximus, non ignorantes, eam quidem partem, quae de sensibilibus est, non omnino efferendam arbitrabantur, praeter necessarias quasdam eius partes, ut puta non casu factum esse uniuersum, nec temere circumferri: sed Deo autore, uirtuteque illius ineffabili gubernari.

DE intellectualibus autem quia sunt, & quae sunt, quo ordine, qua uirtute, quo discrimine dissiparentur, quantum scire oporteat ad bene uitendum, pieque sentiendum per sacratissimam scripturam omnibus qui audire uolunt, traditum est. Profundum autem atque occultum rerum istarum sensum in arcanis reliquerunt, ut uide licet querant, qui haec perspicere atque discere digni sunt. Plato autem in intellectualibus etiam atque in incorporalibus, siue ab illis didicerit, quando in Aegypto fuit, ubi multi Hebraeorum Peris regnantibus iterum à patria expulsi, exulabant, siue à seipso intellexerit, siue à Deo talem cognitionem habuerit, Mosem Hebraeorumque poetas secutus uidetur. Deus

Atur. Deus enim, inquit, ipsis manifestauit, cuius inuisibilia creatione mundi creaturis intellecta conspiciuntur, aeternaque ipsius uirtus atque diuinitas, ut excusari non possint. Quod ita esse, uerbis ipsius Platonis probatur: nam cum ex persona Dei Moses scripserit, Ego sum qui sum: sic dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Quibus uerbis aperte soli Deo esse attribuit. Cumque ut diximus, Salomon futurum esse quod fuit, & faciendum quod factum est: nec nouum aliquid esse sub sole, unde dupliciter ens partiri uidetur. Nam aliud immortale, incorruptibile, stabileque natura, intellectuale, incorporaleque: aliud in fluxu & mutatione semper esse determinat: & ut breuiter colligam, cum ad unum cuncta Iudaei principium referant, unumque esse absque ortu, quod uere atque proprie appellant ens, corporalium omnium atque incorporalium causam: uide quomodo non solum sensum, uerum etiam uerba ipsa Plato expressit. Quid est, inquit, quod semper est, ortum non habens? & quid quod semper fit, est autem nunquam? Illud certe mente ac ratione percipitur, eodem semper ens modo: hoc uero irrationali sensu comprehenditur, & ortum occidit, uere que & stabiliter nunquam ens est, ita quod à Mose breuiter dicitur, per cunctationibus latius explicauit. Sibi enim ipsi respondet, dicens mente ac ratione comprehendit. Illud uero Salomonis, quod fuit scilicet, quodque futurum est per ortum & occasum expresse, quibus subiicit. Haec enim omnia, erat scilicet, ac erit, temporis partes sunt, quae non recte ad aeternam substantiam transferimus, cui est solummodo uere accommodatur. Erat autem & erit, fluentibus solum uere adaptatur. Nam quod semper eodem se habet modo cum incorruptibile sit atque immobile, nec senescit tempore, nec fuisse aut fore uere dicitur, nec aliquid eorum quae sensibilibus accommodantur, recte illi adaptatur. Species enim istae sub tempore sunt, quod aeternitatem circulari ac ordinato motu imitari uidentur. Verum, ne quis male me forsitan Platonis uerba intellegere suspicetur, à praclaro Pythagoreorum Numenio huius rei probationem aliam, qui sic in secundo uolumine de bono scriptum reliquit: Age igitur, inquit, quantum possumus proxime ad ipsum ens accedamus, dicamusque ipsum ens nec unquam non fuisse, nec unquam futurum, sed esse in determinato praesenti tempore solum. Quod quidam praesens sic intellectum, aeternitatem appellamus. Praeteritum enim tempus praeterijt iam, & non est: futurum uero nondum est, sed uenturum uidetur. Quare si praeteritum atque futurum ipsi enti accommodabitur, impossibile quoddam euenit, idem esse uidelicet, & non esse. Transijt enim quod fuit, & nondum peruenit quod futurum est. Ipsum autem ens est: erit ergo, & non erit. Ipsum autem ens uere est, nec localiter unquam mouebitur: nec enim sursum, aut deorsum, nec ante, aut retro, nec ad dexteram, aut sinistram, nec circa medium mouebitur. Satis ergo ipsi conuenit, quonia eodem modo semper se habet. Et post pauca: Dicam, nec me quispiam derideat, incorporeae rei nomen scire contendentem. Est enim nomen eius essentia, & ens: nec enim factum est, neque corrumpetur, nec motum ullum suscipit. Simplex praeterea est atque incommutabile, in una eademque simplicissima idea constitutum, nec uoluntate sua, nec alia cogi potest, ut ab identitate sua recedat. Plato quoque in Cratilo ait, similitudine rerum nomina esse impositam ens. Haec maioris cuiusdam inuenta fuisse puto, potetiorisque uiri quam Plato fuit, ut puta Pythagora. Plato quoque dicit: Quid est quod semper est, & ortum non habet? & quid quod semper fit, est autem nunquam? Illud certe mente ac ratione percipitur, hoc irrationali sensu & estimatione comprehenditur, factum que transijt, et uere stabiliter que nunquam ens est. Per cunctationes igitur, quid sit ipsum ens, absque origine ipsum esse, respondit: mutatur enim quod oritur: quod autem mutatur, aeternum esse non potest. deinde progressus aliquantulum, subiicit: Si ergo ipsum ens aeternum atque

Solus Deus propriissime est, cum a se, et à nullo alio sit.

Est soli Deo, creature uero erat ex erit accommodatum.

OP. A. M. S. B. C. D. M.



immutabile est, nec exit unquam à seipso, sed eodem modo semper se habet hoc profectò est, quod mente atque ratione percipitur. Corpus autem fluit: cumq; transierit, non est. Quare hoc est, quod sensu atque aestimatione percipitur: ut q; Plato dicit, ortum occidit: uereq; nunquam ens est. Hæc Numerius. Nò iniuria ergo dixisse ipsum fertur: Quis enim alius est Plato, quàm Moses Atticè loquens?

De uerbo Græco, ex Plutarcho. Caput VII.

Plato Atticè loquens, pro ferti Mosai- ca.

TV autem considera, quomodo & Mosaiæ theologiæ, & alijs etiam uerbis, quibus Deus à scriptura dicere introducit: Ego sum Dominus Deus uester, & non sum mutatus. Et propheta ille qui dicit: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Considera igitur, si Plutarcho in libro, in quo sensum à uerbi Græci, quod in Delphici templi Propylæis scriptum erat: quod' que aut sis, aut es Latine significare potest, his que diximus conuenienter exponat. His uerbis non numerum, neque ordinem, nec coniunctionem aliquam, nec aliquid aliud imperfectum ea dictione significari existimo: sed perfectà quædam ad salutantem Deum mihi responsio uidetur, unà cum uoce ad diuinæ uirtutis memoriam respondentem conuertens. In eodem enim loco scriptum est: Cognosce te ipsum, quod Deus ad accedentes salutando clamat: ac ideo uicissim nos respondentes dicimus q; quod est es: per quam uocem quasi ueram & soli Deo accommodatam salutanti Deo respondemus. Nobis enim uera esse accommodari non potest. Natura enim nostra inter ortum & mortem consistens, instabilis quædam, & quasi phantastica est: nam si mentem collegeris, ac ipsam comprehendere omnino uolueris, quem admodum aqua manibus haulta, quanto magis premitur, tanto citius defluit: sic mutabilia cuncta, quanto magis ratio persequitur, tanto magis amittit. Cui enim omnia sensibilia in fluxu sint, continuè fiunt, atque corrumpuntur: nec eadem unquam permanere possunt. Fluuuium autem eundem bis intrare secundum Heraclitum impossibile est. Quare nec mortalem substantiam, si iterato consideres, eandem habitu esse dices: sed mirabili commutationis uelocitate modo dissipatur, modo contrahitur: imò uerò non rectè dixi modo, & modo, cum simul aliquid asciscat, aliud perdat, & aliud habeat ab eo. Ita nunquam ad esse peruenire potest: nunquam enim generatio eius stat: sed embryo à spermate: deinde infans, puer, adolescens, uir, senex, decrepitus: ac quibuslibet primis corruptis aetatibus, ad nouas ueniens, tandem omnino moritur. Ridiculus ergo sumus homines unam timentes mortem, qui multoties iam mortui sumus, & sæpius moriemur. Non enim extinctio ignis, aëris solummodo generatio est, ut Heraclitus dicebat: sed apertius hoc ipsum in nobis quoque uidetur. Corripitur enim iuuenis in uirum, uir in senem, puer in iuuenem, infans in puerum: & qui heri fuit, in eum qui est hodie, quiq; hodie est, in crastinum: manet autem nullus idem. Nullus enim est idem: sed in uno momento circa phantasmata circa unam & comunem materiã influentē ac resluentē omnino momento commutantur. Quomodo enim si sumus iidem, alijs nunquã antea gaudemus? Alia modo amamus atq; odimus, alia laudamus atq; uituperamus, alijs uerbis uitimur, alijs passionibus mouemur, nò eandem figuram, non eandem de rebus sententiam habentes? Non enim possibile est sine commutatione alijs nunquam antea commoueri: nec qui alia atq; aliã mutatur, idem profectò est. Quòd si idem non est, nec est, sed fluit continua mutatione: sensus autem ignorantia ipsius entis fallitur, & esse putat quod non est: quid igitur uerè ens est? quod æternum est, quod ortum non habet, quod incorruptibile, quod nullo tempore mutat. Mobile namq; tempus est, & mobili materia coniunctum, fluit semper: & quasi corruptionis atq; generationis uas nihil retinet. Vnde prius atq; posterius, & fuit & erit, nihil omnino sunt. Quod uerò ex tempore esse uidetur, quod adesse dicimus, & nunc dicimus, hoc ipsum cã quam

In creatura nūquã est solitudo esset

A quam fulgur uelociter transit. Quare cum tempus mensura sensibilibus sit, cumq; ipsum nunquam sit, aptè dicemus ipsa sensibilia nunquam permanere, nec entia esse, sed gigni atque corrumpi secundum mensurantem naturam. Erat igitur & erit, ipsi enti accommodari non possunt. Transitum enim hæc & mutationem rei significant. Deus autem, si fas est dicere, nec est in tempore aliquo, sed in æternitate immobili, cuius nihil prius, nihil posterius, nihil futurum, nihil præteritum est: sed cum unus sit ens, in uno nunc illud quod est semper, repleuit. Solum igitur ipse est uerè ens, quod nec fuit, nec futurum est, nec incepit, nec cessabit, & sic ipsum colere ac salutare oportet: aut certè ita intelligendum est, quemadmodum nonnulli præcorum dicebant: uis pro es accipientes, & unum suppletes, ut sit, Tu solus unum es. Non enim multa Deus est, ut singuli nostrum ex innumerabilibus ferè compositi, sed unū est uerè ens. Diuersitas enim cum differentiam in ente faciat, in ortum non entis peruenit.

Quòd Deus ineffabilis est. Caput VIII.

PRæterea cum Moses omnes que propheta ineffabilem rem intellectuq; solum perceptibilem Deum esse doceat, huiusq; rei symbolum scriptum apud eos quatuor uocalibus nomen Dei feratur, quod proferre non possunt. Consona his etiam Plato in magna epistola dicit: Fabula, inquit, nullo modo est, sed ex multa inhæsiōe, inhærentia que, ut ita dixerim, circa rem ipsam, & uita integritate repente, quasi ab igne accensum lumen animo innascitur, quod seipsum alit. Hoc quidem lucis exemplum multo prius ante Platonem Hebræorum propheta protulit, dicens: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine: dedisti letitiam in corde meo. Et rursus: Et in lumine tuo uidebimus lumen.

Quòd Deus unus est. Caput IX.

Moses unum esse solummodo Deum docuit. Audi enim, dicit, Israel: Dominus Deus tuus Deus unus est. Plato quoq; in Timæo, cœlū unū & Deum unum esse dicit, his uerbis: Vtrum igitur rectè unum cœlum esse dicimus, & Deum unum esse dicimus? an multos innumerabilesq; dicere rectius erit? Vnum, inquit, certè: siquidem ad exemplar creatum est. Quod enim intellectuua continet animalia, duplicatum esse non potest. Qui & si secundum aliorum consuetudinem plures nonnunquam esse deos dicere uideantur: ab epistola tamen ad Dionysium, ubi deorum nomen earum epistolarum facere principium dicit, quas negligenter, & ad gratiam aliorum non ex animi sui sententia scripsit: ab unius uerò Dei nomine illas incipere, quas studio suis edidit, apertè patet unum Deum putasse. De signo inquit epistolarum, quas cum studio mitto, & quas non rectè arbitror te meminisse. Aduertendum autem est tibi diligenter, qui multi à nobis literas petunt, quos repellere non possumus. Cui ergo studio, & ex sententia scribimus animi Deus principium epistolæ præbet. Cum autem non, non Deus, non dii. In legibus uerò à præcis id se didicisse, his uerbis ostendit: Deus igitur, ut à præcorum sermone accepimus, cum principium, finem, & medium rerum omnium contineat, rectè omnia natura perfectius determinat, cui semper adherere iustitiam seuera uultrix eorum qui diuinam legem contemnunt: quam qui ad beatitudinem erigitur, humiliter seruat. Si quis autem arrogat̃ia elatus, pecunijs aut dignitatibus effertur, uel fortuna corporis, & iuuentē amentia incensus, animū deturpat, & quasi nullo principe ac duce indigens, ipse alijs posse se præesse arbitrat, is derelictus à Deo, uniuersa cum sodalibus suis perturbat, & multis magnis quidem uidetur: breui autem diuinitus deiectus, se ipsum domum, patriamq; suam simul euertit. Hæc plato. Tum autē, quod dixit principium, finem, et medium rerum à Deo contineri, illi prophetico conferas: Ego Deus primus,

OP. A. V. S. P. C. S. M.



primus, ego etiam post hac. Quod uero natura perfectus determinat, dixit, illi simile est, Rectitudines scilicet facies eius. Qui autem dicit iustitiam Deo adhaerere ultricem eorum, qui diuinam negligunt legem, illi consentaneum, iustus Dominus, & iustitia dilexit. Et, Mihi uindictam, & ego ulciscar, dicit Dominus. Quod humiliter Deo adhaeret, qui ad beatitudinem erigitur, illi compar est, post Dominum Deum tuum ambulabis. Et denique quod a Deo derelinquatur, qui arrogatia affertur, illi omnino quadrat, Deus superbis resistit, humilibus autem gratiam praeber. Et latitia impiorum casus singularis. Sed hac quidem de uno Deo dicta sufficiant.

De Verbo. Caput X.

Nunc de unigenito filio Dei, quem uerbum Dominum & Deum ex Deo, Hebraeorum scriptura esse denotat, dicendam est. Moses igitur apertissime Domini appellationem his posuit, dicens: Et pluit Dominus a Domino ignem & sulphur: ubi bis quatuor uocalium ineffabilem concursum, quo ineffabile nomen Dei significatur, conscripsit. Et David quoque, & propheta, & rex Iudeorum in Psalmis scripsit: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Quomodo enim a dextris Domini Dominus sedet, nisi duas personas intelligamus? Quam quidem rem alibi apertius dicit, Deum omnipotentem & creatorem omnium esse, dextris assidentem patris declarans. Verbo, inquit, Domini caeli firmati sunt. Saluatorem quoque ipsum omnium, qui eum susceperunt, his uerbis ostendit: Misit uerbum eius, & sanauit eos. Filius autem eius Salomon, uocabulo sapientiae pro uocabulo uerbi usus, hac ex persona ipsius sapientiae dicit: Ergo sapientia consilium atque cognitionem fabricata sum. Et post pauca: Dominus possedit me in initio uiarum suarum antequam quaquam faceret a principio. Ab aeterno ornata sum, et ex antiquo antequam terra fieret. Nec dum montes graui mole constiterant, ante colles ego parturiebar. Quando praeparabat caelos, aderam. Et alibi: Est in illa spiritus intelligentia, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, mobilis, discretus, incoinquatus omnem habens uirtutem, omnia prospiciens, per intellectuales omnes spiritus mundos atque subtiles ingreditur: omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: transit autem ingrediturque per omnia propter munditiam. Vapor enim uirtutis Dei, & emanatio gloriae omnipotentis sincera: & ideo nihil iniquitatem in illa incidit, Fulgor enim est lucis aeternae, & speculum immaculatum Dei maiestatis, & imago bonitatis illius: attingit autem a fine usque ad finem fortiter: & disponit omnia suauiter. Haec a patribus Iudeorum autoribus modo sufficiant. Philonem etiam audias, quamuis non recte in omnibus: dilucidius tamen haec ita exponentem, ut iure quis credere possit non alium esse scripturae sensum, quam Ecclesia praedicat. In libro enim quem inscripsit. Quod peiora soleant melioribus insultare, his uerbis usus est: Decet omnes, qui scientiam quaerunt, ad Deum patrem mentem erigere. Si uero nequeunt ad imaginem, saltem eius scilicet uerbum sacratissimum. Item in eodem. Et si nondum aliquis filius Dei appellari dignus est, studeat tamen ad primogenitum eius uerbum angelis omnibus antiquius, & quasi principem angelorum in ultionem sequi. Origo enim & Deus, & uerbum, et imago, ad quam homo creatus est, & Israel Iudaeus appellatur. Quare paulo ante profusior ad laudes eorum sui, dicunt omnes nos unius hominis filios esse. Nam & si nondum digni sumus existimari Dei filij: sumus tamen perpetuae imaginis eius uerbi uidelicet sacratissimi. Dei enim imago est uerbum antiquissimum. Percepimus etiam a quodam Mosi sodalium dictum esse: Ecce homo, cui nomen est Oriens, noua inauditaque appellatio, nec rei conueniens, si ex anima & corpore hominem esse putabis. Sin uero incorporalem illum, qui diuinam habet formam intelliges, commodissime orientis nomine appellatus est.

tus est. Hunc enim primum filium pater omnium oriri fecit, quem alibi primogenitum nominauit: Filius quoque patris uias imitatus, & ad primitiua illius exemplaria respiciens, species rerum formauit. Nunc Platonem audiamus, qui huiusmodi uerbis in Epimenide usus est: Laudem autem non quidem, alij anno, alij mense, alij nullo in tempore, in quo polum suum transcurrit mundum. Vna efficiens, quem uerbum illius ordinauit, quod rerum omnium est diuinitissimum. Et in epistola tres sibi amicissimos, Hermiam dico, Horastum, & Coriscum his uerbis cautissime sacratissimum hoc dogma illis commendauit: Hanc, inquit, epistolam omnes tres unam legetis, uel ad minus duo communiter, toties quoties poteritis. Oportet enim uos uti hac lege iureiurando confirmata diligentia elegati, & studio, eiusque sorore doctrina, ut per Deum principem omnium praesentium & futurorum, & per patrem, & dominum principis, & cause iuretis. Quae, si recte philosophamur, clare quantum homini contingere potest, cognoscemus. Nonne tibi uidetur Plato Hebraeorum scripturis insudasse? Unde namque ipse quem ab Hebraeis discere posset, patrem & Dominum Deum appellare, ac Deum principis, & Domini patrem nominare? Aut quis unquam apud Graecos a diuinitissimo uerbo mundum dixit esse ordinatum? Quod si Platonum testimonio philosophi sententiam confirmari cupis, Plotinum audi, quid in eo libro dicat, quem de tribus hypostasibus, a quibus omnia principium habent, inscripsit. Mundum, inquit, hunc sensibilem, si quis admiratur magnitudinem, pulchritudinem, & perpetui motus ordinem, considerans, & deos qui sunt in eo, alios uisibiles, alios inuisibiles, daemones etiam, animalia, plantas, ceteraque omnia ad primitiuum exemplar mente ascendat, & ibi cuncta intellectualia contempletur, eorumque omnium aeternam mentem atque sapientiam praesidentem. Et paulo post subiungit, dicens: Quis igitur hunc genuit? Ille simplex scilicet, qui ante hunc est, qui causa est, ut ille sit, & tantus sit qui numerum facit. Non enim numerus primus est, ante dualitatem enim unum est, deinde dualitas est ab uno nata. Et progressus aliquantulum, addit: Quomodo igitur, & quid intelligendum est circa illud, quod stabile manet? Splendorem scilicet ex illo: ex illo autem manente, sicut splendentem lucem ex sole, ita ex eo semper profluentem. Ex manente autem uniuersa etiam quae sunt, ab ipso inquam manente progrediuntur, & ab eius uirtute substantia eorum necessario depedit. Imago igitur primitiui est, unde nata est. Sic ignis caliditatem suam, & nix frigiditatem non in se solummodo continet, sed extra etiam producit: maxime autem quae odorem emittunt, isti rei restantur, quae donec sunt, emittunt quaedam circa se, quo qui propinqui sunt perfruuntur: omnia etiam quae perfecta sunt, generant. Quare quod semper est, & semper perfectum est, semper generat, & quod ex eo generatur, perpetuum est: quamuis & minora etiam quam ipse sit generat. Quid igitur oportet de perfectissimo dicere, aut de maximo post illud: maximam autem & secundum post illud intellectus est: intellectus enim intelligit, & eget illo solummodo: illud autem hoc non eget, & quod a summo intellectu natum est, intellectus est. Melior autem omnibus intellectus est: quoniam omnia post ipsum. Et post pauca: Amat autem omne, quod genuit, & maxime quando sola sunt generans, & generatum. Quando autem etiam optimum est, illud quod genuit necessario cum illo simul est: ut in eo solummodo, quod alius est, separatur. Imaginem enim illius intellectum esse dicimus, & progressus subiicit. Idcirco etiam Plato, terna esse circa regem dicit: primum circa prima. Deinde circa secunda, & tertium intellectum appellans. Creatorem enim intellectum esse censent, & ab ipso bonum, quod ultra intellectum, & ultra substantiam est, patrem eius appellat. Multis autem in locis ipsum ens, & intellectum ipsum ideam nominat. Cognos-

Agnouit Plato generationem Dei aeternam.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



nat. Cognouit igitur Plato ex ipso bono intellectum esse, ex intellectu uero animam, & sermones hos non esse inanes, nec modo, sed à priscis temporibus non ita explanatè dictos, posteriores autem sermones expositionis pacto esse factos. Testibus uero, quòd hac opinio prisca sit, scriptis ipsius Platonis utemur. Hac Plotinus. Numenius etiam libro de Bono, his uerbis utitur: Quidè primo & secundo Deo quicquam intelligere gliscit, singula prius ordine distinguere debet: aliter enim sui studij thesaurum estundit: quod ne patiat, Deo huius orationis duce inuocato, ut cogitationes nostræ thesaurum eliciat, incipiemus. Orandum autem prius est, & deinde distinguendū. Deus primus quidem, cum in semetipso sit, indiuisibilis ac simplex est. Deus autem secundus & tertius unusest: & materiæ, quæ dualitas est inhaerens, unitam, quamuis dissiparetur ab ipsa, quæ tota currit & fluit. Et post pauca: Nec enim oportet, inquit, Deum primum creare, sed creatis Dei patrem esse. Ex progressu aliquantulum: Primum, inquit, Deum regem omnium ab omni opere cessare oportet. Creatorem uero Deum omnia gubernare dicimus, à quo interior mens mittitur ad omnia, quæ ad communicationem illius ordinata sunt. Cum igitur ad nos conuersus Deus respiciat nos, tum ipsius radijs fit, ut uiuamus, corpora quoque alantur ac uiuant. Cum uero in altitudinem suam Deus seipsum conuertat, tunc corpora quidem extinguuntur: mens uero uiuit uita beatiore. Ista illis Psalmistæ similia sunt, Quam magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapiëntia fecisti: impleta est terra possessione tua. Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore. Dante te, illi colligentes, periente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Quid enim hac ab illis differunt, cū philosophus asserat: Respicente Deo, uiuunt ipsius radijs animalia: conuerso aut in suam altitudinem, extinguuntur. Cum rursus salutari doctrina Saluator noster prædicet: Ego sum uitis, & pater meus agricola est, uos palmites. Audi quomodo Numenius consentanea istis scripsit: Quemadmodum, inquit, agricolæ ratio quædam est ad plantas relata, hoc modo se habet primus Deus ad creatorem. Primus enim cū semina omnis uita rei sit, res omnes seminat. Creator uero plantat & distribuit, transfertque ad singulos nos, quæ inde iacta sunt. Et aliquantulum progressus, ut ostendat quomodo secundus Deus à primo est: Res quidem humanæ (inquit) ab eo qui dat, ad accipientem transeunt: diuine uero à Deo dantur, & ab eo non absumunt: quale quid scientia est, quam qui accipit, melior factus est: qui autem dedit, nihil amisit. Lucerna etiam ab alia lucerna sic accenditur, ut prima non extinguatur. Materia enim alterius ab igne alterius accenditur. Sic et scientia non recedit à dante, & tamen in accipientē trāsiiuit, cuius causa humana nō est. Substantia uero quæ scientiam habet, idem est apud Deum dantem, & apud accipientem. Idcirco Plato quoque à Prometheo in homines magno quodam splendore ignis sapientiam uenisse affirmat. Et post pauca: Alia, inquit, primi Dei uita est, alia secundi, primus enim stat, secundus aut mouetur: & primus in intellectualibus, secundus in intellectualibus & sensibilibus. Nec mireris de his uerbis: mirabilibus enim illud est, quod modo dicā. Nam statū etiam primi motus assero esse innatū, à quo uniuersus ordo, statusque sempiternus, & salus in res omnes transfunditur. Idem in sexto: Nam quoniā non ignorabat Plato, creatorem ab hominibus solum cognosci: primū autem intellectum, quem ens ipsum appellat, omnibus esse ignotū. Idcirco his utitur uerbis, quasi magna uoce clamat: Quem putatis intellectū o homines, non est primus, sed alius ante ipsum est maior atque diuiniore. Et aliquantulum progressus: Gubernator, inquit, cū in pelago feratur clauo inherens, gubernaculo sedendo dirigit nauem: oculi uero eius & mens in altum ad æthera tendunt: sic uia nauiganti per maria, per cælum dirigitur.

lum dirigitur. Non alio modo creator, ne materia repellatur, aut defluat, harmonice ipsam ligauit: & tanquam nauis in ipsa insidet, & harmonice dirigit per Ideas, quasi per clauum gubernans: respicitque non in cælum, sed in Deum superiorem, quem speculando discernendi uim accipit, quem desiderando motionem recipit. Hac illis similia sunt: Nihil potest filius à seipso facere, nisi uideat patrem facientem. Ita Platonici omnes, & ante Platonicos ipse Plato ab Hebræis ea nomina uidentur habuisse, quibus excelluerunt. Nam & si nō recte intellexerunt, uerbis tamen suis manifesti sunt, cuncta ab Hebræis accipisse. Vnde Amelius quoque illustris inter iuniores Platonicos quamuis, Ioannis Euangelistæ nomen celauerit, barbarum ipsum, quoniam Iudeus fuit, appellando, uerbis tamen eisdem ferè utitur dicēs: Hoc profecto erat uerbum, quo ea quæ sunt, facta sunt: ut Heraclitus etiam diceret, Quod etiam ipse barbarus putat in ordine principij, atque dignitate constitutum apud Deum esse, & Deum esse, per quod uniuersa simpliciter esse producta, in quo quæ uiuunt, uitam habent, & in corporea ipsum cadere, & carnem indutum hominem ita uideri, ut naturæ dignitas non lateat: quare rursus resolutum in Deum redire, & Deum talem esse, qualis fuit antequam in corpus, carnem & hominem deduceretur. Hæc enim non occulte, sed aperte & nudo capite, ut dicitur, à Barbari Iudei theologia transposita sunt. Barbarum enim neminē alium certè hic, quam Saluatoris nostri euangelistam Ioannem appellauit, qui euangelium sic incipit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, et Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso, uita erat, & uita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet. Et uerbum caro factū est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius. Sed alium etiam ab Hebræis theologum audias. Qui est, inquit, imago inuisibilis Dei totius creature primogenitus, in quo creata sunt omnia, quæ in cælis, & quæ in terra sunt, siue uisibilia, siue inuisibilia. Sed quæ de filio Dei dicta à Platonicijs sunt, ad hoc usque procedat. Cum aut scriptura Hebræorum cum patre ac filio spiritum numeret, ac beatissimam sanctissimamque trinitatem unum Deum esse significet, quod expressius ecclesia & sentit & prædicat, operæ pretium est audire, in quo ænigmatice Plato ad Dionysium scribens usus est: Dicendum, inquit, tibi ænigmatice censeo, ut si epistola excidat, qui legant nō intelligant. sic enim res se habet: Omnia circa regē uniuersi sunt, illius gratia cuncta sunt, ille causa bonorū omnium est, secundum circa secunda, & tertium in tertijs. Hominis igitur anima discrete gliscit, quæ nam ista sunt, trahitur enim ad sui cognata. Hæc, qui Platonem exponunt, ad primum Deum, et ad secundam causam, atque tertiam, quam mundi animam esse dicunt, pertinere arbitrantur. tertium enim Deum mundi animam esse dicunt. diuina uero scriptura patrem & filium & spiritum sanctum, unum rerum omnium principium esse confirmat.

De Bono. Cap. XI.

DE bono quid nunc scriptura, quid Platonici dicant, perscrutemur. Scriptura igitur ipsum bonum nihil aliud esse docet, quam ipsum Deum. Bonus enim, inquit, Dominus omnibus sustinentibus eum. Et, Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Et Saluator: Cur me, inquit, dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus. Plato autem in Timæo: Dicamus, inquit, quæ de causa uniuersum hoc à creatore productū est. Et confestim subiungit: Bonus erat, bono uero nulla unquam inest inuidia: quare omnia quæ à maxime similia sibi facere uoluit. Et in libris de Republica: Sol quoque, inquit, uisus quidem non est, causa uero ipsius sic est, ut ab eo ipso uideatur. sic puta me dicere boni emanationem, genuit enim simile sibi. quod & ipsum in intellectualibus est ad intellectū & intellecta, hoc in uisibilibus ad uisum & uisa. Et post pauca: Quod igitur ueritatē rebus cognitis præbet, &

OP. A. V. S. B. C. S. M.



bet, & cognoscenti cognoscendi uirtutem, idæam esse boni credendum est. Et rursus: Non enim rebus, quæ oculis cernuntur, uim qua uideantur, solum modo à sole præberi concedes, uerum etiam generationem, clementum, alimentum, cum sol ipse generatio non sit. Sic igitur etiam rebus cognitis, non solum ut cognoscantur, sibi à bono inest, uerum etiam esse & substantiam ab illo habent, cum tamen ipsum bonum substantia non sit, sed omnem substantiam uirtute sua excedat. His uerbis Plato sententiam suam manifestissime aperit, quod intellectuales etiam substantiæ à bono id est à Deo habent, ut sint, & substantiæ sint. Bonum autem ipsum ultro omnem substantiam creasset. Quare non sunt Deo consubstantiales intelligentiæ: & cum esse atque substantiam à Deo acceperint, creatæ profectio sunt. Quæ autem creatæ sunt, nefas erit deos putare, cum etiam natura ipsum bonum non sint, quod uni soli uerè, atque per se bono attribuitur. Sed Numenium rursus Platonis sensum de Bono latius exponentem audiamus. Corporalia, inquit, à signis & similibus quibusdam comprehendere possumus, ipsum uerò bonum à nullo insito signo, nec à similitudine sensibili comprehendit ullo modo potest. Quare necesse est, quemadmodum si quis in specula sedens, paruam nauiculam solam in magno pelago inter undas acutis uisus uno intuitu perspexerit, sic longe à sensibilibus auro camætis, quasi in specula sedentē solū, ita ut nihil penitus magnum, aut paruū eum perturbet. Sed diuina quædam omnium desolatio sit, ipsum bonum profunda tranquillitate ac pace querere. Inuehitur enim & inhaeret substantiæ quasi nauiculæ. Si quis autem sensibilibus detentus ipsius boni quasi phantasmatis mouetur, ac ideo putet bonum ipsum prospexisse, uehementer peccat. Nullum enim phantasma ipsius est. Via igitur atque ratio intelligendi boni optima est, ut primum sensibilia omnia negligantur: deinde ut in disciplinis numeri ipsi inspiciantur, ac inde ad intelligendum ipsum ens eleuari. Hæc in primo libro de Bono. In quinto uero: Si est, inquit, substantia & idæa intellectuale quid, cuius causam intellectum esse concessum est, sequitur ut intellectus iste solus sit ipsum bonum. Nam si creator Deus generationis est, satis est ut ipsum bonum substantiæ principium sit, cui quidem bono creator Deus proportionalis est, cum sit imitator eius, substantiæ autem generatio proportionalis: imago enim est eius & imitatio. Quod si creator generationis bonus est, erit substantiæ creator bonum ipsum substantiæ consitum. Cum enim duplex secundus sit ipse, & mundum & idæam eius facit, cum sit creator. Quatuor ergo sunt, Primus Deus qui est ipsum bonum, imitator eius, qui omnium creator est, qui est bonus: Essentia uero altera quidem primi, altera uero secundi, cuius imitatione est pulcher mundus boni participatione ornatus. Sic Plato bonum primo Deo solummodo tribuit. Nam si bonus secundus Deus est, à primo tamen bonus est. Separata uerò, & in diuersis hæc libris posuit. Seorsum enim circulare creatorem appellauit, dixitque in Timæo, Bonus erat. In libris autem de Republica ipsum bonum, boni esse idæam censet: ut sit creatoris idæa ipsum bonum, qui participatione solius primi bonus esse probatur. Sicut enim homines dicuntur hominis idæa, ut ita dicam, impressa, & boues bouis: sic cum creator sit bonus in participatione primi boni, primus intellectus idæa eius erit, qui est ipsum bonum. quæ cum ita se habeant, hunc mundum necesse est imaginem non esse alicuius. Intelligentias enim omnes illud in seipso continet, sicut hic mundus nos. Hæc Plato in Timæo, quorum sensum ab eo libro Didymi sumam, quem inscripsit de Placentibus Platonis. Determinata, inquit, sensibilibus exemplaria, idæas appellat, ex quibus scientiam & definitiones fieri censet. Præter enim omnes homines hominem quendam intelligi, & præter equos omnes equum, ac communiter præter animalia animal, nec generabile, nec corruptibile, ut quemadmodum ab uno sigillo multa signantur, &

A tur, & multæ uiriles sunt inde imagines, sic à singulis sensibilibus idæis multa formantur. Est autem idæa perpetua substantia, causa, & principium, ut singularia talia sint, & qualis ipsa est. & quemadmodum primitiua sensibiliū exemplaria ad hæc corpora præcedunt: sic quæ omnia in seipsa cōtinet pulcherrima atque perfectissima huius mundi exemplar est, ad quam à creatore Deo ab uniuersa substantia mundus simillime formatus est. Hæc Didymus ex sententia Platonis. quæ omnia multo altius sapientissimus ille Moses, à quo hæc isti detorsere, breuissime conscripsit, qui ante hunc solem & stellas, & cœlum uisibile, quod firmamentum appellat, ante aridam hanc terram, ante diem & noctem, hanc lucem aliam, & diem & noctem aliam, à Deo uero creatoreque omnium facta fuisse ostendit. Propheta quoque inuisibilem solem ostendens, oratione Deo accommodata, Timentibus, inquit, me, sol iustitiæ orientur. ipsam quoque iustitiā nō dico qualitatem aliquam, sed qualitatis creatricem Hebræorū ille propheta significauit, cum de Deo dicat: Quis suscitauit creatorem ab Hebræis appellatum ostendimus. De quo quidem uerbo hæc apud eos feruntur: Quinatus est nobis sapientia à Deo, iustitia & sanctimonia, & redemptio. dicitur enim, & uita, & sapientia, & ueritas, & omnia substantialiter. Subsistit enim & sapientia hæc, & uerbum hoc, ut ab Hebræorum scriptura docemur, quamuis Philo Iudæus scripturæ interpres ac expositor aliter sentire uideatur, quem non est alienum audire.

De idæis secundum Mosem ex Philone. Cap. XII.

B Si quis uoluerit, inquit, significatioribus uti uerbis, nihil aliud intellectualitatem dicit esse mundū, quam Dei iam creatis uerbū. Nihil enim aliud ciuitas illa intellectualis est, quam creatoris ratio creare iam cogitantis. quod dogma Mosi, non meū est. Aperte namque scribit ad imaginem Dei hominem esse formatum. Quod si pars mundi imago imaginis est, uniuersus iste mundus sensibilis ad exemplar diuinæ imaginis factus est: primitiuum ergo sigillum, quod intellectualem mundum appellamus, ipsum exemplar est. Primitiua idæa idæarum omnium Dei uerbum. In principio autem dicit fecisse Deum cœlum & terram, non secundum tempus principium intelligens, ut mulatipulant. Non fuit enim tempus ante mundū, sed aut cū ipso aut post ipsum: Mensura enim motus tempus est: motus autem re mota prior esse nō potest, sed aut posterior, aut unā simul. Quare necesse est, tempus aut post mundū, aut unā cum eo factum fuisse. Relinquitur ergo principium, hic numeri esse intelligendū, ut in principio pro Primum accipiatur. Et post pauca. Primum igitur cœlū fecit incorporale, & terram uisibilem aëris idæam & uacui. Quorum alter tenebras, niger enim aer ex natura est, alterum abyssum appellauit. Vacuum enim profundissimum & essusissimum est. Deinde aquæ atque spiritus incorporalem substantiam, & denique septimæ lucis, quæ etiam incortem spiritus scilicet, et lux digniora uidentur. Alterum enim Dei nominauit, quia spiritus uiuacissimus est, uitæ autem Deus causa est: alteram autem ualde bonam esse affirmauit. Tanto enim intellectualis lux uisibili hac fulgentior est, ut mihi uideatur, quanto sol tenebris, dies nocte, & intellectus totius animæ lux oculis corporeis. Inuisibilis autem & intellectualis illa lux diuini uerbi est imago, quod generationem eius lucis explicuit, quæ est super-cœlestis stella, fons sensibilibus stellarum, aqua, sol, luna, cætera que stelle pro uirtute sua fulgorem hauriunt, qui fulgor simplex atque sincerus tantum denigratur, posteaquam in mutabilia transierit, quantum ab intellectualibus sensibilibus distat. Nihil enim sincerum est eorum quæ sentiuntur: quoniam uerò luce facta tenebræ abierunt, & termini utriusque spaciij fixi sunt certi, uespere & mane. Spacium temporis, quod hinc effectum fuit, diem nuncupauit, &

Tempus mē- sura motus.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



uit, & diem non primam, sed unam, quae dicta est propter intellectualis mundi similitudinem, qui unicam habet naturam. Et sic quidem incorporealis mundus ab solutus est, diuino uerbo constitutus, ad cuius exemplar sensibilis creabatur, cuius primam partem atque optimam coelum effecit, & firmamentum appellauit, quia corporeum est. Natura enim firmum atque solidum corpus est propter trinam dimensionem. Nulla enim alia corporis solidi atque firmi notio est, quam trina dimensio. Iure igitur ita nominauit, ut ab intellectuali atque incorporeo, sensibile, hoc est corporeum distingueret. Haec Philo. quibus consentanea Clemens quoque noster in sexto dicit: Mundum, inquit, philosophia barbara, alium intelligibilem, alium sensibilem censet: alterum primitiuum, alterum boni exemplaris imaginem, & intelligibilem quidem unitati attribuit, sensibilem uero hexadi. connubium enim a Pythagoreis hexas dicitur, quia fecundus numerus est. In unitate igitur coelum inuisibile factum est, & terra sancta, lux intellectualis. In principio enim fecit Deus coelum & terram, & terra erat inuisibilis. Et subiungit: Et dixit Deus fiat lux, & facta est lux. In sensibilis autem mundi creatione solidum creauit coelum: quod uero solidum est, sensibile etiam est, terram uisibilem, & lucem quae cernitur. Haec latius diximus, ut ostendamus ideas animalium in intelligibili mundo positas, a quibus sensibilia ista secundum Platonem creantur, ab Hebraeorum scriptura esse deriuatas. Unde etiam didicit Plato, incorporeas uirtutes & bonas & contrarias esse.

Serarius numerus perfectus.

Ab Hebraeis didicit Plato, contrarias esse uirtutes. Cap. XIII.

SCRIBIT enim in decimo de Legibus: Si omnia, quae quod uolunt mouentur, a anima gubernat, quare coelum etiam ab anima gubernari non dicimus? Certe inquam dicendum est. Vnum ne igitur, aut plures? pauciores inquam duobus, benefactrice scilicet atque contraria ponenda non sunt. Et post pauca: Coelestem iam nobis est, multarum bonarum uirtutum coelum esse repletum, contrariis etiam non uacare. Unde nobis bellum absque fine indutum est, in quo agendo patrocinio nobis opus est. Auxiliatores autem nobis dii & demones sunt, nos uero possessio quaedam sumus deorum ac demonum. Unde ista Plato adinuentum: ego quidem nescio aliud, praeterquam quod mille annis ante tuam aetatem uulgum apud Hebraeos hoc dogma ferebatur. Scribitur enim: Et uenerunt angeli Dei, ut coram Deo assisterent, & diabolus uenit in medio ipsorum. Diabolum quidem contrariam uirtutem, angelos autem bonos appellauit, quas & uirtutes bonas, & spiritus diuinos, & ministros Dei, scriptura nominat. Qui facit dicens angelos suos spiritus, & ministros eius ignis flammam. Bellum etiam a contrariis nobis inferri scriptura significat, dicens: Non esse nobis hanc luctationem aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, potestates, & principes huius mundi, aduersus spiritum nequitiae in coelestibus. Cum autem possessionem, nos deorum & demonum censeat, illud Mosaicum traduxisse uidetur quod dicitur: Quando altissimum secundum numerum angelorum Dei.

Quod animi quoque immortalitatem ab Hebraeis Plato didicerit. Cap. XIII.

AT de animae autem immortalitate Mosem est secutus, qui primus imaginem Dei esse asseruerit. Et fecit, inquit, Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum. Et distinguens in corpus & animam hominem, subiungit: Et sufflauit in faciem eius spiraculum uitae, & factus est homo in animam uiuentem. Principem uero esse hominem atque regem omnium, quae in terris sunt ostendit, dicens: Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & praesit piscibus maris & uolatilibus caeli, & bestiis, uniuersisque terrae. Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam ad imagi-

Anima hominis immortalis.

ad imaginem Dei creauit eum. Quomodo autem aliter imago Dei, & Deo similis erit, quam secundum intelligendi uim? Sed Platonem quoque audiamus, ut quam bonus Mosaicae scripturae discipulus fuerit, non ignoremus. Scribit enim in Alcibiade: Habemus ne aliud melius atque diuinius in anima quam illud est, quod sapit atque intelligit? nihil prorsus hoc ergo illud est, quod Deo simile est. Quod si uniuersique in seipso cognouerit, Deum quoque non ignorabit. In libro uero de Anima: Duo, inquit, genera rerum ponenda sunt, uisibile atque inuisibile: quorum alterum, scilicet inuisibile, eodem se semper modo habet: alterum uero nunquam se habet eodem modo. Nostri quoque alterum corpus est, alterum anima. Et corpus quidem uisibile, anima uero inuisibilis est: & quando corpore utitur ad considerandum aliquid (utitur autem aut uidendo, aut audiendo, aut omnino sentiendo) tunc a corpore ad haec trahitur, quae nunquam eodem modo se habent. Quare fit ut erret, turbetur, ac quasi temulenta deficiat. Quando autem per seipsam aliquid considerat, tunc ad immortale, fincerum, sempiternum, eodemque modo semper se habens, seipsam erigit, & quae si quaedam emanatio eius ad illud redit. Quando ad seipsam redit, es tunc ab errore cessat, & eodem modo semper se habet, quia sempiternum attingit, quae passio animae prudentia nuncupatur. Valde, inquit, recte & uere dicitis o Socrates. Tunc Socrates: Vtri ergo tibi uidetur cognatius atque similius esse animae? Ei ne quod eodem modo se habet, an rei mutabilis? Primo inquam omnino. Cui autem ad seruandum corpus, ad principandum animam natura finxerit, nonne haec etiam ratione cum principari diuinum sit, seruire autem caducum atque mortale, manifestum est Deo animam similem esse? Omnino ita est Cebes, inquit. Si ergo ita est o amice, Socrates intulit, nonne ut corpori conuenit mori atque dissolui, sic animae conueniet nunquam mori atque dissolui? Quod cum Cebes concessisset, Si ergo, inquit, Socrates munda mihi a corpore secum conuolans decesserit, quia uidelicet seipsam quantum poterat in corpore colligebat, semperque corpore contempto, de morte meditabatur, quod nihil aliud est, quam recte philosophari. Meditatio enim mortis philosophia est, ad similem naturam, inuisibilem, diuinam, immortalem, prudentemque profecta, uel liberata. Sin uero immunda maculisque plena exierit, quia corpus dilexit & coluit, ab eo & uoluptatibus eius adeo allecta, ut nihil aliud bonum putaret, quam quod corporeum est: quod uero intelligibile est, oderit atque fugerit, sin cera in seipsa non est. Haec Plato. Quae in primo ad Boethum latius exponit Porphyrius, dicens: Firmam certamque rationem eam Plato putauit, quae a similitudine aliquorum uim accipit. Nam si Deo immortalis similis anima est, quomodo etiam ipsa sicut exemplar suum immortalis non erit? Cum enim duo quaedam aperte opponantur, quaerit cui oppositorum adheret anima, qui optimus demonstrationis modus in his rebus inuenitur. Et quamuis a prima etate usque ad senectutem multa contra rationem faciamus peccantes, tamen quia uere rationali Deo in multis similis anima est, rationalis esse ab omnibus creditur. Cum igitur Duo aperte opponi concedantur, immortalis uidelicet atque diuina natura, & terrestris atque corruptibilis, dubitatur autem a nonnullis cuius partis anima sit, a similitudine putauit Plato ueritatem esse quaerendam. Et quoniam non sensibili & mortali corpori, sed uiuo & immortalis Deo secundum operationes similis est, huic similitudinem etiam in substantia quaerendam habere, ac inde immortalem esse ratiocinatur. Nam ut quae irrationalia sunt, statim a diuina substantia, cum sint caduca et instabilia, longe ab esse uidentur: sic certe consequens est, quae operatione intelligendi conueniunt, ea immortalitate quoque substantia conuenire. Quonia enim substantia conueniunt, idcirco etiam operatione conueniunt. Fluunt enim a substantia operationes, ac quaedam eius sunt emanationes. Na si simillima Deo anima est, quid opus est pluribus uerbis

OP. A. V. S. B. C. S. M.



Anima eius
in corpore
extra cor-
pus.

uerbis ad demonstrandam immortalitatem eius: Non enim diuinis operationibus uteretur, nisi etiam ipsa diuina esset. Nam & si cum in caduco mortali corpore defossa sit, continet tamen & uiuificat illud, diuinam suam ostendens substantiam, nec potius corporis eam omnino deicere potest, quomodo si e corpore liberabitur, aurea sua species non perfulget? Aut quomodo ipsa immortalis non erit, cuius praesentia corpus non moritur. Et progressus aliquantulum, Diuina est anima, inquit, quoniam indiuisibilis similis est, mortalis autem uidetur, quia mortali corpori coniungitur, ita & mortalibus similis est. Homo enim etiam est, qui uentri sicut pecora deditus est: homo autem & in mari a periculis nauis gubernando liberat, morbis affert remedia, ueritatem rerum perscrutatur diligenter atque inuenit. Instrumenta uaria fabricatus est, quibus caelestium corporum motus comprehendere potuit, quae diuinae atque immortalis certissima mentis argumenta sunt, quamuis multi uoluptatis delinuti illecebris mortalem eam putauerunt, ex his quae uidentur extrinsecus ratiocinantes. Haec Porphyrius. Horum igitur omnium doctor Moses fuit, qui a similitudine creatoris, quam anima possidet, immortalitatem animae confirmauit. Sed reliqua uideamus. In omnibus enim Hebraeorum similis Plato est, quamuis in multis ut diximus, errare ideo forsitan uideatur, quoniam diuina scriptura nemini praeter prophetas ante Saluatoris tempora patuit.

Scripturae sa-
erae obscura
ante aduen-
tum Christi.

Quod productum esse mundum ab Hebraeis Plato accepit. Cap. XV.

Mose igitur uniuersa a Deo creata praedicante, In principio, inquit, creauit Deus caelum & terram. Vide quemadmodum non excidit ab hac sententia Plato. Omne, inquit, quod factum est, necessario a causa factum est: fieri enim nihil potest absque causa. uniuersum igitur, aut caelum, aut mundus, aut quauis alia notetur appellatione, considerandum, utrum erat semper, nullum generationis suae habens principium: an factum est, & ab aliquo inceptit principio. Visibilis igitur & tangibilis est, cum corpus sit: cuncta uero haec sensibilia sunt. Quae uero sensibilia sunt, opinioni subiacere, & facta esse demonstrauimus. Quod porro factum est, a causa factum esse necesse est. Causam igitur & creatorem uniuersi qui sit, inuenire difficile est: & cum inuenieris, nefas est dicere animatum hunc mundum ac uerum mentalem a Dei prouidentia non esse factum.

De Luminaribus. Cap. XVI.

Rurfus cum Moses solem & lunam & caeteras stellas a Deo productas ostendit, Et dixit Deus, inquit, Fiant luminaria in firmamento caeli et sint in signa & in tempora. Et fecit Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento caeli, & stellas. Similiter Plato quoque dicit, a uerbo & mente diuina solem & lunam, & alias quinque stellas cognominatas erraticas ad generationem temporis facta esse. Quorum corpora Deus fecit, et posuit in circulis. Diligenter igitur considera quod dicit, a uerbo & mente diuina. Illis enim uerbis quoque ipsis consentaneum est quod Psalmista dicit: Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritus oris eius omnis uirtus eorum. Deinde cum Moses in firmamento positas stellas dixerit, eadem uoce Plato usus in circulis posuit, inquit. Ad haec per singula scripta dicit: Et uidit Deus quia bonum. Et summum repetens: Et uidit Deus omnia, & erant bona ualde. Plato autem, Si bonus est, inquit, iste mundus, & creator bonus. Et rursus, Hic optimus effectus, ille optima causarum.

De mutatione mundi. Cap. XVII.

Præterea de consummatione & mutatione mundi aperte & magna uoce scriptura praedicante, quia complicabitur caelum sicut liber. Et rursus: Erit caelum nouum, & terra noua. Audi quomodo Plato etiam hoc dogma comprobauit in Timæo dicens: Constituit caelum uisibile atque tangibile, & propter haec

pter haec, & ex istis, & talibus, & ex quatuor numero, mundi corpus factum est, proportionem conueniens, a caeteris omnibus indissolubile, praeterquam ab eo qui colligauit. Et post pauca: Tempus igitur cum caelo factum est, ut simul facta, simul etiam dissoluantur, si quando solutio quaedam ipsorum fiet. Et post pauca subiicit: Quod ligatum est, solubile est: quamuis si bene aptatum beneque ligatum solueri uult, bonus non sit. Quare, inquit, Deo attribuens uerba: *Dij quorum ego creator ac pater sum, quoniam facti estis, immortales quidem non eritis, nec indissolubiles omnino. Non ergo dissoluemini, nec in mortem deducemini, maiore uinculo colligati.* Et in libro de Republica hoc inquit: Uniuersum aliquando quidem ipse Deus conuoluit, aliquando autem dimittit, cum circulationes conuenientis mensurae tempus habuerit. Nonnunquam autem casu in contraria circumducitur, cum animal sit, & prouidentiam ab eo qui fecit, in principio sumpserit. Caelum enim corporeum est, quare absque mutatione penitus esse impossibile est. Circulariter autem motum, minimam sui motus habet mutationem: nihil autem potest seipsum semper uoluere, praeter corpus, quod omnium quae mouentur habet principatum, quod nullo modo potest, modo sic, modo aliter moueri. Ex quibus omnibus non oportet hunc mundum a seipso uolui semper, concedere: nec a Deo binos & contrarias uolutiones accepisse: nec quidem a duobus dijs inter se dissidentibus, sed sicut modo dictum est, aliquando quidem a diuina causa ducitur, ut iam rursus consecutus, immortalitatem a creatore su perintraetam, aliquando autem, cum dimissus fuerit, per seipsum uoluitur tempore quo dimittitur: quoniam cum maximus sit, ac aequalissimum ponderis minimo mixtu mouetur, multa annorum millia uoluitur. Omnium igitur, quae mirabiliter accidunt, haec uniuersi circulatorum causa est, quae aliquando fieri nunc uoluitur, aliquando in contraria. Maximas igitur tunc mutationes fieri putandum, ac multas corruptiones animalium, interitus hominum, & alia noua atque inaudita.

Quod resurrexuros mortuos etiam concedit, non aliunde quam a Hebraeis Plato discere potuit. Cap. XVIII.

Progressus deinde aliquantulum, mortuos reuicturos dicit: quod nescio unde iam aliunde quam a Iudaica scriptura intellexerit. Ferebatur, inquit, a praesentibus illis eos, qui in ultima circulatione moriuntur, uicinos futuro tempore in prima rursus resurgere: ac ab eiusmodi hominibus multa nobis nuntiata esse, quae nunc uulgo non recte falsa putantur. Consequens enim est, hos senes ad puerorum rursus naturam conuerti: & mortuos, qui iacent in terra, rursus tunc esse reuicturos, generationem sequentes, quae in contraria reuoluitur, nisi quos Deus in aliam conditionem traduxerit. Et progressus dicit: Tempore omnium exacto, quoniam mutationem fieri oportet, cum terrenum genus defecerit, omni anima per generationem corpus iustum deducta, tunc uniuersi gubernator, habens gubernationis dimissis, ad altitudinem suam abibit: mundum autem rursus Parcae, & innata cupiditas euertet. quod cum fieri uiderint dii, minores partes mundi suae gubernationi committas relinquunt. Mundus autem rursus reuolutus, atque in contrarium latus, & magno terrae motu concussus, inauditam omnibus animantibus pestem incutiet: & tempore aliquo exacto, omni turbatione sedata solitum cursum recipiet. Deus enim, ne omnino dissoluatur, gubernacula rursus capiet: & omni expulsa turbatione, immortalem ipsum & insenscentem efficiet. Et post pauca: Dicam, inquit, tibi sermonem fortissimi uiri, Eris nomine, genere Armenij, qui olim in praedio mortuus, post decimum diem ferè iam corpore corrupto delatus a suis domum, cum in rogum poneretur, decimo die postquam decidit, reuixit: multaque sibi uidisse, narrauit, ac inter alia, quod anima egressa e corpore cum multis in locum quendam admirandum deuenisset, ubi terrae hiatus inter se connexi ma-

Resurrexit quidam apud gentes a mortuis.

OP. A. F. V. S. P. B. C. & M.



ximi erant, & ex opposito duo ad cœlum itinera: iudices autem sedentes u-

De cœlesti terra secundum Platonem. Cap. XIX.

Verum quoniam in repromissionibus scripturæ, solis pijs terrâ quandam

Quod etiam de iudicio futuro Hebreos Plato sequitur. Cap. XX.

Cum etiam scriptura iudicium, postq̄ hinc abierimus, animarū futurū di-

multasq̄ piorum mansiones, & diuersa impiorum supplicia, nō aliter tere q̄

OP. A. V. S. B. C. S. P. I.

Erum quoniam hoc uolumen satis iam creuit, ad duodecimum librum transgressi, quæ restant ad ostendendam Platoniam philosophiam ab Hebræis defluxisse, conscribemus, ut multi uideant non nobis solum, uerumetiam Platoni iam pridem scripturam Hebræorum probatam esse.

Quod parère legibus, non querere rationem iuuenes debent. Cap. I.

Censet igitur sine dubitatione aliqua, leges sequendas esse, hoc modo scribens in primo de Legibus: Si quis recte Laconum aut Cretensium leges reprehendere possit, alia quæstio est. Ego autem iudico optimam esse legem, quæ iubet, ne quis iuuenem cogitari. Senex autem si quis dubitauerit, principibus aut æqualibus referat, nemine iuuenem audiente. Nonne igitur multo ante Platonem diuinæ literæ fidem ceteris proposuere uirtutibus? Vnde apud nos quoque incipientibus ac imperfectioribus quasi secundum animum infantibus simpliciter scripturæ leguntur. credendum enim omnibus est, omnia quæ in ea feruntur, sicuti Dei uerba uerissima esse. Illis autem, qui ad maiorem iam habitum scripturarum peruenerunt, altiora petere, ac ratione singulorum querere conceditur. Hos Iudæi quasi scripturarum expositores secundarios appellare solebant. Poetam deinde Plato ait Theognim ex Megara Siciliae testem habemus, qui ait fidelem uirum omni argento atque auro in seditionibus esse potest. Quorsum hæc? quia legislator qui a loue missus est, ita leges conscribere oportere censemus, ut ad maximam semper uirtutem respiciat, quæ Theognim secuti fidem, quæ maxime in periculis lucet, esse arbitramur. Eam non iniuria perfectam iusticiam nominare possumus. Ita Plato non irrationalem fidem, sed eam quæ uirtuti coniuncta est, comprobare uiderit. quod Saluator noster breuius, apertius ac diuinius posuit. Euge, inquit, serue bone atque fidelis. Et rursus: Quis ergo erit fidelis & prudens paterfamilias prudentiam enim & magnanimitatem fidei coniunxit. Præterea Plato aliquantulum progressus: Certe, inquit, defunctorum animæ uirtutem quandam habent, quæ uel post mortem rebus humanis auxiliantur. Vera enim hæc opinio est, sed nisi prolixis rationibus probari non potest. Credere autem oportet huiusmodi sermonibus, quoniam a præscis ualde uiris traditi sunt. Credendum ergo est etiam illis, qui ita hæc se habere, legibus confirmant. Sic certe de Hieremia traditum fuisse Iudæi contendunt. Et Machabæorum libere retulit uisum ipsum fuisse post mortem orare pro populo.

Quod commodè per fabulas adolecentibus maior a tradenda sunt. Cap. II.

Primum deinde, inquit, pueris fabulas tradimus. Fabula uero est, ut breuiter dixerim, falsum quiddam, quamuis & uerum esse possit. Fabulæ autem prius quam gymnasijs pueri exercendi sunt. Hæc Plato. Iudæi autem re ipsa scripturæ historiam simpliciter, quasi fabulam adolecentulis tradere solent. Cum que non magis ætate quam habitu scripturarum creuerint, altiora & latentia dogmata per secundarios docent. Maximum deinde, ait Plato, in omni opere principium est, præsertim in iuvene atque tenero. tunc enim præcipue animus formatur, & quicquid dixeris, facilius ingressum inducet. Quare non quascunque fabulas, sed probatas ac utiles à matribus atque nutricibus tenellis puellis infundantur, quasque iam adultos prouectosque retinere non erit inutile. Hæc multo ante Platonem, Iudæi obseruabant. Qui enim sancti spiritus gratia discernere de spiritibus poterant, dicta & scripta diligenter examinabant: & quæ aliena uidebantur à ueritate, sicut pseudoprophetarum libri, reprobantur. Scripturas quoque (ut diximus) historia.

A historiarum parentes & nutrices tenellis pueris infundere solebant, ut eis facilius, cum uiri essent, uerentur.

Quod sincera fide Plato scripturæ inhaesisse uideatur. Cap. III.

Plato autem in Gorgia: Audi sermonem, inquit, quem tu fabulosum dicis, ego uero uerissimum arbitror. Et post pauca: Qui iuste sancti eque uixit, eum postquam mortuus fuit, in beatorum insulas profectum absque ullo incommodo summa in beatitudine uiuere. Qui uero iniuste atque impie, eum in atrocissima proficisci supplicia, quæ Tartarum appellant. Et post pauca: Nudi autem mortui iudicantur, & iudex ipse nudus est, quia defunctus, & animo animo perspicit ab omnibus derelictum cognatis, ac ceteris que hic habebat, ut iustum iudicium sit. Et subiicit: Hæc sunt & Callicles, quæ ipse audiuit, & uera esse apprimè credo. Ex his autem sermonibus tale quid ipse mecum ratiocinari soleo, nihil aliud mors mihi uidetur, quam corporis atque animæ dissolutio, quæ postquam disiuncta fuerit, retinet utrumque habitum suum, quem homine uiuo habuerat. Nam corpus si magnum erat uiuo homine, & mortuo quoque magnum: & si pingue, pingue quoque postquam anima decesserit, aliquo tempore manet: & si cicatrices uulnerum habebat uiuens, aut ossa quædam fracta, uel membra trunca, eodem modo profectio se habet post mortem, antequam omnino corrumpatur. Similiter & in anima postquam denudata corpore fuerit, habitus omnes in quibus exercuit passiones & studia inesse perspicuntur. Cum igitur ad iudicem anima peruenerit, ueluti ad Radamanthum Asiaticum, confestim iudex etiam si regis magni anima esset, in ea perspicit uulnera & cicatrices iniuriarum, quas singule operationes anime impresserunt. Videt tortuosa omnia falsitate atque superbia: cognoscit nihil ibi esse rectum propter licentiam, delicias, contumelias, incontinentiamque in uiuendo: cernit omni turpitudine animam esse repletam. Quare recte ad carcerem tartari immittit, ubi supplicijs torquetur, ut aut ipsi purgati meliores fiant, aut exemplo suo alij moniti formidine cruciatus, à peccando deterreantur. Purgantur autem quicumque curabiliter peccarunt doloribus, & hic uiui, & apud inferos mortui. Non enim aliter possibile est impressas uulnibus detergi maculas. Qui uero maxime iniuriati sunt, ac incurabiliter peccarunt, nulla his unquam utilitas accidere potest, quia incurabiles sunt, sed alij exemplo suo iruantur, ex quibus ego Archelaum fore, & similes ei tyrannos non dubito. Reges enim propter peccandi licentiam, omnes penè sceleratissimi sunt. Testis est Homerus, qui reges atque tyrannos apud inferos ut sempiternum cruciari asserit, Tantalum, Sisyphum, Tityum, Thersiten, aliosque consimiles. Priuatos autem homines nullus unquam scripsit peccatis tanquam incurabiles apud inferos cruciatis detineri. Quare feliciores certe sunt priuati principibus. nec tamen prohibet aliquem bonum uirum principem esse, sed cum arduum atque difficile sit in magnam peccandi licentiam seipsum continere, magna laude dignum est & Callicles, pauci tamen inueniuntur. Vnus de his, qui potentiam habuerunt, Aristides Lysimachi uirtute præclarus fuit. Ut ergo diximus, atrocissimas uitiorum ferentes in anima cicatrices à iudice in poenas mittuntur. Quum autem ab omni cicatrice peccatorum deterfam uidebit animam, nec quæ sit, nec unde fuerit, querens admiratus, ad beatorum insulas misit. Hæc eadem etiam Aæacus baculum habens, sicut & Radamanthus iudicat. Minos autem aureum sceptrum terrationes uerissimas esse credens, nihil aliud considero, quam quomodo munus conabor recte uiuendo quam optimus fieri. Obsecro autem ceteros omnes, & te ipsum ad hunc calcem uirtutis curriculo tendere. turpissimum enim est, si tibi ipsi in illo iudicio nullo modo prodesse poteris. Hæc forsitan fabulose tibi

Purgatorij Platonici.

Reges uero saluantur.

OP. A. F. S. B. C. S. M.



ibi quasi ab anu quadam dici uidentur, ac ideo spernis. Non esset autem miru, hęc a te sperni, si diligenter quærentes, meliora uerioraq; istis inuenire possimus. Nunc uerò cum sitis tres Græcorum omnium sapientissimi, tu, & Polus, & Gorgias, non poteritis tamen uerè dicere, quòd oporteat alia quadam nos uita quàm ista uti, quæ illis etiam plurimum conducit. Omnia enim alia facillè redarguuntur. Hic uerò sermo firmus atq; stabilis semper manet. Quare cauere magis debes ne lædas, quàm ne lædaris. Omnes enim studere debent, non ut boni uideantur, sed ut & publicè & priuatim boni sint. Plato igitur Aeacum, Minoem, Radamanthum defunctorum iudices constituit. Diuina uerò scriptura ipsi Deo iudicium attribuit, qui singulis secundum opera sua redditurus meritum est.

Quòd non in omnijs efferenda sunt ueritatis dogmata. Cap. III.

Prudentes uiri suggerunt dignitates.

CAueas, Plato inquit, ne rudibus hęc omnibus committas. Hi enim nihil magis quàm has utilissimas narrationes deridēt: quemadmodū e contra ingeniosi ac sapientes nihil magis admirantur. Quare cum eis sepius hęc narrantur crebro audiendo, uix tandem ut aurum multo labore purgantur. Sic & diuina scriptura res mysticas ad multos efferendas prohibet, apud quam primus Moses scribitur recusasse præfecturam. Alium enim, inquit, supplico Domine, qui hoc onus ferre possit, mittere uelis. Saul etiam occultasse se dicitur, ne regnū susciperet. Hieremias quoq; recusasse fertur. & Plato similiter cōsultat, dicens: Propterea d̄ Thrasymachē, ut modo dicebam, nemo sponte ad gubernandam rempublicam accurrat.

De uiro iusto secundum Platonem. Cap. V.

AD hęc cum Hebræorū prophetæ contumelias omnes atq; pericula subeunda propter uirtutem & ueritatem conclament, consentanea Plato in secundo de Republica scripsit: Non ut uideatur, inquit, iustus generosus uir qui iusticiam colit, sed ut sit. Si enim quia iustus uideatur, honores quippiam nanciscitur, incertum sit utrum propter uirtutem, an propter honores iusticiam sequitur. Sed fingamus, ut cum neminem unquam læserit, iniustus uideatur. Si ergo sic affectus, nullo periculo, nullo cruciari à uirtute remouetur, tunc uere iustus atq; generosus est. Hęc Plato uerbis, quæ re ipsa iusti uiri apud Iudæos comprobantur, qui tanquam iniqui, alijs lapidibus, alijs gladio, alijs alio modo necati sunt: caprarum atq; ouium pellibus induti, rebus penè omnibus egentes, in desertis errantes, in montibus & speluncis & terræ uernis. Apostoli etiam Saluatoris nostri maxima pietate & iusticia uiuentes, malefici multis uidebantur, quare spectaculum facti sunt mundo, & angelis, & hominibus, esurientes, sitientes, nuditate ac uerberibus laborantes, ut ait Apostolus. Sed iniuriam, ut ipse addit, passi, benedicebant, persecutiones magno terebant animo: turpi affecti fama, afficientes ad uirtutem exhortabantur: & quasi quisquis orbis reputati, gaudebant: & usq; ad hęc tempora generosi martyres ubiq; terrarum non ut uideantur, sed ut sint p̄nt atq; iusti, multo plura maioraq; quàm Plato uerbis expressit, re ipsa patiuntur, uincti uerberibus, afflictī tormentis, atq; aculeis cruciari. Et demum post multos diuersosq; dolores crudelissimo genere aliquo mortis consumpti. Quibus similem apud gentiles aliquem nunquam inuenies, ut non iniuria de Iudæis nostrisq; præclaris uiris, qui pietate ac uera iusticia perfulserunt, Plato illa perscripsisse uideatur.

Quòd etiam de serpentis fraude Mosem Plato sequitur. Cap. VI.

CVM Moses ineffabili quadam ratione in principio creationis mundi, paradysum quemdam à Deo plantatum dixerit, hominemq; ibi à serpente per mulierem deceptum narrauerit, aperte Plato commutatis nominibus, in Symposio allegorice similia posuit. Pro paradiso enim Dei, hortos Iouis appellauit, pro serpente deceptionemq; ipsius paupertatem insidiantem posuit, pro

A pro uiro autem primo, quem Dei consilium atq; prouidentia quasi nuper immè natum filium produxit, Consilij filiū Porum nomine posuit. Cumq; Moses in ipsa constitutione mundi factum hoc dixerit, cum Venus facta esset, id accidisse Plato narrauit. Verum allegoricè propter pulchritudinem mundū appellans. Sed uerba eius hęc sunt: Cum inquit, facta esset Venus, & alij dii & cōsilij filius Porus, in conuiuium conuenerūt, & post cœnam Inopia tanquā mendica ad Ianuam domus ubi conuiuiebant accessit. Porus autem nectare superatus (nondum enim uini usus inuentus erat) in hortos Iouis ingressus, grauius dormiebat. Inopia uerò propter indigentiam ad insidiandū parata, ut ab eo liberos susciperet, apud eū accubuit, & hoc dolo Cupidinem à Porō concepit. His Plato allegoricè illa Mosaica uoluit significare.

Quomodo Plato quasi ioco ex uiro sumptam mulierem scripsit. Cap. VII.

PREterea Mose dicente, Adæ autem non inueniebatur coadiutor similis eius, immisit ergo Deus soporem in Adam. Cumq; obdormisset, tulit ueritatem de costis eius, & repleuit carnem pro ea: & edificauit Deus costam quā tulerat ab Adam in mulierem. Cum nō intellexerit Plato quo sensu id dictū est, quia tamen Mosaica omnia fuerat admiratus, noluit omnino pretereire. Ita in Symposio attribuit, dicens: Oportet primum uos naturam humanā & passionem ipsius prædiscere. Prisca enim nostra natura alia erat quàm nunc est. Nō enim duo genera hominum, ut modò, sed tria fuerunt. Ad masculum enim atq; fœminam, tertium etiam aderat utrisq; cōmune, cuius rei nomen solum modo relictum est, res uerò penitus periit. Nam Androgynum tunc re ipsa & nomine ex utrisq; mare scilicet atq; fœmina, constabat. Istis cum aliquantulum, ut Aristophanes solebat, illuserit, subiungit dicens: Hęc Iupiter dixit: & incidere homines medios, & Apollini iussit partes iuciforum ita coniungere, ut facies ad cœsuram uerteteretur.

Duo sexus in una Persona.

De prima hominum uita. Cap. VIII.

CVM Moses primam hominum uitam in paradiso Dei nulla re indigentem, quasi diuinam asserat, omniaq; spōte à terra producta, nudosq; fuisse confirmet, audi quemadmodū ea ipsa Plato Græcè cōscripsit: Deus inquit pascebat eos, sicuti nunc homines nonnulla animalium genera: nulla tunc erat respublica, nec liberorum procreatio. A terra enim homines emergebant, & hac omnia que modò sunt habentes, magna optimorum copia fructuum facillimè atq; optimè uiuebant: quos non culta, sed spontè terra edebat: nudissime aliqua erant molestia: uicissitudines enim temporum summa temperie cōnectebantur.

Quòd etiam colloquutionem serpentis & Eue secutus est. Cap. IX.

PRUdentorem omnibus bestijs terre serpentem fuisse, & sermonem eius uicissim cum muliere habitū, Moses scribit. quam rem quomodo Plato narrauit, non est alienum audire. Qui Saturni temporibus erant, inquit, tanta uirtute pollebant, ut non cum hominibus solum, uerum etiam bestijs oratione uti possent. Sed non ad philosophiam, & inter se, & cum bestijs hac uirtute utebantur, diligenter scrutantes de singulorum natura ad accumulationem prudentiæ: sed cibo atque potui tanquam hœlluones continè inhaerantur.

Quòd ordinem etiam scribendi secutus est. Cap. X.

Moses inscribendis legib; antiquitate magna pro exordio usus uitas, hominum & diluuium narrauit: & uirtutes atque delicta nobilissimorum uirorum, qui post diluuium fuerant, diligenter exponit. Nam perutilem hanc historiam legib; futuram iudicauit. Hunc scribendi modum in legibus Platō imitatus est: his primordijs enim legū antiquitate utitur: et diluuij mentione

OP. A. V. S. B. C. R. I.



Vita in ci-
uitatib. plu-
ra quam in
pagis.

Ordo et
gradus bo-
norum cor-
poralium.

170 DE PRÆPARATIONE EVANGELICA
facta, uitam etiam, quæ post diluuium fuerat, explicare non reuult. An, inquit, igitur præsci sermones ueri nobis uidentur qui namque multis pestibus, atque diluuiis homines ita perisse, ut paucissimi relictis sint? Valde inquam hoc uerissimile cunctis uidetur. Intelligenti est igitur eos qui nunc effugerunt, montanos quosdam fuisse in cacuminibus, altissimorum montium habitantes, à quibus postea homines multiplicati sunt. Quare necesse fuerat artium disciplinam, que ciuilibus imperitis fuisse, ac ab omni abitione, habendique cupiditate, ceterisque ut tuis, quæ in ciuitatibus, maxime sunt, liberos. His talibusque latius narratis, uitas hominum, qui post diluuium fuerunt, exposuit. Deinde ad Græcorum antiquitatem descendit, ut ad Hebræorum Moses. Eorum igitur meminit, quod præ clara facinora in Troia fecerunt. Disciplinam Lacedæmoniorum ciuilem non præmittit. Perlarum quoque quoque uitas, tam eorum qui recte, quam eorum qui perperam uixerant nobilissimorum tetigit. Et post historiam huiusmodi legum positionem aggressus est, ad eum etiam in his Mosi doctrinam admiratus est.

Quod à pietate in Deum leges exorsus est ut Moses.

Cap. XI.

Cum Moses uniuersas leges suas disciplinamque uiuendi à pietate in Deum dependere uoluerit, ac ideo à creato omnium initium librorum suorum fecerit, & res humanas à diuinis dependere docuerit, ipsas que diuinas ad Deum creatorem omnium retulerit: opere precium est considerare, quomodo Plato cum diligentissime sequens, Cretensium ac Lacedæmoniorum leges tractat. Mosaicam uero legem aperte probat sic in primo de Legibus, dicens: Cretensium leges hominibus, Græcis non maxime conferunt: ita enim recte positæ sunt, ut utentes eis cum omnia bona inde consequantur, felices sint. Duplitem autem bona dicuntur: alia enim humana sunt, alia diuina: dependent autem à diuinis humana. Diuinis igitur que maiora sunt susceptis, minora etiam possidentur. Illis autem spiritibus, utriusque ciuitas priuatur. Minorum uero primum est sanitas: deinde pulchritudo: tertio uires ad cursum, & ad alios corporis motus: quarto diuitiæ, quæ non cæcæ sunt, ut uulgo dicitur, si prudentiam sequuntur: que quidem prudentia diuinarum rerum prima est, deinde oratione habita moderatio. Ex his duobus, fortitudine adhibita, iustitia tertio emergit: & quarto fortitudo, que omnia natura rebus humanis anteponuntur. Quare oportet, ut legis lator hunc ordinem sequatur. Deinde mandandum ciuibus, ut ad hæc respicientes operentur. Humana enim ad diuina uerba ad principem intellectum referenda sunt. Et post pauca: Omnibus istis legislator custodes præficiet eos qui prudentia & uera laude gaudent: ut intellectus hæc omnia moderatione atque iustitie coniuncta, non autem diuitias, aut ambitionem sequatur. Quæ omnia in Legibus Iouis & Apollinis Pythij, quas Minos & Lycurgus composuerunt, inesse uidebitis. Patent enim his, qui artificio & executione legum peritiam habent: ceteris uero nullo pacto. Moses quoque multo prius à diuina doctrina factus principio, & uiuendi disciplina ad illam relata, omnibus principes atque custodes Dei sacerdotes præfecit, uiros scilicet iustos, prudentiæ ac uere laudis amatores.

Quod à pueritia in legalibus pueri exercendi ludo sunt.

Cap. XII.

Consulo igitur, ut ab ineunte pueritia, inquit, ludendo atque studendo rebus tamen semper congruenter, has res pueri percipiant. Hoc enim modo in bonos uiros euadent. Si enim agricolam quendam aut ædificatorem probum fore desideramus, eum in tenera ætate ludentem, pueriles quasdam domos ædificare iubebimus, aut instrumenta quædam agriculturæ fabricare: quæ quamuis inutilia sint, ad imitationem tamen utilium, uerorumque instrumentorum non parum conferunt. In omnibus enim etiam ludendo conari debemus, ut puerorum studia & cupiditates eodem uertamus, quod ipsos peruenire

Alimento
pueri tra-
hantur ad
studia.

peruenire desideramus. Caput autem doctrine infantium alimentum est, quod ludentium animum ad expectandum illud adducet, quo in uirili ætate ipsos uti decreuimus. Multo breuius hoc Moses atque dilucidius: Et erunt uerba hæc, inquit, quæ ipse tibi hodie præcipio in corde tuo, & in anima tua, & propones ea filiis tuis. Quod ex prisca consuetudine ad hodiernum usque diem diligenter Iudæi conseruant. In secundo autem Legum: Disciplinam, inquit, appello uirtutem, quæ puerorum animos continere potest: uoluptas enim & dolor, amor & odium quam recte fieri potest, antequam ratione moueantur in animis eorum fluunt: ut facilius, cum ad ratiocinandum peruenierint, conuenienter rationi omnia peragant, quorum cõuenientia uirtus perfecta est. Aiuiscant ergo à pueritia dolore ac uoluptate recte moueri, ut à principio usque ad extremum uitæ oderint quæ odisse oportet, & amant quæ amanda sunt. Sed multo ante Dauid, quæ odio insequenda, & quæ amanda sunt in uerbis, & protractis similiter declarauit, dicens. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo uos. Quis est homo qui uult uitam, diligit dies uidere bonos? Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur polum. Diuertere à malo & fac bonum: inquire pacem, & sequere eam. Et Salomon: Audite filij, inquit, disciplinam patris: legem meam nolite obliuisci. Et rursus: Viam impiorum non ingrediaris. Innumerabilia huiusmodi facile in scriptura inuenies, quibus adolescentibus atque profectis simul ad pietatem exhortantur.

Quod diuinarum rerum imagines hæc inferiora Plato putabat.

Cap. XIII.

Diuinis oraculis Mosi dictum est: Facies omnia secundum figuram quæ tibi monstrata in monte est. Id Apostolus latius exposuit, dicens: Vniuersa, tanquam quæ celestium legale cultum fuisse. Apertissime namque Mosaica admodum Plato in sexto de Republica hunc locum imitatus est. Deo, inquit, & mundo uerus philosophus loquens, mundus atque diuinus quantum potest efficietur. Si ergo necesse fuerit, quæ tibi uidet in moribus hominum & priuatim & publice ponere, ut non modo seipsum, uerum etiam alios per illa cõfirmet, putas ne modestie, iustitie, & omnino uniuersæ uirtutis improbum magistrum futurum? Minime, inquam. Sed multi uidelicet parum nobis credunt, dicentibus, non aliter posse felicem ciuitatem fieri, nisi pictores illi eam depingant, quod diuini exemplari ad pingendum utuntur. Imò credent, inquit. Sed quis est modus picturæ? Quali tabula in quam ciuitas & mores hominum primum, quod omnium difficillimum est, mundi, purique faciendi sunt, non enim prius scribende sunt leges, quam mundam feceris ciuitatem: deinde formula disciplinæ scribenda depingendaque est.

Quod adolescentes cantibus ad uirtutem præparandi sunt. Cap. XIII.

Odas etiam canendas putat, sic dicens: Ter iam & quater dictum est, disciplinam esse puerorum educationem, que ad rectam legalemque uitam perducatur. Ut igitur pueri animus legem ita sequatur, ut unam cum ea gaudeat, atque doleat, odas perdiscant, crebroque cantent, quibus laudes atque uituperationes earum rerum contineantur, quas lex laudat, atque uituperat. Quoniam enim teneriores anni rationem uirtutis non suscipiunt, ludo atque cantu præparantur. Iure igitur apud nos prophetarum odes à pueris addiscuntur.

Quod poete recte dicere cogendi sunt. Cap. XV.

Poete, inquit Plato, cogendi sunt carminibus dicere, bonum quidem, modestum, iustumque uirum felicem esse, atque beatum, siue magnus, siue paruus sit, & siue diues, siue pauper. Si uero iniustus esset, etiã si ditior esset quam Cinyras aut Midas, miserimum omnium esse. Dicant igitur poete, neminem esse uirtutum appellandum, qui non omnia quæ uulgo bona dicuntur, iuste acquirat, atque disponat: quamuis hæc bona non recte bona dicuntur. Sanitas enim primo, p. 2 deinde

OP. A. V. S. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.



deinde forma, tertio uires, quarto diuitia numerant. Innuerabilia huiusmodi caetera sunt. Nam & acute cernere, atq; audire, alijsq; sensibus integre uti, bona uidentur: & ad hæc omnia posse facere quæ cupias, & demum immortalitas cum ipsorum omnium possessione. Ego autem assero, iustis, sanctisq; uiris hæc optima esse, iniustis autem pessima. Sanum enim esse, acute cernere, & omnino facile sentire, ac immortaliter uiuere, absq; uirtute pessima sunt. Talia ergo rhythmo ac numero a poetis composita, adolentes perdiscant. Ego enim dicere non dubito ea, quæ mala uulgo dicuntur, iniustis bona esse, iustis mala. Quæ uero bona uidentur, bona uere bonis sunt, malis autem mala. Hæc multo ante Odis David sancti spiritus gratia comonitus conscripsit, docuitq; uere beatus est, & quis beato contrarius. Psalterium enim suum incipiens, inquit Beatus uir qui non abiit in concilio impiorum, & caetera. Vnde Plato admonitus, poetis dicendum esse ait, bonos uiros beatos esse. Diuites autem si mali sint, miseros esse, quod ipse David sic in Psalmis edidit: Diuitia si affluant, nolite cor apponere. Caetera quoque omnia, quæ hic Philosophus dicit ad uerbum ferre in sacro Psalmorum uolumine scripta inuenies.

Quod hymni cani non debent, nisi prius examinentur. Cap. XVI.

Adit deinde Plato, Dei autem uiri diuini opus esset recte rhythmo atque carminibus uti: quare diligenter hæc de re leges ponendas esse censet, quibus ad uirtutem uniuersa musica respicere cogatur. Hoc ille uerbis, re autem ipsa Iudæi cogebantur non alios hymnos, & odas sustinere, quam eas, quæ a spiritu sancto per prophetas essent compositæ. Concedo deinde Platoni quod uulgo dicitur, uoluptate musicam iudicari: sed illam esse optimam musicam, quæ optimos & doctos uiros delectat: ac maxime illum, qui uirtute caeteris præstet. Virtute igitur opus est iudicibus, & præsertim fortitudine, atque prudentia. Neque enim theatri plausu, aut propter ignorantiam, aut propter formidinem duci debent. Apud Iudæos etiam prius temporibus diuinorum cantuum iudicium non multitudinibus tradebatur, sed erant aliqui, quamuis paucissimi, diuino spiritu hæc iudicantes, quibus solummodo licebat prophetarum libros consecrare, ut ita dicam, ac comprobare. Ea uero, quæ aliena à spiritu sancto uiderentur, improbare, atque reijcere.

Quod non semper uino utendum sit. Cap. XVII.

Carthaginensium, inquit, legem magis quam Lacædæmoniorum, atque Cretensium laudo, ut unquam in castris quisquam uinum gustare audeat, sed toto militiæ tempore aque usum comprobari. In ciuitate autem seruus nunquam uini usus concedendus est: nec magistratus tempore, quo reipublicam gubernant, uino utantur: nec gubernatores, nec iudices, nec qui deliberaturus in consilium uocatus est, nec ullo modo in die, nisi ualitudinis gratia, nec nocte eos tam uiros quam feminas, qui liberis dare operam statuerint, leuiore enim homines uini usu sunt, & anime calefactæ tanquam ferrum ignitum molliores redduntur. Hæc multo ante Moses constituit. Sacerdotes enim iubet sacrificandi tempore à uino abstinere. Locutus est enim, inquit, Dominus ad Aaron dicens: Vinum & sceram non bibetis, tu & filij tuæ cum, quando in testimonij tabernaculum ingrediemini, aut quando ad altare accederis, ne moriamini: & lege hoc in æternum in generationes uestras firmatum sit. Votum etiam uouentibus similiter præcipit, dicens: Vir autem mulier qui uotum facit, à uino & sicera mundus erit, & acetum uini, & acetum sicere non bibet. Salomon quoque magistratus & iudices à uino abstinere iubet: Consilio, inquit, omnia facias, consilio uinum bibe: potentes qui iracundi sunt, uinum non bibant, ne sibiberint, sapientiæ atque laboris oblitiscantur. Nec ignorabat Plato scripta hæc apud Barbaros fuisse, quod occultius his uerbis denotauit. Siquidem, inquit, dubitant, utrum huiuscemodi disciplina ciuili sit, aut etiam nunc est apud aliquos Barbaros procul ab

Consiliarij & iudices abstineant à uino.

oculis nostris, aut futura unquam sit, parati sumus rationem ostendere, factum fuisse, & esse in presentia, futuramque esse, quando eadem musa in aliqua ciuitate præualebit, nec nos impossibilia dicere.

Quod nobiscum nobis gerendum est bellum. Cap. XVIII.

Recte, inquit, a nobis dictum est, omnes homines sibiipsis pugnare, neminemque esse, qui sibiipsi hostis non sit. Quare præcipua optimaque uictoria esse, seipsum uincere. Sicut e contra, turpissimum atque pessimum, à seipso uinci. Et post pauca: Unus est unusquisque nostrum, sed duos secum contrarios ac amicos habet consiliarios, uoluptatem atque dolorem, quibus opiniones futurorum accedunt, quas communiter spei nomine appellamus: Proprie autem, quæ ante dolorem spes est, timor: quæ uero ante uoluptatem, confidentia nominatur. Ad hæc omnia ratio accedit melior aut peior, quæ cum quid publice constitutum sit, lex nuncupatur. Deinde hæc passionibus, inquit, in nobis quasi nerui aut funes huc & illuc ad contrarias operationes attrahunt. Ratio uero uni semper parti oportere constanter inhaerere persuadet, quæ quidem ratio aureo quodam fune atque communi lege uidelicet ciuitatis inniti solet: Aliæ autem duræ aspectus tanquam ferreæ sunt. Hæc ubique ferme diuinæ literæ prædicant, appetitum rationi pugnare docentes: rationemque optimam esse, quæ Deo lege ducitur, uictoriamque laudatissimam cum huic rationi appetitus subiicitur.

Quod peccatorum anima est causa. Cap. XIX.

Vndecimo autem Legum: Necessè est, inquit, tam uirtutem quam uitiorum causam esse animam. quod Mosaico illi consentaneum est: Si anima peccauerit, & si anima delictum fecerit.

De uero philosopho. Cap. XX.

CVm in Hebraica scriptura de studioso ueroque philosopho dicatur: Bonum est uiro, si tollat iugum in iuuentute sua: sedebitque solus, ac tacebit. Cumque diuini prophete ac sublimi philosophia in montibus atque speluncis degerint, ad solum Deum mentem erigentes: audias quemadmodum etiam Platonem hanc uitendi modum comprobauit, dicens. Qui præcipui in philosophia sunt, ab adulescentia etiam ipsam uiam, quæ in forum abducit ignorat: nec ubi curia, aut communis alius conueniendi locus sit, sciunt. Leges autem & decreta nec scripta uiderunt, nec audierunt: sodalitia & magistratus, coetus & cænas nec somnio quidem uiderunt. Si bene autem aliquid aut male à uiris uel mulieribus in ciuitate factum est, non minus eum fugit quam maris harena: quæ omnia ita nescit, ut nec nescire se quidem sciat. Non enim hæc fugit, ut melior uideatur, sed ut sit. Quare si etiam corpore in ciuitate sit, mens tamen omnia hæc contemns, super terram uolauit, ut est apud Pindarum. Quomodo id dicis o Socrates, inquit, cum Thersia quadam Thalem coelestia respicientem, quia cogitatione occupatus in puteum deciderat, reprehendisse dicatur, quod dum coelestia quaereret, quæ ante pedes sunt, non uideret. Hoc, inquit, scomma in omnes philosophos dici potest. Vere namque, qui recte philosophatur non solum ignorat quod uicinus faciat, sed pene si homo est aut pecus, non animaduertit. Quid sit homo, & quid præcipue hominem facere conueniat, id uero diligentissime quaerit. Quare o charissime Theodore, si quando huiusmodi philosophus in iudicio, uel alio loco publico loqui de rebus istis hominum cogit, risum omnibus præbet: & in difficultates, quoniam inexpertus est, quasi in puteum incidit. Propter enim sibi est, neminem conuicijs petere: & in laudationibus cum non fit, sed uere ac ex animo dicere uideatur, leuis quidam atque infans uidetur. Si regem enim laudari aliquem audiuerit, aganone aut bubulcum laudibus efferi arbitrat: quod si mille iugera terræ possidere aliquem audierit, parua hæc dicit, qui uniuersum orbem cogitatione complecti consueuit. Valde autem etiam illos contemnit, qui se generosos prædicant, & auos, proauos, atque os suos in medium adducunt: amentiam ipsorum ideo spernit, quia uniuersum hominum

Que magis necessaria, primian discenda.

OP. ANS. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.



minum genus cognoscere nequeunt. A uos enim & progenitores innumera-
biles singuli habuimus: quorum alij diuites, alij pauperes, alij reges, serui, bar-
bari, Græciq; fuere: ideo ridet quod in quinque aut uiginti progenitorū ge-
nealogi nonnulli gloriantur. In omnibus igitur istis uerus philosophus uul-
gō deridetur, & modo superbus, modō rerum humanarū ignarus puratur.
Et paulo post: Si omnib. inquam o Socrates, ut mihi persuaderes, maior pax,
& pauciora mala essent in hominibus, non est possibile o Theodore, inquit,
mala omnino ab hominibus auferri: non enim apud deos, sed apud mortales
necessario, & in hoc loco uersantur: quamobrem toto animo conari debemus
hinc illō transire. Transitus autem & fuga terrenorum est imitatio Dei quan-
tum hominī possibile est: imitatur autem Deum iustitia, sanctitate, prudentia.
sed non est, inquit, facile persuadere multis, ita se ista habere: sed nequitia fu-
giendam, uirtutemq; sequendam putant: non rerū ipsarum gratia, sed ut bo-
nus uidearis. Hæc, inquam, aniles fabulæ sunt: ueritatem altius nos expona-
mus: Deus nullo modo iniustus est, sed quam maxime iustissimus. nec est ei
similis aliquid, quā si quis nostrū iustissimus fiat. Quare Dei cognitio
sapientia est, & uirtus uera: ignorantia uerō ruditas est, & nequitia manifesta.
Quæcunq; autem alia dicitur sapientia, uidetur quidem, sed non est. Nā quæ
in reb. ciuilibus, est onerosa: quæ uerō in artibus, fabrilis. Quicumque igitur
iniuriatur, sapiens propter astutiam suam dicendus non est: ignorat enim quod
minime ignorare oportet, quantum iniustitia detrimentum asserere soleat: nō
quod ipsi detrimentū putant uulnera uel mortem, quæ patiuntur etiam qui
nihil iniuriantur: sed quod effugere iniuriantib. impossibile, apud scripturā e-
tiam humana uniuersa hæc sapientia stultitia nominatur. Scriptum est enim:
Perdam sapientiam sapientum, & intellectum intelligentium destruam. ubi
sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor huius seculi? Quod autem qui uerē ac se-
cundū Deum philosophatur, nihil prauū sapere debet, inde discimus, quia nō
ea quæ uidentur, quæ temporalia sunt: sed ea quæ non uidentur, quæ æterna
sunt, considerare iubemur. Nequitiam aut in terris & in hac mortali uita con-
uolui, propheta ostendit, dicens: Quia furtum, & adulterium, & cedes susa in
terram sunt, & sanguinem sanguini cōmiscerunt. Ad Deum autem hinc fugien-
dum esse Moses ostendit: Post Dominum Deum tuū ambulabis, & ipsi ad he-
rebitis. Imitandum quoq; Deum esse significat, dicens: Sancti sitis, quia Domi-
nus Deus noster sanctus est. De iustitia uerō Dei David clamat: Iustus Do-
minus iustitiam dilexit. Idem diuitias cōtemnendas esse docuit, dicens: Diui-
tias si affluant, nolite cor apponere. Et rursus: Noli timere cū diues factus fue-
rit homo, & cum multiplicata fuerit domus eius. Quoniam cū interierit, non
sumet cum eo omnia. Principatus etiam hominum non multi facere monet,
cum dicat: Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non
est salus. Exibit spiritus & abibit in terram suam, & in die illa perdentur om-
nes cogitationes eius.

Quod nonnunquam falso ad utilitatem audientium utendum est. Cap. XXI.

Non autem, inquit Plato, alienum à grauitate sua legislator putabit falso
aliquid ac serē inepte ad utilitatem iuuenū dicere, maxime si quod fal-
so dicitur audientes ita trahat, ut non ui, sed sponte iustitiā uelint suscipere: so-
lidum enim bonū ueritas, sed non ita facile plerunq; persuadet. Innumerabi-
lia huiusmodi uerba sunt in scriptura, ut puta, quando poenitere Deum, aut
dormire, aut irasci, aut alijs perturbationibus ferri scribit: quæ quamuis altius
interpretata, non procul à ueritate sint: uerba tamē ipsa uel terrendo, uel per-
mulcendo nonnihil profint illis, qui altiorem uestigare sensum nequeunt.

Quod omne genus hominum ad ueritatem uocandum est. Cap. XXII.
Recte in superiorib. Plato inquit, uiros & mulieres, liberos & seruos, iu-
uenes & senes, sic disciplinam ciuilem, ut dictum est, amplecti oportere,
ut nunquam

A ut nunquā cessent uarijs modis atq; carminibus, quæ diximus decantare. Et
in quinto de Republica: Nihil inquit, o Theodore ad gerendam rem publi-
cam pertinet, quod ad mulierem, quia mulier, non pertineat: aut ad uirū per-
tineat, quia uir. Sed cum una natura utriusq; animalis sit, quæ ad uirum natu-
ra, hæc ad mulierem etiam natura pertinet. Est autem in omnib. imbecillior
uero mulier. Vtrum igitur uiris omnia, mulieribus uero nihil concedemus?
nō rectē inquam. Rectē, inquit, dicis: nam mulier alia medica esse potest, alia
musica, alia ad utrumq; inepta natura. Similiter alia bellicosa, alia non: alia phi-
losophus, & alia nō: alia magni animi, & alia pusillanimis: & alia ad custodien-
dam ciuitatē nata, alia non, sicuti & uiri. Eadem enim est utriusq; natura, præ-
terq; quod altera imbecillis, & altera robusta est: quare similes natura mulie-
res ad cohabitandū, simulq; rem publicam gerendam uiris dandæ sunt. Decet
enim ut natura similes potius quā dissimiles cōueniant. Hæc re ipsa apud
Iudeos factitata cognouimus. Docet enim eorum historia nonnullas mulieres
uirtute atq; prudentia ciuitatem ab hostib. liberasse. Doctrina quoq; nostra
omne genus hominum tam uirorum quā mulierum, liberorū simul & ser-
uorum, Græcorum aequaliter ac Barbarorum, paruulorum ætate, ac senum,
in hoc diuino ueroq; philosophandi genere nostro libenter suscipitur.

Quod etiam de Salomonis Parabolis Plato multa accepit. Cap. XXIII.

In Parabolis Salomonis memoriam iusti laudibus efferri, & nomen impio-
rum extingui, breuiter atq; cōmode dicitur, similiterq; dictū est, Ne beatū
aliquem putas, antequam moriat. Audi ergo quomodo hanc ipsam rem la-
tius in septimo de Legib. posuit Plato: Quicumq; inquit ciues præclare labo-
rioseq; aut animo aut corpore gesserint, legibusq; semper obtemperantes fue-
rint, laudib. post mortem efferri oportet: uiuos enim laudare, antequam, e ui-
ta exierint, ac bonorum operum finem imposuerint, tutum non est. Hæc non
de uiris solum, uerum etiam de mulierib. intelligendum censeo. Diuitias atq;
paupertatē ne mihi des, in Parabolis Salomon dixit. Plato quoq; in tertio de
Republica: iam diximus, inquit, quæ custodes ac magistratus, ciuitatis diligē-
ter pellere semper debent, curareq; ne aditum in ciuitatē habeant: quæ ista, in-
quit, sunt? Diuitie, inquam, et paupertas: altera namq; delicias, otium, & factio-
nes asserunt: altera illiberalitatem, malignitatem, & factionem. Malignitatem
uero appello operationē infamem. Moses in legibus, Patrē atq; matrem, scri-
psit, unusquisq; timeat. Et alibi dicitur: Honora patrem & matrem, ut bene tibi
fiat: quæ ambo in Libro de Legibus Plato coniunxit: Unusquisq; inquit, nisi
mente captus sit, et timet, et honorat parentes. Et rursus: Seniores re et uerbo
unusquisq; uereat: et si ultra uiginti annos excedūt, tanquā parētes honoret.

De seruis. Cap. XXIII.

Cum Moses Hebræorū Hebræo seruire indecens duxerit: & si acciderit,
septimo anno, liberum emitti iusserit: Plato in libris de Republica, Græ-
cum Græco seruire prohibet, dicens: Nec Græcum seruum habeas, & ceteris
Græcis similiter facere consulas: sic enim ad Barbaros Græcia uerfa facilius à
se ipsa abstinerebit. Nemo, inquit Plato fines atque terminos terra moueat, nec
domestici, nec ciuis, nec uicini: putauit enim ita illud intelligendum esse: Nō
transgrediaris terminos antiquos quos posuerant patres tui.

Quod aliqua in alienum sensum accepit. Caput XXV.

Quicumq; autem, inquit, fines transgressus uicini arauerit agros, damnū
eō suplicij ei deponat, cuius agrum arauit. Patris, inquit, peccata non luant fi-
lij: nisi quis mortis supplicium alicui deberet: hoc autem non ad filium aut
nepotem solū, sed usq; ad pronepotē procedat. Hoc apertissimē inde traxit,
qui reddidit peccata patrum filijs usq; ad tertiam generationem. In furto qua-
druplū reddi iussit Moses, si occiderit aut uendiderit quæ furto ablata fuerūt:



sin autem quodeunque animal sit uiuum apud aliquem reperitur, duplum reddi iubet. Et Plato, Vna, inquit, lex de furto ponatur: duplum enim reddi par est. Si autem reddere non habet, uinculis teneatur quousq; aut reddat, aut aduertariū placet. Cum Moyses scripserit non esse homicidam eum qui furem in fouea latentē interfecerit, congruenter Plato dicit nocte furem interficere licere: innocens quoq; sit, inquit, qui spoliātem interfecerit. Si uerò, inquit, brutum aliquod animal hominem interfecerit, extra urbem interficiatur, nisi in certamine id factum sit. Moyses uerò: Si cornu, inquit, taurus uirum aut ferminam percusserit, atq; interfecerit, lapidibus interficiatur: nec carnes eius comedantur: dominus autem eius innocens erit, cum prophetica scriptura dicat: Ecce domus Israel, filij hominis, permixti omnes sunt aeri, stanno, plumbo & ferro, in medio camini argentum permixtum est. Ideo hec dicit Dominus: Quoniam facti estis omnes mixtura una, ideo ego suscipiam uos, sicut suscipitur argentum, & aes, & ferrum, & plumbum, & stannum, in medio camini, ut suffletur in eo ignis, & infundatur. Pespice quomodo Plato totum hunc locum intellexit, & quasi fabulam exposuit. Audiatis, inquit, fabulam: omnes qui in eadem ciuitate uiuimus, fratres sumus: sed cum Deus nos fingeret, aurum cum illis miscuit, qui ad gubernandum apti sunt: argentum autem cum illis, qui armis ciuitatem defendunt: nam & isti honore digni sunt: ferrum autem & aes agricolis, & alijs opificibus infundit: haec nonnunquam alterum ex altero fiunt. Nascitur enim ex auro argentum, & ex argento aurum. Magistratibus igitur Deus praecipit, ut magnam diligentiam habeant: si quis degenerauerit ab auro in argentum, aut ex argento in peiora: nullo modo agnoscat, sed naturae congruentem reddentes honorem, in opifices aut agricolos deducant. Quod si a peioribus argentum aut aurum productum sit, honoretur iste, ad conuenientem que locum argenti aut auri conscendat. hoc maximè omnium seruandū est. Cum enim ferrum, aut aes ad regendum peruenit, tunc ciuitas destruetur, cum prophetica scriptura ad praesules populi dixerit: O pastores Israel, an pastores se ipsos pascunt: nonne oues pascuntur pastoribus? Ecce lac deuoratis, pinguē ouem occiditis, uellerib. indumentata conficitis: oues autem meas non pascitis, nec quod perierat que siuistis, nec fractū alligastis, nec errātem reduxistis. Plato in primo de Republica sic illa interpretatus est: Nunc, inquit, Thrasymache illud dicendū, pastoris esse, pingues quam maximè potest pecudes reddere. Tu autem dicebas non ad omnium utilitatem, sed ad suam istud sibi esse faciendū, quasi ad opes, aut ut maioribus uendat oues pasceret. Nō esset autem hoc modo pastor, sed heluo quidā aut avarus. Pastor autē ille est, cui nil curae aliud est, quam ut optimè opus suum faciat: opus autē suū pascere est. Quare fateri oportet, principis quoq; opus esse, nō alterius utilitatē cōsiderare, quam subditi, cum in scriptura feratur: A timore tuo Domine in utero cōcepimus, et parturiuimus, et peperimus spiritu salutis. Socrates apud Platonē in Thetico sic imitatus est: Qui mecum, inquit, uersantur, idē patiunt quod parturiētes: dolorib. n. partus ac dubitatione replentur, multoq; magis quam mulieres parturientes exagitant, quem quidē dolorē partus excitare et sedare ars mea facile potest. Ezechiel scribit: Et uidi, & ecce uētus turbis ueniebat ab aquilone. Ac paulo post: Et in medio eius similitudo quatuor animalū, & aspectus eorum, similitudo hominis in eis: et quatuor facies uni. Similitudo autem uultus eorū facies hominis, et facies leonis à dextris ipsorū quatuor, et facies uultū à sinistris ipsorū quatuor, & facies aquilae à dextris ipsorum quatuor. Que Plato imitatus sic est: Imaginem, inquit, animi fingamus talem uidelicet, quales apud praescos naturae quaedam factae narrant. Chimerae scilicet, Scyllae, ac Cerberi, dicunt, inquit, haec. Finge igitur unam quidem ideam uarię ferę atq; multi capitis, que domesticarū capita, & syluestriū ferarū habeat. Difficile, inquit, est quod fingere te uolo, sed tamen,

sed tamen, quia facilius oratione, quam cera fingimus, progrediamur. Altera ergo idea leonis fingatur, & postremò hominis. Cōiungatur deinde sic in unū, ut hominis imago extrinsecus cōplecti cetera uideatur: ut qui oculis hoc animal cernit, consimiliter cum eam solum modo uideat, & interiora latent hominem solummodo esse putet. His ita factis, iniustissimè faciet, & iniustiliter consulet, qui dicet leonem & ceteras feras nutriendas esse: hominē autem fama sic deneruandū, ut facile a feris ducat: ipsasq; feras nō esse ad amorem reducendas, sed incitandas potius, ut inter se pugnantes, alia aliam deuoret. Is autē iustissimè simul atq; utilissimè cōsulet, qui dicet: dandam esse operam diligenter, ut animalis huius compositi, ac multi capitis principatum solus teneat homo: & quasi agricola, quae mansuetae sunt, moderatē nutriet: immanes autem feras leonis uiribus usus domet.

Quod in duodecim tribus ciuitatem suam iudeorum imitatione Plato diuidit.

Capit. XXVI.

In duodecim tribus iudeorum genus diuisum, nemo ignorat: quem diuisiōnis numerum ciuibus suis Plato attribuit, dicens: In duodecim quam aequaliter fieri potest, uniuersa regio partes partiat, & sorte una tribus unā partem possideat, & duces singularum tribuum eligantur.

Quod situm urbis iudeorum secutus est. Cap. XXVII.

Prisei iudei metropolim suam diuino consilio longē à mari in montibus condiderunt, Plato quoque quam in Legibus condidit urbem, in simili Hierosolymorum loco eum constituit, ut uideatur ad urbem Hebraeorū respiciens uerba cōposuisse. Ferme namq; inquit, o amici, per decem millia passuum a mari aberit haec ciuitas, portumq; habebit quam optimū, et agros, regio nem' que fecundissimam: cauebitur autem, ne alia ciuitas prope nimitū sit, Maritimam enim condere non debemus, ne alienis moribus uarijs uilibusq; facilius corrumpatur. Cum autem per decem millia passuum distet à mari, portuosaq; optimè sit, nec utilitateq; maris omnino priuatur, nec ita facile moribus alienis repleta nequitiam fouebit.

De prudentia. Cap. XXVIII.

Vndecimo autem de Legib. omnium rerum minimarū etiam curam & gubernationem Deo creatori attribuit: impietatisq; crimine illo accusat, qui non agi. gubernari que omnia diuinitus putarit. Primum, n. inquit, Deum iam ambo cōceditis, uidere, audire, scireq; uniuersa, nihilq; ipsum penitus effugere, atq; latere posse. Est ne ita, inquit, an aliter? Ita prorsus. Quid porro: posse ne Deū omnia concedimus, an contra? non est negandū, inquit, omnia Deo possibilia esse: optimū autem esse omnes concorditer iam concessimus. Nonne igitur desidia quadam ocioq; pernicioso teneri Deus uidebitur, si cum possit & sciat, uniuersum gubernare negligit? Rectissime id abs te dicendum est, inquit. Deum igitur putare debemus quanto melior, potentior que ceteris est: imo uero potentissimus, atq; optimus, & sapientissimus omnibus simul prouidere. Non enim fas est aliter omnino opinari, falsumq; omnino est non habere curam artificem his de reb. quas artificio suo efficit. Et post pauca: Nulla, inquit, mūdi pericula Dei prouidentia effugit: nam cū pars totius gratia, nō totū partis factū sit, nullus penē totū gubernat, nisi partiquoq; prouideat. Et post aliqua: Nec enim neglexeris rectē faciēs, nec si in profundū terre deueneris, aut si in caelū euolaris: sed supplicio congruenti uexaberis, aut hic, aut apud inferos: quod mihi de illis etiam dictū putato, quos tu, quoniam magnos de paruis scelere quodam euasisse uidisti, a miserritu tuo te ubi à facie tua me abscondam? Si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Si sumptero pennas uentorum, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua ducet me.

OP. A. N. S. B. C. S. R.



Quod Plato Gentilium deos contemnebat. Cap. I.



Sed abunde iam ut puto, Platoniam philosophiam quasi Hebraeorum lingua in Graecam esse translata demonstratum est: nunc reliqua persequamur. Primum igitur considera, quomodo patriam de dijs opinionem tanquam falsam redarguebat, hoc modo scribens in Timaeo: Sed de aliorum dæmonum, atq; deorū generatione scribere maius est opus, quam humeris nostris ferre possumus: quare his qui hæc crediderunt credere debemus: qui cum à dijs orti sunt, & parentes suos qui sint, optimè teneant, nullo modo falluntur. Quare quamuis nec necessariò, nec uerisimiliter dicant tamen quia rem suam enarrant, æquum est ut eis fidem adhibeamus, legi-obtemperantes. Quare secundum priscorum instituta, genealogia deorum terminetur: credantur que Cæli & Terræ filij Oceanus & Thetis fuisse, ex quibus Phorcus, Saturnus, Ops, & alij quàm plures nati sunt: à Saturno autem & Ope, Iupiter, & Iuno. Primum igitur deorum nepotes poëtas appellans, deridere mihi deos uidetur, non deos, sed homines nepotibus eorum natura similes fuisse ostendens. Deinde theologos ipsos, quos deorum nepotes appellauit, uehementer carpere uidetur, cū inferat, quamuis absq; necessaria, imò uerò uerisimili demonstratione dicant. iocari autem uidetur dicentibus, quia ipsi probe progenitores cognouerint suos: & qd impossibile sit, deonū filijs non credere: præter sententiam autem animi sui, deos appellasse manifestè ostendit: quia ut legem patriam uidelicet sequeretur, ita dixisse fatetur. Quæ omnia ita esse facilius cognosces, si audias quomodo clara uoce theologos gentiū omnes his uerbis in Epimenide reprehēdat: Theologia ergo, inquit, & uniuersū productionē, quoniā malè maiores nostri de his tradiderūt, suscipere melius est, ac ita defendere, ut aduersus impios dicere nihil timeamus. Iure autem maiorum theologia contemnendam esse in secūdo de Republica docet, ubi de poëtis & theologis, & de gentiliū dijs his uerbis utitur, quæ diligenter quæso animo uoluas: In maioribus, inquit, minores quoq; uidebimus: oportet enim eandem esse naturam, & idem posse maiores atq; minores. Nōne ita tibi uidetur? Videtur, inquit, sed non intelligo quos tu maiores appellas. Eos, inquam, quos Hesiodus atq; Homerus, ceteriq; poëta nobis tradiderunt. Omnes namq; poëta fabulas componentes, falsa hominibus & cecinerunt, & canunt. Reiciendi ergo sunt non solum quia mētunt, uerum etiam maximè, quia non benè mentiuntur, sed sunt quasi pictores, dissimilia omnino illis pingentes, atq; contraria quæ pingere debuerunt. Hæc, inquit, rectè accusanda sunt, sed quæ nam sunt falsa, atq; improbè dicta? Primum inquam maximum, & de rebus maximis mendaciū non benè mentitus est, qui dixit: Cæli ea fecisse, quæ ab Hesiodo narrantur, & qd Saturnus ipsū ultus fuerit. Nam etiam si uera essent, tacenda omnino tamē putarem: nec ipsa facile ad omnes efferenda, sed maximè certè celandi. Quod si necessitas quædam dicere cogere, pauca tradenda fuisse. Ardua. n. sunt, nec prædicanda, à Adymante, inciuitate nostra. Nec. n. iuueni persuadendū est, ulcisci parentes oportere, etiam si iniuriā inferant: nec autem omnino credendū est, deos inter se ita dissidere, ut alius alij bella & pugnam cieant: nec enim uera hæc sunt, nec nobis conducibilia: qui si rempublicā cōseruare uolumus, intestina bella, odia, & simulationes turpissimas ducere debemus: nec gigantū aduersus deos pugnas, & heroum in cognatos adolecentibus, explicandas iudico: sed si aliquo modo possemus, nunquam cui ciuē fuisse inimicium id libet persuadere. Hæc enim maximè adolecentibus, hæc uiris, hæc senioribus prædicanda. Quare poëta cogendi etiā sunt hæc carminibus edere. Saturni aut uincula, et Vulcani

A Vulcani à patre proiectio, cum auxilium pulsate matri afferret: deorumq; pugna, quas Homerus conscripsit, nullo modo audiendæ. Nam etiam poëta quam optimè atq; utiliter de Deo fingere debet. Multum enim ad uirtutem huiusmodi carmina conducunt. Quas igitur dicemus utiles ad uirtutem de dijs fabulas esse, ut respondeamus, si quis interroget?

Quod mendosissime de Deo poëta scripserunt. Cap. II.

Non sumus, inquit, à Adymante in præsentia poëta, sed urbium conditorum res conditorem autē urbis oportet formas quasdem rerum tenere, in quibus uersari poëta ita debent, ut inde digredi sibi nō liceat. Rectè, inquit dicitur. Sed quæ nā istæ formæ sunt? Tales certè, inquit, qualis sit Deus, heroicis, lyricis, tragœdijsq; dicendum est. Nam cū Deus bonus uerè sit, nihil ei malū attribuere debent. Bonum autem nullum nocet, an non? Ita uidetur, inquit. Putas ne igitur quod innoxium est nocere, an non? Nullo modo, inquit. Quod autem non nocet, facit ne quicquam malū? Neq; id quidem. Quod porro nihil malū facit, nullius certè malū causa erit? Assentiō. Nihil ergo nocebit. Præterea omne bonum utile est, an non? Utile uidelicet. Erit ergo causa felicitatis? Ita prorsus: Sequitur ergo ipsum bonum nō esse causam omnium, sed eorum solummodo quæ probe se habent, malorum uerò minime. Id iam negari non potest. Necessè igitur est inquam, quoniam Deus bonus est, nō omnium, ut multi putant, sed paucorum (pauciora enim bona quam mala sunt) causam esse. Malorum uerò non Deus, sed alia quadam causa est. Hæc mihi uerissime dici uidentur. Nō ergo audiendus est Homerus, cū ita impudentur de Deo loquatur quod duo apud Iouem dolia sunt, alterū bonis, malis alterū fati plenū: & cui Iupiter ex utrisq; dederit, is modo feliciter, modo contra se habet: cui autem mala solummodo destinauerit, hunc magna semper ærumna, calamitasq; pestis insequitur. Fœderis autem cōfusionem si quis per Pallada & Iouem esse cecinerit, non approbabitur: nec contentiones atq; pugnas deorum, nec puod Aeschylus dicit, occasiones diuinitus hominibus dari malorū, quādo eos Deus perdere uoluerit, nec nobis calamitas cæteraq; huiusmodi audienda sunt. Sed uel non fuerunt a Deo facta: illa uel, si a Deo facta cōtendunt, dicendū est cū qui puniunt miseri sint, nō Deū creatorem, sed miseriā suam sibi debita supplicia concitasse, quibus cruciati meliores facti sunt. Sed modo hæc prætermittenda. Maiorū autem si quis audet causam Deum dicere, siquidem uolumus bonis ciuitatē legibus fundare, nullo modo patiemur. Nec. n. fas est id dicere, nec conducibile, nec congruens, sed omnino nefandū ac falsum. Probatur mihi hæc lex inquam, sitq; ista prima formula, quod nulli omnium liceat malorum, sed bonorum solummodo causam Deo attribuere.

Quod Deus immutabilis ac uerus. Cap. III.

Ad hæc responde quæso, utrum putes ab illa in aliā formam Deum mutari, ut nos decipiat, an simplicem esse, ac nunquam mutationem aliquam suscipere. Non habeo, inquit, modo quod respondeam. Si quid autem à forma sua mutetur, uel a seipso, uel alio mutari necessarium putas, an non necessarium certè. Quod autem summū, optimū, potentissimum que est, mutari ab illo non poterit: hæc autē omnia Deus est: nō ergo diuersas ab alio formas accipiet. A seipso autem mutari qui potest dici: utrum. n. ad me ad peius mutabitur? Necessè est, inquit, si quod mutatur optimū est, ut mutare. Minime, inquit, necesse igitur est, cum sit pulcherrimus atq; optimus, simplicissimum eum esse, ac informa sua semper constantissime manere. Mihi etiam ita uidetur, inquit. Nullus ergo nobis deos quasi peregrinos orbem circumcircare asserat, nec multa de Proteo ac Thetide mendacia dicat, nec Iunonem in Artistidem cōmutatam ea fecisse contendat, quæ multis conscripserunt. Sed hæc, omniaq; his similia pellantur à ciuitate, sed forsitan, inquit, ipsa

Prima formula quid de Deo sentiendum.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



quit, ipsi quidem dii nullo modo mutant: nostra uero phantasmata ita mouent, ut mutari nobis uideatur. Quid igitur, inquam, uellet ne unquam Deus mentiri, aut seducere re uel uerbo falsa nobis phantasmata imprimens? Nescio id quidem, inquit. An ignoras, inquit quod uere falsum est, si ita dicere conuenit, id non diis solum, uerum etiam hominibus odio esse? Quomodo id dicis, inquit: non enim intelligo: putas enim inquam magnum quid me dicere: ego uero dico cum falsum ita in anima se habeat, ut errore intellectus circumuoluatur, atque ignorantia nemo penitus id uellet, & oderunt omnes id falsum: hoc est quod paulo ante dicebam, uere falsum animi eius qui mentitur ignorantia. Falsitas enim quae in uerbis est, eius falsitas imago est, qua animus seducitur: quod quidem falsitatis simulacrum sincera puraque falsitas non est: atque ideo non semper odio dignum est: conducit enim nonnunquam uel aduersus hostes, uel ad eos qui amici uidentur, quando mali aliquid inferre conatur. Tunc enim ad incommodorum euerfionem falsitate uti, non incommodum est: praeterca etiam, quae certe scire nequimus, quam ueri similiter fingentes nonnihil de utilitatis adipisci conamur. Qua igitur ratione falsitas Deo conuenit, utriusque quia prisca nesciat: an quia hostes uehementer formidet? an quia suorum insidias uelit effugere? Nihil, inquit, horum de Deo dici potest: mentiri ergo Deum nefas est dicere: unde simplex maxime & uerus uerbo atque re est, nec ipse in seipsum mutatur, nec alios aut phantasmatis, aut uerbis, aut signis uigilantes, aut dormientes decipit. Recte ista omnia dicta sunt, inquit. Sit ergo ista secunda formula, ne cui liceat seductorem, aut mendacem, aut mutabilem aliquo modo Deum appellare. Quare non est laudandum illud Homericum, quod somnium Agamemnoni missum est, nec Aeschylus audiendus, cum fingat Thetida dicere, Apollinem in nuptiis suis optimos esse filios ac longae uitae habituram cecinisse. Et ego, Thetis apud eum dicit, diuinum Apollinis os falsum pollicere non sperabam: nunc autem uideo ab eo ipso, quod mihi secunda de filiis cecidit, filium meum esse interfectum: Haec ceteraque huiusmodi pellenda omnia a ciuitate sunt. Quod igitur Plato uerbis praecipit, id ipsum re in Hebraeorum scriptura factitatum inuenies: nulla enim de Deo turpe fabulam, nulla de angelis, nullam de pijs uiris inuenies. Cum autem honorum causam esse Deum Plato asserat, nonne a Mose illud accepit, qui singulis creatis subiugit: Et uidit Deus quod bona. Et omnia simul repetens, Et uidit Deus, inquit, uniuersa quae fecerat, & ecce ualde bona. nec unquam apud Hebraeos malorum causa Deus putatus est. Quare propheta etiam ad hominem, qui sua se uoluntate deprauauit, his uerbis utitur: Fructuosam ego te uitem plantaui, quomodo retro uersa es? Quod si alicubi mala diuinitus improbo dare scribit, poenas atque supplicia mali uocabulo intelligere debemus, quas Deus cum sit bonus non ad detrimentum eorum quae puniuntur, sed ad utilitatem atque commodum mittit: sicut medicus ad saluam laborantium cura nonnunquam utitur amara, dolorisque plena. Unde apud Platonem quoque dictum est, utilitatem consequi eos, qui puniuntur. Et Iudeus quidam dixit: Castigat Dominus quem diligit. Quod autem mutari Deus non potest, sic a persona eius in scriptura dictum inuenit. Ego Dominus Deus uester, & non mutator: Et apud Psalmistam: Omnes sicut uestimenta ueterascunt, & sicut opercorum mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. Quid si Dei uerbum in forma figurata hominis uenturum scriptura praedicat, quod nos iam uenisse affirmamus, atque ideo mutationem Deo attribui nonnulli putent, sciant quia non ut gentium fabulae de Proteo, Thetide, atque Iunone. nec ut ceteri dii, qui errantes sicut peregrini orbem circumeunt: ita uerbum de Hebraeorum scriptura in hominem mutatum esse affirmat. Verum quoniam rationale animal mal homo Dei a Deo errauit, ut neque Deum, Deique prouidentiam neque, seipsum cognosceret, sed in naturam bestiarum male agendo incidit, ideo Deum ut medicum & saluatore uenturum praedicabat, non quidem a sua natura mutatum. Non

Secunda formula, quid de Deo sentiendum.

A Non enim seduxit eos qui uiderunt, sed utramque uerissimè conseruauit, uisibilem dico atque inuisibilem naturam. uisus enim homo est, & quidem uerus homo fuit: uerbum etiam Dei uerum, filiusque Dei uerus est. Quare non seduxit credentes, neque falsitas ulla in eo inuenta est, qualis etiam Platoni Deus esse uideatur. Maxime igitur Deus uerbum uerbo atque re simplex est, nec a seipso mutatus unquam fuit, nec alios, aut phantasmate, aut uerbo, aut signo uigilantes aut dormientes decipit: sed sicut rationalium medicus animarum salutem uniuerso generi hominum asserens, uere non phantasticè hominem assumpsit, ac ita nobis omnibus ad ueram pietatem, ad ueramque Dei cognitionem conuersionem largitus est. Talia igitur nostra sunt, eos uero qui aliter dicunt, ab ecclesia tanquam a ciuitate Platonis consilio expellimus.

Quod Socrates, quia Gentilium deos spernebat, occisus est. Cap. IIII.
DEos autem gentium a Socrate quoque contemptos fuisse, & hac de causa eiecitur ab Atheniensibus, diximus. His enim uerbis in Euthyphrone Plato utitur. Ipsi enim homines Euthyphron, inquit Iouem optimum atque iustissimum deorum putant: & tamen fatentur, patrem ab eo uinctum fuisse, quia filios impie deuorabat. mihi aut irascunt, quia patrem iniuriantem ulciscor. Et si contraria sibi ipsis de diis et de me dicere inueniuntur. Num, inquit, Socrates, & Euthyphro propterea ipse accusatus sum, quia aegre fero talia dicta de Deo? Haec Numenius in libro de Arcanis Platonis hoc modo exponit. Si accusationem de Atheniensium theologia Plato scripsisset, ostendissetque se de rationibus parentum atque filiorum, & deuorationes ultionesque iniquas, & nefanda matrimonia impie diis a theologia eorum attribui, dedisset meo quidem iudicio causam Atheniensibus, inuolueretque ipsos ad eandem suam, atque ita more Socraticis obisset, sed uiuere quidem ille impietate inuolutus nunquam uoluisse: quoniam uero & uiuere & uere ac pie dicere tutum poterat, Euthyphronem quidem uirum arrogantia corruptum pro persona, non Atheniensium solummodo, sed omnium qui pie non sentiunt, ipsum autem Socratem pro persona sua posuit, atque ita ueritatem & securitatem simul consecutus est.

Quod nullo pacto iniuriandum sit. Cap. V.
IN Critone autem mortem pro ueritate omnino despiciendam, his uerbis ostendit: Ego uero, inquit, Crito, non modo nunc, sed semper talis fui, ut nulli magis quam rationi credam ei quae mihi optima uideatur. quamobrem non possum nunc, quoniam isto casu oppressus sum, rationes eas quasi falsas contemnere, quas & prius ut optimas praedicaui, & nunc similes mihi uidentur. Et nisi meliores alias dicere habemus, nec si etiam maiora quam mors & uincula pecuniarum quae ablationes innuerent pericula, tanquam puer laruis territus, a proposito desistam. Sed uideamus an recte prius dicebamus, quod oporteat opinionem alias improbare, alias minimè. Nam si hoc antequam mors instaret recte dicebatur, nunc uero aliter uidetur. Ludus quidem & deliratio, disputatio nostra fuit. Sed quoniam praesens tibi calamitas nulla impendet, non ne sententiam meam probas, quia scilicet alia hominum opinionum amplectenda sunt, alia nequaquam: nec hominum omnium, sed aliorum opinionum eligenda, aliorum uero minimè? Quid ais? Probe, inquam, dicitur. Bonae autem non ne sapientum sunt, praeuae autem insipientum? Quid ni? Vtrum igitur uir bonus laude ac uituperatione & opinione cuiusuis mouebitur, an eis solummodo, qui ea in re praecipuum habeat artificium? Eius solummodo mihi uidetur Fugienda ergo est uituperatio, & laus expectanda. Non quidem multorum, sed eius solummodo qui praecipuum habeat rei (cuius laudes desideras) doctrinam. Ita faciendum uiuendumque, ut ipse monet, ceteris omnibus contemptis. Quare ne cetera percurram, de iustis quoque atque iniustis, turpibus, & honestis non multorum opinionem sequi oportet, sed

OP. A. V. S. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.



DE PRÆPARATIONE EVANGELICA

et, sed eius solummodo qui hæc rectè intelligit, què uerè atq; timere quàm ceteros omnes oportet ipse censeo: quem nisi sequamur, nec iusti uidelicet, nec prohi erimus uiri. Quare nec uiuendum nobis est ita corruptis. Nò ergo curare debemus quid multi, sed quid dicturus esset, si quis intelligeret, aut ipsa ueritas, si ei attribueret oratio. Hoc ubiq; pro pietatis ueritate ita factitatum a nostris est, ut nullus nostrum uoluntatem aliorum consideret: sed omnes uno animo Christum sequamur, nullas pecuniarum ablationes, nulla uincula, sed nec mortem quoque ipsam timentes, quales apud Hebræos etiã priscis temporibus multi fuerunt.

Quod non sit iniuriandum. Cap. VI.

In eodè nullo pacto iniuriandum esse Plato censet. Assert ne, inquit, turpitudinem iniurianti, & dedecus iniuria, an non? Assert, inquit. Nullo igitur pacto iniuriari oportet. Fateor, inquit. Nec ergo etiam laeso referenda iniuria est, ut multi putant, quoniã nullo pacto iniuriandum est. & quoniã malefacere nihil aliud est quam iniuriari, non oportet male alicui facere etiam innumerabilia mala perpeffus sis. Hæc nobis à Christo clarius præcipiunt, & propheta multo ante Platonem: Si reddidi retribuētib. mihi mala, decidã ab inimicis meis inanis. Et rursus: Cum his qui oderūt pacem eram pacificus. Quod autem pro ueritate mori debeamus, quod multi Hebræorum fecerunt, Christianorum uerò ferme innumerabiles, Socratem audi apud Platonem in Apologético dicentem: Si dicetis, inquit, mihi o iudices, Anyto quidem accusatori tuo Socrates ualere dicemus, te aut hoc pacto ac fædere liberamus, ut nūquã amplius, ut solebas, philosophari audeas: & si aliter feceris, ut moriaris. Si hæc mihi diceretis, constanter responderem, quod ego diligo quidem uos o uiri Athenienses. credo autem Deo magis quàm uobis. Quare quousq; uitam & possum, nunquã philosophari, id est, recte uiuere non desinã: nec desitiam unquam hortari admonereq; uos, quemadmodum cõsueui. Hanc Platonis Socraticisq; sententiam uix à solo Socrate, ab Hebræis aut & ante Christum multis & post Christum innumerabilibus constanter ipsa re approbatam inuenies. Hebræos enim etiam Saluatoris nostri discipulos fuisse non ignoramus.

Quod fortes uiri etiam post mortem patriam defendunt. Cap. VII.

Sed uideamus quid de his dicat, qui pro defensione patriæ magno animo militantes mortui sunt. Non ne igitur, inquit, eos qui militio fortiter pro patria faciētes interierūt, aures generis fuisse dicemus? Omnino, inquit. Credeamus igitur Hesiodo postquã aurei generis homines mortui sunt, a multis homines angustijs semideos factos liberare, mortaliumq; omnium esse custodes ac in posterum quasi deos colimus, eorumq; adorabimus monumēta. Similiter etiam omnes, q; præclare uixerūt, quoquo modo mortui sunt honorabimus. Hæc nos quotidie facitamus, quæ pietatis milites, ut Dei amicos honorantes, ad monumenta queq; illorum accedimus: uotaq; ipsis facimus, tanquã uiris sanctis, quorum intercessione ad Deum non parum iuari profitemur. Hæc à Platone collegimus, ut ostenderemus Hebraica illi philosophia munita, nostris cõsentanea scripsisse. Plurè istis apud eum inueniri ab Hebræorum scriptura non sum nescius, sed omnia colligere longum est. Verum ne soli nos ab Hebræis tam Platoni, quàm alijs multo furto esse ablata conspexisse uideamur, aliorum quoq; testimonia qui hoc ipsum perspexerunt, ponenda sunt. Primumq; Aristobolum audias, qui in libro quem ad regem Ptolemæum scripsit, his uerbis utitur: Apertissimū quidē est leges & disciplinam nostram diligenter fuisse Platonem secutum. Non enim latet, si quis attentius eum ledat, perlectã ab eo, & quidem diligenter, scripturã fuisse. Scimus etiã omnes ante Demetrii Phalerei tempora, imò uero ante Alexandrū & Persarū imperium quin p. Mosi libros in Græcam linguã, quamuis nò cõmodè, traductos fuisse. Tord uero scriptura nostra Demetrii Phalerei opera, & philadelphi regis, cui

LIBER DECIMVSTERTIUS.

124

Agis tui progenitor iustu aptissime translata est. Et post pauca: Diuinã uocẽ inquit, cum dicatur, Et dixit Deus, Fiat, et factum est: nò syllabis prolatur sermo, sed operis nutu ipsius cõstitutionē intelligere debemus. Quod mea quidē sententia Pythagoras, Socrates atq; Plat. secuti Dei uoces audire dicebãt, uniuersi productionē a Deo emanasse uidētes, et uirtute illius cõtineri nò dubitãtes. Sed Orpheus etiã in carminibus, quæ inscripsit de uerbo sacro, diuina uirtute omnia gubernari, cuncta p. a Deo producta hoc modo asserit, Vos qui uirtutem colitis, uos ad mea tantum. Dicta aures adhibete, animosq; intendite uestros. Contra qui sanctas leges contemnit, hinc uos E fugite, et procul hinc miserè, procul ite profani. Tu uero qui diuina specularis, & alta mente capis Musæ uoces amplectere, & illas Aspiciens sacris oculis sub pectore serua. Hoc iter ingressus, solum illum suscipe mundi Ingentem autorem, solum interitu p. carentem, Quem nos presenti, qui sit, sermone docemus: Unus perfectus Deus est, qui cuncta creauit, Cuncta fouens, atq; ipse ferens super omnia sese: Qui capitur mente tantum, qui mente uidetur, Qui nullumq; malum mortalib. inuehit unquam Quem præter non est aliud, tu cuncta uideto Hic ipsum in terris melius quo cernere possis: Hic etenim uideo ipsius uestigia, fortem Hicq; manum uideo, uerum ipsum cernere, quis sit, Nequaquam ualeo: nam nubibus insidet altis. Nemo illum nisi Chaldeo de sanguine quidam Progenitus uidit, quem cœlorum aurea. edes Sublimisq; tenet, cuius se dextra tendit. Oceani ad fines, quem de radicibus imis, Coacusiq; tremunt montes, nec pondet equamuis Immenso iunt, ferre queunt, qui culmina cœli Alta colens terris, nunquam tamen ille sit absens: Ipse est principium, medium quoq; et exitus idem, Præcorum nos hæc docuerunt omnia uoces, Quæ binis tabulis Deus olim tradidit illis. Aratus etiam sic de Deo loquitur: Ab loue principium, sunt louis omnia plena, Quem reticere nefas, loue cuncti utuntur, ab ipso Iouem. n. hic Aratus supremum Deum nominauit. Sed non his solū, sed omnib. philosophis, qui hoc nomine digni uisi sunt, ita pia de Deo sententia uidetur habenda, nostra lex sola diligentissimè sanxit. Ad pietatem. n. ueram sola nos adducit, & uere uirtutis curam habere compellit. Et post aliqua, Omnibus ergo productis, inquit, ad requiem a laboribus septimū diem nobis cõcessit. Et paulo post: Prima uero res naturaliter lux, in qua uniuersa cõspiciuntur, dici potest, quã quidē lucem sapientiam quoq; appellare possumus. Tota nempe lux ex sapientia est: unde quidam Peripatetici fulgorem ipsam appellarūt, quoniã qui eam sequit, per totam uitã nunquã cespitabit. Quod clarius Salomon ille dixit, ante cœlum & terram sapientiam genitã esse assermans. Quod autem scriptura dicit, requieuisse Deum in septima die: id non quia nihil Deus postea faciat dictum est, ut nò nulli putãt: sed quoniã ordo rerum fixum habuit statum, qui nunquam mutatur, cessasse Deum dicitur.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



DE PRÆPARATIONE EVANGELICA

Ideo enim dicitur, in sex diebus illum cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt creasse, & ut tempora & ordo rerum secundum prius & posterius significetur. Eo enim ordine facta sunt, quo postea gubernantur & transmutantur. Lege autem iussit hanc idem nobis esse seruandam, in signum rationis septimæ, quæ in nobis constituta est, in qua humanarum diuinarum que rerum cognitionem consequimur. Hebdomadibus autem uniuersum uoluitur, cuncta fouens quæ uiuunt & germinant, unde nomine quoque sabbatum appellamus, quod latine quies interpretari potest. Hoc ipsum Hesiodus quoque his carminibus, probauit.

Primum prima dies, dehinc quarta & septima sacra est. Et rursus.

Septima lux rursus sacra & præfulgida uenit.

Homerus etiam sensisse uidetur cum dicat:

Septima lux aderat, cuncta & perfecta fuerunt. Et rursus.

Septima ubi orta dies, Acherontis liquimus undas.

Hoc enim significat, quod obliuione uitioque animæ, in septima secundum ueritatem ratione, ubi cognitionem ueritatis adipiscimur, omnia prædicta relinquuntur.

Linus etiam hæc cecinit:

Septima cum uenit lux, cuncta absolueræ cœpit

Omnipotens pater, inque bonis est septima, & ipsa

Est etiam rerum cunctarum septima origo.

Septima primum eadem perfecta & septima septem:

Vnde etiam cœlum stellis errantibus altum

Voluitur, & circlis totidem circum undique fertur.

Hæc ab Aristobolo nobis sumpta sunt. Nunc Clementem, quid de hac ipsa re scripserit, audiamus: Modò, inquit, à Barbara, ut ipsi dicerent philosophia, multos furatos, Græcos fuisse ostendamus. Deum Stoici corpus dicunt, quia in corpore, & spiritum secundum substantiam quasi totius animam. Hæc aperta in scriptura inuenies: altiore enim sensum atque uerum perspicere nequiuert: unde per uniuersam mundi substantiam tanquam fouentem animam transire Deum asseruerunt. Seducti autem sunt, quia de sapientia dicitur, per omnia ipsum transire tenacitate atque mundicie sua, non enim intellexerunt de ea sapientia quæ prima creatura est, scripta esse. Hylen quoque in principijs, philosophi Stoici, scilicet Plato, Pythagoras, & Aristoteles poluerunt, quam informem & absque qualitatibus asserunt, quamuis Plato in Timæo unum occulte principium censere uideatur his uerbis: Quid nobis uideatur de omnium principio, aut principijs, modo dicendum non est: non alia de causa, nisi quia difficilimum est. Ille etiam locus scripturæ, Terra quoque erat inuisibilis & informis: occasionem eis dedit, ut Hylen Deo subijcerent. Vacuum autem Epicurus posuit, quoniam illud non recte intellexit, Vanitas uanitatum, et omnia uanitas. Aristoteles usque ad lunarem pilam prouidentiam Dei deduxit, illo Psalmo deceptus: Domine in cœlo misericordia tua, & ueritas tua usque ad nubes. Prophetica enim dicta ante Saluatoris nostri tempora magna obscuritate tegebantur. Supplicia uero apud inferos esse, tam poetæ quam philosophi à nostris acceperunt. Ad hæc autem sequitur necessarium immortalitas animi, quod enim supplicio et cruciatu uexatur, omnino uiuit. Plato uero, quod Hebræi gehennam dicunt ignis, fluuios, Tartarum, Cocytum, Acheronta. Pyriphlegethonta secundum poetas appellat. uiros uero igneos dicit damnatas animas ad supplicia impellere, angelos uidelicet quosdam, quibus iniusti puniuntur. Ad hæc angelum unicuique ad custodiam diuinitus datum, à scriptura non didicimus. Et Plato scribere non dubitauit hoc modo: Quoniam, inquit, omnes animæ sorte uiuendi modum elegerunt, ordine ad sortem suam progrediuntur mota à dæmone, quæ singulæ sortita sunt, qui ad custodiendam hanc uitam, & ad perficiendam quæ elegerunt, unà cum eis mittitur. Hoc ipsum eredo Socra-

Philosophi quomodo uocent gehennam.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

do Socratem etiam significasse, cum dæmone quodam sepius atque sapius gubernari se dixerit. Mundum quoque factum esse, à Mose didicerunt. Apertissime namque Plato uniuersum huius factorem atque patrem Deum appellat, quasi ab eo solo ex non ente formatum. Stoici quoque huius opinionis sunt, & quem scriptura diabolum nominat, malignam animam in decimo de Legibus Plato appellauit, aduersus quam pugnam nobis esse constituta ostendit. Cum autem mundum alium intelligibilem, alium sensibilem esse Moses ostendat, & alium primitiuum atque exemplar, aliud exemplaris illius simulacrum, quorum alterum scilicet intelligibilem unitati, alterum scilicet sensibilem se-nario accommodat numero, qui à Pythagoreis quasi fecundum coniugium appellatur. Nam in unitate quidem inuisibile cœlum, terram sanctam, & lucem intelligibilem creatam fuisse asserit. In principio enim, inquit, fecit cœlum & terram, terra enim erat inuisibilis. Et dixit Deus, Fiat lux. In creatione uero mundi sensibilis solidum cœlum creauit. Solidum porro nihil aliud quam sensibile est. Terram similiter uisibilem, & lucem sensibilem produxit. Hinc Plato ideas & species sensibilem, intelligibiles in intelligibili mundo collocauit. Corpus à terra formatum Moses asseruit, quod terrenum Plato habitaculum appellauit: rationalem uero animam Adæ faciem asseruit, unde philosophi in capite intellectuæ anima sedem arbitrati sunt. Ad similitudinem autem Dei factum hominem cum audiuerunt, sequelam illam intellexerunt, de qua scribit alibi Moses, Post Dominum Deum nostrum ambulate, & mandata eius seruate. Sequuntur nempe Deum omnes, qui pie ac sancte ipsum colunt. Hinc Stoici philosophi philosophandi finem congruenter naturæ uiuere terminarunt. Plato uero Deo per similitudinem inhaerere, & omnino bonum bono amicum esse atque simile. Et in Timæo iuxta libri finem: Oportere, inquit, ut intellecto intelligens secundum præscam naturam simile facias. Cum que simile factum sit, illum semper præ oculis habere finem, qui omnibus optimæ uitæ finis à dijs præpositus est, hunc que finem in præfuto futuro tempore sequi fratres quoque homines omnes, quoniam ab uno Deo producti sunt. Sed alios quasi ferreos, alios quasi argenteos, alios quasi aureos, ait. In Thetico autem cum ueram philosophorum uitam describeret, Pythagoras uero, Socrates, & Plato cum se uocem Dei audire affirmarent, constructionem uniuersorum diuinitus factam atque gubernatam intelligebant, Mosaicam illam uocem exprimentes: Et dixit, & factum est. Hesiodus uero de creatione Pandoræ dicit, quia Vulcano Iupiter iusserit aquam terræ commiscere, & uocem atque mentem hominis limo immittere, præterea dicit ignem artificiosum uia in generatione gradientem. Epicharmus autem Pythagoreus, unde nisi à scriptura didicisset, nihil eam Deo esse, & ipsum natura omnia uidere, nihilque impossibile ipsi esse. Democritus quoque omnia, inquit, Iupiter cognouit, omnia ille dare, & omnia potest auferre. rex omnium ipse solus est: Iouem enim plerumque primam causam solent appellare. Sed Pingarus multo magis mystice tanquam Pythagoreus, Vnum, inquit, hominum genus est, & ab una matre cuncti, unum patrem creatorem summum atque optimum artificem habemus, qui progressus singulis diuersos secundum merita præbet. Matrem profectò Hylen appellauit. Illud autem Platonis in epistola ad Erafton, et Choriscò omnino diuinum, patrem enim et filium nominat, & per eos prout tanquam uniuersi causam iurandum esse asserit. & illud similiter: Circa regem omnium omnia esse, secundum circa secunda, tertium circa tertia. Quæ omnia aut illi diuinitus reuelata sunt, aut quod reliquum est, ab Hebræis eorum que scriptura accepit: sanctissimam enim trinitatem illis uerbis significari, non dubito: tertium enim spiritum, filium secundum patrem, primum ordine

OP. A. F. M. S. B. C. S. M.



DE PRÆPARATIONE EVANGELICA
ordine posito collocamus. Heraclitus uero Ephesius, unum mundum sempiternum atque incorruptibile opinatur semper fuisse, futurumque affirmans, alterum corruptibilem & factum diuinitus. Plato rursus in septimo de Republica hanc diem, nocturnam diem appellat, propter huius mundi forte principes, somnum autem & mortem uiam anime in corpus similiter, ut Heraclitus, esse confirmat. quãobrem, ut puto, spiritus sanctus ore prophete de Salvatore nostro his uerbis prædixit: Ego dormiui, & soporatus sum: surrexi, quoniam Dominus suscepit me. Non enim resurrectionem solummodo Dei excitationemque a somno, sed descensum etiam eius in carnem somnum allegoricè appellauit. Ego uero de dominico etiam die, in decimo de Republica, his uerbis uaticinatum fuisse Platonem censeo. Cum, inquit, in prato septem dies singuli affuerunt, tunc surgentes hinc oportet in octauo die ipsos proficisci, et quatruiduo peruenire. præter enim, octauam spheram tanquam amœna sanctorum loca intelligimus: septem autem dies erraticarum sparsas & omnem operosam aciem ad finem requietis festinantem. Via uero, inquit, quæ ultra erraticas stellas est, ad supremum cœlum ducit, ad motum uidelicet & diem octauum. Quatruiduo uero peruenire ait per quatuor elementa, uiam fieri significans. Septimam etiam diem non Hebræi solum, sed omnes ferè tam philosophi quam poete sacratiorem esse cognouerunt. Antisthenes quoque propheticum illud, Cui me assimilasti, dicit Dominus, comutauit, Deumque dixit nulli simile esse. Quare impossibile est, inquit, ipsum agnoscere, cuius imaginem nullam habeas. Similia etiam Xenopho Atheniensis his uerbis scribit. Qui omnia quaerit, & omnia quiescere facit, magnus potensque est: quod omnibus patet. quæ autem forma sit, meminisse patet nisi ipsi soli, qui luce sua omnia perlustrat. quis enim corporeus Deum uerum cœlestem, atque immortalem oculis cernere potest? Et Xenophanes Colophonius: Unus, inquit, Deus inter deos atque homines maximus, nec corpore atque mente mortalibus similis. Cleanthes etiam Stoicus, Interrogas me, inquit, qualis Deus sit: attende igitur, bonus ordinatus, iustus, sanctus, seipsum possidens, utilis, speciosus, opportunus, seuerus, liber, semper commodus, intrepidus, sine mœstitia, sine dolore, tutus, gloriosus, charitas, quem esse omnes conueniunt, mitis, acer, tardus, sine querela, semper manens. Deinde idolorum cultum occultius meo quidem iudicio reprobandus subiungit. Illiberalis autem atque seruus est, qui opinione uulgari ducitur, quasi bonum inde quicquam consecuturus. Noli ergo uulgari opinione Deum colere, nec maligni luminis figuras honorare. Heraclitus autem uerbi, quod est semper, inquit, sensum homines non capiunt, nec ante quam audiant, nec cum primo audierit. Hecataeus uero, qui uniuersam historiam collegit, cum de Abraham & Aegyptiis dicat, Sophoclem tragicum in tragœdijs scripsisse affirmat: Unus uere, unus est Deus qui cœlum latam que terram fundauit, qui caruleam ponti undam, & uentorum status produxit. Mortales autem errore seducti, ex aëre, ac lapidibus, auro ebore que simulacra nocentium deorum constituimus, quos sacris solennitatibus pestiferis que honorantes, falsam pietatem amplectimur. Manifestum autem, in unum principium rerum Locrensis Timæus in libro de Natura his uerbis prædixit: Unum, inquit, principium omnium rerum est, ipsum absque origine. Non enim erit principium, si ab alio factum est: sed illud unde factum est, principium erit. Epicharmus autem comicus de diuino uerbo aperte sic scribit: Diuinum, inquit, uerbum est, quod artes hominibus suggerit, docet que facere quod conducit. Non inuenerunt enim homines artes, sed Deus hominibus eas immisit. uerbum autem hominum a diuino uerbo defluxit. Cuius autem per Esaiam spiritus sanctus clamat: Quid opus mihi est sacrificiorum multitudine, uestrorum dicit Dominus, plenus sum holocaustis agnorum, pinguedinem & taurorum sanguinem nolo. Et post pauca: Lauamini, purificati.

A purificateque uos, & eijcite iniquitatem ab animis uestris. ceteraque huius. Menander comicus uide quemadmodum in comœdia eisdem ferè uerbis ac sententia usus est: Si quis Pamphile taurorum in sacrificium oblata multitudinem, aut deorum aliorum huiusmodi propitium se habiturum Deum arbitrat, penitus errat, mentis leuitate seductus: sed oportet iustitiam seruare, non adulterio, neque uirginum uti corruptione: nec acus quidem tenuis filii, si alienum est, concupiscere. Deus enim prope est, & omnia uidet, quod illi simile est. Deus appropinquans ego sum, & non Deus de longe, faciet ne aliquid homo in occultis, & ego non uidebo ipsum? Deiphilus etiam comicus non aliunde quam a scriptura in comœdiam transtulit ea, quæ de iudicio dicit: Tu putas, inquit, mortuos, qui deliciose uixerunt, Dei iudicium effugisse, sed est iustitiæ oculus qui omnia perspicit. Duo enim itinera mortuis proposita esse putamus, alterum iustorum, alterum impiorum. Caue igitur ne erres, nam & apud inferos iudicium est, quod Deus dominator omnium exercebit, cuius nomen terribile, quod ego dicere nequeo. Si quis autem mortalium male agens putat Dei oculum effugere, is impia ducitur opinione. Caute qui putatis Deum non esse, est enim inquam. Si quis autem perperam agit, tempus lucratur, nam postea dabit poenas. In Orphicis quoque scripturæ inuenitur: Cum omnes deos occultauerit, ad latissimam rursus restituet iurcem. Quare si iuste, sancteque uiuemus, & hic beati, & postquam hinc recesserimus, beatiore futuri sumus. quam beatitudinem non determinato quodam temporis spacio habebimus, sed in æternum requiescere poterimus, una cum ceteris habitantes immortalibus. Idem Orpheus cum inuisibilem Deum affirmauerit, unum solummodo cognitione sui donasse de genere Chaldaeorum asserit Abraham, ut ego puto, aut aliquem ex suis significans his ferè uerbis: Nullus, inquit, Deum, nouit, nisi quidam unigenitus a genere Chaldaeorum defluxit. Deinde comutatis uerbis illud expressit: Cœlum mihi est sedes, terra uero scabellum pedum meorum. Deus, inquit, in cœlo aurea, in sede firmus sedere cognoscitur, terra uero sub pedibus eius est, manum autem eius dexteram ad fines oceani ostendit montium radices tremiscunt, ac uiribus eius resistere non possunt. Cœlestis igitur ipse est, & in terram omnem peruenit. ipse initium omnium, medium, atque finis. Hæc ab illis prophetis effluerunt. Qui si aperiet cœlum, tremor uniuersa comprehendet: & abs te montes liquefient, sicut a facie ignis liquitur cera. Et quis metitus est cœlum palmo? Quid oportet singula singulis conferendo longiorem esse? omnia quæ apud Græcos uel apud Barbaros siue poetas siue philosophos rectius dicta sunt, apertissime a Iudæorum scriptura deriuata uidentur. Hæc Clemens. Nos autem Platonem maxime admirantes, neque id ab re diligentissime: namque scripturam sequi uidetur. philosophiam tamen eius reijciemus, quoniam purissima eloquia sancta pura que sunt, longe ab omni mendacio remota, argentum purgatum & probatum terræ. Platonis autem, ceterorumque omnium dicta simul ac scripta, quoniam humanis cogitationibus atque coniectura ad considerandam naturam rerum accesserunt, non nihil fallacitatis permixtum possident.

Quod inconstanter de Deo Plato locutus est. Cap. VIII.

Nam si quis uoluerit amore atque odio depositis exquisita ratione ueritatem inspicere, mirabilem illum philosophum simulacris que manibus hominum facta in utriusque similitudinem fuerant, Dei appellationem turpiter attribuisse comperiet. Ita post sublimem illam theologiam, qua patrem & creatorem uniuersi unum Deum esse conscripsit, a cœlo in profundum idolatriæ delapsus, populi Atheniensis opinionibus ferebatur. Nec ueritus est Socratem in Pyram ad soluenda deæ uota descendente laudare. Gallum etiam

OP. A. IV. S. P. B. C. S. M.



Aesculapio sacrificare probè iustum à Socrate fateri uidetur, & Delphicū de mona paternū Græcię interpretem appellat, & diuinis libenter laudib. prole sequitur. Audi enim eū quā turpiter uulgarem de dijs opinionem confirmat, dicens: Aliorum autē demonū generationem cognoscere, ac dicere, maius quoddam opus est, quā nos ferre possumus. Sed credendum est his, qui iamdiū dixerunt, qui deorum nepotes sunt, & ut aiunt, clare progenitores suos nouerunt. Non enim possibile est, deorum filios incredulos esse. Nam & si nullam necessariam aut uerisimilem asserant demonstrationem, tamen quia sua se narrare affirmant, leges patrias sequentes credamus: propter hæc & cetera huiusmodi, is philosophus nobis, quoniam secum ipse dissidet, relinquendus est. Nam qui poetas, poetarumq; fabulas in libris de Legibus cōtemnit, quicq; mentitum illū ait, qui primus fingere ausus fuit, ea cœlum fecisse, quæ ab Hesiodo scribuntur: ceteraq; huius, quomodo nunc deos & deorum nepotes Saturnum, Iouem, Iunonem & ceteros appellat.

Quod non rectè Plato de demonibus sensit. Cap. IX.

AD hæc cum medium rationaliam naturam non absq; ortu, sed genitam scriptura prædicet, ex qua prolapsum genus demonum esse confirmet: atq; ideo nullo modo angelorum, aut demonum aliquem deū appelleret, quoniam nec à natura immutabiles sunt, nec à se ipsis, sed à prima causa tā esse quam bene esse, immortalitatemq; consequantur. Plato in corporeas quidem has intellectuales substantias & rationales similiter asserit. Sed primum non rectè non genitas tam ipsas quam omnem animam opinatur: deinde quasi natura defluxisse à prima causa, & ita constitutas esse contendit. Non enim omnino à non ente simpliciter factas arbitratur. Quare plurimorum deorum genus, quasi defluxus quosdam ac emanationes primę causæ & secundę, ut ipse dicit, nobis proponit, hos natura bonos esse: nec posse à propria uirtute labi, ac propterea deos esse affirmat. Genus autem demonum aliud quoddam facit, q; omnis nequitie, ac in peiora mutationis capax esse dicit. Horū alios bonos, alios prauos & esse & appellari. Hæc a scriptura ludæorum, id est à ueritate ipsa alienissimas sunt. Sed unde sibi hoc genus demonum constitutum esse? Nemo enim mentis compos a corporali materia, quæ irrationalis est, rationalem naturam demonum unquam constituet. Quod si etiam ipsi emanationes quedam superioris naturæ sunt, unde igitur nequitia in his posterioribus, quæ a primis emanarunt, nata est: quomodo autem amaritudo à dulcedine processit? Nam si prauis demones omnes tenebras, & omnem amaritudinem malignitate superarunt, quomodo ex defluxu melioris naturæ ortum haberunt: ex qua si emanassent, non mutari profecto ad peiora potuissent: si uero mutati sunt, non emanarunt certe ab impalsibili natura. Quod si neque à superiora natura defluxu quodam emanasse ipsos ratione cōfiteri cogimur, nec à corporum materia productos, sequitur non genitos esse, & sic ad corporum naturam non genitam, tertiam quandam naturam absq; ortu eū Deo uniuersi collocare uidetur, ita non erit sibi Deus creator ac pater omnium. Sed de his satis dictum est.

Quod non rectè in omnibus Plato sensit. Cap. X.

Nunc de anima quid sentiat uideamus. iam igitur cum immortalē Hebræis similiter scripserit, ac ad Dei similitudinem formatā putauerit, substantiam eius tamen ex indiuisibili constare contendit. Dicit enim in Timæo, generatione atq; uirtute priore corpore, quasi dominam animam esse productam, hoc modo: Ex indiuisibili substantiam, inquit, quæ semper eodem modo se habet, & diuisibili, tertiam quandō substantiam inter hæc extrema constituit: & quod multo peius est, diuinā illā incorporeā rationālē, Deoq; simile animam ad asinos, lupos, formicas, apes, ceterasq; bestias descendere asserit, & huic opinioni absq; demonstratione aliqua ceteros adherere hortatur. Usque

Anima rationalis secundum Platonem, migrat in corpora brutorum.

Usque adeo, inquit in libro de Anima, errant, quousque cupiditate corporis rursus corpori copulentur. talibus autem copulantur, quales mores prius in hac uita comprobauerunt. Nam quæ uentri atq; turpitudini deditæ fuerant, asinorum & similibus bestiarum corpora ingrediuntur: quæ rapaces atque tyranice, luporum atque accipitrum corpora ingrediuntur: quæ populares fuerant, & uulgarem modestiam atque iustitiam consuetudine communi, non philosophia & mente approbarunt, uel formicarum, uel etiam hominum rursus accipiunt corpora. Et in Phædro ad idem inquit: Unde singulæ animæ uenerunt, ad decem usque annorum millia nō reuertuntur. non enim alate pennate que fiunt ante hoc tempus, nisi sedulo philosophate fuerint, aut cum Philosophia puerorum indulerint amorib. iste autem ter deinceps. Si hanc uiam elegerint, post mille annos circumuoluuntur, & sic alate atq; pennate, in tribus annorum millibus tandem perueniunt: alię uero postquā hanc uitam exierint, aut sub terra damnate puniuntur, aut in cœli aliquem locum leuata, congruenter huic uitæ conuertantur: & post mille annos ad quamcunq; uitam elegerint, utraq; reuertuntur. Descendunt enim etiam in bestiarum corpora, & ex his alia periodo rursus corpora hominum ingrediuntur. In libris autem de Republica: Ab Orphei dicitur anima cygni uitā, multū ebrii odio generis, quoniam à feminis occisus, nolebat fœmineum rursus uerum intrare, electam fuisse, sed cygnus ait, humanam uitam elegit. Hæc cetera que huiusmodi scribens, nō Hebræos, sed Aegyptios in hoc fuit secutus. quod certe non fecisset, si ueritatis esset amicus. quam falsitatem non grauatur refutare, si ratione aliqua niteretur. Nunc uero quoniam ipse sibi dissidetur, relinquatur. Nam ut alibi ostendimus, impias animas apud inferos eterniter puniri scribit. Et ex his quæ modo diximus, ex sententia sua corpus eligere asserit, pijs autē in sempiterna in insulas beatorū profectas feliciter uiuere, in alijs & in Gorgia scripsit. Quomodo igitur in corpora redeunt? Sed hoc quoniam manifeste falsum contemnendum potius est, quam refutandū. Illa uero sua opinio, quæ rationalem animam ex diuina & ex passiuā quadam atq; irrationali compositam esse arbitratur, à multis etiam Platonis sprete neglecta est. Seuerus enim Platonius in libro de Anima his uerbis hæc positionem Platonis aggreditur: Si ex passibili atq; impalsibili substantia diuinitus anima constituta est, quasi ex albo & nigro, medius quidam color, necessesse est tempore dissepatis extremis eam penitus dissolui. Quare non immortalis, sed mortalis anima erit concedit enim, quæcunq; natura sine contrariis non sunt, spacio tandē temporis dissipari. Si ergo anima quoq; ex impalsibili atq; passibili substantia facta est, necesse est quemadmodū liccum ab humido, calidū a frigido, leue a graui, dulce ab amaro, albū a nigro, sic & ipsam tempore distrahi, soluta contrariorum compagine, cum unumquodque ad naturam suam necessario tendat. An non uideamus quod graue est, quamuis à leuiore uictum eleuetur, deferri tamen & ascendendi tarditatem atque difficultatē leniore cōiunctione asseri sua: ac similiter leue quamuis deferri cogatur, ad superiora tamen nitit? Quæcunq; enim à duobus contrarijs coniuncta sunt, impossibile est eodem modo semper manere. Sed nō est certe anima ex duobus contrarijs composita, sed simplex natura atque incorporea: unde Plato rectè immortalē eam putauit. Verum quoniam ex anima & corpore constare hominem ab omnibus dicitur, ac passiones quæ nobis sponte, contraque accidunt, animæ passiones esse dicuntur. Hoc ligno multi seducti, passibilem substantiam eius corporalem mortalemq; opinati sunt. Plato uero impalsibili eius naturę passibilem substantiam annectere coactus est. Quod autem aliter se res habet, à uirtutibus ipsius anime actiuis conabor ostendete. Hæc de anima sufficiant.

Plato secutus Aegyptiorum errorem.

Quod

OP. A. N. S. P. C. S. M.

DE celo uero ac stellis, quamuis à patre omnium hebreis similiter productas asserat quasi deos, tamen cœlestes cunctas colendas consulit, sic in Epimenide dicens: Cœlum, inquit, sicut omnes alios dæmones atque deos honorare oportet, & uota ipsi apprimè facere. Et post pauca: Deos uisibiles maximos, colendissimos, perspicacissimos, ac omnino primos stellarum naturam dicendum est, deinde dæmones colendi sunt. Quomodo autem si hæc omnia facta sunt, ut ipse alibi testatur, sicut in superioribus diximus, deorum cultu honoranda sunt: cum ille solus creator omnium secundum ueritatem scripturæp autoritatem colendus sit? Hæc perstringere placuit, ut uideas quam rectissime à nobis Hebræorum scripturam Platonice philosophiæ præpositam esse. Ex his autem, quæ nos scripsimus, facile unusquisque cætera comperiet, quæ tetigimus, non ut Platonem accusemus, quem summopere admiramur: sed ut ostendamus quanto ipse distet à Mosaica & prophetica ueritate: Nā si quis accusare uellet, multa certe in eo inuenire posset, qualia sunt quæ de mulieribus in libris de Republica scripsit.

Quæ de mulieribus sensit Plato. Cap. XII.

QVorum nonnulla referre, alienum non est: Forsan, inquit, siquid præter consuetudinem dixerò, ridiculum tibi uideatur. Quid enim inuicentius quam mulieres in gymnasijs nudas, nec solum iuuenes, sed etiam anus cum uiris luctantes uidere. Et subiungit: Si quis autem iridebit, quoniam gratia uirtutis nudæ mulieres exerceantur, is quam utilis sit res ista, non intelligit. Similia & in septimo de Legibus præcipit: Lex enim mea, inquit, quæcumque masculis tribuit, eadem etiam mulieribus exercitia tribuit, nec unquam ipse dixerim equitare, armaque mouere, ita uirorum esse, ut à mulieribus aliena sint. Hæc longè remota à uera Hebræorum disciplina, quis non uiderit? Non enim non dico mulierum, sed nec uirorum quidem uiribus absque nutu diuino præclarissime res geruntur. Nisi enim Deus, inquit, edificauerit domum, inuanum laborauerunt qui edificauerunt eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Mirabilis autem ille philosophus, in gymnasia mulieres certamina deducere non ueretur. Mulieres, inquit, adolescentulæ nudæ, cursu & equis certent. Quæ uero quartum decimum annum excellerint, amictu conuenienti uestite, in certamine rursus descendant: In alijs quoque certaminibus, quæ ad uiros spectant, ut in luctatione & iactu lapidum, in arcu & funda, & similibus, non uiros solum, sed etiam mulieres adhibere præcipit. In solennitatibus etiam nudas, in sexto de Legibus, adolescentulas cum nudis iuuenibus tripudijs salire iussit. His illa quæ in libris de Republica de communitate mulierum dicta sunt, addenda mihi uidentur. Lex, inquit, ponenda est, ut mulieres uiris omnibus communes sint, nulla que cum uno solummodo habitare possit: hoc enim modo filij quoque communes putabuntur, nec pater filium suum, nec filius patrem cognoscat. Et post pauca: Non tamen quibusuis mulieres communiter subiicimus, sed potestati principum totam rem committendam arbitramur, ut quemadmodum pecunias publicas digne distribuunt, sic mulieres quoque fortibus uiris, & utriusque dignitate tribuant. Multa huiusmodi sunt apud eum, imò multa etiam turpiora, quæ negligenda potius, quam scribenda duximus. Sed ut quantum distet mens humana, quamuis præcipui philosophi à mente Mosaica, quæ diuinitus docebatur, apertius uideas, leges Platonis de cæde cum Mosaicis conferas.

Leges aliquæ Platonis. Cap. XIII.

Quodcumque, inquit, Deus de furto & de fure dixerit, id diligenter ciuitas oraculum Dei secuta faciat. Et siquid liber aliquis iudicium fecerit, gloriæ uirtutis

Mulieres omnibus uiris communes.

Uirtutis assequatur: si uero sciens non dixerit, infamis esto. Seruus si quid in dixerit, publice domino eius pecunia referatur, ipse autem liber sit: si uero sciuerit & obicuerit, morte supplicis luet. Morte crudelissime (iudicio quidem meo) non indigentem puniri præcipit, cum eos qui furta homicidiaque commiserunt, uiuere patiatur, ac à domino interfici seruum pro nihilo putet. Purget, inquit, si quis seruum suum occiderit: si uero ira concitatus alienum obrucauerit, duplum domino reddat. Si quis autem liberum hominem non premeditatione atque insidijs, sed repente ira comotus interemerit, cum ea fecerit, quæ illi faciunda sunt, qui absque ira occiderit, duobus ad domandam iram exulet annis. Qui uero insidijs hominem excepit, hic & alia similiter faciat, & exulet non duobus, sed tribus annis. Quod si post exilium rursus hominem interfecerit, perpetuo exulet. Parentes si filium uel filiam interfecerint, tribus exulent annis: cumque redierint, conuersari iure simul non permittantur. Vir autem si uxorem, aut è conuerso necauerit, triennio similiter exulet, cumque redierit cum liberis suis non conuersetur. Frater si fratrem, aut soror si sororem similiter. Quod si frater in defensione principis fratrem quasi hostem interfecerit, mundus sit. Similiter quæcumque aliquis seipsum defendendo trucidauerit, mundus sit, præterquam si seruus pro defensione sua liberum interfecerit de quo ea statutumus, quæ de parricidia, qui parentes scilicet interfecerit, dicta sunt. Hæc si Mosaicis conferas, humana uidebuntur ad diuina conferri. Si quis, inquit, percusserit sponte hominem, & percussus decesserit, morte moriatur: si uero non sponte percusserit, loca dabo quod fugiendum est. Siquis dolo atque insidijs hominem interfecerit, etiam ab altari, si illo refugerit, ad mortem rapiatur. Qui patrem aut matrem uerberat, moriatur. Siqui in iurgio lapide aut pugno percusserit hominem, si homo non morietur, damnum & mendicamenta restituet qui percussit. Si seruus aut serua in manibus domini dum ab eo uerberetur interierit, ultione dominus uindicabitur: si uero diem unum uel duos superuixerit, non uindicabitur: argentum enim eius est. Si quis serui aut serue oculum eruerit, libertatem ei pro oculo dabit. Hæc Moses. Illa etiam non est ab re audire, quæ de rebus minimis inhumaniter Plato sancit: Si quis, inquit, ficus aut uuam absque consensu patroni acceperit, quoniam quæ sua non sunt accepit, damnetur. Quod si seruus quispiam fecerit per singulas ficus atque racemos, æqualia numero uulnera patiatur. Hæc certe magna mente Platonis digna non sunt. Sed audi modo uicissim, atque cognosce quam humanissime atque diuine Moses: Si introieris, inquit, in uineam proximi, comedes uuam & implebis animam tuam, nihil autem exportabis. Et rursus: Si in messem proximi tui teneris, non immittas falcem, sed spicas in manibus tuis colligas: si merendo manipulum oblitus fueris in agro, non reuerteris ad accipiendum: inopi relinquant, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus, in uindemia non reuerteris ad uindemiandum iterum, inopi erit si quid relictum est. Innumerabilia in Platone sunt, quæ reprehendi possunt, sed ea quæ dicta sunt, satis multa esse opinor ad ostendendum iure nobis Iudaica Platonis anteferri.

Exodi 22 hæc præcepta præ maiore parte scribuntur.



Nunc aliorum quoque philosophorum sectas, imò uero nugæ compendiose ponamus: quorum errores non à me ipso, sed cō traditione & pugna inter eos mirabili cognosces. quos quando inter se, aut cum alijs comparo, non facile negauerim, illos claros fuisse uiros. Quando uero Hebræorum theologis atque philosophis cōparo, & doctrinam doctrinæ illorum confero, caduca & triuola omnia quæ philosophi excogitarunt, mihi uidentur. Nec mirum, illa diuinitus edita sunt, hæc humanitus.

Quod

OP. A. V. S. B. C. S. V. I.



Quod omnes inter se philosophi repugnant: contra, quod nostri omnes concordant. Cap. I.

Ideo ut non simus accusandi, si Græcorum doctrinam despiciamus, & Hebræorum scripturam amplectimur, operæ præsum est ad hanc præparationem evangelicam diuersas atque inter se contrarias multarum in philosophia heresum opiniones uidere, ipsosq; philosophos uerbis ambiciose sibi ipsis pugnantes. Plato enim ille omnes qui ante ipsum fuerunt, reprehendere acriter solebat. Platonem deinde ac Platonicos alij increparunt, & ipsi Peripateticos persecuti sunt: & Peripatetici rursus eos nihil scire, nihil que dicere putabant. Stoici ab alijs deridentur, & ipsi cæteris illudere non uerentur, ita ut iam non lingua & calamo solum, uerum etiam manibus prælium geratur. His Pyrrhonem, Aristippum, Metrodorum, Protagoram, Xenophanem, Parmenidem que addemus: nec uoluptatis defensorem Epicurum præmittamus. hos omnes ita redarguemus, ut alterius armis in alterum uitamur. Sic enim inutilis esse disciplina ipsorum luce clarius uidebitur. non dico hæc quia Græcos odio habeam, aut quia eloquentiam eorum contempnam, sed quia falso accusare reprehendi que me uideo, quod falsam ac fabulosam Hebræorum scripturam elegimus. Quomodo enim falsa est Hebræorum doctrina, qui ab initio humanæ uitæ ueram philosophiam, & pietatem & inuenerunt, & intemeratam conseruauerunt: qui nihil unquam addiderunt, aut detraxerunt his que summi uiri scriptis ediderunt. Principio enim sapientissimus ille Moses, quem omnibus Græcis multo antiquiorem in superioribus demonstrauius, nihil omnino ex his mutauit, que sincera suorum maiorum theologia tradidit, præterquam quod uituendi disciplinam temporibus atque hominibus illis congruam diuinitus sanxit, & qui multis seculis post eum uixerunt propheta, ne unicum quidem uerbum, aut Mosiacæ legi, aut theologiæ priscorum a Mose conscriptæ, in congruens minus que consentaneum dixisse inueniuntur. Christiana quoque ueritas a scriptura Iudeorum profecta ita ei congruit, si recte intelligitur, ut nulla repugnantia excogitari possit. Talia igitur nostra sub una sententia, una uoce a primis, qui ante Mosem fuerunt, a medijs qui scilicet a Mose usq; ad Christum rutilauerunt: a nouissimis discipulis dico Christi, qui ueram pietatem, id est Saluatoris nostri doctrinam uirtute ac gratia ipsius connixi in lucem ediderunt, prædicantur ac confirmantur. uniuersumq; orbem magis indies florentem fide conspeximus, nec imperatorum edicta, nec hostium insidias, nec inimicorum gladii præualere potuerunt. Gentium uero præclara illa philosophia quem unquam fructum produxit: nam quemadmodum qui ante Platonem fuerunt, ab ipso derideantur, mox ipsius Platonis uerbis audies. Protagoram enim, Heraclitum, Empedoclem, & Parmenidem idcirco redarguit, quia dissentientes inter se manifestè uident, quamuis Protagoras omnino impius, qui nullum esse Deum opinatus est. Sic enim in libro de dijs edito ab eo statim inæcepit. Nescio, inquit, si dij sint: nec, quali forma sint, cognoscere possum: Democritus uero, qui Protagoram docuit principia rerum, inane ac plenum esse dicebat. plenum ens & solidum uocabat: inane uero ac uacuum, non ens. asseritq; non magis ipsum ens esse, quam non ens. Ab æterno enim, inquit, in uacuo continuè atque uelociter entia mouent. Heraclitus uero principia rerum ignem putauit, ex quo uniuersa fieri, & in que resoluti uicissim arbitratus est: tempusq; resolutionis omnium in ignem determinatum esse ait, & generationis ex eo similiter. si omnes cuncta moueri asseruerunt. Parmenides autem Eleata, unum esse uniuersum affirmat, non genitum, neq; mobile, pilæ quoque figura cõglobatum. Hunc Melissus audiuit, ac eum in omnib. sequit. de quibus omnibus hæc Plato in Theeteto conscripsit. Ex differentia, inquit, ex motu, & ex mixtura adinuicem omnia sunt que esse dicimus, non rectè appellantes. nunquam enim

In scriptura ueteris et noui testamenti nulla discordia.

A enim aliquid est, semper fit, & de hoc omnes philosophi præter Parmenidem conueniunt. Protagoras dico, Heraclitus, Empedocles, & utriusq; poetæ sibi poetæ: comediæ quidem, Epicharmus: Homerus autem tragædiæ qui cum oceanum generationem dicat deorū, omnia fluxu atq; motu producta esse uoluit. Et paulo post, Heraclitici, ait, qui in Epheso Ioniaq; philosophati uidentur, nullo modo curant quietè aliquid interrogare, ac respondere. & si quis ab eis quaesierit, anigmatica quadam uerba quali sagittas ex arcu præciunt: quorum si rationem quandam, aut significationem quaesieris, alio percutieris anigmate, nec quicquam eum efficere poteris: quippe nec ipsi secum firmi unquam aliquid dicunt. imò id apprime studere uidentur, ne quid certi, aut in uerbis, aut in animis eorum insit. Et subiicit: Ab istis igitur nihil unquam discemus, sed ipsi nos consideremus, quod ab antiquioribus accepimus, occultis us ab illis ac poetice dictū, quod oceanus & fluxus generatio rerum est: quia nulla res profus stet, atq; quiescat. Quod posteriores apertius adeo dixerunt, ut iam etiã coriarij fabriciq; omnes rectè se tenere philosophiam putent, liberatq; ab errore uideantur: quia falsum esse cognoscant, alias rerum quiescere, alias moueri: omnia enim moueri, a præclaris illis philosophis didicerunt, quos magnis laudibus prosequuntur. Ferè autem oblitus sum ò Theodoret, illorum, qui uniuersum immobile esse contendunt. Melissus enim & Parmenides & quicunq; eos sequuntur spernentes illos, stare omnia quiescereq; asserunt. Ipsum enim, inquit, uniuersum non habet locum in seipso, quo moueatur. Quid igitur nos in medio istorum intercepti ò amice dicemus nisi magno animo defensi effugiemus: quemadmodum in palestra nonnulli intercepti, alij ab alijs simul tracti pereunt: sic nos in contraria isti trahentes penitus lacerabunt. Hæc in Theeteto. Sed uideamus rursus, quæ de prioribus philosophis in Sophista scripsit: Facilia quædam Parmenides, inquit, locutus est, & quicunq; de prioribus indicare de entibus, quot, & quæ sint uoluerunt, fabulam quandam quasi pueris nobis narrare mihi uident. alius enim tria entia dicit esse, & motus & educationes quasi filiorum confingit, alius duo faciens, humidum uidelicet atq; siccum. aut calidum & frigidum in unum copulat, & producit. Genus autè Eleaticum a Xenophane, & ante ipsum incipiens. omnia unum esse asserunt ens & unum & multa esse, sed amicitia & inimicitia differre. Distractum enim ens semper aiunt ferri per contentionem illis qui intensiores musas colunt esse aiunt uniuersum ex uirtute. Veneris amicum sibi atq; conueniens, modo autè multa cum ipsum sibi ipsi propter contentionem repugnet. Est post pauca: Quidam autem, inquit, sunt, inter quos Gigantum bellum assiduum gerisse alij enim alij enim quicquid manibus comprehenditur, tactuq; sentit, id solum esse contendunt, corpus atq; substantiam idem omnino esse affirmans. Alij eis illudunt, qui separatas a corpore substantias esse asserunt. dicunt enim quidam, intelligibiles atq; incorporeas species ueram esse substantiam. His alijsq; huiusmodi uerbis, omnes qui ante ipsum fuerunt Plato deridet. Qualè enim ipse de rebus opinionem habuit, in superioribus explanauimus, eum a Iudaica ipsi scriptura accepisse plurima probaremus. Sed successores etiã in medium adducamus.

De successione Platonica. Cap. II.

Platonem igitur ferunt in Academia primum docuisse, ac ideo & Academicam philosophiam uocitatum fuisse. Post illum uero Speusippum ex sorore nepotem Platonis, deinde Xenocratem Polemona docendi uices suscepisse, qui post mortem Platonis nouis opinionibus sicò Academiã repleuit. Ita sincera Platonis doctrina una cum eo extincta: contentiones namq; ac pugnae post eum inter philosophos coortæ, usq; ad hodiernum diem maximopere uigent.

OP. A. N. S. B. C. S. M.



gent. Paucissimi enim, imò uerò duo uel ad summum tres in tanto spacio temporis ueri Platonici sunt reperti, nec tamen etiam ipsi ab adubrata cauillatione omnino alieni. Polemoni Archesilam aiunt successisse, qui fertur Platoniam omnino philosophiam commutasse, nouamq; quãdam constituisse, quoniam nihil comprehensibile sit, & in utramq; partem rationes æqualium sint uirtutum: sensus quoq; fallaces esse, rationemq; nullam omnino firmam fieri. Vnde illud Hesiodicum,

Mens celata latet homines haud cognita cuiquam,

Atq; ipsam secum dii detinere latentem:

Summis laudibus efferebat. Post Archesilam autem Carneades atq; Clitomachus priorū philosophia cōtemptra, tertiã instituerūt Academia, quartam Philon & Acharmidas, quintã quoq; nonnulli dicunt Antiochum induxisse. Si quidem successores Platonis fuerūt, quorū philosophia qualis nam fuerit, si quis discere gliscit, Numeniū audiatur, qui in libro de Dissentione Academicorū à Platone hæc scripsit: Speusippus, inquit, Platonem, Xenocrates Speusippū, Polemon Xenocratem in Academia secutus est, qui in omnibus teretiores Platonis & dogmata permutabant, præterquam quod hæc nobilitate cōprehensibilitas, nondum illos inuaserat, ita statim post illū, aut ignorantia, aut alia quadam de causa Platonis philosophiam cōtempserūt. Nolo enim amare Xenocratis id dicere, imò uero Platonis gratia dicam. doleo namq; quia philosophiam & uitã Platonis imitati nō sunt. Nam & si non erat melior magno illo Pythagora, forsitan tamen etiam peior non fuerat, quem quidem Pythagoram discipuli eius diligenter secuti, maiorem doctore suo accumulauerunt honorem. Quam rem quamuis utinam non fecissent, studiosissime imitati Epicurei sunt, qui cū sapientem putarint Epicurū fuisse, multis post eū temporibus nihil penitus, aut illi, aut alter alteri cōtrariū dixerūt. sed impietatis crimine inquinatus uidetur, qui noui aliquid dicere audeat: ita magna quædam inter eorum cōcordia est. Similisq; est Epicuri secta disciplinæ ciuili, quippe cū sine seditione summo cōsensu sic agatur, ut unam mentem, unamq; sententiam habeat. Itaque firmiter atq; concorditer Epicurum defendunt, ut etiam in posterum secuturi uideantur. Stoici uerò statim ab ipsis principijs factionibus pleni nondum quieuerunt, suntq; inter eos adeo diuisi, ut alij magijs, alij minus se Stoicos esse fateant. Plato autem Pythagoricus certe fuit, nec ignorabat Socratem tres deos posuisse imitatione Pythagore. quod & ipse secutus eo modo cōstituit, ut nec usitatè, nec clarè dixerit, sed inter manifestū atq; occultum sententiam suam celauerit, non inuidia quadam, neq; male uolentia, sed rerum dignitate cōmotus. Hoc igitur cōsiderantes, separare ipsum omnino debemus à Aristotele atq; Zenone: & quia Academia sua diuisa est, ab ea quoq; ipsum distinguimus, ac ipsum in seipso cōsiderantes, Pythagoreū appellamus. Sed nunc furiosissime, & huc & illuc, & totus, & per singula membra trahitur ut inter Pythagoram & Socratem medius. Sublimitatē namq; illam Pythagoream ad humanitatem deduxit: humile uero atq; deiectum, Socratis ad grauitatem reduxit, ac ita Pythagora popularior atq; communior. Socrate uero grauitatis est. Sed redeamus illo, unde nobis defluxit oratio. Polemona igitur Archesilas & Zenon audierunt: quamuis Zenon, antequam Polemon doceret, Xenocratis etiam fuerat auditor, qui etiam Cratetem Cynicum in nonnullis imitatus est. sed Stilponē quoq; & Heracliticus est secutus. nam cū Zenon & Archesilas Polemona simul audirent, disputandi ambitione concitati, quotidie pugnabāt: ita Zenon Heracliti, Stilponis, et Cratetis auxilio nixus, insignis puginator à Stilpone factus, & austerus ab Heraclito, Cynicus à Cratete, Archesilas uero à Crantora Platonici, & Diodorū & Pyrrhona in subsidijs tenuit. Et Crantor quidem credibilem eius effecit orationem. Diodorus uero sophisticam, Pyrrho autē mutabilem eū fecit & transfugā, & omnino nihil. Vnde dicebat

A dicebat de ipso: quod ex anterioribus esset Plato, ex posterioribus Pyrrho, ex medijs Diodorus. Hic subtilitatibus Diodori, qui acutus dialecticus erat, & Pyrrhonis ratiocinationibus Platoniam eloquentiam cœdauit, & modo hoc, modo aliud dicens, hinc illud, & illinc huc facile tanquam nihil sciens uoluebat: scire tamen multa eloquentiæ umbra uidebatur, nec unquam fuit in eo, ut unū & idem bis diceret: nec putabat ingeniosi esse uiri, in eisdem permanere. Cauillator igitur summus uocabatur, cum ita se his quæ dicebant dare adaptareq; semper fuerit præmeditatus, ut cū ipse nihil sciret, nec alios scire quicq; pateret. Terrebat em̄ omnes turbabatq; sophismatibus, gaudebatq; ac gloriabatur factitate illa mirificè, quia nihil turpe, nihil honestū, nihil bonū, nihil malū cognosceret: sed si quid primo turpe dixerat, repente cōmutatus, pluribus conabatur rationibus quæ prius astruxerat confutare. Erat igitur hydra capita sua proprio ense amputans, nec aliquid habens utile, nisi quod libenter & audiretur, & uideretur. Nā & facie benigna, & ore rotundo, & suauibus erat oculis præditus, quæ non repente arripuit, sed aptus ad hæc natura, exercitatio quoq; ab initio firmavit. Audiuit enim puer Theophrastū mitem uirū, nec a Cupidine alienū, quoniam formosissimus erat. Ipse postea Crantori fuit amatus, et Diodori cauillatoriã naturæ cōmoditatē breuissimè secutus, Pyrrhonē quoq; firmiter imitatus. in cuius sententia quamuis Pyrrhonicus appellatus nō sit, permansisse uidetur. Aperte namq; Mnaseas, Philomelus, & Timon Sceptici suū ipsū, id est Scepticum fuisse affirmant: uerū enim & falsū, et uerisimile, ipse quoq; ut illi destruebat. Pyrrhonicus igitur re, nō nomine fuit: sed Crantoris pudore, à quo amabat, nomine nō re Academicus erat. Magna igitur pugna inter Archesilam atque Zenonem fuit, & alter in alterū & dicendo & scribendo impudenter ferebatur: quamuis Zeno non melius faceret, quam Cephisidorus orator, qui cum grauitate ferret Isocratem, quem audiebat ab Aristotele premi dicebat scribebatq; nō in Aristotelem quidem, ut putabat: sed in Platonem, quo alius non erat. Nam cum Aristotelem nullo modo intelligeret, putaret autem quoniam Platonem Aristoteles audiuerat, Platonem illum esse, bellicose quidem dixerat Aristoteli: Platonem uerò & eius dogmata, quæ tamen neficabat, reprobare conabatur: putans, nō Platonis dogmata, sed Aristotelis refutare. Ita magnus ille orator non eum percutiebat, cui bellum indixerat, sed eum quo cum pacem habebat. Sic igitur & Zeno Archesilæ pugnans, Platonem lacerabat. non enim erat forsitan nescius eorum quæ Archesilas dicebat, Platoniam uerò penitus ignorabat, ut à libris suis manifestè colligitur: ita quæ non debebat, impudenter exagrabat, impudenter: & quem debebat, minime tangebatur. Et certè si Platoniam non oppugnasset dogmata, bonus meo iudicio fuisset philosophus. Sed de hac re latius, si oeciū erit. utinam autem nuntiat igitur Zeno Archesilæ omnia dicta refutare, ac maxime incomprehensibilitatem quibuscunq; poterat argumentis aggrediebatur: quorum Archesilas alia depellebat, alia succidebat, alia supplantabat: ita contradicentes deiecit, auditores in stuporem uertebat facile, putantes, non uerbum, non operam, nō passionem, non quicquam aliud esse magnum aut paruū, nisi quod Pitaxo Archesilæ uideretur. illi uero nil profus uidebat, ne affirmabat quicquā, sed uerbis solummodo pronuntiando terrebat. Lacydes autem qui Archesilæ successit, Oecomomicus appellatus est, quia rei familiaris magnam curam habebat. manibus cuncta proprijs negocia sua gerebat, non paupertate oppressus, nec seruis indigens: sed quia. imò uero causam unusquisque per se ipsum excogitet. Ego uerò illud suauitatis gratia breuiter perstringam quo maximo argumento usus, nihil penitus ab hominibus comprehendi posse putauit. Solebat semper in seruorum absentia penu claudere, clauemq; in loculo depositam obsignare: annulumq; quo diligenter signauerat, subtili filo

OP. AR. BIB. DE. DE. V. 195



lo ligatum, per paruulū quoddam ianuae foramen intro inijcere. Cum autem sibi aperiendum erat, retracto per filū annulo clauis resignata, ac rursus simili modo & clauderet & aperiret. Quam rem cum astutia seruorū percepisset, absente Lacyde aperiens clanculū uniuersum penū, prout animus eorū ferebat, contumebat, exportabant, fundebant. Lacydes autem cum signacula quae fecerat integra inueniret, & annulū ut dimiserat, penū autem manifeste diminutum, putauit hoc illud esse, quod apud Archelilam de incomprehensibilitate rerum, quod nihil uidere, nihil audire, nihil deniq; intelligere sincere ac uere possumus, auditur disputari: malitia quoq; seruorum nihil uere cerni scireq; posse ab ipso se audisse affirmabat. Quare confusus non Academicam, sed Stoicam apud seruos disciplinam profitebatur. Illi uero Academicam incomprehensibilitatem uerā esse cōtendebant. Ita coactus Lacydes, Aliter, inquit in scholis disputamus, aliter domi uiuemus: disputationibusq; ac schola neglectis, domum sedens obseruabat. Hae de Lacyde dicta sufficiant. Hunc audiuere quidē multi, sed praecipuus omnium atq; insignis Cyrenaeus fuit Aristippus. Successit autem ipsi Euander, post quē Carneades Academicus factus princeps gymnasij, tertiam cōstituit Academiam. Is Archelilae morem in disputando secutus est. Nam ad utramq; partem ita dicebat, ut omnia quae alia afferebantur refutaret, incomprehensibilitatem tamen Archelilae non probauit. Non enim esse possibile dicebat, hominem ita in omnibus se retinere, ut nihil affirmet, esseq; non paruam differentiam inter incertum & incomprehensibile: & cuncta quidem incomprehensibilia esse, sed non incerta. Is Stoicorum quoq; rationum nō ignarus, ambitione magis quam ueritatis amore Stoicam philosophiā psequeretur. De quo Numenius haec scripsit. Carneades, inquit, pugnandi morem Archelilae renouauit, omnibus contradicens & huc atque illuc nunc affirmando, nunc negando, uolubilitate orationis omnia distrauens. cum que rem nactus esset grauiorem, ut maximus atque uehemens amnis, fluxu orationis, atque uorticibus cōtradicientes obruebat, ita ceteros quidem nonnunquam uerū argumentorum seducebat. ipse uero seipsum, quod in Archelila non erat, recte intelligebat: quippe multo prius ille se ipsum, quam auditores decipiebat. Carneades uerō & permulcebat, & depopulabatur. nā furta quidem occulte, latrocina uero aperte irruens faciebat, modo dolo, modo uerū etiam praeparatos, praemeditatos etiam homines confundebat. Ita nullus ei resistere poterat, sed erant omnes quibus cum pugnabāt multo inferiores. Carneadi autē Clitomachus successit, Clitomacho Philon, de quo idem Numenius haec perstrinxit. Philo cum Clitomacho successisset, nimia laetitia perfusus, quasi gratiam habens, quae illi uisa fuerant confirmabat, amplificabatq; ac aduersus Stoicos cunctis uiribus armabatur: sed temporis spacio: ueritate rerum conuicta incomprehensibilitatis opinio fuit. Quare Philon quoque ipse ne transfuga uideretur, redargui magnopere cupiebat. Huic Antiochus in Academia successit, qui Stoicum Nnesarchum secutus, Philoni praepetori non paucis contradixit, & aliena dogmata in Academiam induxit. Haec de successione Platonica ab ipsis, ut uides, philosophis tradita sunt. Considera igitur altius oro falsitatem dogmatū, & pugnas philosophorum, qui & si per uniuersum orbem amore ueritatis errauerint, nullum tamen laboribus dignum fructum posteris transmittere potuerunt: sed nec ipsi magnam utilitatem consecuti sunt. Cultus enim idolorum et multitudinis deorū opinio quasi pestis omnia contagione sua inuaserat, quae ipsos quoq; philosophos moribus citatatum ac legibus sacrificantes submerferat.

Quod unusquisque philosophorum, quod ipse coniecit de dijs, sequebatur. Cap. III.

Nihil em ueri de dijs a prioribus acceperunt, sed suis cogitationibus cōiectura ducti, de natura philosophantur. quod Porphyrius in epistola ad Aegypti

Aegyptium Anebonem his uerbis fatetur: Incipiā uero, inquit, a dijs & demonibus bonis, de quibus plurima Graecorum philosophi dixerunt: sed quae dixerunt, coniecturis praecipue nituntur. Et subiungit: Magna pugna de his uerbis apud nos est: humanis enim rationibus de bonis coniecimus. qui autē altiora hoc modo inuestigant, cum peruenire nequeant quod proficisci uoluerint, frustra philosophantur. Idem ipse in libro ad Boethum de animae historia inquit: Communis quidem hominum sententia immortalem esse animam praedicat: rationes uero, quae a philosophis adducuntur, faciles refutati sunt. Nulla em apud philosophos opinio propter contrarias rationes, quas facile contradicentes inueniunt, firma esse uidetur. imō uerō etiam de ijs quae oculis cernuntur, nihil esse confirmandum, multi opinati sunt. Et in libro de Responsis, ipso Apollinis oraculo in testimonium citato, seductos fuisse Graecos, & ab Aegyptijs, Chaldeis, et Hebraeis ueritatem, ut in superioribus diximus, conspectam affirmat. Videmur ne igitur accusandi nos, qui seductas gentes cōtemplimus, & Hebraicae scripturae toto animo adhaesimus? Cur enim oportet nos philosophos audire, ac magni quicquam ab illis uelle discere, si coniecturis utuntur, & uarijs rationibus atq; diuersis, in summā omnium dubitationem adducant: quod ut re ipsa uideas, ipsorum philosophorū de principijs, de dijs, de ueris constitutione uarias, imō contrarias sententias exponam.

Quod mathematicae disciplinae nihil conferant ad pietatem. Cap. IIII.

Si prius ostendero nihil Astrologiam, Arithmetiam, Geometriam, Musicamq; (ipsi mathematicas disciplinas uocant) quae non ipsi inuenierunt, sed a Barbaris acceperunt, ad inueniendam, ut ipsi putant, ueritatem conferre. Nam si disciplinarū, inquit, cognitio animū non formauerit, nullus recte philosophari, nec Deum cognoscere potest. Ita quasi Deus ipse numeris teneat, nos qui eas disciplinas nō admiramur, pecudes esse arbitramur: nec magni aliquid posse nos intelligere, contendunt. Res autem ipsa ostendit, multos apud Graecos fuisse, innumerabiles apud Barbaros, qui quamuis has disciplinas optime tenuerint, nec Deum tamen, nec recte uiuendi normam cognouerunt. Et contra multos sine illis pietate simulatq; sanctissime uixisse. Itaq; Socratem, quē merito omnes admirantur, non magni has disciplinas fecisse, Xenophon in libro de dictis Socratis scripsit: Docebat inquit, quantum oporteat singularum rerum atque artium habere peritiam. Nam tantum Geometriae studendum consulebat, quantum sufficeret ad mensurationem agrorum ac distributionē. quod adeo facile dicebat esse, ut si quis diligenter animaduertat, quam primum quantitatem agri cognouerit, mensurationem ignorare non possit. Re probat uerō tantam eius rei curam ac studium, ut difficili figurarum cognitioni inuigilare uelis. Nullam enim utilitatem in illa speculatione uidere se assererat: nec, erat Geometriae imperitus. sed a multis atque utilissimis studijs etiam hominis uitam ad alienarum cōsiderationū studia deducere nō oportere putabat. Similiter Astronomiā quoq; discēda cōsulebat, ut dies ac noctes, horas, & menses, & annos rectius percipiamus. Quae res ad iter agendum, & nauigationes atque custodias, multaq; alia quae in die aut in nocte, aut in mense, aut in anno peraguntur, perutilis est. Eousque autem Astronomiam discere, quousque planetarū motus, & distantias eorum a terra comprehendas, uehementer improbat. Nullam enim utilitatem etiam in hac re uidere dicebat, nec erat expertus omnium istorum. Sed cū longa temporum spacia desiderant, nō conferre arbitrabatur utiliora relinquere, & in his uitam conterere. Omnino autem non esse curandum homini dicebat, ut per caelestia corpora futurorum, quae in potestate diuina sunt, cognitionem perquirat. Nec enim posse diligenter inquiras, posseq; facile ira deorum in insaniam Anaxagorae cadere: qui cū caelestium scientiam profiteretur, in id amentiae incidit, ut Solem ignē

Quae pars astronomiae utilis, & quae inutilis.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



penitus putaret, nec prospicere poterat facile nos ad ignem oculos erigere, cū Solem respicere nequeamus, nec corpora hominum atriora fieri ab igne, quemadmodū à Sole, nec cernebat omnia, quæ à terra germinantur, absq̃ solaribus radijs atq̃ colore cœlesti crescere non posse: quæ omnia igneo calore languescūt ac pereunt. Logicam quoq̃ discendam ita cōsulebat, ut magnum eius studium, multamq̃ operam improbareret. Hæc Socrates apud Xenophōtem. Ipse autem Xenophō in quadā ad Aeschinē epistola, hæc de Platone, ac de his qui naturalem scientiam profitebantur scribit: Omnibus, inquit, pariter, diuinas res cognitione humana cōprehendi non posse: quare sufficit pie ipsos deos & ex animo colere. quales autē sunt, nec inuenire nobis possibile est, nec fas est quærere, nec enim seruis conducit, nec eis laudabile dixerim, si dominorū suorum consilia, nisi quantum ad ministeriū suū pertinet, scrutari uoluerint. Quando enim ō Aeschine Socratem quispiam audiuit de Cœlestibus aliquid corporibus diceret, aut ad subtiles linearū speculationes perdiscēdas exhortari? Musicam enim ipsū scimus auribus solummodo percepisse: quotidie autem de fortitudine, de iustitia, de alijs uirtutibus differēbat. Hæc nāq̃ bona hominū appellare solebat. Cætera uerō aut percipi ab hominibus nō posse, aut non longē à fabulis distare, sophistarūq̃ ludis similia esse. hæc ille & cæteris cōsulebat, & ipse primus faciebat. Si ergo quibus Socrates non placuit, aut taceant, aut ad id quod equū est redeant. Socrati enim uiuo sapientiam Deus soli attestatus est. Qui uerō eum interfecerūt, poenitentia stimulos effugere non potuerunt. isti autem bona Aegypti & prodigiosam Pythagoræ sapientiam adamarunt, & solida Socratis tenuitate contempta, tyrannidem coluerunt, & tenuissimam uitam dapibus Siculis commutare non erubuerunt. His uerbis Xenophon Platonem occultius impugnabat. Socrates uero apud ipsum Platonem in libro de Republica, Gymnastica, Musica, et Astromomia ita loquitur, ut etiam Plato non multum istis attribuere uideat.

Opiniones prisorum ἡρώδη, id est de principijs. Cap. V.

Quomodo ex huiusmodi cūta prouiderūt secundū Thalem.

Verum ut facilius merito contemptam esse a nobis hanc inanem Græcorum Philosophiam cognoscas, nō grauabimur altius uarias atq̃ diuersas, imō uerō inter se contrarias philosophorū opiniones repetere. Aliū manu autem eā à libro Plutarchi, quem de Dogmatibus philosophorum inscripsit. Thales inquit, Milesius de septem sapientibus unus, principium rerum quam putauit. Is primus philosophari dicitur incepisse, & ab eo Ionicam philosophiam esse appellatam. Dicitur autem iunior in Aegypto fuisse, & in Milesium senior rediisse. Inductus autem fuit, ut ex aqua uniuersa primū esse diceret, & in aquam demum resoluui: quia sperma omnium animalium origo humida substantia est. Vnde uerisimile putauit, hoc modo ex humido cuncta oriri. Deinde quia herbe plantæ uniuersæ humido alunt & fructus ferunt, eius autem penuria languescunt, ac decidunt. Tertio quia ignis stellarū atq̃ solis, & ipse mundus aqueis uaporibus alitur. quam opinionem Homerus quoq̃ approbare uidetur, cum dicat Oceanū qui omnium fuit origo. Anaximander autem Milesius, principium rerum infinitū esse assererat, & ex hoc omnia putari oriri, & in hoc tandem deuenire: idcirco infinitos oriri mundos atq̃ rursus corrumpi. insinuat autem esse dicit principium, ne quid desit, ne uel generatio terminetur. Errauit autem, quia non aperuit infinitum illud, ac ne an aqua sit, aut aliud quoddam corpus. errauit etiam, quia substantiam materiam dicens, efficientem causam deseruit, infinitū enim nihil aliud quam materia est, quæ actu esse non potest, nisi ab efficiente eliciatur. Anaximenes uerō Milesius, principium rerum aerem opinatus est, ex quo fieri cuncta, & in quem resoluui contendit. animam enim nostram aerem esse ait, hic enim nos continet, uniuersum etiam mundum spiritus & aer fouet, idem autem aer & spiritus apud eum est. Hic etiam errauit, quia ex informi ac simplici spiritu atq̃

atq̃ aere animalia posse constitui putauit, impossibile autem omnino est, principium rerum solum esse materiam, cum necesse sit efficientem causam ponere. non enim ex argento, aut ligno, aut aere uasculum unquam fiet, nisi artifex fecerit. Heraclitus uerō & Hippasus Metapontinus ignem esse principium putarunt, quo extincto cætera gignuntur, cuius solidiore partem in se contractā atque constipatam terrā fieri, terram porro ab igne resolutam in aquam uerti, & exhalationes aquarū in aerem transire. Rursus autē uniuersa corpora, mundā quæ ipsum ignis ardore corrumpi, principium igitur ignis est, inquit, quia in eo sunt omnia, et in eū demū resoluunt. Democritus, quæ Epicurus sequitur, principium rerum asserit corpuscula quædam minutissima, quas atomos appellat, ratione cognoscibiles, solidas, non generabiles, nec corruptibiles, omni fractura superiores, quæ alterari non possunt. Has in uacuo, & per uacuum moueri asserit, quod infinitum esse opinatur. Atomos quoq̃ ipsas infinitas numero dicit quibus accidunt figura & magnitudo secundum Democritum. Epicurus autem pondus etiam adiecit: nō enim mouebuntur, inquit, nisi pondere deferantur. Figuras porro atomorum nec infinitas, & eiusmodi esse asserunt, ut frangi non possint. Atomos enim dicta est, non quia minima sit, sed quia diuidi ac frangi nequeat. Atomos autem esse dicunt, quia uacuum atq̃ unitas elementa sunt. Empedocles uerō Agrigentinus quatuor elementa, ignem uidelicet, aerem aquam, & terrā principia ponit: duas etiam uirtutes amicitia atq̃ litem, & amicitiam quidem coniungere, litem uero disiungere. Hæc fuit primorū philosophorum discrepantia, istæ sunt de principijs illorū inanes opiniones. non enim Deum creatorem, nec deos omnino, aut in corporeas & irrationales substantias, nec illud quod supra sensum, sed principiorū numero acceperūt. Primus autem Græcorum omnium Anaxagoras fertur, intellectum rerū omnium causam asseruisse, qui philosophandi amore agros suos dicit incultos reliquisse. Is primus efficientē causam rationalem arbitratus est, confusa enim omnia simul fuerunt: sed intellectus à cōfusione in ordinem ea redegit. Admiratione uerō dignū est, quod ita dicentem parū defuit, quin Athenienses lapidibus obruerēt: quia uidelicet non Solē, sed Solis creatorem uenerabatur. Is etsi rebus omnibus intellectū proposuit, non tamen consequenter ubiq̃ seruaui. Vnde Socrates apud Platonem de Anima uehementer eū inculcat. Cum legissem, inquit, Anaxagoram dicentem omnium causam esse intellectum, magna lætitia perfulsus, putauit magistrum iam me Anaxagoram inuenisse, qui mihi diceret omnia oportere ab intellectu esse disposita: & a quo discere possem, utrum terra rotunda an triangularis sit: causam enim asserere ipsum arbitratus sum. Quare altero alterum melius, et quia optimam est talem terram esse: et si in medio ipsum diceret, illico exponeret, quia optimum est in medio sitam esse, ac eodem modo de Sole, Luna, & de uelocitate ipsorum, & de alijs singulis quod optimum sit alia pati, alia facere quæ patiuntur & faciunt: nō enim alia causa quam optima reddi potest, si à ratione atq̃ ab intellectu disposita sunt. Magno igitur gaudio sæpe libros eius perlegi, & progressus aerem, aquam, ignem, cæteraq̃ huiusmodi asserere Anaxagoram uidens, eisq̃ causas rerum attribuere, nec intellectui ac rationi aliquid attribuere, magna de spe decidi. Simillimum enim mihi facere uidebatur, ac si quis diceret omnia intellectu, atq̃ ratione à Socrate fieri. Deinde cum reddere causam uellet, quare hic sedeam, responderet: quia corpus meum ossibus atque neruis constat, cum ossa articulos coniunctionesq̃ habeant neruis colligatas: & nerui trahi atq̃ retrahi soleant, flecti hoc modo corpus facile posse, quæ de causa fit ut sedeam. non enim uera causa redditur, sed quia uidelicet eum Athenienses mortis crimine condemnarint, & mihi iustius uisum est, sententiam hanc subire: idcirco expectans hic sedeo. nam per carnem nisi hoc esset, si fugere mihi melius uisum esset, hæc ossa & isti nerui Megaræ & in Boetia essent. Si quis uerō contendat, non posse me quæ mihi optima ui

Quatuor elementa principia rerum.

OP. AN. S. B. C. S. M.



ma uidentur, absq; neruis & ofsibus, ceterisq; huiusmodi efficere, uerè quide dicit, per hæc enim facio. ratio autem eorum, quæ intellectu fiunt, non hæc, sed melioris, aut certe optimi est. Et post pauca: ita & terram alius reuolutione cælorum in medium depelli, alius propter latitudinē suam ab aëre sustineri: quod autem melius sit in medio sitam esse, ne quærunt quidem. Est autem quod omnia ligat, & bonum ipsum, quod nescio quomodo omnes negligunt. Hæc Socrates. Anaxagoræ autem successit Archefilas, quem Socrates audiuit. Præterea & Xenophanes, & Pythagoras, qui Anaxagoræ temporibus floruerunt, de æternitate Dei, & de animæ immortalitate philosophati sunt.

opiniones philosophorum de dijs. Cap. VI.

Nunc uideamus quales opiniones de dijs philosophi habuerunt. Plutarchus sic in libro prædicto scribit: Nonnulli philosophorum, inquit, ueluti Diagoras Milesius, et Theodorus Cyrenæicus, et Euemerus Egiata, & Callimachus, nullo modo deos asserebant. Euripides etiã tragicus, quamuis Aëropagitarum formidine non omnino se aperuerit, Sisyphum tamen induxit, quasi huius opinionis protectorem: & quibuscunque potuit rationibus, sententiã eius tutatus est, & Anaxagoram qui unã stetisse corpora confuse primo affirmavit. Deinde à Deo in ordinem distincta, & Platonem qui nõ stetisse, sed in ordinatè mota fuisse primo dixit. Deinde à Deo in ordinem redacta reprehendit, quia dixerunt Deo de his inferioribus curam esse. Beatum enim illud animal, atque incorruptibile, inquit, omni bono repletum, et omnis mali expertum ad beatitudinem suam conuersum res humanas non animaduertit: miserum enim esset, si fabri aut operarij more ad huiusmodi fabricam se cõuerteret. Præterea Deus, quem dicunt, ante ordinationem totius aut dormiebat, inquit, aut uigilabat: aut si neutrum uerum est, nec erat omnino. Si ergo dormiebat, à seculo mortuum fuisse necesse est. Sempiternus enim somnus mors est, Deus autem nec somnij nec mortis particeps est. Sin uero uigilabat, aut perfectam beatitudinem habuit, aut mancam atque imperfectam. Si perfectam nullius indigebat, quare nec ad nouam rerũ productionem descendisse ipsum uerè simile sit. Sin autē mæca beatitudo affuerat, quomodo uerè dici Deus potest cui quicquam abfuisse conceditur? Ad hæc quomodo si diuinitus humana gubernantur, & boni uexantur, & mali feliciter uiuunt? Thales mundum Deum esse asserit. Democritus mundi animam ait Deũ esse, & cum pile igneæ formam possidere. Pythagoras de principijs unitatem Deum & bonum, unitatemq; esse unius naturam, intellectum uidelicet ipsum, dualitatem uerò dæmonem esse ac malum, in qua materialis est multitudo. Socrates & Plato unicum unumque me, quod uere ens atque bonum est: hæc autem uocabula ad intellectum omnia spectare. Deus igitur intellectus est, & species separabilis, id est procul ab omni materia, et nulli passibili coniuncta. Aristoteles supremum Deum, separabilem speciem uniuersæ spheræ insidentem. Spherã autem corpus æthereũ, quod ipse quintũ appellat. Quod cum per multas spheras diuidatur natura coniunctas & ratione separatas, unamquãq; spherarum compositam ex anima & corpore animal esse arbitratur. & corpus quidem, ut diximus, cum æthereum sit, circulariter moueri: animã uerò, quamuis per se sit immobilis, ipsam tamen motus causam esse. Stoici Deum artificiosum ignem atq; intellectualem esse asserunt, uia rationeq; ad generationem mundi progredientē, qui mundus omnes spermaticas rationes quibus singula secundum fata gignuntur in se continet. Deum autem spiritum esse per uniuersum mundum penetrantem diuersis nominibus appellatum secundum rerum per quas transit diuersitate: mundum etiam Deum esse, et stellas, et terram: supremum autem omnium intellectum esse in æthere. Epicurus deos hominum formam habere, quamuis non sensu propter tenuitatem naturæ, sed ratione percipiuntur. Quatuor deinde incorruptibiles ponit naturas atomos, uacuum, infinitum, similitudines

Sempiternus somnus mors est.

Stoicorum opinio de Deo.

nes, quas quidem naturas similium partium & elementa ipse uocat. Hinc manifestè uidemus, nullam Græcos ante Pythagoram, atq; Anaxagoram Dei habuisse cognitionem. Quare antiquissimis temporibus, ut Phœnices, & Aegyptij, qui ut ostendimus, non incorporeas qualdam uirtutes, sed mortales uires ut deos colebant. Sic Græci quoq; diuinos honores hominibus conferebant.

Aduersus eos qui sensum tollunt inuilem dicentes ad cognitionem. Cap. VII.

Verum quoniam alij philosophorũ sensibus cuncta cognosci arbitrabatur alij contra rationi solummodo credendum, & sensum omnino abiiciendũ dicebant, non est inutile, quid aduersus istos Aristoteles in octauo de Philosophia conscripsit, perstringere. Multi, inquit, rationem solummodo sequentes, sensum ac phantasiam omnino abiiciebant, ut Xenophanes, Colophonius, & Parmenides Eleata, & Zeno, & Milesius de antiquioribus: de iunioribus autē Sulpo & Megarici: qui dicebant unũ esse quod est: & quod diuersum esse uideatur diuersum nõ esse, nec gigni quicquam, nec corrumpi, nec moueri penitus. aduersus quos quãuis in philosophia multa dicantur, tamen etiam nunc pauca dicamus. Diuina igitur res in nobis ratio est, indigemus tamen sensu, quæ admodũ & corpore. Nam & sensus naturæ de sensibilibus iudicat. Qui enim sentit, aliquid patitur: & qui sentit quod patitur, eam passionē profecto cognoscit. Sensus igitur cognitio quædã est. Præterea si sentire pati quoddam est, & omne quod patitur, ab aliquo patitur, omnino diuersum, aliudq; quod facit, est ac eoque patitur: ut color & sonus à sensu. Deinde ipsum ens unũ non erit, sed nec immobile: sensus enim motus quidam est. quomodo autē si nihil ad cognitionem conferunt, nullus est qui nollet secundum naturã sibi sensus esse depositos. omnes enim integritatem sensuũ organorumq; suauitatem desiderant, quã melius ita de sensibilibus iudicãt. Quare natura ducit tantus nobis amor inest, ut nullus non instantis unũ sensum pro omnibus bonis quæ uocantur externa, uellet commutare. Cur autem si nihil sensibus egeant, nõ erunt oculos, nec auribus quidem eos uituperant, re autem maxime omnium utuntur. Melissus enim cum sensibilia nihil esse uelit ostendere, per sensibilia hoc ipsum efficere conatur. Si enim terra est, inquit, & aër, & ignis, & ferrum, & aurum, & aliud uiuens, aliud mortuum, aliud nigrum, aliud albũ, cæteraq; omnia quæ uere esse homines credunt, si etiã nos recte uidemus, audimus atq; sentimus, ens quoq; tale quid esset, profecto quale nobis primò uisum est, neq; transmoueretur: nec aliud ex alio fieret, sed sibi ipsi simile permaneret. Nunc uerò cum dicamus, recte sentire uidetur nobis quod calidum est in frigidum, & frigidum in calidum similiter & molle in durum, atq; econtra permutari. Meritò igitur posset quispiam percunctari. nõne igitur calidum in frigidũ transmutari, cæteraq; huius sensu cognouisti? Sed rationes opinionescq; istorũ iam ita explosæ sunt, ut nec dicere quidẽ esse uideantur. Recte igitur procul dubitatione illi philosophantur, qui & sensum, & rationem, & cognitionem rerum suscipiunt. Hinc Aristoteles Xenophanem & eius similes uexauit. Xenophanem autē Protagoras & Nessas audiuerunt, Nessam Metrodorus, Metrodorum Diogenes, Diogenē Anaxarchus, Anaxarchum Pyrrho, à quo Sceptici philosophi appellati sunt, qui nec sensu, nec ratione quicquam posse comprehendere docentes, magno risu omnium explosi sunt.

DE PREPARATIONE Euangetica finis.

PAVLO

OP. A. F. V. S. B. C. S. W.



PAULO III. PONTIFICI MAXIMO,
Donatus Veronensis S.



QVVM Romam nuper redisset Gibertus episcopus Veronensis, patronus quidem me
us, tuæ uerò sanctitatis, beatissime pater Paulè III. humillimus cliens, seq; domum rece-
pisset, postquam te in isto altissimo inter homines gradu fauste, feliciterq; collocati
uidit, tantam ex ea re conceptam letitiam præ se ferebat, ut nulla maiore quisquam
ulla de re affici posse uideretur. Sic enim homo reipublicæ Christianæ amantissimus
perspiciebat, quemadmodum ipse palam prædicabat, tandem illud tempus uenisse,
quo summus Deus ecclesiæ suæ labefactæ, ac nutanti consuleret, namq; affirmabat, ex omni numero cor-
qui ad idem fastigium atq; imperium facti esse uiderentur, neminem planè ad hoc ipsum quod dixi, hoc est
ad instaurandam ecclesiã, neq; magis idoneum eligi potuisse. Quæ quidem ob eam rem, quod et probi-
tate, et religione, et prudentia, et magnitudine animi, quas ille clarissimas uirtutes tuas prædicare antebus
nunquam satis sibi uisus est, tu facile omnibus alijs antecellis: tum uerò quod neq; ingenio, neq; doctrina,
neq; genere ipso ac nobilitate, neq; ullis alijs etiam uerioribus bonis, alium quempiam hoc tempore, uel si
gniuorem, uel æquè dignum cernebat, cui tam grauis prouincia delegaretur. Ad has uerò publicas letitia
causas, priuatis quoq; suis idem accedere dicebat, quippe qui initio statim tui istius imperij incredulitatem
quandã esse liberalitatem tuam expertus, quum in nihil profusus ad huc de te, tuisq; rebus meritis, et
sædè diligenter atq; amanter uerit et ornare cepisti, confirmata ipsi omni pristina auctoritate ac dignitate,
te, cum maximo existimationis ipsius ac fame incremento, ut non ueterem patronum, ac tutorem amississe,
sed nouum potius parentem, nouumq; omnium rerum suarum columnen sibi inuenisse uideretur. Verum
ut est ille gratiori quodam, generosioriq; animo præditus, quam primùm reuersus est domum, nihil sibi
potius aut faciendum, aut cogitandum existimauit, quam ut animi sui erga tantam benignitatem gratissi-
mi cerum aliquod testimonium atq; indicium inuenire, palamq; efferre posset. Cuius quidem uoti ne se
potem futurum sperare uideret, ipse interim magnitudine fortunæ tuæ, rerumq; tuarum deterrebatur.
Ecce autem clementissimus Deus, cui pro tantis rebus simul ac domum rediit gratias de more egreat, non
diu illum tam honeste rei desiderio teneri permisit, sed redegit illi in memoriam, quos Eusebii Casariensis
de Euangelica demonstratione libros domi habebat, atq; in Latinum conuertendos mihi tradiderat, eos
subtius sanctitatis nomine publicare posse. Ea forsitan ratione, quod quum ipsi diuina prouidentia te una
hoc tempore elegisset, qui labenti atq; inclinata ecclesiæ presidium ferres, hoc item tam salutaris remedi-
euangelio laboranti subueniendum putaret. Porro id opus Gibertus, quum diu, multumq; cogitasset, Latini-
num potius quam Græcum edi oportere decreuit, quod ex illius latina editione multo plures, quam ex
Græca, utilitatem capturos uidebat, quanquam alia quoq; de causa sperabat eossem libros tibi fore nota-
gratos, quum memoria teneret te illorum Græcum exemplar, quod unum in Italia penes Ioannem Fran-
ciscum Mirandulensem principem extaret, urum, cuius in omni genere literarum, omnib; magnum
artium disciplinis, industria atq; excellentia nunquam satis prædicabitur, omni studio et habendum, et
gendum curasse, idemq; summo opere laudare consueuisse. Quibus de causis, quum me id opus aliquando
maturius conficere iussisset, idem protinus uniuerse Christianorum reipublicæ sub tuis felicissimis auspi-
cijs condonare constituit, ut sic eodem tempore et Eusebii Euangelicam ueritatem, Christi, diuinitatem
hominibus demonstraret: et tua sanctitas, eius qui personam Christi gerit in terris, integritatem, ac sinceri-
ritatem muneris probet. Ceterum ego quidem, quod ad me unum attinet, uel maximum meorum laborum
fructum mihi percepisse uidebor, si quam huic Giberto patrono meo, tuæq; sanctitatis humilimo clienti
obtemperauero, ipsum à me Latinum factum, tibi non displicuisse cognouero, quum enim sanctitas tua illud
propria Græcorum lingua exaratum, diligentissimè olim legerit, quam ego id rectè interpretatum
sum, multo facilius indicare poterit. Quam quidem sanctitatem tuam, quemadmodum summus Deus, om-
ni bonitate, et prudentia, et doctrina exornauit, utinam et diuini in humanis de-
gere, et in columnen, beneq; ualentem superesse ad suam ipsius ma-
iestatem celebrandam, colendamq; permittat.

EVSEBII

EVSEBII PAMPHILI CAESARIENSIS
DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
Liber primus, absq; principio.

Quod Masaiæ lex uni iudaicæ genti accommodari poterat, et huic ipsi propriam terram inco-
lenti dicitur, quo id; idcirco altero propheta, alteraq; leg; opus fuerit. Cap. III. absq; principio.

ffamula tua & qui aduena est in urbibus tuis. Deinde oratione progressus, qd
dictum est confirmat, dum sic ait: Veritamen sancta tua quæ fuerint tibi, & quæ
uota tua susceperis, uenias ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus sibi.
Et rursus: Decimã decimabis uniuersi foetus seminis tui, foetû agri tui quotannis
comedes ipsum conspectu Domini Dei tui, eo in loco quæ elegerit Dominus
Deus tuus ad inuocandû nomē suū ibi. Deinde ubi reputauit quid facere oporteat,
si is locus de quo agit remotior fuerit, frugū aut prouetus multus, ut uide-
licet domo ad locū Dei afferre oporteat annuos fructus sacificationis, de hoc
uē hanc cōstituit legē: Si uerò longe à te fuerit uia, neq; possis ea repræsentare, p-
pterea qd lōge à te fuerit locus, quæ elegerit Dominus Deus tuus ad in uocā-
dū nomē suū ibi, tibiq; benedixerit Dominus Deus tuus, uēdēs ea argēto, & ea
pices argentū in manus tuas, & dabis argentū pro omni quod dēq; concupierit
anima tua pro bobus, siue ouib; siue uino, siue sicera, siue omni quodcunq; cō-
cupierit anima tua, & comedes ibi in cōspectu Domini Dei tui. Tū rursus locū
quali signo impresso cōmēdat, his uere uerbis: De primogenitis quæ nata fue-
rint in bobus atq; ouib; masculina offeres Domino Deo tuo, nō opus facies in
uitulo primogenito, & nō tō debis primogenitū ouis tuarū, in cōspectu Dñi
Dei tui, comedes illud singulis annis, in loco quem elegerit Dñs Deus tuus et
domus tua. Post hæc rursus inspice, quō nam modo ea quæ ad festos dies perti-
nēt distinguit, ut ne alibi terrarū, q; in eo uno loco de quo agit, festos dies agat
ait igitur: Obserua mēsem nouarū frugū, et facies pascha Domino Deo tuo, o-
ues & boues, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus. Rursus admonet his
uerbis: Nō poteris sacrificare pascha in aliqua urbiū tuarū, quas Dominus De-
us tuus dederit tibi, sed in loco duntaxat quæ elegerit Dñs Deus tuus. Illic im-
mo labis pascha à uespere ad solis occasum, in tempore quo egressus es de terra
Egypti, et coques, et comedes in loco quemcunq; elegerit Dominus Deus
tuus. Lex igitur de solemnī die, qui pascha dicitur, huiusmodi descripta est.

Deut. 13.

Deut. 14.

Oblatio-
nes Hiero-
solymsa-
rendæ.

Pasche cō-
lebratio.
Deut. 16.

Observa-
tio Pentecō-
stis

Festum tãa
bernaculo-
rum.

Porro autem de quinquagesima quid dicat, audi: Totas septem hebdoma-
das numerabis tibi ipsi, ex quo falcem in segetem immittere coeperis, & cele-
brabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, quantum poterit ma-
nus tua, ex omnibus quæcunq; dederit tibi, propterea quod tibi benedixe-
rit Dominus Deus tuus, & epulaberis coram Domino Deo tuo, et filius
aduena, & pupillus, & uidua quæ apud uos fuerit, in loco quæ elegerit Domi-
nus Deus tuus sibi ad inuocandû nomē suū ibi. Tertiu uerò solēne ubi imperet
celebrandū, audi: Solēne tabernaculorū celebrabis tibi ipsi septē diebus, ubi de-
area tuo, & de torculari tuo collegeris, et epulaberis in solēni tuo, tu & filius tu-
us, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, & uidua, in loco quæcunq; elegerit Do-
minus Deus tuus sibi. Quum igitur eum locū tam multis signis ostēdat, toties
q; illic cum toto genere, totaq; domo oportere præcipiat, qui fieri potest, ut ea
quæ in toto orbe terrarū degere intelligantur, eo magis quod ne ueniã quidem
ullam tribuit ijs, qui trāsiliant quæcunq; præscripta sunt, ac potius execrationē
omnib; quicunq; nō omnino omnia seruauerint denunciaret, ad uerbum sic di-
cens: Execrabilis quicūque non steterit in omnib; quæ in hac lege scripta sunt,
ut faciat ea. Contēplare deinde quā omnes uires humanas superet, fieriq; nul-
la ratione possint, quæ in lege Moysi posita sunt. Siquidē ubi distinxit, quæ uo-
luntaria peccata, quæq; difficilia sunt, & pœnas unicuiq; eorū adiūxit, quæ ma-
ximò

OPAEVSEBII



mo supplicio digna sunt: tum uero leges ponit, quibus alia quadam ratione eos item qui inuiti peccauerint, conuertat. quarum una quidem sic se habet: Si anima una peccauerit nolens ex populo terrae, dum facit unum ex omnibus praecceptis Domini, uel dum non facit, & peccat, cognitumque ipsi fuerit peccatum quod peccauit, et offeret munus suum capram aniculam immaculatam id offeret pro peccato suo quod peccauit, in loco ubi maculant sacrificia: & accipiet faccedos de sanguine, & sane considera quemadmodum hic quoque eum qui imprudens peccauerit, ad locum uenire oporteat, ubi maculant sacrificia. Is autem est, de quo multis uerbis iam pridem meminimus, dicens. Quemcumque elegerit Dominus Deus tuus. Quod quidem quum ab omnibus quicumque sunt in terra hominibus plane effici non posse, ipse quoque autor legis uideret, tum perspicue significauit legem inducens non infinite aduersus omnes, sed adiciens: Si anima peccauerit nolens, ex populo terrae. Alteram uero legem ponit, quae sic habet: Quod si anima audierit, uocem iurando, atque hic testis aut uiderit, aut confitetur fuerit si non indicauerit, peccatum suscipiet. Quid nam igitur aliud hunc facere oporteat, quam sumpta in manus hostia, prope abire ad expiandum: ubi porro expiabit, nisi in loco, in quo maculant sacrificia? Tertiam quoque dum scribit, Anima, inquit, quae tetigerit quiduis immundum, siue quae & occisa fuerint de pecoribus immundis, & sumplerit ex eo, ipse pollutus est: & peccabit, si attigerit immunditiam hominis ex omni immunditia eius, quam quis attingens pollui solet, & oblitus fuerit, & postea cognouerit, & peccauerit. Ergo quid tam de hinc etiam qui sit pollutus facere conueniet, nisi rursus ad locum uenire, et offerre pro peccato suo quod peccauit, aut ouem, aut agnam, aut capram aniculam riter. Eadem uero lex est etiam de anima quae iurauerit, dum ipsis labijs distinguat uel male se facturam, uel bene, secundum omnia quaecumque enunciare solet homo cum iureiurando, & oblitus fuerit, & idem post cognouerit, & peccauerit unum aliquid ex his, & prodiderit peccatum quod peccauit, etiam hic, inquit eadem sumpta hostia, festinet ad locum, & orabit pro ipso sacerdos, pro peccato ipsius: & dimittetur ei peccatum. Alia praeterea est lex seorsum ab eis, quae expositae sunt, quae in hunc ferè modum praescribit: Anima quae obliuione oblita fuerit, et imprudens peccauerit in his, quae sancta sunt Domini, offeret Domino arietem pro peccato suo, offeret autem rursus ad pontificem, in loco uidelicet de quo dictum est. Sextam quoque legem prioribus adiungit his uerbis: Anima si peccauerit, et fecerit aduersus unum ex omnibus praecceptis aliquid eorum, quae non oportet facere, & non cognouerit, & deliquerit, & acceperit peccatum suum, rursus offeret pontifici arietem, & orabit pro ipso sacerdos, pro ignorantia eius quam ignorauit: & hic ipse non nouit, & dimittetur ei. Septimam scribit legem hoc modo: Anima si peccauerit, & contempnens contempserit praeccepta Domini, & mentita fuerit proximo suo in deposito, communicationis aut in pinnae causa, uel iniuria aliqua affecerit proximum suum, uel inuenerit rem perditam, ac de ea ipsa mentita fuerit, & iurauerit inique pro uno ex omnibus quaecumque facit homo, & peccat: & quandoque peccauerit ac deliquerit, & restituerit rem quam abstulit, aut iniuriam a se illatam satisfecerit, aut depositum quod fure fidei commissum fuerat, reddiderit, aut rem perditam quam inuenit, ex omni re pro qua qua inique iurauit, soluet ipsum totum, & eius insuper quintam partem. Ceterum oportebat postquam prodiderat peccatum, ac soluerat, omnibus negotijs prohibitis prope abire ad locum, quem elegerat Dominus Deus, & offerre pro delicto arietem immaculatum, & sic orare pro eo sacerdotem apud Dominum & dimittit ei. Hic sane moyses ille admirandus tam de his qui inuiti peccauerint quam de de his qui per ignorantiam, diligentissime tractauit seorsum ab his quae uoluntarie peccantur, quibus etiam inexorabiles irrogat poenas, ut suos ita cohibeat, ac refrenet. Qui enim his qui inuiti peccauerint, non prius ueniam tribuit, quam peccatum enunciauerint, ac deinde ei qui peccauit quasi leuem poenam per

per indictum illud sacrificium irrogat, & per acclamationem sine mora ad locum sanctum, studium simul & religionem eorum intendit, qui se autem in diuino cultu uti uelint, qui fieri potest ut non multo prius ab his quae uoluntarie committunt, cohibuerit appetitus: quid ad haec igitur argumentari oportet, quando, ut dictum est, cum sancta redigens in summam Moyses, sic imprecatur: Execrabilis omnis quicumque non steterit in omnibus, quae in lege scripta sunt, ut faciat ea: ego etiam in extremis terrarum finibus, habitantes, si ritus Mosaicos seruare uolebant, ut talem execrationem uitarent, promissamque Abrahae benedictionem contingerent, haec omnia facere oportebat: ac ter singulis annis Hierosolyma peteret: ex omni praeter ea natione, quae tales sibi ritus seruandos, proposuisset, feminas partu modo ac doloribus leuatas tam longum iter ingredi, ut quod imperasset Moyses sacrificium, pro singulis praeterperis offerrent: licet qui aut mortuum corpus attigissent, aut peierassent, aut inuiti aliquid fecissent, eos ab extremis terrarum finibus, uenire, ac properantes excurrere ad eam quae lege sancta esset, purgationem, ut execrationis poenam effugerent, sed plane perspicis, ut uel ipsa Hierosolyma incolentibus, atque in una Iudaea uersantibus, ac de gentibus, Mosaicum illud uiuendum institutum seruatum difficile esset, nedit tale ut possent a reliquis gentibus, obseruari. Proinde Saluator ac Dominus noster Iesus filius Dei post reditum a morte ad uitam, cum ad discipulos suos dixisset, ite ac docete omnes gentes: tum merito adiunxit, Docentes eos seruare omnia, quaecumque praecipi uobis. Non enim quae in Moysi legibus sunt, docere omnes gentes imperabat, sed quaecumque ipse praeciperat. Haec porro sunt, quae in illius Euangelij continentur. Merito igitur & discipuli eiusdem, & Apostoli, quum habere gentium rationem uellent, in hoc inter se conuenerunt, ut quae in Moysi legibus continentur, nequaquam gentibus, possent accommodari: quippe quae neque ab ipsis neque a patribus, ipsorum seruari potuisse constaret. Ergo in Actis Petrus ita loquitur: Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus: sed etiam ipse Moyses propter haec ipsa quae diximus, merito & alterum praeter se surrecturum ait, propheta, & hunc ipsum legum auctorem futurum cunctis gentibus, nunciat, Christum eo modo significans, & eisdem ut pareant, suis omnibus imperat, quam rem his ferè uerbis diuinat: Prophetam uobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus, uelstris tamen me, illum audietis in omnibus, quae loquetur uobis. Quaecumque uero animam non audierit prophetam illum, delebit de genere suo. Porro autem prophetam hunc Christum ipsum uidelicet a Iudaeis oriundum, alibi item omnibus gentibus imperaturum, enunciat his uerbis: Quam pulchrae domus tuae Iacob, tentoria tuae Israel, ut saltus umbrosi, ut hortus iuxta fluuium, ut tabernacula quae fixit Dominus. Prodit homo ex semine eius, & dominabitur gentibus, multis, & extollet regnum eius. Quinetiam, cum duodecim omnino apud Hebraeos essent tribus, ex qua illarum oritur hic apud gentes legum auctor, qui canit a propheta, & quibus temporibus futurus esset, quod de tribu Iuda uidelicet, quodque tunc, cum defecerint quia maioribus sibi traditum Iudaicæ gentis imperium tenere consueuissent, planissime indicat his uerbis: Non deficiet, inquit, princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniant quae reposita sunt ipsi, & ipse erit expectatio gentium, sed quae non expectatio erat praeter eam quae Abrahae quondam, promissa fuerat: quod ut delictum in ipso oes gentes terrae essent benedicende. Itaque etiam ipse Moyses uisus est optime intelligere futurum esse aliquando, ut leges quas ipse tulisset, omnibus gentibus, accommodari non possent. Ad ea uero oracula comprobanda, & conficienda, quae Abrahae reddita sunt, altero opus esse propheta: sed hic erat quae de tribu Iuda perditurum, multisque gentibus, dominaturum superiori testimonio confirmauerat.

Quam de causa quum omnium Iudaeorum oracula acceperimus, eorum uocem uiuendi studium recusauerimus. Cap. IIII.
His igitur de causis sacros Hebraeorum libros, utpote qui de nobis gentibus oracula contineant, quasi proprios nostros, & accepimus, & amplexi sumus;

OPERA V. S. P. C. S. M.



mus, eoque magis quod non unus Moses de legum autore apud gentes posse ipsum futuro est uaticinatus, sed etiam ipso Mose posteriores propheta, ut breuiter dicam, uniuersi eidem illi similia cecinerunt, ut Dauid, qui ait: Constitue Domine legulatorem super eos, agnoscat gentes, quod homines sunt. Vide quomodo, ut hic quoque alterius legumlatoris meminuit. Quocirca alibi idem hic gentibus imperat canere non antiquum amplius illud, & Mosaicum canticum, sed aliud quoddam nouum, in hunc modum: Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra: annunciate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam Dominus & laudabilis ualde, terribilis est supra omnes deos. Quoniam omnes dii gentium daemonia, Dominus autem caelos fecit. Afferte Domino tribus gentium, afferte Domino gloriam nominis eius. Et rursus: Dicite in gentibus, quod Dominus regnauit. Etenim correxit orbem terrarum, qui non commouebatur. Et alibi: Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium, reuelauit iusticiam suam. Viderunt omnes fines terrae salutare Dei nostri. Hoc etiam loco considera, quemadmodum nouum canticum non uni Iudaicae genti, sed omnibus omnino gentibus indicit, quando illud antiquum Mosaicum solis conueniebat Iudaeis. Hoc sane nouum canticum Hieremias alius Hebraeorum propheta nouum testamentum appellat, his uerbis: Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & disponam domum Israel, & domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum, quo die apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti, eo quod ipsi non manserunt in ijs que erant testamenti mei: ego item neglexi eos, dicit Dominus. Quoniam hoc testamentum quod disponam Israel, dicit Dominus, dans leges meas in interiori sensum eorum, & in cordibus eorum describam, & ero ipsorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Cernis item hunc deus duo testamenta distinguit, ut hoc quidem uetus, illud uero nouum appellat, & nouum dicat non ueteri illi quod patribus, condidit simile futurum. Illud enim lapsis a maiorum pietate Iudaeis uitam Aegyptiacam ac mores amulantibus, & ad errorem colendi multos deos, superstitionemque gentium, quae simulacra uenerabant, declinantibus, legis loco impositum est: ut & eos qui ceciderant excitaret, & mutuis inter ipsos doctrinis confoscos, atque prostratos erigeret. Iustus enim, inquit, lex posita non est, sed iniquis & peruicacibus & impijs, & peccatoribus, & horum similibus. Nouum autem eos, qui per Saluatorem nostrum Dei beneficio ac munere consurrexerint, ad promissum Dei regnum ut eant & properent, quasi manu ducit, atque instruit: omnes aequales homines uocans in unam atque eandem bonorum communitatem. Hoc igitur nouum testamentum, legem nouam uocat alius inter Hebraeorum propheta Esaias dicens: Nam de Sion exibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem, & iudicabit inter gentes: & uenient omnes gentes, & congregabuntur omnes populi, & dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacobi. Sed quae tandem lex de Sion proficiscens, diuersa distaxat ab ea quae in monte Sina per Moysen data est, reperietur, nisi ipsum Euangelicum uerbum, quod per Saluatorem nostrum Iesum Christum, perque eiusdem Apostolos de Sion profectum est, perque omnes gentes disseminatum: constat enim de Hierusalem ac de eo qui illi coniunctus est, monte Sion: ubi Saluator ac Dominus noster & multum uersatus est, & plurimum doctrinae suae edidit, noui testamenti legem ab initio profectam in cunctos homines suam lucem effudisse. Quae quidem res consentanea ijs uocibus fuit, quibus ille ad suos est usus discipulos, dum dicit: Ite ac docete omnes gentes, docentes eos seruari omnia quae uocem ac praecipia. Quando igitur haec sic se habere ostensum est, nunc iam tempus fuerit inspicere, huiusce noui testamenti, eiusque quod praedictum fuerat, canticum noui, nouaque legis rationem ac modum.

Quis nam

Quis nam modus noui testamenti, cuius Christus est autor. Cap. V.

ITa quidem ostensum iam est, quemadmodum uetus illud testamentum, lexque Mosaica uni Iudaicae genti, & huic ipsi propriam terram incolenti accommodari posset, ac neque reliquis gentibus, quae toto terrarum orbe tenebantur, neque alienas terras incolentibus Iudaeis conueniret: quodque noui testamenti rationem ita oporteret institui, ut omnibus gentibus ad uitam profectum ingredi uellent, impedirentur: neque aut regionis, aut generis, aut loci, aut alterius cuiuspiam rei omnino causa, possent excusari. Talis porro & lex, & uita plane extitit ea, quae a Salvatore nostro Iesu Christo instituta est, quae praesca illa, & ipso Mose antiquior instauratur religio: ad cuius normam & Abraham, & eius maiores uixisse, facile demonstratur. Quod si uelis Christianorum uendi rationem, atque eam quam Christus per omnes gentes disseminauit religionem, cum eo & religionis & iusticiae instituto comparare, & contendere, quo & Abraham, & Abrahamae similes usus diuinae litterae praedicant, facile uerum atque idem agnosces. Siquidem illi a multorum deorum cultu atque errore recedentes, & ab ea quae simulacris addicta erat superstitione auertentes seipsum, mentis oculos supra omnem, quaecumque oculis cerni possit, naturam sustulerunt: neque uere illi aut Solem, aut Lunam, aut aliam quampiam uniuersi partem pro Deo unquam coluerunt: sed ad unum supremum, ipsum utique altissimum caeli ac terrae opificem, seipsum attollere non dubitarunt. Quam sane rem ipse Moses in suis antiquitatis historijs commendat, eum ipsum Abraham sic inducit dicentem: Extendam manum meam ad Deum altissimum, qui condidit caelum ac terram. dumque ante hunc, Melchisedec, quem ait sacerdotem Dei altissimi fuisse, ipsi Abrahamae his ferme uerbis benedicentem: Benedictus Abraham Deo altissimo, qui condidit caelum & terram. Inuenies autem & Enoch & Noe eadem ratione qua Abraham, & euasisse iustos, & Deo placuisse. Quinetiam Iob uir & iustus, & uerus, & inculpabilis, & omni mala re abstinens ante Mosi aetatem celebratur: qui cum pietatis erga Deum uniuersi gratia, per omnium bonorum subitam ademptionem uexatus, constanter omnia sustinuerit, maximum uerae religionis exemplum omni posteritati suae reliquit, quippe qui uere philosophicum illud uerbum olim acclamauerit, Nudus egressus sum de uentre matris meae, & nudus abibo. Dominus dedit. Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Idem uero communem omnium Deum colens, uoces etiam illas pietatis emisit, quas ipse longius progressus explanat, dum ait. Sapiens enim est mente, fortisque, & magnus, qui concutit terram a fundamentis, & columnae eius contremiscunt: qui dicit Soli, & non oritur, & stellas quasi signo impresso claudit, qui caelum extendit solus. Si igitur eundem illum quem praesca, ac ipso Mose antiquiores, Dei amici uiricoluerunt Deum, nuper itidem ut illis solum pie colendum esse, Christi doctrina gentibus uniuersis demonstrauit. haud dubium est, quin eiusdem cunem, communem quoque benedictionem sortituros esse, palam est. Sed nec minus Dei uerbum, quem Christum appellare nos conseruimus, illis cognatum fuisse quam nobis, sacrarum litterarum testimonio ostensum est, quippe qui longe excellentius ad illius & manifestum aduentum, & diuinam praesentiam cernendam, idonei habiti sunt. Audi igitur, ut rursus ipse Moses, eum qui amicus Dei seipsum ostenderit, quippe isdem oracula publicis monumentis commendata reddiderit, modo Deum ac Dominum, modo Dei angelum appellet, sic quidem plane declarans non hunc fuisse ipsum patrem, sed eius filium, qui idem & Deus ac Dominus amicorum Dei, & supremi patris angelus dici consueuerit. Dicit igitur his ferme uerbis: Et profectus est Iacob in Charran, uenitque in

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



Gen. 28. nitq; in locum, & dormiuit in eo: occiderat enim sol, & accepit lapides de loco, & supposuit capiti suo, & dormiuit in loco illo, & somniauit. & ecce scala fixa humi, cuius caput attingebat cœlum, & angeli Dei ascendebant, ac descendebant per illam, & Dominus innixus erat ei, & dixit: Ego Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac, noli timere, terram hanc in qua tu dormis, tibi dabo & semini tuo: & erit semen tuum ut arena terræ. quibus deinceps adiungit: Et surrexit Iacob manens, & accepit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit illum in titulum. Oratione deinde progressus, hunc ipsum, qui illi se ostenderat, Deum ac Dominum, Dei angelum nominat. Loquitur ergo Iacob, & dixit mihi angelus Dei in somnis, Iacob. Ego autem dixi, Quid est? Ac deinceps: Vidi, inquit, omnia quæcumq; fecit tibi Laban. Ego sum Deus qui uisus sum tibi in loco Dei, ubi unxisti mihi lapidem, uotumq; uouisti. Hic sanè idē, qui etiam Abraham uisus est, Deus ac Dominus appellatur, qui per mysteria, hominem Dei amicum, sui patris ius & potestatem docet, ac nonnulla interim quasi de alio quodam refert: quæ sanè nos suo loco considerabimus. Quinetiam eum, qui tum demum ipsi Iob, post fatigationem exercitationem respondit. Alium præter hunc dicere, est nefas. Nam qui antea de turbine & nubibus illi se ostenderat, Deum uniuersi se esse indicabat. Porro autem progressus, ita seipsum præbet uidendum, ut ipse Iob tum edicat: Audi me Domine, ut etiam ego loquar. Sonitum quidem uocis tuæ audiui prius, nunc autem oculus meus uidit te. Quod si fieri non potest, ut altissimus Deus inuisibilis, & ingenuus, & rex uniuersi à mortali natura carnatur, quis tandem hic qui sic uisus est, alius fuerit, præter Dei uerbum, quod seipsum ad tempus de propria magnitudine demiserit, ut alibi quoq; dicendum est. Cæterum quid plura de eadem te in hunc locum cogerere opus est, cum harum rerum confirmationes è sacris libris accipere haud difficile sit? Quas utiq; etiam nos in materia proposita per ocium collecturi sumus, ut ostendamus, nullum alium fuisse nisi Dei uerbum, qui ab antiquis Dei amicis patribus est uisus. Itaq; post rerum omnium opificis notionē, etiam ea quæ ad Christi pertinet, æque nobis atq; illis, communicat ratione prodita sunt. Quamobrem Christos quoq; eos ipsos qui ante Moysen amici, familiaresq; Dei fuerunt, sicut nos Christianos, appellatos inuenies. sed audi quæso quid de illis oraculum in Psalmis dicat: Cum essent numero breues, paucissimi & incolæ in eis, & transierunt de gente in gentem, & de regno in populum alterum, non dimisit hominē nocere eis, & increpuit pro eis reges, dicens: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. hæc sanè de Abraham, & Isaac, & Iacob edita esse oracula, tota cōpositio & cōtinuatio orationis ostendit. Quocirca Christi quoq; appellationem, nobiscū cōmunem pariter habuere.

Quæ nam sit ea, quæ in nouo Testamento omnibus hominibus à Christo denunciata est, uita. Cap. VI.

SED & ea quæ uirtutem sectatur uitæ ratio, & quæ pietatem amplexa est ei uilis institutio, sicut absque Moysi constitutione, omnibus gentibus, Christo monitore patefacta est: ita plane eadem pietatis ac religionis apud præfatos illos complebatur ratio. Neque igitur ut corpus circumciderent, neq; ut ab horum, aut illorum animalium carnibus abstinere, illi curabant, quoniam ne nos quidem. Etenim protinus Melchisedec inducit Moyses, sacerdotem Dei altissimi, qui neque corpore erat circumcissus, neque unguento comparato ex lege Moysi delibutus, neq; quid sabbatum esset ullo modo edoctus, neq; præterea quicquam omnino eorum quæ uniuersæ Iudeorum genti per Moysen descripta imperata que sunt, intelligens, aut sciens: sed plane ut Christi Euangelium præcipit, uiuens. Attamen ipsum hunc, sacerdotem Dei altissimi fuisse, idem Moyses affirmat, ipsoq; Abraham præstantiorem. Proinde inducitur qui Abraham benedicat. Talis etiam Noë fuit, homo ætatis suæ iustissimus.

A iustissimus. Quem quasi scintillam extincti ignis, & quasi semen quoddam huius generis, in ipsa diluuii grassatione, ijs omnibus reparandis qui in terra perierant, Deus uniuersi conseruauit. Hic igitur quamuis eorum quæ ad Iudaicos mores spectant, nihil sciret, neque in corporis circumcisione, aut alijs quæ autore Moysi constituta sunt, degeret: tamē iustus, si quis unquam alius est appellatus. Et ante hunc præterea Enoch, qui & Deo dicitur placuisse, & translatus esse, ut nunquam mors illius appareat. Igitur hic quoque quum talis esset, tamen neq; corpus circumcissum habebat, neque in legibus à Moysi positis ullo modo uersatus fuerat, sed Christiano prorsus more, non Iudaico uixisse perhibetur. Quinetiam ipse Abraham post eos qui dicti sunt, natus, et illis ipsis ratione temporum iunior, senex uerò atque ætate profectus, propter eos qui orituri ab ipso erant, quasi signū quoddam primus circumcisionem corporis tulit: hocq; ipsum suæ dignoscendæ sobolis signum, ijs qui a se susciperet liberos, atque antequam circumcideretur, ipse quoq; propterea quod à simulacrorum cultu secesserat, unumq; super omnia Deum confessus fuerat, & unam eam quæ cū uirtute est, uitam sectabatur, Christiano more uixisse, non Iudaico demonstrat. Idcirco illi testimonium exhibetur, quod præcepta & mandata & ceremonias, & quæ in legibus posita sunt Dei, ante Moysi constitutionem, seruauerit. Dicit igitur ad Isaac, is qui oracula illa reddebat Deus: Et dabo semini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraham pater tuus uocibus meis, & custodierit præcepta mea, & mandata mea, & ceremonias meas, & quæ in legibus posita sunt. Erant enim etiam ante Moysi legem mandata Dei alia, & ceremonia, non similia ijs quæ à Moysi tradita sunt: leges q; alia, ac præcepta Domini, per quæ illi iusticiam adepti sunt. Porro autem quod non eadem essent cum ijs quæ per Moysen in legibus posita sunt, Moyses ipse perspicue demonstrat, ubi ait ad populū: Audi Israel iustificationes, & iudicia, quæcumq; ego loquor in auribus uestris in die hac: & discetis ea, & seruabitis, ut ea faciatis. Dominus Deus uester condidit uobis in Choreb testamentū: ne uisquam patribus uestris condidit Dominus testamentū hoc, sed uobis. Et facta tribus eorum constituit. Quod si absolute non datum esse patribus eorum testamentum dixisset, in mediocrem sanè illi recidisset oratio. Datum est igitur Abraham testamentum, datū est etiam Noæ, sicut sacra testantur oracula. At sic sanè alterum significans præstantius atque excellentius, per quod amici dei lectiq; Deo agniti dictiq; sunt. Nam protinus ipsi Abraham, eo quod summo Deo crediderit, plenè seruasse iusticiam, exhibitum est testimonium ab ipso Moysi sic dicente: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iusticiam. Quod autem post illam iusticie plenam obseruationem, & post illi redditum illum ad pietatem ac iusticiam consequendam adiuuerit, perspicue uerba ipsius demonstrant. Inuenies porro etiam Ioseph ante Moysi tempora in regijs adificatis Aegyptiorum, siue Iudaicarū obseruationum sollicitudine incuriose uersatum. Postremo, si uis, potes ipsum quoq; summum Iudeorū legislatorem Moysen à teneriori adhuc ætate apud regis Aegyptij filiam degentem agnoscere, qui quidem Aegyptico planè more absq; Iudaicis obseruationibus apud eandem sit educatus. Sed quid nam de beatissimo Iob, de illo, in quâ ueritate pietatis & iusticie causa extitit? nunquid præcepta Moisaica? minime. Num diei sabbati, aut alterius cuiuspiam Iudaici ritus obseruatio? unde illi hoc, qui & ætate ipsum Moysen antecedit, & ante leges ab illo positas est natus? Etenim

Mandata Dei ante Moysen.

OP. A. V. S. B. C. M.



*Iob Euange-
licam legem
seruauit.*

Moses septem numeratur ab Abraham, hic autem quinque, sic Mose ipso anti-
 quior duabus inueniatur aetatibus. Contemplare igitur huiusce uitam, quae
 de legibus à Mose politis nihil inducit, ab Euangelica autem Saluatoris nostri
 doctrina non abhorret. Dicit igitur ipse, ubi suam ipsius uitam exponit, & ar-
 guentibus se amicis respondet: Seruauit enim inopem de manu potentis: & ar-
 pupillo, cui non erat adiutor, subueni. Os autem uiduae mihi benedixit, & in
 stitiam indumenti loco accepi. Adornaui autem me iudicio, quasi duplici ue-
 stimento: oculus fui caecorum, pes claudorum: ego fui pater inopum. Ipsa haec
 igitur documenta planè eadem sunt cum ijs, quae omnibus nobis per Euange-
 licam doctrinam tradit nunciarique solita sunt: quinetiam ueluti is qui bene illud
 nosset, flere cum flentibus. & illud: Beati qui lugent, quoniam ridebunt. & il-
 lud: Si unum membrum patitur, cum eo simul omnia membra patiuntur, quae
 in disciplina Euangelicæ documentis continentur, humanum & misericordem
 erga miseros in uita animam demonstrauit, dicens: Ego autem super omni ino-
 pe fleui, & suspirauit cum uirum uidi in necessitatibus. Deinde rursus cum im-
 modestos risus doctrina Euangelica respuat, beatus hic uir tanto ante pronun-
 ciat: Si uero ambulauit cum derisoribus, & si festinauit pes meus ad dolam, confu-
 ti in statera iusta, & nouit Dominus simplicitatem meam. Quoniam uero Mo-
 si uerba illa legis loco proponunt, Non adulterium committes, & mortem con-
 tra adulteros poenam constituunt: qui autem doctrinam Euangelicam legem descri-
 bit, ita ait: Dicitum est antiquis, Non moechaberis: ego uero dico uobis, ne ab-
 initio quidem cupere, spectemus probe hunc de quo sermo est, quem admo-
 dum secundum Christi Euangelium uiuens, ne cum cupiditate licentius aspi-
 ceret, cauit, in quo etiam gloriabatur, dicens: Si uero oculus secutum est cor-
 meum in muliere alterius uiri, & rationem assignat deinceps adiungens. Ani-
 mus enim uiri dissolutus ad inquinandam uiri mulierem: ignis enim est ardens
 in omnibus partibus: quodcumque autem inuaserit, radicatus perdere consueuit.
 sed etiam incorruptos in iudicis mores inducit, sic: Si autem manibus meis atti-
 gi munera, seram ipse, & alij comedant, & sine stirpe existam in terra. Quomo-
 do autem se erga domesticos gereret, ex ijs licet intueri quae docet, cum ait:
 Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum discepta-
 rent aduersum me, & deinde rationem assignat: Quid enim faciam si iudicium
 contra me exercuerit Deus? nunquid non quemadmodum ego factus sum
 in carne, sic & illi facti sunt: facti porro sumus in eodem utero. His adiungit:
 Viduae oculus non liquecere feci: si autem & buccellam meam comedi so-
 lus, & non cum pupillo communicauit: & si uidi nudum pereuntem, & non
 uestiui. Et deinceps progressus, sic dicit: Si uero in lapide precioso fiduciam
 habui, & letatus sum, cum multa mihi diuitiae essent, & si ad innumerabilia
 posui manum meam. Rationemque item adiungit: An non uidemus solem o-
 riri ac deficere, lunamque desinere? Rursus cum doctrina Euangelica dicat:
 Dicitum est antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum
 tuum. Ego autem dico uobis, Diligite inimicos uestros, admirabilis hic uitae
 innata doctrina praeueniens, ipsum opus compleuit. Ergo sic loquitur: Si ga-
 uisus sum super ruina inimici mei, & dixit cor meum, Buge, audiat sanè auris
 mea execrationem meam. Tum adiungit: Foris autem non mansit peregre-
 nus, & ostium meum omni uenienti patuit, eo quod non alienus esset ab eo,
 qui dixit, Peregrinus sum, & collegistis me. Qualia porro sint quae idem sen-
 tiat de peccatis, quae praeter uoluntatem committuntur, audi eundem dicen-
 tem: Quod si nolens ipse peccauerim, & peccatum meum occultauerim, non
 enim horru turbulentiā multitudinis, ne enunciarer in conspectu eorum,
 si uero permisi inopem abire sinu uacuo, & manum Domini si non extimui,
 syngrapham autem quam habui aduersus quempiam, si non scissam eam red-
 didi, nihil accipiens à debitore. Haec igitur atque huiusmodi erant in ijs qui an-
 te Mosem

te Mosem ferunt, uiris sanctis (de uita enim unius reliquorum item concipere
 uita licet) pro religione uidelicet diuinis laudibus celebranda certamina, per
 quae & amici Dei, & prophetae ut existerent, digni effecti sunt: tales autem quae
 essent, quid illis praecipere Mose prodelle poterant, quae uulgaribus atque inso-
 lentibus uiris descripta & tradita sunt: ex his igitur omnibus quod uetustissi-
 mum primorum patrum religionis morem, cunctis gentibus Christi uerbum
 denunciat, manifestissime apparet, ne testamentum nouum aliud esse pu-
 temus, quam antiquissimam illam Mosaicorum temporum religioni coniunctam
 ciuilem rationem, ut & uetus pariter, & idem nouum possimus dicere: uetus
 quidem, propter ea quae demonstrata sunt: nouum autem, propter ea quod lon-
 go post interuallo, quasi hominibus absconditum, rursus per Saluatoris nostri
 doctrinam reuixerit. toto uero hoc medio de quo dictum est tempore, quam-
 diu noui testamenti mos, ut homines lateret, et quasi quiete & silentio tenere-
 tur, euenit: Mose interea lex ingressa quasi puerilium imperfectarumque ani-
 marum curatrix quaedam, & gubernatrix, aut etiam medicus cuiusdam instar,
 graui Aegyptiacorum morbo laboranti uniuersae Iudeorum nationi, ipsi uide-
 licet Abrahæ nepotibus, & ab eo genus trahentibus, quoniam quemadmodum
 primi patres, ita ipsi suam, quae subsecuta est, imperfectiorem uitam dirigere
 poterant tradita est. Nam quia cum Aegyptiis uersantes post sanctorum pa-
 trum mortem Aegyptiacorum morum similitudine allekti erant, & multo-
 rum deorum (ut dixi) superstitionem deciderant, adeo quidem, ut Aegyptiis
 amplius nihil habere, & illis in omnibus similes, tum in errore simulacrorum,
 tum in alijs quoque facinoribus euasisse uiderentur, merito quasi ex profun-
 do malorum ipsos hauriens Mose, ab impia deorum multitudine amouit, &
 ad opificem uniuersi Deum reduxit, perfectiorum illorum uitam, quasi in in-
 gressibus & uestibulis, pro primo gradu pietatis obijciens. Deinde non occi-
 dere, non moechari, non furari, non peierare, non mares in maribus insanire,
 non matribus, non sororibus, non filiabus misceri, nec alia huiusmodi qua-
 cunque impune ab illorum temporum hominibus committi poterant, permi-
 sit acceptam uero ex immiti & fera uita, rationi magis coniunctam, bonisque
 innitentem legibus, per illa tempora ciuilem institutionem, primis in terris scri-
 ptis commendauit, qui sanè mos omnibus hominibus nondum satis notus erat.
 Deinde quasi imperfectis illis simulacrorum cultu introducto, per quaedam ar-
 cana seorsum signa, ut religionem quam ipse probabat complecterentur, edi-
 cens, sacrificijs & quibusdam corporalibus caeremonijs, unum supra omnia
 Deum ut colerent, praecipit. quam sanè religionem quam admirabiliter diu-
 no monitus spiritu, non in perpetuum seruari oportere intelligeret, unum dun-
 taxat circumscriptum locum, addito praecipito, ne usquam alibi eos, qui ab ipso
 tradebantur ritus, quam certo illo in loco perficerent: hic autem erat Hieroso-
 lymis, extra hunc uero neutiquam, ex quo adhuc Hebraeis nefas est, extra i-
 psum euerfam metropolim usquam, aut ex lege sacrificare, aut fanum, a-
 ramque erigere, aut sacerdotes reges uel inungere, aut celebritates, solenniaque
 per Mosem instituta perficere, non ab aliqua immunditie purgari, non solui
 a peccato, non offerre Deo munera, non ad propitiandum aliquid facere ex
 legibus. Quocirca in Mose execrationem merito relapsi intelliguntur, quip-
 pe quum in patre quidem obleruare nonnulla conentur, in uniuerso autem
 a legibus suis aberrant, ipso plane Mose pronuntiante atque affirmante,
 quod execrabilis sit omnis quicumque non stet in omnibus quae scripta sunt
 in lege, & ut ea faciat. Lapsi autem iam sunt in haec omnia, quum & ipse Mo-
 ses diuino spiritu afflatus, prouiderit nouo per Christum instaurato testamē-
 to, uniuersis quae gentibus nunciato, superuacuum futuram esse, quae ab i-
 pso posita est, legum obseruationem, quam uno duntaxat loco merito ter-
 minauit: ut si quando ex eo pellerentur, & patriam libertatem amitterent,

*Lex euangelii
cauō noua.*

*Mose lex
qualis.*

*Extra Hiero-
soliman om-
nes caeremo-
niae prohibi-
te.*

OP. A. V. S. B. C. S. M.



non amplius illis fas esset, quas ipse posuisset, leges aut ritus seruare: ut iam cō- sitendum sit, alterum testamentum, quod per Christum sit denunciatum, ne- cessario esse introductum. Quum itaq; Moses hoc ipsum futurum esse prædi- xisset, moxq; & Christus uitæ huius peregrinationem expleuisset, & pariter ad omnes gentes noui testamenti doctrina perferretur, tum protinus Roma- ni quum urbem obsidione cinxissent, Hierosolyma ipsa, & quod ibi erat tem- plum euerterunt, solutaq; est confestim omnis Mosi constitutio: & quæcun- que de uetere testamento seruabantur, sublata sunt. Execratio autem ad illor- uenit, quia quum ea quæ à Mose præcepta sunt, præter legem facere uellent, in eam ipsam execrationem ut quadam coacti sunt recidere. Econtrario autē simul & eodem tempore eius, quæ in nouo, perfecto que testamento contin- tur doctrinæ, & leges, & ritus introducti sunt. Quare merito Saluator & Do- minus, ad eos qui putabant in sola Hierusalem, aut in montibus quibusdam, siue certis determinatis que locis Deum adorare oportere, sic ait: Venit hora, & nunc est, quando ueni adoratores adorabunt patrem neque in monte hoc, neque in Hierusalem. Spiritus enim Deus, & ipsum adorantes in spiritu & ueritate oportet adorare. Quibus rebus ita ab illo prædictis continuo nec lon- go post tempore, Hierosolymis obsidione oppressis, & eius loci sanctificatio, & ad eundem usum constructum altare, & adoratio quæ à Mose tradita fue- rat, sublata euerfa que sunt. Eodem que tempore in omnes homines patefa- cta est, & emicuit ea quæ ante Mosem uiris sanctis à principio data fuerat pie- tas & religio, & quæ per illam omnibus gentibus promissa fuerat benedictio, quæ à primo ascensus gradu, & à primis illis adorationis Mosaicæ elementis, eos qui ad se accedunt, ad meliorem perfectiorem que uitam adducit. Itaque protinus quando beatos illos, Deo que amicos uiros, non in aliquo certo, determinato que loco adorasse constat, neque sub ullis signis, aut figuris, sed quomodo Saluator noster, & Dominus docet, in spiritu & ueritate, eadem a- dorandi ratio per eiusdem Saluatoris nostri aduentum omnibus gentibus in- sinuata est. Quod quidem futurum, etiam prophete ueteres tato ante cogno- uerant. Dicit itaque planè Sophonias: Apparebit Dominus super eos, & per- det omnes deos gentium terræ, & adorabunt eum unusquisque de loco suo. Malachias autem simul, & ad eos qui ex circumcissione sunt, sermonem diri- git, & de gentibus talia prædicat: Non est uoluntas mea, dicit Dominus omni- potens, & sacrificium non suscipiam de manibus uestris, quoniam ab ortu ue- que ad occasum nomē meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco in- censum offertur nomini meo, & sacrificium mūdum. Quod enim in omni lo- co dicit incensum & sacrificium offerri Deo, quid aliud significat, nisi nō Hierosolymis, neque definitè in hoc aut in illo loco id futurum? sed in omni re- gione, & in omnibus gentibus, quæ quidem & orationis incensum & sacrifi- cium, quod mundum dictum est, non per cruores, sed per pias actiones sum- mo Deo essent oblatura? Clamat autem palam, & uociferatur Esaias uaticinans simul, ac dicens: Erit altare Domino in terra Aegypti, & cognoscetur Dominus ab Aegyptiis, & mittet eis hominem, qui saluos faciet eos: & cog- noscent Aegyptij Dominum in die illa, & facient sacrificia, & uouebunt uo- ta Domino, & reddent, & conuertentur ad Dominum, & exaudiet eos, & sa- nabit eos. Ecce tibi uidemur ueram legis Mosi cōuersionē dicere? an potius finem & solutionem enunciare? & prophetis uocibus uaticinari? Etenim Moses altare & sacrificia nusquam terrarum, nisi in sola Iudæa, et in huius una duntaxat ciuitate cōstitui, lege à se posita iubet: prophetia autem in terra Ae- gypti ait altare Domino struendum, dicendum que esse: & Aegyptios ipsos non amplius dijs patrijs rem sacram, sed ipsi prophetarum Deo facturos, & quod uerum Deum sint agnitori, non Mosem illis, neque alium ex prophetis quempiam autorem fore, sed nouum quendam diuinitus missum hominem. Porro

Mosi lex quādo soluta.

Sacrificium Christiano- rum pura o ratio.

Porro autem translato commutato que altari præter Mosi constitutiones, at- que decreta, necesse est penitus etiam legis Mosi fieri mutationem. Quod si summo Deo sacrificaturi sunt Aegyptij, prorsus etiam sacerdotij munus sunt adepturi. At Aegyptijs ad tale munus assumptis, quæ de Leuitis & Aaron successoribus à Mose sunt constituta, nulli plane usui Aegyptijs amplius esse posse, perspicuū est. Tempus igitur iam tum fuerit, legem nouam ad ea quæ dicta sunt confirmanda, ponere opus esse. Quid igitur temerè hæc enuncia- ta sunt? an exitum inuenit oratio? Inspice igitur si non hodie, hoc est nostris interim ipsorum temporibus, ipsis oculis cernuntur non solum Aegyptij, ue- rum etiam omne genus hominum, qui antehac simulacris addicti erāt: quos que Aegyptiorum appellatione prophetica prædictio significat, à multorum deorum ac demonum impio cultu liberatum, & uerum prophetarum Deū inuocans, & adorans. Vota autem faciunt, non pluribus amplius dominis, sed uni soli Domino, quemadmodum sacram prædixit oraculum. Et huic qui dem altare incruentarum & rationalium hostiarum, ut noua noui testamen- ti mysteria postulant, per totum terrarum orbem erectum. est: & quum in Ae- gypto, tum in reliquis gentibus, quæ mores Aegyptiorum imitantes, super- stitionis errore tenebantur, hæc ipsa ætate nostra, cognitio ueri Dei relucens, fidem ipsæ quæ à prophetis prædicta sunt indubitata adiungit. Hæc autem cum re ipsa interim perfici uideas, nec amplius, ut quondam audita expecta- ri, si tempus quæras unde principium eiusmodi res acceperit, non aliud inue- nies, quam quum Saluator noster aduenit. Ipse hic igitur ille fuit, quem oracu- lum significabat, quum diceret: Deum & Dominum uniuersi missurum Ae- gyptijs hominem, qui saluos faciat eos. quem & Mosi uaticinia perhibebant, ubi ait: Egredietur homo de semine eis, & dominabitur gentibus multis. in quibus sanè gentibus & Aegyptios numerari par est. Verum de his quidem longior esset oratio, & per ocium huic ipsi rei dicatum, absolutius reddenda. Quod autem presentis loci sit proprium, illud teneatur, ea quæ prædicta sunt, non alias quam post aduentum Iesu Saluatoris nostri esse completa. Ab illo e- nim ad hunc usque diem apud Aegyptios, apud Persas, Syros, Armenios, a- pud extremas terrarum oras incolentes Barbaros, & quum apud has ipsas pri- las colunt (quando & de his prophetia non indignum putauit facere mentio- nem) ipsa illa, quæ autore Abraham comprobatur ciuilis ratio, & omnium antiquissimus colendi Deum mos celebratur. Et quis non ipsa rei mirabi- litate obstupescat? quum eos qui à condito auro, lapidibus, & lignis, & dæ- monibus, belisq; humana carne uictitantibus, & reptilibus uenenatis, animalibus que omnis generis, & feris informibus, igni que, & terra, & ipsius uniuersi in animatis elementis, diuinum honorem & cultum tribue- bant, altissimum Deum, & cæli ac terræ opificem, ipsum utique prophe- tarum Dominum, Deum que Abraham, & auorum eiusdem, post Saluato- ris nostri aduentum, uideat inuocantes? & eos qui paulo ante à matribus, & filibus libidinem non abstinebant, se que mutuo inter se corrumpebant, & omnis generis cruentationibus & cædibus inquinabant: qui nihil ab im- manibus terris, uictu ipso differebant, nunc per Saluatoris nostri diuinam uir- tute mutatos, & quasi ex alijs alios factos, sermones de uirtute, modestia, & adeo quidem, ut tam formig, quam uiri, tam pauperes quam diuites, tam uul- gares & ignari, quam docti: etiam pueri, & mancipia non minus in agris, quam in urbibus, in loca certa conueniant, ut supremam illam philosophiam ediscant: quæ admonet, ne intueri quidem petulantibus oculis fas esse, neque uerbū emittere ociosum, neq; ea quæ communia sunt, & omnibus consueta patrare, & doceantur uerum illum morem, quem ubiq; locorū in cultu & ob- sequio

Gentiles à fe- ris non diffe- rentes.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



sequio summi Dei, seruire cōueniat, sicut dixit propheta: Et adorabunt eum unusquisq; de loco suo. Adorant igitur summū Deum omnes Barbari, et Græci, non Hierosolyma currentes, neq; cruoribus, aut sacrificijs placantes, sed domi suæ apud seipsos in spiritu et ueritate, incruento, puroq; obsequio illum colentes. Et hoc tuerat ipsum nouum testamentum, quod non instar prioris illius, & ueteris factum est. Vetus autem intelligito non sanctorum hominum, qui ante Mosē fuerunt, sed quod legis loco uniuersæ ludæorū nationi ab ipso Mosē positum est. Quocirca oraculum ipsum adiungit ea, quibus planum faciat, quod nam uetus illud dixerit esse, cui quidem nouum nihil simile habitum ostendit, ubi dicit: Cōdam testamentum nouū, non secundum testamentum quod condidi patribus in die, quum ego apprehēdi illos manu, ut educrem eos de terra Aegypti. Itaq; quum secundum hoc dicit, secundum id quod legis loco à Mosē positum est, intelligit. Hoc enim illud est, quod ludæis quo tempore de Aegypto egressi sunt, traditum est. Visus igitur esset nouum testamentū introducere, tanquam eius ritus contrarium, quem sancti illi Abrahamæ similes uiri, in diuino cultu sequebantur, nisi planè ipsis uerbis significasset, ubi dixit: Non secundum testamentum quod cōdidi patribus eorum, quo tempore eduxi eos de terra Aegypti. Ergo nō secundum illud quod legis loco à Mosē positum est, quum egressi sunt, & quum in deserto morabantur, nouum hoc futurum respondit, sed secundum illud uidelicet, quod primis temporibus in uita ciuili sectantes, qui ante Mosē floruerunt, tanquam ijs, qui plene officio suo functi essent, comprobati sunt, quas quidem ob res iam tu plane cōfidens posthac quum sententias & proposita eorum, qui diuinum aliquem cultum profitentur, non in duos, sed in tres diuiseris ordines: unum eorum, qui prorsus simulacris addicti, in multorum deorum errorem deciderunt: alterum eorum, qui de circumcissione per Mosē in primum pietatis gradum ascenderunt: tertium eorum, qui supremum locum per doctrinam Euangelicam obtinuerunt. & hunc quidem, si medium duorum constitueris, ne putato amplius eos qui à ludæis discedant, in Græcos ritus oportere ullo modo recedere, neq; qui à Græcis abducantur, ludæos fieri necessariè, sed ubi tertium acciperis, & medio loco constitueris, eminentem, supra que alios extantem inuenies: & quasi super celsissima quadam specula sublimem collocatum, reliquos duos inferius utrinque despicere: effugit enim & Græcorum impiam, atque erroribus plenam superstitionem, dissolutas que fornicationes, atque insolentias, & ludæorum itidem, quæ à Mosē perfecta est, imperfectam, & quasi paruulis, atque infirmis accommodatam obseruantiam. Domesticanam porro, atque ab initio propriam non solum ludæis, sed & Græcis, & Barbaris, & quæcunque sub sole sunt, gentibus inclamans legem, uide quid dicat: O homo, & uniuersum mortalium genus. Mosi quidem lex ab uno genere hominum incipiens, omnium primum ludæorum genus, illius promissionis gratia, quæ ad pios, Dei que amicos ipsorum patres, facta est, ad uniuersam Dei cognitionem, cultum que uocabat, ut dicto audientes, ab intollerabili demonom tyrannide liberaret. Ego autem omnibus hominibus, & quæ ubique terrarum sunt, gentibus, sublimius prouectam Dei cognitionem & pietatem apportans, ut ad regulam eorum, qui cum Abraham uixerunt, qui que ante Mosē ætatem degentes, ipso quoque Abraham antiquiores extiterunt, uix suæ moderentur adhortor, in quibus ab externis gentibus profecti, quide laude pietatis gloriam adepti sunt, plures memorantur: Et rursus: Mosi quidem lex, in unum terræ certum ac definitum locum, eos qui religionis propositum complexi essent, ex alijs omnibus locis currere iubebat: ego autem condonata omnibus libertate, non in quodam terræ angulo, neque in montibus, aut quibusdam manufactis templis, Deum querere, sed domi suæ unumquemque illum colere, atque adorare præcipio. Et rursus: Vetus quidem

Differunt lex Mosi, et Euangelium.

A quidem lex, sacrificijs & animalium cædibus, thureq; & igne, & alijs quibusdam eiusdem generis purgationibus corporis, summū Deum colere, hortabatur. ego autem sacra anime tradens, mente purissima, animoq; nitidissimo, cum modestia, uirtutumq; sectatrice uita, rectisq; sententijs, & pietatem præferentibus, diuinitatem uenerari impero. Et rursus: Moses quidem illorum temporū hominibus, quasi ijs qui cædibus inquinari soliti essent, nō occidere imperabat: ego autem ijs, qui hoc ipsum antea didicerint, & primo illi præcepto satisfecerint, alterū perfectius impono: atq; ut ne ira quidem perturbatio ne uincantur, præcipio. Et rursus: Moses quidem adulteris, dissolutisq; hominibus legem posuit, nō moxhari, manib. non misceri, uoluptates præter naturam non sectari, & supplicium mortis ijs qui nō obtemperassent, adiunxit: ego autem meos uolo, ne intueri quidem mulierem cum petulanti cupiditate. Et rursus: ille quidem dixit, nō peierabis, sed reddes Deo que iuratus fueris: ego autem dico uobis, nō iurare omnino: sed erit sermo uester, Est, est, Non, non. Quod autem his abundantijs est, à malo est. Et rursus: ille quidem iniurias ulcisci, & inferentibus eisdem referre hortabatur, dicens: Oculum pro oculo, et dētem pro dēte: ego autem dico uobis, nō resistere malo: sed si quis te percussit in dextera maxillam tuam, cōuertito ad illum & alteram: & qui uelit tecum iudicio cōtendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et rursus: ille quidem docebat amicū diligere, et inimicos insectari odio: ego autem ex abundantia humanitatis et clementiæ, ut inimicos uestros diligatis, et pro perse que uos uos oretis. legē uobis pono, ut sitis filij patris uestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ad hæc ille quidem se ad multorū duritiam accommodabat, & ijs apta, qui per turbationibus pleni essent, præcipiebat, atq; immutatū quendā à uetere illo, inferioremq; religionis modum tradebat: ego autē ad piām, religiosamq; uitam eorū, qui priscis illis temporibus sanctæ uixerunt, reuoco uniuersos. Deniq; ille quidem terram fluentem lac & mel, quasi paruulis promittebat: ego autē ijs qui capere possint, regnum cœleste concilio. Hæc atq; huiusmodi alia, noui testamenti ratio, docente Christo, omnibus gentibus nunciavit. Et hæc ipsa sunt, quæ suos discipulos Christus Dei, ut omnibus gentibus nunciarent, hortabatur, dicens: Euntes disciplinam uestram tradite omnibus gentibus, docentes eas seruire omnia quæcunq; præcepi uobis: quæ etiam cunctis hominibus, tam barbaris quam Græcis quum obseruanda traderet, planè quidnam sic Christianismus, ostendit. et qui nam simus nos, & cuiusmodi talium sermo nū ac disciplinā magister, ipse utiq; Saluator & Dominus noster Iesus, qui Christus est Dei, qui nouam hanc & omnes amplexam uirtutes reipublicā in toto orbe constituit, adeo quidem, ut talia discere, philosophatq; tam famine quam uiri, tam pauperes quam diuites, tam serui quam domini possint. Et tamen noua huiusce legis introductor, tanquam is qui in omni uita legem Mosi seruauerit, introductus est: quod sanè ipsum admirari operari precium est, qui uidelicet fieri possit, ut nouæ rationis & legis autor futurus, noui utiq; testamenti per Euangelium, non tanquam inimica & contraria ea quæ à Mosē tradita sunt, recusauerit. Si enim hoc fecisset, ipse uicissim Mosi aduersa existimatus esset præcipere. ex quo impijs impiarum sectarum autoribus, contra Mosē & prophetas, obrectationis & maledicentiæ plurimam præbuisset materiam: ijs autem qui ex circūcissione sunt, cōspirationis contra se iustam & probabilem causam, qui utiq; ei, quasi qui contra legem faceret, atq; ab ea deficeret, insidias ad inferendum necem construxerunt.

Quomodo Christus, postquam ea quæ à Mosē tradita sunt: plenè obseruauit, nouæ rationis & legis introductor exiit. Caput VII.
Nunc autem postquam in omni uita Mosi legem cōprobauit, Apostolis suis usus est nouæ suæ legis ministris, in hoc ille quidē simul docēs ea, quæ

OP. A. V. S. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.



que à Mose tradita sunt, nec à sua religione abhorrètia, nec eidem inimica existimare oportere, & simul autorem se atq; introductorem noue, et cunctis hominibus salutaris legis constituens, ut nullo pacto dici possit, quippiam illi aduersus Mose leges aut decreta fecisse, quin potius finè illis prius imposuisse, eademq; perfecte obseruasse, & sic ad institutione Euangelicę legis transisse. Et qui modum quidem hunc ab ipso obseruatum dicat, nō alius audiedus est quam ipse. Non ueni, inquit, scindere legem, sed complere. Etenim si contemptor Mose legis extitisset, quamuis illā existimatus esset probabiliter scindere, contraq; eam facere: improbam tamen quādam, & à legibus alienam naturam præ se ferens, Christus esse creditus non esset. Porro autem rescindens ea quæ à Mose posita sunt, quomodo potuisset existimari is esse, quē futurū Moses & propheta nūciaissent? quomodo autem nouis legibus ponendis auctoritatem habuisset? merito enim uideri potuisset, derogandę legis gratia, ad nouitatem rerum uenisse, ut delictorum, quæ cōtra legem commississent, supplicium euaderet. Nunc autem nihil de lege omnino derogans, & plene quæ in ea continentur seruans, atq; ut sic dicam, ad regulam Mose perfectus, potius quam non amplius fieri poterat, ut ea quæ sunt in lege Mose reliquis accommodarentur gentibus, propter eas causas, quę dictæ iam sunt (& oportebat enim mirum bonitati summi Dei omnes homines saluos fieri, & ad cognitione ueritatis uenire) quę omnibus apta accommodataq; essent, legibus suis sancit ac ne illa quidem quę à Mose præcepta sunt, suos Apostolos denunciare cunctis hominibus prohibuisset, nisi ea res impedimento fuisset, quod fieri illa nō possent, quemadmodum Apostolus docet, ubi ait: Nā quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & cetera. Impossibile autem erat nimirū, ut omnes gentes ter singulis annis ex lege Mose Hierosolima conuenirent: & mulier leuata partu ab extremis terrę finibus illuc properaret, ut quę pro purgatione instituta sunt, ibidem deponeret: & alia innumerabilia, quę per ocium unusquisq; potest per se ipsum colligere. Quoniam igitur hæc gentes à Iudæa procul habitantes, et si uoluissent, seruare nō poterant, merito nihil horum per se ipsum esse in deo Saluator & Dominus noster, sed plene seruans, & efficiens ea quę in ipsa lege continentur: & spectantibus fidem faciens, quod ipse esset Christus Deus, de quo prisci Iudeorum propheta testimonium protulissent: tum idem omnibus gentibus accommodata præcepta, per discipulos suos proposuit. Idcirco nos Iudeorum proprios ritus reuelauimus, tanquam eos, qui nobis lege positi non sint, & gentibus accommodari non possint. At eorundē prophetas libenter accepimus, tanquam eas quę prædictiones de nobis factas cōplectantur. Ceterum ipse Saluator & præceptor noster, alia quoq; ratione cōpleuisse legem Mose, & prophetas, qui post Mosem fuerūt, agnoscitur. Quoniam enim ipsę quę diuinitus prædicta fuerant, consummationes deerant, & oraculorū euentu desiderabantur, nimirū ipsa quoq; hæc ab eodem compleri oportuit. Exempli gratia, apud Mose est propheta, quę sic ait: Prophetā uobis suscitabit Dominus Deus uester tanquam me: illum audietis in omnibus quęcūq; dixerit uobis. Hoc igitur quum deesset, ille compleuit, alter uidelicet post Mosem legum autor, qui uerā pietatem in Deum uniuersi, hominib; indicauit. Quod enim Moses non simpliciter dicat prophetam suscitabit dominus Deus uobis, tanquam se (prophetam enim, inquit, uobis suscitabit dominus Deus uobis), tanquam me, illum audietis (quid aliud intelligi uult, nisi eū, qui prædicet, ipsi Mose adequatum esse uenturum? Moses autem legem, ut summus Deus coleretur, posuerat. Ergo prophetā hunc de quo uaticinia feruntur, quod Mose similis futurus esset, legis autorē illi similem extitisse par est. At enim quamuis innumerabiles post Mosem propheta extiterint, de nullo tamen tale testimoniu prolatum est, quod Mose similis extiterit. Cuncti enim ad illum ipsos remittebant

Christus Mose legem non soluit.

Christus in Mose designatus.

remittebant audientes. Et sanè ipsum hoc testificatur scriptura, nō surrexille prophetam Mose similem. Neq; igitur Hieremias, neq; Esaias, neq; alius quifiam prophetarum illi similis fuerit, propterea quod ne legū quidem autor fuit illorū aliquis. Quū ergo ex uaticinio Mose, propheta, et legis lator suscitandus expectaret, aduenit hic Iesus, qui Christus est Dei, legē cunctis gentibus ponens, & quæ superent ipsam legem pertractans. Illud enim dictū est antiquis, Non mœchaberis: ergo autē dico, nō cōcupiscere. Et illud: Dictū est antiquis, Non occides: ego autē dico uobis, ne irasci quidē. Et illud: Nō amplus Hierosolymis, sed in omni loco adorari. Et illud: Nō thure et sacrificijs, sed in spiritu, & ueritate Deū colere: et alia quęcūq; his similia in illius doctrina feruntur, sapientissimi plane fuerūt & perfectissimi legū autoris. Ex quo factū est, ut audientes stupescerent, quemadmodū scriptura diuina cōmémorat, propterea quod docebat eos tanquam potestatem habens, & non ut scriba illorū & pharisæi. Hoc igitur item compleuit oraculū, quod Mose prophetæ deerat: eadem porro ratione cetera item prophetiarum, quę de ipso et gentiū uocatione scripta sunt uaticinia. Constat ergo, illū compleuisse et legē et prophetas, quando ea, quæ de ipso prædicta sunt, ad exitū perduxit: & priorē legē usq; ad seipsum stare iussit. dux uerō & princeps alterius legis extitit, quæ in nouo Testamento cunctis gentibus denunciata est, ut simul legis, principatusq; autor duorum propositorū, Iudaismi uidelicet Christianismiq; fuerit. Quod quidē ipsum admirari operæ precii est, ut diuinitus predictū sit: Ecce, inquit, pono in diō lapidem electū, angularē, preciosum: & qui credit in eū, non cōfundetur. At enim quis tandem fuerit angularis, nisi hic uirius, & preciosissimus, qui ex duab; structuris unam factam sua doctrina sustinet? dū. n. Mosaicam, quæ usq; ad ipsum protenta, est stare iubet, ex altera parte nostrā per Euangeliū adiunxit. Ex quo angularis merito dictus est, sed in Psalmis quoq; legitur: Lapidem quem reprobauerunt aedificātes, hic factus est in caput anguli. à Domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris. Quod quidem oraculum planè etiam indicauit, quas à Iudeis insidias is, de quo uaticinatur, passus est, quādo illū à scribis, & pharisæis, & sacerdotū principibus, & omnib; Iudeorū magistratibus, qui ueterē parietē construebant, repudiatum fuisse, diuinauit. Sed tamen postquam ab illis cōtemptus sit, & abiectus, futurū illū in caput anguli, & ducē, principemq; noui Testamenti cōstituentum non tacuit, consentanea ijs proferens, quæ à nobis superius demonstrata sunt. Nos igitur quāuis à Græco ritu recesserimus, nō recidimus in Iudaicū: neq; delinquimus, licet Mose legē & prophetas acceperimus. nō Iudaicē autē, sed ad morē atq; institutū sanctorū, q ante Mosem fuerūt uirorum, uiuamus. In hoc enim Mosem & prophetas ueros fuisse uates ostendimus, quū illum Christum accepimus, & illius legib; auscultamus, & per uestigia doctrine eiusdem incedere etiam uotis expetimus, quem illi uenturū prædixerūt. Eodē utiq; proposito ipsi quoq; Mose rem gratam faciētes, qui quū prædixerit, prophetam à Domino Deo nostro sibi similem suscitandū, adiūgit: Omnis uerō anima, quæ nō audiet prophetā illū, delebitur ex genere suo. Cōtinuō enim Iudei, postquam illum prophetā non acceperunt, nec sanctis illius uerbis paruērūt, extremū pertulerūt interitum, qui quidem illorum casus ijs oraculis, quæ de illis edita sunt, cōsentaneus accidit. Nam nec Christi legē, quę nouo Testamēto cōtinetur, susceperūt, neq; Mose præcepta sine legis cōceptu seruire possunt. Quocirca in ipsius Mose execrationem relapsi sunt, quādo fieri nullo modo potest, ut quæ in legib; illius sunt posita, perficiant: quippe quū & ipsorū metropolis sublata sit, & Mosaica religio, exclusa, quę illuc solū per fici cōcedebatur. Nos autē qui illū suscepimus, quē Moses & reliqui prophetæ nūciauerunt, & ei parere etiam (totis expetimus, edictū Mose compleuisse inuenimus: quo edixit, illum audiedum esse, omnemq; animam, quæ illum

Christus lapis angularis.

OPAZ-FVSB-C-S-M



non audiret, defendam esse de genere suo. Quæ autem sint, quæ propheta ille instituerit, quibus obedire necesse sit, paulo antè audiimus, omni uidelicet sapientia referta, & perfecta, & cœlestia documenta. Quæ quidem neq; tabulis lapideis, ut Moses, neq; atramento & chartis commendari uoluit, sed purgatis animis suorum, & intelligentem naturam obtinentibus: in quibus leges noui Testamenti describens, re ipsa compleuit Hieremias prophetiam, quæ ait: Instituiam testamentum nouum, nō instar testamenti quod posui patribus eorū, quoniam hoc testamentum, quod ponam domui Israel, dans leges meas in interiorem sensum eorum, & in corde eorum scribam eas, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

Quod quæ Christianismum amplexa est uita, in duas species diuisa est. Cap. VIII.

CAeterum ille quidē in tabulis inanimatis, hic autē in mentibus uita præcedit, perfecta noui testamenti documenta descripsit. eius uerò discipuli ad magistri sui nutum, auribus multorū doctrinam suam cōmodantes, quæcunq; quidem ueluti ultra habitū progressis, à perfecto ipsorū magistro præcepta fuerat, ea ipsi qui capere poterant tradiderunt: quæcunq; uerò ipsi conuenire arbitrabant, qui animas adhuc affectibus obnoxias gererent, curationisq; indigentes, ea ipsi ad imbecillitatem multorum se demittentes, partim literis, partim sine literis, quasi iure quodam non scripto seruanda, commendauerunt. Quocirca in ecclesia Dei duo etiam uiuendi modi instituti sunt: alter quidē naturam nostram, & cōmunem hominum uitæ rationem excedens, non uoluptas, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens: totus autem prorsus à cōmuni & consueta cunctorum hominum uita abhorrens, & solo diuino cultui, ex immenso rerū cœlestiū amore, addictus. qui hūc modum amplexi sunt, quasi, ab hac mortali uita seiuncti, ipsumq; duntaxat corpus in terra gerentes, cogitatione uerò atq; animo in ipso cœlo degentes, quasi quidam cœlites, reliquorū hominum uitam despiciunt: quippe qui pro uersuo genere, supremo omnium Deo sacrati sint: idq; non bouum maculationibus, non cruoribus, non libationibus, aut nidore ullo, neq; fumo, aut ignis deuoratione, consumptione uel corporum, sed rectis ueræ pietatis sententijs, et purgati animi affectione, ad hæc operibus quoq; ac uerbis, quæ à uirtute proficiscantur, quibus rebus diuinitatem ipsam placantes, suum & pro seipsis, & pro alijs, qui eiusdem sint generis, administrant sacerdotium. Et talis quidem existit in Christianismo perfectus uitæ modus. Alter uerò remissior atq; humanior, hic & modesto coniugio, & sobolis procuratione implicatur, & familiaris curâ assumit, & iuste militantibus, quæ sint agēda, describit: agros quoq; & mercaturam, aliumq; magis ciuilem uiuendi morem, adiuncta religione non negligit. ipsi autem qui hunc modum elegerunt, & exercitationis tempora. & his quidem secundus pietatis attributus est gradus, dum aptam se huic ipsi generi uitæ præbet utilitatem, ut nullus planè ab aduentu salutari separetur, sed omne genus hominum tam Barbarorum, quàm Græcorum, Evangelicæ doctrinæ fructum percipiat.

Homines cœlestes in terris.

Quam ob causam non ut prisci illi, ita nos quoque numerosa sobolis operam damus. Cap. IX.

QUum hæc ita se habeāt, meritò aliquis quæsierit, si uerè dicimus ab Evangelica Saluatoris nostri doctrina eā diuini cultus rationem doceri, quam prisci illi, qui ante Mosē religiose et sanctè uixerūt, secuti sunt, unāq; esse & nostram, & illorū religionem, eandemq; de Deo sententiam: quænam causa sit, ut illi quidem in nuptijs, & procreatione liberorum, plurimū studij posuerint, nos uerò hanc partem negligamus. Item quum de illis scriptū sit, quod animalium cœdibus Deum placarent, cur ita nos istud facere, quasi nefarium quippiam & sacrilegum, prohibeamur. Hæc enim duntaxat, quæ sane haud parui momenti sunt, putauerit quispiam, ipsi quæ à nobis dicta sunt aduersari,

uerari, nosq; nō omni ratione eundem cum piscis illis, colendi Dei morem, seruare. Igitur etiam aduersus hæc, talem licet ex ipsis Hebræorum oraculis orationem colligere. Quicunq; ante Mosē in laude pietatis nomen adepti sunt, hi tunc initium habente, tuncq; primū existente uita, fuisse memoratur: quæ uerò ad nos pertinent, tendere ad finem. Quare illos magna cum cura sobolis incrementū quæsiuissē, quum per illud tempus & numerus hominū augeteretur, & multiplicaret, atq; indies robur acciperet genus humanū: nobis uerò non admodū cura esset hoc, utpote cū res iā interire ac delinere, atq; ad extremū finem tendere credantur, quando plane dicitur, ante uitæ cōsummationem, Euangelicā in foribus esse doctrinam, & renouatio ac generatio alterius seculi, quod breui instet futurū, denūciatur. Vna igitur defensio, hæc altera autē erit huiusmodi. Priscis illis qui remissiorē ac liberiorē uitā agebant, nihil erat impedimento ne domui liberisq; præessēt, ac pariter diuina quoq; rei uacarent, quādo unā cū uxoribus, & liberis, & dōmo, religioni assiduā dare operā poterant, & nusquā ab ullis res externas, à meliore proposito auellēbatur. Res uerò nostræ innumerabilia habent, quæ extrinsecus premāt, & quæ in alienas curas undiq; trahant, & ab earum rerū studio, quæ Deo placēt, abducant: Hanc igitur causam esse, cur nubendi ratio cōtrahatur, Euangelicæ doctrinæ uerbū demonstrat, ubi ait: Hoc autē dico fratres, tempus breue est. Reliqui autē qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui sicut, tantam nō sentent: & qui gaudent, tanquā nō gaudentes: qui emunt, tanquam nō possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquā non utentes. Preterit enim figura huius mundi. uolo autē uos sine sollicitudine esse. qui sine uxore est, sollicitus est de ijs quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Qui autē cum uxore est, sollicitus est de ijs quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & domino, ut sit sancta & corpore & spiritu, q̄ autē nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Porro hoc ad utilitatem uestrā dico, nō ut laqueū uobis iniiciā, sed ad id quod honestum est, et qd facultatem præbeat, sine impedimento Dominum obsecrādī. Palam igitur in his causam, cur à nuptijs sit abstinendum proponit, ubi temporum, rerumq; extrinsecus ingruentiū stoliditatem reprehendit, quorū nihil priscis illis accidebat. Ad hæc, tertia quoq; ratio adiungi potest, propter quā ueteres, illi Dei cultores, in procreatione liberorum plurimum studij collocarent. Quum reliqui homines in morū peruersitate maius indies incrementū accepissent, atque in immanem, & ab omni humanitate alienam, & plane ferinam uitam relapsi essent, & in impiū prorsus, omniq; religioni inimicū morem, facile corruissent: ualde pauci, & facilerum numerabiles, qui supererant, ea sectantes quæ prius à nobis dicta sunt, amouebant: porro autē quum seorsum ab alijs gentibus, singulariq; more uiuerent, nouam quandam reipublicæ rationem, uitamq; studiosam sapientie, uereq; ipsius Dei cultricem, & reliquis hominibus impermiscuā, instituerūt. Ut igitur posterioris quoq; illorum propriæ religionis, tanquam scintilla quædam reparandi ignis, ita aliquod semen seruaretur, neq; una cum ipsorum decessu ipsorum pietas deficeret, atq; interiret, meritò & generanda & alenda sobolis curam introducere, ut sic doctores atque magistri propriorum liberorum existerent: quippe qui posteris successores pietatis, propriæq; uirtutis hærentes relinquere, puerum atque honestum iudicarent. Hinc sane prophete innumerabiles, & uiri iusti: quin ipse quoq; saluator ac Dominus noster, eiusque discipuli, atque apostoli, ab illorum disciplina profecti sunt. Quod si qui etiam uitiosi ab ipsidem prodierunt, quasi paleæ simul cum tritico subnascētes, non ob id tamen culpandi qui genuerint, aut qui enutrierint: quando etiā de discipulis Saluatoris aliquos nouimus libertate uoluntatis auersos, a recto aberrasse;

Nuptiae hodie contracte.

OPERA FERVA B. C. S. M.



*Predicato-
res uerbi
Dei seque-
rari debent
ab omni cu-
ra.*

aberrasse. **C**ausa igitur ob quam uiri sancti priscis temporibus magno cō-
stidio liberos suscipere, reddita est: quæ non amplius in nobis locum habere
dicenda est, quippe quæ Deo fauente, per Euangelicam Saluatoris nostri do-
ctrinam, innumerabiles gentes, & populos, in urbibus, & regionibus, & a-
gris liceat nobis oculis intueri, eodem animo festinantes, & ad sancta Euan-
gelicæ doctrinæ præcepta concurrentes. quibus quidem satis superque sit, si do-
ctores ac prædicatores diuini uerbi omnibus & uitæ uinculis, & solitudini-
bus liberati, possint sufficere. His autem ipsis maxime in præsentia, ut melio-
ribus studiis uacant liberius, se iunctus a re uxoria uictus adamatur, ueluti in
qui diuina & incorporea sobole propaganda, occupati teneantur, & non uni-
us, neque duorum liberorum, sed acerruam innumerabilis multitudinis edu-
cationem, sanctamque disciplinam, ac reliquæ instituendæ uitæ curam suscepe-
rint. Postremum omnium, si quis priscorum illorum uitas, de quibus nunc lo-
quimur, diligenter exploret, inueniet eos initio quidem ætatis, soboli augen-
dæ, coniugioque uacantes, mature autem abstinētes, atque cessantes. Scriptura
enim, quod placuerit Enoch Deo postquam genuit Mathusala. Vbi scriptura
plane post genitū filium, Deo placuisse illum de quo loquitur memorat, neque
illi posthac alios genitos filios prodit. Noë quoque uir iustus post susceptionē
liberorum, solus cum familia, quum reliqua omnia quæcunque essent in terra
perissent, incolumis cōseruatus, plurimis posthac superuisse annis indicitur,
neque tamen usquam genuisse alios filios. Dicitur & Isaac postquam ex una u-
xore geminæ proles pater factus est, desisse cum illa consuescere. Et Ioseph
quum præsertim apud Aegyptios uersatus sit, non plus quam duorum filio-
rum pater extitisse inuenitur, quorum matrem unam duntaxat in matrimo-
nio habuerit. Ipse etiā Moses atque eius frater Aaron, antequam ipsis Deus ap-
paruerit, filios genuisse memorantur. postquam autē diuina oracula accep-
erint, non amplius genitos ab illis filios inuenias. Quid porro de Melchisedec
est dicendum? cuius omnino non filius, non genus, non successio refertur. Ne-
que item Iesu, qui in Moli locum successit, neque plurimorum aliorum propheta-
rum. Quum autem de Abraham, & Iacob quæri soleat, qui multiplicem so-
bolem propagauerunt, alibi nos otiosius huiusce rei rationē reddidimus, ubi
de sanctorum ueterū uirorum multiplici coniugio, multiplicique sobole dille-
ruimus. Ad quæ scriptura nostra in præsentia studiosos sectores remittimus
hoc unum admonētes, ne noui quidē Testamēti legibus, quæ ad susceptionē
liberorum pertinent, omnino interdici, sed in hoc quoque ipsi consentanea quæ
de priscis illis sanctis uiris memorantur instituta haberi. Oportere enim, de-
bit sermo diuinus, episcopum unius uxoris uirū esse. Veruntamē eos qui sa-
crati sint, atque in Dei ministerio cultuque occupati, continere deinceps se ipsos
à cōmercio uxoris decet: qui autē non ad tantum assumpti sint sacerdotij mu-
nus, ipsi idem sermo diuinus indulget, ac propemodum palam omnibus prædi-
cat, quod utique honorabile sit cōiugij, & torus immaculatus, fornicatores et adul-
teros iudicaturus sit Deus. Hęc itaque nobis ad primā dubitationem dicta sint.

*Decet, sed
nō oportet,
episcopū si-
ne uxore es-
se.*

*Quæ de causa non ita nobis, quemadmodum priscis incendere, & sacrificare Deo terre-
stris permissum est. Cap. X.*

Sed cur nō summo Deo ipsi quoque animalia sacrificemus, quum ueteres
illi Dei amatores, quorum nos pietatē imitari dicimus, hoc sacrificauerunt
talis à nobis ratio reddatur. De ipso cultu quē ueteres & primi homines diu-
inæ naturæ exhiberent, nō idem quod Græcis uisum est, & quod in sacris Hebræo-
rum libris inuenitur. Nam illi quidem putauerunt primos homines, nulli
prosus animalis genus, neque sacrificare, neque incendere solitos dijs, sed eos
soli & reliquis cœli sideribus, ubi uiride gramen, & quasi quasdam succum
ris naturæ quisquiliās manibus sustulissent, herbam cum folijs, & radicibus igni
comburere. Posteriōres autem homines procul à tam recto instituto aberran-
tes, fecerunt

Ates fecerunt aras animalium cædibus. Porro hoc esse impium & iniustum, &
nisiquam Deo acceptum sacrificium, nam brutorū animam nihil ab hominū
rationali anima differre. Quapropter cædes accusandos esse eos qui animalia
sacrificarent, dicebāt, nō secus ac si eadē, similisque & in homine & in bruto ani-
ma inesset. Et talis quidem de antiquis hominib. opinio Græcorū extat. Quæ
autem in scriptis Hebræorum legitur, nō talis. Illic enim factos primos homi-
nes, ut primū in uita constiterint, animalium sacrificijs Deo honorem exhibi-
uisse cōmemorat. Dicit itaque: Et factū est post dies, ut offerret Cain de fructi-
bus terræ sacrificium Domino. Tum Abel ipse quoque obtulit de primogeni-
tis ouium suarū. Et respexit Deus ad Abel, & ad munera illius. Ad Cain uero,
& ad sacrificia eius, nō intendit. Vbi iam illud cōsiderabis, quod Deo accepti-
or dictus sit, qui animalia sacrificauerit, quàm is qui ab agro sacrificiū obtule-
rit. Etiā Noë protinus de cunctis pecoribus mundis, & de cunctis uolucrib.
mundis, obtulit perfectissima munera super altare, odoratusque est Dominus
odorem suauitatis. Abrahā quoque sacrificans describitur, ut, si diuina scriptu-
ræ testimonium sequimur, primum omnium de animalibus sacrificium, pri-
fcis Deo amicis uiris excogitatū fuisse, nos dicere oporteat. Quam sanæ exco-
gitationem temere extitisse, aut humano more exortam, putandū non est, sed
diuino potius nutu insinuatā. Etenim quū morū sanctitate præstaret, Deo
penitus addicti essent, & ob eā rem quasi diuino spiritu illustrati uiderent, ma-
gno sibi opus esse obsequio, si sua ipsorum humana delicta diluere uellent, præ-
cium pro salute sua ei qui uitam atque animam præbuisset, se debere putabant:
sed quum nihil præstantius aut preciosius animā suā haberent, quod dicarēt,
pro hac interim brutorum animalium uitam offerrebant, ita suæ ipsorum ani-
mæ sacrificiū illud comparantes: neque se in hoc aut delinquere, aut iniuste sa-
cere arbitrabantur, quippe qui hominum rationali, atque intelligentia præditæ
animæ neuiquam similem brutorum animā esse didicissent, neque aliud quic-
quam quam illorū sanguinē, uitalemque in eo uim esse eā, edocui essent, hoc quoque
unum præbere se quasi animam Deo pro anima offerentes. Hoc autem ipsum
Moses quodē loco planissime indicat, ubi ait: Anima omnis carnis sanguis ei-
us est, & ego dedi uobis sanguinē in altari ad expiandum pro peccatis uestris:
sanguis enim eorum pro anima expiabit. Idcirco dixi filijs Israel: Omnis ani-
ma ex uobis non comedet sanguinem. Attende igitur diligenter, quomodo
in his dictum sit illud: Ego dedi uobis in altari expiare animas uestras: sanguis
enim pro anima piaculū erit. Plane enim pro humana anima, mactatorū ani-
malium sanguinem piaculum offerri dicit. Hoc idem etiam lex de sacrificijs
admonet intelligendum, si quis modò consideratius attenderit. Nam capiti ui-
ctimæ unumquodque dum sacrificat, manus habere iniectas imperat, & ad sacer-
dotem animal ipsum adducere capite comprehensum, atque detentū, quasi qui
pro suo ipsius capite hostiam exhibeat. dicitur igitur de unoquoque: Adducet
illud ante Dominū, & imponet manus suas in caput muneris: Quod sane in
omni uictima obseruatū est, quū aliter nullum sacrificium offeratur. Ex qui-
bus utique uerbis sermo diuinus illud intelligi uult, humanarū animarū præ-
cibus utique sacrificaretur animalia exhiberi solita esse. Porro autē qui docet brutorū
animalium sanguinem, ipsorū esse animam, is nequaquam ea cum rationali
atque intelligente substantia, sicut homines cōmercium habere significat. Con-
stant enim ea ex materia & corporibus, sicut pullulantia omnia plantæque con-
stant. Vno itaque sermone rursus Moses Deum usum inducit, quum ait: Ger-
minet terra herbam foeni seminantis semē, ut lignum fructiferum. Et eadem
rursus ratione: Producat terra quadrupedes, & reptilia, & bestias terræ gene-
ratim. Ut omnino eiusdem & generis & naturæ & substantiæ bruta esse dicen-
dum sit, cuius & germinantia omnia, & plantæ sunt, Proinde neuiquam errare
qui animalia sacrificant: Dictum igitur est etiam Noë, ut comederet carnes,
quasi

*Anima bruti
pro anima
hominis of-
feritur.*

*Manus capi-
tibus anima-
lium impo-
nuntur.*

OP. AN. S. P. C. S. M.



quasi olera agrī. Prōinde dum nulla præstantior, neq; maior, neq; preciosior, neq; Deo conuenientior uictima hominibus aderat, iacrificia interim ex animalibus, pro sua ipsorū uita redimenda, & quoddā quasi naturæ propriæ animatū precīū, ipsi Deo reddere illos cōuenienter oportebat, sicut etiā Dei ueteres amici & cultores faciebant. Qui uenerabilē quādam, Deoq; acceptā, et magnā hostiā uenturam olim ad homines, diuino indicāte spiritu, tanto antè didicerant, quæ totius mundi expiatio existeret, cuius etiam signa quædam, et notas ipsi interea obirent, atq; perficerent, quippe qui & prophete essent, & eius quod futurū expectaretur, figuram in se quandā antè gerentes. Vbi autē quod perfectū erat aduenit, quemadmodū uaticinia prophetarū prædixerat, priora illa desierunt, et præstantiore uerioresq; sacrificio ilico sublata sunt. Hic autē fuit Christus Dei, is de quo antiquius à primis usq; temporib; dictum est, quod ad homines esse uenturus, atq; instar pecudis pro toto genere humano interficiendus, ut apud Esaiam prophetam scriptū legimus, ubi ait: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente obmutuit. Itē dicitur: Hic peccata nostra fert, & pro nobis in dolore est, et nos reputauimus eū esse in labore, & in plaga, & in afflictione. ipse autē uulneratus est propter peccata nostra, & tulit languorem propter iniquitates nostras, disciplina pacis nostræ super eum, liuore eius nos sanati sumus, & Dominus tradit eum peccatis nostris: ipse enim peccatū non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius. Similia hie item Hieremias alter Hebræorum propheta, inducta persona Christi, palam enunciat, dicens: Ego sicut agnus innocens, qui ducatur ad sacrificiū. Claudis horum prædictiones quasi signum ihs imprimens Ioannes Baptista, in ipsius Saluatoris nostri aduentu. Quū enim illud uidisset, & ihs qui aderat indicasset, ut uidelicet ipse esset, de quo prophete loqueretur, acclamauit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Quando igitur secundū testimonia prophetarum inuentum est magnum, magniq; æstimandum pro redimēdis, & ludæis pariter & Græcis precium, illud uidelicet pro toto mundo piaculū, illud pro anima cunctorū hominum sacrificiū, illa pro omni macula & peccato purissima hostia, ille utiq; agnus Dei, illa Deo accepta & mūdissima ouis, ille agnus de quo prophete tam multa dixerunt, per cuius diuinā ac mysticā doctrinam omnes nos, qui de gentibus assumpti sumus, remissionem priorū peccatorum inuenimus: ex quo etiam ludæorū, quicunq; in illo spem habuerint, à Mose execratione liberantur: merito sane, quādo illius memoriā, corporisq; eiusdem & sanguinis recordationem quotidie celebrant, & ad longè præstantius & sacrificiū & munus assumpti sunt, quā illud antiquius fuerit. Quando igitur omnia hæc ita se habent, non amplius fas esse putamus ita prima illa & infirma elementa recidere, quæ utiq; signa quædam, et imagines, non ipsam ueritatem complectuntur. Merito autem ipsorum quoq; ludæorū, quicunq; ad Christū Dei confugiunt, si modò nō amplius de Mose præceptis solliciti sint, sed ita utuant, ut noui Testamenti ratio docet, eā quæ à Mose definita est execrationem euaserint: quippe quum agnus Dei nō solum peccatū mundi, sed etiam eam execrationem quæ ihs debetur, qui contra Mose legē aliquid cōmiserint, in seipsum receperit. Factus igitur est Dei agnus et peccatū et execratio. peccatum quidem pro peccatoribus huius mundi, execratio autē pro ihs qui nolunt a scripto legit Mosaicæ recedere. Quocirca dicit Apostolus, Christus nos redemit ab execratione legis, factus pro nobis execratio. Itē eum qui non nouat peccatum, pro nobis fecit peccatum. Qui enim nō futurus fuit is, qui mundi piaculum factus est: is qui pro peccatorum anima precīū: qui tanquā ouis ad occisionē ductus est: is qui existimatus est sicut agnus, qui ducatur ad sacrificandū: atque omnia hæc & pro nobis, & propter nos. Ex quo quidem prisci illi, Deoq; grati uiri, quum præstantiora non haberent, merito signa ipsa attendebant. Nam etiam hoc ipsum Saluator noster docet, quum

Christus instar pecudis interficiendus.

Recordatio corporis & sanguinis Christi.

Christus mundi piaculum.

quum ait: Multi prophete & iusti cupierunt uidere quæ uos uidetis, & nō uiderunt: & audire quæ uos auditis, & non audierunt. At nos, qui ea quæ uera sunt, atq; ipsa imaginum principia per refertam magnis mysterijs dispensationem Christi accepimus, non amplius ea quæ uetera facta sunt desideramus. Solus igitur ipse eorum omnium qui unq; fuerint, cum sit Dei uerbū, ipso antiq; mundo, pontifexq; omnis ratione atq; intelligentiā præditæ creaturæ, eum qui nostris casibus omnis esset obnoxius, quali ouum aut agnum ab hominibus segregans, & huic nostra omnium adscribens peccata, eidemq; execrationem, quæ multæ loco in lege Mose adiuncta est, imponens, (siquidē ipso Mose proloquente, execrabilis omnis qui pēdet in ligno,) hoc ipsum pertulit, factus propter nos ipse pro nobis execratio. qui seipsum quoq; propter nos peccatum facere non ueritus est: quando quidem eum qui peccatū non nouit, pro nobis peccatum effecit: eidemq; propter nos, omnia quæcunq; nobis impendebant, supplicia imposuit: uincula, probra, cōtumelias, flagella, & cū his uerba de formia, postremumq; omnium, ipsum execrationis trophæum. Itaq; post omnia, quasi mirabilē quandam uictimā, sacrificiūq; eximiū patri suo operatus pro nostra omnium salute obtulit, eiusq; rei memoriā, ut nos ipsi Deo pro sacrificio offeremus, instituit. Hoc etiā prophetarū precibus David, qui quod futurū erat spiritu diuino prouiderat, uaticinatus est, ubi ait: Expectans expectaui Dominū, & intendit mihi, & exaudiuit prece meam: & sustulit me de lacu miseriæ, & de luto fecis, & statuit supra petrā pedes meos, & direxit gressus meos, & immisit in os meum canticū nouum, carmē Deo nostro. Quod porrò sit hoc nouū canticū, declarat deinceps, ubi ait: Sacrificiū & oblationē noluisti, corpus autē perfecisti mihi, holocausta & pro peccato nō pbasti. tunc dixi, Ecce uenio. In capite libri scriptū est de me, ut facerem Deus uoluntatē tuam: uolui. & adiungit: Annunciaui iusticiā in ecclesia magna. Sic planè docens pro antiquis sacrificijs & holocaustis, Christi aduentū per assumptionē humani corporis, eiusq; corpus perfectū, Deo oblatum esse, ipsumq; hoc ecclesiæ suæ nūciat eum gaudio tanq; ingens mysterium, quod prophetica uoce in capite libri propositum, expressumq; sit: Cum ergo huius sacrificij memoriā signis quibusdam in mensa celebrandā corporisq; item illius, salutarisq; sanguinis, ut noui Testamenti institutū habet, acceperimus: rursus à propheta David instruimur ad dicendū, Parasti in conspectu meo mensam, cōtra eos qui affligunt me. Pingue fecisti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians quam præstātiſsimus. Palam igitur in his mysticam significat unctionem, & odorum afferentiam, mensæ Christi sacrificia, quibus operātes, incruentas & rationales, eiq; suauis uictimas, in tota uita supremo Deo offerre, per eminentiſsimū omnium ipsius pontificē, edocui sumus. Hoc ipsum magnus quoq; propheta Esaias mirabiliter diuino spiritu indicante prouidit, & anteq; hieret prædicauit: dicit igitur sic: Domine Deus meus, glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti res mirabiles. Et quæ nā hæc sint res mirabiles, planè deinceps ostēdit, dicens: Faciet Dominus Sabaoth conuiuium omnibus gentibus, bibent læticiā, bibent uinū, unguentur unguento, trade hæc omnia gentibus. Consilium enim hoc in oriente, unguentiq; unctione, non Israel, sed omnibus gentibus promittebant: ex quo non immeritō propter unguenti unctionem Christianorum appellatio. nem consecuta sunt, sed uini quoq; læticiam gentib; uaticinat in eo: noui Testamenti, quod à Christo conditū est mysterium subobscurè significās, quod sane apud omnes gētes in præsentī tempore perspicuè celebratur. Porrò has rursus incorporeas, intelligentiæq; præditas hostias, prophetica nūciant oracula, sic quodam loco habentia: Immola Deo sacrificiū laudis, & redde altissimo uota tua, & inuoca me in die tribulationis, & erua te, et glorificabis me.

Memoria passionis Christi sacrificium nostrum.

OP. A. F. N. S. B. C. S. R. I.



Et rursus: Eleuatio manuum mearū sacrificium uespertinū. Item alibi: Sacri-
ficiū Deo, spiritus cōtritus. Hæc igitur omnia, quæ ab initio diuinitus præ-
dicta sunt, in præsentī tempore per Euāgelicā Saluatoris nostri doctrinā
ab omnibus gentib. celebrantur, prophetiæ uoci testimonium afferente ue-
ritate, per quā uocem Deus, Moisaicis reiectis sacrificijs, quod futurū erat no-
strum ipsorū institutū, diuinitus nūciat, dicens: Quoniam ab ortu solis usq;
ad occasum, nomen meum glorificatum est in gentib. & in omni loco incen-
sum offertur nomini meo, & hostiā mūda. Sacrificamus igitur Deo altissimo
sacrificiū laudis: sacrificamus Deo plenum, & odorem afferens, & sacrosan-
ctum sacrificiū: sacrificamus nouo more, secundum nouum Testamentū,
hostiā mūdā. At sacrificiū Deo, spiritus contritus dictus est. cor igitur
contritū & humiliatū Deus non despiciet. iamq; etiam incendimus propheti-
cum illud odorem in omni loco, & offerimus ei bene uolentem fructum om-
ni uirtute abundantis theologiæ hoc ipsum orationibus ad eum directis faci-
entes. Quod sane ipsum alius quoq; docet propheta, qui ait: Fiat oratio mea
sicut incensum in cōspectu tuo. Igitur & sacrificamus & incendimus, alias qui-
dem memoriā magni illius sacrificij, secundum ea quæ ab ipso tradita sunt,
mysteria celebrantes, & gratias Deo pro salute nostra agentes, religiososq;
hymnos & orationes sanctas illi offerentes: alias nos ipsos totos ei conecran-
tes, eiusq; pontifici, ipsi utiq; uerbo, corpore animoq; dicantes. Proinde ab o-
mni obscenitate corpus intactum atq; immaculatum eidem conseruare stu-
demus, omniq; affectu, atq; omni fœditate, quæ à malitia profiscatur, purga-
tam mentem illi reddimus, cogitationibusq; sinceris, & affectione non ficta,
ueritatisq; decretis illum colimus. Grata enim illi hæc esse, magis
quàm hostiarum magnum numerum, quarum sanguine &
fumo, & nidore operemur, edocti sumus.

LIBER SECVNDVS.

Quod non casu, neq; temerè propheticos Hebræorum libros omni studio
complexi sumus. Præfatio.



Vum ueræ pietatis rationem, quæ omnibus hominib. per E-
uangelicā doctrinā proposita est, & uiuendi in Christo insti-
tutum, libro priore tractauerim, nec non in medio posuerim,
ac ni fallor persuaserim, nec non in medio posuerim, ut om-
nes gentes, etiam si uoluissent, ex legib. Iudæorum uiuerent,
iam nunc ad prophetiarū uocem testimonia reuertor, pau-
lo altius orationis initium sumens, ut sic eos qui ad circūcisionem pertinen-
tes nos accusant, abundantius pleniusq; refellam. Quoniam igitur dicere so-
lent, earum promissionum quæ in suis ipsorum libris aperte descriptæ habentur,
nullo modo nos esse participes. suos enim fuisse prophetas, sibi ipsis Chri-
sti nūciari, quem libenter & saluatorē & redemptorē uocant: sibi ipsis pro-
missiones illas, quas aperte descriptas habent, exhibendas atq; reddēdas expe-
ctari: nos autē iusto ipsorū numero superuacaneos accedere, utpote qui gene-
re simus diuerso, & quibus quasi externis, deterrima in omnibus prophetijs
responsa sint: iam nunc his obuiam ex ipsorū prophetis libris eamus. Quod
igitur apud illos promissum extet, Christū Dei, eiusq; aduentum redemptio-
nem Israel nūciare, inficiaturi ne nos quidem sumus, quippe cum absq; con-
trouersia in omnibus illorum scriptis hoc palam inueniri constet: ut autē gen-
tes ab ijs quæ in Christo expectent bonis excludat, quasi ab ijs quæ uni Israel
non autem etiam gentibus promissa sint, non item æquè iusteq; illis est conce-
dendum, utpote cum hoc illi præter diuinorū librorum autoritatem
Quomodo

Quemadmodum meliora de nobis externis gentibus propheta illorum ante
uenientes nunciauerunt. Cap. I.

PRimum igitur, quoniam pro seipsis meliores optabilioresq; uoces colli-
gere solent, & eas assidue crebroq; iactare, hisce opponamus eas quæ in il-
lorum prophetijs extant de gentibus demonstrationes: quæ palam propo-
nunt, innumerabilia esse uaticinia, quibus bona & salutaria cunctis gentibus
futura nūciantur: nec aliter dicantur ea, quæ gentibus promissa sunt, exitū
esse, quàm per unum Christi aduentum, habitura. Quem quidem locum ubi
dicendo absoluerimus, tum illud nobis demonstrandum erit, non illis magis
dicendum esse, expectationem Christi Dei conuenire, quàm nobis. Vbi uero
spes promissorum, paris momenti, & Iudæis & Græcis ostensa fuerit, quodq;
in hoc, ijs qui ex circūcisione assumendi sint, nihil ijs qui ex gentibus salutem
expectant, sint concessuri: tum in ijs quæ sequentur uberius, & quasi copia
quadam prouecti demonstrabimus, quemadmodum in aduentu Christi, gen-
tiumq; uocatione, casuram penitus, totamq; abijciendam esse Iudæorum na-
tionem, diuina prædicunt oracula, & quod paucis dumtaxat ipsorum, & faci-
le numerabilibus, meliora illa promittunt, illorumq; urbem significant unā
cum templo esse capiendam; cunctaq; illa seueriorem quendam postulantiā
cultum, auferenda. Quod quidem ipsum iam reipsa uere prædictū fuisse ap-
paret. Quomodo uerò una eademq; ratione in ipso Christi aduentu, liberatio-
nem à malis ipsi Israel honorumq; perceptionem, & rursus honorum adem-
ptionem, ruinamq; religionis futuram, libri sancti significant, suo tēpore pla-
num faciemus. Nunc autem ad primum reuertemur, si pauca quedam ex in-
numerabilibus prophetijs ad demonstranda ea quæ dicta sunt, collegerimus.
Quoniam igitur eas quæ meliores habentur de seipsis prophetias, nobis so-
lent obijcere, tanquam ijs qui ea quæ antecesserint beneficia, soli susceperint,
tempus iam est, contra illos adducere, illisq; opponere ea quæ ipsis quoq; gen-
tibus promissa sunt, quæ uidelicet apud prophetas ipsorum fuerunt. Hoc au-
tem sic fiet.

Quemadmodum benedicentur gentes terræ in modum similem appellationis
Abraham. Demonstratio I.

Dixitq; Dominus: Non celabo ego Abraham puerū meum, quæ faciam. Gen. 17.
Est autem Abraham futurus in gentem magnam, & multam. Et benedicent
in eo omnes gentes terræ. Occultū multosq; latens mysterium, non se occult-
taturum ait oraculum, sed amico Dei indicaturum. Id autem erat de benedi-
ctione omnium gentium, quod olim quidem latebat, eo quod Abrahæ tēp-
oribus, omnium gentium, quod olim quidem latebat, eo quod Abrahæ tēp-
in apertum prodijt, cum ille per Euangelicā Saluatoris nostri doctrinā, eun-
dem cum Abraham diuini cultus ritum seruantes, eiusdem cum illo benedi-
ctionis participes existunt. Quemadmodum uerò geri nullo modo posset, ut
ex legibus à Mose positis gentes uniuersæ uiuendi normam acciperent, ple-
nissime libro superiore dixerimus, ne quis fortè suspicetur de aduentis, qui
apud Iudæos degebant, illud fuisse prolatum oraculum. Itaq; cum in eodem
probauerimus, quod ijs solis qui per Christum de cunctis gentibus assuman-
tur, benedictio omnium gentium Abrahæ diuinitus reddita, conuenire pos-
sit, studiosos lectores ex hoc loco ad illa remittimus.

Quemadmodum benedicentur omnes gentes terræ in eo semine quod progressurum
est de sobole Isaac. Demonstratio II.

Dominus autē ad Isaac respondens, post alia etiam hæc dicit: Et confirma- Gen. 26.
bo iusiurandū meū Abrahæ patri tuo, & multiplicabo sementuum sicut stel-
las cæli, & dabo semini tuo omnē terram hæc, & benedicentur in semine tuo
omnes gentes terræ. Dominus & saluator noster Iesus, qui Christus est Dei,
ex semine Isaac natus est ratione humani corporis, in quo omnibus genti-
bus ter-

OP. ANS. B. C. S. M.



bus terræ benedicuntur, quæ ab illo communem universi Deum edocere sunt didicerunt; item, Dei amicis uiris benedicere. Ex quo uicissim ipsis quoque benedicuntur, quæ in hoc uidelicet eundem cum ijs, quibus ipse benedixit, benedictionis fructum percipiunt: quemadmodum Dei ad Abraham responsum habet, Qui tibi benedicunt, eis benedictum est.

De pluribus gentibus, gentiumque collectionibus, quæ ex Iacob constituentur, quamuis sola Iudaica gens ab eo profecta sit. Demonstratio III.

Genes. 35. Dixit autem illi Deus: (constat autem dixisse Iacob) Ego Dominus Deus, cresce & multiplica gentes, & congregationes gentium ex te erunt. Ex quo quidem quod apparet ac perspicuum est, una duntaxat Iudaica gens ab Iacob extitit. Quo nam modo igitur uerum sit oraculum, quod numero multitudinis utitur? Postquam igitur Christus Dei, qui ex semine Iacob natus est, multos gentium conuentus per Euangelicam suam constituit doctrinam, merito in eo, & per eum, quæ ad prophetiam pertinent, iam ante exitum inueniunt, & posthac item magis inuenient.

Declaratio leticie gentium secundum Deum. Demonstratio IIII.

Deu. 32. Letamini cœli cum eo, & adorent eum omnes filij Dei: letamini gentes cum populo eius, & torte efficiant cor omnes angeli eius. Pro eo autem quod est, Letamini gentes cum populo eius, Aquila, uociferamini, inquit, gentes, populus eius. Et Theodotion: Exultate gentes populus eius.

Quod extremorum terræ, & cunctarum gentium conuersio erit ad Deum, generatioque uentura, & populus qui nascetur, iusticiam eius accipiet. Demonstratio V.

Psal. 33. Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum uniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius uniuersæ familie gentium: Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur in gentibus. (ac deinceps adiungit:) Annuntiabunt Domino generatio uetura, & annuntiabunt iusticiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus. Plana sunt hæc, & nullius interpretationis indigentia.

Pietatis pariter & leticie promissio gentibus, & Dei regnum in gentes. Demonstratio VI.

Psal. 46. Omnes gentes plaudite manibus, iubilare Deo in uoce exultationis, quoniam Dominus altissimus, terribilis, rex magnus super omnem terram. (ac deinceps adiungit:) Quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter. Regnauit Deus super gentes. Deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populi conuenerunt cum Deo Abraham. Et hæc ite plana, nec interpretationis indigentia.

Declaratio pietatis gentium. Demonstratio VII.

Psal. 95. Non est similis tibi in dijs Domine, & non est secundum opera tua. Omnes gentes quascunque fecisti uentent, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus. Hæc ita non minus perspicua sunt.

Declaratio omnium gentium pietatis, & canticum & intelligentie, & regni Dei, & orbis terræ correctio. Demonstratio VIII.

Psal. 98. Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius, annunciate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius, quoniam magnus Dominus, & laudabilis ualde, terribilis est super omnes deos. (ac deinceps:) Afferte Domino familie gentium, afferte Domino gloriam nominis eius. (ac deinceps:) Dicite in gentibus, quod Dominus regnauit. Etiam correxit orbem terræ, qui non commouebitur. Etiam hæc aperta sunt. Cunctarum gentium, & qui omnium supersticiosissimi sunt, Aegyptiorum, unius & ueri Dei, & in spiritu, ex diuina lege, adorationis & celebritatis solennis agnito. Demonstratio IX.

Zach. 14. Et erit, quicumque reliqui fuerint ex uniuersis gentibus, quæ uenerunt contra Hierusalem, ascendent quotannis ut adorent regem Dominum omnipotentem, & celebrent solenne tabernaculum. Et erit: quicumque non ascenderit ex

omni tribu terræ in Hierusalē, ut adorent regem Dominum omnipotentem, & ipsi illis adijciuntur, non erit super eos imber. Quod si tribus Aegypti non ascenderit, & non uenerit, & super hos erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæcumque non ascenderit ad celebrandum solenne tabernaculum. Hoc erit peccatum Aegypti, & peccatum omnium gentium, quæcumque non ascenderit ad celebrandum solenne tabernaculum. Plane hæc uocatione omnium gentium continet, si sensum duntaxat spectemus eorum quæ de Hierusalē celebritate tabernaculorum dicta sunt, quæ quidem suo tempore apta interpretatione habitura sunt.

Declaratio, ut electi sint apostoli, & uocati gentes. Demonstratio X.

Hoc primum uide, cito fac, regio Zabulon, terra Nephthalim, & reliqui qui maritimam habitatis trans Iordanem. Galilæa gentium, populus sedens in tenebris. Videte lucem magnam qui habitatis in regione, & umbra mortis, lux splendescet super uos.

Declaratio uocationis gentium. Demonstratio XI.

Audite me in sila, attendite gentes. Multo tempore stabit, dicit Dominus. (Quibus deinceps & de gentibus pariter, & de Christo adiungit:) Ecce dedi te in testamentum generis, in heredem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ. Caterum innumerabilia ipse quoque inuenies, quibus ea quæ gentibus promissa sunt continentur, per omnes prophetas dispersa, quibus sane in presentia neque colligendis, neque interpretandis tempus adest: tamen satis multa ad demonstrandum id quod propositum est, in superioribus habentur. Hoc autem fuit ostendere eis, qui quoniam ex circuncisione sunt, se ipsis ualde gloriantur & superbiunt, quasi se unos Deus reliquis gentibus praposerit, seque unos dignos existimauerit, quibus quæ futura erant, diuinitus promitteret, nihil ipsis seorsum à cæteris omnibus, in diuinitis promissionibus esse promissum. Quando igitur demonstratum est, gentes quoque diuinorum promissorum beneficium esse consecutas, agere iam deinceps quid nam illud sit, ex quo gentes & uocationis Dei, & diuinorum promissorum cõpotes futuræ dicuntur, contemur. Pulchrum enim est, causam cognoscere, quæ talia bona dicatur esse gentibus conciliatura, quæ nam porro alia sit hæc, quam Christi aduentus, per quem non quocumque qui ex circuncisione sunt, suam futuram esse redemptionem confitentur: est igitur demonstrandum, expectationem uocationis gentium, non aliam quam ipsam fuisse, quam ipsum Christum Dei, qui non solum Iudæis, sed etiam omnibus gentibus saluatorem se fuerit exhibiturus. Ut uero nunc nudis prophetarum testimonijs absque ulla interpretatione, otio poste liberiore unumquodque eorum latius interpretaturus: quando quidem fauente Deo, ubi omnia quæ de gentibus prædicta sunt in unum coegero, ipsa hæc interpretari constitui.

Quemadmodum isdem fore, ut in aduentu Christi, eius Dei qui olim à Iudæis solis cognoscebatur, cognitionem & cultum omnes gentes acciperent, uaticinati sunt. Cap. II.

Declaratio insidiarum aduersus Christum, ubi ipse filius Dei appellatur, & gentes hereditatem à patre accipit. Demonstratio XII.

Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. (ac deinceps:) Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Declaratio regni Christi, & uocationis gentium, & omnium tribuum terræ benedictio. Demonstratio XIII.

Deus iudicium tuum regi da, & iusticiam tuam filio regis, iudicare populum tuum. (ac deinceps:) Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad fines orbis terræ. (Et rursus:) Omnes gentes seruient ei. (Item:) Et benedicentur in eo omnes tribus terræ: omnes gentes be-

OP. A. F. M. S. P. B. C. S. M.



tes beatificabunt eum. (Et in fine Psalmi:) Et replebitur maiestate eius omnis terra. fiat, fiat.

Declaratio cantici noui, et brachij Dei, et salutaris eius omnibus gentibus indicatio. salutare autem filij nomen Hebraica uoce demonstratur. Demonstratio XIII.

Psal. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit Dominus. Saluum fecit eum dextra ipsius, et brachium sanctum eius. Notum fecit Dominus salutarem suum, in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam, recordatus est misericordiae suae iacob, et ueritatis suae Domui Israel. uiderunt omnes fines terrae salutarem nostrum, iubilare Domino omnis terra. (Et adiungit:) Commoueat mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & omnes qui habitant in eo. Flumina plaudent manu simul, montes exultabunt a facie Domini, quoniam uenit iudicare terram, iudicabit orbem terrae in iusticia, & populos in aequitate.

Quod ubi defecerit regnum iudeorum, ipse Christus adueniens, gentium erit expectatio. Demonstratio XV.

Genes. 49. Non deficiet princeps de iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est. & ipse erit expectatio gentium.

Declaratio cultus Christi, et sublationis cultus simulacrorum et gentium erga Deum pietatis. Demonstratio XVI.

Soph. 2. Adueniet Dominus super eos, & perdet omnes deos gentium, & adorabunt eum, unusquisque de loco suo, omnes insulae gentium.

Declaratio diei resurrectionis Christi, item gentium congregatio, omniumque hominum agnitio Dei, et modus unius pietatis, et quod Aethiopes sacrificia illi offerent. Demonstratio XVII.

Soph. 3. Idcirco expecta me, dicit Dominus, in diem resurrectionis meae in testimonium: quia iudicium meum ad congregandas gentes, ut admittam reges, & fundam super eos iram meam, omnem iram furoris mei: quoniam in igne conuersionis meae consumetur omnis terra, quia tunc conuertam in populos linguam in generationem eius, ut inuocent omnes nomen Domini, ad seruiendum ei sub iugum unum: a finibus fluuiorum Aethiopiae ferent sacrificia mihi.

Declaratio Christi aduentus, et quod multae gentes ad eum confugient, quodque erunt Domino ex gentibus constituendi populi. Demonstratio XVIII.

Zach. 2. Gaude & letare filia Sion, quia ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus, & confugient gentes multae ad Dominum in die illa, & erunt ei in populum: & habitabunt in medio tui, & cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te.

Declaratio ortus Christi, qui sit ex radice Iesse proditurus, et uocatio per illum omnium gentium. Demonstratio XIX.

Isa. 11. Egreditur uirga de radice Iesse, & flos de radice ascendet, & requiescet super eum spiritus Dei, (et quae sequuntur, quibus adiungit:) Et erit in die illa radix Iesse, & qui suscitatur ut imperet gentibus, in eo gentes sperabunt.

Declaratio Christi aduentus, et beneficii quo per illum afficienda sunt omnes gentes. Demonstratio XX.

Isa. 42. Ecce puer meus, suscipiam eum: electus meus, admisit eum apud se anima mea, dedi spiritum meum super eum, & iudicium gentibus proferet: non clamabit, neque remittet, neque audietur foris uox eius: calamum collabefactum non franget, & linum fumigans non extinguet: sed in ueritate proferet iudicium, resplendet, & non frangetur, donec ponat in terra iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt. (ac deinceps adiungit:) Ego Dominus Deus uocaui te in iusticia, & apprehendam manum tuam, & confirmabo te, & dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ut aperires oculos caecorum, & de uinculis educeres uinctos: & de domo carceris, sedentes in tenebris. Ego Dominus Deus, hoc meum est nomen: gloriam meam alteri non dabo, neque uirtutes meas sculptilibus, quae ab initio erant: ecce uenerunt, noua quae nunc annuncio, antequam annunciauerim, indicata sunt uobis,

Declaratio

Declaratio Christi tum ortus, tum uocationis gentium. Demonstratio XXI.

Audite me insulae, & attendite gentes, per tempus multum consistet, dicit Dominus. ab utero matris meae uocaui nomen meum, & posuit os meum quasi gladium acutum, et sub tegumento manus suae occultauit me, posuit me quasi sagittam electam, & in pharetra sua protexit me. (et adiungit deinceps:) Ecce dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terrae.

Christi aduentus significatio, et uocationis gentium. Demonstratio XXII.

Sic dicit Dominus: Qui liberauit te Deus Israel, sanctificate eum qui negligit animam suam, qui abominabilis gentibus, seruis principum: reges uidebunt eum, & surgent principes, & adorabunt eum. (et quae sequuntur, quibus adiungit:) Tempore accepto adiuui te, & dedi te in testamentum gentium, ut constitueres terram, & consequereris hereditates desertas, & diceret ihs qui in uinculis sunt, Exite: & ihs qui in tenebris, ut in luce prodeant, & in omnibus uis pascentur, & in omnibus semitis pastio eorum, non esurient, & neque sitient, neque percutiet eos aestus, neque sol: sed qui miseret consolabitur, & per fontes aquarum ducet eos: & ponam omnem montem in uiam, & omnem semitam in pabulum eis. Ecce hi de longinquis uenient, illi ab aquilone & mari, alij uero ex terra Persarum. Latamini caeli, & exultet terra. Erumpant montes in letitiam: quoniam miseratus est Dominus populi sui, & humiles populi sui consolatus est.

Declaratio Christi, et uocatio gentium. Demonstratio XXIII.

Attendite auribus uestris, & sectamini uias meas, audite me, & uisuet in bonis anima uestra: & condam uobis testamentum sempiternum, sancta David fidelia. Ecce testimonium gentibus dedi eum, principem & imperantem gentibus. Gentes quae non nouerunt te, inuocabunt te: & populi qui nesciunt te, ad te confugient propter Dominum Deum tuum, sanctum tuum Israel: quoniam glorificauit te. Quando ergo ab his quoque didicimus Christi aduentum preparari, ut non solis Iudeis, sed omnibus gentibus salutaris foret: tunc quoque illud ostendamus, quemadmodum in aduentu eius, non solum meliora gentibus per prophetas nunciabantur, sed etiam ihs qui ex circumcissionem contraria. Siquidem plane ruinam & reiectionem iudaicae gentis futuram, propter eorum erga Christum incredulitatem, oracula quae apud ipsos habentur, pronunciat, ut iam non aequales nos eis, sed etiam longe superiores uideamur. Ceterum nunc quoque utar nudis prophetarum locis, nec ea ullo modo contemplabor, cum propter eorum perspicuitatem, tum quod libere oio plenissimam eorum expositionem edituri sumus.

Quemadmodum in uocatione gentium, quae per Christum facienda erat, iudeorum gentem a ritu proprio, cultuque Dei cadere oportebat. Cap. XXIII.

Declaratio reiectionis gentis iudeorum, et adoptionis gentium loco eorum. Demonstratio XXIII.

Haec dicit Dominus: State in uis, & uidete: & rogate semitas Domini sempiternas, & uidete quae nam sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis purgationem animis uestris. Et dixerunt, Non ambulabimus. Constitui super uos speculatores, audite uocem tubae. & dixerunt, Non audiemus. Idcirco audierunt gentes, & qui pascent greges in eis.

Pietatis gentium declaratio, et gentis iudaicae impietatis accusatio: et praedictio malorum, quae post Christi aduentum in uisura erant eos. Demonstratio XXV.

Domine fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum in die malorum. Ad te gentes uenient, ab extremo terrae, & dicent: Vera falsa possederunt patres nostri simulacra, & non est in eis utilitas: si facier sibi homo deos, & hi non sunt dii. Idcirco ego ostendam eis in tempore hoc, nota faciam eis manum meam, & uirtutem meam, & cognoscent quod nomen mihi Dominus. Pecatum iuda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, exaratum super latitudinem

OPAEVSBIBLIOTHECAE



220 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 » dine cordis eorum. Quum recordata fuerint nemora eorum in ligno conden-
 » so, & in collibus extensis, & montibus, in agro. Fortitudinem tuam, & thesau-
 » ros tuos in direptionem dabo, & excelsa tua propter peccata tua, in omnibus
 » finibus tuis, & relinqueris sola, & humiliaberis ab hereditate tua, quam dedi-
 » tibi: & seruire te faciam inimicis tuis in terra, quam non nosti, quoniam ignis
 » incensus est in furore meo: usque in aeternum ardebit.

*De dispersione gentis Iudaicae in omnes gentes, & de renouatione aduentus, & regni Christi, &
 de uocatione omnium gentium, quae in eo facta est. Demonstratio XXVI.*

Amos 9. Ecce ego mando, & uentilabo in omnibus gentibus domum Israel, quem-
 » admodum uentilatur in uanno, & non cadet contritio in terram: gladio mor-
 » rientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt, non appropinquabunt, ne-
 » que uenient super nos mala. in die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod
 » cecidit, & instaurabo quae ceciderunt ex eo, & quae diruta sunt eius suscitabo,
 » & instaurabo illud sicut dies seculi, ut exquirant me, qui reliqui sunt ex homi-
 » nibus, & omnes gentes, super quas inuocatum est nomen meum super eas, di-
 » cit Dominus, qui facit haec omnia.

*Accusatio magistratum gentis Iudaeorum, significatio desolationis metropolis eorum, aduen-
 tusque Christi, & domus Dei, quae est ecclesia eius, uerbiq; & legis progressio, &
 gentium cunctarum uocatio. Demonstratio. XXVII.*

Michee 3. Audite nunc denum haec, qui praest domui Iacob, & qui reliqui estis ex
 » domo Israel, qui abominabimini iudicium, & omnia recta peruertitis, qui edi-
 » ficatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniustitijs. qui ei praesunt, cum
 » muneribus iudicauerunt, & sacerdotes eius cum mercede responderunt, &
 » prophetae eius cum argento diuinarunt, & super Dominum requieuerunt,
 » dicentes: Nonne Dominus nobiscum est? non uenient super nos mala. Idcirco
 » propter uos, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi pomorum cu-
 » stodia erit, & mons domus Dei in nemus syluae. Et erit in nouissimo dierum,
 » manifestus mons Domini paratus super uertices montium, & extolletur su-
 » per colles, & festinabunt ad illum populi, & ibunt gentes multae, & dicent: Ve-
 » nite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & ostendete
 » nobis uiam eius, & ambulabimus in semitis eius, quoniam de Sion egredie-
 » tur lex, & uerbum Domini de Hierusalem.

*Declaratio de Christi aduentu, & Iudaeorum bellici apparatus pernicies, gentiumque
 pax, & regnum Domini usque ad terminos orbis terrae. Demon-
 stratio XXVIII.*

Zach. 9. Gaude uehementer filia Sion, praedica filia Hierusalem, ecce rex tuus ue-
 » nit tibi iustus, & Saluator, ipse mansuetus, & sedens super iumento, & pullo
 » adolescente, & perdet currus ex Ephraim, & equum Hierusalem, & perdetur
 » cum bellicum, & abundantia pacis ex gentibus, & principatum obtinebit
 » mari usque ad mare, & a fluminibus per exporrectiones terrae.

*Recusatio gentis Iudaicae, & corporalis ipsorum ex lege Mosi adorationis reiectio. Spirituali intro-
 ducta in omnes gentes adoratione per Christum. Demonstratio. XXIX.*

Malach. 1. Non est mea uoluntas in uobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium
 » non suscipiam de manibus uestris, quoniam ab ortu solis & usque ad occasum,
 » nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco incensum offer-
 » tur nomini meo, & hostia munda: quoniam magnum nomen meum in gen-
 » tibus, dicit Dominus omnipotens. uos autem profanatis illud.

*Iudaicae gentis ruina, uerbiq; Dei, & legis nouae, eiusque domus diuulgatio, & pietatis
 omnium gentium declaratio. Demonstratio XXX.*

Isa. 1. Relinquitur filia Sion ut umbraculum in uinea, & sicut fructuum custo-
 » dia in cucumerario, sicut ciuitas in obsidione. (ac deinceps adiungit:) Quo-
 » modo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? in qua iustitia somnum cepit, in
 » ea nunc autem interfectores. Et ad haec: Erunt enim sicut terebinthus abieci-
 » folijs, & sicut hortus aqua non habens. Et erit fortitudo eorum, ut stipula stuppeae
 » & quae

A & quastus eorum, ut scintillae ignis, & comburentur iniqui, & peccatores si-
 » mul, & non erit qui extinguat. (His omnibus adiungit:) Et erit in nouissimis
 » diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in summis montibus, & extol-
 » letur super colles. Et uenient ad eum omnes gentes, & ibunt gentes multae, &
 » dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & an-
 » nunciabit nobis uiam suam, & ambulabimus in ea. Nam de Sion exibit lex, et
 » uerbum Domini de Hierusalem, & iudicabit inter gentes.

*Sublatio gloriae populi Iudaeorum, & gentium conuersio a simulacrorum cultu ad Deum
 uniuersi: & de desolatione Iudaicarum urbium, & de incredulitate eorum
 erga Deum. Demonstratio XXXI.*

Haec dicit Dominus Sabaoth: Et erit quemadmodum si quis colligat spicam
 » in conualle solida, & relicta in ea sit stipula. aut tanquam si baccae oliuae duae
 » uel tres in summo sublimium, uel quatuor uel quinque in ramis eorum relictae fue-
 » rint. Haec dicit Dominus Deus Israel. Die illa confidens erit homo in eo, qui fe-
 » cit ipsum. oculi autem eius ad sanctum Israel respicient, & non confident in altaribus,
 » neque in operibus manuum suarum, quae fecerunt digiti ipsorum: neque aspicient ligna,
 » & abominationes suas die illa. Erunt ciuitates relictae, quemadmodum deserte-
 » runt Amorrhaei, & Euaei a facie filiorum Israel, & erunt deserta, quoniam deserui-
 » sti Deum Saluatorem tuum, & Domini Dei tui non recordatus es. Propterea
 » plantabis plantationem infidelem: quacumque autem die plantaueris, decipieris.

*Expositio euerisionis Iudaicarum urbium, & gentium letitiae secundum
 Deum. Demonstratio XXXII.*

Domine Deus meus, glorificabote, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti
 » res mirabiles, consilium antiquum, uerum. Fiat Domine, quoniam posuisti ci-
 » uitates in tumulum, ciuitates munitas, ut cadant earum fundamenta. Impiorum
 » & ciuitates in aeternum non aedificabuntur. propterea benedicet tibi populus inops,
 » & ciuitates hominum iniurias ferentium benedicent tibi. Factus es omni ciui-
 » tati humili adiutor, & merore affectis propter indigentiam, protectio. & fa-
 » ciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus in monte hoc, bibent letitiam, bibent
 » uinum, ungentur unguento in monte hoc. Trade haec omnia gentibus, consi-
 » lium enim hoc in omnes gentes, deuorauit mors inualefcens. (Et rursus:) Ab-
 » stulit Deus omnem lacrymam ab omni facie: probrum populi abstulit Deus
 » ab omni terra. Os enim Domini locutum est haec.

*Bonorum promissio ad olim desertam a gentibus ecclesiam, & Iudaicae gentis despe-
 ratio, & redargutio peccatorum eorum, omnium gentium uocatio.*

Demonstratio XXXIII.

Ne recordamini prima, & antiqua ne computate, quoniam ecce ego facio no-
 » ua quae nunc orientur, & cognoscetis ea: & faciam in deserto uiam, & ubi non
 » est aqua, fluuios: & benedicent mihi bestiae agri, sirenes & filiae passerum, quoniam
 » dedi in deserto aquam, ut potum darem generi meo electo populo meo, quem
 » acquisiui, uirtutes meas narrare. Non nunc uocauit te Iacob, neque laborare te fe-
 » ci Israel. Non obtulisti mihi pecudes holocausti tui, neque in sacrificijs tuis glorifi-
 » castime, non seruisti mihi in donis, nec labore te affeci in thure, neque comparasti
 » mihi argento incensum, neque adipem uictimarum tuarum concupiui, sed in peccatis
 » tuis, & in iniustitijs tuis praesui tibi. (Et in sequentibus ait:) Couertimini ad me,
 » & salui eritis, qui uenitis ab extremo terrae. Ego sum & non est alius per me,
 » ipsi iuro, uere exhibit de ore meo iustitia. Verba mea non reuertentur, quoniam
 » mihi omne genu curuabit: et iurabit omnis lingua Deum uerum, dicens: Iustitia et
 » gloria ad eum ueniet, & erubescet omnes qui distungunt seipsum a Domino.

*Declaratio Christi ad homines aduentus, & redargutio gentis Iudaeorum, & cunctis
 gentibus promissio bonorum. Demonstratio XXXIII.*

Sic dicit Dominus, quis est hic liber repudij matris uestrae, in quo emisi eam?
 » aut cui debitori uendidi uos? ecce, peccatis uestris uenditi estis, & iniquitatibus
 » uestris emisi matrem uestram: quoniam ueni, & non erat homo: uocaui & non
 » erat

OPAEVSBCE&RI



erat qui audiret. & reliqua. Quibus adiungit: Ambulantes in tenebris, & non est eis lux, confidite in nomine Domini, & innitimini Deo uestro. ecce omnes uos ignem incenditis, corroboratis flammam. ambulate lumine ignis uestri, & flamma aquam incendistis. Propter me facta sunt hec uobis, in tristitia dormitis, (& quae sequuntur, quib. adiungit:) Audite me, audite me, populus meus & reges, ad me aures intendite, quonia lex a me egredietur, & iudiciu meum in lumen gentium, appropinquat cito iustitia mea, & egredietur quasi lux salutare meum, & in brachium meum gentes sperabunt.

Redargutio impietatum iniuriarum gentis iudaicae. & religionis eorum ruina, uocationis autem omnium gentium patefactio. Demonstratio XXXV.

Isa. 59. Nunquid non robusta est manus Domini ad saluandum? aut grauata est auris eius, ut non audiat? Sed peccata uestra ditidit inter uos & Deu: & propter peccata uestra auertit faciem suam a uobis, ne misereatur. Manus enim uestrae sordatae sunt sanguine, & digiti uestri in peccatis. Labia autem uestra locuta sunt iniquitatem, & lingua uestra in iustitiam meditata. nullus loquitur iustitiam, neque est iudiciu uerum. confidunt in uanis, & loquuntur inania: quoniam concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem, oua aspidum frugerunt, & telam aranearum texunt. & qui uult ex ouis eorum comedere, ubi contriuit, lotium inuenit, & in eo regulum. tela eorum non erit in uestimentum, neque operiuntur ex operibus suis. Opera enim eorum, opera iniquitatis: pedes autem eorum, ad improbitatem currunt, ueloces ad effundendum sanguinem, & cogitationes eorum, cogitationes insipientium. Contritio & miseria in uis eorum, semita eorum distorta, per quas transeunt, & nesciunt pacem. Idecirco amorum est iudiciu ab eis, & non comprehendit eos iustitia. Quae expectat & lucem, facta sunt eis tenebrae. expectantes splendorem, in obscuritate noctis ambulauerunt. manu explorabunt, ut caeci parietem, & quasi ipsis oculi non sint, contereant. cadent in meridie, quasi in media nocte. tanquam morientes, ingemiscunt & quasi ursus, & columba simul incedent, (& quae sequuntur, quibus adiungit:) Et timebunt qui ab occasu existunt, nomen Domini: & qui ab ortu solis, nomen gloriosum. Caterum, quum plurimae eiusdem argumenti sint prophetae, testimonijs hisce quae hic apposuiimus contenti erimus, atque ea suo tempore rursus repetentes, explanabimus. Interea uero quando ad uerbum ab-unde talibus testimonijs uisum sumus, satis nos ostendisse arbitramur, nihil amplius quam reliquas gentes, habere iudaos. Siue enim illius amici Dei Abraham benedictionis, se solos dicunt esse participes, propterea quod ab illo sint oriundi, iam Deus palam pollicitus est: gentibus quoque parem non modo ipse Abraham, sed & Isaac, & iacob benedictionem se impertiturum: quippe qui benedicendas esse itidem, ut illos omnes gentes praedixerit, & sub unam eandemque cum beatis illis, Deique amicis uiris letitiam, reliquas quoque gentes inuenit, iuxta illud: Laetamini gentes cum populo eius. Et illud: Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. Siue de regno Dei, quasi illius facti haeredes, gloriantur, iam in reliquis quoque gentibus regnaturum Deum, diuina oracula ostendunt: dicite enim, inquit, in gentibus, quod Dominus regnauit. Et rursus: Regnauit Deus super omnes gentes. Siue ad sacerdotum ministerium & ad cultum Deo exhibendum se electos dicitant, demonstrandum est, quemadmodum gentibus quoque, equale ministerium sermo diuinus se impertiturum promiserit, ubi ait: Afferte Domino familie gentium, afferte Domino gloriae & honorem. tollite hostias, & egredimini in atria eius. quibus etiam illud apud Esaiam oraculum adiungere poteris, quod ita habet: Erit altare Domini in terra Aegypti, & cognoscent Aegyptii Dominum, & facient sacrificia, & uouebunt uota Domino, & reddent. Vbi item illud tibi erit considerandum, & illic sacrificaturos Aegyptios, uotaque Domino & facturos, & reddi-

Altare Domini in Aegypto.

turos propheta significet. Non ergo in Aegypto solum, sed in ipsa quoque uera Hierusalem, quaecumque ea intelligatur, omnes gentes, nec ipsi omnium superstitiosissimi Aegyptii, ad id quod ex sententia, non ex scripto interpretandum sit, tabernaculorum solenne celebrandum inuitantur. Quod si olim factus est pars Domini populus eius iacob, funiculus eius hereditatis israel: at in posterum gentes quoque omnes, Domino in sortem esse tribuendas, dictum est, ubi uidelicet sic illi ait pater: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Etenim dominaturum esse non in iudea solum, sed a mari usque ad mare, & fines orbis terrae, propheta clamat, omnesque illi gentes esse seruituras, bene dicendasque esse in eo omnes tribus terrae. Hac autem causa hoc factum est, ut Deus uniuersi in conspectu omnium gentium, salutare suum notum faceret. nos uero iam ante notauimus nomen Iesus, si ex Hebraica lingua in Graecam conuertatur, significare, quod Latine dicitur salutare: ut nihil aliud sit salutare Dei, quam saluatoris nostri Iesu Christi appellatio. huic rei fidem facit Simeon in Euangelio, qui accepto puero, ipso utique Iesu, intra manus, sic orauit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace, quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium. Hoc ipsum igitur salutare, psal-morum quoque autor significauit, quum dixit: Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Similiter apud Esaiam, omnes homines hoc ipsum salutare inuenies, Deum uniuersi dicunt adoraturi, qui salutare suum omnibus abunde sit largiturus, & adoraturi, non in hac inferiori Hierusalem, quae est in Palaestina, sed unumquemque ex loco suo, & omnes quicumque sint in insulis gentium, quo tempore oraculum illud finem accipiet, quod affirmat, omnes homines inuocare non amplius deos patrios, neque simulacra, aut demones, sed nomen Domini, & seruire illi sub iugo uno, & illi a terminis fluminum Aethiopiae rationales, & incruentas hostias per nouum Christi testamentum, non in inferiori Hierusalem, neque in eo quod in illa est altari, sed in eiusdem est, Dei populum & esse, et ceteri, & unum hoc diuinorum promissorum maximum est, ubi ab ipso Deo de ijs qui seipso digni sint dicitur: Ero illorum solus Dei populus esset. hoc quoque bonum, tum quum ad populum illum adueniret Dominus, gentibus se largiturum pollicetur, dicens: Ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, & confugient gentes multae ad Dominum, & erunt ei in populus meus es tu. & ipse dicit, Dominus Deus meus es tu. Si uero non alius, hoc ipse est Christus, qui de radice iudaica oriturus a prophetis praedicitur, & de hoc ambigat: considera iam quemadmodum hic surrecturus ad imperandum non ipsi israel, sed gentibus palam sit dictus: nec ipse israel, sed gentes in eo spem habiturae dicitur: quippe qui esset expectatio gentium, quapropter & gentibus prolaturus iudicium, & futurus lumen gentium uaticinatio declaratur. Et rursus dictum sit, in nomine eius gentes speraturas, eundemque in salutem datum iri non solis iudeis, sed omnibus hominibus, usque ad extremam terram. Quocirca & ab illo, qui ipsum misit, patre, dictum est ei: Dedi te in testamentum gentibus, in lucem gentium, ut constituas terram, & consequaris hereditates desertas. Testimonium autem gentibus dicit, ea de causa, ut omnes quaecumque agnouerint, & quae nam in eo sit uirtus, inuocatura sint eum, & qui antea illum populi nunquam uiderint, ad illum confugituri. Caterum quid pluribus opus est uerbis: quum ex ipsis propheticis uocibus liceat, tum quas posui, tum quas plus ocij nactus exponam, quae in diuinis libris feruntur, si cui modum placeat colligere

Iesus saluator.

OP. A. F. V. S. B. C. S. R.



colligere dicta prophetarum, facile ijs qui ex circumcissione sunt silentium imponere, si quando iactent promissa diuina sibi solis exhibita esse: & nos qui de gentibus assumimur, superuacaneos accedere, atq; a diuinis pollicitationibus alienos existere. Econtrario enim ostensum est, quemadmodum oraculis traditum sit, omnes gentes aduentu Christi fruituras, & Iudaeorum ingentem numerum ab ea promissione, quae ad maiores ipsorum edita est, propter ipsorum erga Christum peruicaciam, esse casurum. Paucos uero eorum duntaxat in Saluatorem & Dominum nostrum credituros, & hac ipsa re promissam spirituales redemptionem consecuturos. De quibus sane diuinus quoque Apostolus quodam loco ita scribit: Esaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiae saluae fient. Verbum enim perficiens, & contrahens in aequitate, quia uerbum contractius faciet Dominus in terra. Et sicut praedixit Esaias: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuisset nobis, quibus post alia, haec quoque adiungit: Nunquid Deus repulit populum suum? absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, tribu Benjamin. Non repulit Deus populum suum, quem praesciuit, an nescitis in Helia quid dicat scriptura, quemadmodum interpellat Deum, dicens de Israel: Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus: & quaerunt animam meam, ut auferant eam. Sed quid dicit responsum diuinum? Reliqui mihi ipsi septem millia uirorum, qui non curauerunt genu ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiae factae sunt. His enim uerbis Apostolus plane in ipso totius Iudaicae gentis casu, seipsum & sibi similes Saluatoris nostri cum apostolos, tum euangelistas, omnesque qui ex Iudeis etiam nunc ad Christum accedant, semen esse aliud declarat, quod nominatum est a propheta, ubi ait: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen. Hoc ipsum esse quod in reliquis item prophetis significatur, nomine reliquiarum totius quas dicit secundum electionem gratiae seruatas esse. De quibus sane reliquijs age rursus quae dixerint prophetae, latius exequamur: ut pluribus iam constet, non absolute uniuersae Iudaeorum nationi, Christi aduentum salutarem pollicitum esse Deum, sed paucis eorum, atque admodum raris, ijs uidelicet qui in Saluatorem & Dominum nostrum crediderint, quemadmodum & res ipsa ipsis praedictionibus consentanea declarauit.

Quod non in omnem Iudaicam gentem, sed in paucos eorum duntaxat, diuinorum promissorum euenta peruenerint. Demonstratio XXXVI.

1sa. Terra uestra deserta, ciuitates uestrae succensae igni, regionem uestram in conspectu uestro alieni deuorant, & deserta est: quum subuersa sit a populis alienis. Relinquetur filia Sion, ut umbraculum in uinea, & tanquam fructuum custodia in cucumerario, tanquam ciuitas in obsidione. Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuisset nobis. Exordies magnus, diuinusque propheta suum opus, primum docet quemadmodum uniuersum suae prophetiae propositum nihil aliud continet, quam uisionem & contemplationem quae feratur contra Iudaeam, & contra Hierusalem. deinde cunctam Iudaeorum nationem redarguit, primum haec dicens: Agnouit hos possessorem, & asinus praesepe Domini sui, Israel autem me non agnouit, & populus non intellexit. Deinde uniuersam gentem deplorans, adiungit: Vae genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini prauo, filiis iniquis. Hisce initio operis ubi contra illos usus est obiturgationibus, & proposuit causas eius uaticinij, quod contra illos feratur, tum initium facit, dicens, Terra uestra deserta: quae tamen deserta non erat eo ipso quo prophetiam edebat tempore. Ciuitates uestrae succensae igni: quum tamen ne hoc quidem adhuc factum esset. Sed neque regionem ipsorum tunc alieni deuorabant: quum tamen ille sic dicat, Regionem uestram in conspectu uestro alieni deuorant,

deuorant, & quae sequuntur. At enim si ad Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum transieris, & ad ea quae subsequuta sunt usque in hunc diem tempora, facile inuenieris ea quae dicta sunt completa esse. Nam & filia Sion (haec autem erat adoratio quae in monte celebrabatur, qui uocatur Sion) ex quo aduenit Iesus Saluator noster, relicta est ut umbraculum in uinea, & quali fructuum custodia in cucumerario, aut si his quicquam cogitari potest desertius: regionemque ipsorum alieni coram ipsis deuorant, nunc quidem uectigalia, ac tributa ab illis exigentes, nunc uero proprium ipsorum praedium, eam quae olim Iudaeorum erat terram facientes. Sed & templum illud admirabile, quod erat in eorum metropoli, in terram cecidit, a populis alienis euersum: & ciuitates eorum igni succensae sunt: & facta est Hierusalem uere ciuitas in obsidione. At uero quia postquam illis haec euenerunt, & chorus Apostolorum, & qui ex Hebraeis in Christum crediderunt, fecundi instar seminis ex illis ipsis seruati sunt, & per uniuersam terram, atque in omne genus hominum penetrantes, omnem ciuitatem ac locum & regionem proprio atque Israelitico semine implerunt: adeo quidem, ut ex illis quasi spicae, quae in nomine Saluatoris nostri fundatae sunt ecclesiae, sint enatae: merito diuinus propheta ijs minis, quibus contra illos usus, adiungit: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen quasi Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuisset nobis. Quod quidem in apertiore sensum contrahens sanctus Apostolus in epistola ad Romanos interpretatus est: Esaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiae saluae fient. Verbum enim perficiens & contrahens faciet Dominus in terra. Et sicut praedixit Esaias: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuisset nobis. Quibus rursus haec adiungit: Nunquid, inquit, repulit Deus populum suum? absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, tribu Benjamin. Non repulit Deus populum suum quem praesciuit, an non nostis in Helia quid dicat scriptura? Quemadmodum intercedit apud Deum contra Israel: Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus: & quaerunt animam meam, ut auferant eam. Caterum quod dicit ei responsum diuinum? Reliqui mihi septem millia uirorum, qui non curauerunt genu ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore, reliquiae secundum electionem gratiae factae sunt. Ne uero in aliud tempus prophetiam euentum suum dirigere suspiceris, quam in aduentum Saluatoris nostri Iesu Christi, uerba quae sequuntur post illud dictum, Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuisset nobis: uniuersum Iudaicum populum, Gomorrhae populum appellantis, & eorum duces, principes Sodomorum, adiungunt reiectionem Mosis quae fit per lauacrum, intelligo) uerbumque plane nouum, ac legem introducunt, ubi de talibus praedicunt. sic igitur habent: Audite uerbum Domini principes Sodomorum, attendite legem Dei populus Gomorrhae. Quid mihi multitudine uictimarum uestrarum? & caetera, quae ut propria legum a Mose positarum auferens, eorum loco alium remittendi peccata modum introducit, eum uidelicet qui per lauacrum salutis, & per eam quae cum hoc praedicatur uitam, celebratur sic dicens: Lauamini, mundi estote, auferte prauitates ab animis uestris & quae sequuntur. Cur autem principes Sodomorum, & populum Gomorrhae eos nominauerit, idem illico exposuit, sic dicens: Manus enim uestrae plena sanguine. Et rursus ubi paulum progressus est, ait: Iniquitatem uestram, ut Sodomorum nunciauerunt, atque indicauerunt. Vae animae illorum, quoniam cogitauerunt consilium prauum contra seipsos dicentes: Ligabimus iustum, quoniam inutilis nobis est. ubi quum de quodam sanguine, & de in-

Apostoli reliquiae Israel.

OP. A. F. S. B. C. S. M.



fidis aduersus iustum quendam mentionem fecerit, quem hunc tandem intelligi uult, nisi Saluatorem nostrum Iesum Christum? Propter quem, & post quem, omnia in illos quaecumque dicta sunt, redundarunt.

Quod propter Saluatorem nostrum Iesum Christum, & post eiusdem aduentum, omnia quae dicta sunt a propheta, illis acciderint. Demonstratio XXXVII.

Isa. 4. In die illa, illucescet Deus in consilio cum gloria in terra, ut extollat & glorificet id quod reliquum fuerit ex Israel, & erit illud reliquum ex Israel in Sion, & quod relictum fuerit in Hierusalem, sancti uocabuntur, omnes qui scripti sunt ad uitam in Hierusalem. Quod nam uero sit illud reliquum ex Israel, ipse propheta explanauit, quum dixit: Omnes qui scripti sunt in Hierusalem, & qui uocati sancti. Quae autem sit dies illa, in qua Deus glorificaturus, & in sublimi collocaturus dicitur id quod reliquum fuerit ex Israel, & eos qui uocati sunt sancti, & scribendi ad uitam, si totam huius sectiunculae narrationem percurreris, facile disces. Initio igitur totius libri, quum aduersus Iudaeam, ac Hierusalem uisionem uidisset propheta, & pluribus uerbis totius Iudaicae gentis impii facinora numerasset, quumque minabundus dixisset de illorum euerfione, deque extrema Hierusalem uastitate, tum finem ei quae contra illos uersabatur contemplationi imponit, his uerbis: Erunt enim ut terebinthus, abiectis folijs, & tanquam hortus aquam non habens: & erunt uires eorum, tanquam surculus stuppe: & gustus eorum, ut scintilla ignis. & comburentur iniqui & peccatores simul, & non erit qui extinguat. Vbi quum aduersus illos uaticinium circumscripserit, tum reprimat se: & nouo initio facto, alteram materiam aggreditur, exordioque etiam (ut dicebam) tali utitur: Verbum quod factum est ad Esaiam filium Amos prophetam, de Iudaea & de Hierusalem, uel, ut Symmachus interpretatus est, super Iudaea & Hierusalem. Ex quo forsitan illud suspicetur aliquis, de quibus tristitia prius sit uaticinatus, de hisdem nunc commutata ratione, meliora quaedam praedicere. At uero eorum, quae sequuntur contextus, nequaquam istud dici permiserit, quippe qui super Iudaicae gentis, & super eo qui uocatur Israel, nihil omnino boni contineat, neque etiam super Iudaea, neque super Hierusalem, contra autem innumerabiles aduersus Israel querelas, atque accusationes, minasque aduersus Hierusalem tristes recenset: quodque uniuersis gentibus salutare contigit, uocationem, atque agnitionem summi Dei futuram diuinet. & ad haec noui cuiusdam montis prodictionem in lucem, & alterius domus Dei, praeter eam quae est in Hierusalem constructionem manifestam proponat. itaque ubi de Iudaea & Hierusalem locutus est, tunc sic dicit: quod erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in uerticibus montium: & extollatur super colles, & ueniet ad eum omnes gentes, & ibunt gentes multae, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob. ac de gentibus quidem cunctis talia diuinat: de Iudaeis uero deinceps cuiusmodi sint ea quae adiungit, nunc audi: Dimisit enim populum suum, domum Iacob, quoniam nunc repleta est, ut ab initio, regio eorum hominibus, sicut regio alienigenarum, & filij multi alieni nati sunt illis. Repleta est enim regio illorum argento, & auro, & non fuit numerus thesaurus eorum. & cetera quae sequuntur, quae multo plura sunt, quibus adiungit: Et adorauerunt ea, quae fecerunt digiti ipsorum. Et declinauit se homo, & humi se abiecit. & non dimittat eos, & nunc ingredimini in petras, & abscondimini in terram a facie timoris Domini, & a facie gloriae eius, quum surrexerit quassare terram. Quibus uerbis plane surrecturum esse Dominum indicat, & uniuersam terram gentis Iudaicae quassaturum: de Iudaeis enim omnis sermo est: quemadmodum etiam in sequentibus, ubi ait: Dies enim Domini Sabaoth super omnem petulantem & superbum, & super omnem excelsum & sublimem. quaeque his deinceps consentanea dicuntur. In hac igitur die, in qua surrecturus est Dominus, postquam uaticinatus est contra eos qui extolluntur aduersus cognitionem Dei, tum in hac ipsa, inquam, die, Dominum id facturum

id facturum propheta significat. Extolletur, inquit, Dominus, in die illa, & manufacta omnia occultabunt, introferentes ea in speluncas. ubi propemodum indicat auersionem a simulachris, qua auersi sunt & ipsi Iudaei, & omnes reliqui homines, post Saluatoris nostri aduentum, quando omnem superstitionem aspernati sunt. Ergo in die illa, inquit, abiciet homo abominationes suas aureas, atque argenteas, quas fecerunt, ut adorarent inania. Vbi haec, ut par est, de omni homine enuncians, propter futuram gentium uocationem, tum separatim rursus sub una sententia de Iudaica gente adiungit, & dicit: Ecce dominus Dominus Sabaoth, auferet de Iudaea & de Hierusalem uirum robustum & foeminam ualentem, robur panis, & robur aquae gigantem, & robustum, & hominem bellatorem. & iudicem, & prophetam, & coniectorem, & seniosem, & principem supra quinquaginta, & mirabilem consiliarium, & doctum architectum, & prudentem auditorem. & quae sequuntur. Quae quum diligenter attenderis, apponito his quae initio prophetiae dicta sunt, quae sic habent: Verbum quod factum est a Domino, ad Esaiam filium Amos super Iudaea, & super Hierusalem: ut quae sic prolata sunt, magis contra ipsos, quam pro ipsis existat, nisi forte in his aliquis latens comprehendit sensus. Qui enim fieri potest, ut is qui ablaturus sit ab Iudaea, & ab Hierusalem, uirum robustum, & foeminam ualentem, robur panis, & robur aquae, & omnia quaecumque olim in eis dignitatem habebant, pro Iudaea, & pro Hierusalem futura esse haec ipsa quae diuinabantur, praedixerit? quomodo autem sunt pro hisdem ea quae deinceps dicuntur? soluta est Hierusalem, & Iudaea concidit, & linguae eorum cum iniquitate, ea quae ad Dominum spectant non credentes. Atqui quo tempore montem Domini omnibus gentibus nunciari necesse erat, Deus in illo domum, in quam ubi omnes gentes conuenissent, tum dicturi essent: Venite, ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob. in eo, inquam, ipso tempore, ubi sermo diuinus talibus Iudaicae gentis accusationibus est usus, neque minatus extrema, tum his omnibus ea quae ante exposuimus, uerba adiungit, docetque ex omni Iudaica gente, quae a uero Dei cultu casura sit, super futuros quosdam, qui non eadem cum omnibus mala sint subituri, qui contra potius, tanquam ex prauis atque iniustis relictis superstites, comprobataeque ac sinceram pietatem amplexi, ac scriptura quae a Deo profecta sit, digni sint habendi, ac serui Dei sancti uocandi. quibus sane uerbis plane significat Saluator noster apostolos ac discipulos, atque euangelistas, reliquosque omnes, qui de circuncisione assumpti in ipsum crediderint, quo tempore gens eorum uniuersa cecidit. Porro haec ille sermo innuit, qui sic habet: In die illa (in qua uidelicet ea quae praedicta sunt, omnia de uocatione gentium, & de Iudaeorum ruina futura sunt) illucescet Deus in consilio cum gloria in terra, ut extollat & glorificet quod relictum fuerit ex Israel, & erit quod relictum fuerit in Sion: & quod relictum fuerit in Hierusalem, sancti uocabuntur, omnes qui scripti sunt ad uitam in Hierusalem, propter quos prodituros de Hierusalem uidelicet ac Iudaea, merito super Iudaea, & super Hierusalem, prophetiam illam dici, procepiit ipsum ostendit, aut etiam propter ueram Hierusalem, & propter Iudaeam illam: quae si ex sententia, non ex scripto consideretur, huic alteri proportionem respondeat. Quae de re quum erit tempus, uidebimus, & quis tandem diuinam apostolorum Saluatoris nostri, & Euangelistarum cernens uirtutem, secundum quam in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum, omnesque ex illo ad hoc usque tempus Christi ecclesias, quae uerba eorum in ore preceptaque habent, & noui testamenti per eos publicatas Christi leges, non huic prophetiae testis, in omnem terram Deum in sublimi collocaturum & glorificaturum id quod relictum fuerit ex Israel? Item quemadmodum id quod relictum fuerit in Sion, & quod relictum fuerit in Hierusalem, sancti uocabuntur, omnes qui scripti ad uitam pro eo

OP. A. F. S. B. C. S. M.



238 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 pro eo autem quod dicitur apud Ixx. In consilio cum gloria, Aquila & Theodotion inter se concordantes, in uirtutem & gloriam, interpretati sunt. sic utique eam uirtutem quae a Deo Apostolis data est, & quam post talem uirtutem apud Deum habituri erant, gloriam indicantes, iuxta illud: Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa.

Demonstratio XXXVIII.

14.6. Item quod de re ipsa factum est, auditu audietis, & non intelligetis: & aspicientes aspicietis, & non uidebitis. Crassum enim factum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & conuertantur, & sanem eos. Et dixit: Quousque Domine? & dixit: Donec ualentur ciuitates, adeo ut non habitentur: & domus, adeo ut non sit homo, & terra relinquatur deserta. Et post haec amouebit procul Deus homines, & multiplicabuntur, qui relictus fuerint in terra. Considera igitur hic quoque, quo nam modo, qui relictus sint rursus in terra, quum reliqua uniuersa uastationem passura sit, soli dicatur multiplicandi. Erunt autem hi, ipsi Saluatoris nostri discipuli, qui ab Hebraeis ad omnes homines profecti, atque instar seminis relictus, uberem fructum protulerunt, ipsas gentium in toto orbe terrarum ecclesias. & inspicere sane quemadmodum eodem tempore hos solos Iudeorum ruinae superstitibus multiplicaturum affirmat, illos autem solitudinem penitus uastationemque passuros. Terra enim, inquit, eorum relinquatur deserta. Porro hoc ipsum superius quoque dictum est, ab eodem propheta ad eosdem illo loco: Terra uestra deserta, ciuitates uestrae succense igni: regionem uestram in conspectu uestro alieni deuorat. Quando autem haec tandem completa sunt, si non post Saluatoris nostri tempora? Antequam enim contra illum tam impia facinora ausi essent, nunquam fuerat eorum terra deserta, neque ciuitates eorum incense igni, neque regionem eorum alieni deuorauerat. Ex quo autem diuinam illam uocem ipse Saluator & Dominus noster emisit, qua illis quod futurum erat indicauit, sic dicens: Relinquet domus uestra deserta ex illo, inquam, neque ita multo post talem praedictionem illi obsidione pressi a Romanis in solitudinem ac uastitatem redacti sunt. Causam etiam uastationis eorum sermo propheticus exprobrat, ubi aperte propemodum interpretatur, & manifestum proponit, quid nam fuerit illud, quod illis ruinam attulerit. Possit enim Saluatorem nostrum apud ipsos docentem ipsi audientes, auribus mentis non audierunt, neque intellexerunt quis nam esset: & illum oculis corporis conuidentes, animi oculis non perspexerunt, crassumque surum ipsorum cor reddiderunt, & penes oculos mentis clauserunt, atque aures grauauerunt, ut ait propheta: tum propter hanc causam, ciuitates eorum dicit esse uastandas, adeo ut non habitentur, ac terram eorum fore desertam: paucos uero quosdam ex illis super futuros, qui ubi instar foecundi ac uitti seminis conseruati fuerint, ad omnes homines penetrantes, multiplicandi esse in terra dicuntur. Verum tamen post horum ipsorum profectionem, Apostolorum uidelicet Saluatoris nostri, adhuc ait in ipsa regione Iudeorum decimam partem mansuram: ac deinceps rursus futuros eos in direptionem, quasi terebinthum, & quasi glandem suo spolio exutam. Demonstrat autem, ut arbitror, his uerbis oraculum, post primam illam obsidionem quam Apostolorum temporibus sub Vespasiano Romanorum Imperatore perpessi narrantur, rursus sub Adriano altera obsidione afflictos de loco illo penitus arcendos fore, adeo ut ne solo quidem urbis Hierusalem insistere illis sit permittendum. Hoc igitur inueniens, sic ait: Et iterum erit in direptionem, ut terebinthus, & sicut glans quum excidit de spolio suo.

Demonstratio XXXIX.

14.7. Et erit in die illa: Nutriet homo iuuentam bouum, & duas oues. & erit ex eo quod plurimum faciet lac, comedet butyrum, & mel comedet quicumque relictus fuerit in terra. Hic si illam diem quam propheta significat quaesieris, tempus

A tempus aduentus Saluatoris nostri inuenies. Vbi enim dixit propheta, Ecce uirgo concipiet, & pariet filium: plurima interponens, diuinat de ijs quae per eandem diem, hoc est, Saluatoris nostri aduentus tempore futura sunt. Virtutes enim inuisibiles, & quosdam inimicos, atque hostes, muscas & apes allegoriae legibus nominans, ingressuros esse terram Iudeorum dicit, atque ita dominum, hostium ipsorum nouacula, tanquam magni cuiusdam corporis, ipsius Iudaicae gentis caput, & pilos pedum, & barbam, & denique omne ornamentum eorum abrasurum. Quum uero haec in illa die de qua agitur futura sint, in qua uidelicet ille de quo loquitur, nascetur de uirgine, tum eum hominem, qui relictus fuerit de totius gentis interitu, hoc est, omnem quicumque ex illis in Christum Dei crediderit, nutriturum iuuentam bouum, & duas oues praedicat, & ex eo quod plurimum faciet lac, butyrum & mel comesturum. Porro haec si mystice contempleris, intelliges in Saluatoris nostri Apostolis, suum sine accepisse. Quorum singuli in ijs ecclesijs, in quibus uirtute Christi conuenerint, binas oues, hoc est, binos ordines instar ouium, ad gregem Christi conuenientes, alterum quidem in primis adhuc elementis uersantem, alterum uero qui iam per lauacrum sic illustratus: ac praeterea iuuentam unam, ecclesiam sanctam utique eorum, qui praesident principatum, diuinis & rationalibus cibis, nutrientes, tocundum ex illis lac, & mel, eius uidelicet cibi, quem ipsi elaborauerint, fructum perceperunt. Et quod quidem eam multitudinem, quae ex imperfectioribus constat ouibus, diuinus sermo comparare consueuerit, non est opus ut dicam, quum hoc omnes diuinae litterae ostendant. Quod uero eum, qui perfectior sit, & multos, quasi bonus agricola exerceat, ecclesiamque praesideat, rustico bouum labori item conferre soleat, sanctus nobis demonstrat: Quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe, ut sit participes. Quod si quis istiusmodi figuris loquendi offendatur, idem poterit & muscas & apes, de quibus dictum est, & nouaculam, & barbam, & pilos pedum, non ex sententia, sed ex scripto contemplari: atque ita plane in ridicula & absurda fabularum deliramenta recidere. Si uero non aliter haec accipere necesse est, quam ad sensum quendam interiorum, haud dubium est, quin etiam ea quae sequuntur, simili ratione.

Demonstratio XL.

In die illa extinguentur montes, & colles, & syluae, & deuorabuntur ab anima usque ad carnes: & erit qui fugiet, tanquam fugiens a flamma ardente: & qui relictus fuerint ex illis, erunt numerus, & puer paruulus scribet eos. & erit in die illa, non ultra adiciet quod reliquum fuerit ex Israel: & qui conseruati ex Iacob, non ultra confidentes erunt in eis qui iniurijs ipsos affecerint, sed erunt confidentes in Deo sancto Israel in ueritate, & conuertetur quod reliquum fuerit ex Israel ad Deum fortem. & si fuerit numerus filiorum Israel si cut arena maris, reliquiae eorum saluae fient. Verbum enim qui perficit, & qui contrahit in iusticia, quoniam uerbum contractius faciet Deus in orbe terra uniuerso. Hic quoque attende, dum tristitia minuitur, quemadmodum erit, inquit, qui fugiet tanquam fugiens a flamma ardente, & qui reliqui fuerint ex illis, numerus erit, & puer paruulus scribet eos. quibus sane uerbis, paucitatem eorum qui ex populo circumcissionis interitum sint euasuri, una cum urbis Hierusalem incendio nobis ostendit. Hi uero, inquit, qui reliqui fuerint, numerus erunt: hoc est, non plures quam ut numero comprehendi possint, utpote qui & pauci, & faciles numerabiles futuri sint: non plures igitur extiterunt, duntaxat uniuersa Iudeorum multitudinem comparati, qui in Saluatorem & Dominum nostrum crediderunt, qui quidem etiam digni habiti sunt, qui ab eo scripturam acciperent: quemadmodum uerba illa demonstrant, Et paruulus scribet eos. siquidem prius ostensum est, quis nam hic esset paruulus, ubi dictum est: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet

OP. A. F. V. S. B. C. S. R. I.



& pariet filium. & anteq̄ sciat puer uocare patrem, aut matrem, & quoniam hoc loco, Puer, inquit, scribet eos, merito in superiorib. dicebat: Et erit quod reliquum fuerit in Hierusalem: sancti uocabantur omnes, qui scripti sunt ad uitam. Ergo ut illic reliquum nominatum est, hiq̄ ipsi erant, qui scripti sunt ad uitam, ita etiam hic, qui reliqui fuerint ex eis, numerus erunt, & puerulus scribet eos. Hoc porro ipsum quod relictum fuerit ex Israel, & qui seruati ex iacob, non ultra, inquit, in eis qui ipsos iniuria affecerint, sed in Deo sancto Israel confidentes erunt. & sanè iam specta, utrum ipsa hac confidentia si qui ex iudaica gente profecti sunt, & qui de ruina Israel relictii sunt discipuli & Apostoli Saluatoris nostri, nihil aestimauerint principes seculi huius, seu principes populi iudaici, qui olim iniuria eos afficiebant, & sic omnes gentes penetrauerint, Christum uerbum predicantes: an uerò nihil horum ausi sint, atque utrum eadem erga Deum confidentia (nam, ut prophetia habet, confidentes erant in Deo sancto Israel in ueritate. Non enim subdole aut simulate, sed uerè totos se ipsos spei dediderant) non solum de sua regione profecti sint, uerum id quod ipsis propositum fuerat, abundè perfecerint, an non. Nempe hoc ipsum rursus id fuisse inuenies, quod relictum est quasi semen ruinae iacob, in Deo forti confidens, atq̄ item hoc ipsum uniuersae eius gentis residuum (quae quidè gens fuerit quasi arena maris, non quasi stellae coeli) dignum habitum esse, cui salus à Deo condonaretur, sicut affirmat Apostolus, ubi ait: Esaias autem clamat pro Israel, si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiae saluae fient. Nam quum duo sint quae Abrahæ Deus respondens promisit de ijs, qui ab illo orituri erant, unum quidem quod futurum essent sicut stellae coeli: alterum uerò, quoddam tanquam arena maris, Dei quidè amici, quales fuerunt illi ueteres, & prophetae, & Saluatoris nostri Apostoli, quibus ipsi illud testimonium exhibuit, Vos estis lux mundi, luminibus coelestibus ipso splendore comparantur: reliqui uerò, terreni scilicet atq̄ in humum spectantes, arenae similes habentur. Proinde merito ubi tota multitudo filiorum Israel quae à dignitate sua & a uirtutis magnificentia casura erat, undecunque spectans in terram, ut sermo de his propheticus habet, arenae maris comparata fuerit, tum uidelicet eorum reliquiae duntaxat saluae fieri de quibus sanè reliquijs plurimum est à nobis elaboratum, atque haec futura esse dicit, ubi ipse Dominus contrahens, & perficiens, uerbum per totum terrarum orbem fecerit: sic utiq̄ Euangelicam praedicationem perspicue significans, in qua omni Mosaico ambitu sublato, qui imaginibus & signis & corporalibus adorationibus constabat, breuitate praeditum Euangelij uerbum in omnes homines emissum, prophetiae ueritatem comprobauit.

Demonstratio XXI.

Et erit in die illa, radix lessae. & qui surgit imperare gentibus, in eo gentes sperabunt, & erit requies eius in honore. Et erit in die illa, adiciat Dominus demonstrare manū suam ad amulandum, & quærendū quod remanserit reliquum populi sui, quodcunq̄ relictum fuerit ab Assyrijs, & ab Aegypto, & à Babylonia, & ab Aethiopia, & ab Elamitis, & à solis ortu, & ab insulis maris, & extollet signum in gentes, & dispersos iuda congregabit à quatuor alijs terrae. Quum saepe quaedam futura dicantur in quodam insigni die, hoc est, ubi manifestum tempus aduenerit, nos ratiocinatione colligentes, earum rerum quae significantur, exitum in ipsum Dei aduentū recidere, demonstrauimus: in quo cum omnis iudaica gens casura esset, paucos quosdā seruatum iri, qui ex illis relinquendi erant, diuina ostendit oracula. Is tamen locus, qui nunc in manibus est, & ipsam diem, & quod per eam significatur tempus, quae in ea euentura essent, planissimè demonstrat. quū enim canat, ex semine Dauid futurum Christi ortū, cum eo simul iudaeorum item ruinam praedicat. Dicit aut sic: Ecce dominator Dominus Sabaoth, cōrūabit gloriose cum robore

robore, & excelsi humiliabuntur, & cadent excelsi gladio, & Libanus cū excelsis cadet. Porro hic Libanum ipsam Hierusalem intelligi uult, sicut in alijs demonstrauimus, quam cum omnibus suis fastum & uenerationem praeseferentibus, & gloriolis casuram, hic prophetae locus minatur. qui quidem ubi prius illa explicauit, haec deinceps adiungit: Et egredietur uirga de radice lessae, & flos de radice ascendet, & cetera, in quibus manifestissime, ex radice lessae (pater autem hic fuit Dauid) ortū Christi significat: in quo ortu, & uocationem gentium prius per quandam sermonis obscuritatem, more prophetico explicat. Illud enim, Pascetur simul lupus cum agno, & Pardus cum hœdo simul quiescet, & quae sunt huiusmodi: nihil aliud quam gentium indomitarum, & immanium, & in nulla re à beluis differentium, ad pios & mansuetos, & omni charitate refertos mores conuersionem futuram indicant. Sed hoc ipsum docet apertius in ijs quae sequuntur, sic dicens: Repleta est uniuersa terra cognitione Domini, sicut aqua multa ad cooperiendam mariam. Præterea ipse se ipsum interpretans sermo propheticus sequitur: Et erit in die illa, radix lessae, & qui surgit, ut imperet gentibus: in eo gentes sperabunt, & erit requies eius cum honore. Quoniam igitur superius iudaicae gentis ruinam inuolutè autem explicatus merito rursus eundem repetens sermonem, de ijs qui ex circūcisione in Christū credituri sunt, mentionem facit, ne omni ratione à Christo spem illorum excludat. Erit enim, inquit, qui surgit, ut imperet gentibus: Sed quis tandem hic est qui surgit, nisi radix lessae? quem etiam gentibus, non ipsi Israel imperatorum affirmat. Quoniam ergo uariè docuit hanc gentium conuersionem, ad eum qui de radice lessae nascetur, & pullulabit, nec dum boni cuiquam de ijs qui in circūcisione sunt, protulit: merito quod praedictio eiusmodi deerat reddit, dicens: Et erit in die illa, hoc est, in illo tempore in quo adueniet is, qui oriturus est de radice lessae, adiciet Dominus demonstrare manū suam, ut amuletur, & quærat, quod remanserit reliquum populi, quodcunq̄ relictū fuerit aut ab his, aut ab illis hostibus. Quem quidem locum Aquila ita conuertit: Et erit in die illa, adiciet Dominus secūdo manū suam ad acquirendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyrijs, & cetera. Ceterum hoc quoque te considerare oportebit, hostes populi Dei ceteros, quae uerbo aduersentur. Hi porro sunt illi, qui olim ijs gentibus quae hic nominatae sunt, inuisibiliter praerant, & animas Israel uastabant, quum eas in uarios effectus inducerent, & captiuas facerent, & ad morem uictus, alienarum gentium uictui similem, attraherent. Quum igitur hic uniuersus, propedixerim, populus animis factus esset captiuus ab ijs quos diximus hostibus, qui seruati, relictiiq̄ sunt sine uulnere, non spoliati suis rebus, promissum illud, de quo prophetia loquitur, obtinebunt: utpote qui uisuri sint manum Domini, & illius possessio futuri, quemadmodū illud habet oraculum, quod ita ait: Adiciet Dominus demonstrare manū suam, ut amuletur ob id quod remanserit reliquum populi. Quid autem adiciet Dominus? nempe ijs quos semel quodam per prophetas ostendit, adiecta est manus Domini, ut his ipsis ueluti de totius populi ruina seruatis, quae prioribus deerant, adiungerentur. Haec porro erant noui testamēti mysteria, quae manu Domini ostensa sunt ei parti quae de populo relictā est. Sed etiam ut amuletur, inquit, ob id quod remanserit reliquum populi. Pro quo Aquila & Theodotion cōcorditer, Ad acquirendum, inquit, residuum populi sui, quodcunq̄ relictum fuerit ab Assyrijs, & à reliquis inimicis gentibus. Hoc autem quod relictum fuerit de populo, extollet, inquit, signū in gentes. per eos enim planè Dominus signum suum in cunctis gentibus patefecit, & per eosdem collegit eos, qui ex Israel perierant, & qui ex iuda dispersi erant, postquam à quatuor alis terris, ad Christum

Habitabit lupus cum agno.

OP. A. V. S. B. C. D. M.



stum Dei, ex prædicatione apostolorum ipsius, confugerunt, sic sanè collectos esse intelligens eos qui quondam ex Israël & Iuda, secundum sententiam consideratis atq; acceptis, abducti procul, separatiq; fuerant. Mos autem huiusmodi animarum, uerum Israël Dei demonstrat: sicut è contrario, uitiola, prauaq; effectio eum Israël, qui ratione corporis eam appellatione sortitus est, principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ appellare in oraculis facit. Reliquæ igitur secundum electionem gratiæ, & quod in prophetia dicitur, relictum relictum populi, signum Domini apud cunctas gentes prædicarunt, & istiusmodi gentium animas ab interitu, ad Domini cognitionem trahentes, unum Deo populum confecerunt, qui à quatuor alis terræ, hodie quoque una Christi uirtute contrahitur. Hi uero ipsi de Iudaicæ gentis interitu conseruati discipuli, & apostoli Saluatoris nostri, ex diuersis tribubus oriundi, una uocatione, unaque gratiâ, atque uno sancto spiritu digni effecti, omnem amorem, quem olim erga ipsos Hebraicæ tribus habebant, abiecturi erant, ut ait prophetia: Quum igitur eodem intellectu, eademq; sententia perfecti essent, non solum continentem terram, sed & insulas gentium peruagati sunt, & omnes undique hominum animas deprædatis, eas ducentes captiuas, ut imperio Christi subijcerentur. Qui quidem in hoc consentanea illi oraculo egerunt, quod ait: Et uolabunt in nauigijs externum mare simul deprædantes, & eos qui ad solis ortum spectant. Reliqua uero eiusdem prophetiæ his item proportionè respondere intueberis, si unam quamq; dictionum tecum ipse diligenter perpende: & quod quidem ex ea inconstans uel humile uisum fuerit, reuerecriter spiritus uero ipsius intelligentiam perciperis, quatenus ipse tibi Dei spiritus contemplandum suppeditauerit. Nobis enim tempus non permittit diutius in his locis immorari, qui materiam propositam absoluere festinamus.

Demonstratio XLII.

Et mandabo orbi uniuerso mala, & impijs peccata ipsorum, & perdam in iriam iniquorum, & contumeliam superborum humiliabo. Et erunt, qui remanserint preciosi magis, quam aurum quod ignem non sentit: & homo preciosus erit magis, quam lapis in Suphir, ac deinceps adiungit: Et erit, qui relictus fuerit, quasi capreola fugiens, & quasi ouis errabunda, atque in his quædem paucitatem eorum qui superfuturi sint tempore interitus impiorum, hic sermo planissimè ostendit, ex quo id intelligimus, sine ulla exceptione, carissimos esse propria regione omnes omnino, qui ad circūcisionem pertinent, atq; omnem Iudaicam gentem promissam diuina non esse consecuturam.

Demonstratio XLIII.

Et erit in die illa defectus gloriæ Iacob, & pinguis gloriæ ipsius quassabuntur. Et erit quemadmodum si quis colligat messem stantem, & semen spicarum metat: & erit quemadmodum si quis colligat spicas in conualle solida, & relictæ fuerit in ea stipula: aut quasi bacca oliuæ duæ siue tres in cacumine sublimi, seu quatuor, seu quinque in ramis ipsis relictæ fuerint. Hæc dicit Dominus Deus Israël: In die illa confidens erit homo in eo, qui fecit ipsum: oculi autem eius ad sanctum Israël respicient, & non erunt confidentes in altaribus, neque in operibus manuum suarum, quæ fecerunt digiti ipsorum. In his quoque euidenter canitur, quemadmodum gloriæ Israël, & cuncta pinguis ipsorum auferenda sint, & pauci rursus numero que comprehensibiles relinquenda, atque hi quidem erunt, qui ex eis in Dominum nostrum crediderint. Deinceps autem post ea quæ de illis dicta sunt, de uniuerso genere hominum, quod auersurum se sit ab errore simulacrorum, Deumq; Israël agniturum, uaticinium sequitur.

Demonstratio XLIII.

Audite insulæ, qui relictis estis, & dolore cruciamini, audite quæ audiri a Domino Sabaoth: Deus Israël nunciauit nobis. Specta quemadmodum hic quoque

quoque non omnes, qui ad circūcisionem spectant, ad eiusmodi arcana audienda inuitet, sed solus eius, quos dicit relictos esse: ac dolore cruciari, quales erant, qui, ut ait Apostolus, gemebant ac deplorabant malitiam uitæ hominum.

Demonstratio XLV.

Luxerunt excelsi terræ, & terra iniquè egit propter habitantes eam. Idcirco inopes erunt inhabitantes in terra, & relinquentur homines pauci. In his quoque ubi eos reprehendit, qui ex populo circūcisionis & legem Dei, & testamentum contempserint, & eis minatus est ea quæ scripta sunt, tum ex illis paucos homines esse relinquendos uaticinatur. Hi uero sint sane illæ, quæ nominantur apud Apostolum reliquiæ secundum electionem gratiæ.

Demonstratio XLVI.

Relinquentur ciuitates deserta, & domus quæ relictæ fuerint, interibunt. Hæc omnia erunt in terra in medio gentium, quemadmodum si quis colligat paucas baccas, quæ in oliua remanserint, sic colligent eos. & si cessauerit uindemia, hi uoce clamabunt: qui autem relictis fuerint, in terra, lætabuntur simul cum gloria Domini. Hi quoque soli qui relictis fuerint, gauisuri dicuntur, quum reliqui omnes his, quæ in uaticinio continentur, sint tradendi.

Demonstratio XLVII.

Conculcabitur corona contumeliæ, mercenarij Ephraim, & erit flos, qui decidet de spe gloriæ in cacumine motis excelsi, quasi præcox ficus, qui uidit eum priusquam in manus accipiat, uellet eum deuorare. Die illa Dominus erit corona spei, cõtexta gloriæ ei qui relictus sit de populo ipsius. Relinquentur enim in spiritu iudicij, etiam hic ei qui relictus sit de populo, non uniuersæ illi genti: solis utiq; illis, qui reliquiarum nomine significantur, Dominum coronam spei, & gloriæ futurum uaticinatur: alios uero præter populi reliquias, coronam contumeliæ, & mercenarij Ephraim nominat.

Demonstratio XLVIII.

Et erunt qui relictis fuerint in Iudæa, mittent radicem deorsum, & facient fructum sursum: quoniam ex Hierusalem erunt, qui relictis fuerint: & qui salui futuri sunt, ex monte Sion. amulatio Domini Sabaoth faciet hæc. Eos qui secundum electionem gratiæ relictis fuerint ex Iudæorum gente missuros radicem deorsum, & facturos semen sursum uaticinatur. Vbi manifestissimè apostolorum & discipulorum Saluatoris nostri electionem significat. Siquidem hi ex ipsi qui ad circūcisionem pertinent, relictis, deorsum in terram doctrinæ suæ radices miserunt: adeo quidem, ut illa ipsa eorundem doctrina infixæ sit, & radicibus firmata per totum terrarum orbem: sursum autem ferre semen, & fructum ad promissa cœlestia exhortati sunt. Hi uero ipsi de gente Iudæorum relictis, ceteris pereuntibus, soli seruari dicuntur. Hæc autem omnia, amulatio Domini fecit. Nam amulatio Domini, quæ hoc ad prouocandum eos impios, qui in circūcisione manserunt elegit, illos prouocauit, ut est illud apud Moysen dictum: ipsi me prouocauerunt in eo qui non est Deus, & ego prouocabo eos in ea quæ non est gens: in gente stultâ irritabo eos.

Demonstratio XLIX.

Sic dicit Dominus: Quemadmodum inuenietur acinus in racemo, & dicent, Ne dissipaueris eum, quoniam benedictio Domini in eo: sic faciam propter eum, qui seruit mihi: huius causam non perdam omnes, & educam ex Iacob semen, & ex Iudâ, & hæreditabit montem sanctum meum, & hæreditabunt electi mei & serui mei, & habitabunt illic. Et erit in sylua stabulum gregum, & uallis Achor in requiem armentorum bouum populo meo, qui exquiescunt me. Vos autem, qui reliquistis me, & obliuiscimini montem sanctum meum, & paratis fortunæ mensam, & impletis demoni poculum mixtum, ego tradam uos in gladium. Omnes in occisione cadetis, quoniam uocaui uos, & non

OPERA BIBLIOTHECÆ DEUSTO

244 DE MONSTRATIONE EVANGELICA
 & non auscultastis, & fecistis malū in conspectu meo, & quæ nolebam elegi-
 stis. Quum in his diuisione quadam sermo diuinus utatur, tum exiguū quod-
 dam semen iacob, ea quæ promissa sunt consecuturū affirmat, electos autem
 esse eos qui habitent in sylua. Nam si uocationem gentium nominat, in qua
 electi Domini, & semen iacob sint sanè ipsi apostoli & discipuli Saluatoris no-
 stri, præter quos qui reliqui sunt omnes in eas quæ exposita sunt minas rec-
 derunt: quandoquidem ipsa oratio propè apertissimè demonstrat, non casu
 quodam in cunctam iudæorum gentem promissa diuina esse uentura, sed in
 id solum quod semen est nominatum, & in eos qui uocari solent electi Dei
 multi enim sunt uocati, pauci uerb electi. Quibus etiam nomen nouum impo-
 nendum deinceps oraculum canit, sic ad impios dicēs: Relinquetur enim no-
 men uestrum in fatietatem electis meis. Vos autem interficiet Dominus, si ue-
 rō qui mihi seruient, uocabūtur nomine nouo. Atqui nouū istud nomen,
 quod antiquis ignotum fuerit, quod nam quæso fuerit, nisi Christianorum
 quod à Saluatoris nostri Iesu Christi appellatione deductum, in toto orbe ter-
 rarum laudibus & fauore celebratur?

Demonstratio L.

Et erit de stilla populi huius, qui congregatur, congregabitur iacob cum
 omnibus. Excipiens excipiam reliquos ex Israël, in unum ponam conuersio-
 nem eorum. Consentanea ijs quæ ab Esaia accepta sunt, supraç à nobis expo-
 sita, Michæas quoç indicat, qui Deum non simpliciter omnes, sed solos eos
 qui reliqui fuerint, excepturum narrat. & quemadmodum apud Esaia semen
 nominabatur ipsum illorū residuū, ita hic stillam eos nominat qui ex il-
 lis superstites futuri sunt. Significatur autem his uerbis ipse chorus apostolo-
 rū, qui quasi stilla quadam, & semen iudaicæ gentis extiterunt, de qua stilla
 omnes quicūq; ex toto orbe Christum Dei cognouerint, & doctrinam eius
 acceperint, ea quam oraculum canit, cogregatione digni effecti sunt, & libe-
 rationem ab hostibus naçti.

Demonstratio LI.

Et tu Bethleem domus Ephrata minima es, ut sis in millibus iuda: ex te mi-
 hi egredietur qui præsit, ut sit in principem ipsi Israël, & exitus eius ab initio se-
 culi. Propter hoc dabit eos usque ad tempus parientis pariet, & reliqui ex fra-
 tribus eorum conuertentur. Et post pauca adiungit: Et erit quod reliquum
 fuerit ex iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi ros à Do-
 mino cadens, & tanquam agni super gramen, ut non congregetur aliquis, ne-
 que subsistat in filijs hominum. & erit quod reliquum fuerit ex iacob in gen-
 tibus in medio populorū multorū, tanquam leo in iumentis syluæ, & quasi ca-
 tulus leonis in gregibus ouium, quemadmodum quum transierit & disper-
 tiens rapuerit, & non sit qui eripiat, extolletur manus tua super affligentes te,
 & omnes inimici tui perdentur. his profectū nihil fieri posset lucidius, quæ &
 ortum Saluatoris in Bethleem, & eiusdem ab æterno propagationem, & prædica-
 tionem de Christo, quæ in totum orbem per eos importata est, referūt. Quum
 em̄ is princeps de quo propheta loquitur, & cuius exitus ex diebus æternis
 esse declarat, de Bethleem sit profecturus, huncq; ipsum ea quæ paries nomi-
 natur, sancta uirgo sit paritura: non omnes qui ad circūcisionem spectant,
 sed solos eos qui reliqui fuerint, saluos futuros affirmat, quos & residuum
 iacob, & roris instar in omnes datum iri nationes. Erit enim (inquit) residuum
 iacob in gentibus, ut ros à Domino cadens, & quasi agni super gramen: pro-
 quo, Quasi stilla in herbam, Aquila: Theodotion autem, Tanquam nix super
 fœnum, reddidere. Item pro illo, Ut non congregetur aliquis, neque subsistat
 in filijs hominū, neque offendant filius hominis: Theodotion reposuit, Qui non
 expectabit hominem, & non sperabit in filio hominis. Aquila uero, Qui
 non

A non expectabit uirum, & non erga filios hominum, in quibus omnis aposto-
 lorum Saluatoris nostri spes, quæ non in homine, sed in Saluatore, & Domi-
 no suo futura sit demonstratur, qui utiq; Saluator, Dei uerbū erat. His ue-
 ro deinceps adiungit, Et erit quod reliquū fuerit ex iacob in gentibus in me-
 dio populorum multorum, quasi leo in iumentis syluæ, & quasi catulus leo-
 nis in gregibus ouium, quemadmodum quum transierit, & dispersiens ra-
 puerit, & non sit qui eripiat. quibus uerbis, ut arbitror, confidentia & intrep-
 dum robur prædicationis apostolicæ declaratur. Siquidem instar leonis & ca-
 tuli in syluam gentium, & in ouium humanarum greges, illi irruentes, & di-
 spertientes dignos ab indignis, eos Christi uerbo subiecerunt. Ad quem dein-
 ceptus proferuntur, quæ ab ipso sint manatura, extolletur manus tua super affli-
 gentes te, & omnes inimici tui perdentur. quod ipsum sanè etiam oculis in-
 tueri licet. Quamuis enim multis, quamuis innumerabilibus Christi uerbum
 antehac affligentibus, & hodie quoç oppugnantibus, altius tamen ipsum ab-
 iit, & potentius cunctis effectū est. Sed etiam in sublimi collocata est manus
 Christi contra omnes qui ipsum afflixerint, eiusq; inimici uniuersi, uarijs tem-
 poribus contra eius ecclesiam insurgentes perdeni esse dicuntur.

Demonstratio LII.

Quia tunc conuertam in populos linguam, ut in nomine Domini seruiant
 ei sub iugo uno. A finibus fluminum Aethiopiæ suscipiam supplicantes mihi,
 disperforum serent hostias mihi. In die illa non erubesces ex omnibus studijs
 tuis, quibus impiè egisti aduersum me, quia tunc auferam à te probra contu-
 meliæ tuæ, & non ultra adicies gloriari super montē sancto meo, & relin-
 quam in te populum mansuetum & humilem, & carebunt in nomine Domi-
 ni, qui reliqui fuerint ex Israël, & non facient iniustitiam, & non loquentur ua-
 na, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa, quoniam ipsi pascentur &
 cubabūt, & non erit qui exterreat eos. In his item relicturū sibi populū man-
 suetum & humilem Dominus pollicitus est, non aliū utiq; significans, quam
 eum qui de circūcisione in Christum ipsius sit crediturus. Et rursus eos qui
 reliqui fuerint ex Israël, solos saluos futuros, cum reliquarum gentium uoca-
 tione, quam initio prophetiæ significauit.

Demonstratio LIII.

Eecce dies uenit in te, & ditidentur spolia tuā in te, & congregabo gentes
 in Hierusalem ad bellum, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulie-
 res inquinabuntur, & exhibit dimidium ciuitatis in captiuitate, reliqui uerb ex
 populo meo non perdentur de ciuitate. Consentanea sunt hæc ijs quæ propo-
 sita sunt de interitu uniuersæ nationis iudæorum, qui ad illas post Christi ad-
 uentum peruenit. Hæc enim Zacharias post reditum de Babylone uaticina-
 rat: in qua quum tota iudaica gens in hostium potestatem uentura esset, solos
 eos dicit qui de populo reliqui fuerint saluos fore, sic sanè apostolos Saluato-
 ris nostri apertissimè significans.

Demonstratio LIIII.

Conuertimini filij, qui defecistis, dicit Dominus, quoniam ego dominabor
 in uobis, & accipiam uos, unum de ciuitate, & duos de familia, & adducam
 uos in sion, & dabo uobis pastores secundum cor meum, & pascent uos, pa-
 scetes cum sententia. Et erit, quum multiplicati fueritis & creueritis, dicit Do-
 minus, in diebus illis non dicent amplius, arca testamenti Domini Israël, nō
 ascendet in cor, neq; nominabitur, & non fiet amplius. In his quoque conuer-
 sionem Israël, in aduentu Saluatoris nostri Iesu Christi futuram canit, in qua
 quum unum de ciuitate & duos de familia, & ualde paucos, & numero exi-
 gnos elegerit, earum quæ in ipsum crediderint gentium pastores, quumq; in
 extra gentes in sua ipsarum futura uocatione creuerint, non ultra, inquit, ab eis
 x 3 dicetur,

OP. A. V. S. P. C. S. M.



dicitur, arca testamenti Domini: non enim amplius ad Mosi corporales adorationes recurrent, utpote quum eis nouum tradendum sit testamentum.

Demonstratio LV.

Multiplicauerunt impietates suas, inualuerunt in auersionibus suis. Quam ex his propitius ero tibi? filij tui dereliquerunt me, & iurauerunt in his qui diij non sunt, & saturauit eos, & moechati sunt, & in domibus scortorum habitauerunt, equi libidine perciti euaserunt, unusquisque ad uxorem proximi hinnitus emisit, nunquid non super his uisitabo? dicit Dominus, an in gente tali non ulciscetur anima mea? ascendite propugnacula eius, & iugulate, cum summationem uerbo ne facite, relinquite fulcimenta eius, quoniam Domini sunt. In his simul & accusatio totius nationis eorum, & quae eos oppressit oblitio indicatur, & praeterea residuum, quod fulcimentum eius nominat, quum ipsius Domini sit. Hoc uero residuum fuit, quod ex fide quam in Christum Dei habuit, confirmatum, solidatumque est, ut ne his similia pateretur, quae uniuersa illa gens perpeffa est.

Demonstratio LVI.

Et cadent uulnerati in medio uestri, & cognoscetis quod ego Dominus, quum abierint de uobis, qui liberabuntur a gladio ad gentes: & quum uos dispersi eritis per regiones, & recordabuntur mei, qui liberati erunt ex uobis in gentibus, ad quas captiui ducti sunt. Videtur sane mihi hic quoque concordare his quae a reliquis prophetis accepta sunt: eos enim qui liberati erunt, quos non alios dixeris, nisi quod in ceteris, residuum, seu reliquum, & stilla, & ros, populi illius nominatur: quibus utique denominationibus, apostolorum Saluatoris nostri conuentus indicatur. Hi ergo liberati ab interitu uniuersae illorum nationis, & a dispersione illorum, recordati sunt Dei, ut sit consistendum, ea quae scripta sunt, de his fuisse dicta.

Demonstratio LVII.

Hae dicit Adonai Dominus: Expellam eos ad gentes, & dispergam eos in omnes nationes, & dispergam eos in omnem terram, & ero eis in sanctificationem paruam in regionibus, quocumque ingressi fuerint illuc. Hic quoque alio nomine eos uocauit, ubi sanctificationem paruam dixit, eos qui ex illis superstitibus mansuri sint & incolumes.

Demonstratio LVIII.

Et omnes suscipientes eos dispergam in omnem uentum, & gladium effundam a tergo eorum, & cognoscent quod ego Dominus, dum dispergam eos inter gentes, & disseminabo eos in regionibus, & relinquam ex eis utros numero ex gladio & ex fame & ex morte, ut enarrent omnes iniquitates suas in gentibus, quocumque ingressi fuerint illuc, & cognoscent quod ego Dominus. In totius populi dispersione, etiam hic sibi ipsi relicturum ait paucos numero, non alios utique significans, quam eos qui praedicti sunt.

Demonstratio LIX.

Hae dicit Adonai Dominus: Quod si etiam quatuor ultiones meas malas, gladium, & famem, & bestias malas, & mortem emisero super Hierusalem, ad perdendum ex ea hominem et iumentum, Ecce qui relictus fuerint in eo, qui conseruati, & cetera. Hae quoque nihil plane ab his, quae praedicta sunt, differunt.

Demonstratio LX.

Sic iudicabo uos, dicit Dominus, & deducam uos sub uirgam meam, & adducam uos in numero testamenti mei. Et eligam ex uobis rebelles & impios, quoniam ex peregrinatione eorum educam eos, & in terram Israel non ingredientur. In his quoque perspicue exiguos numero sub uirgam Dei uenturos

tuos. affirmat, dum reliqui ex Israel a promissis cadent. At enim quum demonstratum a nobis sit, non fortuito, neque indiscretè omnibus simpliciter iudice gentis cum uitiosis atque impijs, tum etiam his qui tales non sint, oracula diuina, illas honorum promissiones cecinisse, sed paucis eorum duntaxat & facile numerabilibus, his uidelicet qui in Saluatorem & Dominum nostrum crediderint, aut his qui ante eius aduentum iusti effecti sint. Abunde nos arbitror declarasse, quemadmodum ea quae ad promissa diuina pertinent, non differenter in omnibus iudaeis, finem acceperint, & quemadmodum ipsis magis, quam his qui de gentibus assumuntur, ubi Christum Dei susceperunt, prophetarum responsa conueniant. Porro quamnam fuerit diuinorum promissorum sententia, ubi tempus erit, ostendam. Hae autem prope necessario a me collecta sunt, ut redarguam eos qui ad circumcisionem pertinent, quada in inania scientia elatos, & ad se solos Christum, non ad omnes homines uenturum pertinaciter gloriantes, nec non ut ostendam magna cum ratione esse studium nostrum, quum libros illorum & oracula uersando tractamus. Constatuta est autem a me libro superiore causa, cur in morem iudaicum non recidimus, tametsi propheticis illorum scriptis gaudemus, nec item minus, cuiusmodi ea sit uita, quae Christo autore, omnibus gentibus nunciata praedicataque sit, quaeque antiqua sit Euangelicae reipublicae ratio, in eodem explanavi pro uiribus. Quapropter qui haec aliquando tandem absoluius, iam nunc tempus arbitramur esse, ut de occulta & mystica ratione, quae ad Saluatorem et Dominum nostrum Iesum Christum, qui Christus est Dei, pertinet, occultiora item quaedam attingamus: ut cum hoc pariter illud discamus, quam ob rem nunc, & non antehac ad omnes gentes aduenerit: & quamnam causa sit, ut non multo ante, sed nuper duntaxat post magnum numerum saeculorum, uocare gentes inceperit: tum alia eiusdem generis, quae arcanae illius theologiae propriae sunt, quae ad illum spectat tractemus: item, qua ratione ille homo factus sit, quae sane etiam prima omnium nouo quodam assumpto exordio, quasi ad homines incredulos ipsum Dei uerbum inuocantes, ut non adiuuet, age, iam consideremus.

LIBRI SECUNDI FINIS.

LIBER TERTIVS

PRAEFATIO.

Quum ea quae praefationis cuiusdam locum obtentura erant in Euangelica demonstratione, abunde tractauerim, modicum etiam Euangelicae Saluatoris nostri doctrinae demonstrauerim, causasque reddiderim, propter quas qui iudeorum amplexi sumus oracula, uitam illorum recusauerimus, ac praeterea planum fecerim, quemadmodum prophetica illorum scripta, id quod futurum erat ante uenientiam, nostrae per Christum futurae uocationis mentionem fecerint, ut sic tanquam propria illa, non tanquam aliena uendicemus: tempus iam admodum faciam. Porro autem haec erant, quae ad rationem humanitatis Iesu pertinent, qui Christus est Dei: item eius theologiae quae de illo est documenta, quae apud prophetas Hebraeorum extant: tum quae illi de aduentu illius ad homines praedixerint: quae utique illi uni posse accommodari, ex euentis certissimis iam iam comprobabimus, si (quod necessarium est) prius illud contemplauerimus.

OPERA FVNDATAE LIBR. B. M. S. DE



248 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
erimus, quemadmodum prophetæ Euangelij mentionem in Christo non præ-
termiserint.

Quod propheta in ipso Christo Euangelij mentionem
assumpserint. Cap. I.

Isai. 61. et
Luc. 4.

Huiusce ueritatis testis ad uerbum sit Esaias, qui ex persona Christi cla-
mat: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, euangelizare
pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cæcis uisum. quam
sanctæ prophetiæ Saluator noster olim in conuentu apud multitudinem lu-
deorum quum legisset, librumquæ post lectionem percussisset, sic locutus est: Ho-
die impleta est scriptura hæc in auribus uestris: protinusquæ hinc suam doctri-
nam exorsus, euangelizare cœpit pauperibus, eos in commendatione beato-
rum, qui apud se futuri sint, reliquis anteponebat: Beati, inquit, pauperes spi-
ritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Is præterea qui à malis spiritibus, di-
uexarentur, quique à dæmonibus, captiuorum instar, iam diu tenerentur, di-
missionem antenunciavit, omnes ad libertatem & solutionem à malitiæ uin-
culis inuitans, uerbis illis: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis,
& ego reficiam uos. Cæcis uerò qui corporeos oculos haberent corruptos, in-
tegritatem restituens, uisum largitus est: ut sic significaret se ijs qui olim ueri-
tatem parum intuerentur, uirtutem qua lumen ueræ pietatis respicerent, ero-
gare. Christum ergo in primis autorem & ducem futurum omnis prouinciæ
Euangelicæ, ea que exposita est prophetia declarat. At post illum eiusdem pro-
positi ministros fore illius discipulos, idem propheta canit, dicens: Quam spe-
ciosi pedes euangelizantium bona, quam euangelizantium pacem. Vbi ual-
de accurate speciosos dixit fore pedes euangelizantium bona Christi, qui e-
nim speciosi futuri non erant, qui in exiguo breuiquæ tempore totum orbem
erunt percursuri? & omnem locum sancta illa de Salvatore mundi doctrina
impleretur? Quod autem humanis uerbis non uterentur ad persuadendum au-
dientibus, sed Dei uirtus esset, que cum illis faciebat, dum euangelium predi-
carent, alius rursus clamat propheta: Dominus dabit uerbum euangelizanti-
bus uirtute multa. & rursus Esaias: Super montem excelsum ascende qui euan-
gelizas Sion, extolle quantum potes uocem tuam qui euangelizas Hierusa-
lem, extollite, ne timeat, dic ciuitatibus Iuda, Ecce Deus uester, ecce Dominus
cum robore uenit, & brachium cum potestate: ecce merces eius cum eo, & op-
pus eius coram ipso: tanquam pastor pascet gregem suum, & in brachio suo
congregabit agnos, & eas que in utero habent consolabitur. Ceterum hæc que
nam sensu accipienda sint, progressi longius in doctrina Euangelica uidebi-
mus: interim illud constitit, & ipsum Euangelium & nomen Euangelij pro-
phetiis uocibus comprobatum fuisse, habes præterea euidentes perspicuas
que demonstrationes, unde initium esset accepturum Euangelium, ab ipso ui-
delicet Christo: nec non per quos foret prædicandum, per illis utique aposto-
los sed etiã qua uirtute esset superaturum, non humana scilicet. Quod ipsum sa-
ne ex illo constitit, Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa.
Reliquum igitur iam est, ut ex multis que apud Hebræos antiquius ac remo-
tius de Christo diuinata sunt, pauca anticipemus, ut discas quanam illa essent
que posterioribus temporibus Euangelium nunciarent futurum: simulque
miraculum prophetarum, qui quidem tanto antè futura cognouerint: itaque
ipsorum oraculorum euenta, quemadmodum ea in Salvatore & Domino no-
stro Iesu, qui Christus est Dei, completa consistant.

Quod de Christo uaticinati sunt prophete,
Hebræorum. Cap. II.

Deut. 18.

Primus prophetarum Moses alium prophetarum sibi similem suscitauit
dum denunciat. Quum enim leges ab ipso positæ soli Iudaicæ genti com-
uenient, idque in terra Iudæa duntaxat, aut circum eam, non autem ei quoque
genti

A genti, quæ longissime in terris remotissimis degeret, quemadmodum ex ijs
quæ prius à nobis tractata sunt cognosci potuit. & cum qui esset non solum
Iudæorum, sed etiam aliarum gentium Deus, oporteret ad se cognoscendum
& colendum uitæ hominum suppeditare ea quæ cunctis item gentibus utilia
forent: merito alterum prophetam, qui nulla in parte suæ ipsius rationi atque
instituto cederet, de Iudaica gente suscitandum, oraculo exposito diuinat, in
hunc modum illi ipso Deo respondente: Prophetam suscitabo eis de fratribus
ipsorum tanquam te, & dabo uerbum meum in os illius, & loquetur eis iuxta
omne quodcunque mandauero illi: & homo omnis quicumque loquetur pro-
pheta in nomine meo, ego ulciscar ex eo. Similia uerò ipse quoque Moses hoc
oraculum interpretans ad populum ait: Prophetam de fratribus uestris tan-
quam me suscitabit dominus Deus, illum audietis in omnibus quecunque po-
stulasti à Domino Deo tuo in Choreb, in die concionis. Num igitur ex ijs qui
post Mosem extiterunt propheta, Esaias, exempli gratia, aut Hieremias, aut
Ezechiel, aut Daniel, aut alius quispiam de cæteris duodecim legum autor
Mosi conferendus extitit? Nequaquam. Sed ex illis tandem quis unquam
Mosi similia effecit? Nusquam poteris dicere. Sed quisque illorum à primo ad
nouissimum quoscunque instituebant ac docebant, ad ipsum Mosem remit-
tebant: atque in hoc populum reprehendebant, quod Mosi legem non serua-
set, sed contra illam fecisset. neque illum ad quicquam aliud hortabantur, nisi
ad ea firmiter tenenda, quæ in lege Mosi posita sunt. Nullum igitur horum illi
similem dixeris. atqui Moses de uno duntaxat certè ac definite loquitur.
Quem nam igitur alium Mosi similem futurum prophetam canit oraculum il-
lud, nisi Saluatorem & Dominum nostrum Iesum Christum? quomodo autè
hoc dictum sit, diligentius contemplari necesse est. Primus Moses genti Iudæi-
cæ præfuit: quum que eos deprehendisset Aegyptijs superstitionibus, multo-
rumque deorum cultu implicitos, primus ab ijs illos auertit, inuitabilibus
supplicijs cultores simulacrorum deterrens, & primus eis Theologiã ostendit,
eam que unius principatum docet: præcipitque, ut unum opificem, autorem
que rerum omnium colerent. primus etiam religiosæ uitæ illis institutionem
quandam disponens atque assignans, piæ, sanctæque reipublicæ illis autor &
primus & solus apparuit. atqui Iesus quoque Christus sicut Moses similiter,
ac multo quidem excellentius, qui primus eius doctrinæ que ueram religio-
nem instituit reliquis gentibus, autor & magister fuit: & primus per totum ter-
rarum orbem simulacrorum cultum euertit: primus que unius omnium regis
Dei cognitionem & reuerentiam cunctis ostendit hominibus, nouæ que uite
ac pijs hominibus accommodata reipublicæ primus introductor, legis que la-
tor extitit. Ad hæc ea que de mundi ortu, & que de animæ immortalitate
feruntur, aliã que omnia philosophica præcepta quecunque eiusdem sunt ge-
neris, primus Moses Iudæorum tradidit nationi. Sed hæc multo diuinitus, pri-
mus cæteris gentibus Iesus Christus per suos discipulos demonstrauit, ut sanè
merito Mosem primum, solum que pietatis legum latorem Iudæorum appel-
lare æquum sit, Iesum autem Christum gentium uniuersarum, sicut prophetia
que de illo est, canit: Constitue Domine legislatorem super eos, agnoscant
gentes quod homines sunt. Moses præterea gestis mirabilibus & prodigijs re-
ligionem à se institutam & traditam confirmauit. Itidem Christus ijs miracu-
lis, que etiam scriptis tradita esse omnes nouimus ad fidelium intuentium u-
adiunxit. Rursus Moses gentem Iudaicam ab intolerabili seruitute, qua
ab Aegyptijs premebatur, in libertatem uendicauit. Christus quoque, o-
mne genus humanum, ab impio atque Aegyptiaco simulacrorum cultu, quo
sub malis dæmonibus tenebatur, reuocauit ad libertatem. Denique Moses
terram sanctam, & in ea uitam Deo gratam & beatam ijs qui leges serua-
rent,

Moses &
Christus si-
mulacr. vii
subuerso-
res.

Moses
Christi ty-
pus.

OP. ANS. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.



rent promisit. Simili ratione Iesus Christus, Beati, inquit, mites, quoniam ipsi possidebunt terram longe utiq; meliorem terram, uereq; sanctam ac Deo gratam, non eam quae est in Iudaea, quae plane a reliquis nihil differt, sed Dei amantibus in caelo animis convenientem, ijs qui uiuendi rationem a se positam plene obseruauerint, pollicitus. Quod quidem apertius indicans ijs quos apud se beatos futuros praedicabat, regnum caelorum appellauit. Caeterum alias quoque res a Salvatore nostro gestas inuenies, quae uirtute longe praestiterint ijs, quas Moses edidit, magnam tamen cum Mosaicis illis habentes similitudinem. Exempli gratia. Moses totos quadraginta dies ieiunus fuit. Nam scriptura hoc illi testimonium exhibet, Et tunc inquit, Moses illic in conspectu Domini. Quadraginta dies & quadraginta noctes panem non edidit, & aquam non bibit: uidem etiam Christus. Etenim sic scriptum est: Et agebat in deserto quadraginta dies, & tentabatur a diabolo, & nihil comedit in diebus illis. Rursus Moses in deserto alimenta populo praebuit. Nam scriptura sic habet: Ecce ego do uobis panes de caelo. Et paulo post: Factum est, inquit, quum subsedisset ros circum castra, & ecce super faciem deserti minutum quasi coriandrum album, quasi gelu super terram. Saluator quoque ac Dominus noster ad discipulos suos: Quid, inquit, cogitatis in uobis? Quid dice fidei, quod panes non accepistis: nondum scitis, neque recordamini quia quae panes & quinque millium? & quod cophinos recepistis? neque septem, quatuor millium? & quod sportas tulistis? Item Moses per medium mare ingressus est, populo que itineris dux fuit. Sic enim habet scriptura: extendit Moses manum suam in mare, & subduxit Dominus mare uento Austro uiolento totum diem, & fecit mare siccum, & diuisa est aqua, & transierunt filii Israel per medium mare in sicco, & aqua eis murus a dextris, & murus a sinistris. Simili potestate, ac Deo etiam convenientius, Iesus qui Christus est Dei in superficie maris ingrediens, Petrum item ad se incedere, super eadem fecit. Nam sic scriptum est. Quarta autem uigilia noctis uenit Iesus ad illos ambulans supra mare. & quum uidissent illum ambulantem supra mare, conturbati sunt. Et paulo post: Respondens autem illi Petrus, dixit: Domine si tu es, iube me uenire ad te supra aquas. ille autem dixit, Veni. Et descendens de nauo Petrus, ambulabat supra aquas. Rursus Moses uento Austro uiolento mare solidum fecit. Nam scriptura, Extendit, inquit, Moses manum super mare, & sustulit Dominus mare, uento Austro uiolento, ac subiungit. Steterunt uentus & mare, & facta est tranquillitas magna. Mosi item uultus, quum de monte descenderet, cernebatur plenus gloria. Sic enim scriptum est. Descendens autem Moses de monte, ipse nesciebat quod glorificatus esset aspectus cutis faciei suae, dum ad ipsum loqueretur, & uidit Ante omnes que seniores filiorum Israel Mosem, & erat glorificatus aspectus cutis faciei eius. Simili ratione, & longe quidem excellentius, Saluator noster quum duxisset suos discipulos in montem excelsum ualde, transfiguratus est coram eis, & resplenduit facies eius ut sol, uestimenta autem eius facta sunt alba sicut lux. Moses item leprosum mundauit. Siquidem scriptum est: Et ecce Maria lepra candens sicut nix. Et paulo post: Et clamauit Moses ad Dominum dicens, Deus obsecro sana eam. Simili ergo ratione, sed longe maiori potestate Christus Dei, quum ad eum leprosus accessisset, dixisset: que? Si uis, potes me mundare. respondit, Volo, mundare. & mundata est eius lepra. Rursus Moses digito Dei scriptam esse legem affirmauit. Nempe sic scriptum est. Et dedit Mosi quum desisset loqui ad eum in monte Sina, duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito Dei, Et in Exodo: Dixerunt igitur incantatores Pharaoni, Digitus Dei est hic. Itidem Iesus quoque qui Christus est Dei, pharisaeis dicebat. Si autem in digito Dei eicio

Moses per mare, Iesus supra mare ambulauit.

Ad haec

Ad haec omnia Moses denominauit Iesum Naue. Pari ratione etiam Saluator Simonem Petrum. Atque item Moses constituit populo, qui praessent septuaginta. Siquidem dicit scriptura: Congrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israel, & auferam de spiritu qui in te est, & immittam in eos, & congregauit septuaginta uiros. Sic etiam ipse Saluator designauit suos discipulos septuaginta, & misit binos ante faciem suam. Rursus Moses duodecim uiros emisit terram exploraturos. Noster item Saluator multoq; etiam praestantius duodecim apostolos emisit, ad inspiciendas omnes gentes. Rursus Moses po- nit legem quae dicit: Non occides, non moechaberis, non furaberis, non peierabis. At Saluator noster lege proposita, non occidere solum, sed etiam irasci prohibet: & pro eo quod dictum est, non moechari, ne intueri quidem mulierem cum petulanti cupidine admonet: & pro eo quod est, non furari, res proprias indigentibus elargiri imperat: etiam illud longe transiliens quod est, non peierare, ne iurare quidem ullo modo instituit. Et quid me oratione longius prouehi necesse est, ut demonstrum similia, finitum aequae inter se Mosem ac Saluatorem, Dominumq; nostrum fecisse? quum unicuique uolenti, in ocio talia colligere facillimum sit? Etenim quum Mosi mortem nouisse neminem dicat, ac ne sepulchrum quidem eius: neq; itidem Saluatoris nostri post reditum in uitam, mutationem in speciem diuinam quisquam scire potuit. Si igitur in tam multis rebus alius nemo, sed solus Saluator noster, qui cum Mose similitudinem factorum habuerit, proferripotest: superest iam, ut in illum unum spectemus. Neque uero ad alium quempiam referamus prophetiam, quae apud Mosam extat, in qua illi similem suscitaturum se Deus respondet, dicens: Prophetam ex fratribus eorum suscitabo eis, tanquam te, & dabo uerbum meum in os illius, & loquetur eis quemadmodum mandauero illi: & omnis homo quicumque non audierit uerba illius, quaecumque loquetur propheta in nomine meo ego uisceris ex eo: ipseque Moses Dei uocem ad populum interpretans, ait: Prophetam ex fratribus uestris suscitabit Dominus Deus uester, illum audietis in omnibus quaecumque postulasti a Domino Deo tuo in Choreb in die conuersionis. Quod autem post Mosem ante Saluatorem nostrum nullus prophetarum Mosi similis surrexerit, antiqua scriptura perspicue docet, ubi ait: Et non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moses, quem nouerit Dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis. Constat igitur diuinum spiritum per Mosem de Salvatore nostro cecinisse, siquidem unum ipsum, nec alium quempiam Mosi similem extitisse, qualem ipsius Mosi uerba describunt, iam commendatam. Caeterum, specta aliam quoque prophetiam publicae scripturae ratione humanitatis de semine Israel ortum, innumerabiles conuentus in omnibus gentibus Dominum appellant, propter diuinam eius uirtutem hanc et appellationem tribuentes. Moses quoque qui hoc diuino spiritu afflatus cognouerit, enunciauit in hunc modum: Exhibit homo de semine eius (dicit autem de Israel) dominabitur gentibus, & extolletur regnum eius. Quod si nullus unquam alius ex ijs principibus & regibus qui in circumcisione regnauerint, multarum gentium dominus constitutus est (nulla enim historia hoc habet) clamat autem & uociferatur ueritas de uno Salvatore nostro, illum utique iam Dominum, neque ad labijs tantum, sed affectione sincerissima innumerales omnium nationum conuentus confiteri: quid ultra iam impedit ne illum esse dicamus, de quo prophetae extant? Quod autem Moses haec non indefinite praedicat, neque immenso quodam & inconstanti tempore uaticinium adumbret, sed ualde prouidenter euentum rerum quas praedixerit, de terminatis temporibus circumscribat, illa planissime indicant, quae de hac quoque re canit. Non deficiet, inquit, princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui expositum est, & ipse erit expectatio gentium. Quibus

Duodecim apostoli designati per 12. exploratores.

uerbis

OPERA S. PATRUM



In Christi
aduentu tu
deorū prin
cipatus de
fecit.

Christus ex
pectatio seu
spes gentiū.

752 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA

uerbis non defuturos deinceps ductores ac principes, qui sibi inter se continua
ata serie succedant de gente Iudaica, usque ad eius qui expectatur aduentum,
enunciat. Quod si principes apud Iudeos defecerint, aduenturum eum qui ex
oraculis expectatur. Iudam uero hic non ipsam tribum intelligit, sed quo
niam denominatione quadam posterioribus temporibus à regali tribu Iuda,
omnis Iudaeorum natio dicta est: ita quidem ut hodie quoque Iudaei nomi
nentur, ualde mirabiliter & prophætice omnem Iudaicam gentem Iudam no
minauit, sane ut nos quoque Iudaeos appellare consueuimus, tum affirmat
non prius defuturos de gente ipsorum principes ac duces, quam is adueniat,
quem prophetia significat. Porro hic simul atque aduenit, Iudaeorum qui
dem principatum esse dissoluentem, ipsum uero non Iudaeorum amplius, sed
gentium fore expectationem. quod quidem ipsum nulli unquam propheta
rum accommodare, sed uni duntaxat Saluatori, Domino que nostro, poteris.
Nam simul atque ille ad homines uenit, Iudaeorum regio sublata est, continuo
que illorum princeps defecit, qui quidem maioribus suis succederet, atque ex
legibus proprijs illis præflet. Tunc enim Augustus Romanorum primus ac
cepit imperium: & Herodes ab externis gentibus accitus, illorum rex constitu
tus est. Et illi quidem defecerunt, hic autem gentium per totum terrarum or
bem expectatio, sicut diuinitus predictum fuerat, declaratus est: deo quidem
ut nunc quoque omnes quicumque ex omnibus gentibus in illum credunt,
expectationis suæ secundum Deum, in illo spem reponant. Moses quidem
hæc, alia que his plura de Christo omnibus nobis feliciter nunciat. ei uero ge
mana Esaias quoque definite de uno certo rege, qui ex semine ac successione
Dauid sit suscitandus, hæc canit: Egredietur uirga de radice Iesæ, & flos de ra
dice ascendet, & requiescet super eo spiritus Dei, spiritus sapientiæ, & intellec
tus, & reliqua. Tum longius progressus, more prophetico, externarum gen
tum & Barbararum, nec non cum Græcorum, tum asperimorum ac ferocissimo
rum hominum, futuram in mites, mæuetos que mores ex doctrina Christi muta
tionem predict. Sunt autem eius uerba hæc: Et pascetur simul lupus cum a
gno, & Pardus simul quiescet cum hædo, & uittulus & aurus & leo simul pas
centur. & alia his similia, quæ etiam euestigio planiora efficiens interpretatur,
ubi ait: Et erit, qui surgit ad imperandum gentibus, in eo gentes sperabunt. Pla
ne enim irrationalia illa iumenta, & quas illic prædixit beluas, nullas esse aliam
quam ipsas gentes, propter earum ferinos mores, declarauit. quibus sane gen
tibus imperaturum affirmat eum qui surgit de semine Iesæ, ex quo semine Sal
uator & Dominus noster oriundus predicatur: in quem gentes, quæ in ipsum
credunt etiam nunc sperant, ipsi utique uaticinio consentanea facientes, quod
ait, Et erit qui surgit imperare gentibus, in ipso gentes sperabunt, Hoc igitur
apponito Ies, quæ apud Mossem feruntur, ac distinguit: Et illud quidem, Erat
qui surgit imperare gentibus, cum illo componito: Egredietur homo de se
mine eius, & dominabitur gentibus multis. Et illud, In ipso gentes spera
bunt, cum illo: Et ipse erit expectatio gentium. Quid enim interest, dicas ut
In ipso gentes sperabunt: an uero, Ipse erit expectatio gentium? Rursus uo
ro idem Esaias oratione progressus, de Christo hæc diuinat: Ecce puer meus,
quem elegi, dilectus meus, in quo complacuit sibi anima mea iudicium gen
tibus proferet, ac deinceps adiungit, Donec ponat in terra iudicium, & in no
mine eius gentes sperabunt. in his propheta iam secundo gentes in Christo
speraturas ponit, quum superius illud dixerit, In ipso gentes sperabunt. Hic
uero, In nomine eius gentes sperabunt. Etiam ipsi Dauid dictum est, De fru
ctu uentris eius suscitandum esse quendam. de quo deinceps ait Deus: Ipse
inuocabit me, pater meus es tu, & ego primogenitum ponam eum. Nam
de hoc rursus dictum est. Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumini
bus usque ad terminos orbis terræ. Et rursus: Omnes gentes seruient ei,
& benedi

& benedicentur in te omnes tribus terre. Præterea autem locus quidam cer
tus à Michea canitur, in quo is oriturus sit, de quo feruntur tot uaticinia: Et tu,
inquit, Bethleem domus Ephrata, minima es ut sis in millibus Iuda: ex te mihi
egredietur dux, qui pascet populum meum Israel: & exitus eius ab initio ex
diebus seculi, & omnes confitentur, in Bethleem Iesum Christum esse natum.
Quinetiam incolæ eius loci speluncam ibidem monstrant Ies qui ab externis
terris uenerint ad spectandum: & locus quidem hic ubi ortus eius futurus fuit,
predictus est. Ipsius uero ortus miraculum, nunc obscure ac figurate, nunc pla
ne & aperte ponit Esaias, obscure quidem, ubi ait: Domine, quis credidit audi
tui nostro? et brachium Domini cui reuelatum est: annunciauimus coram eo,
quasi puerulus, quasi radix in terra sitienti. Pro quo Aquila quidem sic inter
pretatus est: Et prædicabitur tanquam quod ubere nutritur in faciem eius, &
tanquam radix de terra inuia. Theodotion uero: Et ascendit sicut quod lacte
nem fecerit Propheta de brachio Domini, quod erat Dei uerbum: Coram eo,
inquit, annunciauimus quasi puerulum lactantem, & qui ubere nutritur, &
quasi radicem de terra inuia: ubi puerulus quidem ille, qui ubere atque lacte nu
tritur, planè ortum Christi declarat. Terra uero inuia & sitiens, uirginem quæ
illum enixa est, quam scilicet nullus uir adijt: de qua quamuis inuia, laudata il
la radix prodijt, & qui ubere lacteque nutritur puerulus. Verum hæc ad umbra
te admodum significauit: apertius uero idem Propheta sententiam suam inter
pretatur, ubi ait: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, et uocabunt no
men eius, Nobiscum Deus: hoc enim significat Emanuel. Talia de Christi apud
homines origine antiqui Hebræorum prophete meditabantur. Numquid igitur
tur illustrem quendam principem, aut tyrannum, aut alioqui unum eorum, qui
plurimum possunt in uita, eum de quo uaticinantur describunt: non potest di
ci, quoniam ne apparuit quidem aliquid tale. Sed qualis ipse uisus est uita, ta
lem item eum fore cecinerunt: hac utique in re nihil à ueritate aberrantes. Post
quam ergo Esaias dixit: Annunciauimus coram eo, quasi puerulus, quasi radix
in terra sitienti: deinceps adiungit, dicens: Non est species ei, neque gloria: & ui
dimus eum, & non habuit speciem, neque pulchritudinem: & fuit species eius sine
honore deficiens præ filijs hominum. Homo quum in plaga esset, sciens ferre
languorem contemptus est, & non computatus. Quid ad hæc igitur superest?
Nam quum illius & tribum, & genus, & modum nascendi, & uirginis miracu
lum, & uite morem prædixerint: sequitur deinceps, ut ne mortem quidem eius
taciti præterierint. Sed quid tandem canit etiam de hac Esaias? Homo, inquit,
quum in plaga esset, sciens ferre languorem, contemptus est, & non computatus.
hic peccata nostra fert, & pro nobis est in dolore, & nos existimauimus eum esse
in labore, & in plaga, & in afflictione. ipse autem uulneratus est propter pecca
ta nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Doctrina pacis nostræ
super eum, liuore eius nos sanati sumus. Omnes tanquam oues errauimus, &
Dominus tradidit eum peccatis nostris: & ipse quum uexaretur, non aperiebat
os. Quasi ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente non
aperuit os: generationem eius quis enarrabit: quoniam tollitur de terra uita e
ius, et reliqua. Nam his uerbis significat Christum ipsum quidem, quamuis ab
omni peccato alienum, tamè peccata hominū pro ipsis hominibus in seipsum
suscepturum. Quocirca etiam ea patietur, quæ qui peccauerint pati solent: &
pro nobis dolebit, non autem pro seipso. Quod si uulnerabitur, & uerbis pro
fusus ferietur, hoc item nostrorum peccatorū causa fiet: nam infirmus quoque
factus est propter peccata nostra, ut nos uidelicet, quum ille delicta nostra, no
streque malitię uulnera assumpserit, eius liuore sanemur: & eorum quidem que
ille insons ab hominibus passurus erat, hæc fuerunt causa. Iudeos autem qui illi
mortem attulerunt, nusquam ueritus propheta mirabilis, hoc ipsum quoque per
y spicue

Locus ubi
natus Chri
stus.

Mors Chri
sti à prophe
tis prædicta

OP. A. F. V. S. B. C. S. R. I.



spicue redarguit, plane deplorans, ac dicens: Ex iniquitatibus populi mei dicitus est ad mortem. Deinde uero, quoniam cito, neque ita multo post nefarios aduersus Christum ausus, extremus ad illos ex obsidione Romanorum interitus erat uenturus, ne hoc quidem praeterit silentio, sed adiungit: Et dabo scelestos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius. Et poterat quidem his prophetiam terminare, si nihil amplius futurum post Christi mortem uidisset: sed quoniam breui mora interiecta, erat a morte siue a sepultura remigraturus, atque in uitam resituentus, de hac quoque re deinceps haec addit, sic dicens: Et Dominus uult purgare eum a plaga, si traditus sit pro peccato. Anima uestra uidebit semen longaeuum, & uult Dominus auferre a labore animae eius, ut ostendat ei lucem. Qui superius dixit: Homo in plaga constitutus, & qui nouit ferre languorem, nunc post mortem eius & sepulturam: Dominus, inquit, uult purgare eum a plaga, & qui hoc fiet: Si traditus, inquit, fuerit pro peccato, anima uestra uidebit semen longaeuum: non enim omnibus concessum est, longaeuum Christi semen inueniri, sed ijs solis qui confiteantur, & munera offerant Deo pro peccatis. Horum enim duntaxat anima uidebit semen longaeuum Christi, hoc est, aut aeternam uitam eius post mortem, aut eiusdem uerbum per totam terrarum orbem disseminatum, quod longaeuum futurum est, semperque duraturum. Rursus, qui superius dixerat, Et nos putauimus illum esse in labore: nunc post eandem mortem eius, ait: Et uult Dominus auferre a labore anime eius, ut ostendat ei lucem. Quoniam igitur deliberauit Dominus, qui Deus est uniuersi, purgare illum a plaga, & ostendere illi lucem, necessario utique, qui uoluit, id faceret quod uoluit. Nihil enim est eorum quae uult, quod non fiat: uoluit autem purgare illum, & ostendere illi lucem: fecit igitur haec. & quum purgauerit illum, ostendit illi lucem, & quoniam uoluit, & uolens abstulit laborem ab anima illius, & ostendit illi lucem, merito propheta sequitur, & ait: Propter hoc ipsa haereditabit multos, & fortium diuidet spolia, ubi (quod reliquum fuit) iam haereditatis etiam Christi mentionem facit, illi Psalmo consentanea dicens, in quo de insidijs aduersus illum constructis nominatim canens oraculum, ubi ait: Adstiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Deinceps adiungit: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, postula a me, & dabo tibi gentes haereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Has igitur gentes etiam propheta intellexit, quum dixit: Propter hoc ipse haereditabit multos, & adiuuabit: Et fortium diuidet spolia. Siquidem a potestatibus contrarijs, quae prius inter gentes dominabantur, ubi subiectas animas liberauit, tum quasi spolia quaedam suis diuisit discipulis. Proinde Esaias ait de illis: Et laetabuntur coram te, sicut qui diuidunt spolia. Et Psalmodum autor: Dominus, inquit, dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa, rex uirtutum dilecti, speciei domus diuidere spolia. Merito igitur hic quoque de Christo ait: Propter hoc ipse haereditabit multos, & fortium diuidet spolia. Quam autem ob rem hoc illi datum sit, docet deinceps, ubi ait: Pro eo quod tradita est in mortem anima eius, & cum iniquis deputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & propter peccata eorum traditus est. Pro his enim remunerans illum pater, eo quod dicto audiens fuerit, sustinueritque, donauit illum ijs quae exposita sunt. Factus enim est obediens patri usque ad mortem: quare multorum quoque haereditatem consecuturum illum canit, non prius tamen quam tradita fuerit anima eius in mortem, & cum iniquis sit deputatus. Propter haec enim dictum est, illum haereditaturum multos, & fortium diuisurum spolia. Puto autem in dubitate reuersionem eius a mortuis significari talibus oraculis: qui enim fieri potest, ut aliter de eo intelligamus, qui tanquam ouis ad occisionem sit ductus, & ab iniquitatibus Iudaici populi traditus sit ad mortem, & cum iniquis deputatus, sepulturaeque commendatus, & deinceps purgatus a Domino, & uocem penes

A eem penes se uisurus sit, & multorum haereditatem consecuturum, & suis spolia diuisurus: Sed aliter quoque de illius reditu in uitam, post mortem dicit quodam loco uaticinans Dauid ex persona Christi: Non relinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Et alibi: Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me a descendantibus in lacum. Et alibi: Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes laudationes tuas: Contra omnia haec intendere ullam aciem, ne inimicissimos quidem atque ingratisimos posse arbitror. Veruntamen eius prophetiae conclusio, cuius autor Esaias, sterilem illam quondam & desertam a Deo animam, aut potius ecclesiam de gentibus collectam, laetis uocibus, bonoque nuncio prosequitur, cum illis utique concordans, quae iam contemplati sumus. Nam quum propter eam Christus omnia pertulerit, merito postea quae de illo praedixit adiungit: Laetare, inquit, sterilis quae non paris, uociferare & clama quae non parturis, quoniam multi filij deseret magis, quam eius quae habet uirum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum fige, & ad sinistram extende, & semen tuum gentes haereditabit. His autem uerbis ecclesiam de gentibus collectam, & toto orbe terrarum diffusam, & ab ortu faciens, ubi ait: Et semen tuum gentes haereditabit. Quum autem longiorem explanationem desiderent ea quae ad hunc locum spectant, abunde nobis haec compendij locum explebunt. Nam tu quoque per ocium multa plura colligere poteris quae ad idem propositum spectent. Sed ipsum quoque euangelicae demonstrationis propositum quod nunc in manibus est, tradet suo tempore, atque interpretabitur singula. Interim uero quod ad praedictionem, diuinationemque propheticae de Salvatore nostro pertinet, quodque item ad id quod ea praedictio omnes homines eorum bonorum aduentu gaudere iubebat quae expectabantur, ijs quae iam dicta sunt contenti esse possumus: quae quidem plane similis futurus sit, necnon eiusdem generis & tribum & locum unde exiturus, & tempus quo uenturus sit. Vaticinatur praeterea & ortum, et mortem, & reditum in uitam, & principatum in omnibus gentibus, quae sane iam euenere omnia: & magis etiam deinceps ex ijs quae dicuntur constabit, in uno Salvatore ac Domino nostro ea finem accepisse. Sed haec quae de sanctis oraculis accepta uides, ijs qui credunt exposita sunt: ijs autem qui non credunt, seorsum obuiam scriptis propheticis ibimus, atque interim tanquam de communi uiro, & qui re inter homines celebrati sint, multo praestantior & incomparabili quadam eminentia superior apparuerit, cum ea quoque quae ad diuiniorem eius naturam spectant pertractemus: & quod uirtus, quae in illo erat, nulla humana natura constaret, certissimis demonstrationibus comprobemus: ordine deinceps sequetur, ut ea proponamus contemplanda pro uiribus, quae ad eam theologiam pertinent quae illum complexa est. Quoniam igitur maior pars eorum qui non credunt, uocant illum praestigiatorum ac seductorem, aliasque innumerabiles calumnias in illum execrabilius iactant, ac ne nunc quidem desinunt eiusmodi probra confingere, tempus iam uidetur esse, ut etiam istis respondeamus, de nostro quidem nihil afferentes, sed de doctrina quam ipse publicauit assumentes, quod hic apponamus.

Aduersus eos qui Christum Dei seductorem fuisse existimant.

Cap. III.

Interrogandi igitur sunt, num quis unquam alius huic similis seductor ex istis ipsorum profertur possit, qui mansuetudinis, probitatis, temperantiae, omnique reliqua uirtutis ijs quos seduxerit magister & autor extiterit: &

y 2 utrum

OP. A. T. S. B. C. S. M.



Christus optima docuit.

utrum fas sit ijs nominibus uocare eum, qui ne intueri quidem mulierem cum petulanti cupiditate permittit: & num is seductor, qui summum philosophiae fastigium tradiderit, discipulosque suos docuerit, quae cumque possideant bona, indigentibus impertiri, & laboris studium ac beneficentiam plurimi facere: & utrum seductoris, qui in multitudine populari & plebeio, turbulentoque grege uersari prohibet, solum autem rerum diuinarum studium sua doctrina commendat. Qui porro fieri potest, ut is merito nomine seductor, qui et ab omni mendacio deterreat, & ad ueritatem praeter cuncta alia amplectendam adhortetur: ut ne iure quidem iurando uelit nos indigere: quanto autem minus peritior: Sit enim sermo uester, Est, est: Non, non: & quid me plura colligere oportet, quam ex ijs quae iam dicta sunt plane liceat discere, quod nam fuerit eius reipublicae institutum, quae ab illo inter homines ad uitae utilitatem disseminata est: ex qua non modo non seductorem, sed uere diuinum quendam, & diuinae pietatemque amplexae philosophiae, non communis illius & uulgaris institutum, quo Hebraeorum antiquissimi, Dei amici, uiri utebantur, quodque iam ex hominibus quodammodo interierat, solum ipse renouauerit, neque in partem & modicos, sed in totum orbem diffuderit, in primo huius operis libro satis a nostris ostensum est, per quem utique licet hominibus iam turmatim in toto orbe, illius uita, religionemque amplexae reipublicae, quam & ipsum Abraham, & qui per idem tempus uixere sectati sunt, innumerabiles non solum ex Graecis, sed etiam ex Barbaris, aemulatores ostendere. Et illius quidem doctrinae pars quae ad mores pertinet magis, eiusmodi. Nunc uideamus utrum seductoris nomen, illi in eo genere praceptorum conueniat, quod maxime dominatur. Nonne igitur de illo palam scriptum est, quemadmodum soli omnium regi Deo, & caeli ac terrae, mundi que uniuersi opifici, & ipse deditus fuerit, & commendare suos discipulos consueuerit: sed nonne etiam nunc illius doctrinae, praecipua omnes, & Graecos & Barbaros ad supremum Deum sursum mente, animoque percipiendum, & omnem uisibilem naturam despiciendam excolunt: num igitur hic fuit seductor: an uero quod plures colere deos ex supra & sola uera theologia eum qui re uera in errorem praecipua sit lapsus non permittit: at hic non recens, neque illius proprius sermo, sed ex multo tempore praecipua Dei cultoribus Hebraeis consuetus, quemadmodum & in Praeparatione ostensum est, ex qua iam nunc quum recentes philosophi magnam utilitatem acceperint, ipsum doctrinae genus comprobant. Ceterum ipsorum etiam Graecorum doctissimi suorum deorum oraculis gloriantur, de Hebraeis in huiusmodi mentionem facientibus.

Solis Chaldaeis sapientia contigit atque

Hebraeis, qui ex se genitum, regemque Deumque

Pura mente colunt, atque unum numen adorant.

Chaldaeos autem eosdem propter Abraham nominauit, qui, ut memorie proditum est, genere Chaldaeus fuit. Si igitur etiam ab antiquis usque temporibus Hebraei, qui maxime ab oraculis quoque sapientiae testimonium acceperunt, unum omnium rerum opificem Deum adorationem dirigebant, cur seductorem amplius, ac non potius mirabilem religionis magistrum, hunc iam fuisse fateamur, qui ea quae quodam solis Dei amicis Hebraeis cognita erant, in cunctos homines inuisibili, diuinaque uirtute protulit ac dilatauit: ut non amplius sicut prius pauci quidam & numerabiles, rectas de Deo habeant opiniones, sed conuentus innumerabiles tam hominum Barbarorum, qui olim ferissimi erant, quam sapientium & Graecorum, qui antiquorum prophetarum, iustorumque uerborum religionem amplecti, sola illius uirtute edocti sunt: Sed iam tertium illud contemnemur, num uere illud seductorem appellent, quod non sacrificiorum, neque brutorum animalium maculationibus, neque cruoribus atque igne

A neque ijs rebus quae de terra nascuntur incensis, diuinitatem colere instituit: nempe humilia haec & terrena, immortalique naturae nullo modo conuenientia existimans, iudicansque omni sacrificio gratius, iucundiusque Deo munus offerri, quum quis illius praecipua plene obseruauerit, per quae ipso corpore, animaque purgatos, mentesque nitidas ac decretis religiosi imbutos, dum ea imitari docet, quae similes Deo homines efficiant, suos palam instituit, dicens: Estote perfecti, sicut pater uester perfectus est. Quod si quis Graecorum haec reprehendat, is sciat se etiam praceptoribus suis contraria sentire, qui uidelicet, ut par est, multa a nobis utilia edocti, quippe qui nobis etiam tempore fuerint posteriores, dico autem ea doctrina quae nobis a Salvatore nostro exposita est: audi iam nunc qualia sint quae scripto fateantur.

Quod nihil eorum quae de terra prodeunt, oportet summo Deo incendere aut sacrificare, ex Porphyrio de abstinentia ab animalibus. Cap. IIII.

DEO summo, sicut quidam uir sapiens dixit, nihil eorum quae ad sensus pertinent siue incendentes, siue denominantes (nihil enim est eorum quae materiae constant, quod non protinus ei sit immundum, qui expers est omnis materiae. Quare ne uerbum quidem ullum, siue id dicas quod in uoce consistit, siue id quod intrinsecus concipi solet, quum animi aliquo uitio est contaminatum, illi conueniat) sed silentio puro, purisque de ipso cogitationibus illum colamus. Oportet igitur illi confunctos, similesque factos, hanc uita nostrae ratione Deo asserere pro sacrificio. Eadem uero & illius laudatio erit, & nostra conseruatio: asseretur enim cum stabilitate & quiete uirtutis animi. Ipsius uero Dei contemplatione hoc sacrificium perficitur.

Item de eodem, ex Apollonii Tyanensis Theologia. Cap. V.

EX quo igitur maxime quis naturae diuinae conuenientem curam adhibeat, ex eo maxime illam propitiam, benignamque obtineat. Hoc quidem penes quemuis hominum uiget, idque ipsum uniusquisque complebit, si eorum quae sub uisum cadunt, qualia sunt haec quae digito demonstramus, illi quae una est, & ab omnibus rebus separata, secundum quam reliqua omnia cognoscere necesse est, nihil omnino sacrificet, neque ignem incendat, neque prorsus quicquam illam postulet, ne a praestantioribus quidem quam nos sumus, neque ullum est plantae genus quod ab initio terra pariat, neque animalis quod eadem nutriet, cui prorsus immundities non adsit, sed utatur erga illam solo meliori uerbo: dico autem non eo quod ore emittitur, sed quod ab optimo eorum quae sunt proficiscitur, per optimum eorum quae in nobis sunt bonorum. Mens autem haec est, quae instrumento non indiget. Si igitur Graecorum quoque illustres tam philosophi quam theologi haec consententur, quo nam modo seductor erit is qui non solum uerba, sed facta multo prius quam uerba suis discipulis, quibusungeretur tradiderit: & quibus, ut recta ratio iubet, Deum ipsum essent ueneraturi: quo autem modo, & quibus rationibus usi in sacrificiis dicantur praecipua Hebraei, in primo huius operis libro disseruimus, atque ijs quae illic dicta sunt contenti esse debemus. Verum quoniam praeter illa quae iam disputata sunt, nouimus (id quod a Christo didicimus) factum esse mundum, caelumque ipsum, & solem, & lunam, & stellas opera Dei esse, neque haec oportere, sed horum autorem colere: considerandum esse uidetur, num decepti simus, quod in huiusmodi de natura rebus sentire ab illo docti sumus, atque non solum Hebraeorum haec fuit oratio, sed philosophorum quoque, maxime illustrium, qui cum Hebraeis consentientes, ortum habere & caelum ipsum, & solem, & lunam, & stellas, uniuersumque mundum ab autore omnium rerum factum esse, affirmauerunt. Ceterum idem & consummationem & mutationem in melius, uniuersum huius futuram ut expectaremus docuit, in hoc quoque Hebraeorum scripturis consentiens, quid igitur nonne etiam Plato suapte natura & ipsum caelum, & solem, & lunam, & reliqua sidera, solutioni corruptionisque obnoxia esse uidit, quamuis ea non dissoluenda

Quod sacrificium Christus docuerit.

Philosophi consentiunt cum Hebraeis de creatione mundi.

OPAEVSB@SRI



soluēda affirmaverit, propterea quod nolit ille qui ea composuit: Quod si tali natura cōstare nos, immortalemq; habere animam, nullaq; in parte brutis animalibus similem voluit, & virtutum quæ in Deo sunt simulacra in se cōtinere illam arbitrari, nos docuit: sicq; habere atq; affici & sapere omnes & Barbaros & vulgares instituit, nonne sapientes magis in toto orbe suos sectaturos reddidit, quam n̄ qui supercilia cōtracta ostentant, si nihil planē ea parte qua est, differre à culice, aut uermiculo, aut musca animam humanam affirmant: aut si ne à serpētis quidem aut uiperæ, aut ursi, aut pardalis, aut suis anima, ulla prorsus in parte, suam ipsorum animam, qui sapientissimi fuerint, quatenus naturā habet atq; est, diuersam esse: Ad hæc, quum fori diuini, iudicijq; futuri assiduam mentionem fecerit, suppliciaq; ac pœnas inuitabiles impijs describeret, iustis uerò æternam à Deo uitam promitti, & regnum coeleste, & fœlicem cum ipso Deo uictum docuerit, quem tandē decipere potuit: nonne potius adhortatus est eorum præmiorum causa, quæ à iustis expectatur in uirtutem in cumbere, ab omni uerò malitia deterruit, propter independentes impijs pœnas: Porro autem ex illius decretis accepimus esse quasdam post supremum Deum potestate natura incorporeas, intelligentes, rationales, omniq; uirtute præditas, quæ circum regem uniuersi choros exerceant: quarum plures etiam usq; ad homines ipsius patris nutu, quadā salutarī dispositione mittantur: quasq; & cognoscere, & uenerari pro ratione, gradusq; dignitatis edocti sumus, ut soli Deo, qui est rex uniuersi, adorationis honorem tribuamus. Ab eodem præterea didicimus, hostiles quasdam, inimicasq; humani generis, per hūc qui circum terram uersatur, aerem, uolare potestates dæmonum, spirituumq; malorum, eorumq; qui in illis principatum tenent: quæ cum malis hominibus uersentur, quas ut omni conatu fugiamus in præceptis habemus, tametsi uel quàm maximā deorum appellationes & cultus sibi ipsis arrogat, multoq; etiā magis ab illis esse declinandum, propter hæc ipsam cum Deo repugnantia, hasq; aduersus Deū inimicitias, quemadmodum latius in Præparatione demonstrauimus. Sane huiuscemodi sunt, quæ in præceptis atq; institutis Saluatoris nostri feruntur, uerè priscorum Hebræorum, qui Deo grati fuerunt, tum uirorum, tum prophetarum, pia sanctaq; documenta. Quod si hæc grauitatem habent, si utilitatem, si studium sapientia, si deniq; omni uirtute repleta sunt, quo tandem iure, qua ueritate ei qui talia docuerit, adscribatur nomen seductoris? & hæc quidem tanquam de eo homine, qui à cæteris natura non differat, disputata sint, quæ uiderelicet & grauem et ipsi uitæ utilem illius doctrinam exhibeant, nunc ea quæ magis diuina sint consideremus.

De diuinitibus Christi gestis. Cap. VI.

AC primum omnium contemplemur, quo tempore uersatus est cum hominibus, quot, qualiaq; sint quæ mirabiliter gesserit: nunc quidē lepram de corporibus efficiens, eaq; diuinitus purgans: nunc uerò iussu uerbi dæmonas ex hominibus expellens, alias rursus egrotantibus, omniq; languorum genere laborantibus, sanitatem abundē suppeditans. Quodam uerò tempore etiam paralytico dixit: Surge, tolle grabatum tuum, et ambula. atq; ille quod imperatum est fecit. Rursus cæcis alio tempore uidentæ lucis facultatem largitus est. Olim uerò mulier quæ sanguinis fluxu laborabat, et annos plurimos eo genere morbi uexabatur, ubi uidit innumerabilem circum illum multitudinem, quæ nusquam permittebat ut ad illum accederet ac supplicaret, liberationeq; à morbo peteret, extremum illius uestimentum attingere duntaxat cogitauit, atq; ita subiit. limbumq; quum apprehēdisset, unā cum eo curationem malorū apprehendit, atq; illico iana euasit, lic quidem diuinæ Saluatoris nostri uirtutis maximum signum reportans. Alius autem quidam uir Regulus, quum ad lesum pedes cecidisset, filium qui ægrotabat, è uestigio sanum recepit. Filium item alius, qui iudaicæ synagogæ princeps erat, & hic quidem iam mortuam. Quid uerò dicam

uerò dicam, quod altius iam quadriduum mortuus, uirtutē lesu exultatus. est: uel quod in mari tanq; in terra qua publicetur, olim pedibus ingressus est, ipsi us interim discipulis nauigantibus: & quod idem quum aduersa tempestate agitantur, mare, fluctus, uentos increpuit, atq; omnia protinus tanquā Domini uocem formidantia constiterunt. Quum uerò quinq; millia uirorū unā cum innumerabili fœminarū, puerorumq; multitudine quinq; non amplius panibus ab hūc quondam saturauerit, adeo, ut quæ superfluerūt reliquæ, duodecim cophinos implere potuerint, quæ nō stupore affecerit: aut quem non merito ad querēdum de ipsius arcana, occultaq; uirtute excitauerit: sed ne mihi num in longum nimis ducatur oratio, postrema omnium illius mors expo natur, quæ non communi reliquorum hominū more extitit. Non enim morbo cōsumptus, ac ne laqueo quidem, aut igitur, neq; uerò ad morem reliquorum, qui ob scelera sua crucis supplicio affici solent, cruribus itidem ferro succisis, neq; omnino quicq; ab ullo hominum passus, eorum qui alios necare cōsueuerunt, uiolentiæ mortis genus ullū pertulit. Sed ubi ipsum duntaxat spon te præbuit inimicis insidiantibus corpus, tum erectus est à terra ilico. Deinde in ligno magna uoce clamans, & patri spiritum commendans, atq; hæc ad uerbum dicens: Pater in manus tuas commendo spiritum meum, ita solutus ac liber, ipse per seipsum à corpore secessit. Deinde quum corpus ipsius familiares accepissent, atq; honestæ sepultura: cōmēdassent, tertio die rursus illud ipsum recepit, quod uidelicet sponte reliquerat. Et sic rursus ipse seipsum in carne, in corpore, ipsum illum qui prius fuerat, suis ostendit discipulis, quibus cum pau eos dies uersatus, & per aliquod tempus suo etiam sermone dignatus, illuc reuersus est, unde oculis illorum se obtulerat, sicq; iter ad cœlum direxit. Iisdem uerò, quum præcepta quoq; de rebus agēdis tradidisset, eosdem apud omnes gentes supremæ religionis doctores declarauit. Hæc sanē sunt uirtutis, quæ in Saluatore nostro erat, apprimē celebranda miracula: hæc diuinitatis, quæ in illo erat, indicia: hæc ipsi quoq; casta æstimatione admirati sumus, exploratoq; atq; exquisito iudicio recepimus. Exquisita sanē hæc à nobis, explorataq; sunt, alijs quoq; euidentibus rebus, omnemq; aperientibus rationem, quibus ipse Dominus noster etiam nunc ijs, quos dignos putauerit exigua quedam suæ uirtutis signa ostendere consueuit. Quinetiā subtiliore ac certiore doctrina idem à nobis effectum est, quam quidem ijs adhibere consueuimus, qui ea que dicta sunt non concedunt: sed nullam prorsus ijs fidem habent, neq; omnino quicquam tale ab eo factum esse consentunt, aut extitisse illic quidē non negant, uerū magicis præstigijs, ad errorem intuentium tanquam à uitro seductore imposita. quod si etiam in præsentī aduersus tales pauca quedam disputare opus sit, non deferemus studium inceptum, alioqui uerò quoniam pacto ibimus illis obuiam?

Aduersus eos qui non credunt Saluatoris nostri discipulis, admirabiles illius res gestas narrantibus. Cap. VII.

NAm si dicant nihil omnino admirabile Saluatorem nostrum, neq; quicquam quod superet cogitationem humanā fecisse, qualia sunt quæ illius familiares testificati sunt: uideamus num illis talia dicentibus, credi ullo modo possit: quippe qui nullam possint assignare causam, ppter quā hi quidem illius discipuli, ille uerò horū magister extiterit. Nā & qui docet, alicuius discipline magistrū se profiteat. & discipuli talis discipline cupidi magistrū ad se uent, seipso illi instruentos cōmittunt. Quam igitur causam illi afferre possunt, quare sui cum lesu discipuli uersati, frequentesq; fuerint: aut quid nam illud quæso erat, quod illos tali uiro dare operam cogeret: quarum porro discipularum doctorem illū fuisse dicent: an hoc quidem nemini dubium esse potest: planē enim earū rerū doctore fuisse necesse est, quas qui ab illo didicerūt ad reliquos homines attulere. atqui præcepta erāt hæc philosophicæ uitæ, quæ illis

Mors Christi innocens & uiolenta.

OP. A. F. V. S. B. C. & S. M. I.



illis describens dicebat: Nolite possidere aurum, neq; argentū in zonis uestris non peram in uia. & alia eiusmodi. Seipfos uerò iubeat prouidētia, quæ omnia gubernat commendantes, & ad illam referentes, nusquam sollicitos esse de rebus necessarijs. Admonebat etiā eos, ut altius saperent ijs, quæ iudeis à Mo se præcepta fuerant: illum enim legem illis posuisse non occidere, tanquā procliuiibus ad occidendum: item non mœchari, tanquā ijs qui lasciuissimè, atque ad libidinem propensissimi essent. Rursum non furari, tanquā seruile maxime ingenium præ se ferentibus. Ipsos uerò oportere arbitrari, has sibi ipsius nusquam esse accommodatas leges, sed animi liberationē ab omni morbo plurimi facere, & ab imis partibus ac de profundo cogitationis, tanquā à radicibus malitiam pullulantem reserare, iramq; atq; omnem minus honestam cupiditatem uincere conari, ac potius ex summa animi tranquillitate ne irasci quidem, neq; mulierem cum libidine intueri: ac non modò non furari, sed cōtra res etiam suas indigentibus erogare. Neque uerò in eo gloriari, quòd aliena inter se non auferrent, sed quòd eis qui se primi spoliassent, omnem iniuriam remitterent. Et quid opus est me omnia repetere quæcunque aut ille docuit, aut illi didicerunt: nam præter cetera, illos ita ueritatem amplecti hortabatur, ut ne iure quidem iurando indigerent, ac multo quidem minus per iuramentum uerò se uita ac moribus comparare, ut quòd dicerent omni iure iurando certarent. Etiam: pro negatione, Non: & cum ueritate huiusmodi uocibus uterentur. Interrogemus igitur, quam probabilitatem habeat, talium documentorum auditores, ac potius iam magistros effectos, suspicari mentitos, quæcunque suum præceptorem effecisse testificati sunt: aut quam credibiliter faciant, si putent illos omnes sibi inter se consensisse in mendacijs. Duo decim quidem de omni numero electus, septuaginta autem reliquos: quos etiam hinc misisse dicitur ante faciem suam, & omnē locum & regionem, quòd erat ipse uenturus. sed nulla unquam afferretur ratio, quare tantæ multitudinē hominum credendum non sit, qui quidem religiosam, grauēq; uitam amplexi sint, resq; omnes suas aspernati, & pro charissimis, uxore, inquam, & liberis, & omni genere, inopem uictum elegerint: ac de suo præceptore concursu testimonio, tanquā uno ore, in omnes homines protulerint. Princeps igitur hæc & prima & uera sit ratio. Sed contrarium quoque spectemus, in qua saltem primum illud constat, nobisq; cum illis conueniat, hunc quidem fuisse præceptorem, illos uerò discipulos. Deinde fingamus illum non ea quæ iam dicta sunt, docuisse, sed illius planè contraria, facere uidelicet contra leges, impiè, iniusteq; agere, superare, spoliare ceteros, & si quid aliud quòd ad malitiā pertineat, dici potest: latere autem in ijs omnibus conari, & eiusmodi mores simulatione doctrinæ grauioris, & noua professione pietatis obtegere. Ipsi uerò discipuli & his exerceantur, & quam hæc sunt etiam nequioribus. Propterea uidelicet quòd magna est ad malitiam procliuitas, eamq; uel nullo præceptore discere facile est: in sublime uerò suum præceptorem fictis uerbis extollant, nulliq; mendacio parcant: omnia uerò illi miracula & portenta, cum simulatione, fallitèq; adscribant, ut ipsi quoq; in admiratione habeantur, beatiq; iudicentur, qui eiusmodi præceptoris discipuli extiterint. Videamus igitur qui potuerint illis tam audax inceptum consistere, si tales fuere quales descripti sunt. Nam malum malo, autum, amicum non est, ac ne bono quidem. Unde igitur in tanta uirorum multitudine, concordia malitiæ reperta est: unde in illis omnibus, de iisdem rebus concursu testimonium: & eadem usq; ad mortem sententia: uero autem præstigijs utenti, & fallacijs, qui talia doceret, ac talia profiteretur, quis ab initio studuisset. Dices, quòd alij quoque illo præceptore non minus præstigiarium cupidi, ergo illi præceptoris sui exitum non uiderunt: & quali morte fuerit affectus: cur igitur post illam turpissimam illius necem, de eo qui mortuus

mortuus esset, nouam theologiā constantissimè protulerunt, nec ab incepto deterrent potuerunt: aut quid ex ea re tandem petebant: num ut eodē supplicio afficerentur: sed quis illo unquam tempore, nulla spè proposita eiusmodi supplicium manifestum eligeret: Cæterum, demus illos illum esse ueneratos, quamdiu cum ipsis uersatus, cōmoratusq; sit, & quamdiu fallacijs eos, ut sermone istorum utar, decipere potuerit. Cur igitur post mortem multo magis quam antè illum admirati sunt: nam in humanis degētem & deseruisse, & ab negasse olim dicuntur, quum illi uidelicet insidiæ factæ sunt. Postquam uerò inter homines esse desijt, alacres ipsi mori malebant, quam à uera de illo testificatione amoueri. Si igitur præceptoris suo nullius boni conscij erant, non uite quicquam ab illo emolumēti perceperant, præter unam malitiam, & aliorum hominum deceptionem, quam ob rem tam promptè moriebantur, dummodo de illo se uera quædam & insignia prædicarent: quum interim illorum uicq; liceret ociose uiuere, & in propria domo unā cum sibi charissimis, securiorem multo, tutioremq; uitam agere: Fallaces autem homines & in fraudibus uersantes, quomodo affectassent mori pro alio, quem ipsi omnium hominum maxime certissimeq; nouissent: præsertim qui ipsis, ut sermone istorum utar, nullius boni author fuisset, sed cōtra potius omnis malitiæ præceptor: uir enim & rationis usum habens, & uirtute præditus, boni cuiuspiam officij gratia nonnunq; probabiliter mortem cum honestate & gloria subierit. Qui uerò morib. peruersis sit, & affectibus, uoluptatibusq; totus deditus, solamq; hanc temporariam uitam, & quæ ad eam spectant libidines persequens, nunquam profecto uitæ mortem præposuerit, ac nec domesticorū quidem, & charissimorum causa supplicium tulerit, nedum pro eo qui nequitia sit condemnatus: quam ergo probabile, ut illius, de quo dictum est, discipuli, si modò ille seductor, præstigiatorq; fuit, quum illum talem esse nō ignorarent, atq; ipsi etiam improbiore flagitij genere animos haberent implicitos, à sua gentis uitis omnia probra ferre non recusauerint, & omne supplicij genus pro testimonio illi reddendo subierint: non conuenit hoc cum natura improborum, longissime ab ea refugit. Cæterum hoc quoq; diligenter considera. Nam si ipsi & seductores & impostores erant, & præterea imperiti, omninoq; uulgares, ut constat, quinetiam Barbari, & qui non plus quam Syrorum linguam nossent, quomodo in totum progressi sunt terrarum orbem: uel qua istud solertia extogitarunt ausiue sunt: quibus potrò uiribus id quòd ausi sunt perfecerunt: esto enim, uiros rusticos in terra propria uersantes decipere & uagari, nec otio se aut frustra rem ferere. At uerò apud omnes nomē Iesū prædicare, admirabiliaq; illius gesta, & in urbibus & in agris docere, & alios quidem eorum imperium Romanum, ipsamq; omnium urbium reginam ciuitatē inuadere, alios Persarum regnum, alios Armeniorum, Parthorum alios nationem, item alios Scytharum, quosdam etiam ad ipsos orbis terre uenisse fines, Indorūq; regionem penetralle, alios potrò trans Oceanum euasisse, ad eas insulas quæ Britannicæ uocantur. hæc sane ego nunquam humana uirtute effecta putauerim, ne præstigijsq; utentium, uulgariūq; hominum, ac multo minus seductorum, essent, & eius exitum uitæ talem perspexissent, quibus tandem uerbis affecterentur, ut inter se de illo consentanea fingerent: siquidem uno ore omnes & leproforum purgationes, & eiectiones demonū, & excitationes morlas, quas ille præstiterat, testificabantur. Postremumq; omnium, quòd prius sibi post mortem reditus illius in uitam sit uisus. Hæc itaq; neq; facta, neque audita unquam suis temporibus, quomodo uno ore facta fuisse affirmare ausi essent, morte quoq; ipsa comprobantes quòd dicerent: nunquid olim congregati

Apostoli
post mortē
Christi alacriores facti.

Syri lingua
Apostolis
uernacula.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



congressi, & conspiratione ad idem sentiendum facta, sedus inter se pepigerunt, quo fingent emententurq; ea quæ nusquam facta essent: & quibus uerisimile dictum est, illos esse ufos uerbis in fœdere (num forsitan talibus? uini amici, quis nam ille fuerit qui heri ac nuper seducebat, ac deceptionis erat magister, quicq; in oculis omnium nostris extremum dedit supplicium, ipsi planissima, exquilitissimeq; omnium nouimus, utpote qui & discipuli, & illius arcenorum conscij fuerimus. dignus ille quidem aliqua ueneratione à multis celebratur, sed tamen omnis illius mens erat, ut omni rerum genere ceteros superaret, ac ne magnum quidem prorsus quicquam illi, aut reditu in uitam dignum actum est, nisi quis dolis omnique simulatione referros illius referat mores, & quod ipsos nos usum uersutiarum, inanemq; iactantiam per fraudem ac dolum docuerit. Quocirca demus quasi inter nos dextras, simulq; omnes sedus paciscamur, ut de illo in cunctis homines deceptionem consonam proferamus: narremusq; uidisse nos illum dum cæcis uisum largiretur, tamen nullus unquam nostrum hoc uidit: & dum surdis auditum præberet, quod quidam nullus unquam nostrum audiuit: & dum leprosos purgaret, mortuosq; ad uitam reuocaret. Deniq; ea quæ neq; facta ab illo nouimus, neq; dicta audiuimus, tanquam uere gesta contendamus. Verum quoniam extremum illius tempus celeberrimum habuit & perspicuum interitum, ut nusquam ab illo occultari potuerit, nos huic quoque incommodo recta perges occurramus. Testificemurq; plane bene impudenter, illum postquam à morte ad uitam redierit, inter nos esse uerisimile fatum, focumq; & cibum consuetum nobiscum usurpasse. Cõseruetur autem ab omnibus nobis impudentia, immutabilitatisq; tenor, & manet hæc mentis alienatio usq; ad mortem. quid enim absurdi habet pro nihilo mori: aut quid quempiam offendat, nulla probabili causa, uerbera, tormentaq; in corpore, & si opus sit, uincula quoq; & carceres, nec non contumelias & pbra nullius uere rei gratia experiri? Hoc igitur iam nunc meditemur, mentiamurq; omnes uerbo ore, & fingamus ea quæ neq; alicui nostrum utilia futura sint, neque alicui eorum quos decipiemus, ac ne illi quidem qui à nobis mendacio extollitur, & pro Deo commendatur. Porro autem mendacium interdum non modo in nostræ gentis homines, sed in omne omnino hominum genus, totumq; orbem terrarum hoc errore, ijsq; quæ de illo inter nos cõposuimus impleamus. tanquam deinceps leges alias cunctis gentibus imponamus, quæ omnes omnium de patris ipsorum dijs opiniones oppugnent atq; eueriant, quascunq; à cõdito æuo habuerint: imperemusq; primis omnium Romanis, ne colant quos maiores ipsorum deos arbitrati sunt. In Græciâ quoq; penetremus, & sapientibus qui illic sunt contraria publice doceamus: ac ne Aegyptios quidem omitamus, sed ipsorum quoque deos patrios oppugnemus, non Mosæica amplius quæ olim apud illos gesta sunt proferentes, sed nostri præceptoris interitum illis, quasi quoddam insigne terroris obijciant. Quæ uero opinio & fama ab initio ab illis ad omnes homines de dijs peruenit, hanc nos non uoculis quibusdam, aut rationibus, sed præceptoris crucifixi uis diluamus. Progrediamur uero etiam in reliquam Barbaram terram, & quæ apud omnes decreta sunt eueriamus: neq; uero quisquam nostrum animi intentionem remittat. Non enim exiguum aut paruum erit huius audaciæ premiũ: siquidem non uulgares nos pro tantis certaminibus manent coronæ, sed quæ supplicia uidelicet à legibus omnium hominum, ut par est, contradicentibus iniuncta sunt, uincula scilicet, tormenta, carceres, nec non ignis, & ferrum, & cruce, & heluæ, ad quæ omnia promptissimo animo est accedendum: ijsq; obuia malis eundem intrepidè, quæ præceptorem nostrum nobis pro exemplo ostentant. Quid enim pulchrius, quam nulla ratione & dijs & hominibus fieri inimicos: neq; ulla unquam profusus frui iucunditate, neq; charissimis rebus oblectari, neque comparare peccatis, nec ullius prorsus boni spem sibi reliquam facere, temerè autem & inane

ter errare

ter errare ac decipere. Hoc enim præcipuum est quod spectemus, ac præterea omnibus nationibus aduersari, & deos, qui à cõdito æuo apud omnes certissimi habiti sunt oppugnare. Præceptorem uero quem oculis nostris supplicio affici uidimus, pro Deo & pro Dei filio prædicare. Pro quo & ipsi mori parati sumus, tamen ab illo neq; ueri, neq; utilis & cõmodi quicquam didicimus. Hoc enim ipso ille pluris est faciendus, quod nihil nobis profuerit. Omnia uero nobis facienda sunt, ut illius nomen illustre, gloriosumq; reddamus. Omnia probra, omnia supplicia ferenda, omne genus mortis subeundum pro ea re quæ nulla in parte uera est. Malum enim forsitan ueritas, & mali contrarium in mendacio. quare affirmemus illum & mortuos excitasse, & leprosos purgasse, & demones eiecisse, & alia incredibilia, omnemq; fidem superatam fecisse. quarum quidem rerum nullius illi nos conscij sumus, sed arbitrati nostro cuncta fingentes, & decipiamus quidem quos possumus: si cui uero non persuaserimus, tum ipsi pro ijs quæ inter nos composuimus, erroris mercedem aduersus nos ipsos eliciamus. Videntur ne tibi credibilia hæc, aut ulli uero similia: ignobiles, uulgaresq; homines, postquam talia finxerint, atque inter se composuerint, Romanum imperium euasisse: aut humanam naturam, quæ uitæ amorem ac studium quasi proprium quiddam possidet, potuisse unquam ulla mercede uoluntarium subire interitum, quem admodum Saluatoris nostri discipuli potuerunt: quos sic quidem eò stuporis uenisse credas, ut quum ab illo nihilo dignum admiratione gestum inspexerint, ipsi tam ex composito cuncta eius generis confinxerint: deinde nugis quibusdam de illo corrogatis pro ijs omne genus mortis subire parati, promptiq; fuerint: tu uero quid ais tandem aduersus hæc? nempe illos neque opinatos fuisse, neque sperasse quicquam eiusmodi ob commendationem Iesu perpessuros. Quare tam intrepidè ad prædicandum de illo prouectos, at istuc quoniam patio concedetur: illos non sperasse pro illo se omnia passuros: qui & apud Romanos, & apud Græcos, & apud Barbaros, deorum euerisionem essent inuenturi: at enim historia quæ de illis extat, aperte hoc habet, illos post præceptum interitum, ab insidiatoribus quibusdam captos fuisse: & primum quidem in carcerem coniectos, deinde uero dimissos, tum ijs imperatum, ne ulli hominum in nomine Iesu loquerentur. Postea uero quum illi hos uidissent apud multitudinem palam de illo iterum loquentes, correptos uerberarunt, eosq; ob doctrinæ genus increparunt. Quo tempore uidelicet rursus illis respondens Petrus, dixit: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Haud ita multo post lapidibus peritus Stephanus, interficitur, quum apud Iudeorum multitudinem intrepidè cõcionaretur: atque insectatio non mediocri ortae est aduersus eos qui nomen Iesu publice commendabant. Alio rursus tempore Herodes, qui Iudeorum rex erat, Iacobum fratrem Ioannis occidit gladio. Petrum uero in uincula coniecit, ut in Actis Apostolorum scriptum est. Et quum hi talia pertulissent, reliqui discipuli constantissimè Iesu suo adherentes, longè etiam magis quam antè perseuerarunt in proposito, apud uniuersos ubique & illum, & miracula illius prædicantes. Postea Iacobus frater Domini, qui ab ijs qui olim Hierosolyma incolebant, ob uirtutis excellentiam Iude Iesu uocabatur, à pontificibus et Iudaice gentis magistris interrogatus, quid nam de Iesu sentiret, quum planè illum esse filium Dei respondisset, ipse quoq; lapidibus ab illis periturus, atque interficitur. Petrus autem Romæ capite in terram uerso cruci affigitur. Paulo uero caput abscinditur, & Ioannes in insulam relictus. Hijs cum talia passi essent, nullus reliquorum ab incepto desistit. Quinetiam uotis uniusquisque expetebat, pietatis, diuinique cultus gratia, sibi quoque aliquid tale contingere. Quo etiam cõstantius atque ardentius & ipsi Iesu, & admirabilibus eiusdem gestis testimonium asserabant. Quod si mendacia hæc erant quæ illi ex composito finxissent, operæ præcium erit admirari, quoniam nam pacto

Petrus Romanus crucifixus.

OPERA FIDELIUM



nam pacto tantus numerus consensum illum inter se in rebus fictis, uel usque ad mortem seruauerit: neque ullus unquam earum rerum formidine, quæ illis qui prius sublatis erant accidissent, à societate descuerit: neque reliquis publice contradixerit, prodens ea quæ inter ipsos composuissent. Quin & unus eorum qui uium præceptorem prodere ausus est, illicò manum sibi ipsi consciscens, debitum supplicium inuenit. Illud porro qui fieri potest ut non omnem habeat stuporẽ, homines seductores atque illiteratos, qui neque loqui, neque audire quicquam præter unam patriam linguam cõsueuissent, non solum excogitasse audaciam peragranti orbem omnium nationum: sed quum peragrauerint, perfecisse quod cogitauerant: contemplant præterea quatum & cuiusmodi sit, illos de rebus gestis Iesu nullum usquam discrepans uerbum protulisse. Si enim in omnibus rebus de quibus ambigitur, atque in iudicijs quæ ex legib. exercentur, cõmunibusq; cõtrouersijs, consensus testiu certum, ratumq; id efficit de quo ambigitur (in ore enim duorum uel triu testium consistit omne uerbum) cur in his quoq; ueritas non consistat: quũ & duodecim Apostoli fuerint, & septuaginta discipuli, & innumerabilis extra hunc numerum multitudo, qui admirabilem in omnibus cõsensum seruauerint, & rebus ab Iesu gestis testimoniũ dederint, non illud quidem sine sudore, sed cum tormentorum, omnisq; iniuriæ ac deniq; mortis perpersione, & quos postremo etiam Deus uicissim suo testimonio comprobauerit: qui uerbum quod ab illis proditum, uulgatũq; est, ad hũc usq; diem, & in omne æuum cõtinuat, atq; propagat. Hæc igitur satis ex cõcessione tam absurdi principij nobis meditata sint. Contraria enim ijs quæ scripta sunt opinari, & Iesum dicere non honestatis aut sobrietatis præceptorem fuisse, sed iniustitiæ et superbiæ, omnisq; in cõterantia: & illius discipulos ab illo talia edoctos, omni cupiditate ac scelerate omnes qui unquam fuerint homines superasse, quum omnium quæ absurda sunt absurdissimũ sit, nos illud tamen disputandi gratia cõcedi posse existimauimus. Quod quidem est simile, ut si quis, quum Moses in suis legibus dicit, Non occides, non moechaberis, non furaberis, nõ falsum testimonium dices: hæc in priorem sensum trahens & calumnians, dicat, illum cum irrisione ac leumulatione talia præcepisse. Velle enim eos quibus imperet, & occidere, et moechari, & ijs omnia contraria facere, quæ ipse in legibus posuerit, sed interim in gere habitum, se et personam uitæ grauioris induere. Cæterum eadem ratione Græcorum quoque philosophorum præcepta, & tolerantiam uitæ, planèq; eorum omnium scripta unusquisq; poterit calumniari, & dicere: illos quidem ijs quæ scripserunt, contraria in animo habuisse, contrariamq; orationi uitam uixisse: simulasse autem quasi alia induta persona, philosophicũ sibi uitæ genus placuisse. Sic autem omnes quoque, ut in summa dicam, ueterem historias calumniari sit facile, & ueritati quæ in illis est detrahere, eamq; nullam esse cõcedere, & denique in contrariam quæcunque narrata sunt, uertere. Sed quem admodum nullus mentis compos. eum qui talia dicat, insanum atque mentem affirmare uereatur: ita etiam in Saluatoris nostri sermonibus atque præceptis, si quis ueritatem contorquens atque peruertens, contrarium ijs quæ docuit illi sententiam conetur imponere, huic quoq; à nobis, id quod falsum est, illustrandæ ueritatis gratia, ut in disputationibus fieri solet, concessum esto. Ut quũ dederimus id quod dictũ est absurdũ est, contrariæ rationis inconcordia cernatur. Quum ergo eum qui sic calumnieatur, satis abundè reprehendimus, tempus iam est, ut ad sacrorum librorum ueritatem recurramus, & in illis discipulorum Iesu mores cõtemplemur. Quis igitur mentis sanitate præditus, nõ ab illis protinus argumẽtans, omne fide dignos illos iudicauerit: uiros quidem absque controuersia ignobiles, literarumq; ignaros, loquẽdũq; imperitos, at in sanctæ ac philosophicæ doctrinæ amorem progressos, & strenuam, laboriosamq; uitam amplexos, quam quidem inedia & abstinentia tum

Apostolorũ
philosophia
uita expre-
sa.

à uino, tum à carnibus, plurimis item alijs afflictionibus corporis, atq; orationibus, supplicationibusq; ad Deum, ac multo prius, summa temperantia & castitate corporis, pariter atq; animæ correxerint atq; perfecerint: quis nõ igitur illorum philosophiam supra modum admiretur, qui et à legitimis uxoribus se abduxerint, neq; à uoluptate saltem naturali deliniti sint, neq; filiorum ac nepotum desiderio fracti & subacti: quod quidem illis ideo contigit, quod non mortales nepotes, sed immortales sibi expetuerint. Mores autem eorundem à cupiditate omnis generis pecuniæ alienos, quis non obstupescat: qui hoc quoq; coniecerit ex eo, quod non fugerint, sed secuti sint præceptorem, qui ipsos possidendo auro atq; argento deterruit: legemq; fixerit, ut ne usque ad duas cuipiam uideatur ob grauitatem imperij, at illos etiam re ipsa cõpleuisse quod dictum est, constat. Ergo quodam tempore, quum quidam claudus à Petro, & ab ijs qui circum Petrum erant aliquid postularet (hic porro unus erat eorum qui ob extremam inopiam uictum mendicabant) non habens Petrus quid daret, confessus est, ab omni se possessione auri atq; argenti abhorre, his quidẽ uerbis: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi surge, & ambula. Quum uerò illi à suo præceptore tristitia auditu perciperent, si modò attendebant quæ ad ipsos diceret, in mundo afflictionem habebitis, & rursus: Lugebitis & plorabitis uos, mundus autem gaudet: nõne de animi sui moribus planè indicabant: quod uidelicet solidiori quadam, altioriq; natura constarent, quum animi labores non fugerent, neq; uoluptatem persequerentur, quodq; ipsorum magister non fraudulentè eos demulcens, aut res suas eis ostentans, sibi ipsi illos adiungeret, sed ingenua, ueracè oratione quæ euentura erant canens, suæ reipublicæ rationem atq; propositum in animis illorum infingeret. Talia item erant quæ propter nomen suum passuros illos prædicabat, significans quod ad præsidēs ducendi essent, quod ante reges sistendi, quod omnis generis poenas subituri, non ob leuem rem aliam quam, neque ob ullam probabilem causam, sed id totum propter unum suum nomen. Quod interim quum re ipsa ad hunc usq; diem cõpleri cernamus, cur non huiusce euenti prædictionem obstupescimus: una enim confessio nominis Iesu, animos consueuit accendere principum. Nam & si nihil reprehentes nominis illius causa, omnibus scelestis asperius. Quod si quis eam appellationem abiurauerit, negaueritq; se Christi esse discipulum, dimittitur illicò ac liberatur, etiam si innumerabilibus peccatis obnoxius teneatur. & quid me Saluatoris nostri Apostolorum mores describere conãtem, plura in unum cogere oportet: quum ijs quæ dicta sunt abundè contenti esse possimus, ad id demonstrandum quod à nobis propositum est: quibus quum pauca quæ sequuntur addidero, ad aliud calumniantium genus me conuertam. Matthæus apostolus uitæ genus, quod prius sectatus est, nullo grauiore studio, aut cõsuetudine refertum sibi delegit, sed inter publicanos, & eos qui pecuniæ colligendæ uacarent. Hoc quidem nullus Euangelistarum indicauit, non coapostolus eius Ioannes, non Lucas, non Marcus, sed ipse Matthæus suam ipsius uitã non dissimulã, planèq; ipse se ipsum accusans. Audi igitur quomodo palam sui nominis meminit, in eo quod ipse scripsit Euangelio, & mores proprios notauit. Et præteriens illinc Iesus, uidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nobilem, & dixit ei: Sequere me, & surgens secutus est eum. & factum est, discumbente illo in domo, ecce multi publicani et peccatores simul discumbebant cum Iesu, et discipulis eius. Deinceps sermone progressus, ac discipulorum nomina enumerans, ipse sibi ipsi publicani nomen adiungit. dicit igitur: Duodecim uero apostolorum nomina sunt hæc, primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus & Bartholomæus.

Matthæus
publicanus.

OP. A. N. S. B. C. S. M.



tholomæus. Thomas & Matthæus publicanus. Itaque Matthæus abundantia quadam modestiæ, studium præ se ferens ueritatis in suis moribus indicans, publicanum se appellauit, neque priorem suam uitam occultare uoluit. Et secundo loco post æqualem suum se nominauit. Quum enim singuli singulis comparantur, ipse Matthæus Thomæ, Petrus Andree, Iacobus Ioanni, Philippus Bartholomæo, Thomam sibi ipsi præponit, priorem illi locum, quamuis coapostolo, tanquam honorationi tribuens, tametsi reliqui Euangelistæ contrarium faciunt. Audi itaque Lucam, ut Matthæi mentionem faciens, non publicanum dicit, neque post Thomam collocat: sed præstantiorem illum cognoscens, priorem quoque nominat, Thomam illi secundo loco subiungens, quod ipsum Marcus quoque seruauit. Verba igitur illius sic se habent: Et quum dies factus esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex eis, quos & apostolos nominauit, Simonem, quem etiam Petrum uocauit, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam. Sic Matthæum Lucas anteposit, quem admodum ipsi tradiderant, qui ab initio ipsi uiderant, & ministri fuerant sermonis. Ioannem quoque similem Matthæo inuenies. Nam in suis epistolis ne meminit quidem suæ appellationis, aut senioresem se nominat, nusquam uero Apostolum aut Euangelistam. In Euangelio autem, quum significasset illum quem diligebat Iesus, nomen suum non posuit. Petrus uero ex nimia quadam reuerentia, ne dignum quidem se descriptione Euangelij existimauit. Sed eius familiaritas ac discipulus Marcus, in commentarium retulisse eiusdem de rebus gestis Iesu narrationes memoratur. Qui quam ad illum historiarum locum uenisset, ubi Iesus interrogauit quem se esse homines dicerent, ipsiq; sui discipuli quam de se opinionem haberent, subiunxit. Petrus, tanquam de Christo, nihil illi respondentem Iesum aut dicentem describit, sed illis comminantem duntaxat, ut nemini de ipso dicant. Non enim interfuit Marcus Iesus quæ à Christo dicta sunt: ac ne Petrus quidem, quæ ad ipsum ac de ipso dicta sunt ab Iesu, proprio testimonio proferre equum putauit. Quæ autem illa sint, quæ uidelicet ad ipsum Petrum dicta sunt, Matthæus his indicat uerbis: Vos autem quem me dicitis esse? & respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei uiui. Respondens Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in caelis: & ego tibi dico, Tu es Petrus, & super hæc petram edificabo ecclesiam meam, & porte inferi non preualebunt aduersus eam, & dabo tibi clauis regni caelorum, & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in caelis. Quum hæc tam multa dicta sint Petro ab Iesu, Marcus nihil horum commemorans, propterea quod ne Petrus quidem, ut uerisimile est, talia in suis narrationibus enunciauit: audi quid dicat, post Iesu interrogationem, respondens, inquit, Petrus dicit, Tu es Christus, & comminatus est eis, ut nemini dicerent de ipso. Hæc sanè Petrus merito tacenda iudicauit: quare etiam Marcus ea præterijt. Quæ autem ad negationem suam pertinebant, in omnes homines protulit ac publicauit, quoniam post illam fleuit amare. Inuenies itaque de eo narrantem Marcum: Et quum esset Petrus in atrio, uenit ad eum una ex ancillis summi sacerdotis. & quum uidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras, at ille negauit, dicens, Neque noui, neque scio quid dicas: & exiit foras ante atrium, & gallus cantauit. Rursum autem quum uidisset illum ancilla, coepit dicere circumstantibus, Hic ex illis est, at ille iterum negauit. & post pulillum, rursum qui astabant dicebant Petro: Verè ex illis es, nam & Galilæus es. Ille autem cepit anathematizare, & iurare, quod nescio hominem istum quem dicitis. & statim gallus iterum cantauit. Marcus quidem hæc scribit, ac Petrus hæc de se ipso testificatur: omnia enim quæ apud Marcum leguntur, narrationum, sermonumq;

Petrus quod non scripsit Euangelium.

monumq; Petri dicuntur esse commentaria. Qui igitur ea quæ poterant ipsis afferre bonam famam, recusant: criminationes uero contra seipsum, sempiternæ memoriae in scriptis suis commendant, & eorum quæ ab ipsis peccata sunt accusationes, quas posteriorum nullus unquam cognouisset, nisi de ipsorum scriptis didicisset, publicè ab omnibus legendas proponunt: cur non ab omni de seipsum opinione, omniq; mendacio merito abhorre credantur? studijq; erga ueritatem argumenta certissima præbere? Qui uero tales uiros fictionibus ufos, ac mentitos putant, & tanquam impostores infamia, probrisq; notare conantur, cur non ipsi potius & ridiculi sunt, & odio inuidiaq; digni, tanquam omnis ueritatis inimici habentur? qui quidem uiros tam ab omni malitia alienos, tamq; sine furo, uereq; syncerum animum in suis scriptis præ se ferentes, malignos quosdam et callidos audent fingere sophistas, tanquam eos qui quicquid scripserint commenti sint, & suo præceptori, quæ ille nunquam fecerit, ad gratiam tribuerint: Sanè commodè mihi dictum uidetur, aut prorsus credere oportet Iesu discipulis, sicut reliquis quocumque scriptoribus: aut si non his, ne reliquis quidem. Cur enim si solis his uiris detrahenda sit fides, non etiam reliquis omnibus, quicunq; unquam aut apud Græcos, aut apud Barbaros, uitas aut orationes, aut commentaria conscripserunt eorum qui uarijs temporibus in aliquo genere uirtutis atq; officij præstiterint: aut si dicis alijs quidem credere æquum esse, at his solis non credere, cur non hoc planè ad inuidiam referatur? Quod si demus illos de præceptore fuisse mentitos, & quæ ille nūquam fecerit scriptis suis complexos, num etiam de his mentitos quæ idem passus est, dare possumus: dico autem de unius ex discipulis prodicione, de calumnijs criminantiū, de ludibrijs & irrisionibus iudicum, de contumelijs, de ictibus in facie, flagellatio reo uestimento, quod instar chlamydis illi circumdatum est: de illo ipso deniq; cruce quasi trophæū aliquod humeris gestante, & in ea infixo, manibus pedibusq; traiectis: de aceto, quod illi potus loco porrexerunt: de arundine, qua illius tempora percussere: de conuicijs, quæ in illū à spectantibus iactata sunt: at enim hæc, & quæcunq; alia de illo his similia feruntur, aut ficta esse oportet ab illius discipulis, aut in his quidem tanquam uerisimilis, illis credendum est: in reliquis uero, quæ clariorem illū uenerabilioremq; reddunt, non credendum. Sed hæc de Iesu sibi ipsi contraria opinio unde confirmabitur? dicere enim eosdem de eodem, & uera prodere & mentiri, nihil aliud est, nisi contraria in eodem de eodem rebus dicere. Quomodo hæc refellentur? si enim hoc illis fingendi propositum fuit, ut mendacijs suum præceptorem ornarent, cur illi ea quæ modo diximus adscripserunt: aut cur posteris indicarunt, quod & tristes fuerint, & tædio affectus, & animo turbatus: aut quod ipsi illū deseruerint, atq; abierint: aut quod qui omnibus ipsis præpositus fuerat Apostolus illius, & discipulus Petrus, nullis neq; tormentis, neq; tyrânicis minis ter illum abiturauerit: hæc enim etiam alij dixissent, neganda ab his tamen fuere, qui nihil aliud sibi in scribendo proposuissent, nisi ut reuerentiam præceptori compararent. Quod si ueridici in tristioribus de illo narrationibus uidentur, cur non in his item quæ lætitiâ, gloriâq; habent, multo magis quam sibi ipsis contrarij? nam quibus unum propositum fuerit mentiendi, ab his si qua offendunt, ea in primis aut præteriri oportebat silentio: aut si id non poterat, negatione refelli. Quis enim apud posteros ea quæ tacuissent reprehendere unquam potuisset? sed si mentiri decreuerant, cur non illud quoq; mentiti sunt, ludam qui osculo illum tradidit, simul ac prodicionis signum ostendere ausus est, in lapidem esse conuersum? & qui alapam illi inferre ausus est, eius ilico dextram aruisse? & Caipham pontificem, propterea quod falsis contra illum criminibus consenserit, oculis captum fuisse? cur uero non omnes mentiti sunt, significantes, nihil planè illi quod possit offendere euenisse? sed ipsum quidem euauisse, fo-

Marcus ex Petro scripsit.

Apostolus Iesus & Iesus de Christo scripserunt.

OP. A. T. S. B. C. S. W.



rumq; & iudicia illorum risisse: qui uero illum comprehendere uisi fuerant, diuinitus illusos, contra illum se agere quae egerunt, tamen ille non aderat, credidisse: quid porro: nonne grauius digniusq; scripsissent, nullum plane humanum aut mortalem casum illum subisse: uerum ubi uis diuina res omnes suas confirmasset, tum in coelum gloriosius diuiniusq; reuertisse: certe hoc multo maiorem uenerationem comparasset, quam fingere ab illo ea miracula facta quae nouimus: neq; enim his credituri non fuerant, qui ceteris eorundem narrationibus fidem habuere. Qui igitur in ihs quae dedecus habet atq; tristitiam, ueritatem corrumpere ausi non sunt, cur non in reliquis quoque quae de illo protulerunt digni habentur, quibus absque suspitione falsitatis credatur, etiam si miracula narrauerint: ergo licet talium hominum de Salvatore nostro testimonium nobis abunde satisfacere debeat, tamen nihil me praeter propositum facturum arbitror, si quasi ex abundantia quadam, Hebraei quoque Iosephi testimonio utar, qui in decimo octauo Iudaicae antiquitatis libro, Pilati tempora in historiam suam referens, de Salvatore nostro mentionem facit huius uerbis.

Iosephi testimonium de Christo.

EXITIT per idem tempus Iesus sapiens uir, si modo uirum eum dicere oportet, quippe qui earum rerum autor fuerit, quae humanam fidem superant. Docebat porro hic homines, si quos ueritatis studiosos reperiabat: ergo multos sibi Iudaicae, multos etiam Graecae factionis adiunxit. Christus plane hic fuit: siquidem quum magistratibus nostris accusantibus illum crucis supplicio affecisset Pilatus, non destiterunt qui ab initio complexi fuerant: apparuit enim illis tertio die iterum uiuens, quemadmodum diuini prophetae & haec, & alia innumerabilia de illo praedixerant, ex quo ad hunc usq; diem Christianorum non defecit genus. Si ergo historicus quoque testificatur, non solos duodecim Apostolos, septuagintaq; discipulos, ab illo sibi adiunctos, sed multos quoque tum Iudaicae, tum Graecae factionis assumptos, palam est illum in se aliquid excellentius ceteris hominibus habuisse: qua enim alia ratione & Iudaici & Graeci generis multos sibi adiungere potuisset, nisi admirabilibus fidemq; superantibus gestis, & inaudita quadam doctrina usus esset: fidem etiam facit liber qui Acta Apostolorum inscribitur, multa millia hominum Iudaeorum credidisse illum esse Christum Dei, quem prophetae uenturum nunciassent. Hilaria quoque illud habet, grandem Christi ecclesiam Hierosolymis fuisse, quam Iudaei comparassent, durasseq; usq; ad obsidionem, quae Adriani tempore facta est: ergo qui primi episcopi ex successione illic praefuerunt, Iudaei fuisse dicuntur, quorum nomina ab eius loci incolis etiam nunc memorantur: ut ex his quoque omnis contra discipulos illius calumnia diluatur, quando & illis testificantibus, & contra illis non testificantibus, ipse Iesus, qui Christus est Dei, comprobatur, innumerabilem multitudinem, tum Iudaeorum, tum Graecorum Iosephi subiiecisse. Ceterum quum haec a nobis dicta sint aduersus primum non credentium genus, nunc ad alterum conuertamur, idq; refellamus. Id autem est eorum, qui fatentur quidem Iesum res gessisse admirabiles, sed praestigij oculos intuentium delusisse, atq; ut solent incantatores & uenefici, in admirationem sui traxisse praesentes.

Contra eos, qui praestigiatorem putant Christum Dei fuisse.

Cap. VIII.

AC PRIMUM quidem isti interrogandi sunt, qui ad ea quae antecesserunt, respondeant: nunquid ullus hominum usquam excogitari potuit, omnini grauitate ac uirtute referta reipublicae institutor, syncerae ac uerae doctrinae, qualis ea est quam ante exposuimus, praceptor qui mores praestigiatore habuerit: quod si & magus, & ueneficus, & impostor, & praestigiator fuit, quoniam modo talis doctrinae apud omnes gentes autor extitit, qualem ad hunc usque diem

que diem & oculis intuemur, & auribus percipimus: deinde quis tam sibi ipsi confidens, ut aggrediatur ea in unum cogere, quae cogi nullo modo possunt: qui enim uere praestigiator est, quum & sceleratis sit & nefarijs moribus, & eas res aggrediatur, quae desperatis, nefarijsq; hominibus conueniant, omnia age re solet turpis ac sordidi lucri gratia. Nunquid igitur Saluator quoque, ac Dominus noster Iesus, qui Christus est Dei, talibus rebus obnoxius sit? At enim unde tenebitur reus, aut quomodo? qui suis discipulis, ut ex ipsorum testimonio apparet, praecipit, ne possiderent aurum, aut argentum in zonis suis, neq; peram in uia, neq; calceamenta: deinde cur dicto illius audientes fuissent? & ea quae acceperant in commentarios referenda, literisq; commendanda putassent, si pecuniae studiosum suum praeptorem uidissent, & ihs contraria quae alios docebat tractantem? non diu profectio se continuissent, quin illi habuissent derisui: uerbaq; eius aspernati essent, atq; a disciplina recessissent, & merito quidem, si uidissent illum sibi quidem ipsis seuerissimas leges imponentem, ipsum autem legum autorem, nullo modo uerba suarum legum sequentem. Deinde qui uere praestigiator est ac seductor, desperatis nefarijsq; hominibus seipsum permittit, ut possit liberius sceleratas atq; infandas uoluptates perficere, & praestigij atq; incantationibus subigere mulierculas, & sub suam malitiam trahere. At uero de Salvatore ac Domini nostri temperantia ne dici quidem satis abunde unquam posset. Rursus enim discipuli illi testificantur praecipisse, ut ne intuerentur quidem mulierem cum libidine, his uerbis: Dicitur est antiquis, Non moechaberis: ego autem dico uobis, quod quicumq; intuebitur mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Quum uero olim ex causa necessaria, ut multis utiq; prodesset, cum Samaritana muliere loquentem illum uidissent, admirati sunt quod cum muliere loqueretur: inopinatum quiddam hoc, atq; insolitum se intueri arbitantes, tanquam si qui nunquam antehac idem uidissent. Commendabat enim Saluatoris nostri sermo nihil aliud, nisi in moribus grauitatem atq; austeritatem. Ceterum temperantiae eiusdem, illa quoque doctrina magno argumento esse potest, quae turbulentos appetitus ex ipso cogitationis profundo refecare ac purgare iubebat, dicens: Sunt eunuchi, qui sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui castrauerunt seipsos propter regnum caelorum. Deinde qui praestigiator est, & uere populi deceptor, omnia aggreditur atq; agit cum iactatione sui plerumq;, & ad speciem, non ad ueritatem, atq; amplius quiddam praeter ceteros nosse se atq; habere cum ostentatione profitetur. Saluatorem uero Dominumq; nostrum, non gloriae cupiditate aut arrogantia laborasse, neq; ad speciem egisse quae egit, uel ex ihs constare potest, quos a se sanitati restitutos, iubeat nemini dicere: neque seipsum in uulgus prode re, etiam ex eo quod in montibus plerumq; degeret, & solitudines in ihs locis sectaretur, fugeretq; urbanas uulgi, quae nocere saepenumero solent, consuetudines. Si igitur neq; gloriae, neq; pecuniarum, neq; uoluptatis causa docuisset illum constare, quis praeterea superest calumniae locus, qua ut deceptor ac praestigiator accusetur? Sed haec quoque uideamus quae so. Item praestigiator ubi a seductores: ueneficos: sibi ipsi in omnibus quae agunt similes: quis igitur unquam omne Christianorum genus quod ab illius doctrina profectum est, aut praestigij utens, aut ueneficij deprehendit: nemo quidem hoc dixerit: at contra, incumbens in sermones praepceptaq; sapientiae, sane deprehendet qui uoluit, ut demonstratum est: qui igitur alijs seuerae castitatisq; uitae, ac summae pietatis autor extitit, quis nam merito censetur, nisi philosophorum primus, & pietatis religionisq; magister: Siquidem is qui docet, absq; controuersia praestantior quam si qui docentur. Philosophus ergo uereq; pius, nusquam uero seductor, aut praestigiator dici poterit Saluator ac Dominus noster, si igitur talis fuit

Temperantia Christi.

Praestigiatore res deceptores.

Christus philosophus pius.

OP. A. V. S. B. C. S. P. I.



lis fuit qualem ostendimus, qua tandem alia ratione miracula edidisse credi potest, nisi diuina quadam nobiscum ignota uirtute? supremaque erga Deum uniuersi pietate? quem quod ut patrem ueneretur & coleret, apparet ex his imprimis quae de illo locutus est. tantum ergo abest, ut qui illi ab initio adhaeruerunt discipuli, & qui posthac illius discipulis successere, ab illorum consuetudine informati, prauae alicui aut perniciosae suspicioni obnoxij habendi sint, ut ne aegrotantibus quidem permittant, sicuti multa multi efficere conantur, aut foliorum inscriptionibus, colligationibusue uti, aut eos qui se incantatione profitentur attendere, aut radicem herbarumque suffumigationibus, alijque eiusdem generis nonnullis, medelas sibi morborum sufficere: haec namque omnia a Christi doctrina exclusa sunt. neque unquam intueri licuit Christianum, qui colligatione uteretur, neque magicis nugationibus, neque foliorum quorundam laboriosis inscriptionibus, neque ceteris similibus, quorum usum indifferentem plerique arbitrantur. quae igitur unquam ratio conuinceret, ut quitalis praceptoris discipuli fuerint, praestigiatoris aut impostoris discipuli fuisse iudicentur: atqui qualis sit omnis quicumque aliquid profiteatur, nulla res euidentius probauerit, quam discipulorum consuetudo: nam si uiri sint artibus & scientijs praediti, profecto qui ipsis eiusmodi artium & scientiarum autor fuerit, eum longe se ipsis praestantiorum fuisse demonstrabunt. Exempli gratia, qui medicinam ab aliquo didicerunt, excellentiae praceptoris in tali disciplina testes idonei habendi sunt: qui uero geometriam, nullum alium se habuisse talis disciplinae magistrum, quam geometriam probabunt: nec uero arithmetici alium quam arithmeticum, eadem ratione aliquem fuisse impostorem optimi sane testes habendi sunt, qui ab illo didicerint, & qui eandem cum suo praepatore artem exerceant. Sed nullus adhuc in tam multis annis discipulos Iesu praestigiator apparuit, tamen in diuersis temporibus, & reges, & praesides per tormenta quidquid ad nos pertinet, diligentissime exquisierint: ita porro nullus praestigiator fuit, ut liber dimitteretur, atque extra omne periculum constitueretur, qui modo ab ipsis coactus esset ipsorum ritu sacrificare: quod si nullus unquam nostrorum, tam illorum quos ipsi uidere potuimus, quam illorum qui quondam ipsius Iesu discipuli fuerunt, ueneficij aut praestigiatorum damnatus est: ergo ne praceptor quidem talis fuit. Ceterum ne omnis nostra oratio ex rebus non scriptis proficiscatur, uideamus item quid probationis ab historia quae literis continetur, elici possit. Primum igitur ipsius Iesu discipuli, in libro qui acta ipsorum continet memorantur, quoscumque ex gentibus in suam disciplinam acciperent, quum eorum plerique crimine praestigiatorum infames essent, in diuersos mores adeo commutasse, ut ausi sint quos liberos illis interdixissent, in medium proferre, & in conspectu omnium combuere. audiamus itaque quid scriptura illa contineat: Multi autem eorum qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus. & computatis pretijs illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quadraginta millium. tales sane erant Saluatoris nostri discipuli: tantae orationis eorum uis erat, quum suos auditores alloquerentur, ut intimas animi partes penetrarent, tangerentque: ac uulnerarunt uniuscuiusque conscientiam adeo, ut nemo amplius occultare posset: sed unusquisque in apertum proferret, si eius arcani conscius sibi esset, indicemque suorum quae prius commisisset flagitiorum, seipsum praestaret. tales item qui ab illis instituti sunt, puris utique, & sincerisque animis praediti, ut nihil in illis simulati, aut fraudulentum lateret: sed contra potius ipsi mutatione a deteriore uita ad meliorem, gloriarentur atque confiderent, qui igitur magicos libros incenderunt, & externam illorum perditionem publico iudicio suo comprobarunt, cur non de seipsis apud perditissimum posthac praebent argumentum, nullo se prorsus magicarum rerum studio teneri: sed contra potius, ex illo iam puros se esse, & ab omni eiusmodi

Primi Christi
discipuli
combusserunt
libros suspectos.

modi suspicione remotos: Si ergo iam constat, Saluatoris nostri discipulos tales extitisse, cur non ipse praceptor fuit multo ante, quod si de discipulis quale praepitorem habuerint, uis cognoscere, habes hodie quoque innumerabiles uerborum Iesu discipulos, ex quibus plurimi uirorum conuentus existunt, qui tum contra naturales corporis uoluptates quasi in acie consistant, tum mentem ab omni minus honesta perturbatione inuulnerata conferuent: qui quum omnem suam uitam usque ad senectutem continetissime egerint, institutionis quae de uerbis illius haberi solet, certissima argumenta praestare possunt. neque uiri solum sub illo duce ad hunc modum philosophantur, sed foeminarum quoque tot millia per totum orbem, ut quam multa sint, non dicendum esse uideatur: quae quasi quaedam sacerdotes Deum uniuersi colentes, supremamque philosophiam amplexae, atque amore coelestis sapientiae captae, proles quidem ac liberorum, utpote qui ad corpus pertineant, nullam habent rationem: animam uero omni diligentia curantes, totas seipsas ipso corpore atque animo, regi omnium uniuersique Deo dedicarunt, ut sic integra perpetuaque castitate ac uirginitate fungantur. & Graeci quidem eum qui olim iactatione philosophiae, regionem suam ab hostibus depopulata atque uastatam reliquit, uerbis huc atque illic circumferunt atque extollunt. Democritus hic est apud illos, & Crates uerus apud eosdem admiratione dignus putatur, quod re sua familiari ciuibus suis relicta, ipse seipsum Crates Craterem in libertatem uindicasse iactauerit. ac enim uerborum Iesu aemulatores innumerabiles, non autem unus duntaxat alterue diuinitas possessiones pauperibus atque indigentibus impertuerunt, quibus etiam nos testes adsumus, qui uerlati sumus cum talibus, quique factis, nedum uerbis eorum officiorum facti conscij, quae illi in Iesu disciplina praestiterint. Ceterum quid me oportet dicere, quam multa millia etiam hominum Barbarorum non modo Graecorum ex praecipis Iesu omnem colendi multos deos errorem transilierint atque despexerint, & huius uniuersi parentem atque opificem Deum unum se agnoscere affirmauerint, quem antiquorum philosophorum uix unus Plato quum cognouisset, non audere se efferre in omnes palam professus est: plane affirmans, parentem quidem atque opificem uniuersi huius, & inuenire difficile esse: & quum inuenieris, prodi in uulgus non posse. Verum illi quidem & inuenire difficilis uisa est res, & re uera ingens negotium est. At uero idem publicare in omnes, enunciareque non potuit, propterea quod non tanta illi pietatis erga Deum uis aderat, quanta Iesu discipulis, quibus ope, auxilioque praceptoris, parentem, opificemque uniuersi, & inuenire, & agnoscere, illaboratum ac facile contigit: & postquam inuenerunt, etiam efferre in omne genus hominum, prodereque & complere, & publice enunciare omnibus quod cognouerant: adeo quidem, ut ex illorum disciplina usque in praesens tempus, per omnes quae sunt in orbe terrarum gentes, conuentus innumerabiles, non uirorum solum, sed etiam foeminarum, & puero- rum & seruatorum, & agrestium hominum, tantum absit ut Platoni obtemperant, solum colant, de solo per Christum ut de Deo loquantur. Hi sunt noui uocantur, talesque ipsius Iesu discipuli: de quibus, praceptor qualis fuerit, cognosci debeat. Ceterum alia quoque ratione id de quo quaeritur uideamus. Praestigiatorum sane illum dicis fuisse, quineriam ueneficum, callidissimum, deceptoremque uocas. Nunquid igitur primus ille & solus huiusce rei inuentor extitit? an uero de more ad ipsos praepitores initia referre oportet: nam si nullo, doctis usquam didicerit, neque ab antiquis copilauerit: cur non diuinam illi naturam tribuere oporteat: qui nullis libris, nullis praecipis, seu praepitoribus, sua sponte edoctus per seipsum, omnis disciplinae capax, talium rerum inuen-

Mulieres
Deo dicantur

Gentiles relictis
Platone
Christo crediderunt.

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



Nullus do-
ctus sine
praeceptore

tor extiterit: atqui neq; sordidæ alicuius artis, neq; rationalis cuiuspiam scientiæ, ac ne primorum quidem elementorum disciplinam ut percipias, sine duce ac præceptore aliquo geri potest, nedum ea quæ naturam communem superant. Nullus certe unquam per se doctus grammaticæ præceptor nobis occurrit, neque rhetor, qui non ab aliquo didicerit, neq; qui suapte ingenio medicus extiterit, neq; architectus, neq; alterius cuiuspiam rei artifex. & hæc quidem exempla omnia atq; humana. Veræ autem pietatis inter homines & doctorem, dicere præstigijs quibusdam talia introduxisse eo quo uixit tempore, & eiusmodi prodigijs, admirabilibus facta edidisse, cuiusmodi nuper ipsi exposuimus, talemq; illum suapte naturâ, suaq; sponte extitisse, neq; ab antiquis compilasse, neque à notis magistris adiutum fuisse, qui paria ac similia ante ipsum excuerint, quid aliud quæso est, nisi testificari & fateri, diuinum planè quiddam fuisse, omnemq; hominum naturam superasse illum: de quo quærimus: An enim magistros illum dicis habuisse impostores, nec ab Aegyptiorum sapientia abhorruisse, nec quæ illorum antiquitas habuit arcana ignorasse: a quibus quum collegisset, qualem fama fert, talem euasisse. Cur igitur alij nulli isto præstantiores magistri, qui & illi ætate antecesserint, & sua doctrina instituerint, aut in Aegypto, aut usquam alibi, uisi sunt: cur igitur non de illis quoq; ante huius accusationem, in omnes homines fama peruenit: cur non item illorum, sicut nostri huius, etiam nunc gloria canitur: quis uerò unquam præstigiator eorum qui fuerint, ex quo res humanæ cœpere, aut apud Barbaros, aut apud Græcos, tales instituit discipulos: aut talium legum, taliumq; præceptorum author fuit, qualium fuisse Saluatoris nostri uirtus ostenditur: aut quum unquam tam multis medelis, tam mirabilibus beneficentijs, quam hic nos testificatus memoratur: cuius autem familiares ignis, ferricq; probatione eorum rerum quas testificarentur ueritatem item confirmarunt, ut nostri Saluatoris discipuli: qui omnia quidem probra pertulerunt, omnia uerò tormentorum genera tolerarunt, & denique proprium sanguinem effuderunt, ut quæ ipsi testificati essent confirmarent: præterea quicunque huic nostræ rationi aduersatur, dicat quæso, quis unquam præstigiator saltem in animu induxit, de proprio nomine se noue cuiusdam gentis iactationem comparaturum: hoc uerò ipsum quempiam non modò cogitasse, sed etiam perfecisse suo arbitratu, cui non totam hominis naturam effugiat: Decretis uerò & regum, & eorum qui leges præscas condiderint, & philosophorum, & poetarum, & theologorum contrarias leges ponere, quæ simulachroru cultum oppugnent, quæq; quod uolunt obtineant, easdemq; inexpugnabiles, & inuictas in perpetuum constituere, quis ex omnibus qui unquam fuerint præstigiator, cogitauit: An enim Saluator ac Dominus noster non sic quidem cogitauit hoc, ut postea aggredi non sit ausus: neq; uerò sic aggressus est, ut postea non perfecisset uerbo, unaq; uoce quum dixisset ad suos discipulos, Ite, instituite omnes gentes in nomine meo, docentes eos seruare quæcunque mandauit uobis: uerborum atq; efficaciam adiecit, atq; euestigio in disciplinam uenit breui tempore omne genus & Græcorum & Barbarorum, & leges in cunctas nationes diminuatæ sunt, antiquæ superstitioni aduersantes, leges demonum oppugnantes, & omnis in multorum deorum cultu erroris inimicæ, leges Scytharum & Persarum, & aliorum Barbaroru moderatrices, & quæ damnauerint omnia ab omni iure alienum ac ferinum uictum, legesq; euerterint quæcunq; instituta habuerint Græci ab initio humani generis, & nouam, ueramq; pietatem induxerint. Cur igitur antiquis præstigiatoribus ante Iesu tempora, aut etiam post, nihil tale aut simile inceptum est, ut probabiliter affirmare possimus, illum ab alijs in ijs quæ ad præstigijs pertinent adiutum fuisse: Quod si nemo illi similem quempiam proferre possit (nullus enim illi tantæ author uirtutis) iam ergo fatendum sit, inuictatam quandam, diuinamq; naturam inter homines

ter homines esse uersatam, quæ sola & prima ea quæ nunquam humanis auribus audita sint, perfecit. & hæc quidem hæcenus. Nunc rursum contradicenti aduersario obuiam eundem: isq; interrogandus, ecquando suis oculis uiderit, auribusue percepit, præstigiatores, ac ueneficos homines sine libationibus & sacrificijs, demonumq; inuocatione ac præsentia quicquam operatos: nunquid igitur aut contra Saluatorem nostrum, aut contra illius præcepta, aut etiam contra eos qui hodie quoq; illius uitam imitantur, possit aliquis talem iactare calumniam, nonne uel cecutienti perspicuum nos quicunq; lesum sectamur, istis planè contraria omnia operari atq; amplecti, & citius pati ut morti animam, quam ut demonibus sacrificium offeramus, citius uerò sustinere de uita excedere, quam prauis demonibus in seruitutem dari? Quis autem ignorat nostræ esse consuetudinis, ipso Iesu nomine, & purissimis precibus, omnem demonum uexationem abigere, sic ipsius Iesu uerbu, eiusdemq; doctrina, isto potestatis inuisibili genere, ut omnes nos longè potentiores effemus, effecit, demonum utiq; hostes atq; inimicos, non autem amicos aut familiares nos reddens. Quanto ergo minus eorum dicto audientes, aut subiectos comparauit. Qui igitur nos tales produxit, qui fieri potest ut ipse demonibus fuerit addictus, quam porro credibile sit illum aut improbis spiritibus sacra fecisse, aut demones aut auxilium euocasse, dum miracula ederet, quando hodie quoq; omnis daemon, omnisq; impurus spiritus, ita Iesu nomen horret, ut unum aliquid eorum quæ ipsius natura castigandi ac torquendi uim habeant, aufertq; se illico, & concedit, tantam sentit illius nominis uim. Sic sane olim quoq; quum inter homines degeret, non ferentes illius præsentiam, alius aliunde clamabat: Age, quid nobis & tibi Iesu fili Dei: uenisti ante tempus torquere nos, uir autem præstigijs prorsus intentus, & planè desperatis rebus omne suum studium impendens, nonne uel imprudens ipse de seipso indicio sit, quod infandis moribus, quod scelestus, quod obsecenus, quod religioni inimicus, quod iniustus, quod impius: Qui uerò talis sit, unde aut quomodo ea quæ ad religionem pertinent, alios doceat: quo modo item quæ ad temperantiam: quæ ad Dei cognitionem: quæ ad diuinum forum ac iudicium summæ Dei: nonne his omnibus contraria potius cõmendat, ac præferat, suæ ipsius nequitie consentanea perpetrâs, nonne Deum, Deiq; providentiâ, ac Dei iudicium neget: nonne omnia de uirtute: omnia de immortalitate anime uerba irideat: Quod si quid tale etiam in ijs quæ ad Saluatorem Dominumq; nostrum pertinent, intueri licuisset, nihil sanè fuisset dicendum. At uerò quum in singulis rebus & uerbis, uniuersi opificem Deum patrem inuocare solitu conser, talesq; quos in disciplinam acciperet, comparasse, quum & ipse temperans fuerit, & uerborum quæ ad temperantiam pertinent præceptor, quum autor prædicatorq; iustitiæ, ueritatis, humanitatis, uirtutis uniuersæ, quum religionis dux & magister, quæ omnium regem Deum colit, cur non his consentaneum sit putare, nihil eorum quæ in illo admiramur, ab illo per dolum præstigiatorum, aut per fallaciam gestum: cur non potius arcana quadam uerèq; diuina cõfiteri: quod si eò uecordiæ proueris, neque rationes incorruptas, neque uerborum necessitatem uelis attedere, ut neq; uerò probabilibus argumentis aufcultare, quia fortasse nos quasi causam dicentes habes suspectos: at tu tuis saltem demonibus, ipsis, inquam, oracula reddentibus dijs aufcultas, quum Saluatori nostro, non ut tu præstigiatorum fallaciam, sed pietatem & sapientiam, & ascensum in celum suo testimonio tribuunt. Quoru quidem, quod nam tibi dignius cui fidem habeas testimonium uis dari, quam inimici nostri confessionem: quam in tertio uolumine posuit eorum quæ inscripsit, De philosophia se lectorum, ubi hæc ad uerbum refert.

Virtus nom-
nis Iesu.

Quod

OP. A. V. S. B. C. S. M.



Oracula de Christo.

Porphyrij uerba.

Mirum forsitan nonnullis uidebitur, quod dicturi sumus. Siquidem Christus dii summè religiosum, immortalemq; fuisse prodiderunt, deq; illo cum laude mentionem faciunt. & sermone progressus, adiungit: Igitur de Christo interrogantibus utrum sit Deus, respondit: Immortali quidem anima post corpus incedere, agnoscereq; illam sapientia gratia honore affecit, & uicissim, uiri pietate præstantissimi esse illam animam. Summè ergo religiosum illum dixit, & animam illius sicuti aliorum, post mortem immortalem faciam, eamq; colere, ignorantes Christianos. deinde interrogantibus, cur supplicia affectus esset, respondit, corpus quidem imbecillioribus tormentis semper obiectum fuisse: animam uero piorum in campo cœlesti collocatam esse. & post oraculum adiungit deinceps: Ipse igitur pius, & in cœlum, ut pater soler, subuectus. Quare hunc quidem non execraberis, miseraberis uero hominum ignorantiam: hæc etiam nunc Porphyrius. Quæso igitur, nunquid impostor ille: at saltè tuorum amicorum uerba tibi blandientia te flectant. Habes igitur nostrum Salvatore Iesum, qui Christus est Dei, etiam tuorum testimonio comprobatum, non ut præstigiatorum, aut ueneficum, sed ut pius et iustissimus & sapientissimus, & cœlestium incolam. Qui igitur talis fuit, quanam alia ratione admirabilem factorum author esse potuit, nisi uirtute diuina: quam etiam sacra oracula testimonijs suis illi tribuunt, quæ quidem Dei uerbum, Deiq; uirtutem superemam, in hominis forma atq; habitu, ac potius in ipsa carne, ipsoq; corpore habitasse, omnemq; humanam dispositionem, gubernationemq; absoluisse, testificantur. Tu quoq; facile discas diuinitatem uirtutis quæ de illo fertur, si cogites qua ille natura, & cuiusmodi præditus, uiros ignobiles de piscatorio atq; humili uictu acceperit, sibiq; adiunxerit. Deinde ipse usus sit administrandi ad illud inceptum perficiendum, quod omnem effugiat rationem. Quum enim cogitasset id, quod nullus unquam cogitauit, proprias leges, nouamq; doctrinam in omnes disseminare nationes, omnemq; hominum genus eam docere pietatem, quæ unum supremum Deum ueneraret, huiusq; rei se magistrum exhibere, omnium maxime agrestibus, maximeq; ignobilibus putauit sibi utendum esse huiusce consilij ministris, utpote quum uerissimile sit illum censuisse, præter omnem rationem hæc se facturum. Quo enim pacto qui ne diducere quidem os idonei erant, saltè unius cuiuspiam hominis præceptores fieri potuerunt, necdum unum cœuentus: quomodo autem multitudinem alloqui aut instruere, qui ab omni eruditione abhorrebant: at hoc quidem fuit, quod & diuinum consiliū, & tum diuinam quæ in illis & cum illis ipsum opus obibat, declararet. Ergo quum illos uocasset, tum primum dixit: Venite, sequimini me, & faciam uos piscatores hominum. Quum uero iam illos sectatores esset adeptus, diuinamq; sua uirtute afflasset, roboreq; atq; animi confidentia copleisset, iamq; ueluti quod uere Dei uerbum, ipseq; Deus tantorum author miraculorum, intelligetiam, rationaliūq; animarum uenatores illos constituisset, remq; ipsam atq; efficaciam adiunxisset uoci illi, quæ dixerat, Venite, sequimini me, & faciam uos piscatores hominum: simulq; & operarios & magistros pietatis illos fecisset, tum in omnes gentes dimisit, suæq; doctrinæ præcones declarauit. Quis autem non obstupescat, quis non incredibile merito existimet id quod omnem fidem superat miraculum: nullus certe eorum qui unquam alicuius claritatis inter homines fuerunt, non rex, non legum inuentor, non philosophus, non Græcus, non Barbarus, huiusmodi quicquam cogitasse narratur, ac ne lomniatle quidem aliquid, quod ad hoc proximè accedat. Satis enim superq; unusquisq; talium semper habuit, dummodo in sua regione institutum suum, propositumq; cõpleret, & quæ bone utilesq; uisæ essent leges, eas in una saltè sua ipsius gente, lancire actueri posset. at hic noster, nihil mortale aut hu-

manum

manum molitus, considera quæso num rursus tanquam uere Deus uocem emiserit, ubi suis adeo ignobilibus ad uerbum dixit discipulis: Euntes, docete omnes gentes. Quid si discipuli (ut fit) suo præceptoris respondissent, ac dixissent: Quo tandem modo istud à nobis fieri poterit: quomodo Romanos, exempli gratia, publice doceamus: quomodo autem Aegyptios alloquemur: quæ uero lingua, homines unam Syriacam uocem audire soliti, apud Græcos utemur: quæ apud Persas, Armenos, Chaldaeos, Scythas, Indos, ac deniq; omnes quascunq; offendemus barbaricas gentes: quomodo illis persuadebimus, ut deos quidem patrios deserant, unum uero omnium quæcunq; sunt opificem Deum colant: quæ porro dicendi uis fieri, tantum facinus aggrediemur. Quæ autem perficiendi spes aderi hominibus qui leges figere audeant, contrarias legibus, quæcunq; omnes gentes de patris dijs à condito æuo seruauerint, quibus tandem cõpns, aut qua uis nobis liceat isti audacis superesse: hæc ne diceret, quem admodum dicturos fuisse credibile est, aut etiam cogitarent Iesu discipuli, una uerbi adiectione ipse præceptor illos omni difficultate liberauit, quum dixit, illos in nomine suo uoti compotes futuros. Non enim simpliciter, aut in definitum, ut docerent omnes gentes imperauit, sed eum adiectione necessaria, in nomine, inquit, meo. Quum enim uis illius nominis tanta sit, ut Apostolus dixerit, quod donauerit illi Deus nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & inferiorum: merito excellentiam uirtutis nominis sui, quæ multos latet indicaturus, ad suos dixit discipulis: ite, docete omnes gentes in nomine meo. Deinde canit bene admodum certè atq; exquisitè quod futurum erat, dicens: Oportet enim prædicare Euangelium hoc in toto orbe, in testimonium cunctis gentibus. Porro quum uerba quidem hæc, tunc in angulo terre dicta sint, & qui tunc aderant soli audierint qui fieri potest ut hoc dicenti illi crederent, nisi ex alijs eiusdem diuinis gestis, ueracem illum in uerbis experti essent: quod enim uerbis illius crederent, ratiocinantibus tibi consistere necesse est. Impetrati enim illi nullus non paruit. Sed protinus auscultates illius nutus, quæ admodum ipsis præceptum fuerat, ac de patris sedibus ad omnes gentes profecti, omne hominum genus docuerunt, breuiq; tempore inueni licuit respõdētia uerbis facta. Prædicatum itaq; est in exiguo temporis spacio in toto orbe Euangelium, in testimonium cunctis gentibus, & Barbari & Græci quæ de Iesu scripta erant, patrijs literis patriaq; uoce exceperunt. Ceterum, quæ non merito ambigat, quæ nam fuerit Iesu discipulorum docendi ratio, quæ modus: nūquid in medijs progressi ciuitatib; deinde stantes in foro, uocemq; attollentes, conuocabant eos qui accedebat: & quæ tandem illis concionandi ratio, cui quidem uerissimile sit auscultasse audientes: quomodo autem concionabant uiri sermonis imperiti, & omnis expertes eruditionis: atqui non multitudinem, sed singulos adeuntes alloquebant. Quæ igitur & cuiusmodi oratio ne utebantur, ut audientibus persuaderent: non enim paruum illis propositum erat certamen, non inficiantibus probrosam eius mortem, quem ut Deum commendabant. Nam si hanc dissimulassent, neq; qualia, quæ tam passus sit à Iudeis, apud omnes confessi essent, sed quæ reuerentiâ homini, gloriamq; adderet, ea sola protulissent, dico autem prodigia & miracula ab illo edita, nec non philologia, ut facile consensum audientium elicerent, qui quidem audientes aliena lingua utebantur, ac tunc primum ab hominibus nihil fide dignum afferentibus, inaudita sibi prius uerba percipiebant, ad ea quæ illi dicerent cõprobanda. Verum tamen si talia dixissent, aliquanto probabilius dicere uisi essent. Nunc autem dicent illum quæ ut Deum commendabant, modo in corpore humano uersatum, nihilq; aliud natura, quam Dei uerbum esse, quocirca etiam talia miracula tanq; Deum edere potuisse, modo his contraria, iniurias illum cõtumeliasq; tulisse, & deniq; probrosissimū, & omnium hominum sceleratissimis in-

iungi

OP. A. V. S. B. C. S. M.



iungi solitum crucis supplicium, quis non merito illos ut contraria sibi ipsi dicentes delulisset: quis autem usque adeo fatuus fuisset, ut facile crederet dicentibus atque affirmantibus, uidisse se post mortem illum a mortuis rediisse ac reuixisse: qui ne tunc quidem quum apud uiros esset, se ipsum tutari potuisset? quis uero imperitis illis atque ignobilibus unquam paruisset dicentibus, oportere deos quidem patrios contemnere, & stultitiam omnium qui unquam ab initio humani generis fuissent, damnare: solis uero sibi parere, & ijs quae crucifixus percipisset: hunc enim esse solius supremi Dei solum dilectum atque unicum illum. Sane dum ego mecum studio ueritatis huiusce rei rationem exploro, nullam plane in ea uim ad probandum idoneam, neque graue quicquam, aut fide dignum inuenio, ac ne probabile quidem usque adeo, ut ratum saltem quempiam illi in suam sententiam trahere possent. At rursus dum ad ipsius uerbi potentiam respicio, ut innumerabilibus hominum conuentibus persuaserit, atque ut ad ipsos illis ignobilissimis & agrestibus Iesu discipulis, numerosissimae ecclesiae constituta sint, non in quibusdam ignotis atque obscuris locis, sed in clarissimis ciuitatibus erecte, in ipsa, inquam, aliarum urbium regina Romana urbe, in Alexandria, in Antiochensi, per totum Aegyptum ac Lyciam, per Europam atque Asiam, in uicis & regionibus, omnique modo uarijs gentibus, retro cogor necessitate quadam, ad ipsius rei causam inquirendam recurrere: faterique, non aliter ipsos facinus tam audax obtinuisse, quam diuini quidam, Iohannes georgii humani superante potentia, opere atque auxilio illius qui dixerat, Docete omnes gentes in nomine meo. Si quidem quum hoc dixisset, adiuxit promissum, quo essent accepturi confidentiam, & prompte tradituri se ipsos ijs quae denuntiata ipsi fuerant. dixit igitur ad illos: Et ecce ego uobiscum sum omnes dies usque ad consummationem saeculi. Quae etiam afflante illos diuino spiritu dicitur, necnon diuinam quandam, & qua res admirabiles efficerent potentiam illis ingenerasse, nunc quidem illud dicens: Accipite spiritum sanctum. nunc uero illud, Intermos curate, leprolos mundate, demones eijcite: gratis accepistis, gratis date. Uides igitur iam tu quoque, quoniam modo superauerit illorum ratio, quando etiam liber qui acta illorum continet, conueniens his & consentaneum profert testimonium, ubi ipsi quoque memorantur ipsa rerum admirabilia efficienda, quam beneficio nominis Iesu obtinebant, eos qui intererat atque spectabant Antonios reddidisse. Primum enim uerisimile est, eos qui cernebant, rebus ipsis & factis in stuporem ab illis esse conuersos: ita deinde eosdem alacres comparatos ad interrogandum, quis nam ille esset, cuius uirtute & nomine miracula effecta essent. Deinde docendo eisdem ab eisdem deprehendebantur fide, ipsorum doctrinam anteuertisse. Non enim uerbis persuasi, sed rebus & factis prauecuntur nonnulli ipsis Iesu discipulis tanquam ijs qui dii essent, uictimas & libationes obtulisse, & alium quidem ex illis Mercurium, alium uero Iouem exultasse: usque adeo illorum mentes stupore effecerat ipsa miraculorum euidentia, ac protinus ita affectis auditoribus, quae cum illi de Iesu nuntiabant, merito uera esse posthac censebantur, illiusque post mortem reditum in uitam, non simplicibus atque indemonstrabilibus uerbis testificabantur, sed ipsa factorum euidentia comprobabant: quippe cum uiuentis illius facta demonstraret, quod si & Deum illum, & Dei filium ante ascensum in caelum degentem apud patrem nuntiassent, cur non huc orationi facilius assenti essent, qui eius rei contrarium incredibile, tum praeter naturam merito arbitrentur: ipsaque ratione colligerent, non posse putari mortalis naturae illa opera esse quae fiebant, sed Dei alicuius, etiam si nemo diceret: hoc igitur erat, neque quicquam aliud, ipsum utique illud quod quaerebatur, quamnam uel discipuli Iesu, eorum qui ab initio audiebant uictores fuerint, & quomodo tam Graecos quam Barbaros, ut de illo tanquam de Deo sentirent adduxerint, & quomodo in medijs urbibus, ac per omnes

regiones

A regiones, religionis qua unus supremus Deus colitur, scholas atque auditoria constituerint. Caterum, quis non obstupescat, secum cogitans atque animo uersans, non humanum hoc fuisse opus, uel ex eo quod nunquam alias sub uno Romanorum imperio plurimae gentes esse potuerunt, nisi secundum lesu tempora: nam simul ac ille admirabiliter ad homines uenit, atque inter homines uersatus est, etiam res Romanas ad summum peruenisse contigit, quo primum tempore uidelicet Augustus plurimarum gentium dominus euasit. Id uero fuit quum & Cleopatra capta est, & Ptolemaeorum successio Aegypto dissoluta, atque ex illo in hunc usque diem, quod ab initio orbis, et ab ipsa, ut ita dicam, hominum origine, steterat Aegypti regnum, euersum est. Ex illo Iudeorum quoque natio, a Romanis in seruitutem redacta, Syrorum item, & Cappadocum, & Macedonum, & Bithynorum, & Graecorum, ac denique reliquorum omnium qui Romano imperio cesserunt. Hoc autem non sine Deo una cum doctrina, quae de Salvatore nostro ferretur, introisse in orbem, quis non fateatur: reputans non facile Iesu discipulis externarum regionum peragracione futuram fuisse, si gentes inter se diuisae, discordesque fuissent, neque ullum prorsus ob multiplices principatus, inter illas commercium, quibus sane sublati principatibus, in trepide iam atque impune negotium propositum compleuerunt, quum supremus Deus, & iter illis expeditum ac facile compararet, & superstitionum in ciuitatibus animos, terrore maioris imperij cohiberet. reputa enim tecum pater, si nulla res impedimento fuisset ijs qui errore colendi multos deos tenebantur, ne doctrinam Christi oppugnarent. quam multas antehac ciuiles seditiones & in urbibus & in agris uidisses, quot uexationes, quot bella non meo diocria illa quidem, si superstitioni illi suae ipsorum potestatis fuissent, ac penes quosdam terrore habuissent: nunc autem hoc quoque supremi Dei fuit opus, maiori domitos: id enim proficere indies, & apud cunctos homines crescere uolebat. rursus autem ne putaretur ex concessione ac uenia dominantium perseuerare, si quando horum ipsorum quispiam malignitate quadam correptus, aduersus Christum uerbum pugnare deliberatum in animo habebat, etiam hoc suo ipsius arbitratu illum facere permittebat: simul ut eorum uirtute ostenderet, qui pietate pugnabant: simul etiam ut cunctis hominibus planum faceret, quod non humano consilio, sed Dei uirtute niteretur ipsa uerbi propugnatio. etenim quis non continuo obstupescat ea, quae illis temporibus accidere passim certabantur: nam ipsi pietatis defensores, primum apud cunctos homines claris uero hostes diuinitus caeli atque agitati, ac toto corpore grauibus molestis que doloribus impliciti atque consumpti, debita supplicia pendeant: adeo quidem, ut profanam contra Christum uoluntatem coniteri iam tum cogerentur, ac ceteri omnes qui appellatione sacrosancta digni inuenti fuerant: & se in partibus Christi esse gloriabantur, qui ad breue tempus exercitati essent molestis: atque ingenuitatem sinceritatemque animi praese tulissent, propriam rursus recipiebant libertatem. ac salutare interea uerbum maiore indies claritate nitebat, atque in ipsis medijs hostibus dominabatur: ac non modo in ijs qui sub uisum non si qui forte erant in hoc qui terram complexus est nebuloso aere demones, qui alteris illis imperarent. Namque etiam hospites ueri Christi discipuli, & uitae putabant: in hoc quoque admirabilium signorum quae ab illo edita esse memorantur, ac diuinae quae in illo erat uirtutis, argumenta certissima praese ferentes. Caeterum, quum in his pro tempore ipsi nos ipsos antehac exercuerimus, ordo ipse iam postulat, ut occultiore de illo theologiae attingamus. Deique ipsum uerbum, quod nam fuerit, quod per illum hominem, qui uidebatur, prodigia & miracula efficiebat, contemplemur.

A LIBER

Christi tempore multis regna subuersa.

OP. A. V. S. B. C. S. M. I.



Quum libro priore, qui Evangelicæ demōstrationis tertius est, de assumpta à Saluatore nostro humana natura, satis abunde à nobis sit disputatū, tempus iam est, de ea quæ ad eundē pertinet abditore theologia, minus uulgarē quandā attingere doctrinam. De primo igitur ac sempiterno, soloq; non genito, ac supremo autore uniuersū, omniq; & gubernante & regente Deo, communis est cunctis hominibus ratio: peculiaris uerō ac rursus cōmunis & Hebræorū nostra de Christo, quem illi nunc quidē, ut nos, sua ipsorū scripta sequentes adhuc confitentur, nunc autē ab eodem procul labuntur: quippe qui & diuinam illius naturam ignorent, neq; causas aduentus perspiciant: neq; itē quibus temporibus futurū illum prophætæ prædixerint, comprehendāt. Nam illi quidē illum etiam nūc futurum expectant. nos autē iam semel duntaxat uenisse cōtendimus, nec non alterū eiusdem cum maiestate aduentum, & oraculis & præceptis prophetarū, qui diuinitus afflati fuerunt auscultantes, intueri expectamus. Quum autē de illo duplex sit ratio, altera quidē recentior fuerit, quippe quæ heri ac nuper ad homines introducta sit: altera uerō omni tempore, omnibusq; seculis antiquior. Nam quū Deus uellet, utpote qui solus sit bonus, omnisq; boni & principium & fons, diuitiarum suarū thesauros pluribus impertiri, essetq; iamiam omnē rationalem creaturam in lucē producturus, in corporeas uidelicet quasdā atq; intelligētes & diuinas potestates, angelosq; atq; archangelos, materiaq; expertes & ab omni parte puros spiritus, animas præterea hominum, quæ solutam ac liberam uolūtatē atq; arbitrij, tam ad bonum quam ad boni contrarium, naturā acciperent, & quæcunq; his ipsis conuenientia corporum instrumenta, uarias uiuendi formas educeret, sedesq; his omnibus, locosq; tribuere proprios (nam ipsi qui boni permanserint, meliores: cōtrarij autē, alio qui conuenientes, in quibus uidelicet procliuatatis ad cōtraria pœnas darent) quumq; id quod futurū erat, tanquā Deus cognitione præciperet, sentiretq; hæc uniuersa antequam fierent, tanquam in magno corpore aliquod caput postularura, unum omnis opificij dispensatorem, eundemq; & ducē & regem uniuersū præficiendum putauit, cuiusmodi oraculorū quoq; diuinarum quæ ab antiquis apud Hebræos, & theologis & prophetis reddita sunt, inscriptio est: à quibus quidem discere potest qui uult, unum esse omnium rerū principium, ac potius principio superius et prius, primorū antiquius, & gignendia rebus ipsa unitate uetustius, omniq; appellatione præstantius, quod neq; dici, neq; enunciarī, neq; excogitari potest: bonū quod causa est omnīū rerū, quod uim efficiendi, iuuandi, prouidendi, seruādi, in se habet: qui unus ipse ac solus est Deus, ex quo omnia, per quem omnia sunt: in illo enim uiuimus, & mouemur, & sumus. Itaq; quodcunq; uult, id etiā est continuū, ex qua sola causa, omnia quæ genita sunt, id acceperunt ut essent, utq; existerent, ac durarent: sunt enim illo uolente. Vult autē idcirco, quod suapte natura bonus est: bono uerō nihil natura coniunctum, adnexumq; est, nisi ut ea quæ bona sunt uelit. At enim quū hæc uelit, idem etiam potest: quare quū uelit, simul idem & possit, nulla re neq; prohibente, neq; impediēte, quicquid pulchrū & utile est, tam in ipsis quæ sub aspectū cadunt, quā in ipsis quæ non cadunt, ipsi sibi ipse cōfecit: quippe qui quasi materiam quandā, atq; essentiam generationis cōstitutionisq; uniuersū, suū consilium, suamq; potentiam prætulit, ut nulla iam ratione dici possit, de nihilo esse quicq; eorū quæ sunt: neq; enim esse quidpiam potest ex eo, quod ipsum non sit. Quomodo enim id quod nō est, alteri ut sit causa erit? omne autē quodcunq; est, ex uno qui solus est, & ante omnia est, quicq; olim etiam illud respondit, Ego sum qui sum, ut esset & accepit & habet: quippe quum qui solus est, &

Quicquid
Deus uult,
continuū
est.

est, & semper est, ipsis omnibus quæcunq; ex ipso id quod sunt acceperunt, ut essent, autor extiterit: atq; ex eo quod & uelit & possit, rebus uniuersis & essentiam, & potestates, & formas, luculenter & copiose de seipso largitus sit.

Dicimus Christum ante omnem creaturam Dei filium esse. Cap. II.

Itaq; omnium quæcunq; sunt, scetum suum primum subministrat, primogenitam uidelicet sapientiam, totam usquequaq; intelligentem & rationalem & penitus sapientem, ac potius ipsam intelligentiam, ipsam rationē, ipsam sapientiam, nec non si quid ipsum pulchrū, ipsumq; bonum excogitare in ipsis quæ genita sunt fas est, id primum ipse ex seipso eorū quæ posthac futura erant fundamentum præfert, perfectum perfecti opificium, sapiens sapientem fabricationem, boni parentis bonam sobolem, et quid nam aliud fuerit prælaturus, quam illum ipsum eorū quæ posthac par ipsum id quod sunt acceperint, præfectum, curatorem, conseruatorē, medicum, gubernatorē: cum uidelicet quicquid curationis uniuersū gubernacula comprehensa teneret: itaq; nō immeritō oracula theologice loquentia, Deum genitum illum enunciant, tanquam eum quod elocutionem omnem, omnemq; cogitationem effugientis diuinæ naturæ solus in seipso ferat imaginem, propter quam Deum quoq; & esse illum & dici, eius uidelicet, quæ quod primum est refert, expressæ similitudinis gratia. Quo circa illum bonum aiunt administrum à patre susceptum esse, ut quasi per unū penitus sapiens, uiuensq; instrumentum artificialeq; ac omnis scientiæ uim in se habentem regulam, uniuersa ab ipso regerentur, tam corpora ipsa, quam quæ corporis expertia sunt, tam animantia quam inanima, tā rationalia quam bruta, tam mortalia quam immortalia, ac si quid aliud unā cum his exiit in naturam, unāq; quasi contextum est, nec non ut unū rerum omnium potestati, utriq; uiuenti atque animatae legi, ac rationi quæ in omnibus esset, perq; omnia penetraret, omnia conuenirent, sub unum utiq; perfectē sapiens uinculum, ipsum scilicet Dei uerbum, ipsamq; legem coacta & colligata.

Non plures Dei filij, sed unus de Deo Deus. Cap. III.

Ceterū, quum unus sit pater, filium quoq; unum, non plures esse oportet, unumq; perfectum solum genitum Deum de Deo, nō autem plures. In pluribus enim diuersitas erit ac differentia, deteriorisq; introductio. Quare unus Deus, unius filij perfecti atq; unici, non plurium deorum neq; filiorum pater: quoniam quum luminis quoq; una sit essentia, ipsam item quæ ex eo generetur, perfectam unam ponere, omnis cogit necessitas. quam enim aliā præterea sobolem luminis cogitare possumus, nisi unum ipsum, qui ex ipso proficiscitur, omniaq; complet atq; illustrat, radium? quicquid enim ab hoc alienū fuerit, tenebræ erunt, non lumen. Idcirco etiam supremi omnium parentis quū lumen sit, quod nullis uerbis comprehendī potest, ne simile quidē ullum, primum exemplar fuerit, præter ipsum hoc solum, quod quidem ipsum dicitur, item de filio, fas est. Splendor enim est luminis sempiterni, speculumq; immaculatum diuinæ euidentiæ, & imago bonitatis eius. Ex quo illud dictum est, qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Ceterū à sensibili quidem lumine splendor separari non potest, filius autem seorsum à patre per ipsum subsistit: & luminis quidem splendor locum efficientiæ obtinet, at filius alius quiddam quam secundum efficientiam est, non per seipsum utiq; essentiam nactus, sed à patre. Rursus splendor simul existit cum lumine, illudq; quodammodo complet (nam sine splendore non cōsistit lumen) simulq; cum illo, & secundū illud subsistit. at à patre filius procedit, & illum generat: at ipse non genitus est, & ille quidem per seipsum perfectus ac primus tanquam pater, & qui autor sit ut filius cōsistat, nihil à filio accipiens, quo suam naturam qua cuius est filius existit, quippe qui à patre ut et sit, et talis acceperit. Rursus splendor quidem non ex proposito & uoluntate luminis splendet, sed secundum

Filius Dei
summa &
infinita sapi
entia.

Extra filium
Dei omnia
tenebræ.

OP. ANS. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.



quiddam quod ad essentia illius inseparabiliter accidit, filius uero ex sententia & proposito imago patris existit. Volens enim Deus filij pater existit, et alteru lumen in omnibus sibi ipsi simile substituit. quu ergo no genitu, sempiternuq; lumen unu sit, qui fieri potest, ut hoc diuersum sit ab illo ueluti imago quare dicitur ac no potius splendor quoq; quod æque lumen sit, in omnibus similitudinem primi exemplaris conseruans: quomodo uero illius item quod unu est imago fuerit, si non una ipsa quoq; sit: ut uidelicet non solum essentia eius quod primum est, sed etiam eius qui ad quantitatem pertinet numeri similitudine in dicitur: ita quidem ut unius sempiterni luminis unum sit perfectu lumen, non aut diuersa & plura, id quod primum & unicu genitum, editumq; est, ipsum utiq; illud perfectum bonum, de quo uno nos quoq; post eam quæ & principio & ortu caret essentiam, ut de Deo loquimur. Vnius ergo patris, unum esse filium oportet. Nam si fragrantia genus unu ex aliqua subiecta re proficiscatur, unu quoq; & eundem, qui in omnes diffundatur suauem odorem, non diuersos et plures fateri par est. Quum igitur primu illud, solumq; bonum, qui est omnium regnator Deus, diuinam, uitalemq; fragrantia, quæ animo & cogitatione durat taxat cõprehendi potest, produxerit, unam hæc fas est intelligere, plures nefas. Quid enim esse potest, quod quidem ab hac diuersum sit, quæ in omnibus patri similis est, quod non submissius sit, ac deterius: quod neuiquam nobis in filij theologia intro ducendum: uapor enim est uirtutis Dei, ac defluentia mera gloriæ omnipotentis. Nam ex bene olenti corpore, uerbi gratia, ex unguento aliquo, aut etiam ex floribus atq; odoramentis, quæ de terra nascuntur, bene olens quida flatus, præter illud primu subiectu corpus, in omne quod extrinsecus ambit, profunditur: ac dum latius refunditur, ipsum quoq; aerem cõplet: non sanè priuatione aliqua, aut diminutione, aut sectione, aut diuisione eius, quod primum subiectum est, corporis. Sed illo manente in propria sede, & eandem penes se conseruante naturam, fragrantiamq; illa procreante, nihillo deteriori priore, ipsum quoq; quod procreatur bene olens et fragras genus, quum propria habeat sedem atq; natura, hac ipsa, quam maxime fieri potest, id quod similitimu sit nature procreantis, imitatur. Verum hæc quidem terrena & mortalia, & inferioris nature quæ corrupendi uim habet, ac terrena est, particule quædam. Quæ aut ad propositam a nobis theologia pertinent, quu omnem exempli comparisonem exuperet, nihil tale quale ex corporibus manat, præ se ferunt, sed cogitationi solertissimæ intuentium, quali in speculo præbent, do centq; esse filium, qui genitus sit, no illum quidem, qui certis temporibus non fuerit, posterius autem sit natus, sed qui sit ante tempora eterna, atq; ante eam, et tanquam filius unu cum patre semper degat: neq; uero qui non sit genitus, sed ex patre non genito, genitus: qui unicu sit, qui uerbum, qui Deus de Deo: no diremptione aliqua, aut sectione, aut diuisione de substantia patris productus, sed qui de patris consilio ac uirtute, omnem elocutionem, omnemq; cogitationem superante ab euo, ac potius ante omne euum essentiam sit natus, modo quodam, qui neq; uerbis cõprehendi, neq; ratione colligi a nobis possit. Siquidem generatione eius, inquit, quis enarrabit: & quemadmodum nemo nouit patre nisi filius, sic filium quoq; nemo nouit, nisi unus, qui genuit illum, pater.

Pater in diuinitis ob genitum prolem nil perdidit.

Ad constitutionem uniuersi præexigitur unicus Dei filij antecessio.

Cap. IIII.

Veruntamen optimus pater, unu iudicauit unicu, ac dilectu filium omnium reru que creande essent, opificio præfici oportere, quippe qui unu quoq; mundum, quasi unu quoddam atq; inges corpus, ex pluribus, diuersisq; membris ac partibus, iam iam esset producturus, caputq; hoc no præesse ipsum quidem, de superiori aliquo, tanq; de altero maiori capite, diuinitate ipsa patris fuisse (caput enim Christi, pater) sed quod anteiret, anteq; omnia post ipsum genita esset, attamē idē præsto esset tū ad imperiū patris, tum ad opificiū earum rerum

rerum que posthac faciende erant. Quare iam diximus, illum omnium primu a patre, quasi quoddam singulare instrumentum omnis essentie & nature productum esse: instrumentum, inquam, animatum et uiuens, ac potius diuinum, uitalemq; uim in se habes, & sapientissimu, quod bona omnia gigneret, quod lumē præberet, quod coeli moliretur, quod mundu construeret, quod angelos efficeret, quod spiritibus, imperaret, instrumentu quod animas cõseruaret, quod corpora augetet, quod omnia prouideret, gubernaret, curaret, quod uim haberet regnandi, quod iudicandi, quod patris cultum & reuerentiā denunciandi.

Multa creatæ diuinæ potestates & una duntaxat filij, propter quam est imago patris. Cap. V.

Quare in uniuersum supra omne opificium, unam opus est diuinam potestatem admirari, non plures existimare: una enim omnino mundi effectrix potestas, et unum uniuersitatis opifex uerbum in principio apud Deu. Siquidem in principio erat uniuersum, et uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum: quod quidem oportet reuera non ignorare, colere autem & honore prosequi pro dignitate, quando quidem omnia per illud non modo ab initio rerum omnium existerent, uerum etiam in perpetuū semper & facta sunt, & sine illo factum est nihil. Siue enim uita quædam est in ijs quæ sunt, quod factu est, in illo uita erat. Ex illo enim ac per illud uniuersa & uitam & animā accipiunt. Siue numerus, siue pulchritudo, siue cõuenientia, siue ordo, siue temperatura, siue essentia, siue qualitas, siue magnitudo, cuncta unum rerum omnium cõtinetur ac disponit uerbum, & una Dei mundi effectrix uirtus omnibus præest. Si aut enim in nostro corpore plures sunt & uariæ partium differentiæ, una autem uniuersi opifex uis: non enim alia quidē Dei uis, capitis extitit natura, alia uero oculorum, & alia aurium, pedu item alia: ita quoq; quum uniuerso mudo una omnino diuina uirtus præsit, eadem erit & coeli & astrorum, & animaliu quæcumq; aut in aere, aut in terra, aut in mari degunt, & elementorum tam omnium simul, quam singulorum seorsum, præterea naturarum omnimodo uariarum, tam quæ genere aliquo continentur, quam quæ specie distinguuntur, opifex neq; uero alia est ignis, & alia aquæ, terræq; turfus alia, atq; aeris item alia effectrix uirtus: sed una atq; eadem rerum uniuersarum artifex sapientia, quodq; mundum effecit, hoc ipsum, de quo nos ut de Deo loquimur, uniuersi opifex Dei uerbum. Eadem his facit elementoru inter se amicitia, quæ ex eo quod certis temperamentis commixta sunt, cognatum ac germanum, & tãquam unius architecti opus, rerum naturam ostendit. Nam & terra quæ graue est elementu quu aqua innatet, neq; soliditate natura in profundu trahatur, sed feratur semper sublimis, neq; submergatur Dei uerbo, Deiq; cõsilio fidem facit. Humida item natura cum arida communicatio, quæ nihil corruptionis præ se fert, neq; cõsertim uniuersa restagnat, sed Dei nutu oculatissimo colligata tenetur, unum rursus atq; idem Dei uerbum esse demonstrat. Quid porro ignis: qui licet comburentis, corrupentisq; nature sit, tamen quu in lignis lateat, & omnis generis animalium corporibus certa temperatura connexus sit, terræq; atq; aquæ atq; aeri consociatus, deinde ratione ac mensura quantum unicuiq; opus sit, quantumq; utilitas postulet, omnibus sufficiens, propriarum uirtu obliuiscatur, nonne tibi rursus Dei uerbo ac potestati inseruire uidetur? Diei præterea, nonne quidē augmenta, nunc autē diminutiones, orbis itē annuos, ac circuitus temporu, astrorumq; in orbē motus, tū solis cursus, lunæq; conuersiones, tum inuensis, nunquid tibi esse fas putas, imprudentia, siue temeritate, siue fortuita, aliqua causam, auctore uniuersi enunciare: an Dei uerbu re uera, & Dei sapientiam, & Dei uirtutē, & hanc ipsam unā, non plures, efferre laudibus: nempe eam in homine, anima una, unaq; uis rationalis, plurimarū pariter reru potest esse

Elementorum inter se amicitia ostendit unam Deitatis potestatem.

OP. ANS. B. C. S. P. I.



*Unam in
numerabilia
les scientias
percipit.*

*Efficacia
uerbi diuini*

282 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 esse opifex. Nam & agrum colere eadem, & naues construere, & gubernare, et edifi-
 ficare audebit, postquam talia didicit. Sic mens una in homine, unaque ratio in
 uersatio innumerabilium rerum scientias percipiet, atque idem homo & geometria
 & astronomiam exercebit, disputationesque & de grammatica & de medicina
 proferet, nec non in disciplinis & in ijs, que manu ministerio conficiuntur excel-
 let, nec unquam tamen quisquam adhuc plures in uno corpore esse animas cen-
 suit, neque uero plures admiratus est, ob multarum disciplinarum perceptionem ho-
 minis facultates. Quod si quis ubi informem limi materiam nactus est, ac dein
 de manibus molliuit, tum animalis formam adiungat, ut alio quidem habitu ca-
 put, manusque, & pedes alio, & alio rursus oculos, tum genas itidem, auresque, &
 os, et nares, pectusque atque humeros informet suo illo fingendi artificio, non pro-
 pterea quod multos habitus, & membra & partes sub uno corpore fabricauit,
 totidem oportet fabricatores arbitrarit: an potius uniuersi artificem illico & co-
 fertim, qui uno consilio, unaque facultate totum est architectatus, extollere: cur igitur
 in hoc uniuerso quod unum est, quamuis multis partibus constet, multos o-
 portet confingere opifices, & multos deos nominare, ac non potius unam fatei
 re uera Dei uirtutem, & Dei sapientiam, quae una facultate, unaque solertia, cum
 clis rebus & naturam qua sunt & uitam largitur: necnon omnibus uariis de
 seipsa ubertatis fontem subministrat: Sic etiam solaris luminis una & eadem ac-
 celsio, simul, eodemque tempore aerem quidem irradiat, illuminat uero oculos,
 atque afficit tactum calore, terramque fertilem reddit, plantas auget, tempus pro-
 ducit, praestit sideribus, caelum ambit, mundum exhilarat, Dei uim manifestam
 quae in uniuerso inest, commendat, & omnia haec uno momento naturae admini-
 strat, ac perficit. Ignis quoque natura, & aurum purgat, & plumbum liquefacit,
 & quum ceram dissoluat, limum tamen exiecat, & materiam adurit, & haec tam
 multa, una duntaxat ut comburendi efficit. Eadem ratione caeleste Dei uerbum,
 quod & solem ipsum, & caelum, & mundum uniuersum fabricauit, quum efficacia
 ui sua cunctis rebus intersit, & per omnia penetret, soli quidem ac lunae atque a-
 stris, de propria semper affluentia facultate, instar pluuiarum lumine infundit: caelum
 aut quum suae magnitudinis ab initio appositisimam imaginem protulerit, in
 omne aeuum sufficit, contineturque: quae aut supra caelum, supraque mundum degunt
 potestates, angelorum utique ac spirituum intelligentes rationalesque naturae, eas &
 uita simul & lumine, & sapientia, & uniuersae probitatis atque honestatis uniuersa
 uirtute, de suis implet thesauris, idque uno eodemque artis opificio. Elementa
 uero naturas quibus sint, praebere nunquam desistit. Misturas autem & tempera-
 menta, & species, & formas, & habitus, qualitatesque innumerabiles, tam in ani-
 malibus quam in plantis, tam in animis quam in corporibus, tam in rationalibus quam in
 brutis, alias aliter uarians, & cunctis simul omnia una ut subministrans, & su-
 per omnia mentem hominibus, suae ipsius cognitricem, contemplatricemque sa-
 pientiae donans, perspicueque atque euidenter cunctis assistens, unum mundum
 ostendit unius artificis uerbi opus. Talem igitur unicum filium, sui consilij effe-
 ctorem ac magistrum, ac cunctarum rerum opificem, supremum atque ipsius opificis
 Deus & parens primum omnium genuit, per illum & in illo eorum, quae futura erant
 opifices rationes sufficiens, seminaque constitutionis, gubernationisque uniuersae
 in illo coepta habens, nonne oculis intueris mundum uniuersum, quae caelestia unum
 complectitur: innumerabiliaque circum hunc tripudia, & astrorum conuersiones: Sol
 ite unus duntaxat non plures, abundantia luminis omnium occultat splendores.
 Sic sane quum unus sit pater, unum etiam filium esse oportet. Quod si quis id repre-
 hendat quod plures non genuerit, hic iam illud quoque acculare poterit, quod non
 plures soles, & lunas, & mundos, & alia innumerabilia condiderit, & more inu-
 nientis cuiuspiam, quae recta sunt, beneque in natura se habent, peruerrere molitur.

Hac igitur ratione, quemadmodum in rebus quae sub aspectum cadunt, sol unum
 A: prima mundi constitutione Christus praesidet ppy. mentibus. Cap. VI.
 uniuersum

uniuersum illustrat hunc sensibilem mundum, ita in ijs intelligentia sola capiunt,
 immortales & incorporeas potestates, & intelligentes ac rationales naturas,
 quasi innumerabiles stellas lucisque fontes, unum Dei perfectum illuminat uer-
 bum: liquidem oportuit unam quoque super omnia esse omnino legem, atque in
 omnibus. & per omnia penetrans Dei uerbum, ut etiam in hoc imaginis simili-
 tudo cum patre usquequaque seruet, tam in eo quod ad uirtutem, quodque ad pote-
 statem atque essentiam pertinet, quam in eo quod ad unitatis singularitatisque nu-
 merum. quum autem alioqui multiformis ac multimoda gignendarum rerum natu-
 ra, innumerabilibusque ac uariis alijs mutationibus, ob suam ipsius imbecil-
 litatem obnoxia futura esset, nec non a supremi patris uirtute declinata, ob il-
 lius naturae superlationem, quae nec dici potest, & omnino infinita magnitudi-
 nis est, neque unquam ad id facultatis peruertura, ut ipsa ortum habes, aut illius diuini-
 tatis particeps fieret, quae nec ortum habet, nec capi comprehendere potest, aut in-
 tuere sursum, intenderetque aciem contra illos luminis sempiterni radios, qui nul-
 lis uerbis exprimi possunt: nimirum necesse fuit, nec iniuria, ut optimus pater
 & uniuersi conseruator, nec omnino rerum protinus gignendarum natura, si cum
 ipso nihil prorsus comunicaret, maximis bonis priuaretur, media quanda uni-
 tate unum interponere, quae certissime & quam proximam & quam familiarissime
 cum ipso patre uersaret et colloqueret, aequaliterque cum eodem arcantis frueretur,
 benignissime uero demitteret se, & quoquo modo fieri posset, conformaret ad
 eos qui a summo deficiunt, quique propter suam impotentiam quasi alteram manum
 desiderant, & profectu atque adiumento indigent, quo solis splendore sensim ac
 benigne se ad nos demittentem intueri queant, alioqui pure mereque lucis ui, pro-
 pter infirmitatem corporis frui non possint. fingamus enim inueniendam uerita-
 tis gratiam, nitidissimum illum solem ipsum, seipsum de caelo dimittere, & cum homi-
 nibus in terra uersari, num liberum sit atque indifferens earum rerum quae ad ter-
 ram pertinent, cuiuspiam permanere: minime id quidem. nam correpta omnia a-
 nimata simul cum inanimis, assidua nimisque lucis immisio corruperet, citiusque
 oculos intuentium caecaret, longeque magis noxiae & corruptionis author omni-
 bus fieret, quam iuuaret quempiam, qui ipse quidem natura talis non est. uerunta-
 men erga nos quae propter imbecillitatem ipsorum, propria minus idonei essent ad
 ferendum, atque ob id nimis superatisque splendore minimam capaces talis euade-
 ret. Cur ergo sunilia de Deo audires admiraris, cuius quidem & sol est opus, &
 caelum uniuersum, & mundus: liquidem illius uirtutis atque essentiae, quae nullis
 uerbis, nullaque elocutione exprimi potest, nihil eorum quae sunt in parte aut com-
 municatione uenit, praeter unum duntaxat, quae ipse pater cunctis reb. proui-
 dens, ante alia cuncta constituit, ne omnium quaecumque facta essent penitus na-
 tura corrueret, quae propter infirmitatem atque impotentiam propriam, longe recedit ab
 illa patris essentia, quae neque genita est, neque capi, comprehendere potest, sed ut
 maneret, cresceret, nutrirer media illa fruens largitione, quam unicum genitum
 Dei uerbum, nunquam uniuersis sufficere desinit: ad omnia uero penetrans, & un-
 deque omnia peragrans, salutem omnium equaliter prouidet, & rationalium & bruto-
 rum, & mortalium & immortalium, & caelestium & terrestrium, diuinarum quoque
 potestatum, atque earum quae aspectus nostros effugunt, denique omnium quaecumque
 illum id quod sunt accepere, longe tamen amplius atque excellentius intelligentis,
 rationalisque naturae, propter quam ne humanum quidem aspernatus est genus, sed ho-
 more potius et cura ingenti profecutus, ob oppositam peculiariter ad seipsum ra-
 tionis & uerbi necessitudinem & coniunctionem, in qua etiam ad ipsius imaginem
 formam accepisse in iacris oculis dictum est. Sed ille quidem suam ipsius imagi-
 nem, tanquam Dei uerbum cunctam intelligentiae & rationis capacem naturam,
 ab initio fabricationis uniuersi substituit, atque idcirco principem, regemque om-
 nium quaecumque in terra sunt animalium, constituit hominem, eumque liberum & suae
 ipsius

*Per filium crea-
ta in esse
conseruatur*

OP. A. IV. S. B. C. S. M.



ipſius poteſtatis dimiſit, qua & ad boni contrarium ferri poſſet. Hic uero nō bene ſua ipſius poteſtate uſus, et à recto itinere abiens diuerſus, in contrarium delatus eſt, nō reputans quid Deus & dominus, non quid ius & fas, non quid pietas poſtularer, ſed inſtar beluarum, quę rationis expertes ſunt, oēs inhumanaſ atq; immodeſtaſ actioneſ aggrediens. Optimuſ igitur atq; omniū regnator, ipſe altiſſimuſ Deus uniuerſi, qui ſemper ea quę ſeipſum deceant facit, ne abſq; certis principib; ac præſectiſ, inſtar iumentorū irrationalium eſſent, qui in terra uerſabantur homineſ, tutores illiſ & curatoreſ quali quofdā armento rum duceſ atq; paſtores, diuinoſ angelos dedit, principe omnium declarato, omnibuſq; præſecto unico, primoq; genito ſuo ipſiuſ uerbo. Huicq; ipſi ſortem præcipuā, angeloſ ipſoſ atq; archangeloſ, diuinaſq; poteſtateſ, materiq; omniſ experteſ, ac ipſo cœlo ſuperioreſ ſpirituſ, nec non ex iſ quę etiā ap- pellationibuſ Hebræorum, iacob atque iſrael nominantur.

Solis Hebræis olim cognitio Dei patre facta. Cap. VII.

Hoc ſane myſteriorum omnium maximo, primuſ theologorum Moſeſ in Arcanſ, Hebræoſ ueteres inſtituit, ſic dicens: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maſoreſ tuoſ, & dicet tibi: quando diuidebat altiſſimuſ gen- teſ, & diſſeminauit filioſ Adam, cōſtituit terminoſ gentium iuxta numeroſ angelorū Dei, & facta eſt portio Domini populuoſ eiuoſ iacob, funicuſ hære ditatiſ eiuoſ iſrael. Hiſ quidem uerbiſ altiſſimū eum, qui pater eſt, quiq; ſupra omnia, Deum uniuerſi nominat: Dominū uero huiuſce uerbum, id ſane quod nōſ à patre genitū, appellatione Domini ueneramur. Ceterū præſectiſ qui- dem ac tutoribuſ gentium, uifum noſtrum effugientibuſ, ipſiſ utiq; angelis, cum ceteraſ genteſ & filioſ hominū, quoſ filioſ Adam uocat, ipſiuſ altiſſimi Dei iudicio, & nobiſ occultiſſimſ rationibuſ, ac diſtributoſ fuiſſe, omnium uero eminentiſſimo præſidi ac regi uniuerſi, ipſi utiq; Chriſto, tanquam unico uero ex ipſiſ hominib; iacob atq; iſrael: hoc eſt omne quod cunq; & uifū percipi po- teſt, & cultum Dei amplexum eſt, traditū fuiſſe genuſ. nam qui ad uirtuteſ pro- poſito certamine exercetur, atq; adhuc pugnat & luctatur in gymnaiſiſ pira- tiſ, hic Hebræorū uocabulo dicitur iacob: qui uero iam uictoria ac præmiorū apud Deum compoſ eſt factuſ, iſrael appellatur: qualis uidelicet fuit ille ipſe nōtiſſimuſ totiuoſ Hebræicę gentiſ autor, eiuoſq; ueri ac legitimi filij, atq; homi- nepoteſ, uetereſ item propheteſ omneſ, & qui Deo grati fuerunt uiri, noliſ hi quæſo putare ludęorum conuentum hac appellatione ſignificari, & eoſ ho- loſ qui apud prioreſ olim uirtute ac pietate perfecti extiterūt. hoſ itaq; altum ptoſ ductor omniū ac princepſ Dei uerbuſ, ad uniuſ patriſ, ipſiuſ altiſſimi ſe- licet cultū reuocabat, ſupra omnia quę ſub uifum cadunt, atque ultra cœlum, ultraq; omnem quę cunq; facta ſit naturam, eoſ qui iubenti paruiffent ſenſim benigneq; inuitant, ſolumq; illiſ eum qui genituſ non eſt, uniuerſi condicio- rem Deum altiſſimū colendum tradent.

Gentes coluerunt astra que dam, quum hæc magis ad cognitionem creatoris hominem inuitare debuiffent. Cap. VIII.

Aliarum uero gētium præſecti angeli atq; paſtores, eoſ qui mente, illum qui uifū mortali cerni nequit, intueri non poterant, neq; tam alte ob do- meſticam imbecillitateſ aſcendere, ea quę in cœlo ſpectantur contemplari ſu- debant, ſolem, & lunam, & ſtellaſ: quę quidem quum uel in cadente ſub uifum noſtrum uniuerſi natura præniteant, ſuſum atque oppido quā propet tanquam in ipſiſ omnium regiſ ueſtibuliſ, ipſoſ intuentium aſpectuſ allucide, atque ex earum rerum magnitudine ac ſpecie, quę quum factę ſint, cernun- tur oculiſ proportione quadam, autoris parentiſq; omnium cognitionem, contemplationemq; præ ſe ferunt. Inuiſibilia enim ipſiuſ (ut ait diuinoſ A- poſtoluſ) à creatura mundi, per ea quę facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur, ſempiterna quę eiuoſ uirtuſ, & diuinitaſ. Hoc quoque magnuſ Moſeſ ruruſ ut arca-

ut arcanum & ſacrū inducit: Nam Domini ſortē adhortant, ut mente lucida animoq; purgato ea quę ſola intelligentia capiunt, & corporiſ expertia ſunt, concupiſcat, prohibet ea quę in cœlo ſpectantur admirari, ſupra à ſe dictiſ ad- ſungent, quod hæc diſtribuit Dominuſ Deus tuuoſ cunctiſ gentibuſ. cur autē diſtributa fuiſſe dixerit, cognoſcere operaſ precium eſt. Quū multiplici errore uagetur, & nobiſ haud cernentibuſ circum hunc aërem qui terram ambit, ter- reſtriſ quędam uoliteſ ac dæmoniaca natura, quam homineſ neq; cognoſce- re, neq; diſcernere idonei ſunt, quomq; honorum item ſpirituū ac poteſtatiū, & ipſorum deniq; diuinoſ angelorū natura, ab ea quę in deteriuſ lapſa eſt continenter diſſideat, non aliter iſ qui à ſupremi omnium regiſ cultu decli- naſſent, reſ bene poterat cedere, quā li eorū quę in cœlo ſpectantur, quę præ- ſtantiſſima ſunt, elegiſſent, periculum enim non mediocre erat, nec ubi Deum quærenteſ, & curioſi quę ad aſpectum non ueniunt indaganteſ. diſſicultate earum rerum, quę latent obſcuręq; ſunt, ad contrariaſ dæmoniacaſq; pote- ſtateſ uertentur. ex iſ igitur quę cernuntur oculiſ omnia Dei opera, ualde conueniebat iſ qui nihil præſtantiuſ concupiſcerent, quauis ratione cōmen- data eſſe: quippe quum ex iſ ille, qui oculi� cerni non poteſt, quali in quodā ſpeculo contemplantuſ appareat.

Satane poteſtaſ Deo inimica hominum genuſ ſeducit. Cap. IX.

Et hec quidē ſic ſe habebant, aduerſantiſ uero ac rebellis poteſtatiſ factio ſiue dæmonū ea ſit, ſiue aliorū etiā deprauatorū ſpirituū, qui & pluſ & minus de malitia reportant, grauiuſ præterea cuiuſdā magniq; demo- niſ, qui omnium principatuſ inter eoſ obtinet, qui primi in diuino cultū nu- tauerunt, atq; ob id proprium uocabulum amiſere, ſaluti hominum inuident, in contrariam partem trahebat, omniſq; generiſ malitię machiniſ, cunctiſ gen- tibuſ, ipſiſq; etiā ſorti Domini, ex inuidia honorum, inſidiabatur: proinde Deo aduerſam impiamq; magni illiuſ dæmoniſ cogitationem, propheticuſ ſpirituſ in Eſaiã ſic propemodum reprehendit, dicens: Dixit enim, In fortitu- dine faciam, & in ſapientia intellectuſ auferam: terminoſ gentium, & robur earum deprædabor, & quatiã ciuitateſ quę habitantur, & orbem terrarum totum comprehendam manu quali nidum, & quali oua derelieta tollam: & non erit qui effugiat me, aut contradicat mihi. Hæ ſane illiuſ imbiſ & con- tra Deum pugantiſ uoceſ, qui in robore malitię gloriatur, & angelis ab altiſ- ſimo traditoſ gentium terminoſ, direpturum ſe & conſuſurum minatur, orbemq; deprædaturum, & omne genuſ hominum excuſurum, eiuoſq; prio- rem ordinem mutaturum iactat. Si uero quo animo talia de ſeipſo mentire- tur, ſcire uiſ, audi eandem prophetiam, ſic ruruſ de illo dicentem: Quomodo cecidit de cœlo lucifer, qui mane oriebatur, contrituſ eſt in terram, qui mitte- bat ad omneſ genteſ. Tu uero dixiſti in mente tua: In cœlum aſcendam, ſuper aſtra cœli ponam ſedem meam. Aſcendam ſuper nubes, ero ſimiliſ altiſſimo. Nunc autem ad infernum deſcendeſ, & ad fundamenta terrę. Sanē pluriſa ſimul hiſ uerbiſ declarat oraculuſ: nam & illiuſ quo loquitur amentiam, & eiuoſdem à meliori ſtatu ad deteriuſ ruinam, & ipſiuſ ruinaſ exitum. Qui qui- dem quum grauiſ atq; odioſa cunctiſ gentibuſ minatuſ eſſet, alia ratione ca- pi poſſe homineſ, in ipſiſ machinãdi exordiſ depræhēdit, quippe qui facilem atq; ex ſua ipſorum ſententiã lapſum ad malum, propter libertateſ arbitrii, poſſi- derent. Quare igit à moleſtiori ſtatu ciuitateſ, uoluptatiſq; blãditijſ multo- ri animas trahere in omne genuſ nequitieſ, omneſq; adhibere machinaſ, tur- peſq; de diſ fabulaſ atq; obſcenaſ narrationeſ cōminki, & iucunda omnia ac uoluptateſ afferentiã iſ quos caperet, artibuſ ac fallaciſ dæmonum iniicere, ita delere & confundere terminoſ gentium, quod etiā ſe facturum minatuſ fuerat uerbiſ illiſ: Auferam terminoſ gentium, & robur earum deprædabor, & qua-

Lucifer princeps dæmonum

OP. A. F. W. B. B. C. S. M.



Imperia
tana in ho-
mines.

& quoniam ciuitates quae habitant, & orbem totum comprehendam manu quasi
nidum. Inde iam illa posthac per errorem, in omnes homines imperium obtinuit,
ac mali demones in omni loco, & ciuitate, & regione, sub certo principe dispo-
siti instructi sunt, itaque terrestribus potestatibus ac spiritibus malis, pro prio-
ribus Dei ministris omnis uita hominum addicta est, omnibus, certatim ac prodi-
ui alacritate in lubrico uoluptatis proficietibus: adeo quidem, ut iam naturae ter-
minos transilirent, & modo se mutuo ardore corrumperent, modo quae dicen-
da non sunt, patrarerent, & quae ne cogitatione quidem conspicerentur, ea non solum
facerent, uerum etiam opinionibus, quas de dijs suis habebant consecrarent, hocque
etiam amplius tanquam dijs grata & iucunda, lasciuia omnia cum delicijs plurimis
perficerent. Inde iam (quemadmodum scribit sacer Apostolus) non contenti in
Dei operibus, quae in caelo illustrata sunt, euauerunt in cogitationibus suis, &
obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt,
& mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudine imaginis corrupti-
bilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium. Quod autem antiquis-
simis temporibus, sola coelestia lumina mortales attenderent, neque ulla similitu-
dine cognita haberent, neque in errore ac fallacia daemonum uersarent, abunde
satis demonstrauerit testimonium eorum, qui ab hac ratione nostra alieni sunt,
quod in primo Preparationis ante hoc ipsum opus exposui, ubi plane demon-
strari non manu elaboratis signis, quae ex inanima aliqua materia ipsi fabrica-
sent, ac ne demonibus, quidem uisum nostrum effugientibus, antiquissimos homi-
nes seruire solitos, sed illis solis, quos gentibus, distributos fuisse diuinam literam
firmat. Quare iam tempus est, ut Graeci quoque ipsi, quorum uoces illic exposui,
fateantur recentiore ac peregrina, alienamque a religione antiquorum, intro-
ductam esse ab ipsis simulachrorum superstitione, & uisum nostrum effugientium
spirituum superfluam obseruantiam. Id autem omne ille de quo dictum est Dei
inimicus, dum omnibus qui in terra sunt insidias facit, molitus est. Adiuuabat
autem illum omne impurorum daemonum genus. At uero ipse malitiae principis
haec faciebat, amantia immensi fastus adductus, ut quae cunctis hominibus, uehe-
mentius intendere: atque impurorum, malorumque daemonum ministris, oracu-
la & cultus & alia eiusmodi, praestigijs ac fallacijs hominum obijceret.

Quemadmodum necessarius fuit aduentus filij Dei ad homines. Cap. X.

Quoniam igitur in tanto malitiae prouentu, qui prius angeli praefecti genibus
fuerant, nihil suis quisque auxilijs ferre possent, ac reliquum quidem opus
conditores Dei curaret, certisque mundi partibus, praesentibus, atque omnium
opifici Deo, de more ad nutum praesto essent, mortalium uero ruinam neque
quam apprehenderent, propter ipsorum hominum in malis eligendis liberam
potestatem, diuturnus quidem atque immedicabilis omnes qui terram inco-
lerent possidebat morbus, gentesque stimulis alias alijs mali spiritus in feram
agebant, quibus ille agitata in profundum insanabilis malitiae uoluebantur.
Iam enim quidam more beluarum, quae & crudas & humanas carnes deuora-
re consueuerunt, uesci charissimorum sibi carnibus pulchrum existimabant,
omniisque pudore abiecto, & matribus & sororibus & filiabus commiserent, atque
eos qui consensissent strangulare, & mortuos canibus, uolucrisque proiece-
re. Iam uero quod tibi commemorem, & maxime deorum, ipsorum utique
malorum daemonum, omni crudelitate atque immanitate refertas humanas ui-
ctimas, in quas humanum genus insanire coegerant: haec igitur in ijs quae opus
hoc antecellerunt, quod nunc in manibus est, ipse praeparauit. Etenim quum esset
nidem occuparat, proposita essent, nullusque eorum angelorum qui praefecti fue-
rant, malis subuenire esset idoneus, merito illud Dei uerbum, ille Saluator uni-
uersi, salutari nutu patris, qui humani generis est amantissimus, ne hoc ipsum
illi cum

Anthropo-
phagi.

illi tam clarum genus in impietatis profundo uersaretur, antea quidem exiguo-
s quosdam atque obscuros proprie lucis radios, per prophetam Moysen, perque
eos Dei amicos uiros, qui ante illum & post illum floruerunt, emisit: sicutique ho-
minum malis, remedium in sacrosanctis legibus, afferens. Proinde sic plane ipsum
Dei uerbum, ad Hebraicam gentem dicit, ubi per Moysen leges illi dat: secundum
instituta terrae Aegypti in qua habitastis, non facietis: & secundum instituta terre
Chanaan ad quam ego introducam uos, non facietis, & in legibus illorum non
ambulabitis. Iudicia mea facietis, & praecepta mea seruabitis. Ego sum Domi-
nus Deus uester. Deinde ubi omnia interdixit, & infandas nuptias, & omne
impudicum facinus, Ne foeminae cum foeminis, mares uero cum maribus misceren-
tur, adiungit, Ne polluamini in omnibus his. Nam in omnibus, his polluta sunt
gentes, quas ego expellam a facie uestra: & polluta est terra, & retribui iniustitiam
illi, & abominata est terra sedentes in ipsa. Et alibi rursus dicit: Quum uero in-
gressus fueris in terram quam Dominus Deus tuus dat tibi, non discas facere se-
cundum obominationes gentium illarum, non inuenitur in te, qui iustret filium
suum, aut filiam suam in igne, diuinans diuinationes, aut ariolus, aut augur, ue-
nificus, incantator, pythonica mulier, prodigiorum inspector, aut qui percon-
tet mortuos: est enim abominatio Domino Deo tuo omnis qui facit haec. Nam
propter istas abominationes Dominus Deus tuus delebit illos a facie tua: per-
fectus eris in conspectu Domini Dei tui. Haec quidem, aliaque innumerabilia re-
gionis documenta & praecepta, per Moysen illis Deus uerbum, antea in legibus
dabat: atque ut in rudimentis fieri solet, religiosae uitae elementa, per signa & um-
bratilem quaedam corporalemque adorationem in corporis circuncisione, perque
alia quaedam eiusmodi quae in terra conficiunt, tradebat. quum uero procedente
tempore, nullus tam patens, ne prophetarum quidem qui post illum extiterint, ut
remedium malis uitae afferret, ob nimis abundantem malitiam, esset, ac damo-
nica efficacia quotidie in maius impelleret, usque adeo ut ipsa quoque Hebraica
gens, eadem cum impijs perditione raperetur: tum denique Saluator ac medicus
uniuersi, descendit ad homines, ut uel angelis suis pro hominum salute opem fer-
ret, quum hoc illi se largiturum pater antea promississet. & quidem quemadmo-
dum ipse in Psalmis docet, ubi ait: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego
hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes haereditate tuam, & possessio-
nem tuam terminos terrae. Non igitur ille amplius ut eum solum Israel qui iustus
quidem esset, sed idem uisu comprehendere posset: neque ut sola propriam sortem,
sed ut omnes in terris gentes, quae antea pluribus angelis attributae erant, et in
omnis generis impietatibus uersatae atque implicitae sub sua potestate redige-
ret, atque omnibus notitiam & amicitiam cum suo patre denunciaret, solutio-
nemque ac remissionem ignorantiarum ac peccatorum se exhibiturum promit-
teret, uenit, quod quidem uel ipsemet perspicue docuit, dicens: Non indiget be-
ne ualentes medico, sed male habentes: non ueni ut uocarem iustos, sed pec-
catores ad penitentiam. Quum itaque praesens a proprijs angelis, illis inquam, qui
prius gentibus praefecti fuerant, uisus esset, illi continuo suum adiutorem suumque
Dominum, oppidum quam certe atque exploratam adnoscentes, maxima cum laeti-
tiam accesserunt, eisque ministrare coeperunt, quemadmodum uel sacra Euangelij
docet scriptura, ubi ait angelos accessisse, eisque ministrasse. item ubi commemo-
rat multitudinem militum caelestium, laudantium Deum, ac dicentium, Gloria in altissi-
mia Deo, & in terra pax, in hominibus bona uoluntas. Hos igitur tanquam pro-
prios angelos, sui ipsius indigentes auxilijs sic sane recepit, qui uero iam diu in
terra, potentiam atque imperium obtinebant, eos indigenti diuinaque potestate fu-
gatos subegit, demones utique perniciosos, ac spirituum agrestium atque immitium
genera, una cum eo qui inter hos malitiae principatum obtinet, calidissimo ui-
delicet illo, atque impurissimo daemone, sicut eorum nonnulli sentientes dixerunt:
Quid

Filius Dei
quare des-
cendit
de caelis.

OPERA V. S. B. C. S. M.



Quid nobis & tibi fili Dei? uenisti ante tempus torquere nos? & hos quidem per ea quae & fecit & docuit, ualidissime cecidit: omne autem humanum genus allocutionum mansuetis ac placidis quasi medicamentis, suisque ipsius blandis exhortationibus ac documentis sanauit, & ab omnis generis morbis ac perurbationibus non minus corporum quam animorum liberauit. quumque ab antiqua superstitione, ac terroribus, quos error multitudinis deorum afferebat, atque a turpi, petulantique uictu, omnes se aduertes solutos dimitteret, traduceretque ac mutaret eos, qui seipsum obseruaret, a luxu ad modestiam, ab impietate ad pietatem, ab iniustitia ad iustitiam, ac praeterea a crudelium daemonum potestate, ad diuinam uerae pietatis comprehensionem: postremo caelestis uitae doctrinaeque pietatis portas, gentibus per totum orbem apertas ostenderet, usque adeo seipsum demittebat, ut non solum laborantibus, grauique animo aegrotantibus salutarem dextram porrigeret: uerum etiam de ipsis iam portis mortis semimortuos, uel eos quoque qui penitus interiissent, iamque diu sepulti essent, a mortis uinculis solueret. propter quam maxime causam illi fuit opus ad illa usque loca efficaciam agendi propagare, ut uidelicet non solum in uiuis, uerum etiam in mortuis dominaretur. Dum igitur cum patre est, atque uniuersae prouidentiae diuina uirtute administrat, caelum ipsum unam cum terra, & naturas quae in illis continentur, atque eas quae supra caelum ipsum intelliguntur diuinas & incorporeas tuetur & curat, Dei uerbum, & Dei sapientiam, & Dei uirtus, & princeps, & dux, & rex. Quinetiam & Deus & Dominus in diuinis oraculis cum laude & gloria nominatur, & illuminator quidem incorporearum, intelligentiumque naturarum. Sol uero iustitiae ac luminae ueritatis est dictus, qui subseruit atque operam suam immiscet paternis dispositionibus, ex quo patris minister & opus ex nuncupatur. Solus uero certo ordine nouit Deo obtemperare, qui etiam medius intercedit, inter Deum qui genitus non est, & eas res quae post ipsum genitae sunt: qui uniuersae curatione assumpsit, & patri pro omnibus qui illi parens est consecratus, solusque illum omnibus mitem, propitiumque reddit: qui pontifex aeternus, ac praeterea Christus patris uocatur. Sic enim apud Hebraeos olim appellabantur, qui imaginem primi per quaedam signa referebant. ac dum angelorum quidem ordinibus imperat, atque ipse praestit, magni consilij angelus esse dicitur, & militie caelestis dux, ac maximis copiarum Domini imperator. Dum uero ad haec nostra descendit, nostramque ipsorum rationalem naturam, & suae imaginis causa & bonitate patris assumit, ex quo sane paruulis atque insipientibus, ac prope modum pecoribus imperare uidetur, pastor ouium dictus est. Quatenus uero animarum aegrotantium medela pollicetur, merito saluator ac medicus dicitur. Hoc enim apud Hebraeos Iesu appellatio significat. Ceterum quum ipsi humano quoque instrumento opus esset, quo etiam hominibus seipsum ostenderet, patrisque sui agnoscendi & colendi ueram rationem doceret, ne hunc quidem recusauit modum: sed strenuissime naturam nostram ingressus, ad homines accessit, ad Deum hominis specie, ingens miraculum ostendit, ut non solum obscure ac latenter, sine carne & sine corpore praesens, uerum ipsis quoque corporeis obtutibus patens, hominumque oculis miracula quae supra hominem sunt exhibens inuenda, sic quidem ad corporis etiam aures, linguae, uocisque articulatione fungens officio, documenta hominibus praebere, diuinumque re uera atque admirabile spectaculum, quale nullum aliud adhuc uisum esse memoratur: quippe quod & salutare, & idem beneficium omnibus sentiretur, ipse seipsum ostenderet. Sicque etiam Deus uerbum, filius hominis dicebatur. & quatenus & homines uenerat, ut animis humanis medicinae, sanitatemque afferret, Iesus nominabatur. Nam ipsius Iesu apud Hebraeos appellatio, saluatorem plane significat. Itaque communi more ne uersari quidem nobiscum, haud indignum sua maiestate iudicauit, interim tamen nusquam desinens esse quod erat, sed in homine pariter Deum conseruans. Itaque statim in primo ad homines descensu, cum Deo diuinam commiscet

*Christi magna
significa
nominata in scri
ptura.*

A miscet nostri ortus admirabilitatem: quippe qui more nostro sit editus, & mortalis instar, hominem indutus: sed non tanquam homo, uerum ut Deus de purissima, nullasque experta nuptias uirgine, nequaquam uero ex concubitu, aut corruptione ortum eius, qui ipse apparebat, acceperit.

Quomodo Christus inter homines egerit. Cap. XI.

D Einceps uero reliquam uitam omnem eadem ratione peregit: nunc quidem similem naturae nostrae infirmitatem, nunc uero ipsum Deum uerbum praese ferens, dum ingentia quaedam atque admirabilia tanquam Deus efficit: ac quae futura essent, tanto ante praedicit: & qui a multis non cernitur Deus uerbum, eum ipsum factis planissime demonstrat.

Christus immensa ad nos charitate uictus, etiam mortuorum animas reuocauit. Cap. XII.

V ita etiam finem extremum quum ab hominibus discessit, initio eiusdem parem ac similem praestitit. Etenim usque ad mortem, atque usque ad ipsos mortuos leges erga homines charitatis ipsum uocabant, ut eorum quoque, qui antea mortui erant, animas reuocaret: quandoquidem omnium quicumque a condito aeuo fuissent, salutem ipse curabat, nec non ut sua morte deleteret eum qui imperium mortis habebat, quemadmodum diuina docent oracula. Atque in hoc quoque promiscue rursus dispensationem obiuit: quippe qui tanquam homo corpus de more sepeliendum reliquerit, ab eodem uero corpore tanquam Deus discesserit. Quum enim altius uocem emisisset; & patri dixisset, Commendo spiritum: solutus a corpore abiit, ne utiquam expectas dum mors ad ipsum accederet, sed illam cunctantem ac ueluti cessantem, ac potius coniectentem se in pedes & fugitantem, ipse a tergo insequens atque impellens, aternasque abditiorem tenebrarum portas refringens, & mortuis qui illic catenis mortis impliciti erant, remeandi ad uitam iter retrorsum aperiens. Hac sane ratione ipsius etiam corpus mortuum excitatum est, et multa corpora eorum qui dormierant sanctorum surrexerunt, unaque cum ipso in sanctam ac uere caelestem ciuitatem ingressa sunt, ut merito ex hoc in sacris literis dictum sit, Absorpsit mors quae inualuerat, & rursus, Abstulit Deus omnem lachrymam ab omni facie. Ipse uero uniuersi Saluator ac Dominus noster, qui Christus est Dei, uictoriaeque reportator dicitur, in propheticis uaticinijs mortem obiurgans inducitur, & animas soluens quae illic uinctae detinebantur, ubi uictoriae hymnum pronunciat, ipsa haec plane dicens: De manu inferni eripiam eos, & a morte liberabo eorum animas. ubi tua mors uictoria? ubi tuus mors stimulus? stimulus autem mortis, est peccatum: potestas autem peccati, lex. Talis sane illius uel usque ad mortem fuit dispensatio, cuius non unam causam qui uoluerit quare, sed plures inueniet, primam namque illam ipsum uerbum docet, ut tam in mortuis quam in uiuis dominaretur: alteram, ut nostras abstergeret maculas peccatorum, qui pro nobis sacrificatus, & pro nobis execratio factus sit: tertiam, ut tanquam Dei uictima atque ingens sacrificium, ipsi supremo Deo afferretur pro uniuerso mundo: quartam, ut sic fallaciosa ac daemonicae efficaciae uersionem moliretur: quintam ad haec, ut suis familiaribus ac discipulis uitae, quae post mortem apud Deum futura est spem, non oratione, neque uerbis aut uocibus, sed factis ac re ipsa repraesentans, & quod uerbis pollicitus fuerat, oculis ipsis intuendum subiiciens, confidentiores eos atque alacriores praestaret ad eam quae ab ipso instituta fuerat religiosae uitae rationem, omnibus simul & Graecis & Barbaris nunciandam, protinus itaque hos ipsos familiares ac sodales, quos ipse sibi de optimis lectos ascuerat, apostolosque suos ac discipulos de cognitionem, illi omne hominum genus docerent, unam interim omnibus, tam Graecis quam Barbaris, religionis instituens rationem. ea porro erat, ut a daemonibus procul recederent, eosque fugerent, deorumque multitudinis fallaciam

*Christus reu
surgens mul
tos a morte
excitauit.*

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



ciam declinatent, atq; unum solum supremum Deum uerè cognoscere, præterea liberationem ab ijs, quæ prius ignoranter commiserant, dummodo ne in iisdem perseverarent, & unam omnibus salutis spem, per illud quod ipse posuerat sapientissimè, ac cum omni uirtute uiuendi institutum, pollicebatur.

Natura diuina in assumpta humanitate ledi non potuit.

Cap. XIII.

Quum igitur hæc ita se habeant, non oportet te animo perturbari, tamen illi & ortum, & corpus, & dolores, & mortem, de materie experti atq; in corporeo Dei uerbo audis. ut enim solaris luminis radij licet omnia complectantur, & corpora mortua sordentiâ attingant, ipsi tamen nihil patiuntur: sic etiam, multoq; magis Dei uis incorporea, nature suæ nullam neque incommodum, neq; nocumentum accipiet, neq; unquam seipsa deterior fiet, quamuis incorporea quadam ratione corpus attingat. quid enim? an non absq; eo in quo homo factus est corpore, semper atq; ut que quæq; per totam elementorum, ipsorumq; planè corporum materiam penetrans, tanquam is qui Dei sit ratio quædam opifex sapientia, quæ ab ipso proficiscitur, in ea ipsa rationes & claudicant signat: dum uidelicet inanimis uitam, informibus uerò, & nullam nature speciem habentibus, formam, figuramq; imprimat, quasq; in se habet pulchritudines, incorporeasq; species, corporum qualitatibus immiscet, mouetq; ea quæ sua ipsorum ratione in anima, immotaq; sunt, terram, aquam, aërem, ignem, sapientissimo quodam omnium concinnitate referto motu: atque ordinat omnia quæcunq; inordinata sunt, eademq; auget ac perficit: ac sua ipsius diuina, rationalisq; uirtute accedit ad omnia, ac per omnia penetrat, omniaq; attingit: neq; tamen nocumenti quicquam ex earum rerum aliqua trahit, neq; suam ipsius naturam coinquinat: eadem itaq; est ratio, dum etiam inter homines degit, illos quidem antea paucos & numerabiles, solus utiq; eos, de quibus scriptum est, prophetas iustosq; uiros, ijsq; aliâ aliter se ostendit, nouissimè uerò iam omnibus malis impijsq; & Hebræis simul & Græcis, ex abundantia optimi patris bonitate amoreq; erga homines, beneficium seipsum salutaremq; exhibet, planè hoc ipsum ac publicè denunciâns: Non indigent (inquit) bene ualentes medico, sed male habentes. Non ueni ut uocarem iustos, sed peccatores ad penitentiam. uocabat ergo Saluator omnium, dicēs: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. uocabat ac sanabat liberaliter, per illud humanum instrumentum quod præ se ferebat, ueluti quidam musicus uir, qui per lyram quam sit doctus ostendit: nec non ægorantibus animis ijs quæ in corporibus debebant, ueluti optimus quidam medicus, dum cognata congruentiq; ope ipsum hominem curat, ipse seipsum exemplar omni sapientia, omninoq; uirtute refertæ uitæ præbebat, docebatq; interim ueritatem: non quam ab alijs compilasset, sed eam quæ & à seipso & à patre, præcis illis, qui tam multis ante sæculis à nostra ætate procul uixerant, Dei amicis, qui ante Mosem floruerant, Hebræis, ueluti lex quædã exposita esset: & corpora ipsa non minus curabat, q; animas. nam corporeis quidem hominum oculis, quæ per corpus ab ipso habebant, intuenta comparabat: rursusq; corporeis auribus doctrinam, per corpoream itidem linguam insonabat: nec non omnia perficiebat per eum quæ assumptærat hominem, ijs qui non aliter q; sic duntaxat ipsius diuinitatē sentire poterant: hæc namq; omnia ad usum atq; utilitatem omnium nostram, humanū genus omni prosequens amore Dei uerbum, paternis cōsilijs administrabat: ipse interim rursus & materie expertus, & incorporeus manens, cuiusmodi etiam patrem apud patrem erat, neq; mutans essentiam, neq; perdēs quod sine ipsius nature propriū erat, neq; uerò aut corporis uinculis impeditus, aut à sua diuinitate deiectus: ac ne domesticam quidem uerbi potestatem amittens, sed neq; ijs qui illi quidem ubi ipsi humanum uas aderat degeret tantū, in alijs uerò uniuersis partibus esse prohiberetur, etenim tunc quoq; quū inter homines uersabatur, nihil

Due nature in Christo impermixte

nihilominus omnia complebat, interim & cum patre & in patre idem erat, & omnium rerum pariter in eodem tempore, tam celestium q; terrestrium curam gerebat: nunquā ab illa præsentia, qua cunctis rebus adest, nostro more exclusus: neq; diuina, ne ageret more suo, impeditus: sed illa quidem à seipso comunicans homini, hæc uerò à mortali ipse non accipiens. Item mortali quidem uim diuinam suppeditans, à mortali uerò ipse non contra in partem, aut cōmutatē adductus. Neq; igit in partu à corpore ipse incorporeus inquinabatur, neq; item qui patibilis nature expertus erat, aliquid à mortali secundum essentiam patiebatur. Nam neq; uerbi gratia, dum lyra pulsatur, aut nerui conuelluntur, pati uerisimile est eum qui ita præludit, neq; dum cuiuspiam utri sapientis corpus torquet, illius sapientia, aut quam in corpore gerit animam cædi, aut puniri merito dicere possumus. eadem ratione ne utiquam, multoq; etiam minus, qd uerbi aut nature, aut uis, detrimenti quippiā ex corporis affectionibus trahat, affirmare par est. Nam supra ne luminis quidē illud appositum exemplū, polui solares radios dum cœlitus in terram demittunt, & lutum ac cœnū atq; omnis generis sordes attingunt, concedebat. Illuminari quidem etiā hæc ab ipsius luminis radijs, nihil sanè nos affirmare prohibeat. Solē uerò ipsum scœdari, aut lutosum fieri, dum eius lumen corporib. immisceat, nequaquam. At ista tamen non sunt à natura corporum aliena. Illud uerò omnis expertus materie, incorporeusq; Dei uerbu, quod ipsa uita est, & ipsum lumen intelligibile, & alia que cunq; prius enumerata sunt, quicquid diuina atq; incorporea sua uis attigerit, uiuere id, degeatq; cum lumine rationali necesse est. Hæc sanè ipsa ratione, qd cunq; etiam corpus attigerit, sanctificatum protinus id, illuminatumq; est, ab eodemq; egritudo omnis, omnisq; infirmitas, aliâq; eiusdem generis uniuersa refugiūt. Priuatio aut illius plenitudinem adipiscitur. Sic sanè etiam mortuū illud uerbi corpus, ubi exiguū quiddā, uirtutem illā uerbi attigit, tum exiccatur est: & mors uitæ effugit, & ipso lumine obscuritas dissoluta est: & qd corruptibile erat, induit incorruptionē: qd mortale, immortalitatem.

Christus primitiæ nostræ gloriose resurrectionis. Cap. XIII.

Cæterum quid nam aliud tandē: quā quod totus homo ab ipsius Dei natura aborptus est: & rursus Deus fuit, Deus uerbum, cuiusmodi fuerat etiam antequam homo fieret: & secundum Deum hominem fecit, spei nostræ primitias: hunc ipsum interim ad illius uitæ æternæ quam penes se habet, atq; ad dignitatis in diuinitate, ac beatitudine communitatem assumens: nobisq; itidem omnibus, futurè apud ipsum & cum ipso immortalitatis ac regni, maximum hoc præbens indicium.

Christus in Prophetis appellatur Deus, Dominus, & Pontifex. Cap. XV.

Hoc sanè fuit illius ad homines accessions extremum, ut sic eum qui ab ipsius patris cognitione aberrauit erat, ad eam ipsam reduceret, & cognatum atq; amicum, suaq; ipsius donatū, ornatumq; imagine, propriæ uitæ gaudijs ac possessione donaret, amicumq; illum ipsum patris ac familiarem efficeret hominem passum est. Sic sanè, ut paucis absoluam, hæc Saluatoris ac Domini nostri Iesu Christi consideratio & materia, uariam habēs dispositionem, ex prophetis Hebræorum oraculis confirmabitur, sanè quemadmodū paulo post accepta ab illis testimonia demonstrabunt, recentioribus literis uetera cōprobantibus, & angelicis testimonijs prophetica quasi certa impressa nota commendantibus. Cæterum quādo hæc ita se habent, tempus est deinceps de appellatione eiusdē disserere, quatenus & Iesus et Christus dictus est, necnon per quas prophetias nominatim antè sit denunciatus. Primumq; illud cōtem plemur, quid nam ipsum Christi nomen significet, antequam prophetica de ipsa primitiæ inspectione oracula colligere incipiamus. Par autē esse arbitror, de nihil profus nos lateat eorum, quæ hoc loco queri solent. Alius igitur ab ijs

OP. A. V. B. B. C. S. M.



Christus ab
unctione di-
ctus.

quæ propria sunt, & quæ ad nos magis spectant, initio sumpto, dixisset Moſem primum omnium in legibus poſuiſſe, eos qui Deo conſecrati eſſent, unguento cõparato ungi ſolitos, fragrantia ſcilicet quadam opus eſſe corporibus, ea quæ bene olere oportere ratus, quandoquidem omne quodcunq; malè oleat, ſcele ratis atq; immundis poteſtatibus eſt amicum: ſicut contra ſtudioſis bonitatis, quodcunq; fragrantia amet, ex quo etiam, ut incenſis & fumigationibus com poſitè ad abundantem fragrantia, ſingulis diebus uterentur ſacerdotes in tem plo legibus ſanxiſſe, ut dũ ſic aer miſcetur, & quicquid malè olet, repellit, de- fluentia quædã diuina precantibus immiſceatur, nam propter hanc ipſam cau ſam etiam unguentum odoratiſſimum, ad unguendi uſum unguentaria arte cõ poni ſolitur, ut eo ungerentur, qui communibus rebus publicè præficiendi fuiſſent, & Chriſti nomen primum Moſem iſs qui ita ungerentur impoſuiſſet id aut unctionis genus, non ſolum pontificibus fuiſſe traditũ, ſed & prophetis & regibus qui poſtea fuerint, quibus etiam ipſis ſolis hoc unguento ungi fas eſſet, hæc igitur dictũ quidem faciliora fuiſſent, longè tamẽ remota à diuina & ſublimi prophetæ ipſius intelligentia: ſiquidem admirabilis ille, atq; ingens re- uera ſactorũ administrator, qui omnẽ terrẽnam & corpoream naturã, in ſolis nouerat qualitatibus diſcretã, nullo modo aliã aliã honore aut precio dignio- rem iudicauit, utpote quũ omnia noſſet ex eadem orta materia, quæ neq; un- quam ſiſtit, neq; ſtabile quicquam in natura habet, ſemper aut fluit, & ad pro- priam corruptionem feſtinat, nõ igitur quod ſuaue eſſet in corporibus, elegit neq; ipſum per ſe quod ſenſus ipſos demulceret, prætulit: hoc namq; animæ ul- timum fuiſſet, quæ in humũ & ad corporum uoluptatẽ declinaret, etenim innum- erabiles effœminata corpora habentes, & alloqui uitijs obnoxij, & intempe- rantes, qui unguentorum operoſa uarietate uti ſolent, animas interim omni ſce- ditate omnibusq; ſordibus malè olentes circũferunt: ſicut econtrario qui Dei amici ſunt, ipſam uirtutem olentes, & multo præſtantiorẽ à modestia atq; à ſu- ſtitia & ab omni pietate halantem fragrantiam, quam de terrẽ odoramenti tra- hentes, odorem corporum quæ de materia conſtant, nihil proſus faciunt, hæc igitur quum egregie admodum percepta & cognita haberet propheta, unguen- torum atq; incenſorum nullam præcipuam gerebat curam, meliorum uerò ac diuinarum rerum imagines, quantũ poterat per corpora iſs qui ſic duntaxat, neq; uſquã aliter diuinas res doceri poterãt, exhibebat, Nam quod ipſum hoc diuinum quoq; oraculũ reſpõderit, palam deſcriptum habet, his uerbis: Vide ut faciat omnia ad exemplar qd tibi monſtratum eſt in monte. Igitur aliarũ re- rum quũ perficeret hæc quæ exemplar nominare conſueuit, illum unguenti uſum, illamq; unctionẽ ſanciuit. Sublimior tamen earũ rerum, & quæ de arca nis proferri ſolet ratio, pro mea dicendi facultate, talẽ habebat ſenſum, qd ſolũ eſt bonum, ſolumq; re uera fragrans & precioſum, atq; omnis quidẽ uite prin- cipium & fons, omnibus aut unã cum eo ut ſint, etiam id ut bene ſint largiens, unum ſanẽ illud Hebræorum ratio nouerat, qui quidem uniuerſi prius eſt au- tor, ipſum utiq; altiſſimũ ac totius regem, omniumq; rerum opificem Deum, Huius itaq; ſupremæ atq; ingenitæ diuinæ eſſentię uirtutem illam, quæ omnia ualet, omne bonum præſtat, omnem pulchritudinẽ ſubmiſtrat, diuinus ſpiri- tus, proprio & conuenienti exemplo conferens atq; accõmodans, Dei oleum appellat. Quare & Chriſtum, & unctum eum, qui illius particeps ſit, uocat. Oleum uerò in his noli miſerationem accipere, neq; in rebus aduerſis incero- rem: ſed id quod certæ plantæ fructus emittit, quod ex humida materia nihil habet admixtũ, quod lumẽ auget, quod feſſos ſubleuat, quod labores auferit, quod eos qui ipſo unguuntur hilares facit, quod inſtar luminis de ſeipſo uſtrat, quod ſplendores, nitidumq; ac micantem eorum qui ipſo utuntur comparat uultũ, quod utiq; ipſum etiam diuinæ literæ prodũt illis uerbis, Vt exhilaret faciem in oleo. Huic igitur exemplo ſupremam eius Dei, qui omnium eſt princeps,

omniumq;

omniumq; rex, uirtutem comparans oratio, eũ qui ſolus hoc toto unctus eſt, quicq; diuinæ atq; eius quæ cum nullis alijs communicatur paternæ fragrantia: princeps factus, & qui ſolo ex illo genitus Deus uerbum, cõmunicatione gi- gnetis ingenti, Deus de Deo eſt declaratus, Chriſtum atq; unctũ uocauit. Quocirca in Pſalmis ad hunc ipſum, qui à patre unctus eſt, ſic quoddã oracu- lũ dicit: Sedes tua Deus in ſeculũ ſeculũ, uirga directionis, uirga regni tui. Di- lexiſti iuſticiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus o- leo lætitiæ, præ participibus tuis. At uerò una quidem eſt olei natura: ſed un- guenti quæ eſt, ea multarum in idem cõcurſum ſignificat. Proinde etiã prima illa et ingenita omnium regis Dei uirtus, quatenus quidẽ ſimplex atq; incom poſita, nulliq; aliã naturæ commixta intelligitur, ſimplici olei locutioni collata eſt: quatenus aut plurimas in eodem conſiderationes comprehendẽdi uim ha- bet, ut quod facere poteſt, quod regnare, quod providere, qd iudicare, quod amore proſequi homines, quod ſalutẽ aſſerre, aliaq; innumerabilia quæ intel- ligentia conſiderantur, unguento ruruſus hæc ipſa quæ & multa & bona cõpre- hendere poteſt uis, meritò cõparata eſt: quo unguento eum qui Dei & uerus & ſolus eſt pontifex, unctum eſſe, diuina nos docet oracula. Et primus quidẽ ipſe Moſes, qui in arcanis diuinarum rerũ inſpectione ac, myſteriorũ, quæ ab ipſo in iſs uisionibus, quib. Deum præſentem agnoſcebat, de primo & ſolo un- cto, & pontifice Dei perfectũ ſunt, dignus habitus eſt, imagines iubet in terra & notas conſicere eorũ, quæ in illis Dei uisionibus intellexerat: ut qui talibus notis ac ſignis digni habitũ erãt, ea poſſent tantisper meditari, iſsq; ſe exercere, dũ quæ uera eſſent inſpicere non dabaũt. Iſ igitur ſelectũ interim ex iſs homini- bus, qui in terra uerſantur, uirum ad ſacra Deo faciendã idoneũ, primus Chri- ſtum nominauit: appellationem ad ea referens, quæ ſola intelligentia conſide- rantur, qui ſanẽ quũ hunc quadã fragranti unctione præſtantiorẽ cæteris ho- minibus declararet, uerifiſimè & planiſſimè denunciãuit, omnem naturã quæ creata eſt, multoq; etiã magis humanam per ſe, dũ à uirtute increata relin- quitur, præſtantioris cuiuſpiam fragrantie indigere: ſed quæ patris quidẽ illius & ingeniti eſt, eã attingere nemini fas eſt. Vni enim duntaxat unico, primoq; Chriſtus fra- granti un- ctione perſu- ſus.

ergo diuini id quod apud Moſem tertur, nota quædam erat. Diuisiones porro dem unigeniti cõmunicationem, bonorum compotes fieri poterãt: ſpiritus ergo diuini id quod apud Moſem tertur, nota quædam erat. Diuisiones porro & ſacerdotes, & prophetæ, & reges, opus eſſe arbitrabatur, utpote qui nõ pro ſeipſis ſolũ, uerum etiam pro tota gẽte Deo ſacrati eſſent. Quod aut rerum ma- gis diuinarũ, Moſaica illa nota quædam eſſent, & qd fieri poſſet, ut etiam ſine ter- reſtri unguento, qui diuino ſpiritu aſſati eſſent, Chriſti nominarentur, agedũ aliquanto diligentius conſideremus iam nunc. Dauid igitur in Pſalmo 104. dũ quæ ad Abraham, & Isaac, & Iacob pertinent, hiftorias repetit, ipſos planè illos ueteres patres, & qui ante Moſis ætatem fuerunt, Chriſtos uocat: nullam ob- aliam cauſam, qd propter diuini ſpiritus, cuius participes erãt, influentiã. In ex- poſitione igitur hiftoriarum, quemadmodum hoſpitio ab externis ſuſcepti, & ſaica narratione proditum eſt, prophetas illos ſimul & Chriſtos nominat: ta- dem comparatum adhuc fuerat. Audi igitur quod dicat Pſalmus: Memento ſerui eius, filij Iacob, electi eius. Ipſe Dominus Deus noſter, in uniuerſa terra iudicia eius. Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui, uerbi qd mandauit in mil- le generationes, quod diſpoſuit ad Abraham, & iuramenti ſui ad Isaac, & ſtatuit illud ad Iacob in præceptum, & ad Iſraël in teſtamentum æternũ, dicens: Tibi dabo terram Chanaan, ſuniculum hæreditatis ueſtræ, & tranſierũt degente in

B ; gentem,

OPAZFVSB. C. S. P.



194 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 gentem, & de regno ad populum alterum, non permisit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges: nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Haec enim David, Moses uero, etiam quos reges corripuit, narrat, dicens: Et castigauit Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum illius, propter Saram uxorem Abraham. Et rursus de eo rege, qui regnabat in Geraris, scribit: Et uenit Deus ad Abimelech in somnis noctu, & dixit: En mortuus tu propter mulierem quam tulisti, (haec autem erat uxor Abraham) Porro deinceps sermone progressus, de eodem ait: Nunc autem redde uiro suo uxorem, quoniam propheta est, & orabit pro te. Vides ut hoc in loco ueteres Dei amicos & prophetas David, ac potius per illum diuinus spiritus, Christos appellauerit nullo terrestri unguento unctos? qui enim, quum Moses posterioribus temporibus id instituerit? Ceterum, audi nunc Isaiam quoque ita de Christo manifestissimè canentem, tanquam de eo qui & redemptor & saluator à Deo sit mittendus ad homines, qui uenturus ut captiuas animas gerentibus, liberationem, mentes uero obcaecatas, uisus recuperationem nunciet. Hunc enim rursus propheta non comparato unguento, sed eo quod paternae diuinitatis sit proprium, & sola intelligentia capiatur, Deumque ipsum maximè deceat, Christum extitisse docet: qui non ab hominibus, sed ab ipso patre unctus sit. Dicit ergo ex illis personis: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me: euangelizare pauperibus misit me, sanare coecitos corde: predicare captiuis remissionem, & caecis uisum. Primum igitur hoc teneatur: Isaiam sicut David, quem uenturum dixerit ad homines, & praedicaturum captiuis remissionem, ac caecis uisum, hunc non comparato unguento, sed eo quod ingenite, paternaeque, atque omni bonitate reuerentiae uirtutis sit proprium, Christum extitisse, uaticinari. Ex quadam uero prophetica consuetudine, quod futurum est, propheta quasi praeteritum enunciat, & tanquam de seipso uaticinante significat. Haec enim igitur eos qui ab ipso Deo, & non ab hominibus, & spiritu diuino, non confecto oleo ungerentur, re uera Christos nominari dicimus. Sed iam tempus est, ut uideamus, quemadmodum diuina quaedam uirtute, & praestantiore quam natura hominis fert, uerum Dei Christum extiterit, Hebraica ratio docet. Audi ego rursus David, qui aeternum quandam sacerdotem uidisse se ait, atque hunc dominum suum appellat, & sedere eundem cum Deo patre confitetur in Psalmo nono & centesimo, ubi sic ait: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virga uirtutis emittat tibi Dominus ex Sion, & dominaberis in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die uirtutis tuae, in splendoribus sanctorum tuorum, ex utero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non poenitebit eum, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Et sane inspicere quemadmodum in his uerbis David, qui totius Hebraeae gentis rex erat, & praeter regalem dignitatem, etiam diuino spiritu ornatus, agnouerit quandam ita magnam, atque ita supra modum admirabilem, eum utique de quo ipse loquitur, & quem in spiritu uiderat, ut dominum illum suum appelleret. Dixit enim, inquit, Dominus Domino meo. Quinetiam pontificem aeternum eundem intelligit, & sacerdotem Dei altissimi, & confessorem Dei patris, & prolem eiusdem, atque sine unctione fieri sacerdos Dei apud Hebraeos nemo prorsus poterat. Quocirca illos omnes nominare Christos, idem libenter consueuerunt. Christus ergo etiam is utique, de quo loquitur Psalmus, sacerdos erit. Quomodo enim testimonio prophetae sacerdos esse diceretur, nisi idem prius Christus extitisset? sed etiam in aeternum sacerdos esse dicitur. Porro hoc amplius naturae humanae accommodari non potest: neque enim hominis aeternum durare, quoniam mortale & fragile planè nostrum est genus. Excellentior ergo quispiam quam ut intra hominis naturam consistat is qui in his uerbis significatur, Dei sacerdos erit, qui eum iusiurandi affirmatione, perpetuo duraturum atque infinitum sacerdotium à Deo acceperit. Iurauit enim, inquit Dominus, & non poenitebit eum. Tu es

Sacerdos aeternus secundum ordinem Melchisedec.

Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec. quoniam enim Melchisedec Moses sacerdotem Dei altissimi fuisse conscribit, nullo artificio unguento unctum, & multo ante leges ab ipso scriptas eo munere functum, aut uirtute longè praestantiorum illo tam decantato Abraham (sic enim ait, Et Melchisedec rex Salè, sacerdos Dei altissimi benedixit Abraham, planeque sine omni controversia. Apostolus ait, quod inferius sit à superiore benedici) quoniam igitur hic Melchisedec, quicumque ille fuerit, ita inductus est, ut nullo artificio unguento unctus intelligatur, sed altissimo Deo consecratus, merito etiam is de quo uaticinatur David, secundum ordinem Melchisedec, magnus quidam esse & natura omnibus superior dicitur, utpote qui & supremi Dei sacerdos, & increatae potestatis confessor, & ipsius prophetae ac regis dominus, & sacerdos, non simpliciter, sed in aeternum sit patris. Dicit autem diuinus quoque Apostolus, explorans ea quae ad hos locos pertinent. In quo (inquit) abundantius uolens Deus ostendere haereditatem consilij sui, interposuit iusiurandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus. & rursus: Alii quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt, hic autem cum iureiurando, per eum qui dixit ad illum: Iurauit Dominus, & non poenitebit eum, Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium, unde & saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum, semper uiuens ad interpellandum pro nobis. sane per haec commendatur quaedam quae est in ijs quae sunt, & quae consistit in ijs quae sola intelligentia capiunt, diuina uirtus, quae Deo uni ueri (ut in oraculis Hebraeorum legimus) consecrata est. neque uero terreno atque humano unguento, sed alterius generis quod Deum deceat, diuinaque uirtute ac potestate ad munus sacerdotis obeundum, Deoque patri praestandum, confirmata consistit. eum igitur de quo Psalmus uaticinatur apparet prorsus sacerdotem quandam esse sempiternum, altissimique Dei filium, tanquam ab ipso altissimo Deo genitum, & illius regni confessorem. est etiam ostensum, ut qui per Isaiam significatur Christus, non ab hominibus factus sit, sed ab ipso patre per spiritum diuinum sit unctus, & ad homines qui captiui tenerent redimendos missus. Hunc igitur diuino spiritu intuitus Moses, dum imagines ac notas ipsius, ut in hominibus, constituit, comparato unguento interim diuini spiritus loco, quem in hominibus praetulerat, sacerdotem inunxit. Christumque eum & unctum, relatione ad eum qui uerus est, appellauit. Quod autem haec ita se habeant, quis cui fides habeatur, testis ipso Mose dignior: in ijs enim quae ab ipso scripta sunt respondet sibi Deum ac Dominum, palam sibi imperasse docet, ut secundum exhibitam sibi intelligibilem ac caelestem illius uisionem, corporea specie adorationem in terra constitueret. quae rerum intelligibilium atque incorporearum imaginem compleretur. itaque caelestium angelorum, diuinarumque potestatum ordines, ad umbrationem ac figuram quadam dicitur descripsisse, quum ipsi utique oraculum diuinitatis facies omnia ad exemplar quod tibi demonstratum est in monte. Ergo quemadmodum reliqua, ita & pontificem induxit, quem terrestri unguento ungeret. itaque umbratilem quandam ac simulatum, non autem uerum Christum & pontificem, illius tamen caelestis Christi & pontificis instar expressit. Ceterum, ut proprie quidem Christus non homo fuerit, uerum Dei filius, qui dextra paternae diuinitatis sit decoratus, & multo praestantior, non solum mortali humanaque natura, sed etiam omni intelligibili in rebus creatis essentia intelligatur, planè me arbitror demonstrasse, praeter unum illud quod ad ea quae antea dicta sunt, addendum esse arbitror, ab eodem utique David in quadragesimo quarto Psalmo inscriptione praeposita, illa quae est pro dilecto, & ijs qui immutabuntur, Deum simul & regem & Christum unum & eundem quandam appellari, his quidem uerbis: Eructauit cor meum uerbum bonum, & dico ego

Unctio Christi non corporalis, sed spiritualis.

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



256 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
operamea regi, lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis, speciosus forma præ filiis hominum. Quibus deinceps adiungit: Sedes tua Deus in seculi seculi, uirga directionis, uirga regni tui. dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Considera ergo diligentius, quemadmodum secundum Psalmi inscriptionem, tum pro dilecto se uerba facere initio statim ostendat, tum etiam ut ad intelligentiam eorū quæ dicenda sint, auditorem commoueat. significat præterea quænam sit huius orationis ita disponendæ causa, quæ ait: In finem pro ijs qui immutabuntur, ad intelligentiā, pro dilecto. porro quos nam alios dixeris immutandos, pro quibus hic Psalmus sit dictus, nisi eos qui mutandi sint à priore uita ac moribus, transferendiq; & ex alijs alijs futuri per eū, de quo idem Psalmus uaticinatur: hic autē est dilectus Dei, pro quo in ipsa prophetia, intelligentia esse opus, Psalmus ipse initio nobis prescribit. Quod si dubites, quis hic tandem sit dilectus, de quo in hoc Psalmo tale habeatur uaticiniū, euestigio tibi ipsa oratio declarabit, quæ initio statim ita ait: Eructauit cor meum uerbum bonum. Dixerit autē quispiam, ipsum illud significari in principio apud Deū uerbum. De quo theologicè scribens magnus Euāgelista Ioannes, sic loquitur: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deū, & Deus erat uerbum. Illud uerbum, Eructauit cor meum uerbum bonum, siquidem ex persona patris & Dei uniuersū dicatur, unicum genitum Dei uerbum significauerit tanquam filium qui de patre extiterit, non projectione aliqua, aut diuisione, aut sectione, aut diuisione, aut alia quapiam eiusmodi ratione, cuiusmodi in corporibus agnoscere consueuimus. Impia enim illa & omnino procul abducta, longeq; semotata, ab illa generatione ineffabili. Cæterum, secundum ea quæ prius à nobis exegitata sunt, etiam hæc oportet assumere, quod quemadmodū quidem, ubi de utero Dei, & ante luciferū genitus dicitur, figuratē nos talia intelligere oportet, & secundū considerationem illam duntaxat, quæ de ijs rebus habetur, quæ sola intelligentia capiuntur, ita etiam illud accipere debemus: Eructauit cor meum uerbum bonum, quod quidem diuinus spiritus secundum solam intelligentiam enarrat. quibus sanè nos uerbum illud, pro clausula addere possumus satis commodè, quod & consueuimus in omnibus dicere quæ de illo theologice feruntur, & omni pietate refertum est, Generationem eius qui enarrabitur quamuis mortalibus humanisq; uocibus consueuerint nobis litteræ diuine etiam illius ortum exponere, & uteri uocabulum in eo usurpare: hæc enim sola contemplatione secundum intelligentiam capiuntur, nec aliter quidem quæ si legibus allegorice quæ permutatio dicitur, subiecta fuerint. qua quidem ratione etiam illud: Eructauit cor meum uerbum bonum, de primi uerbi consuetudine, illiusq; propagatione dictū esse, quispiam affirmauit, quando non aliter cor, secundum illud cor duntaxat, quod apud nos intelligitur, in Deo patre accipere fas est. & sic quidem alius quispiam, uerbum quod erat in principio apud Deum, id dixerit habendum, de quo Psalmus loquitur, quod etiam bono merito dictum sit, tanquam de patre optimo genitū. nos autem in Psalmo si longius paulo progrediemur, hunc de quo tale uaticinium fertur, hunc inquam ipsum dilectum Dei, unctum fuisse rursus, non sicuti à Mose, aut ab alio quopiam homine, sed ab ipso ingenito, & omnia infra seipsum habente Deo, atq; eius ipsius patre, inueniemus. progressus igitur deinceps, sic ait: Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Eū igitur qui huius quoq; Psalmi testimonio unctus esse dicitur, quoniam alio nomine quis appellauerit, quàm Christum? Habemus igitur iam nunc in his uerbis, duas huius qui tali uaticinio predicatur denominationes, Christi & dilecti, quum ipse unctiois autor, unus & idem sit dictus. quocirca unctus esse dicitur is de quo sermo est, oleo exultationis: ut ea causa intelligatur, quæ percurrenti tibi pauca, uel potius omnem talium uerborum sensum dispicienti constabit. pro-

profert igitur Psalmus ipsum planè de quo interim uaticinatur, ipsum inquam Dei dilectum alloquens, ea uerba quæ paulo antè exposita sunt, in quibus dilectum est. Sedes tua Deus in seculo seculi, uirga directionis, uirga regni tui dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Inspice igitur, Deum ne in his alloquatur planissimè, an nō. nempe tu, inquit, Deus, pro eo quod est, o Deus, sedes tua in seculo seculi extat, & uirga directionis, uirga regni tui. & quoniā tu ipse Deus dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatē, propterea unxit te Deus Deus tuus, & Christum te præ omnibus constituit. Sed longè his clarius scriptura Hebræorum idem demonstrat, quam Aquila accuratissimè interpretas, his uerbis edit: Sedes tua o Deus in seculum & ultra, sceptrū directionis, sceptrum regni tui, dilexisti quod iustum est, & odisti impietatē: super hoc unxit te o Deus, Deus tuus oleo lætitiæ ab amicis tuis. Pro eo igitur quod est, Deus Deus tuus, Hebraeus ipse cōtextus habet, o Deus, Deus tuus. ut totum sit: Dilexisti o Deus quod iustum est, & odisti impietatē: propterea ob hanc ipsam causam, unxit te o Deus ille: qui tuus quoq; est Deus, ut sit & qui ungitur Deus, & qui ungit, qui quidem sit omnium Deus. hoc autē ei qui Hebræicam linguam diligentius attendent, planè admodū constabit. Nam in prima denominatione, ubi Aquila, Sedes tua o Deus, interpretatus est, qui planè pro eo quod est Deus, o Deus, enūciat, ipsum Hebræicum habet elohim. Porro hic itidem in illo, Propterea unxit te o Deus, ipsum elohim intelligitur, quod uocatiuum casum, o Deus, significat. Pro recto uero nominis casu, ubi dictum est, propterea unxit te Deus tuus, ipsum Hebræicum habet eloach, admodū accurate atq; exquisitè, ut sit, ipsum tuus, recto casu, ut hæc sit exquisitissima interpretatio, quæ habet, Propterea unxit te, o Deus, Deus tuus. Clarissimè igitur in his Deum alloquens, oraculum ait ipsum unctū esse à Deo, oleo exultationis præ omnibus, qui unquam eiusdem cum ipso participes fuerint appellationis. Habes igitur in his planissimè, Deum qui ungitur, & Christus efficitur, non unguento composito, neq; ab hominibus, ad id dignitatis prouectum, ac ne eadem quidē cum cæteris hominibus ratione. Porro hic idem est & dilectus Dei, & eiusdē proles, & sacerdos æternus, & confessor patris dictus. Sed quis hic tandem erit, nisi primum genitum Dei uerbum, qui in principio apud Deū Deus erat? qui per totam diuinam scripturam predicatur ut Deus: quemadmodum deinceps oratione longius progressus, pluribus uerbis ostendam. Quum hæc igitur à nobis hæc ætenuis considerata sint de Christi propagatione, deq; eiusdem appellatione, ægedum propositum argumentum repetamus: & quàm multis propheticis predictionibus Christus nominatim sit antea nunciatus, contemplemur.

Aquila interpretatur.

Quum multis scripturis Christus nominatim, qui à regibus & principibus & gentibus & populis circumuenitur, & ab ipso Deo gignitur, & filius hominis appellatur, gentiumq; & finium terræ sortem accipit à patre, antea sit enunciatus. Cap. XVI.

Quare tremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania: adfiterunt reuersus Christi eius. & principes cōuenerunt in unum aduersus Dominū, & ad rex ab eo super Sion monte sancto eius, nuncians præceptum Domini. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuā terminos terræ. Planissimè etiam in his diuinus spiritus Christum appellat, Deiq; eundē filium uocat, sicut nos docuerunt ea quæ superius dicta sunt. simulq; & circumuentionē quandā futuram cōtra illum significat, & gentium per eundē futuram uocationē antè denunciat: quæ quidem in ipsa palam in Saluatore nostro Iesu Christo, ipse reuerentus declarauit. nec dum igitur gentes, & populi, & reges, & principes desistat, tum aduersus illum, tum aduersus eiusdem doctrinā conuenire. quod

Psal. 2.

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



quod si hæc Iudæi ad futurum referant tempus, iam illos fateri oportet, eum quem ipsi expectant Christum, rursus circumueniendū, sicut præsens habet oraculum, quod ait: Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum, aduersus Dominū et aduersus Christum eius, quod sanè daturus nūscquā sint, quippe qui magnū quendam principem, regemq; æternum, redemptoremq; suum fore eum qui uenturus sit Christum, expectent. nam si et ille quū uenerit eadem patiatur, quæ iam passus est qui uenit, quid causæ sit cur illi potius quàm huic credendum, aut non credendum: quod si inde exclusi, ad Dauid, siue ad quempiam ex illius nepotibus Iudaicę gentis regem, oraculum referant, iam erit demonstrandum, quod neq; Dauid, neq; alius quispiam eorum qui unquam apud Hebręos illustres fuerint memoratur, qui aut filius Dei sit aliquo oraculo dictus, aut ab ipso Deo genitus, sicut ille de quo Psalmus uaticinatur, neq; imperans cunctis gentibus & regibus & principibus & populis, qui sit insidijs circumuentus: in autem illorum nullus talis ostenditur, & re ipsa cuncta hæc confirmantur, tum quidem quod olim illa sustinuerit, tum uerò quod adhuc atq; hodie quoq; à regibus & principibus & gētibus & populis Christus Dei oppugnetur, quid iam impediatur, ne ipse sit de quo oraculum illud uaticinatur, quod ait: Adstiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in unum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius: uni etiam eadem quæ in eodem Psalmo sequuntur conueniant, in quibus dictum est: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrę. etenim hæc quoq; indubitatum in uno illo euentum prophetiæ facta sunt, quando illius discipulorum in omnem terrā exiit sonus, & in fines orbis terrarum uerba eorum. planè aut Christum nominat, quæ antecedit oratio, tanquā ex ipsius persona docens, illū esse filium Dei, ubi ait: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Cui adiunges etiā illud, quod in Prouerbijs ex persona eiusdem prolatum est, ad hunc modum se habens: Antequam montes formarentur, & ante omnes colles gignit me. & quod in nono ac centesimo Psalmo à patre ad illum dictum est, hoc modo: Ex utero ante luciferum genui te. Sed attende quemadmodum unum & eundem nominatim Christum simul, & filium Dei, qui ab hominibus sit circumueniendus, & sortem gentes accipiturus, & fines terrę possessurus, sacrę literę futurum canant, duobus signis illius inter homines dispensationem significantes, & conspiratione aduersus illum futura, & gentium sub eundem subiectione.

Christus nominatim quæcunq; postulet à patre impetrans.

Cap. XVII.

psal. 19.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas. nunc cognoui quod saluum fecit Dominus Christum suum, exaudiet illum de cælo sancto suo. Quoniam nunc propositum est demonstrare, in quàm multis locis nominatim Christus apud prophetas sit dictus, merito adiungam hæc quoq; in quibus planissime Christus nunciatur. Ceterum totus Psalmus ex persona sanctorum uirorum preces emittit in ipsius Christi personam. Quum enim propter nos & pro nobis factus homo, omnes acceperit contumelias, unā eum illo supplicante, & patrem pro nobis deprecante, ipsi quoq; docemur orare, tanquam eum eorum quibella aduersum nos siue uisibilia illa sint, siue etiam inuisibilia propulset. Quare à Psalmo uerba illa accipientes ad illum dicere solemus, quæ sic habent: Exaudiat te Dominus in die tribulationis tuę. Protegat te nomen Dei laudabile, mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion suscipiat te. Deinde quoniam illi proprium est, tanquam ei qui magnus sit pontifex, spiritualia in glorificationibus ac predicationibus de Deo, sacrificia pro nobis conficere, quoniamque ut sacerdos & semetipsum ipse, & quem assumpsit de terra hominem, pro nobis perfectum atq; integrum sacrificium Deo & patri obtulit, idcirco ad illum

ad illum dicimus: Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Et quia omnia quæcunq; deliberat, salutaria sunt atq; utilia mundo, iure & merito sic illum alloquimur: Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum, & omne consilium tuum impleat. Ad hæc deinceps eius à morte reditum ad uitam confidentes, dicimus: exultabimus in saluari tuo. Etenim Christi salutare quod nam aliud intelligatur tandem, nisi illius à mortuis ad uiuos reditio: per quam omnes qui ceciderant, in pristinum statum restituit: ex quo etiam illud dicimus, Et in nomine Dei nostri magnificabimur, & impleat Dominus omnes petitiones tuas. Post hæc omnia, docemur illud quoq; dicere: Nunc cognoui quod saluum fecit Dominus Christum suum: quippe qui non prius hoc intellexerimus, quàm ubi salutare eius agnouimus, & resurrectionis illius uirtutem perspeximus.

Christus nominatim Dominum patrem, & protectorem adeptus.

Cap. XVIII.

Dominus confirmatio populi sui, & protector saluationum Christi sui est. Hic quoq; Psalmus, qui nunc est in manibus, ad Christum referri solet: quippe qui eam precem contineat, quam Christus quo tempore passurus erat, precatus est. Proinde in initio Psalmus hæc habet: Ad te, Domine, clamaui, Deus meus ne sileas à me, & similis fiam descendentibus in lacum. In fine uerò illius resurrectionem à mortuis canit, dicens: Benedictus Dominus, quoniam exaudivit uocem deprecationis meę. Dominus adiutor metus & protector meus. in illo sperauit cor meum, & adiutus sum, & restoruit caro mea, & ex uoluntate mea confitebor ei. Quibus diuinus & propheticus spiritus adiungit: Dominus confirmatio populi sui, protector saluationum Christi sui est. Qui nos instruit quemadmodum omnia quæ in diuinis literis habent admirationem, & Christi nomine inscripta sunt, & ad salutem hominum gesta, siue præcepta, siue negotia, siue ad resurrectionem illius à mortuis pertinentia mysteria, cuiusmodi ea sunt de quibus nunc agitur, nutu ac uirtute patris gesta sunt, qui in cunctis admirabilibus ac salutaribus, & uerbis & factis suum Christum protegit.

Christus nominatim tutorem sibi Deum adscribens, unusq; resurrectionis illius dies.

et una domus Dei, ecclesia ipsius.

Cap. XIX.

Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. Quia melior est dies una in atrijs tuis super millia. elegi abiectum esse in domo Dei mei magis, quàm habitare me in tabernaculis peccatorum. Qui norunt Christum Dei esse uerbum, & sapientiam, & lucem ueram, & uitam, deinde eundem factum esse hominem intelligunt, admirantur hoc quod omnem fidem superat propositū, adeo quidem, ut in uerba illa prorumpant: Et uidimus illum, & non habuit speciem, neq; pulchritudinem, sed fuit species eius sine honore, & deficiens præ filijs hominum, homo quum in plaga esset, & sciret ferre languorem, quoniam avertit faciem suam, contemptus est. itaq; merito Deum precantur, ut respiciat in faciem Christi, quæ propter nos & ignominias & contumelias passa est: & propter illum nobis fiat propitijs, quando ips peccata nostra tulit, & pro nobis in dolore est. hæc autem supplices petunt propemodum cupientes, atq; in uotis habentes, faciem glorię Christi uidere, & diem lucis illius contemplari. porro hic fuit quum à morte ad uitam reuersus est, quem sanè, quum is unus sit & solus reuera proprius ac dominicus, meliorem esse aiunt alijs insolentibus diebus, siue qui communiter intelligantur, siue qui à Mose in solennibus & nouilunijs & sabbatis lege sanciti sint, quos utique non dies, sed dierum umbras esse, diuinus Apostolus docet. Hic autem solus & unus dominicus Saluatoris nostri dies, non in omni loco lucere, sed in solis atrijs Domini dictus est. Hæc uerò atria erunt per totum orbem terrarum Christi ecclesię, quæ unius domus Dei locum obtinent. In quibus optat atque eligit

OP. A. F. S. B. C. S. M.



300 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 eligit se potius abiectum esse, qui talia nouit, longeque meliorem in ijs habitatio-
 nem enunciat, quam in peccatorum tabernaculis: nisi forte iudeorum, qui Chri-
 stum Dei negant, aut aliorum diuersa opinantium, nullumque Deum colentium,
 reliquarumque a fide abhorrentium nationum conuentus, multo meliores esse,
 quam Christi ecclesias, quicumque hasce eligit, profitetur.

*Christus nominatim de spectus, atque omnia probra passurus, commutatioque eius, populus
 eiusdem, qui ab inimicis exprobratur. Cap. XX.*

Psal. 52. **T**u uero repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum, evertisti testamen-
 tum serui tui. Profanasti in terra sanctuarium eius, & quae sequuntur. Qui
 bus adiungit: Memor esto Domine opprobrii seruorum tuorum, quod conti-
 nuui in sinu meo multarum gentium, quod exprobrauerunt inimici tui Domi-
 ne, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. Perspicue uero etiam
 in his Christi nominatim mentio fit, & futura in passione eiusdem afflictio me-
 moratur. Vbi uero plus oculi nacti erimus, totum Psalmum explorantes demon-
 strabimus, nulli profus alij nisi saluatori ac Domino nostro accommodari pos-
 se, quae in eo proposita sunt. Sed enim ubi Christus iterum nominatur, quis eun-
 dem alius significetur nisi ille ipse, cuius commutationem, hoc est ecclesiam, &
 exprobrauerunt, & adhuc exprobrant, qui dicuntur Christi inimici: siquidem
 Saluatoris nostri cruciatus, quos ipse pro nobis suscepit, ac praecipue mortem
 & crucem, quicumque Christi doctrinam oppugnant, exprobrare nobis consuevit.

*Christus nominatim ac semine Dauid surgens, qui cornu Dauid nominatur, qui iudeos inuicem
 confundit, qui sanctificationem patris renouat. Cap. XXI.*

Psal. 132. **I**rauit Dominus ipsi Dauid ueritatem, & iritam non faciet eam. de fructu
 uentris tui ponam super sedem tuam. Tum progressus inferius sic ait: Illic
 producam cornu ipsi Dauid, parauit lucernam Christo meo, inimicos eius in-
 duam confusione, super ipsum autem effloret sanctificatio mea. Hic quoque
 de eo qui ex semine Dauid oriatur iurat Dominus, quod quidem semen eius-
 dem, cornu nominat. & quum iterum nominatim Christum appelleret, lucer-
 nam dicit se illi parauisse, propheticum utique, ut uerisimile est, uerbum, quod
 ipsum Christum antecessit, qui solus instar solaris luminis, omnibus qui totum
 orbem terrarum incolunt hominibus exortus est. Sic ipse quoque Dauid, ut
 Christi lucerna paratus ante illum fuit, utpote qui soli perfectoque lumini com-
 paratus, lucernae locum obtineat. Illic uero, inquit, producam cornu: locum uel
 delicti indicans, ubi significat Christum oriurum. Quum enim precatus esset
 Dauid, ut sibi spiritu liceret ante contemplari iltius natalem locum, dixissetque
 uerba illa: Si introiero in tabernaculum domus meae, si ascendero in lectum
 strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitarionem, &
 requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum
 Deo iacob: diuinus spiritus ei locum, qui est in Bethleem occultum detegit.
 Itaque subiungit, dicens: Ecce audiuiimus eum in Ephrata, (porro haec est ipsa
 Bethleem) inuenimus eam in campis sylvae, introibimus in tabernaculum eius,
 adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Quare merito postquam haec ape-
 ruit atque indicauit, adiungit: Illic producam cornu ipsi Dauid, parauit lucernam
 Christo meo, Fortasse etiam ipsum in Bethleem a Christo assumptum corpus,
 alio quodam intellectu his uerbis significans, quando per corpus tanquam
 per testaceum uas, inhabitans in illo diuina uirtus, quasi per lucernam, diuini il-
 lius & rationalis luminis radios, in omnes emisit homines.

*Christus nominatim a Deo denunciatur, & ab omnibus hominibus agno-
 scitur, iudeorum uero gentem repudiat. Cap. XXII.*

Amos 5. **P**arate ad inuocandum Deum Israel, quoniam ecce consolidans tonitru, &
 creans spiritum, & denuncians hominibus Christum suum, facies mane &
 nebulam, & ascendens super celsa terre. Dominus Deus omnipotens nomen eius
 audite

A audite uerbum Domini, quod ego capio super uos lamentationem. Domus
 Israel cecidit, non ultra adiciet ut resurgat. Virgo Israel lapsa est in terra sua,
 non est qui erigat eam. Iam septimo loco Christum nominatim denunciatus
 hominibus Deus, consolidare tonitru, & creare spiritum euangelicae praedi-
 cationis dicitur, quae tonitru nomine, propterea quod exaudienda sit ab om-
 nibus hominibus, appellatur. Nam simili modo etiam spiritus quo Christus
 apostolos suos afflauit, significatur, quod quidem perspicue in Saluatoris no-
 stri aduentu completum est, in quo facturus Deus mane simul & nebulam ca-
 nitur, ijs quidem qui salutare lumen susceperint mane: ijs uero iudeis, qui in
 ipsum non crediderint, contra. Nam ad illos extremam quoque denunciatio-
 nem oraculum apportat, dum lamentationem iudaicae gentis adiungit, quae
 ad ipsos statim peruenit, post nefarium aduersus Saluatorem nostrum Iesum
 Christum scelus. Ex illo enim, uel ad hunc usque diem domus Israel cecidit, &
 uisionem semel Deus ac denunciationem protulit, de calura illorum domo in
 Hierusalem, aduersus omnem illorum multitudinem, ueluti eorum qui non
 amplius erigendissint, eo quod non adsit qui illos eragat: Non est, inquit, qui eri-
 gat eam. Postquam enim Christum qui ad illos uenerat, non susceperunt, me-
 rito illos & deseruit, & in omnes transtulit nationes, qui etiam tu prius ruinae
 causam illos edocuit, ubi prope cum lamentatione se excusauit, dicens: Hieru-
 salem, Hierusalem, quae occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt:
 saepe uolui congregare filios tuos quomodo gallina pullos suos sub alas, &
 nolulistis: ecce relinquitur domus uestra deserta.

Christus nominatim a Domino patre seruator, & Christos suos seruat. Cap. XXIII.

Egressus es in salutem populi tui, ut seruares Christos tuos: iecisti in capi-
 tem tuam cum Christo tuo. Quoniam Aquila in plurali edidit singulare, quip-
 pe qui cum Christo dixerit salutem populo fecisse Deum uniuersi, iure ipsa uer-
 ba apposuit, quae perspicue quod hic propositum est, tuerentur. Erunt autem
 ex interpretatione ipsorum septuaginta, plures ab illo & per illum, qui Chri-
 sti appellentur, de quibus dictum est: Nolite tangere Christos meos, & in pro-
 phetis meis nolite malignari, qui quidem & in illis crediderunt, & sancta re-
 generationis in Christo unctione digni habiti sunt, & una cum sancto Apосто-
 lo dicere possunt, Participes Christi facti sumus.

Spiritus uultus nostri Christus Dominus comprehensus est in corruptioni-
 bus eorum, de quo diximus, In umbra ipsius uiuemus in gentibus. Admi-
 rabiles illi Dei prophetae, quum diuino spiritu intuerent quod futurum erat,
 uicturos quidem seipsos: uerba autem sua, quasi ipsorum uiuentium, non fu-
 tura ociosa, non apud Israel, sed apud gentes canebant. Christum autem rursus
 nominatim, quasi illum Christum a quo propheticus ipsis suppeditaretur spiri-
 tus, comprehendendum dicebant in incorruptionibus ipsorum. Quorum nempe
 iudeorum, qui illum insidijs circumuenerunt. Attende uero hic quoque, ut o-
 raculum Christum praedicat comprehendendum, quod sane Christi secundo
 aduentu accommodari non possit, quem gloriosum & cum regno diuino fu-
 turum, prophetica oracula enunciant. Quapropter necesse est iudeos aberrare,
 re, qui ea quae ad secundum illius aduentum pertinent, quasi primo solent ac-
 cipere, quum id nusquam ratio concedat: quippe quum fieri nullo modo pos-
 sit, ut & pariter, & secundum idem, illum & gloriosum et abiectum fingamus:
 praeterea cum honore & regno, & contra, non habentem neque speciem, ne-
 que decus, sed contemptum praefilijs hominum, rursus Saluatorem & redem-
 ptorem Israel, & contra circumuentum ab illis, & quasi ouem ductum ad occi-
 sionem, & ab iniquis, qui inter eosdem sint, traditum ad mortem. Quum au-
 tem factis

OP. A. F. S. B. C. S. M.



302 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA.
 rem satis commodè ex nostris rationib. quemadmodum ipsa rerū inspectio declarat, uaticinia de Christo in duo genera diuidantur, ea quidē quæ ad humanam illius naturam spectāt, tristioraq; sunt, in priore illius aduentu cōpleta esse confitemur: quæ uerò maiore gloriā habent, ac diuina sunt, adhuc usq; ad secundum illius aduentū expectantur. Prioris autem demonstratio euidentissima, Dei utiq; per illum in omnes gentes progressa, & re ipsa declarata cognitio, quam uarijs, diuersisq; modis innumerabiles canunt prophetice uoces, sicut uel ea quæ proximè citauimus, in qua uerba illa continebant, de quo diximus, In umbra ipsius uiuemus in gentibus.

Christus nominatim à Domino patre exaltatur. Cap. XXV.

Ascendit Dominus in cœlos, & tonuit: ipse iudicabit extrema terræ, qui dat fortitudinem regibus nostris, & exaltabit cornu Christi sui. Restituetionem in cœlum rursus nominatim Christi aut etiā Dei, oraculū intelligit, eiusdemq; doctrinam, quæ instar tonitru ab omnib. exaudiēda sit: item quod postea futurum est eiusdem contra omnes iudicium. Post hæc autem ipse Dominus daturus robur dicitur regib. nostris. Hi uerò erunt apostoli Christi, de quibus habes in sexagesimo septimo Psalmo illud: Dominus dabit uerbū euangelizantibus uirtute multa. In hoc quoque nominatim de Christo mentionem facit, qui ut homo, Saluator noster intelligatur, cuius ait cornu extolendum esse, dum uirtutem in illo inuisibilem, & regnum illius significat. Cōsueuerunt ergo diuine literæ, ipsum regnum cornu appellare. Idem uerò posuitur etiam in octogesimo octauo Psalmo: Et in nomine, inquit, meo exaltabitur cornu eius.

Christus nominatim domum fidelem à patre accipit ecclesiam suam & sacerdotem fidelem in omne tempus qui ecclesie sue cum Dei cognitione presit. Caput XXVI.

Ecce dies ueniunt, & perdam semen tuum, & semen domus patris tui, & non erit senex in domo tua. Hæc postquam ad Heli dixit oraculum, præter alia nōnula, hæc etiā adiungit, dicens: Et suscitabo mihi ipsi sacerdotem fidelem, qui omnia iuxta cor meum & animam meam faciet: & edificabo illi domum fidelem, & ingredietur coram Christo meo omnes dies. Quum mutationem ac reiectionē ipsi qui non recta ratione operentur, diuinū minetur oraculum, alium ex alio genere constituturū se sacerdotem pollicetur, quæ etiā dicit ingressurum in conspectu Christi sui, uel in ambulatoriū in faciem uncti sui, quemadmodū Aquila interpretatus est: uel, ut Symmachus, uerū turum ante Christum suum. Sed quis tandem hic erit? omnis nimirum genitum que ad sacerdotium Christi Dei cum pietate accesserit: cui quidē ecclesie domum, tanquā sapiens architectus atque ædificator ipse uniuersi Deus, secundum nominatim Christo per totum orbem terrarū erecta est, ecclesiam, ubi sane omnia que placita sint, & ex animo ac sententiā Dei dicitur facturus, quando ipse qui per sanguinem taurorum atq; hircorum, iuxta ueterem in figura ritum, sacra perficiebant, in odiū Dei incidisse, per Esaiam prophetam, sine controuerfia dicuntur. Hactenus ea in quib. nominatim Christus prædictus fuerat, Veruntamen quia pluribus uerbis quæ Christo aduersa tristitia contigerunt, illius appellationi annexa sunt, necesse est, quæ antea dicta sunt de illius diuinitate repetere, de qua in quadragesimo quarto Psalmo, q. inscriptus pro dilecto, tractari supra demonstrauimus, ubi oraculum in primis de illo tanquam de rege tractans, post alia nonnulla hæc de Christi diuinitate adiungit: Sedes tua Deus in seculū seculi, uirga directionis, uirga regni tui: dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participib. tuis. Planè enim in his, ut iam, antea demonstrauimus, quæ unctus ipse quoq; sit is de quo agitur, Deus esse dicitur, qui iustitiam dilexerit, odit

Aritq; iniquitatē, atq; huius rei gratia, ab ipso Deo ac patre suo unctus sit oleo præstantiori atque excellentiori quam esset illud figuratum, eo inquam oleo quod exultationis uocatur. At enim quicumq; huiuscemodi oleo, non ab hominibus, neq; per homines, sed ab ipso Deo patre sit unctus, quid aliud merito quam Christus sit nominandus? ergo eundem etiam Deum simul nominari iam constat, quemadmodū quidem suis locis antea demonstratum est. Verum quæ apud Esaiam scripta olim citauimus, hic quoque repetēda sunt, ubi ille ait: Spiritus Domini super me, cuius causa unxit me, euangelizare pauperib. misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis uisum. In his quoq; demonstrauimus, quod qui quondam sacerdote ex hominibus, ad rei diuinæ cultum accedebant, hi unguento artificiose comparato ungebantur. At quem propheta significat, is uirtute diuina unctus esse dicitur: & hoc totum ad Saluatorem nostrum Iesum, qui solus uerus Christus est Dei, referebatur, qui quidem Saluator in conuentu Iudæorum quondam, quum prophetiam accepisset, & locum expositum legēdo percurrisset, in seipso completū esse quod lectum erat, edocuit. Scriptum est enim, ut quū legisset librū ac plicuisset, ministroq; reddidisset, deinde sederit, utq; omnium oculi in conuentu in illum essent intenti, atque ut deinde cœperit dicere ad illos, quod hodie completa est scriptura hæc in auribus uestris. Hisce omnibus ad extremum illa rursus quæ apud Moysen legimus addenda censemus, quum ad exemplar sibi demonstratum, Aaron fratrem suum pontificem cōstituisset, sicut oraculum ipsi præceperat, quod dixit, Facies omnia ad exemplar demonstratum tibi in monte, planè significauit, quod mentis oculis, diuinoq; spiritu, magnū uniuersi pontificem uiderit, uerū utiq; Christum Dei: cuius cum imaginem cū alia corporali, figurataq; adoratione describit eum qui sibi sit demonstratus, alterius ueri Christi appellatione adornauit. Ipsum hoc diuinum quoq; Apostolus comprobat, ubi de Moysi legibus dicit illud: Qui exemplari atque umbre deseruiunt supercœlestium. Et rursus: Umbrā enim habens lex futurorum bonorum. Et rursus: Nemo igitur uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum. Nam si quæ ad ciborum indifferentiā pertinent, & quæ de diebus festis & sabbatis lege sancita sunt, quasi umbram habentia, picturam aliarum & uerarum & occultarum rerum conseruabant: non immerito sic dicitur, pontificem quoq; alterius pontificis instar assumptum fuisse, eundemq; Christum denominatum, ad alterius & solius & ueri Christi imaginem: Qui tamen à uero transper relinquitur, dum uerus quidem Christus, ab uniuerso Deo audit: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedū tuorum. Et illud: Ex utero ante luciferum genuit e. Et illud: Iurauit Dominus, & non poenitebit eum: Tu es sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedec. Per q; planè quum soboles Dei ac filius ante luciferū, atq; ante omne opificiū extiterit pontifex æternus est declaratus. Moysi uerò Christus tanquā in scenica actione, ad breue adornatus, similisq; tēpus, inter mortales positus, cōputatusq; est alteri, qui solus est uerus, tradita ueritate, & uerus quidem Christus, neque Mosaicę unctionis, neq; olei artificiose confecti, terrarum orbem impleuit: quippe qui denominatū à seipso in omnibus gentibus Christianorum instituerit genus. Moysi uerò Christus, ne in hominibus quidem quod unquam nomen habuerit, perspicuum fuit, nisi quatenus ipsius Moysi scripta prodiderint. Et hic quidem sero tandem post exitum de Aegypto, uas quibusdam puris, cruentisq; sacrificijs purgatus, oleo unctus est cōparato, ipsum Moysen sortitus unctorem. Ille uerò omnis formæ princeps & uerus, ab initio in infinitum usque eum, totus per totum, ipseq; sibi in omnibus similis, nunquam quicquā mutationis accipiens, Christus semper fuit, etiam prius

OP. A. V. S. P. C. S. P. I.



tiam prius quam ad homines uenerit, atq; itidem postea, non ille quidem ab homine, neq; ulla materia quæ inter homines reperitur, sed à supremo Deo ingenua diuinitate unctus. & quoniam de illius appellatione in præsentia dilferimus, omnibus quæ dicta sunt quasi signum imprimatur, illud quod apud sapientissimū Solomonem extat oraculū, sic se habens in Cantico canticorū. Unguentū euacuatū, nomen tuum, nam hic quoq; diuina sapientia donatus, & dignus habitus, qui quæ secretiora sunt de Christo, et de eius ecclesia contemplaretur. Idemq; quum unius quidem tanquam sponsi supercælestis, alterius tanquā illius sponsæ mentionem fecisset, & quæreret quod nam ipsi sponso nomen esset, uocem emittit quasi ad illum dicens: Nomen tuum, sponse, unguentum est: & unguentum nō simpliciter, uerū euacuatū. porro autē quod nam tandem aliud sit nomen, unguentum euacuatū significans, nisi ipsum Christi nomen: nam alioquin neque fieri, neq; nominari possit Christus, si unguentum infusum non sit. quale uerō hoc esset unguentū quo unctus is, de quo agit, Christus est declaratus, in ijs quæ superius habes, a nobis ostentum est. quum igitur de Christi appellatione hæcenus tā multa locuti sumus, agetum de Iesu quoque differamus.

Quod etiam Iesu nomen apud priscos Dei familiares in precio fuit.

Cap. XVII.

Iosue Nause.

PRImus rursū Moses quum ad suum successorem alia ueretur appellatione, Iesum eum denominauit. Scriptum est enim, Hæc sunt nomina uirorum, quos misit Moses ad inspiciendam terram, & denominauit Moses, Nausem filium Nause, Iesum, & misit eos. Considera quæso parumper, ut propheta qui non parum doctus naturam nominum erat, sed plurimum hac quoque in parte philosophatus, ut ex ijs sanctis uiris cōstat, quos ipse denominauit, & ex causis propter quas denominauit: quippe qui inducat Abraham, qui præmium uirtutis à Deo accepit, suam ipsius Abraham integram appellationem. quod sanè quid nam sibi uelit, non est nunc demonstrandi locus: & eadem ratione Sarai, denominet Saram: & Isaac, eum qui antequam nasceretur, risus dictus fuerat: & Iacob eum qui premio lucæ, ex cognomine Israel decoratus. quumq; idem alia innumerabilia de ut & natura nominum, diuiniore quam ut ea homini conueniat, spirituq; Dei afflata sapientia ac scientia percepta & cognita haberet. nec alius quisquam ab initio ante ipsum, Iesu nomine usus esset, primus diuino spiritu moderante, quem sibi in populi principis successore erat declaraturus, alio prius nomine uocaturū, ipse immutans, Iesum nominauerit: utpote q; appellationem illi à maioribus dum nasceret aduinctā, non satis idoneam fore censuerit: siquidem Nausem illū parentes uocauerant. at uerō ipse Dei propheta, immutato natali nomine, uirum illum diuino spiritu annuente, Iesum uocat, nō aliter illum post mortem suam, omni populo præesse oportere ratus, quum utique futurum uideret, quas leges ipse posuisset, ut ex aliquando mutarentur, finemq; acciperent, & eadem cū ipso Mose ratione quodammodo interirent: neq; alium quempiam quam unum Iesum ipsius Dei Christum, alteri respublicæ, quæ priore longè melior, longeq; præstantior foret, præfuturum. Itaq; Moses quidem omnium prophetarum maxime admirandus, quum utramq; Saluatoris nostri Iesu Christi appellationem, diuino spiritu instruente distinctam, cognitāq; haberet, utraque quasi duobus regijs diadematis eos qui apud se omnium essent principum præstantissimi, decorauit. Itaque quum duobus principibus, duobusq; ducibus populi, pontifici ipsi, ac suo ipsius successori, Christum & Iesum appellationes pro meritis tribuisset, ipsum quidem Aaron, Christum: Nausem uerō, quasi eum qui post mortem suam sibi esset successurus, Iesum nominauit. Hoc igitur modo ipsius Mosi scriptura, Saluatoris nostri Iesu Christi nominibus insignita est.

Quemadmodum

Quemadmodum Mosi successor Iesus, qui Angelus est uocatus, & populi dux futurus erat, reddentis oraculum Christi nomen ferre dictus est. Cap. XVIII.

ECCE ego mitto angelū meum ante faciem tuam, ut custodiat te in uia, & introducat in terram, quam preparauit tibi: obserua eum, & ausculta illi: ne fueris aduersus illū contumax, non enim uerebitur: nomen enim meum est in ipso: meo (inquit ipse Dominus) qui hæc tibi respondeo, nomine inscriptus est, qui populum introducturus est in terrā promissionis. Quod si Iesus hic fuit, non alius, constat iam tum Dominum hic dicere, nomen suum illi esse impositū: non igitur mirum est, si angelum quoq; ipsum uocat, quando etiam de Ioanne, qui homo fuit, plane dictum est illud: Ecce mitto angelū meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te.

Quod etiam Iesus filius Iosedece sacerdos magnus, imaginem ac figuram gessit Saluatoris nostri, qui ueterem, que iam tum inualerat, humanarum animarum seruitutem, ad Deum conuertit. Cap. XIX.

ET ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem ante faciem angeli Domini, & diabolus stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei, & dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te diabole, & increpet Dominus in te, qui elegit Hierusalem, nōne ecce hoc, quasi torris erutus ex igne: & erat Iesus indutus uestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli Domini, & respondit, & ait ad stantes ante faciem, dicens: Auferte uestimenta sordida ab eo. & dixit ad eum, Ecce abstuli à te iniquitates tuas, & induite eum tunica talari, & imponite cidarim mundam super caput eius. & induerunt illū uestimenta. ac deinde adiungit: Audiam nunc Iesu sacerdos magne, tu & proximi tui sedentes ante faciem tuā, quoniam uiri prodigiorū inspectores sunt, quoniam ego adduco seruū meū orientem, & post paulum his quæ dicta sunt adiungit, dicens: Et factum est uerbum Domini ad me, dicens: Sume ea quæ sunt ex transmigratione à principib. & oraculis eius, & ab ijs qui cognouerunt eam, & ingredieris in die illa in domū Sophoniæ uenientis de Babylone, & accipies argentum atq; aurum, & facies coronas, & impones super caput Iesu filij Iosedece sacerdotis, magni, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus omnipotens, Ecce uir, Oriens nomen ei, & subter eum orietur, & edificabit domum Domini: & ipse accipiet uirtutem, & sedebit, & principatum obtinebit in sede sua, & erit sacerdos à dextris eius, & consilium pacificum erit inter utrunque. Hoc quoq; in loco propheta magnus sacerdos, qui dicitur Iesus, apertissimam imaginē, & notam euidentissimam seruare mihi uidetur Saluatoris nostri Iesu Christi, quando & illius nomine decoratur, & populi de Babylone redeuntis, q; captiuus illic fuerat, ductor existit. nam Saluator quoq; noster Iesus Christus per Esaiam dicitur missus, ut nunciet captiuis remissionem, & gloriæ uisum, consoleturq; omnes qui in luctu sint, detq; lugentibus Sion, gloriam pro cinere, atq; unctionem leticiæ. habes igitur iam duos magnos pontifices: Christum quidem apud Mosem: Iesum autem eum de quo nunc agitur, qui ueritatis circum Saluatorem ac Dominum nostrum Iesum Christum notas & signa, in se ipsis pertulerint. sed enim Aaron qui apud Moysen atem & curam profecutionis ab Aegypto illorum dux fuerit, probe seruabitur imaginem eius, qui uerus est dominus. Nam hic planè nos omnes, qui de uero quæ apud prophetam est Iesus sacerdos magnus, redeuntib. de Babylone in Hierusalem præfuit, signū ipse quoque ferens Iesu Saluatoris nostri, quem habemus sacerdotem magnū, q; quidem cælos ipsos penetrauerit, à quo nos etiam ipsi quasi de Babylone, hoc est de cōfusione ac seruitute uite præsentis liberati: ac cælestem ueramq; Hierusalem contendere instructi sumus. porro autem: meriti d; qui ueritatis imaginem in seipso ferebat Iesus, sordidis indutus uestib.

C 3 tus uestib.

OPAEVSBIBLIOTHECAE



306 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA

Christus sordibus nostris quodammodo inquinatus

dutus uestibus fuerat, diabolusq; à dextris illius stetit, eidemq; aduersarius esse dicitur: nam uerus itē Saluator ac Dominus noster Iesus, quū ad nostram usq; descenderit seruitutem, peccata nostra sustulit, atq; humanas sordes absterlit: & quæ illi in passione probra illata sunt, ex manu etudine charitateq; erga nos sua sustinuit. quapropter Esaias sic ait: Hic peccata nostra fert, & pro nobis est in dolore, & nos existimauimus eum esse in labore, & in plaga, & in afflictione: ipse autem uulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. quinetiam Ioannes Baptista, quum Dominū uidisset, ait: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Paulus quoq; his similia scribens de illo, inquit: Eum qui peccatum non nouit, pro nobis peccatum legit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Item: Christus nos redemit de male dicto legis, factus pro nobis maledictum. Hæc igitur uniuersa dum canit propheta, apertius ea ipsa significat, ubi ait: Et Iesus erat indutus uestibus sordidis. ueruntamen ijs depositis, quo tempore in cælum ascendit, ac de seruitute nostra ad ea quæ ipsius propria sunt, reuersus est: tum uero paternæ diuinitatis diademate est coronatus, & paterni luminis splendidissimum uestimentum indutus, cidariq; diuina, atq; alijs pontificijs ornamentis decoratus. nō est autem difficile etiam ea quæ ad diabolum spectant interpretari, qui quidē etiam nunc dum Christi doctrine aduersatur, atque illi ecclesie, quæ à Christo per totum terrarum orbem erecta est, ipsi Saluatori nostro aduersatur: ut pote qui antea quoq; contra illum steterit, dum is adest nos à seruitute, quam sub hoc ferebamus, liberaturus, nempe illum hic tentauit, & semel prius, & iterum postea, quum sub ipsam passionem illi insidias comparauit: ad extremum ille quum & ipsum diabolum, & eos qui sub ipso degunt, uniuersos, & inimicos & hostes, uisum nostrū effugientes, in fugam uertisset: nos qui captiui tenebamur, suos effecit domesticos, atque de nobis ipsis, tanquam de uis lapidibus, domum Dei, ipsamq; pietatis rempublicam struxit, ut iure ac merito illi oraculum sit accommodandum, quod ait: Ecce Oriens nomen ei, & subter ipsum orietur, & edificabit domum Domini, & ipse accipiet uirtutem, & sedebit, & principatum tenebit in sede sua. Attende igitur diligenter, quemadmodum hic quidem spirituali quodam more de antiquo loquens Iesu, qui imaginem ueri ferebat, sic dicat, Ecce Oriens nomen ei. Paululum uero progressus, quasi de alio qui sit Oriens, ipsi illi qui tunc aderat, Iesu dixerit: Audi iam nunc o Iesu, sacerdos magne, & tu, & proximi tui. Quoniam uirtutis prodigiorum inspectores sunt: Ecce ego adduco seruum meum, Orientem. Si igitur sermo erat de alio qui uenturus esset, ac uerius quam ille qui tunc aderat, Oriens nominandus, certe imago uenturi Orientis ille erat, utpote q; in imagine non solum Iesus, sed etiam Oriens diceretur: siquidem tanquā ad ipsum præsentem, uerba illa, Ecce uir, Oriens nomen ei, ad illum dicta sunt. Merito igitur imaginis gratia, hic quoq; Saluatoris nostri appellatione dignus habitus est, nimirū quemadmodum etiam Orientis. Nam ipsum Iesu nomen in nostrā linguā conuersum, salutare Dei significat. Etenim Iosue apud Hebræos salus. Filius autem Nū apud eosdem Iosue nominatur. Iosue uerū est, Iahō salus, hoc est Dei salutare. Itaq; merito sic ubi Dei salutare in nostris codicibus lectū fuerit, nihil aliud prorsus quam Iesum Hebraica lingua significari, pro comperto habeas. Quum hæc hæcenus de Saluatoris nostri appellatione à nobis dicta sint, ab alio rursus principio orationem renouantes, ad perfectiores de eodem propheti cas demonstrationes transeamus.

LIBER



307

Quum quibus modis de Saluatore nostro Iesu Christo tractemus, si duo nobis in proximo Euangelicæ demonstrationis uolumine ostensi sint: unus quidem eorum, natura nostra superior est, ultraq; illam excurrit. Hoc sanè modo affirmamus illum esse unicum Dei filium, siue Dei essentiam referens uerbum, uniuersiq; huius autorem, siue essentia intelligentem, ac Dei primogenitam uirtutem atq; naturam, uimq; diuinā, quæ omnem habet uirtutem, & omnia quæ facta sunt, antecedit, siue ingenitæ naturæ intelligentē imaginem. Alter uero modus nobis magis cognatus, magisq; familiaris agnoscit. Hoc. n. definimus illum esse Dei uerbum, quod in homine patet nā pietatem denūciat. quo quidē modo quondā ille apud priora secula in hominis habitu, ijs qui cum Abraham, ijs inquam qui cum ipso illo principe gentium apud Dei amicos tantopere celebrato uixere, apparuit. Qui tum rursus apud homines uisendus expectabat, & qui iā ante per hominis ortum, & nostro corpori simile corpus, omnia probra passurus dicebatur. Itaq; nobis de illo prophetica exposituris testimonia, recta uia, rectoq; ordine procedet oratio, si iā nūc in primis quemadmodū quæ promissa sunt postulant, id quod prius est exploremus: & quæ in Euangelijs de illo extat theologia, hæc à ueterū prophetarum testimonio cōprobemus. Sed ante necesse est cōsiderare, quisnam fuerit modus, quod propheta apud Hebræos Dei spiritu impleretur, à quibus utiq; etiam quæ prædicta sunt, antehac edocti sumus.

Quis nam modus, quo apud Hebræos propheta simul, & quæ futura essent canebant, & solam uerā theologiam illustrabant.

Loca in quibus & uaticinia & oracula acciperēt, in orbe terrarum passim instituta fuisse, tam Græci quam Barbari profitent. Porro hæc aiunt procella. Itaq; prophetis Hebræorum nihil excellentius contigisse, quam reliquarum gentium oraculis. Ut enim Hebræis per eiusmodi prophetas, sic reliquis gentibus per diuersorum locorū oracula, supremum Deum respondere, & conducibilia monere solitum. Non enim tantummodo Iudæorum esse, sed reliquorum quoque omnium hominum Deum: neque hos magis quam illos curare, sed omnibus æquè prouidere. Sic enim ne solem quidem suum inuideri cuiquam, sed omnibus abunde largiri, non Hebræis solis, annuosq; rerum necessariatum prouentus suppeditare, atque omnibus simile corpus cōlis naturam. Itaq; eadem ratione prouidendi quoque cognoscendiq; futuram scientiam, omnibus hominibus abunde sufficere, alijs quidem per uiros prophetas, alijs uerò per oraculorum respōsa, & alijs per autum uolatus, aut per ea quæ dicuntur omnia, aut per concussiones ac tremores, aut per alia quædam eius generis signa: hæc enim aiunt prouidentia diuina cunctis hominibus esse donata: itaq; nihil amplius habere uideri Hebræorum prophetas, hæc sanè illorum est ratio: nos uero illis sic obuiam ituri sumus. Si ulla quædam ratio conuincit, re uera deos, seu diuinas potestates, siue bonos aliquos demones præesse eorum de quibus dictum est oraculis, uel augurijs, uel cæteris quæ ante diximus, possumus sanè aliquem locum illis tribuere, tanquā illa quoq; supremus Deus ijs qui talia usurpent largitus sit: si uerò perfectis demonstrationibus, & ipsorum Græcorum confessionibus, iam antea, demones esse non illis quidem bonos, sed omnis perniciæ nequitiaq; autores conuicimus, qui fieri potest, ut Dei propheta habeant: etenim illos esse malos, ut

Deus ex quo prouidit iudeis & gentibus salutem.

Oracula Iudæorum multo excellentiora, gentium oraculis.

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



per euangelicā preparationem ratio deprehēdit, ex eo sanē quod priscis temporibus in omni loco & ciuitate ac regione, humane illis uictime sacrificarentur: item ex eo quod rerum futurarum ignoratione sciscitantes deciperent: & quod in mendaciō millies ac millies deprehēsi sunt, modo quidē aperte ac palam, modo uero ipsorum oraculorū ambiguo sermone, per quem eos qui ad se confugissent, plurimis sapissime malis atq; incommodis inuoluisse conuicti sunt: nec non quod iam antea demonstratum sit, illorum genus scōdum mundumq; esse, ex eo quod obscēnis ac lasciuis, quę de ipsis ferantur, canticis gaudere consueuerint: item hymnis ac fabulosis narrationibus historisq; inhonestis ac perniciosis, quas quod contra se ipsos ratas habuerint, & tanquā ueras comprobauerint, iam plene redarguti sunt. Deniq; illorum inertis imbecillitq; naturę maximum argumentum, quod extincta sint oracula, neque amplius ut olim respondeant, & extincta non alias quā sub aduentū Saluatoris nostri Iesu Christi, ex quo enim illius in omnes gentes euāgelicę doctrinę penetrauit uerbum, ex illo item oracula defecerūt, & demonum mortes memorant. omnia igitur hæc, & innumerabilia alia his similia fuerunt, ex quibus illos, de quibus nunc agimus, malos esse demones Euāgelicę preparationis demonstrant. quod si tales illos esse iam constat, quę ratio unquā obtinebit, ut supremi Dei illas fuisse diuinationes censeamus, quę demonum sortes prohibentur: aut quę de illis feruntur, Dei prophetarum uaticinijs esse comparanda: ceterum quāti tandem illorum prædictiones faciendę, quas, quum stare uidebantur, sciscitantibus respondebant: non ne de inhonestis atq; humilibus, & nullius præcij uiris, pugilibus, exempli gratia, aut alijs talib. reddi solitas nouimus: quos quidem homines sacrificij honestari iuebant: qualia porro quę de humanis uictimis feruntur, censenda: caput enim hoc omnium eorum quę dicta sunt, num igitur ulla re praua locum nouę absurditati reliquerunt: quod si isti hominum conseruatores, & dii & boni demones, qui ad se suppliciter & cum pietate confugiebant, eos quęcumq; charissima haberēt, quasi reliquis similia pecora mactare imperabāt, planē quod humani sanguinis supra omnem ferinam naturam sitibundi, neq; quicquā aliud quām potiores sanguinis, & deuoratores hominum, perditionisq; amici essent, ipsi met declarabant. aut dicat sanē quiuis, num de illis possit honesti quippiam, aut quod cum uirtute coniunctum sit, ostendere, aut diuinationes ac prædictiones, quę ad omne hominum genus spectauerint, aut leges, institutiones que ciuiles, quę quomodo omnes homines uiuere oporteat, præceperint, aut philosophię decreta ac disciplinas, quę philosophię amatorib. ab ipsis dijs unquam proposita fuerint. atqui nemo est qui possit affirmare, tale unquam quiddam uel celeberrimorum oraculorum beneficio, uicē hominum contigisse. nam si talia fuissent, nunquam homines, quiduis à dijs leges tradite sunt, diuersis usi essent, atq; inter se pugnantibus legibus: nam qui dii essent: & dii boni, qui fieri posset, ut non æquis institutionib. uterentur: quare autem non modestissimis ac iustissimis legibus: quis ergo aut Solonis, aut Draconis, aut aliorū qui uel Gręcis, uel Barbaris leges desciperint, usus fuisset, quum in proximo adessent dii, qui oraculis possent, quę honesta & necessaria uiderent, præcipere: Quod si quis dicat, planē illos ipsos, non alios fuisse, qui per singulas gentes hominibus leges dederint: dicat etiam, quęso, ecquis ille, aut cuiusmodi fuerit Deus, qui Scythas, exempli gratia, deuorare homines docuerit: aut qui nonnullis alijs leges dederit, ut matribus ac filiabus miscerentur: aut qui eos qui consenuissent, canibus proicere, quasi rem bonam imperauerit: aut qui sorores habere in matrimonio permisit, aut mares maribus commisceri: Et quid me oportet narrationes à legibus & omni iure alienas de ijs quę apud Gręcos, ut apud Barbaros fierent, numerare, ut autores illos oraculorum mirabiles, apud utrosq; non deos, sed prauos ac sceleratos demones

Demoni
fitiunt hu-
manum san-
guinem.

Legis lato-
res gentiū.

Mactatio
hominum,
demonum
institutum.

Moses pri-
mus theolo-
gus.

ros demones fuisse demonstrem: quippe qui infelicissimū mortaliū genus, in absurditates ab omni natura alienas coniecerint, quando ne dii quidem illi & uates, qui apud Gręcos fama celebrantur, ut cōducibile quicquam & suo præcio æstimādum, ad animę utilitatem ijs tradiderint, qui ad oracula accede- rent, demonstrari possint: cur enim unquam Gręci homines, relicto illorum usu, barbaram terram petere soliti sunt, ut mercatorum instar, disciplinas ex- trinsecus aliunde conquirerent, quum in proximo essent dii, quibus magistris uterentur: si enim dii aut etiam boni demones respondissent, & alias quidem diuinationibus, alijsq; miraculis ostendissent uim suam: alias uerō ex constan- ti & necessaria disciplinarum ueritate, ueram docuissent sapientiam, quid tam dem impedito fuisset, ne ab illis philosophorum filij instituerēt: ut ita illis institutis, nusquam alia ab alijs opiniones, alia sententię, alia decreta tra- derentur: neq; uero ex longa diuersitate, uarię philosophorum sectę nasce- rentur: quod si illos popularis turba non attendebat, ac saltem pijs religiosi que hominibus, qui illos consulerent, cōstantem quandam doctrinam, bene- ficio illorum suppeditari oportebat. Sed qui sunt hi tandem: nam quoscumq; dixeris tales, eos ut errantes redargunt, quicunque diuersa aut cōtraria sen- tiunt: ceterum, ut par est, demonum erant oracula, quę usque ad furis com- pilationem, aut suppellectilis interitū, aut aliud quippiā eiusdē generis uim suam porrigent: quarum sanē rerū haud incredibile est illos, utpote qui in hoc aere qui terram ambit, utagari consueuerint, habuisse sententiam. Hone- ste autem & cum sapientia coniunctę rei, siue sententię atq; artis inuatores fuisse, nunquam ostendit, non reipublicę, non legis à recta ratione profectę, non instituti cuiuspiam laudabilis: imō uero si aliquanto liberius dicere oportet, illos omnium malorū autores & principes extitisse affirmare necesse est, qui de seipsis adulteria, & impudicos marium abusus, & cum matribus & soribus nuptias, concubitus que nefarios, & alia innumerabilia quę de oris natura aduersantur, inimicitiasq; & bella deorum aduersus deos, in ipsorum hominum canticis atq; hymnis & narrationibus, et sacrorum arcanis ritibus, ferri non recusarent, ac potius libentissimē audirent. Certē nunquam eorum quisquam se contra homines indignatione correptum ostendit, quod qualia dicta à nobis sunt, talia ipsis aut cogitādo, aut dicendo, quasi nequitia plena, neque ulla modestia referta tribuerent. Et quid me oportet oratione progre- di longius: quum planē de uno omnium exemplorum maximo liceat & cru- delitatem, & immanitatem, & tetrum reuera institutum illorum intueri: di- co autem de mactandorum hominum ritu. Quod enim non solum brutorū animalium sacrificijs gauderent, uerum etiam hominum ipsorum interitū, quę in preparatione & philosophi & historici apud Gręcos memorię pro di- derint, ex quibus maximē quā perniciosi sunt demones, quāq; multiplici- bus machinis, modo quidem oraculorum, modo uerō auspictorum, aut si- gnorum, aut hostiarum, aut aliorum similitum, hominū peruertāt atq; impli- cent genus, demonstrantur. Quare affirmandum, illorum oraculū nequa- quā supremum Deum autorem habuisse. Neq; igitur illa prophetis Hebręo- rum quę quidem quātorum, qualiumq; bonorum in uita autor fuerit, iam hinc fa- cile contemplari potes. Primum q; bonorum, opinionones que euāgelicas ac ue- lio rationalium, intelligentium que naturarum autore, earum utiq; quę post ipsū existere intelliguntur: item de mundi atq; hominis creatione, scriptu- ram sacram exarauit atq; edidit. Præterea quum historias religiosorum homi- num, & qui olim Deo grati apud Hebręos uixerint, quasi quędā uirtutum exemplaria expresserit, eos qui sibi dictandi parerent, ad imitationem uitorū bonorum

OP. A. V. S. B. C. S. W.



bonorum excitauit. Legi uero diuine, atq; ihs qui tunc uerentur accommo-
dat, primus orationis splendorem adhibuit, adorationemq; religiosam ac ue-
ram introduxit. Postremo ihs qui post se multis seculis futuri erant predictio-
nes enunciauit, sicut paulo post a nobis commemorabit. & hic quidem talis.
Ad eundem uero modum etiam propheta qui post illum extiterunt. Ceterum
extra propositum existimetur, sicubi eorum quippiam quae in diem quere so-
lent, ipsi respondissent sciscitantibus. Summa autem omnis illorum prophetiae
in rebus magis consumebat. Non enim in diuinatione rerum quae in diem, aut
in praesens tempus quaerent, neq; paruis aut humilib. negocijs surum quod
a Deo acceperant munus dignum putabant. Sed super omni genere hominum
diuini in illis spiritus illustratio, ingens amplexa erat argumentum, non illa qui-
dem ut de aegrotantis hominis corpore, neq; de temporaria hac, & omnibus
morbis obnoxia uita, diuinationem profiteret, nec alioqui de quibusdam me-
dijs atq; indifferentibus: quae neq; si adsint, ad profectum animae conducibilia
sint: neq; si non adsint, damnium aliquod aut perniciem afferant. tamen si non-
nunquam haec quoq; praedicebant, non primaria quadam ratione, sed quod re-
rum grauiorum perceptionem comitarentur, eisq; essent adiuncta. At uero
quae in causis diuini ab illis accipiendi spiritus, ad uaticinandum principem lo-
cum obtinerent, ea maius quoddam continebant argumentum, quam ut ad ea
quae dicta sunt, pertinere possent. Quod si quis totum quasi corpus eorum quae
a Mose & alijs post Moysen prophetis scripta sunt, diligetissimè explorat, pro-
fecto ea nihil aliud complexa inueniat, quam adhortationem atq; doctrinam
diuini cultus, qui Deo uniuersi, ipsi utiq; opificerum omnium sit exhiben-
dus, cognitionemq; ac theologiam supremam de filio, qui una cum patre ipse
quoq; rerum sit autor: praeterea dehortationem atque euerisionem a fallaci
multorum deorum cultu, ad haec ueterum sanctorum uirorum, qui primi talem
religionem obseruauerint, memoriam praedictionesq; & responsa de ihs qui
multis post seculis ad illorum uitae regulam, suam ipsi uitam directuri erant, per
aduentum Dei ad homines atq; praesentiam, ipsius inquam filij & ipse euulsa
docendae pietatis munere functurus, et ad salutem uitae hominum afferenda ue-
turus, in responsis dicebat, cuius beneficio illi cunctis gentibus. & Graecis simul
& Barbaris eundem diuini cultus morem, quem ueteres Hebraeorum religionis
amatores seruauerant, prodendum esse canebant. Haec Moses, haec reliqui item
prophetae, qui omnes uno ore quod erat futurum nunciabant. atq; haec erat
causa, cur diuinus spiritus afflaret homines & corripere, ut uidelicet Dei co-
gnitionem ipsos, supremamq; de patre ac filio theologiam doceret: isdemq;
traderet uere illius pietatis morem, & ad memoriam redigeret eos qui quod
dam omnis honestatis partes compleuissent: nec non eos qui posterioribus tem-
poribus a pietate, rituq; maiorum suorum excidissent, eosq; longa oratione
reprehenderet: item caneret aduentum Saluatoris, ac doctoris uniuersi huma-
ni generis: et per illum in cunctas gentes, antiquae Hebraeorum religionis pro-
pagationem futuram nunciaret. Haec sunt quae ab initio & titulis & libris
sacris prophetarum, concorditer uoce enunciata fuerunt: ipsa inquam haec, quae
etiam nos post longissimum tempus, hodierno ipso die compleri oculis nostris
intuemur. Hi uero omnes uno ore diuino spiritu afflati, cunctis hominibus
lumen uerae pietatis aperiebant, atque animae & corporis castitatem, perfe-
ctamq; mentis purgationem commendabant. Quam quum ipsi prius exer-
cuissent, ihs qui sibi auscultarent, proponebant, & ab omni minus honesta
actione eos qui ad se accederent prohibebat, deterrebantq; ne studia illa nefa-
stia imitarentur, quae ab errore colendi multos deos profecta fuerant: tum
praecipiti quodam cursu docebant, ut fugerent omnem daemonicam tradi-
tionem, priscas quae illas omni studio celebratas hominum mactationes, ob-
scenasq; de dijs & nefandas narrationes: a quibus quum homines prohibe-
rent, unum

Propheta
praecipue
quae saluti
anime con-
ducunt pra-
dixerunt.

Propheta-
rum com-
munis ex-
hortatio.

rent, unum uniuersi opificem Deum, quasi praesidem ac iudicem omnium quae
ab hominibus agantur, ut attendere, hortabant, atq; interim ne ignorarent
eum qui uenturus erat ad homines, Christum utiq; Dei, Saluatorem uniuersae
si humani generis, ac doctorem non minus Barbaris quam Graecis uere pieta-
tis destinatam. Haec sane erat differentia inter eos qui spiritum Dei receperant,
& eos qui demonico instinctu diuinationem profitebantur. Deinde prauum
quidem unum quodq; demonium tanquam tenebrarum amicum, animam te-
nebris & caligine inuoluens, accessu suo quemcumq; sibi subiecerat, naturali
usu rationis deturbarum, quasi mortuum distendebat. Itaq; ille tanquam om-
ni sensu spoliatus, factusq; amens, quid a se uel diceretur uel ageretur, neutiq;
intelligentia consequeretur. Ex qua re merito istiusmodi alienationi nomen im-
posuerunt: quod, quum diuinationem significet, a furore uidetur esse deductum.
Verus autem diuinus quae spiritus quum lucidissimus, ac potius ipsa lux sit, ad
quamcumq; animam accesserat, in ea continuo nouum ac splendidissimum lu-
cis diem comparabat, eandemq; & nitidam, & ad contemplandam idoneam,
multo amplius nunc quam prius esse confueuisset, reddebat. Itaq; cum maxi-
me & sobrijs erant, & uigilabant, & praeter alijs omnibus quae canebant, ipsi intue-
bantur & comparabant. Ex quo mihi bene uereq; uidetur eos qui tales exti-
terint, uocare prophetas, quod diuinus in eis spiritus ante ostendere, & lumi-
ne suo anticipare, non praesentium modo, uerum etiam futurorum ueram cer-
tamq; cognitionem comueuerint. Ceterum contemplamini quae loque ne me-
rior haec & uerior oratio, quae ait diuinum spiritum in animas expurgatas, &
ad suscipiendam diuinitatem intelligentia & ratione nitida comparatas, ingre-
di solitum, an eorum qui in materia in anima, & tenebricosis secessibus, diuinitati
quod sit, includunt, atq; in foeminarum, uirorumq; impuris animis, nec non
in coruis atq; accipitribus, auibusq; ceteris, praeterea in capris, & reliquis ani-
malibus, quinetiam in aquarum collectionibus, in extispicijs, in cruoribus, o-
diolarum ac deformium beluarum, in uenenatarum serpentium corporibus,
ut draconum & mustelarum, & aliorum eiusdem generis, per quae futuraru-
rum cognitionem a supremo Deo indicari & prodi admirabiles isti et egre-
gij autores, contra quos dicimus, putauerunt. Porro istuc hominum fuit nul-
lus uis, considerantium, quae nullo modo in anima brutarum animalia incolere
gaudet, ac ne rationalia quidem cuncta, sed ea tantum in quorum animis uis
tus in sit perfecta, quales paulo ante prophetas Hebraeorum oratio nostra de-
scripsit, quos duximus magnarum rerum causa, diuino spiritu dignos esse ha-
bitos, utpote qui orbis uniuersi hominibus ea proderent, quae ad ipsorum in uir-
tute profectum conducerent: quod si quando illos instar umbrae, etiam rerum
praesentium ac mediarum atque indifferentium cognitio comitata est, usque
adeo ut sciscitantibus quae ignorarent, ad tempus quoque praedicerent, etiam
hoc ipsum nec esset illis qui ad ipsos accederent, praebant, nimirum ne isti
curiosi ac perquam auidi diuinationum, iure ad externa aliarum nationum o-
stacula, penuria domesticorum prophetarum secedere uiderentur: sed haec ha-
braeorum inerat. Tempus igitur iam est, ut illi tanquam ihs qui uiri diuini sapien-
tesq; non humano more, extiterint, sed afflati diuino spiritu quae credenda
essent docuerint, sua ipsorum decreta, & cum pietate coniunctas incorruptas
que theologias, sine omni prorsus ambiguitate nos doceat, ut uideamus nu-
ulquam quidquam a uirtute ac ueritate alienum importet: agendum igitur iam
deinceps, nouo quodam dicendi initio assumpto, quae in Euangelijs de Salua-
tore nostro Iesu Christo theologia continetur, eam prophetis quoque testi-
monijs comprobemus. Euangelica igitur testificatio talem de Christo profert
theologiam: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, omnia
per ipsum

Quid pro-
pheta.

Gentilium
uanijsima
diuinatione-
nes.

OPAEVSBCEBRI



per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: uocat porro illum lucem in- telligentem: uocat enim Dominum, sicut interim Deum quoque. Diuinus autem Paulus tanquam Christi discipulus et apostolus, eidem theologie concordat, ubi de illo hec narrat: Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis cre- aturę, quonia in ipso condita sunt uniuersa in celo & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia per ipsum co- stant. Vocatur autem & Dei uirtus, & Dei sapientia. Hęc ipsa igitur hoc co- pore de prophetiis Hebręorum monumentis, quasi de uarijs floribus colli- genda nobis proposita sunt, ut per utriusque partis consensionem, demonstra- tio constet ueritatis. Ceterum, ignorare neutiquam oportet, quemadmodum di- uina oracula quę multum, quod tum in uerbis, tum in sententijs mirifice ex- cellat, Hebręica lingua contineant, uariam, diuersamque in Gręca lingua inter- pretationem, ob difficultatem contemplandi sortita sint. Sed quę olim uiri Hebręi multisimul conuenerint, & una eademque uoce illa omnia conuenerint, eos maxime sequemur: quandoquidē Christi quoque ecclesie ipsę uti placuit. Sicubi autē usu uenerit, ne iuniorē quidē interpretū nouas editiones, quas eo- rum nunc iudei libenter usurpant, recusabimus: ut ea que ad nostrā hanc demon- strationem pertinent, ex omni parte stabilitus firmiterque consistant. Quę hęc hactenus prefati sumus, reliquę iam est, ut in ipsas diuinas uoces insistantur.

Quemadmodum apud Hebręos sapientissimus Salomon in Proverbijis nouit quandam primogenitum Dei uirtutem, quam & sapientiam Dei & eius filium sobolem appellat, sicut interim nos quoque eandem glorificamus. Caput 1.

Proverb. 9.

Ego sapientia habitauit consilium, & cognitionem, & cogitationem ego inuocaui: timor Domini odit iniustitiam, contumeliamque, & superbiam, & uias prauorum: odi uerō ego peruersas uias malorum, meū est consilium, & stabilitas, mea est prudentia, mea autem fortitudo: per me reges regnant, & potentes scribunt iustitię: per me magni uiri magnificantur, & tyranni per me obtinent terram. ego amantes me diligo: & qui querunt me, inueniunt gratiam, & diuitię & gloria mihi adsunt, & possessio multorum, & iustitia. Melius est fructus me, quam auro & lapide precioso multo: mei uerō factus, meliores argenti electo. In uis iustitię ambulo, et inter uias ueritatis uersor, ut diuina diligenti- bus me substantiā, & thesauros eorū impleam bonis: si annūciauero uobis que quotidie fiunt, memorauero que a seculo sunt ad nunc mandandū. Dominus crea- uit me initium uiarum suarum in opera sua, ante seculū fundauit me, in prin- cipio antequam terram faceret, & antequam abyssos faceret, antequam produ- rent fontes aquarum, antequam mōtes suis sedibus firmarentur, ante omnes colles gignit me. Dominus fecit regiones, & eas que non habitantur, et ueni- ces qui habitantur, eius que sub celo est: quando parabat ecelum, simul cum eo aderam: quando segregabat sedem suam super uentos, quando fortes facie- bat superiores nubes, & ut stabiles ponebat fontes eius, que sub celo est: di- poneret mari consummationē suam, & aque non preteribunt os eius: quando fortia faciebat fundamenta terre, eram apud illum componens: ego eram apud quam gaudebat: quotidie uerō lætabar in uultu illius in omni tempore, quam- do lætabatur quod orbem terrarum perfecisset, & lætabatur in filiis hominū. Diuinā & omnem in se habens uirtutē, que cunctis rebus genitricis antiquior est essentia: que intelligens & primogenita ingenitę naturę imago est, legiti- mus atque unicus maximus Dei filius, qui multis nominibus dicitur, de quo ut de Deo pluribus appellationibus loquimur, hoc in loco sapientię dignitatē atque appellationem, honoris & amplitudinis gratia accepit: uerbum autem Dei eum dem, & lucem, & uitam, & ueritatē, et postremo Christū Dei uirtutē & Dei sapientiā appellare iam didicimus. Iam igitur in his que nunc in manibus sunt, ipse de seipso, tanquā dei uiuens sapientia, & que per seipsam consistat, per

sapientissimum Solomonem uerba facit, dum dicit: Ego sapientia habita ui- consilium, & cognitionem & cogitationem ego inuocaui. & que his adiuncta sunt. Sed etiam quasi is qui ipse uniuersi administrationē & prouidentiam acceperit, adiungit: Per me reges regnant, & potentes scribunt iustitię: per me magni uiri magnificantur. Deinde ubi dixit se memoraturū que a seculo sunt, adiungit dicens: Dominus creauit me initium uiarum suarū in opera sua, an- te seculū fundauit me. quibus uerbis interim seipsum genitū, neque eundem cum ingenito docet esse. eum sanē qui ante omne ætatem essentiam acceperit, & in modum fundamenti cunctis genitricis rebus præmissus sit, ex quo diuinū Apostolum argumentū accepisse, credibile est, ut de illo diceret, Qui est ima- go Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturę, quonia in ipso condita sunt uniuersa, in celo & in terra. Siquidem primogenitus omnis creaturę dicitur et in illo: Dominus creauit me initium uiarum suarum in opera sua. Iure autē imago Dei intelligitur, utpote qui genitura sit ingenitę naturę. Hoc igitur in his que in manibus sunt confitetur, ubi ait: Antequam montes suis sedibus firma- rentur, & ante omnes colles gignit me. Inde illam filium unicū, & primū ge- nitum Dei uerbum appellamus, qui quidem idem sit cum ea sapientia, de qua dictum est. Quomodo autem geniturā illum esse Dei dicamus, alius erit & proprius indagandi locus: quoniam neque secundū projectionem, neque secun- dum diductionem, aut diuisionem, aut diminutionē, aut sectionē, aut omni- no secundum aliquid eorū que in genitura mortali exigi solent, ineffabilem illius procreationē cogitamus. neque fas est ullis genitricis rebus illius, aut geni- turam, aut propagationem, que quidem nullis neque uerbis, neque nominib. co- prehendi potest, simile arbitrari: neque uerō aliquā illi eorum que temporalia & mortalia sunt, comparare imaginem, quoniam neque secundum eas animalium procreationes que apud nos uiuuntur, essentiam de essentia, eamque diuisibilem, aut separabilem filium de patre, partiendo aut diuidendo, prodixisse, pie dice- re possumus. partes enim nullas habet, insecabileque est quod diuinum est: nō secatur, non diuiditur, non extenditur, non corripitur, non diminuitur, non maius, non melius fit, non habet in se ipso aliquid quod a seipso sit aliud, ut il- lud possit abijcere. quicquid enim in aliquo est, aut est tanquam accidens, ut album in corpore: aut tanquam aliud in alio, ut in prægnante fetus quem in utero gestat: aut tanquam pars in toto, ut in corpore manus, uel pes, uel digi- tus, que totius sunt partes: quarum si abscissionem, aut sectionem aliquā, aut diuisionem patiantur corpora, imperfectū ac mutilū ipsum totū, ueluti sum- ma parte amputata relinquit. at enim in ingenita maximi Dei natura, inque u- nicū eiusdem primogeniti filij procreatione, talem usurpare imaginē aut simi- litudinem, omnimodū que impia sunt maxime impium sit. nō igitur tanquā aliud in alio, ex infinitis & principio carentibus seculis erat filius ingenitus in patre qui pars illius quædam esset, que quidem posterius commutata & eiecta ex tra illam secesserit: iam enim istud conuersionis propriū foret, & sic sanē duo essent ingenita, unum id quod ante conuersionē fuit, quo per proiectionem nam quæso status melior: nū is qui ante conuersionē fuit, quo per proiectionem adherens, deinde diductum & seorsum abiens a toto, sic filius a patre cogitari poterit. sed enim infanda & prorsus impia hæc, que materię quidē corporū conueniunt, & adherent ut propria: ab incorporea uerō & materię experie- natura abhorret, alienaque sunt. quocirca merito quispiam hoc in loco & oppor- tune, rursus illud profert. Generationem eius quis enarrabit? siquidem in eorū dem ratione, qua reliqua que facta sunt, non absque periculo sit. alia est enim fi- lij generatio, & alia per filium aliarum rerum creatio. que cum diuina scri- ptura modo quidem primogenitū omnis creaturę filium appellet, ex ipsius

Genitura autem genitricis nature.

Differunt creatio & generatio.

D persona

OP. A. F. V. S. P. C. S. M.



DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 314
 na sic dicens, Dominus creauit me initium uiarum suarum: modo autem ge-
 nitorum patris dicat, ubi ait, Et ante omnes colles gignit me: hanc item nos te-
 qui sani iudicij sit, confiteri: ante omnia secula esse uerbum Dei creationis ad-
 ministrum, esseque unum cum patre, & unicum esse maximi Dei filium, qui patri det
 operam, eiusque sit socius, dum omnia que sunt, facit ut sint, eademque disponit,
 etenim si item aliud quidpiam, quod neque dici, neque comprehendi a nobis pos-
 sit, in natura uniuersi remaneret, (sunt autem innumerabilia huiusmodi) quale
 utique habetur quod Dei amicis promissum est, quod oculus non uidit, nec au-
 ris audiuit, nec in cor hominis ascendit (ut sanctus ait Apostolus) multo prius
 supra omnem cogitationem feratur, ac neque dici, neque denominari, neque intel-
 ligi, nec animo concipi possint, que ad primam unicum Dei filij generationem per-
 tinent, de quo sane nihil habemus amplius quod dicamus, aut cogitemus, quod
 illud, Generationem eius quis enarrabit? quod si quis hoc ulterius progrediens,
 eod prouehat audacia, ut quae nulla prorsus intelligentia comprehendere possunt,
 ea uisibilibus & corporeis exemplis assimilet, forsitan dicat, ingeniti patris naturae
 atque ineffabilis essentiae, quasi fragrantiam quandam, ac lucis splendorem, ipsum
 filium ex infinitis seculis, ac potius ante omnia secula extitisse, dumque existeret
 simul esse, neque patrem unquam relinquere: sicut nec unguentum bonus odor,
 nec lucem splendor relinquit, uerum exempla haec non omnimodo integram
 praestant similitudinem, sed quomodo iam antea dictum est: nam corpora inui-
 nimata, ipsum accedens in qualitatibus retinet. Splendor enim cum ipsam lu-
 cis naturam comitetur, nec ipsam unquam lucis essentiam relinquit, extra ipsam
 in quo est, stare non potest, at uero ipsum Dei uerbum per seipsum & efficien-
 tiam obtinet, & consistit, nec absque gignendi ratione cum patre existit simul: sed
 tantumque unicus filius, qui solus ante omnia secula ex patre sit genitus, bonus ue-
 odor, cum subiecti corporis emanantia quaedam sit, ipsa quoque corporea, neque
 seorsum a prima causa per seipsum impleat id quod ipsi proximum est, nihil
 minus etiam ipse a natura corporea non recedit, non sic igitur a nobis ea quae
 ad primam Saluatoris nostri propagationem pertinent, intelligenda sunt, neque
 enim ex natura eius qui ingenitus est, partiendo aliquid aut diuidendo, naturam
 est nactus, neque uero absque principiorum patre simul existit, quando ille quidem in-
 genitus, hic uero genitus est: & ille pater, hic filius, at uero patrem existeret, &
 naturam suam obtinere non a filio, unusquisque facile confitebitur. eadem porro ra-
 tione imago Dei erit, ita quidem, ut rursus nullis neque uerbis, neque rationibus
 quomodo sit, comprehendere possimus: quippe cum uiuentis Dei uiuentis ipsa
 sit, & per seipsam consistens, sine materia, sine corpore, nihil prorsus habens
 admixtum contrarium, neque uero cuiusmodi ulla sit apud nos imago, quae & a-
 liud essentiae subiectum habeat, & aliam speciem, sed quae tota ipsa sit fragran-
 tia erit, quae efficacissimam largiendam uitae uiam habet, sed ita rursus ut neque di-
 ci a nobis, neque rationibus colligi possit, siquidem omnia quaecumque de illo ue-
 ra sunt, ineffabilia sunt hominum uocibus, & mortalium cogitationibus, secun-
 dum exquisitam rationem incogitabilia, sed enim quoquo modo audire nos
 iuuat, itidem sacra nos erudiunt oracula, an non Christum bonum odorem ipse
 seipsum & sui similes sanctus Apostolus, propterea quod spiritus Christi pat-
 tericeps esset, appellauit: non ne unguentum euacuatum ipse coelestis spon-
 nis tam uisibilibus quam inuisibilibus, tam corporeis quam incorporeis,
 tam rationalibus quam brutis communicauerit, tum ea secundum proportionem
 nem digna effecta sunt, quae in parte acciperentur, & diuini uerbi liberalitate
 quadam fruerentur: huius quidem diuini affatus, susceptionem ipsi qui rationa-
 les sensus diminutos non habent, uniuersus impertit mundus, usque adeo ut quae
 terrena & corruptioni obnoxia sunt corpora, omnis materiae experte incurru-
 ptamque

ptamque fragrantiam redoleant, dum quidem superne instar fontis manat Deus
 uniuersi: qui cum unicus uerbi sui sit pater, idem sit primus reuera bonum, quod
 boni gignendi uim habeat: dumque genituram obtinet, & quasi a primo & in-
 genito patre sufficit filius: qui etiam solus paternae essentiae fragrantia quae
 dictus est a nobis, qui oraculo obsequimur, talem de illo doctrinam tradenti:
 Vapor est, inquit, uirtutis Dei, & emanatio gloriae omnipotentis sincera, &
 splendor lucis aeternae, & speculum sine macula Dei efficaciam, & imago bonita-
 tis eius. Veruntamen haec quo loco quis uelit, ubi utique ponat, nobis autem satis
 superque sit, uerum illud ac primum rursus uerbum repetere, quo etiam eorum de
 quibus quaesitum fuerit, difficultates dissoluemus, ipsum inquam illud, quod an-
 tea saepius estati sumus, Generationem eius quis enarrabit? Re uera enim solum
 a nullis hominibus, sed ne ab ullis quidem potestatis, quae ultra omnem naturam
 euaserint, unicum Dei filij generatio potest comprehendere, sane non aliter quam ipse Sal-
 uator ac Dominus noster, hisce ipsis rebus suos initiatus discipulos: Nemo, in-
 quit, nouit patrem, nisi filius. Et adiungit protinus: Et nemo nouit filium, nisi
 pater. Cum ergo theologia de patre & filio aequae omnibus, praeter unum ipsos, in-
 cognita sit, quasi in arcanis in illis Solomonis uerbis quae superius apposiui-
 mus, sapientiam audire oportet dicentem: Antequam montes suis sedibus firma-
 rentur, & informaretur terra, & ante omnes colles gignit me. Ait praeterea, se-
 una cum patre fuisse, cum caelum instrueret: Quando, inquit, parabat caelum,
 una cum eo aderam. Deinde aeternam ab infinitis seculis cum patre mansionem
 significat, ubi adiungit: Eram cum illo componens, ego eram apud quam gau-
 debat, quotidie uero laetabar in uultu eius. Porro autem abyssos & fontes a-
 quarum, & montes & colles, & alia quaecumque communibus uerbis hoc in lo-
 co denominata sunt, aut de mundi constitutione, ita accipere oportet, ut apar-
 te totum intelligatur: aut alio genere figurae interpretari, transferendo signi-
 ficata eorum ad intelligibiles essentias, potestatesque diuinas, quas omnes ortu
 suo antecedit sapientia, quibusque omnibus, antiquius extitit unicum, primoque
 genitum Dei uerbum, quem nos Christum appellare consueuimus, edocuit a
 magistro Apostolo dicente: Christus Dei uirtus & Dei sapientia. Sed hic ap-
 pellatione sapientiae merito uocatus est.

Filius fragran-
 tia patris.

*Errone librarij, qui exemplar Graecum a quo haec accepta sunt, descripsit, hoc in loco multa desunt. Deest
 autem in primis non solum capitis sequentis inscriptio, sed etiam principium. Ipsius enim libri initio de-
 scripuitur capitulum ita habet: Primum a prouerbijs, secundum a XLIII Psalmo, tertium a
 psalmo CXX. atque ita deinceps. Apponemus ergo nos talem inscriptio-
 nem. Cap. II. Absque principio.*

IN secundo autem sceptri regalis honore donat, in tertio uero perfectae uir-
 tutis illi dat testimonium, postea ipsum hunc & Deum & regem, a supremo
 Deo unicum esse docet, & ea ratione Christum extitisse, quid enim aliud quis-
 quam nominet eum, qui non ab hominibus, sed ab ipso supremo Deo sit ur-
 ctus: de hoc igitur ait: O Deus (ad eum qui unctus est sermonem, dirigens)
 dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus.
 Vi si diceret, Deus pater unxit te oleo exultationis, praecipue participibus tuis: ita
 neque commune & terrenum est hoc de quo agitur unguentum, neque illi simili
 quod apud Moysen lege sancitum est, & ex corruptioni obnoxia materia com-
 paratum, quo sane moris fuerat ueteres Hebraeos & sacerdotes & reges unguere,
 in die nobis merito, & Deus simul & Christus appellatus est, tanquam is qui so-
 lus non per homines, neque ab hominibus, ab ipso uera uniuersi autore diuinae
 leticiae atque exultationis, incorporeo & Dei maiestate digno unguento sit
 unctus, quapropter iuste solus, sine malitia solus bene & propria, praeter ipsi
 us participes nominantur, Christus appellatur. Participes uero eius qui nam
 quae solus sint, nisi ipsi qui dicere possunt: Participes enim facti sumus Christi. De
 quibus dictum est: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite
 malignari.

Psal. 44.

Iesus praeter om-
 nibus partici-
 pibus Christi
 dictus.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



malignari. Iam igitur cum in his planè Christus apparuit & dilectus, et Deus, et rex, tepus est de illo ut queramus, quomodo, qui tã grandis sit, inimicos habeat, & quos nã istos, & ppter quam causam, aduersus quos suas sagittas, suumq; gladium exacuit, & quo pacto nullis armis instructa acie, sed propter ueritatem & mansuetudinẽ & iusticiam, innumerabiles sibip̃ subegerit populos. Qui igitur hæc diligentius querit, hunc oportet ea transferre ad Saluatorem ac Dominum nostrũ Iesum, qui est Christus Dei, & ad ea recurrere, quæ de illius ad homines aduẽtu à nobis exposita sunt, ubi cum hostiles & uisum nostrum effugientes flagitiosorũ ac noxiorum dæmonum, prauorumq; atq; impurorũ spirituum potestates dare terga coegerit, per quam innumerabiles sibip̃ ex omnibus nationibus populos cõparauit, quem inde etiam uerum Dei Christum appellare conueniat: quippe qui non communi oleo, ut p̃isci consueuerant, sit unctus (neq; etiam tale quicq; de illo memorie proditum est) sed præstantiori quodam diuino unguento. ex quo utiq; etiam per Esaiam sic ait: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. Quocirca inter omnes potissimum, quicunq; unq; apud Hebræos corporalius uncti sunt, solus in toto orbe terrarũ apud uniuersos Christi nomine celebratur, & Christianorum ab ipso deducta appellatione, totam quæ habitat in terram impleuit. quomodo autem illum unctũ esse dicamus, & quid hoc significauerit, & quis nam unctiõnis modus, abunde satis libro priorẽ tractauimus. Porro in huius labijs atque doctrina tanta effusa est gratia, ut breuitate ea quæ ab ipso denunciata est, sanctimonia & pietate omnem locum impleuerit. Itaque iam nunc in omnibus gentibus apud eos qui doctrinam ipsius accipiunt, comprobata eius prophetiæ, quæ nunc in manibus est, ueritate & regis & Dei gloriam adeptus est, & apud omne hominũ genus Christus appellatur. Sunt autẽ eius quoq; inimici manifesti, non modo qui prius exierant, sed etiam qui semper ipsius uerbo aduersantur, siue illi in hominib; siue in effugientibus uisum nostrum potestatib; sint, quos ille inuisibili occultaq; uirtute ex omnibus gentib; auferens & subuertens omnis generis populos, sibip̃ auscultantes effecit. Quæ uero in eodem Psalmo sequuntur: Myrris, & gutta, & casia à uestimentis tuis: & cætera deinceps, quæ dicuntur quasi de regina & filia, quæ paternam domum reliquerit, quæq; ei Christo & regi de Deo, de quo dictũ est, despõsata sit, Dominumq; illũ appellet, ad eam quæ de gentib; collecta est ecclesiam, à patrio dæmonicoq; errore auersam expurgatamq; ac diuini uerbi communicatione connexam & compositam, referri poterunt, ubi per ocium accommodatam sibi interpretationem nacta fuerint.

Quod idem propheta etiam in CIX. Psalmo, bis Dominum euidenter constituitur: semel, cum de eo loquitur qui & Deus & pater est: iterum cum de eo quem ipse suum nuncupat Dominum. Et quod hunc Dominum ipse quoque nouit genitum esse ante mundi constitutionem, & quod æternam patris sacerdotem, & supremi Dei confessorem, similem utiq; opinionem in hoc nostræ fidei de Christo præ se ferens. Cap. II.

Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorũ. Virgam uirtutis emittet tibi Dominus ex Sion, & dominaberis in medio inimicorũ tuorũ. Tecum principium in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorum tuorum, ex utero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non poenitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Dominus à dextris tuis. Saluatorem ac Dominum nostrum, ipsum primogenitũ omnis creaturæ Dei uerbum, sapientiam quæ est ante æuum, initium uiarum Dei, primogenitũ, & unicum patris germen, eum qui Christi appellatione honoratur, præfens quoq; Patrem Dominum uocat, docetq; eum esse cõfessorem simul & filium supremi Dei, rerumq; omnium Domini, æternumq; patris sacerdotẽ. Attende igitur quemadmodum hic unum & eundẽ supremus & omnia sub se habens Dominus,

minus, uoce illa donat, Sede à dextris meis. Et illa, Ante luciferũ genui te. De inde cũ iurissurandi confirmatione inconcussum atq; immutabile in infinitũ æuum permanfuri sacerdotij honorẽ, ei largit: iurauit Dominus, & nõ poenitebit eum, Tu es sacerdos in æternũ. At em̃ quis hic tandem intelligat? nempe non uir mortalis ullus, ac ne angelicæ quidẽ naturæ quispiam qui a Deo quidem sit factus, in æternũ uerò sacerdos cõstitutus, sed solus ille qui in ijs quæ antea citauimus oraculis, dixit: Creauit me initium uiarũ suarũ in opera sua. Ante seculũ fundauit me, in principio anteq; mōtes stabiliẽnt, & ante oẽs colles gignit me. Adhibe uerò animũ diligenter, & cogitationẽ intende tum ad præsentem Psalmũ, tum ad eas quæ ante hæc expositæ sunt uoces. In hoc enim ingenitus Deus eum qui ab ipso est, & noster Dominus est, sedere secũ unã iubet, dicens, Sede à dextris meis. In altero uerò quẽ ante hunc ipsum exposuimus, sedẽ in seculũ seculi manere oraculũ affirmabat, Deum interim illum appellans in illis uerbis, ubi ait: Sedes tua Deus in seculũ seculi. Rursus in eo qui nũc inter manus uersat, Virgam, inquit, uirtutis emittet tibi Dominus ex Sion. in illo autẽ, Virga directionis, uirga regni tui. Et rursus hic quidẽ ait: Sede a dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ, & dominaberis in medio inimicorũ tuorum. Ille uerò, Sagittæ tuæ acutæ, õ potens, in corde inimicorũ regis. Ergo etiam ea quæ ad eius de quo agimus inimicos pertinet, in utroq; sibi ipsa cõsentunt. Quis ergo modo suris oculis ceteri ecclesias, & eos in quibus dominat populos, & innumerabili uirorũ multitudinẽ refertos cõuentus, qui i li cõsecrati sunt, quicq; undiq; tum ab ijs, qui inter homines cernunt, tum ab effugientib; uisum nostrũ, & occultis inimicis atq; hostib; eius doctrinã, quæ à Christo tradita est, circumfessi, non admirentur? Dominare in medio inimicorũ tuorum. Deinde quoniam in eo qui antea dictũ id erat proprium apud Hebræos, ut ungeret, meritò in eo quem nunc tractamus iam clarius & certius illũ cõsecrat sacerdotẽ, plura etiã de illius doctrina proponens, per quã ipsum solum præ omnib; qui unq; aut fuerint, aut futuri sint, æternũ sacerdotem esse demonstrat. quod sane nusquã ut ulli naturæ hominis accommodetur, fieri poterit, secundũ ordinem Melchisedech sacerdotẽ constitui illũ ait, ut ab eo differat, qui secundũ Mosis constitutionẽ erat sacerdos, qui quidẽ aut Aaron sit accipiendus, aut alius quispiam ex ijs qui ab illo oriundi sunt, quorũ quisq; cum prius sacerdos non esset, posterius aliquando per homines unguento quodã artificioso cõfecto, ungebat: & sic figurate, ut ita dicã, & per signa quædã, adũbratus quidã & imaginarius Christum efficiebat. Præterea tanq; is qui mortalis esset, haud ita multo post sacerdotium deponebat. Adde q; apud unũ Iudæorum populũ sacerdotio ungeni functionẽ accedebat, sed iudicio hominũ electus. Itaq; nonnunq; etiã aliquis ex illis inuẽtus est tali ministerio nõ dignus, qualis Heli planè descriptus est. Ad hæc, uetus ille sacerdos, qui à Mose institutus fuerat, ex sola tribu Leui eligi poterat, & oportebat omnino illũ genus quoq; trahere de successione ipsius Aaron, sacrificijsq; brutorũ animalium & cruorib; corporaliq; adoratio ne rei diuinæ inferuire. At uerò qui Melchisedech est nominatus, quod nomẽ in nostrã linguam conuersum, regem iustitiæ significat, & qui fuit rex Salem quod ipsum item sit, rex pacis, sine patre, sine matre, sine generis serie, nõ habens in historia neq; initium dierũ, neq; uitæ finem ac ne referens quidẽ cum Aaron sacerdotij ritu cõmune quicq; inuenit. Nam neq; ab hominib; electus fuerat, neq; oleo cõposito unctus, neq; de genere illorũ editus, qui nõdũ extiterant: & quod omnium maxime admirabile est, ne corpore quidẽ erat circũ-

Florentis Eccl. Christi

Melchisedech non circumcissus corpore.

D ; cissus,

OP. A. F. N. S. B. C. S. M.



cifus, & tamen ipsi Abraham benedicit tanq̄ is qui illo sit longe præstantior. Adde q̄ neq̄ sacrificijs, neq̄ libationib. altissimo Deo operabatur, neq̄ uero in tēplo quod Hierosolymis esset, suum munus obibat. Qui enim in eo quod nondum erat: & merito sanè, quando ne nostro quidem Saluatori Christo uenturum quicq̄ erat ipsi Aaron simile. Nam neq̄ qui prius non fuisset, posterius est aliquando sacerdos declaratus: neq̄ is qui extitisset sacerdos, sed qui est. Diligenter enim attendendum est illud, Tu es sacerdos in æternum. Non enim eris, ait, qui olim non fueris: ac ne fuisti quidem antea, nūc autem non es: sed ab eo qui dixit, Ego sum qui sum, tu es, & sacerdos in æternū permanes. Quoniam igit̄ neq̄ a tempore sacerdotij ininitum accepit, neq̄ de tribu sacerdotum exortus est Christus, neq̄ artificiose instructo corpori aliq̄ oleo inunctus, nec sinem quidem ullū sacerdotij est habiturus: neq̄ item solū Iudæis, sed omnibus gentib. constituendus. Propter hæc omnia merito illum à ministerio Aaron liberat, quod figuram gerebat, & secundū ordinem Melchisedec sacerdotem futurū affirmat. Et sanè oraculi exitus admirabilis ei qui contemplet, quemadmodū Saluator noster Iesus, qui est Christus Dei, ipsius Melchisedec ritu, ea quæ ad sacerdotium in hominib. gerendum spectat, per suos ministros perficiat. Nam quemadmodum ille qui sacerdos gētiū erat, nusq̄ uidetur sacrificijs corporalib. furnctus: sed uino solo & pane, dū ipsi Abraham benedicit: ita sanè primus ipse Saluator ac Dominus noster, deinde qui ab ipso profecti sunt, sacerdotes in omnibus gentib. spirituale secundū ecclesiasticas sanctiones sacerdotij munus obeunt, uino ac pane, & corporis illius & salutaris sanguinis mysteria representant. quæ sanè mysteria, Melchisedec tanto ante spiritu diuino cognouerat, & rerū futurarū imaginib. uisus fuerat, sicut etiam Mosi scriptura testificat, ubi ait: Et Melchisedec rex Salem protulit panes & uinū. Erat aut̄ sacerdos Dei altissimi, & benedixit Abraham. Merito igit̄ & cū iurisiurandi adiectione, uni ei de quo hic agimus, talia promissa sunt: Iurauit, inquit, Dominus Deus, & nō poenitebit eum, Tu es sacerdos in æternū, secundū ordinem Melchisedec. Audi uerò qualia sint, quæ de ipsidem rebus etiam Apostolus dicat: In quo abundantius uolens Deus ostendere hæredib. regni immutabilitatē consilij sui, interposuit iurisiurandū, ut per duras res immutabiles, in quib. impossibile est mentiri Deum, fortissimū solatium habeamus, qui cōfugimus ad obtinendā propositam spem. & adiungit. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco q̄ morte prohiberent permanere. hic aut̄ eo q̄ ipse maneat, sempiternū habet sacerdotium. Ex quo cōsequitur feruare in perpetuum potest accedere per ipsum ad Deum, semper uiuentem ad intercedendū pro illis. Talis em̄ decebat nos pōtifex, sanctus, innocens, im pollutus, segregatus à peccatorib. & excelsior cœlis factus. Deinde adūgit: Caput aut̄ super ijs quæ dicta sunt. Talē habemus pontificē, qui sedet in dextera maiestatis in excelsis, sanctorū minister, et tabernaculi ueri, q̄d fixit Deus, & non homo. Hæc quidem Apostolus. Psalmus uerò inferius progressus, etiam ea quæ passurus erat is, de quo uaticinat̄, aperte significat, dicens: De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput. Torrentem porrò tentationum tempus intelligendum, alius indicat Psalmus, dicens: Torrentem pertransiuit anima nostra. Forsitan pertransiit anima nostra aquam intolerabilem. In torrente igit̄ bibet, inquit, calicem uidelicet, quem ipse sub ipsum passionis tempus significauit, dicens: Pater, si possibile est, trāseat calix iste à me. Et rursus: Si nō possibile est illum transire, nisi illum bibam, fiat uoluntas tua. Cum igit̄ hunc calicem bibisset, tū exaltauit caput. Et sicut ait Apostolus: Quoniam factus est obediens patri usq̄ ad mortē, mortē aut̄ crucis: idcirco, inquit, exaltauit illum Deus, suscitās illū à mortuis, & sedere illum fecit in dextera sua, supra omnē principatū, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen quod dominet̄ nō solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et omnia subiecit,

Melchisedec sacerdos gētiū.

Sacerdotium sancto ecclesiastica.

subiecit, inquit, sub pedibus eius, secundum eam quæ ad ipsum facta est promissionem, quā in Psalmo declarat, dicens: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Dominare in medio inimicorum tuorum. Cōstat uerò planissime, quemadmodum hodie quoq̄ Saluatoris nostri uirtus, ac doctrinæ illius uerbum, in medio inimicorum & hostium suorum, omnibus quicunq̄ in ipsum credunt, dominatur.

Quod etiam Esaias prophetarum maximus, planè nouit Deum esse in Deo, idq̄ affirmat, sicut etiam nos qui patrem in filio, & filium in patre glorificamus. Cap. 1111.

EGO Dominus feci terrā, & hominem super ea: ego manu mea cōsolidauit cœlū, ego omnib. astris mādauit, ego suscitauit regem cū iustitia, & oēs uicē eius recte. hic edificauit ciuitatem meā, & captiuitatē populi cōuertet, non precio, neq̄ muneribus, dixit Dominus Sabaoth. Interim quidē hæc uniuersū cōditor Deus, de quodā rege ac Saluatore, qui edificaturus sit Rempublicā pietatis, & cōditionem qua homines à demonico errore captiui tenebant, dissoluturus per prophetā respōdet. In ijs uerò quæ sequuntur, externarū quoq̄ nationū obsequiū, quo ei sint obsecuturæ, q̄ uenturus canitur, propheticus significat spiritus, nec nō quemadmodū illū tanq̄ Deū adorabunt illi qui ita ad obsequiū uenerint, et q̄ Deum orabunt in ipso, propterea q̄ in eo ipso habitet Deus, sup̄remus uidelicet pater, uniuersiq̄ Deus. Locus aut̄ sic se habet ad uerbū, sic dicit Dominus: Laborauit Aegyptus, & negotiatio Aethiopum, & Sabaim uiri excelsi ad te transibūt, & tui erūt serui, & a tergo te sequēt uincti manici, & adorabūt iuuenes, & in te orabūt, qm̄ in te Deus est, & nō est Deus præter te. tu enim es Deus, & nō noueramus, Deus Israel Saluator, Erubescet & cōfundentur oēs qui aduersantur ei, & ambulabūt in pudore. Hactenus ipsa prophetia. Ceterū, neutiq̄ arbitror quempiā contra id q̄d tam aperte & perspicue dicatur, uel oculos directurū, quamuis admodū sit ingratus, ubi ita euidenter et planè inducitur, meus Israel Saluator, & in illo Deus: Adorabūt te, inq̄, iusti, & in te orabunt, qm̄ in te est Deus, & nō est Deus præter te: tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel Saluator. Porrò illud Nesciebat̄ est, in Hebraico aliter habet, q̄d sanè Aquila conuertēs, sic ait: Deus ergo fortis, occultus, Deus Israel q̄ saluos facit: Theodotiō uerò: Propterea, fortis absconditus seruās. Vbi sanè ualde mirabiliter absconditū Deum Christū nominat, necnō causam quoq̄ planissimè docet, propter q̄ unū ipsum, quatenus inter ea q̄ genita sunt nominat, Deū uocat, ob patris uidelicet in ipso habitatio nē. In ipso em̄, ut diuinus docet Apostolus, cōplacuit omnē plenitudinē diuinitatis habitare. Hoc ipsū uerba ipsa declarāt, q̄ sic se habent: Qm̄ iā in te Deus est, & nō est Deus præter te. Pro illo uerò q̄d est, Præter te, Theodotiō, præter ipsum, interpretatus est, ut hoc modo uerba se habeāt, Nō est Deus præter ipsum, eū uidelicet à quo es, p̄ quē tu q̄q̄ id habes, ut filius sis. Sed Aquila ita interpretatus est: Veruntamē in te fortis, & nō est amplius apud te. Deus ergo fortis & latēs, Deus saluos faciens. Symmachus uerò solus sic: In te Deus, & nō est amplius neq̄ adest Deus, uerē tu Deus Israel seruās. Vbi q̄ Deus sit Christus Dei, uerba ipsa planè declarāt. Nā propterea q̄ in te, inq̄, est Deus, tu sanè Deus fortis & absconditus. Ergo ex his, Deus unus erit, qui huius appellationis est Dominus. Filius aut̄ qm̄ pater ei seipsum cōmunicat, de cōmunicatione ueritatis illius dignitatē accepit, quippe qui neq̄ à seipso sit, neq̄ ab eo qui ipsum genuit, patre deseratur, sed hoc ipsum totū, quod est, q̄ uiuit, q̄ subistit, ab eo à quo est pater, obtineat, qui neq̄ patrē deserit, & ab illo gignitur, & tū ut sit, tum ut filius sit, nō à seipso, sed a patre habet. Quocirca honorem hunc quoq̄ ut Deū prosequi edocti sumus, quemadmodū quæ nunc tractantur, prophetie declarāt, ut enim alicuius regis imago ueneratione affici solet, propter illā cuius lineamēta expressa & similitudinē fert ceterū quāuis, & imago regis, & ipse rex honore afficiatur, unus tamē erit, qui honoretur, nō duo.

Isaie 45.

Isaie 44.

Filius imago patris.

OP. A. F. N. S. P. C. E. S. P. I.



Non enim duo reges, unus, primus et uerus, alter qui ipsa imagine sit expressus, sed unus in utroque modo intelligitur, uerum etiam nominatur atque honoratur sic sane unigenitus quoque filius, quoniam solus sit imago Dei inuisibilis, merito propter eum cuius fert similitudinem, & imago appellatur Dei inuisibilis, & ab ipso patre efficitur, quippe qui tali existat & natura et essentia, inde quoque primus extitit non acquisititiam, sed naturalem patris imaginem referat. Quare idem natura Deus, & idem unigenitus filius existit, non autem illi, qui extrinsecus assumuntur, adoptatus, quicquid aduentitium diuinae appellationis honorem possident. At enim etsi natura unigenitus filius, Deusque noster celebratur, non tamen a seipso Deus, sed ex Deo patre unigenitus filius, & idcirco Deus. Totumque hoc sane causa erit, cur ipse quoque sit Deus, quod solus sit natura Dei filius, & unigenitus appelletur, & quod usquequaque conseruet eius qui solus est Deus animata & uiua & intelligentem imaginem, & in omnibus ipsi patri assimilata quoque, tanquam eum qui solus filius, & solus Dei imago sit, & ingenti ac principio carentis patris essentiae, uirtutes secundum exemplum assimilationis indutus, & ab omnium artificiosissimo & scientissimo uitae designatore & autore patre, adamulsum & ad certam, exquisitamque assimilationem expressus, Deum merito diuina appellat oracula, ut una eum ceteris ad hanc quoque appellationis dignitatem a patre profectus sit, eamque acceperit, non autem ex proprio iure possidendam habuerit. Nam quod ille quidem dat, hic uero accipit, itaque suo iure unus ille est Deus, non ab altero accepit. Hic autem a patre habet ut Deus sit, tanquam Dei imago, quoniam una in ambobus, iuxta exemplum, diuinitas intelligatur & unus sit Deus, qui per seipsum sine principio, & sine generatione existat, filium autem, tanquam per speculum & imaginem consideretur. Hoc est, scilicet quod spirituale docet oraculum, quod non aliam dicit eum, de quo sermo est, Deum esse adorandum, propter inhabitantem in ipso patrem. In te enim, inquit, orabunt, quoniam in te Deus est. Sed tu quoque ipse quoniam Deus sis, Saluator Israel existis. Proinde fortis et absconditus Deus es, quoniam in te Deus, & non est amplius praeter ipsum. Pro eo uero quod est, laborauit Aegyptus, Hebraicum habet, & reliqui omnes interpretes reddiderunt. Labor Aegypti, ut id quod dicitur tale sit: Te adorabunt, & tui erunt serui, labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiae, & Seboim. Quibus uerbis barbaras ego arbitror, & ignotas quasdam nationes significari, & omnes quaecumque antea quondam daemone superstitio uexabantur. Nam propterea quoque Aegyptii uisi sunt omnium nationum superstitiosissimi esse, primis quoque erroribus, quos simulacra colerent, portas aperuisse, merito eos primos collocat, quod Christi sint subiciendi: deinde per eos, quod ad reliquos simulacrorum cultores pertinent, ut aperta sint, efficit. Haec uero iam in Salvatore ac Domino nostro expectata extitit nacta sunt. Iam enim innumerabiles per orbem terrarum, nationum conuentus, in omnibus gentibus illum adorant, illique seruiunt: Aethiopes uero ac Seboim eos qui hic adoraturi Christum canunt, septuagesimo quoque primo Psalmo signum carum puto, ubi dicitur est, Coram illo procident Aethiopes, & reges Arabum, & Sabae dona adducunt, & adorabunt eum. Constat uero ex ipso contextu, Christum esse adoraturus eum, qui in illis quoque ut uenturus canitur a prophetis.

Aegyptij
praeter caeteris
superstitiosiores.

Quod Dei uerbum suam habens essentiam iussu patris, Dauid aequae ac nos opificem uniuersum nouit, & quod idem Dei uerbum, idem propheta ad hominum medelam esse missum a patre testificatur, & quod breui tempore uniuersam terram sua doctrina impleturum canit. Cap. V.

Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. In uerbo uero ac C. Psalmo sic dicitur est: Misit uerbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interioribus eorum. Et rursus CXLVII. Qui emittit eloquium suum in terram, uelociter currit sermo eius. At enim ei, quod nunc in manibus est Psalmo dicitur: Verbo Domini caeli firmati sunt, concordia lacrum quoque Euangelium psalmum, dicens: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, hoc

hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sane merito Euangelium Deum illum nominat, quando etiam per ea quae prius dicta sunt, idem hoc, quod nunc ut Deus celebratur uerbum, & sapientia, & germine Dei, & sacerdos, & Christus, & Dominus, & Deus, & imago Dei, appellatum est. Porro, ut qui & alius sit quam pater, et eiusdem admister fuit, adeo ut iussu illius ipse omnia condiderit, in praesenti deinceps Psalmo adiungit: Timeat, inquit, Dominum omnis terra, ab eo autem commouentur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Constat enim, quod qui dicit, ad alterum dicit: & qui mandat, alteri praeter se mandat. Perspicue uero post ipsam Saluatoris nostri humanae naturae assumptionem, conuentus ex omni terra, hoc est, ex omnibus quae terram incolunt nationibus, innumerabiles, non itidem ut antea ullos demones, sed ipsum Dominum Iesum timuerunt, et omnes habitantes orbem commoti sunt, in ipso Christi nomine, sicut praesens oraculum canit: Timeat, inquit, Dominum omnis terra, ab eo autem commouentur omnes inhabitantes orbem. Haec tenus quoque de I. & X. & X. Psalmo accepta sunt. Cossimilia uero his et cossona in C. quoque XLVII. Psalmo inuenies, qui docet non ea modo, quae ad terram duxerat, sed etiam ea quae ad caelum, et breuiter ad uniuersam creaturam pertinent, ipso Deo uniuersi iubent extitisse. Dicitur igitur: Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate eum sol et luna, laudate eum omnes stellae et lumen, quoniam ipse dixit, et facta sunt: ipse mandauit, et creata sunt. Quod si ipse mandauit, quis non quae usquequaque adeo magnus, ut mandat de tantis rebus, susciperet, praeter Dei uerbum? quod uarie in praesenti opere a nobis, tanquam Deus celebratur, et uerbum Dei appellatur, merito illud quidem, propterea quod omnium rerum artificiosas atque efficaces rationes, omnipotens in ipsum condiderit, quippe qui ratione atque ordine uniuersa illi & dispensanda & gubernanda tradiderit. Ne mox igitur putat humanae, quae ex syllabis constat, & ex nominibus & uerbis componitur articulata, atque enuntiabili orationi, Dei uerbum simile esse: quoniam nostra haec oratio in uocibus & syllabis, & ipsis quae per haec significantur, quicquid ipsa est obtinet, utpote quae per linguam & arterias & fauces & os profertur: sempiternae uero atque incorporeae naturae uerbum omni omnino ratione, quae a nobis proferri solent uerba praetergressum, nihil humanae rationis praeseferat, sed solam cum humano uerbo communem appellationem possideat, quando neque uocem, quae ex aëris pulsu constat, neque dictiones ullas, neque syllabas, neque linguam, neque os, neque omnino quippiam humani siue mortalis, in Deo uniuersi accipere, siue intelligere, fas est. Id enim uerbum animae esset, quod nullo modo per seipsum ab anima seorsum posset esse, aut consistere. Tale enim humanum est uerbum, quod priuatim quidem nullam neque essentiam, neque substantiam habet, sed totum libera quaedam motio est, & efficiens cogitationis. Ceterum, ipsum Dei uerbum non tale, sed per seipsum habens propriam substantiam, usquequaque diuinam atque intelligentem, quae priuatim quidem subsistit, priuatimque ita efficit, quicquid efficit: uerum materiae omnino est expertis, & incorporea, & omni ratione primi & ingenti, & solius Dei uisum cadunt incorporeas & inuisibiles species, in seipsa ferens. Quare illam & sapientiam & Dei uerbum, diuina oracula appellant.

Differunt uerbi diuini et humanum.

Quod Esaias similiter ut Dauid, duos, patrem & filium confitetur, & eorum alterum uniuersi opificem, quemadmodum ipsi quoque credimus. Cap. VI.
Audi me Iacob, & Israel quem ego uoco, ego sum primus, & ego sum in aeternum, & manus mea fundauit terram, & dextera mea consolidauit caelos. Vocabo eos, & stabunt simul, & congregabuntur omnes, & audient quis eis annunciat haec, Dominus qui diligit te, fecit uoluntatem tuam in Babylone, ut tolleret semen

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



femen Chaldæorū, ego locutus sum, & ego uocant, duxi eum, & direxi uiam eius, adducite ad me, & audite hæc. Nō ab initio in occulto locutus sum: quādo fiebat, illic erā. & nunc Dominus Dominus misit me, & spiritus eius. Considera quæso hic, quō nām modō qui dixit, Ego sum primus, & ego sum in æternum: qui & terram & cælū condidit, itā planē se missum esse fatetur a Domino. Sic enim patrem consueuit bis Dominum appellare. Itaq; habes hoc quoq; indubitatum, de eo de quo quæritur testimonium. Primum uero illum hic dicit esse propheta, quem in ihs quæ genita sunt p̄ se colit. Nā quæ sine principio est, quæq; genita non est essentia, eam attribuit patri. Primum enim in aliquo maiore numero antecedit, & honore atq; ordine præponi solet, quod quidem neutiquam patri conueniat, nō enim eorū quæ genita sunt, primus est supremus Deus: quoniā ne principiū quidē illius ullū excogitari potest, sed est ultra primū: utpote qui primum ipse genuerit, atq; ut esset, fecerit. quandoquidē solum diuinū uerbū, omnium eorum q̄ genita sunt, primum iure nūcupatur. Quū ergo quæreretur in illo, Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt: cui nām creandarū rerum mandaueris opificiū, nunc per spicū demonstratū est, quod uidelicet ei qui dixit: Manus mea fundauit terram, & dextra mea consolidauit cælū. qui etiā se a patre missum esse confiteatur, ubi ait: Nunc Dominus Dominus misit me, et spiritus eius. Erit autē Deus uerbum qui hæc dicat, quando uerbo Domini cæli firmati sunt, ex eo Pfalmi loco quem supra apposuimus. sed enim quū ipsum quoq; Dei uerbū Domini appellatione ut Deus celebretur, tamē ipsius patrem Dominum, maxima cum reuerentia ac pietate bis Dominū appellat, ut in eo diuersitate nominis utatur. Nunc enim, inquit, Dominus Dominus misit me, utpote quū pater & Deus sit, & tam sui unigeniti uerbi, quā eorū omnium quæ illo posterius facta sunt, quorum quum potestatem ac dominium a patre ipsum Dei uerbū acceperit tanquam is, qui & legitimus, & unicus filius sit, merito etiā ipse ab ihs qui & p̄ se & religiose colere Deum uolunt, appellabitur Dominus.

Quod etiam maximus Dei seruus Moses, in mundi fabricatione cognouit patrem Deum; uniuersum, cum altero communicantem de hominis opificio, hoc porro diuinum esse uerbum ante didicimus. Cap. VII.

Gen. 2. Dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem ac similitudinem nostram, & rursus: Et dixit Deus, Nō est bonum esse hominem solum, faciamus illi adiutorium secundum ipsum. Ac ne quispiam suspicetur, hæc ad angelos dicta fuisse, continuò declarat eum cui imperatum sit, non angelum Dei dicentem: Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum.

Quod idem Moses bis planissime Dominum, sine ullis inuolucris, theologice commendat. Cap. VIII.

Gen. 19. Solortus est super terrā, et Lot ingressus est in Segor, et pluit Dominus super Sodoma, sulphur & ignem a Domino. Planē bis Dominū nominat, & huic docet ab illo mandatū esse, ut impios debito supplicio afficiat. etenim licet non semel Dominum aperte dicamus, non tamē simili ubiq; utimur theologia, sed pia quadam ac religiosa distinctione utentes, illum quidem & Deū & Dominum, huius etiā patrem esse edocti sumus: hunc uero ipsum, quē & uerbi, & Domini appellatione significare consueuimus, eorū quidē qui post ipsum, & sub ipso sunt, esse Dominū: eius autem qui unum cum ipso est Deus, tanquam similiter, neq; enim patris Dominus, neq; patris Deus, is qui est Deus uerbum, sed illius quidem imago, & uerbum, & sapientia, & uirtus: eorū uero quæ post ipsum collocantur dominium habens, & Dominus & Deus: ille uero quum & Dominus, & Deus sit, etiā pater est huius, sicut hic illius est filius, quare quum hi duo unum sint, merito ea quæ ad religiosam theologiam pertinent, in unum principium nobis recitant, & in uno Deo consistunt.

Quod idem Deum uerbū, significat Deum ac Dominū prius nominatum: quod in hominis forma, & figura, & uisum esse, & antiquis responsa dedisse conscribit. Cap. IX.

Apparuit autem Dominus Abraham, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Et rursus: Erat Abraham annorum nonaginta nouē, & apparuit Dominus Abraham, & dixit ei: Ego sum Deus, beneplacitus sis coram me, & esto inculpabilis, & ponam testamentū meū inter te & me, & multiplicabo te ualde. Et rursus: Apparuit autē Deus ei apud quercum Mambre, dū sederet in ostio tabernaculi sui, ipso meridie. quū uero oculis suis respexisset, uidit, & ecce tres uiri steterant supra eum, & quum uidisset, occurrit obuiā illis ab ostio tabernaculi, & adorauit. Ac deinceps post uisionē adiungit: Dominus autē dixit, Nō celabo ego Abraham puerū meum, q̄ facio. Abraham uero quum sit, erit in gentem magnā & multam, & benedicent in eo oēs gentes terre. Atq; his rursus adiungit tanquā de altero: Noui enim q̄ constitu et filijs suis, & domi sua, & custodient uias Domini, facere iustitiā & iudiciū, ut inducat Dominus super Abraham, q̄ locutus est ad illum. Hic planē scriptum est, eū Dominū qui Abraham respondebat, hæc dicere, ubi uidelicet Dominū cōfiteretur patrem suum, & cōditorem uniuersip̄ tamē Abraham, ueluti propheta, exploratam & certam eius qui respōdebat cognitionem habens, deinceps cum ueneratione eos qui ante expositi sunt, orat, dicens: Ne perdas iustū simul cū impiis, & erit iustus quasi impius. Si sint quinquaginta iusti in ciuitate, perdes eos: nō ne dimittes omnē locū, propter quinquaginta iustos? nequaquā tu facies uerbum hoc, ut interficias iustum cū impiis, & erit iustus quasi impius: nequaquā, qui iudicas uniuersam terrā: nō facies iudicium. Porro hæc ad angelos, aut ad quempiam ex Dei ministris dicta esse, consentanea dici non arbitror: nō enim cuiuslibet sit, iudicare terram uniuersam, sed nec angelus qui dē est nominatus, quem superior scriptura significat: uerū alius quispiā angelo præstantior, Deus utiq; ac Dominus, q̄ cū duob; angelis in forma hominis, ad superscriptā quercū eū uisus. Præterea ne patrē quidē Deum hunc fuisse putandum est, qui huiusmodi uerbis indicatur, dicere enim, id mutari qd diuinū est, & figurari in specię ac formam hominis, neutiquam pium est. Superest igitur, ut cōfiteamur illum fuisse Dei uerbū, qd a nobis in ihs quæ ante hac scripta habes, Dei nomine celebratum est. quæ de causa hodie quoq; à uicinis, & in proximo habitantibus, quasi diuinus colitur, atq; obseruatur is locus, honoris illorū gratia, qui Abraham in illo uisi sunt: atq; etiā nunc ibidē permanēs Terebinthus cōspicitur, qui enim ab Abraham hospitio suscepti sunt, ut habet scriptura, recubentes erant duo quidē utrinq; medius autē excellentior, & reliquos honore anteeret. Hic uero sit planē is, de quo diximus, ipse utiq; Dominus ac Saluator noster, quē etiā pertinaces & increduli, diuina oracula cōfirmantes uenerantur: hic ipse igitur ex illo, pietatis iaciens ad homines semina, humanā speciem ac figurā indutus, Dei amico, atq; antiquo patri Abraham, & seipsum quis nām esset, ostendit, patrisq; sui tradidit sententiam.

Quod idem propheta in Iacob, manifestius eum de quo agitur, indicat Dominum, quem senē & Deum & angelum supremum Dei uocat. Cap. X.

Profectus est in Charran, & uenit in locū, et dormiuit illic, occiderat enim somniauit. & ecce scala terre infixa, cuius caput perueniebat, usq; ad cælū, & angeli Dei ascendebant, & descendebant per eam, & Dominus innitebatur ei, & dixit: Ego Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac, ne timeas: terra in qua tu dormis ipsa, tibi dabo eam, & semini tuo, & erit semen tuū sicut arena maris, & dilatabitur ad mare, & Orientē, & ad Boreā, et Africū. Et benedicentur in te oēs trib; terræ, & in semine tuo, et ecce ego sum tecū, & stodiens te in omni uia, quacūq; iter feceris: & conuertā in te terrā hanc, quoniam nō te relinq; donec faciā omnia, quæcūq; locutus sum tibi. Et expertus est est

OPERA V. S. B. C. DE SM.



est iacob a somno, & ait: Dominus est in loco hoc, ego autem nesciebam. & tunc ait: Quam terribilis est locus hic, non est hoc aliud, nisi domus Dei, & hac porta caeli. Et surrexit iacob mane, & accepit lapidem, quem supposuit capiti suo, & erexit illum pro titulo, & effudit oleum in summum illius, & uocauit iacob nomen loci illius, domum Dei. Et qui hoc loco tam multis uerbis respondet Dominum, & Deum, angelus quoque Dei deinceps progressus inuenies, ubi ad mulieres ait ipse iacob: Et dixit mihi angelus Dei in somnis, iacob. Ego autem dixi, Quid est? Et deinceps: Vidi, inquit, omnia quae tecum Laban tibi facit. Ego Deus, qui apparui tibi in loco, ubi unxisti mihi titulum, & uouisti mihi uotum. Ergo qui supra dixerat, Ego Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac, cui & titulum erigit Dei amicus, Deus quidem erat & Dominus, (ipsi enim dicendi credendum) non tamen is qui pater est, & a nullo est, sed qui ea quae ad patrem pertinent, hominibus subministrat, & nunciat. Quocirca etiam angelum ipsum in praesenti uocat iacob, ubi ait, Dixit mihi angelus Dei in somnis uerba haec: Ego sum Deus, qui apparui tibi in loco. Ergo idem & angelus Dominus, & Deus, & Dominus, plane in his appellatus est. Et apud Esaiam prophetam magni consilii angelus, interimque & Deus, & princeps, & potestatem habens nominatur, ubi ortus illius inter homines canitur, a dicente, quod puerulus natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius principatus super humerum eius, & uocatur nomen eius magni consilii, angelus, princeps pacis, Deus fortis, potentiam habens, pater futuri seculi.

Angelus uero presentans personam Domini.

Quod etiam iacob eum de quo proxime dictum est, & Deum, & Dominum, praeter angelum similiter ut Abraham in hominis forma contemplatur in ea historia, quae sic habet. Cap. XI.

Uirgines autem nocte illa, accepit duas uxores, ac duas famulas, & undecim puerulos suos, & transiit uadum iacob, & accepit eos, & traduxit omnia sua, & relictus est iacob solus, & luctabatur cum eo homo usque mane, & uidit autem quod non posset aduersus illum, & attigit latitudinem femoris eius, & torpuit ita latitudo femoris iacob, dum luctaretur hic cum illo. Et dixit ei: Dimitte me, & ascendit enim aurora. Hic uero dixit: Non te dimittam, nisi mihi benedixeris. Dixit autem ei: Quod est nomen tuum? At hic dixit, iacob. Et dixit ei: Non amplius uocabis nomen tuum, sed Israel erit nomen tuum, quia ualuisse cum Deo, etiam cum hominibus, potens eris. Interrogauit uero iacob, & ait, Indica mihi nomen tuum. Et ait: Quid ita quaeris nomen meum? Et benedixit ei illo loco, et uocauit iacob nomen loci illius, speciem Dei. Aspexit enim Deum facie ad faciem, & seruata est anima mea. Ortus est autem illi sol, quem transisset speciem Dei, & Moysi quidem dictum est, Nullus uidebit faciem meam, & uiuet. Hic autem iacob uidit Deum non simpliciter, sed facie ad faciem: & quem seruatus esset, non corpore, sed animo, ad appellationis Israel dignitatem assumptus est. quae sane appellatio animarum cognominis est, siquidem ipsum Israel nomen si interpretaris, uidentem Deum significat. Non igitur patrem Deum uidit, sed Deum filium, cuius etiam curiosius appellationem quaerenti iacob, nondum erat enuncianti tempus, quod si quae empiria ex angelis, aut ex istis qui caelum incolunt, diuinis spiritibus, est qui sanctis oracula ministrabat aliquis suspicetur esse, plane decipit, hoc ex ipso probatur, quod hic ipse de quo loquimur, & Domini & Dei appellatione nunciat, etenim & Deum ipsum diuina scriptura plane uocatur, & Dominum ita appellat, eius nominis honorem illi tribuens, quod apud Hebraeos quatuor litteris notatur, quod sane in una ineffabili atque inenunciabili Dei appellatione ponere pueri Hebraeorum consueuerunt, probatur etiam ex eo, quod ubique scriptura angelos appellare uult, aperte hoc facit, angelosque distincte significat. Sicut eos qui in Sodomis erant, quum impij essent, is qui Abraham respondit, Deus ac Dominus, sub aduentu neuitiqua dignos efficit, quemadmodum iacob dicit scriptura diuina: Dominus quidem abiit, postquam desijt loqui cum Abraham

Christo tribuitur nomen tetragrammaton.

ham. Duo uero angeli Sodoma abierunt uesperis. Item ipse iacob obuiam uenerunt angeli Dei. Et quum uidisset, dixit: Castra Dei haec, & uocauit nomen loci illius, Castra. Sic sane Dei amicus uisiones discernebat, proinde nunc quibidem nomen loci castra appellat, ex eo quod illic angelorum castra uiderit. Ubi autem cum ipso Deo loquitur, uocat nomen loci, Speciem Dei, his uerbis: Vidi enim Deum facie ad faciem. Quin et Moysi quoties apparet angelus, hoc ipsum diuina scriptura significat, dicens: Apparuit uero illi angelus Domini in flamma ignis rubi. Quoties uero is qui ius & potestatem habet, ipse utique oraculorum & responsum autor: ita hoc planum facit, ut illum & Dominum & Deum, nusquam uero angelum nominet. Simili ratione etiam in mari rubro plane angelum Dominum per distinguit, ubi ait: Sustulitque se angelus Dei qui ambulabat ante castra filiorum Israel, & abiit post eos. Sustulit autem se etiam columna nubis a facie eorum. Quemadmodum in superioribus. Dominus forma hominis respondens antiquis inducitur: sic hoc loco per nubem, itaque deinceps uerba sic habet: Factum est autem in uigilia matutina, & respexit Dominus in castra Aegyptiorum in columna nubis, & per totam deserti regionem in columna per nubem, Deus Moysi respondet. Plane igitur quoties angeli naturam oratio significare uult, neque Deum, neque Dominum, sed abique ulla obscuritate angelum nominat. Quoties uero Dominum & Deum, eum qui apparet intelligit, his ipsis palam utitur locutionibus. Quod uero Dominum, Deumque non eum significet qui pater est, ipsae scripturae diuinae locutiones in superioribus euidens sine ostendunt, ubi angelum Dei appellant eum, qui quum de iacob sermo esset, Dominus & Deus eum nominatus. Superest igitur ut quaeramus quis nam sit in istis quae sunt, Deus & Dominus, praeter patrem omnium, & regem, Deumque uniuersi. erat autem hic uerbum Dei quod est ante secula, superior quidem omni angelica natura: profectus autem ab eo, qui pater est.

Quod uerius in iacob gentium Deum, plane ipsa oratio praese fert. Cap. XII.

Dixit autem Deus ad iacob: Surge & ascende in locum Bethel, & habitabis illic. Et dixit iacob domui suae, & omnibus qui cum ipso erant: Tollite deos altarum uestrorum, & ascendamus in Bethel. & faciamus illic altare Domino, qui exaudiuit me in die tribulationis: qui fuit mecum, & seruauit me, in uia qua profectus sum. Hoc loco Deus ipse uniuersi, qui solus neque factus, neque genitus, et supremus omnium est: non uisus, sed inuisibiliter dans responsa ipsi iacob, & uirtute ineffabili se ipsum mouens, de filio uerba facit planissime. Dixit ergo illi Deus: Fac altare Deo qui apparuit tibi. Quis autem hic sit, qui scriptus est supra illi apparuisse, paulo ante exposuimus, ubi Deum uerbum esse demonstraui.

Quod Deus pater, quum Moysi responderit per angelum, sed patribus apparuisse, non amplius per angelum, sed per filium docet. Cap. XIII.

Moses erat pascens oues lothor soceri sui, & uenit ad montem Dei Choreb, & apparuit ei angelus Domini in flamma ignis rubi: & post alia: Et ut uidit quod accederet ad uidentem, uocauit illum de medio rubi, dicens: Moses, Moses, ne propius huc accesseris. Salue calcamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est. & post pauca. Et dixit Dominus ad illum: Ego sum qui sum. & rursum: Locutus est Dominus ad Moysen, & dixit ad illum: Ego Dominus uisus sum ab Abraham, & Isaac, & iacob, quum eorum sim Deus, & nomen meum non indicaui illis, & constitui testamentum meum ad illos, quemadmodum apud prophetas in hominibus uersantes, uerbi gratia: Esaiam, & Hieremiam, & similes, homo quidem erat, id quod uidebatur, Deus autem qui per id quod apparebat, tanquam per instrumentum loquebatur: & modo Christi persona, modo sancti spiritus, modo supremi Dei erat, quae per prophetam responsa dabat: sic utique etiam nunc Moysi, qui introduci-

OP. A. F. M. S. B. C. S. M.



Quare Deus in angelo apparuerit Mosi. tur, supremus & omnia sub se habens Deus, per eum qui apparet angelus, ea quae proposita sunt canit. Quorum haec sententia sit sane: Tibi dicit propheta, tanquam ei qui adhuc erudit, et qui nihil uisione angelica amplius capit, interim angelum meum exhiberi uidentem uolui. Sed meum nomen tibi soli notum facio dum doceo te, me eum esse qui sum, nomen meum esse Dominum. Tuis uero patribus non hoc solum indicauit, sed etiam hoc ipso amplius largitus sum, nam ab illis sum uisus. Quis uero sit qui patribus uisus sit, & quod non pater Deus antea demonstratum est, ubi Deum & Dominum angelum Dei nominatum esse demonstrauimus. Ceterum, quo nam modo hic, ille qui pater sit Deus, & omnia sub se habeat, dicat se a patribus uisum, merito aliquis quaerit: Explicabitur porro id de quo quaeritur, si diuinae scripturae diligentiam attendamus. Nam quum apud Septuaginta ita dicitur sit, Et uisus sum ab Abraham, & Isaac, & Iacob, quum eorum sim Deus. Aquila quidem sic ait: Et uisus sum ab Abraham, & ab Isaac, & ab Iacob in Deo satis multo, quibus uerbis planissime indicat, non ipsum illum qui pater est, per se ipsum apparuisse. Neque uero sicut Mosi, ita etiam patribus, per angelum, aut per se ipsum, aut ignem, sed in Deo satis multo oracula praebuisse. Quare etiam patribus per filium uisus est pater, quemadmodum in Euangelij ab ipso dictum habetur: Qui uidit me, uidit patrem, in ipso enim & per ipsum patris cognitio prodebat. Sed quum ab hominibus salutaris apparet, tum per filij humanae formam uidebatur a Dei amicis, atque inter homines futuram ipsius salutem, omnibus praesentem, ex illo quasi aram & pignus exhibebat. Quum uero impiorum ultor, & Aegyptiorum castigator futurus esset, non amplius in Deo satis multo, sed in angelo supplicij ministro, & in specie ignis, & flammae, quae cito instat agrestis ac senticosae materiae illos erat deuoratura, apparebat. Dicunt igitur per rubrum quidem significari Aegyptiorum agrestem et immitem & feram prauitatem, per ignem uero uim illam ulciscensem & castigantem quae illos inuadit.

Quod quemadmodum patribus humana forma, sic in specie nubis Mosi & cuncto populo Deus uerbum apparuit. Cap. XIII.

Exodi 19. Dixit autem Dominus ad Mosem: Ecce ego uenio ad te in columna nubis, ut audiat populus me loquentem ad te, & tibi credant. & quae sequuntur. Deum autem antecedeat eos die in columna nubis in uia, noctu uero in columna ignis, ut luceret eis. Et rursus: Descendit Dominus in columna nubis, & stetit in foribus tabernaculi, & loquebatur cum Mose, & cernebat omnis populus columnam nubis stantem in foribus tabernaculi. & stantem omnis populus adorauerunt, unusquisque a foribus sui tabernaculi. Populus quidem cernebat columnam nubis hoc loco, cum Mose uero loquebatur. Quis porro loquebatur? columna nubis uidelicet, quum idem Deus antea patribus in hominis forma apparuisset. Supra uero iam demonstratum est, quod non pater Deus hic esset, sed alter, quem nos, quum Dei sit uerbum, Christum nuncupamus, qui tunc propter multitudinem uulgarum, & ipsi Mosi, & populo in columna nubis cernebatur. Preterea quod non itidem ut patres, uidere illum in forma hominis, idonei in hominibus factorum enim hoc erat, posse illum aduentum prouidere, qui olim in hominibus corpore humano assumpto, futurus erat, quem sane, quum ne tunc quidem uniuersus populus posset capere, merito alias quidem eis per ignem, terrenis di, cohibendique causa, alias per nubem, quasi adumbrate atque inuoluate dans illis leges, cernebatur, eademque ratione Mosi quoque propter illos.

Quod angelica non fuerit natura, quae Mosi dabat responsa, sed praestantior quam ut ad angelum referri possit. Cap. XV.

Exodi 21. Dixit Dominus: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, ut custodiat te in uia, ut introducat te in terram quam paraui tibi. Obserua eum, & audi eum, nec sis aduersus illum cotumax, non enim dimittet te, nomen enim meum est in illo. Et in alio loco: Dixit autem Dominus ad Mosem: Vade & dux esto huius

huius populi ad locum quem dixi tibi, ecce angelus meus antecedit te. Et rursus, & dixit Dominus ad Mosem: Abi, & ascende hinc tu, & populus, &c. Et una mittam ante faciem tuam angelum meum. Haec sane uoces, quae non angeli, sed solius Dei sint, unicuique facile constare potest. Cuius porro Dei? nisi eius qui patris patribus sit uisus? quem angelum Dei plane appellauit Iacob. Hoc autem nobis Dei uerbum fuit, utpote quum & Dei filius, & Deus, & Dominus ipse nominatus.

Quod idem Dominus de alio docet, scilicet filio. Cap. XVI.

Ego sum Dominus Deus tuus quem eduxi te de terra Aegypti, de domo patris tui in uisus. Non erunt tibi dii alij praeter me, &c. Ego enim sum Dominus Deus tuus amulator. & adiungit: Non sumes nomen Domini Dei tui in uanum. Hoc etiam loco ipse Dominus ea quae exposita sunt de alio docet. Siquidem quum dixerit, Ego sum Dominus Deus tuus, adiungit: Non sumes nomen Domini Dei tui: quippe cum de patre & Deo uniuersi, is qui ab illo est Dominus, suum seruum sacris initiis. Alia praeterea innumerabilia inuenies per totam scripturam sacram, quae eadem ratione, qua haec enunciata sunt, ubi pater tanquam de alia persona, & ipse Dominus tanquam de alio quodam oracula reddebat.

Quod is rursus Dominus, qui Mosi responsa dabat, alium a quo erat cognoscens patrem, utique hunc ipsum suum Deum uocabat. Cap. XVII.

Dixit Dominus ad Mosem, Et hoc tibi uerbum quod dixisti faciam. In uenisti enim gratiam coram me, & noui te praeter omnes. & Dixit Moses: Offende mihi gloriam tuam. & dixit: Ego anteibo prior te gloria mea, & uocabo in nomine meo Dominum coram te, & miserabor cuiuscumque miseror, & clemens ero erga quemcumque sum clemens. Et post alia adiungit, atque ait: Et descendit Dominus in nube, & astitit ei illic, & uocauit in nomine Domini, et transiit Dominus in nomine ipsius, & uocauit Domine Domine Deus clemens & misericors, longanimis, & multae miserationis, & uerax, & iustitia seruans, faciens misericordia in multa, auferens iniquitates, & iniustitias & peccata, & purgatione non purgabit reum, inducens peccata patrum in filios, & filios filiorum, in tertiam & quartam generationem. & quum festinasset Moses, cur uarus in terram adorauit. Contemplamini quae dico, quo nam modo etiam nunc ipse Dominus, qui in nube descendit, & Mosi astitit in nomine Domini, uocauerit alium praeter seipsum, qui solitus sit ex conduplicatione his Dominus appellari, tanquam eum a quo ipse sit, reliquorum omnium ius potestatemque habens Dei nomine celebretur, suum utique patrem, atque ut in his non Moses, sicut forsitan quispiam suspicetur, sed ipse Dominus alium suum patrem uocat. ante enim is qui Mosi respondit, ait: Ego transibo prior te, gloria mea, & uocabo in nomine Domini. Vbi igitur hoc dixit, scriptura deinceps instar narrationis adiungit: Et descendit Dominus in nube, & astitit ei illic, & uocauit in nomine Domini. Igitur ipse Dominus dum est quod promiserat praestaturus, descendit: & quemadmodum uerba ipsa significant, progreditur ante faciem Mosi. ipse autem Dominus uocat, dicens: Domine Deus, clemens, & misericors. & quae sequuntur. Quibus nomen Domini notitia, quasi sacris initiis docet, hoc uero ipsum tibi planissime demonstrabit ipse Moses, ubi orans pro populo, supra expositas Domini uoces commemorat, illic enim intelliges, Dominum haec dixisse, non ipsum Mosem, quum dicit: Et nunc extollar manus tua Domine, quemadmodum dixisti, dicens: Dominus longanimis, & multae misericordiae, & uerax, auferens iniquitates & iniustitias & peccata, & purgatione non purgabit reum, qui reddis peccata patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem. Obserua autem quoniam modo in his, ipse Dominus ubi patrem longanimum, & multae misericordiae appellauit, tum adiungit, ipsum esse ueracem, quod sane cum eo concordat, quod in Euangelij dictum est ab uno & eodem Salvatore nostro, Ut cognoscant uos solum uerum Deum, solum igitur uerum Deum admodum pie ac religiose patrem

OP. A. F. V. S. P. B. C. S. M.



328 trem uocat, ut sic naturæ ingenitæ convenientem honorem & cultum attri-
buat, cuius naturæ & ipsum imaginem esse & sobolē, diuina docent oracula.

Quod Deum ipsi Israel uisibilem esse diuina docet scriptura, quæ ipsum Dei uer-
bum significat. Cap. XVIII.

Num. 14. **I**N Numeris Moses orans ait: Qm̄ tu es Dominus in populo hoc, q̄ oculis ad
oculos uideris tu Domine. pro quo sanè Aquila reddidit, Quoniã tu es Do-
minus in uiscerib. populi huius, qui oculū in oculis uideris tu Domine. Sym-
machus autē, Quoniã tu es Domine. Et in Exodo dictū est: Et ascendit Moses
& Aarō, & Nadab, & Abiud, & septuaginta ex seniorib. Israel, & uiderūt lo-
cum, ubi steterat Deus Israel. Pro quo Aquila: Et uiderūt, inquit, Deū Israel.
Symmachus autē, Et uiderūt uisione Deū Israel. Ceterū propter illud, Deū ne-
mo uidit unq̄: fortasse uerba q̄ hoc loco posita sunt, salutari uerbo cōtracta es-
se quispiã suspicetur, utpote quū uisibilem illū faciant, q̄ natura inuisibilis est.
sed si hæc de uerbo Dei acceperis, qui multifariã multisq̄ modis a patrib. est
uisus, sicut nos in ijs q̄ supra ostensa sunt accepimus, neutiq̄ in cōtraria uide-
beris tibi recidere. Qui enim hic Deus Israel cernitur, ipsum illū esse docent,
qui & ab Israel uisus est, quando homo uictus est cū ipso: quinetiã primus
illius nomen mutauit, ex Iacob in Israel, dicens: Qm̄ inualuisti cum Deo, quo
tempore diuinā illius uirtutē sentiens Iacob uocauit locum illū, speciem Dei,
quum dixit: Vidi enim Deum facie ad faciem, & seruata est anima mea, quæ
sanè Deum non aliū esse quam Dei uerbum, suo tempore demonstrauimus.

Quod Dei uerbum, quod Mosi non secus atq; antiquis patribus dabat responsa, etiam te-
stis Mosi successor in hominis forma, uisus est. Cap. XIX.

Iosue 5. **E**T factum est, ubi fuit Iesus in Iericho, & respiciens uidet hominem stan-
trem coram se, & gladius uagina exutus in manu eius. & accedens Iesus,
dixit: Noster es, an aduersariorum? & dixit ei: Ego princeps imperatorū exer-
citus Domini, nunc ueni. & Iesus cecidit facie in terram, & dixit ei: Domine,
quid imperas seruo tuo? & ait princeps imperatorum Domini: Iesu solue cal-
ceamentum pedum tuorum, locus enim in quo stas, terra sancta est. Eadem
sanè hæc Mosi quoq; initio uisionis in rubo, ab ipso Domino dicta sunt, sicut
scriptura indicat: Ut uero uidit Dominus, quod accederet ad uidendum,
uocauit eum Dominus de medio rubi dicens: Moses, Moses, ne propius acced-
seris huc, solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo tu stas, in
ipso terra sancta est. Vnus ergo atq; idem fuit Deus, qui ambobus respondit,
quemadmodum ex ipso præcepto constat. Sed nunc quidem per principem
imperatorum exercitus eius, Mosi uero per eum angelū qui uisus fuerat, ora-
culum exhibet. Militiæ uero cœlum sub se habentis, & exercitus ipso modo
superioris, & spirituum inuisibilium diuinorumq; angelorū, atq; archangelorū
regi, præfectoq; uniuersi Deo inferuentiū (sicuti apud Danielem dictū
est: Mille millia ministrabant ei, & centies mille millia adstabant coram eo)
omnium, inquam, talium supremus, quis tandem sit altus, quam Dei uerbum,
& primogenita sapientia, & soboles diuina: merito ergo princeps imperatorū
exercitus Domini hoc in loco dictus est, utpote q̄ alibi & magni cōsiliū ange-
lus, & cōfessor patris, & æternus ac magnus sacerdos esse, sic demonstratus. Sed
illud quoq; ostensum est, q̄ idem & Dominus & Deus, & Christus sit, quia
patre oleo exultationis est unctus. Abrahæ igitur apud quercū uisus in homi-
nis forma quieta, habituq; pacifico, seipsum ostendit, quum ex illo usq; tem-
pore salutarē suam ad homines aduentū exordiretur. Ipsi uero Iacob tamq̄
exercitatio ac certatori, q̄ aduersus hostes et uicturus & præliatus esse
ueluti homo. Sed Mosē & populū in specie nubis atq; ignis ducebat, terni-
bilem interim atq; adumbratū seipsum ostendens. At quoniam Mosi successor,
Iesus, contra hostes erat instruendus, qui antehac terrā Palestinā incolerat,
externas utiq; maximeq; impias nationes, merito cū gladio uagina exutus,

& contra hostes acumen præ se ferente demonstratur, tali propemodū uisio-
ne significās, quemadmodū ipsa diuina uirtute, tanq̄ inuisibili gladio, cū suis
interim simul militans, eisq; opem assidue ferens, erat impios ulturus. Quare
etiam opportunè seipsum principem imperatorum Domini appellauit.

Quod similiter ipsi Iob, quem admodum patribus, ipse opifex uniuersi Deus uerbum,
& respondisse, & oculis uisus esse dicitur. Cap. XX.

Dixit autē Dominus ad Iob de turbine & nubibus: Vbi eras dum ego fun-
darem terrā? respōde iam mihi, utrū noueris intellectum, quis posuerit
mensuras eius, si nosti: & cetera quū facta sunt, inquit, astra laudauerunt me
uoce magna omnes angeli mei. Obstruxit autem mare portis, ac deinceps q̄
sequitur: Num eras tu quando constitui lumen matutinū? Lucifer autē despe-
xit suum ordinem. Et rursus: Num tu accepto terræ luto, fecisti animal? & ad-
loquendum idonēū ipsum posuisti in terra? abstulisti uerē ab impijs lumen,
brachiū autē superbiorum contriuisisti: uenisti autem ad fontem maris, & in ue-
stigijs abyssi deambulasti? aperiunturq; tibi timore portæ mortis? & ianitores
inferorū uidentes te territi sunt? Deinde in fine totius oraculi, responderet Iob
Domino, dicens: Audi iam me Domine, ut etiã ego loquar, & interrogabo te,
& tu me doceto. Auditū quidem auris audiui te prius, nūc autē oculus meus
uidit te. Quocirca uilem habui meipsum, & liquefactus sum, & putauī me ip-
sum terrā & cinerem. Domini igitur rerum opificis expositas modō esse uo-
ces, non solum ex ijs quæ propolita sunt, uerum etiã ex ijs quæ tibi ipsi uidean-
tur, dignoscere facile est. Illud uerō, Venisti ad fontē maris, et in uestigijs abyf-
si deambulasti? & illud: Aperiuntur uerō tibi timore portæ mortis? & ianito-
res inferorum uidentes te territi sunt: Saluatoris nostri descensum ad inferos
significare, suo tempore demonstrabimus, si modo hoc loco id unum notaue-
rimus, Deo uerbo magis quā Deo patri, quæ ad hunc locū pertinent, esse tri-
buenda. Iob igitur, sicut etiam reliqui patres, ipsum hunc ab initio de turbine
& nubibus respōdentem sibi Dominum, coram se intuitum esse testificatur,
dicens: Audi uerō me Domine, ut etiã ego loquar, et interrogabo te, & tu me
doceto: auditū quidem auris audiui te prius, nunc autem oculus meus uidit
te: Quocirca uilem habui meipsum, & liquefactus sum, & putauī me ipsum ter-
ram & cinerem. Quia autem fieri potest, ut supremum Deum, & eum qui est
ultra omnia, immutabilem utiq; et ingenitā essentiã, anima induta corpore, et
oculi mortalitū intuiti sint, nisi planè hoc etiam loco, egredi de propria magni-
tudine Dei uerbū ipsum qui Dominus esse, uarijs demonstratur modis, eoq;
modo exhibere se uidendum dixerimus: quemadmodū licet uel ex ipsis ora-
culis discere, in quibus rursus ipse Dominus ad Iob ea quæ ad diabolū per-
tinent tanquam de dracone enarrans instabat: Non times quoniam paratus
est mihi, cui enim domino, draconem paratum esse arbitrari conuenit, nisi
Deo uerbo & Saluatori nostro, quem principem huius seculi, iam pridem ge-
nus hominum depopulante sustulit, dissolutis mortis doloribus, quod qui-
dem ipsum ipse quoq; dicat, dicens: Venisti uerō ad fontem maris, & in uesti-
gijs abyssi deambulasti? aperiuntur autem tibi timore portæ mortis? & ianito-
res inferorum uidentes te territi sunt? Hæc sanè merito ad Iob loquitur, post
magnam tentationem, postq; magnum certamen quod sustinuit, docens est,
quod pro parte certauerit, quum interim maius fortiusq; bellum & certamē,
ipsi Domino reseruetur, sub tempus sui ad mortem aduentus.

Quod duas personas etiam propositus agnoscat psalmus. Cap. XXI.

Quoniam tu Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuū, non
accident ad te mala, & flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo:
quoniam angelis suis mandauit de te, in manibus tollent te, ne quādo offen-
das ad lapidem pedem tuum. super aspidem & regulum ascēdes, & concu-
cabis leonē & draconē. His sanè utiq; uocib. diabolus, in tentatione aduersus
E Saluato-

OP. A. F. V. S. B. C. S. R.



Saluatorem nostrum. Contemplantur igitur, quoniam modo Psalmus ad ipsum Dominum ait: Quoniam tu Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum: tu enim ipse, inquit, mea spes, o Domine, illum a quo ipse es, Deum altissimum & supremum & tuum patrem, refugium posuisti, propter quod non accedent ad te mala, ad te inquam meum Dominum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Nam etsi nefarii homines conabuntur te hominem factum flagellis cadere, etsi morti tradere, neutiquam tamen flagellum, quod a Deo est, tuo appropinquabit tabernaculo, hoc est tuo corpori, quo tu delictis propter nos homo factus, indutus es. Ad eundem modum accommodabis ei, quae in toto Psalmo dicuntur: quae sane nos quoque suo tempore diliquimus, & contemplantur.

De Deo uerbo & patre, sicut de Domino. Cap. XXII.

Non derelinquam ut deleam Iacob, quoniam Deus ego sum, & non homo in te sanctus: & non ingrediar ciuitatem, post Dominum ambulabo. Haec & alia his similia, Deus uerbum homo factus, ad eos dicit, qui uerum quidem ipsum sanctum, non autem Deum esse confitentur. Deus ego sum, inquit, & non homo in te sanctus. deinde ubi Deum seipsum dixit, Dominum ac Deum & patrem suum indicat, adiungens: Post Dominum ambulabo. Illud autem, Non ingrediar in ciuitatem: abnegantis sane fuerit commune ac popularem hominum rempublicam, a qua etiam suos discipulos auertens, ait in uitam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis.

De Salvatore nostro, sicut de Domino, & de patre, sicut de Deo, & de Iudeorum gentis eersione. Cap. XXIII.

Euerti uos, sicut euerit Deus Sodoma & Gomorra, & facti estis quasi torris creptus ex igne. Et ne sic quidem conuersi estis ad me, dicit Dominus. Etiam hoc loco ipse Dominus, Deum quendam ait Sodomorum eersionis autorem fuisse, qui: in alius sit ipse filius, quam is de quo ipse loquitur. Porro in ipsa Sodomorum eersione duo apparent, quando pluit Dominus ignem a Domino super Sodoma & Gomorra. Quale igitur, inquit Sodoma obicitur pes atque absurdas impietates, eersionem perpessa sunt, talia uos quoque patimini ac ne sic quidem conuersi estis ad me. Consuevit autem scriptura, tempus futurum quasi praeteritum ponere. Quare praesentia quoque eadem ratio ne oportet accipere, ut uidelicet pro eo quod euertam futuri temporis, dicta sit euerit praeteriti: & pro eo quod est Conuertimini, Conuersi estis. Haec uero sunt ad Iudeorum gentem directe prolata, quae quidem non alias, quam post factas aduersus Saluatorem nostrum insidias, in ipsis completa sunt. Etenim facer ipsorum & prius sanctus locus, ad id redactus est, ut nulla in parte a Sodomorum eersione discrepet. Veruntamen & si ea passim sunt, quae in uanitate sibi praedicta aperte perspiciunt, necdum in hunc usque diem ad Christum Dei, propter quem tanta pertulere, se ipsos conuerterunt. Itaque merito ab ea quae nunc in manibus est propheta, id diuinitus dictum est, Et ne sic quidem conuersi estis ad me, dicit Dominus.

De duobus, patre scilicet & filio, & gentium uocatione. Cap. XXIII.

Vllo Abdite, haec dicit Dominus ad Idumaeam: Auditum audiuimus a Domino, et munitionem in nationes emisit. Dominus Deus auditum audiamus a Domino. Is uero auditus fuit de gentium uocatione.

Quemadmodum Deus uerbum, quum sit Dominus, missum se esse a patre confitetur. Cap. XXV.

Haec dicit Dominus omnipotens: Post gloriam misit me ad gentes, quae depradatae sunt uos. Deinde adiungit post pauca, dicens: Et cognoscetis quod Dominus omnipotens, & qui dicit se missum esse a patre, duo igitur. Siquidem plane ne qui missus est, Dominus omnipotens, inquit, ad gentes misit me.

Idem iterum de uocatione gentium, Cap. XXVI.

Gaude & laetare filia Sion, quia ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus, & confugient gentes multae ad Dominum in die illa, & erunt illi in populum, & habitabo in medio tui, & cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te, &c. Quibus post alia adiungit: Et corroborabo eos in Domino Deo ipsorum, & in nomine eius gloriabuntur, dicit Dominus. Haec quoque prioribus similia sunt, quae Christi ad homines aduentum, & salutarem futuram gentibus per ipsum uocationem, palam enunciant: Ego igitur ipse Dominus ueniam, inquit, & in meo aduentu non amplius ille antiquus Israel, ac ne una quidem in terra gens, sed multae gentes confugient, ad praetertiam & magnum Dominum, qui & meus ipsius, & uniuersi est Deus: ad quem confugientes nationes tantum consequentur beneficium, ut & appellentur & sint populus Dei, & habitent in medio eius quae uocatur filia Sion. (Sic enim Dei in terra ecclesiam, quasi filiam quandam eius, quae in caelo est, sacre literae uocare consueuerunt.) Hanc etiam ueluti bono nuncio gaudere iubet oraculum, dicens: Gaude & laetare filia Sion, ecce ego uenio, & habitabo in medio tui. In medio enim Ecclesiae Deum uerbum habitare credimus, quemadmodum ipse pollicitus est, cum dixit: Ecce ego uobiscum sum omnes dies, usque ad consummationem saeculi. & ubi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, illic sum in medio eorum. Cum autem ego, inquit, ipse Dominus uenero, & habitabo in medio tui, maiorem tum cognitionem de Deo omnipotente accipies, dum ego Dominus causam, cur ad homines missus sim, patri qui misit me attribuiam. Cognosces autem quod Dominus omnipotens misit me ad te. Ac deinceps in hunc sane modum ipse Dominus loquitur: Et corroborabo eos in Domino Deo ipsorum, & in nomine ipsius gloriabuntur, dicit Dominus. Sed qui tandem sunt qui in Domino gloriantur?

Quod rursus Dominus de alio quodam, constat autem quod de patre suo loquitur. Cap. XXVII.

Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem ante faciem angeli Domini: & diabolus stabat a dextris eius, ut aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum: Inrepet Dominus in te diabole, & increpet Dominus in te, qui elegit Hierusalem. Rursus hoc loco Dominus alium quemdam obiurgaturum ait ipsam diabolum, ubi sane non ipse qui loquitur Dominus, increpat, sed alterum memorat, quibus uerbis plane constare arbitror, demonstrationem de duabus personis, uno patre, altero eo, qui a patre omnium quae facta sunt, potestatem ac dominationem acceperit.

Quod angelum testamenti Christum, & eundem Dominum omnipotentem Deus uocat. Cap. XXVIII.

Ecce ego mitto angelum meum, & prospiciet uiam ante faciem meam, et repente ueniet ad templum Dominus, quem uos queritis, & angelus testamenti quem uos uultis, ecce uenit dicit Dominus omnipotens, & quis sustinebit diem ingressus eius? etiam haec prioribus similia sunt. Ipse enim Dominus Deus omnipotens, Dominum uenturum ait in templum suum, interim de alio loquens, quem etiam ipse Dominus omnipotens docet se mittere ante faciem suam, dicens: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem meam. At qui eundem hunc quem angelum meum uocauit, rursus deinceps Dominum appellat, ubi adiungit illud: Et repente ueniet Dominus, & angelus testamenti. Vnum uero & eundem cum produxerit, tum addit: Ecce uenit, & quis sustinebit diem ingressus eius? quibus uerbis secundum & gloriosum illius aduentum significat, sed qui omnia haec canit, Dominus est omnipotens uniuersi Deus.

Quod solem iusticie Christum, ipse uniuersi Deus nominat. Cap. XXIX.

Et orientur timetibus nomen meum sol iusticie, & sanatio erit in alis eius, quae sepe nominatus est & Dominus, & Deus, & angelus, & princeps imperatorum, & Christi.

Vertical handwritten text on the right margin: OP. A. F. V. S. B. C. S. M.

DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA

Christus, & sacerdos, & uerbum, & sapientia Dei, & imago, nunc idem solus
sticitur dicitur. Hunc ipsum igitur is qui genuit pater, non omnibus oriturum
promittit, sed solis nomen suum timentibus, ut sic illis timoris erga se premium
solis iusticie det lumen. Erit autem hic Deus uerbum a quo illud dictum est,
Ego sum lux mundi: quæ erat lux illuminans omnem hominem uententem
in hunc mundum. Hanc itaq; lucem, non autem illum sensibilem & manife-
stum, & rationalibus, & brutis solem, sed diuinum atq; intelligentem, & om-
nis uirtutis ac iusticie autorem, solis ipsum timentibus oriturum, in præsentia
ait Deus: illum ipsi interim occultans, qui illo indigni sint, de quibus etiam ali-
bi dicit: Et occidet sol super prophetas, qui decipiunt populum meum.

Quemadmodum Deus uerbum ad patrem deprecationem emittit, gentium
conuersionem futuram significans. Cap. XXX.

Domine fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum; in die
tribulationis, ad te gentes uenient ab extremo terra, & dicent: Vere sal-
so possederunt patres nostri simulacra, & non est in eis utilitas. Si facies sibi
homo deos, & hi non sunt dii. Idcirco ecce ego ostendam eis in tempore hoc,
& notam faciam eis manum meam, & uirtutem meam, & cognoscent, quod
ego Dominus. In his uerbis Dominus alium precat, patrem uidelicet
Deum uniuersi, illic sane ubi incipiens ait: Domine, fortitudo mea, &c. Per-
spicue uero gentium ab errabundo simulacrorum cultu ad pietatem, religio-
nemq; erga Deum commutationem futuram, significat: & hæc interim pro-
pheta post Saluatoris nostri Iesu Christi ad homines aduentum euidentissi-
mè completa monstratur. At enim postquam hæcenus ex totis uiginti pro-
pheticis capitibus, Deum, Saluatorem, ac Dominum nostrum, Dei uerbum
esse didicimus, ad alterum eius, quæ ad eundem pertinet dispensationis argu-
mentum deinceps transeamus, & hunc ipsum Deum ad homines uenturum
fuisse, ex ipsdem sacris Hebræorum libris comprobemus.

LIBER SEXTVS.

Præfatio.



Magnifici-
tudi filij Dei.

Quod de patre ac filio dicendum fuit, id planè iam in quinto E-
uangelica demonstrationis uolumine definitum est, & patet
quidem Deum unum esse constitit: alteram autem præter il-
lum & cum illo personam esse, quæ omnia quæ facta sunt ante
tecedat, demonstratum est: quam & sapientiam Dei primo-
genitam, & unicum filium, Deumq; de Deo, & magni conti-
lij angelum, & cælestis militiæ principem, & patris administrum, ad hæc & Do-
minum uniuersi, & Dei uerbum, & Dei uirtutem, diuina prius appellabant
oracula. Si ergo hoc tempore, prophetica etiam testimonia Deum ad homines
fuisse uenturum, prædixisse ostenderimus, tum unicuiq; planum fuerit, ad quæ
referre oporteat id quod significauimus, cum per ea maximè quæ antea dicitur
ceta sunt, demonstrauimus, Deum uerbum habitu quidem formæq; hominis,
nomine uero Domini ac Dei, & ipsi Abrahamæ, & cæteris Dei amicis uiris, qui
Abrahamæ tempore floruerint, seipsum uidentem præbuisse. Iam nunc igitur tem-
pus est ut uideamus qua ratione nunc Dominum, nunc Deum ad homines descen-
surum, & rursus ascensurum, tam euidenter Hebræorū oracula prius denuncia-
uerint, & quæ nam huiusce descensus causæ fuerint: tamen illud tibi notandum
est, alia quidem obscurius, alia aut apertius dicta inueniri. Atq; ego quidem
arbitror, occultiora illa propter Iudæos, ita inuoluntè atq; implicite reddita esse
se, quod uidelicet tristitia quædam in illis contra ipsos canerentur, ob quæ uerbi-
mille fuit, ipsos abolituros perditurosq; fuisse scripturam, si aperte extremum
ipsorum

LIBER SEXTVS.

A ipsorum interitum significasset. Sic sanè etiam prophetis infestos fuisse, me-
moriam proditum est, propterea quod ab illis reprehenderent, quæ uero aper-
tius loquuntur prophetæ, ab iis utiq; gentium uocatio, nullis inuoluta obscuri-
tibus continetur, eademq; bonorum quæ à pietate proficiscuntur promif-
siones, non uni Iudaicæ genti, sed omnibus per totum terrarum orbem homi-
nibus denunciant, quæ cum sic se res habeant, iam nunc oracula quoq; diui-
na audire tempus fuerit.

De Dei uerbi ad homines accessu, itemq; Dei ad homines aduentus ostenditur, item
uocatio gentium. Cap. I.

Et inclinauit cælos, & descendit, & caligo sub pedibus eius, & ascendit su-
per Cherubim, & uolauit, uolauit super pennas uentorum, & posuit te-
nebras latibulum suum: in circuitu eius tabernaculum eius. Arbitror ex his
planissime Dei de cælo descensum ostendi, postq; enim multas theologias
enunciauit, tum ea quæ exposita sunt adiungit. Porro dum dicit, inclinasse il-
lum cælos, & sic descendisse, cōtradictionem diuinæ gloriæ significat, quam
diuinus Apostolus declarans, ait: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam
arbitratus est esse se æqualem Deo: sed seipsum exinaniuit, formam serui acci-
piens. Illud autem, Ascendit super Cherubim, & uolauit: significare mihi ui-
detur, quod gloriæ Dei esset restituendus, atq; interim angelicis, diuinisq; co-
pijs constipandus, quod item mihi declarare illud uidetur. Volauit super pen-
nas uentorum, quod autem tenebras latibulum suum posuerit, & caliginem
sub eius pedibus dixerit, nimirum hoc sit, occultam & inestabilem dispensa-
tionem indicantis, secundum quam uniuersa hæc ab ipso perfecta sunt, quod
autem in circuitu eius tabernaculum dictum sit: nihilo ego aliud intelligi o-
portere arbitror, quam sanctam ipsius & catholicam ecclesiam, siue eam quæ
in terris, siue eam quæ in cælo uersatur, accipias. Deinceps uero in eodè Psal-
mo, ubi oratio terminatur, simul & reiectionem prioris populi, & uocationem
gentium prædiuinat, his uerbis: Eripies me de contradictionibus populi, con-
stitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in
auditu auris obediuit mihi, filij alieni mentiti sunt mihi, filij aseni inueterati
sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Hæc autem quo nam sensu accipienda
sunt, suo tempore inquirendum à nobis erit.

Ascensus Dei qui prius descenderat, ac deinceps uocatio cunctarum gentium, quæ
unum & solum Deum erant cogniture. Cap. II.

Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in uoce exultationis, quo-
niam Dominus altissimus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Psal. 46.
Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris, elegit nobis heredita-
tem, sibi, speciem Iacob, quæ dilexit. Ascendit Deus in iubilo, Dominus in uo-
ce tubæ. Psallite Deo nostro, psallite regi nostro, psallite, quoniam rex
omnis terræ Deus, psallite sapienter, regnauit Deus super gētes, Deus sedet
super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum Deo
Abraham, quoniam ipsius Dei fortes a terra uehemēter eleuati sunt. Quid tandē
aliud præ se ferre uultus Domini ac Dei ascensus, qui hisce uerbis expositus
est, q̄ antea descendisse eum, qui nunc ascendat: post quæ sanè ascensum, p̄tinus
pectat Dei cognitionem, nationibus uniuersis nunciatur, quando quidē ipsum
Dominum altissimum, quæ solū Deum ac regē uniuersæ terræ cōfessus est, subie-
cturū nobis populos dicit: nobis aut, quibus his sanè, qui hæc ipsa uaticinati
sunt, quæ in Christi fidem iam nunc cōpletum planè intueri licet, quando gen-
tes, quæ in Christi fidem uenerunt, omnes oraculis prophetarū addicte sunt,
Hæc tamē eadē etiam ex Apostolorū Saluatoris nostri persona dici possunt,
qui quidem id ita enunciant, Elegit nobis hæreditatem suam, cæterū quæ tan-
dem hæreditatem accipere oportet, nisi uocationem gentium uniuersarum:
quam ipse Christus Dei cum significare uellet, ita ait: Dominus dixit ad me
filius

OP. A. F. W. S. B. C. S. R. I.



filiius meus es tu, ego hodie genui te. postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Quae igitur ipsi a patre data est hereditas, hanc apostolis suis atque prophetis subiecit, dum quicumque ipsi credunt, horum preceptis ac legibus parent, quemadmodum exposita uaticinia praescribunt. haec uero cuncta, cum Deus uerbum sub aduentum suum ad homines compleuerit, ac perfecerit. de quo Deo uerba iam plura tractauimus. tum ascendit in iubilo. quod quidem cum Apostolus interpretatur, ita ait: Quod autem ascenderit, quid est, nisi quod & descenderit, primum in intimas partes terrae: qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes caelos. in iubilo autem illum dicit ascendisse, ob diuinas & sacras erga ipsum uoces. ipsum dum ascenderet constipantium angelorum, qui etiam illud dicebant: Tollite portas principes uestras, & eleuamini portae aeternae, & introibit rex gloriae. Vocem autem tubae, non admodum aberraueris, si praedicationem dixeris Euangelicam, quam in totum exaudita est terrarum orbem. cum enim tuba omni alio instrum. in toto musico uocalior sit, satis accommodata, conuenienterque figura dictum fuerit illud, ad demonstrandum, quod omnibus alijs quae a condito aeo exiterint, robustior & uocalior cunctis hominibus denunciata sit Christi doctrina, per quam ueluti per tubam, usque adeo sanctus clamat & uociferatur spiritus, ut ab omnibus exaudiri possit hominibus. clamat uero ea quae in eodem Psalmo sequuntur, in quibus dicitur: Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite, quoniam rex non amplius unius Iudaicae gentis, sed omnis (inquit) terrae Deus, psallite sapienter. Non enim amplius (inquit) illi qui prius demones, neque circum terram uersantes fallacesque spiritus, sed ipse Deus regnauit super omnes gentes: ipse inquam Deus, qui sedet super sede sancta sua. caeterum iam antea Dei uerbi sede super qua pater ipsum sedere iusserat, illis uerbis: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: eo qui hunc antecedit libro, pro uiribus. declarauimus. Illud autem, Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: adhuc apertius demonstrat, commutatos esse in sortem ueterum religiosorum Dei prophetarum assumptos de gentibus ecclesiae Christi principes: qui etiam uirtute Saluatoris nostri corroborati, in sublime admodum euecti sunt: quippe quos nemo ex omnibus hominibus deicere, aut prosternere potuerit, ob eam quae ipsos ex tollit, fortesque facit, summi Dei dextram. Caeterum haec, maius ocium nacti, absolutius aliquando enarrabimus.

Quod manifeste ad homines uenturus dicitur Deus, & omne genus hominum ad seipsum reuocaturus. Cap. III.

Psal. 49. **D**Eus deorum Dominus locutus est, & uocauit terram a solis ortu usque ad occasum: Ex Sion species decoris eius. Deus manifeste ueniet, Deus noster, & non silebit. Et post nonnulla alia: Audi, inquit, populus meus, & loquar tibi, Israel, & testificabor tibi, Deus Deus tuus sum ego. Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos: quoniam meae sunt omnes ferae sylvarum, iumenta in montibus, & boues, cognouit omnia uolatilia caeli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terrae, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? immola Deo sacrificium laudis, et redde altissimo uota tua, & inuoca me in die tribulationis. Etiam hoc loco diuina praedictio plane Deum manifeste uenturum canit, quae quidem non alium, quam ipsum Dei uerbum significat. Illius uero aduentus causam manifestissime indicat, ac gentium rursus, quae in tota terra continentur, uocationem futuram denunciat. Itaque uocauit, inquit, terram ab ortu solis usque ad occasum. Miro autem quodam ordine, post aduentum illius, & post gentium uocationem, reijciendam esse ueterem illam corpori magis inseruentem quam

quam spiritui, ex lege Mosi adorationem docet, quae ipsa quoque sursum contigit sine post Dei uerbum ad homines aduentum. Ex illo enim ad hunc usque diem, uocati iam sunt omnes de toto orbe terrarum homines, omnesque ab ortu solis usque ad occasum gentes. Cessauit autem, sublatusque est Iudaorum ritus, ubi ex nouo Euangelicae praedicationis Testamento, non autem ex lege Mosi, omnes homines Deum colere, & cum pietate uiuere, admoniti edoctique sunt. Attamen eadem haec ad secundum, gloriosumque Saluatoris aduentum referri ite possunt.

Quod uidentius esse in terra diceretur Deus, per Christi ad homines aduentum. Cap. IIII.

Videbitur Deus deorum in Sion. Domine Deus uirtutum exaudi orationem meam, auribus percipe Deus Iacob. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. Postquam Deum deorum uidentium praedixit, tum orat aduentum eius quam celerrime adesse, modum quo uidentium sit interim docens illis uerbis, Respice in faciem Christi tui: non aliter quam si plenus dixisset: Per faciem Christi tui praebere teipsum uidentium. Propterea enim quod qui uidit filium, uidit patrem qui misit illum, merito per faciem Christi, eum qui in Christo habitat Deum deorum, uidentium denunciat.

Aduentus Domini in terram regnumque eius inter gentes, & nouum canticum non ipsi Israel, sed gentibus exhibendum. Cap. V.

Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra, cantate Domino, benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius, annunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius, quoniam magnus Dominus est laudabilis nimis, terribilis & super omnes deos. Et rursus: Asserte Domino patriam gentium. Et rursus: Dicite in gentibus, quod Dominus regnauit. Ad extremum uero adiungit: Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum a facie Domini, quoniam uenit, quoniam uenit iudicare terram. iudicabit orbem terrae in iusticia, & populos in ueritate sua. Hoc i- eius canendum ad homines promittitur Dominus, nouumque in aduentu daica gente, sed ab omni terra, Euangelioque illustrandum: non amplius ipsum Israel, sed omnes gentes: quandoquidem fore ipsorum regem ait eum qui uenturus sit Dominus. Quis porro hic sit alius, quam Deus uerbum? qui iusticia orbem terrae, & ueritate humanitate iudicaturus, ex quo omnibus qui in orbem terrae essent hominibus, uocationem suam, & post uocationem, salutem a Deo impertiendam esse putauit.

Canticum nouum, gentiumque cognitio, iusticiae uenturusque ipse iudex uniuersi. Cap. VI.

Cantate Domino canticum nouum, quoniam mirabilia fecit, &c. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam. Et rursus: Viderunt omnes termini terrae salutare Dei nostri, iubilate Domino omnis terra. Et ad extremum: Montes exultabunt a conspectu Dominus, quoniam uenit iudicare terram, iudicabit orbem terrae in iusticia, & populos in aequitate. multorum honorum effectorem Domini aduentum gentibus contigisse, haec uerba praedicunt, quae quidem bona, per eundem Saluatoris nostri aduentum, exitum accepisse monstrantur. Non prius enim, sed ex illo duntaxat, nouum accipisse monstrantur. Non prius enim, sed ex illis mirabilia eius per scripturam Euangeliorum nota fiunt, & exaudiantur percipiuntur, omnibus patefactum est gentibus, & cum eo uera iusticia, per quam euidenter ostensum est, quod non Iudaorum solum sit Deus, sed altarium quoque gentium, quandoquidem unus Deus, ut sanctus ait Apostolus, qui iusticiam uenit iudicare terram, etiam alterum illius aduentum significare poterit.

Verbum

OP. A. V. S. B. C. S. M. I.



Verbum Dei ad homines missum ad medelam & salutem animarum, quae quondam uexate oppressaeq; erant in malis. Cap. VII.

Psal. 106. Confiteantur Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filijs hominum. Quia corruit portas aereas, & uectes ferreos cofregit. suscepit eos de iniquitatis eorum: nam propter iniusticias suas humiliati sunt. omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usq; ad portas mortis. & clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatib. eorum liberauit eos. misit uerbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionib. eorum. (& post alia): Exaltea eum in ecclesia populi, & in cathedris seniorum laudent eum. posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in falsuginem, a malitia inhabitantium in ea. posuit desertum in magna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. & collocauit illic euerientes, & constituerunt ciuitatem habitationis. Plane haec quoq; nominatione Dei uerbi de caelo deuesum annunciant, prosperosq; eiusde aduentus successus: Misit, inquit, uerbum suum, & sanauit eos. Verbum autem Dei nos plane hoc dicimus, quod salutis causa ad omnes homines missum est, quodq; ex sacris Euangelijs celebrare ut Deum, edocti sumus. Significat praeterea, usq; ad mortem descensum, quo propter eos qui ad hanc ante ipsum uenerant, usus est, etiam aduentus ipsius causam docet: utiq; ut eos liberaret, qui per ipsum seruandi erant. Nam eos qui ante ipsum, usq; ad portas mortis perueuerant, ipse solus seruauit, atq; eosdem sanitati restituens, de interitionib. ipsorum eripuit. neq; hoc aliter perfecit, qm eas mortis portas conterens, quae aereae dicebantur, & uectes confringens, qui ferrei. ac deinceps post haec certo ordine dinat, eos esse in solitudine redigendos, qui ipsum uentientem non susceperant. Posuit enim, inquit, flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in falsuginem, a malitia inhabitantium in ea. Quae quidem plana cognita habebis, si percurrens illam Iudaicae gentis antiquitus celebratam Hierusalem, eiusq; gloriam, ac diuinae frugis prouentum: eorum utiq; sanctorum hominum, Deiq; amicorum, qui in ea uixerint, quam utiq; in presenti omnibus his rebus priuatam spoliatamq; inuenies. Nam post Christi aduentum, facta est uere infructuosa & sine aqua, & omnino deserta. Et, ut ait propheta, in falsuginem a malitia inhabitantium in ea. His adnectit deinceps, atq; admodum certo ordine, & propheticum more proponit, eius quae olim deserta & inculosa erant, siue hanc uniuersumq; hominis animam, siue de gentibus collatam ecclesiam dixeris: eius, inquam, commutationem in sanctos mores, nec non in diuinis sermonibus prouentum, quae etiam planius innuit dicens: Posuit desertum in stagna aquarum, & caetera quae utiq; intelligentia consequens eius unius esse potest, qui apud Deum sit sapiens: sicut ea inductio habet, quae in fine Psalmi ait: Quis sapiens & custodiet haec? &c.

Hierusalem post Christum in falsugine & deserta.

Gentium uocatio, Deusq; manifeste apparens: & benedictus qui uenit in nomine Domini. Cap. VIII.

Psal. 106. Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi, quoniam confirmata est super nos misericordia eius, &c. O Domine saluum fac iam nunc, d Domine da pfectum iam nunc: benedictus qui uenit in nomine Domini. Deus Dominus & illuxit nobis. Enimvero de hac ipsa re, quemadmodum suum finem contigerit, etiam sacri Euangelij scriptura mentionem facit, quo tempore Saluator ac Dominus noster ipse Christus Hierosolyma ingressus est: atq; ingens multitudo uirorum & puerorum ipsum antecedeat, cum laetitia clamantium: Hosanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine Domini: Hosanna in excelsis. Pro eo em quod in Psalmo positum est, O Domine saluum fac iam nunc, illud Hosanna Hebraico more acclamabat. id autem in nostra lingua, saluum fac dum, reddi solet. Illud uero: Benedictus qui uenit in nomine Domini, ipsum declarat oraculum, quod deinceps ita ait: Deus Dominus & illuxit nobis.

A nobis. Vnus igitur, idemq; fuit, qui seipsum nobis ostendit Deus ac Dominus, Dei uidelicet uerbum. Quod etiam idcirco est benedictum, quod in nomine Domini, qui ipsum misit patris, suum ad homines aduentum exhibuit. Itaque eos arguens, qui ipsi de circuncisione uenienti non crediderant, dicebat ad eos: Ego ueni in nomine patris mei, et non accipitis me. Alius si ueniet in nomine proprio, illum accipietis. Merito ergo spiritus sanctus, non amplius ad Iudaicum populum, sed ad omnes gentes, ea quae in principio Psalmi leguntur, enunciat.

Domine de caelo descendens salutis hominum gratia, canticumq; nouum super hoc recanandum, noui uidelicet testamenti. Cap. IX.

Domine quid est homo, quod innotuisti ei? aut filius hominis, quod reputas eum? Domine inclina caelos, & descende: tange montes, & fumigabunt. Et progressus, adiungit: Deus canticum nouum cantabo tibi. Haec quoque cum proposito argumeto esse coniuncta, sane ego putauerim. Cognitionem enim hominibus traditam Dei uerbi admirans, ipsam clementiam obstupescit, propter quam infra dininam suam naturam descendens, seque ipsum naturalis sua magnitudiue minore efficiens, propria ipsius cognitione humani generis dignum existimauit. Itaque hoc loco orat, dicens: Domine inclina caelos, & descende. At. n. in decimo septimo Psalmo dictum est: Et inclinauit caelos, & descendit, & caligo sub pedibus eius, et ascendit super Cherubin, et uolauit, uolauit super pennas uentorum. In quibus uerbis ea quae ad ascensum spectant, quo de terra ad caelum se sustulit, diuinat: quod autem descensum atq; ascensum Dei uerbi, non quosdam eius per locum transitus accipere oporteat, quoad quidem in hunc modum scriptura diuinales eius dispensationes appellare constituit, suo loco ociosius demonstrabimus. Oportet autem in his etiam noui Testamenti mentionem facere, quod hominibus erat Christi aduentus conciliatum: hoc sane nouum Testamentum illud est, quod a Christo post uetus alterum omnibus gentibus traditum est. Proinde oraculum quod nunc in manibus est, sic ait: Deus canticum nouum cantabo tibi. Illud autem, Tange montes & fumigabunt: arborum significare, quod omnium simulacrorum cultus sit incendendus, ac delendus qui apud antiquos in montibus maxime frequentabatur: denique etiam ipsi Iudaei reprehendebantur, quod in omni monte excelsio, ad imitationem externarum gentium, simulacra colerent.

Psalmo 149.

Dei uerbum in terram missum, & breui tempore percurrens uniuersos homines. Cap. X.

Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Deinde paululum progressus, ait: Qui emittit eloquium suum terrae, uelociter curret sermo eius, constat autem eum qui mittit, ab eo qui mittitur esse diuersum. Habes igitur etiam hoc loco, eum quidem qui mittit, supremum Deum: esse uero qui mittitur, sermonem: qui quum multa habeat nomina, nunc Sapiencia, nunc Sermo, & interdum Deus, & alias Dominus in diuinis oraculis nuncupatur: quod si attenderis, quemadmodum breuissimo tempore omnem terrarum orbem sermo doctrinae illius impleuerit, profecto uaticinij obstupesces euentum, dicentis, Velociter curret sermo eius.

Psalmo 147.

Domine de caelo descendens, qui gentium, quae prius illum non cognoscebant, auxerunt, & a Iudaica gente seipsum est auersurus. Caput XI.

Locutus est Dauid Domino uerba carminis huius. Deinde progressus, ita ita: Et inclinauit caelos, & descendit, & caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubin, & uolauit, uolauit super pennas uentorum, & posuit tenebras latibulum suum. tum in fine eiusdem carminis: Libera me, inquit, de contradictionibus. populi: constitues me in caput gentium: populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, filij alieni reiciuntur. Qui inclinauit caelos, & descendit Deus, qui assumptum sibi hominem incendit (quem sane hominem, nunc oraculum Cherubin nominat) uolauit cum eo sursum comitantibus, stipantibusq; ipsum diuinis spiritibus, qui nunc ipsi quoque uen-

2. Reg. 22.

OPAVS... (vertical stamp)



que uentorum peninae appellantur. obscure uero haec, et in abscondito facta esse, per quaedam arcana & latentia uerba significat, ubi ait: Et posuit tenebras latibulum suum. Quae uero sequuntur deinceps, assumptae a Christo hominis naturae consentanea sunt, & contradictione quae aduersus illum facta est iudaici populi praecipua, nec non doctrinae Christi gentes esse auscultaturae: ipsam porro uerbis similia inuenies in Psalmo decimosextimo, in quo quod nobis uisum est, ante iam diximus.

Deus de caelo descendens, et cum hominibus in terra habitans. Cap. XII.

ET nunc Domine Deus Israel, confirmetur iam uerbum tuum, quod locutus es puero tuo Dauid patri meo. Quoniam si uere habitabit Deus cum hominibus in terra, si caelum, & caelum caeli non capient te. Posita sunt caelestia haec ad uerbum item in Paralipomenis, siquidem ipsi Dauid pollicitus fuerat Deus, excitaturus se de uentre ipsius regem, cuius patrem fore se, ipse Deus dixerat: usque adeo ut is qui nasceretur de semine Dauid, esset filius Dei nominandus, & solium regni aeternum habiturus. Etenim haec in secundo Regum per Natham prophetam responsa sunt ipsi Dauid, in hunc modum: Et erit quum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod erit ex uentre tuo, et parabo regnum eius. Ipse aedificabit inhi domum in nomine meo, & erigam sedem eius usque in sempiternum. Ego ero illi in patrem, & ipsa erit in mihi in filium. Eadem uero etiam in Paralipomenis simili modo dicta sunt. In Psalmo autem octogesimo octauo dictum est: Ipse inuocabit me, pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meae: & ego primogenitum ponam illum, excellsum praeregibus terrae: in aeternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum, fidele ipsi: & ponam in seculum seculi semen eius, & sedem eius sicut dies caeli. Et rursus: Iuravi Dauid seruo meo usque in seculum, preparabo semen tuum, & aedificabo in generationem & generationem sedem tuam. Et rursus: Semel iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar, semen tuum in seculum manet, & sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in seculum. Porro quum eadem haec etiam centesimam tricesimum primum Psalmus commemorat, ad Christum refert ea quae dicta sunt. Audi igitur hunc quoque: Memeto Domine Dauid, & omnis manu eruditionis eius, sicut iurauit Domino, uotum uouit Deo Iacob. Quibus post alia deinceps adiungit: Iurauit Dominus Dauid ueritatem, et non frustrabit eam: de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Et paulum progressus deinceps, eum qui sit de fructu uentris Dauid suscitandus, plantis nominat, dicens: Illuc producant cornu Dauid, parauit lucernam Christo meo: inimicos eius induam confusionem. Super ipsum autem effloret sanctificatio mea. Itaque haec Solomon sapientissimus, quae patri suo responsa fuerat, quam intellexisset non ita parua esse, sed maiora quam ut naturae hominis conuenire possent, Deoque potius accommodanda quam sibi: uidissetque eum qui a Deo primogenitus nominaretur, quicquid plane filius Dei diceretur futurus: ualde talibus promissis gauisus est, & simul exoptauit confirmari ea quae ad hoc uaticinium pertinerent, nec non uenturam illum de quo prophetia loqueretur, primogenitum ac Dei filium interim illum appellans. Quocirca sic ait: Et nunc Domine Deus Israel confirmetur uerbum tuum quod locutus es puero tuo Dauid patri meo: quoniam si uere habitabit Deus cum hominibus, si caelum & caelum caeli non capient te.

De descensu de caelo ad homines, ac de futura in aduentu eius iudaicae gentis reiectione, et reliquarum omnium gentium adoptione. Cap. XIII.

AD uide populi omnes, & attendat terra, & omnes qui in ea sunt, & erit Dominus Deus uester in testimonium, Dominus de domo sancta sua, quoniam ecce Dominus, Dominus egreditur ex loco suo, & descendet super altitudines terrae, & commouebuntur montes subter eo, & ualles liqueficient ut cera a facie ignis, & sicut aqua quae defertur in descensum: propter impietatem Iacob

tem Iacob omnia haec, & propter peccatum domus Israel. Nunc quoque aperte Dominus Deus de caelo descendens, de loco suo egrediens, in his quae proposita sunt nunciatur: erit autem hoc Dei uerbum, quod in his quae prius dicta sunt, quum genitum sit, eum esse Deum ac Dominum, & omnia sub se habentem demonsttrauimus. Locum autem eius non aberres, si caeleste regnum esse dicas, gloriosamque diuinitatis eius sedem, quam theologice extollens Prophetia psallebat, ac dicebat, Sedes tua Deus in seculum seculi super qua ipsum sedere tanquam unicum filium iussit pater illis uerbis. Sede a dextris meis. Nam haec plane iam antea, ad unum Saluatorem nostrum Deum uerbum referenda esse planum fecimus. hunc igitur ipsum praefens oraculum canit egredientem de loco suo, descendurumque super altitudines terrae. Porro autem quae nam haec sunt, nisi id quod ipsa uerba sonant, montes Israel & colles, de quibus innumerabiles prophetae uaticinant, ipsaque Hierusalem, & cum ea mons Sion, in quo plurimum diuersatus est Saluator ac Dominus noster, nam fore talium altitudinum perditionem atque interitum, canit in ipso Christi descensu. & sane constat, post Saluatoris nostri aduentum, postquam ea quae Iudaei aduersus illum sunt ausi, uniuersa illa, quae nuper dicta sunt, depopulata fuisse, & ad extremam solitudinem redacta esse. ueruntamen Iudaicae quoque gentis principes, & quod prius penes ipsos regnum stabat, nec non sacerdotium, & prima docentium sedes, qui nunc motes figurate nominantur, commouenda esse dici possunt in ipso Domini de caelo aduentu: & hoc ipsum quidem finem suum contigisse, quis non tandem fateatur, post Saluatoris nostri Iesu Christi tempora: quum omnia illa uidere possit, non solum commota, sed etiam sublata de medio: ualles autem adhuc liquefcentes, erunt, qui pro Hierusalem, proque monte Sion, per omnem urbem constituti sunt eorum conuentus, plorantes ac lugentes, & quasi cera a facie ignis liquefcentes, propter moeroris ac luctus excessum, & propter loci patrii solitudinem, & longam atque annosam seruitutem. Alio praeterea intellectu diuini uerbi, super altitudines descensus accipi potest, quod utique non in hiatibus, neque in abiectis, atque in humum spectantibus animis & cogitationibus, sed in altius sublati & sursum erectis uersari uellet. Tali igitur figura dictum est, ipsum Dominum super altitudines terrae descendurum. Qui uero concutiantur subter eos montes, ipsi illi utique erunt, ad quos adductus est a spiritu ut tentaretur a diabolo, quo tempore assumpsit illum diabolus in motem excelsum ualde, & erat cum feris. Rursus etiam figuratiuam montes accipiemus, illum simulacrorum cultum, qui prius in motibus frequentabatur, & in his efficaciam suam ostendentes, inuisibiles principatus ac potestates, quas non leuiter Saluatoris nostri concussit commouitque doctrina. Talium enim longam & ueterem contra homines potentiam, latenter delent diuinum illius uerbum, & mirifica, & omnem in efficiendo fidem superantes erunt inferni, & circum terram uersantes, aduersum quos ignem, qui nequitiam ipsorum combureret, dimisit, dicens: Ignem ueni mittere in terram: & quid uolo, si iam accensus est: quo igne correpti illi, quum inuisibilis flamma tormenta ferre non possent, de humanis corporibus recedebant, illudque ipsum quod interim cohibebant, atque praese ferebant magna uoce clamantes: Eia quid no bis & tibi fili Dei: uenisti ante tempus torquere nos: nouimus te quis sis, sanctus Dei. Hos igitur maxime uerberabat, horumque principes aufererat, quoniam non satis habentes quod reliquas nationes corrupissent, corruptasque in errorem compulissent, quo deos plures colerent, antiquo etiam illi Dei populo, qui circuncisionis usum seruabat, insidiari coeperant: huncque auersantes a Deo, omnis generis impietatibus implicauerant. Quare etiam maxime de caelo descendit Dominus, ex quo ait deinceps: Propter impietatem Iacob omnia haec, & propter peccatum domus Israel. Ad haec, uerbi etiam de caelo descendens cau-

Montes sub Christo concussi.

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



Samaritanorum Hierusalem impie.

dens, causam deinceps exponit, ubi ipsius Iudaici populi impietatis conuincit: & ubi post impietates eius qui ipsos inuaserat, interitum, ac gentium per totum orbem uocationem enunciat. Propterea enim de caelo in terram Dei uerbum profectum est. sed uerba audi. Propter impietatem Iacob omnia haec, & propter peccatum domus Israel. Quae impietas Iacob non ne Samariam, & quod peccatum Iuda non ne Hierusalem, & ponam Samariam in pomorum custodia in agro, & in plantationem uinae: & detraham in profundum lapides eius, & fundamenta eius aperiam. Et adiungit: Descenderunt mala a Domino super portas Hierusalem, sonitus curruum & equitantium. Et rursus: Gloria filiae Hierusalem, rade et tode super filios delicatos tuos, dilata uiduitatem tuam sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te. Ad haec: Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi pomorum custodia erit: & mons domus in lucis syluae. Porro haec Sion, & Hierusalem, & quod uocatur Mons domus, illa ipsa sunt, quae prius significata sunt illis uerbis: Et commouebuntur montes subter eo, & ualles liquescunt sicut cera a facie ignis, propter impietatem Iacob, & cetera. Nam propter impietates, quas contra ipsum gesserunt, illico neque sane multo post, et montes, et qui in illis habitabant, depopulati sunt: incendiis atque extremam solitudinem mons Sion pertulit: & factus est mons domus Dei in lucis syluae. Haec enim in Domini de caelo descensu ad illos uentura, praesens quoque propheta significat: quae etiam euidentem exitum consecuta sunt post Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum. quo si quicquam nostra quoque historia ualer, nostris ipsorum temporibus, illam antiquitus celebrata Sion iunctis huiusmodi Romanis uiris arari, oculis nostris inspeximus, & ipsam Hierusalem (quae ad modum ipsum hoc ait oraculum) instar pomorum custodiae deserta, ad extremam redactam solitudinem. quae quidem ob nihil aliud eis, quam propter impietates ipsarum, euenere, propter quas etiam caeleste uerbum de suo loco profectum est. Ob alias uero causas, Dei uerbum de caelo & descendisse, & super altitudines terrae peruenisse, prius iam dictum est: utique ut qui olim extollebantur, & in sublime erigebantur aduersus cognitionem Dei montes, commouerentur subter eo contrarie uidelicet potestates: quae ante eius aduentum, uel cum reliquis hominibus, etiam gentem Hebraicam, & impietatis, et simulacrorum cultus operationibus addixerant, utque prauis daemones, qui ualles appellantur, propter ea quod in hiatis tenebrosos, & corporum cauis diuertantur, quasi cera a facie ignis liquefcentes, ob uerbi diuini uim, de hominibus uoluerent, & alia uero praeter eas esse potest causa, illa quidem non uulgatis, sed Dominus de caelo descenderit, quam oraculum iuxta significat, ut omnes in orbem terrarum gentes, daemones, pulsos, & spiritibus qui principatum habebant concussis, ab antiqua sub illis & aspera, et immobili tyrannide respirantes, agnitionem supremi Dei reciperent. Quin etiam ipsa haec in hunc modum eiusdem prophetae uoces, deinceps eadem ratione sub una sensus copulationem enunciant: Et erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini, paratus in summitatibus montium, & extolletur super colles, & festinabunt ad eum populi. Et ibunt gentes multae, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & ostendent nobis uiam eius, & ambulabimus in semitis eius. De Sion. n. exhibet lex, & uerbum Domini de Hierusalem, et in quo sensu accipienda sint, et quo pacto ipsa quoque post Saluatoris nostri aduentum finem acceperint, per oecum quis liberius discere poterit: cum ipsa tamen concordans, quae iam exposita sunt. in ipso prophetae exordio idem oraculum, non secus ac si ad salutem non Iudaice gentis solum, sed uniuersarum gentium, Domini ad homines descensus futurus esset, ad omnes populos, ad omnia quae sunt in terra clamat, dicens: Audite populi omnes, & attendat terra, & omnes qui in ea sunt, Testimonium uero quod contra ipsum Dominum dicitur est, quum

est quum esset passurus, ita significat, & erit Dominus Deus uester in testimonium. Tunc deinceps idem propheta oratione progressus, tanquam is qui ante iam docuisset ea quae ad substantiam Dei uerbi, eiusque de caelo descensum pertinerent, & tanquam si eius ad homines aduentus causas praedixisset, ordi ne deinceps futurum eiusdem inter homines ortum, planeque etiam ipsum locum in quo futurum erat ut nasceretur, indicat, dicens: Et tu Bethleem domus Ephraim, nequaquam minima es, ut sis in millibus Iuda, et ex te mihi egredietur qui praesit, ut sit in principem in Israel: & exitus eius ab initio, ex diebus seculi. Attende uero diligenter, quemadmodum eius qui in Bethleem sit conspiciendus (est autem Bethleem Iudaeae locus) exitus dicat de super et a seculo existeret, utpote qui principis de Bethleem progressuri, diuinam indicare uelit substantiae antecessorem, propagationemque personae. Si quis igitur est, qui oraculum referre possit ad alium quempiam, ne cunctetur. Prodat sane hunc, quis nam sit, sed si alius praeter Saluatorem nostrum Iesum Christum inueniri non potest, qui solus post talem prophetiam inde profectus celebratur, quid tandem impedimentum super est, ne una cum ipsa prophetia ueritatem fateamur, quae in unum illud suam dirigit praedictionem: nam solus ille omnium, qui unquam extiterint, ex eo Bethleem loco, de quo iam dictum est, manifeste post eius prophetae tempore, humanam subiens formam, progressus est, atque illico una cum eius aduentu ea quae iam praedicta fuerant, completa sunt: itaque euestigio sine mora quaeque tristitia & infesta Iudaicae genti praedicta fuerant, euenerunt, ac rursus ceteris gentibus, oraculis consentanea, atque ipse hic Saluator & Dominus noster de Bethleem progressus, eius Israel princeps, qui ad intelligentiam refertur declaratus est: quippe quum eo nomine populus omnis, quicumque Deum & uidere, & pie colere assuetus sit, appelletur. Et sane inspicere quemadmodum suae diuinae antecedentisque substantiae exitus, ab initio & ex diebus seculi habere dicatur, quod quidem neutiquam hominis naturae conueniat. Post haec paululum progressa prophetica oratio, etiam nunc rursus ueteris legalis ritus circumscriptionem atque abolitionem subostendit ex persona populi, dicens: In quo comprehendam Dominum? tenebo Deum meum altissimum: num comprehendam eum in integris sacrificijs, in uittulis anniculis: num dabo primogenita uentris mei pro peccato animae meae? ex persona autem Dei sic eis respondens ait: Si indicaueris tibi homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te, nonne ut facias iudicium, & diligas misericordiam? & paratus sis ambulare post Dominum Deum tuum: habes igitur hic quoque in eo, de quo prophetae loquuntur, Domini de caelo ad homines descensum, plurima quae simul in eodem significantur, Iudaeorum reiectionem, exprobrationes scelerum eorum, interitum regiae ipsorum ciuitatis, ritusque Mosaici, qui apud eos olim prius seruabatur, abrogationem, & e contrario ad gentes, pollicitationes bonas, agnitionem Dei, notum cultus diuini ritum, nouaque legem, ac uerbum quod de regione Iudaeorum sit progressurum, & in omnes gentes disseminandum, quae quidem cuiusmodi finem, et cuiusmodi rationis exitum, post Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum ostenderint, tibi contemplandum relinquo.

Quod uenies Dei uerbum uenturum, neque moraturum caneretur a prophetis. Cap. XIII. Habacuc 2:1
Et respondit mihi Dominus, et dixit: Scribe uisionem manifeste in tabella, ut persequatur qui legit ea, quoniam adhuc uisio ad tempus: et orietur ad uesperam, & non inuaniam. Si tardius ueniet, expecta illum, quoniam uenies ueniet, & non morabitur. Si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo: iustus autem ex fide mea uiuet. Etiam hoc loco palam eum quae uenit, de quo prophetae loquuntur, uenturum canit. Sed quis tandem hic sit, nisi qui supra innotuit, in illis uerbis. Benedictus qui uenit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis: hunc uero tanquam eum qui ipsum lumem sit, ad uesperam oriturum ait, in consummatione uidelicet seculorum. Cui concordat etiam

OP. A. F. V. S. B. C. S. P. M.



etiam Zacharias, dicens: Ecce uir, Oriens nomen ei, & subter eum oriatur. Idem uero propheta etiam tempus significat, dum adiungit illum: Ad uesperam erit lumen: si tardius ueniet, expecta illum, pro quo Aquila sic reddidit: Si uero cum stabitur, accipe illum, quoniam ueniens ueniet, et non tardabit. De hoc autem meminit etiam ad Hebræos epistola, ubi ait: Nolite igitur abijcere confidentiam uestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia. n. uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei faciens, reportetis promissionem. Adhuc. n. modicum, aliquantulumque, qui uenturus est ueniet, & non tardabit: iustus autem ex fide mea uiuet. quod si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. Et sane specta, quemadmodum quod a propheta obscurius positum est, propterea quod per traiectionem prolatum sit, epistola in sensum planiorem transtulerit: uerba enim prophetie sic se habent: Veniens ueniet, & non morabitur. Et adiungit: Si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. Quod quidem dum ita coniungitur, facile referendum esse uideatur ad eum qui uenturus est, & non morabitur. at id quidem perquam absurdum. Qui. n. fieri potest, ut illi ac commo- detur quod dicitur, non placere sibi in eo anima suam, si de Deo sit sermo: sed distinctio que apposita est, quum uerborum structuram mutauerit, sensum conseruauit. Nam post illud, Adhuc modicum aliquantulumque, qui uenturus est ueniet, & non tardabit: continuo adiunxit illud, iustus autem ex fide uiuet. Deinde illud quod in prophetia primum positum est, secundo loco subiecit, ubi ait: Quod si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. Quum. n. le- miel oraculum per ipsam prophetiam cecinerit, lucem omnibus promissam gen- tibus per Christi aduentum, aliquando tandem & ad uesperam oritur, & non frustraturam (sic. n. pro eo quod est, & non inuanum, Aquila est interpretatus) Deinde quod sero et ad uesperam futurus esset eius, de quo prophetia loquitur, aduentus, ideo illis uerbis, Si tardius ueniet, expecta illum, uel si cunctabitur, accipe illum, quoniam ueniens ueniet, & non tardabit: ad patientiam uocans au- ditorem, ut uaticinio fidem adhibebat, hortatur, dicens eum qui his reb. cre- diderit, ubi ex sua ipsius fide iustus declaratus fuerit, uitamque Deo placere, uicturum: sicut e contrario, qui non crediderit, ubi subtraxerit se, non confidenter neque credens his que dicta sunt, futurum ut non bene sibi placeat anima in eo. Ergo nos quoque ipsa hæc sequentes, si commutauerimus ita ut quod prius est, posterius: quod uero posterius est, translatum prius faciamus, sensum uerbo- rum integrum conseruabimus: sic enim post illud, Quoniam ueniens ueniet, & non morabitur: statim subiugemus illud, iustus autem meus ex fide uiuet, & huic ipsi connectemus illud, Si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. Cum hoc uero sensu etiam Aquila concordat, dicens: Si cunctabitur, accipe illum, quoniam ueniens ueniet, & non tardabit. ecce tardus sit, non recta anima mea in eo, & iustus ex fide ipsius uiuet.

Quod terribilis sit auditu descensus Domini de celo, & facta illius cum admiratione, quodque quum ipse uenerit, uniuersa terra ipsius laude complebitur, & noui ipsius testamenti uerbum, ad omnes homines penetrabit. Caput XV.

Habacuc 3.
 Domine audiuisti auditionem tuam, & timui. Intellexi opera tua, & obstu-
 „ pui, in medio duarum uitarum cognosceris, dum anni appropinqua-
 „ bunt, notus fiet: dum adierit tempus, declaraberis. Dum perturbata fuerit anima mea
 „ in ira, misericordie memor eris. Deus de Thama ueniet, & sanctus de monte
 „ umbroso denso, cooperuit celos uirtus eius, & laude eius plena est terra: &
 „ splendor eius ut lumen erit. Cornua in manibus eius, & posuit dilectionem for-
 „ tem roboris sui: ante faciem eius ibit uerbum, & egredietur in campos. Quis
 „ enim ipse seipsum audisset propheta sanctus, ac potius diuinum qui ipsum assis-
 „ bat, quicquid in ipso canebat spiritum, de eo de quo ipsa prophetia loquitur, dice-
 „ tem: Quod ueniens ueniet, & non morabitur: iustus autem ex fide mea uiuet.
 „ quumque credidisset, illum esse iustum oraculo, in his uerbis quæ nunc in mani-
 „ bus sunt,

bus sunt, ita ait: Domine audiuisti auditionem tuam, & timui. & quæ sequitur, in quibus manifestissime Deum ad homines uenturum denunciat. Quis uero alius hic sit qui olim cognosceretur, & post aliquando dum anni appropinqua- bunt, esset agnoscendus, & per id tempus de quo prophetia loquitur declara- dus, quis, inquam, hic sit, nisi ille ipse qui antea dictus est uniuersi Dominus: qui etiam hoc comprobato uaticinio, in consummatione seculorum ita nuncia- tus est ac predicatus, ut omnes homines exaudierint. Huiusce igitur ea que palam in sacris Euangelijis descripta sunt facta, corporis uidelicet, quod assum- pfit de uirgine, generatione: item quemadmodum, quum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo, sed seipsum exinaniuit for- mam serui accipiens, præter ea quæ miracula in hominibus degens edide- rit, nec non quecumque contra ipsum ausa est Iudaica gens, omnia in qua hæc, & alia similia his, quæ animæ oculis prouidisset, queque euentura in posterum expectabantur, diuino spiritu docente, purgatissima intelligentia percepit set, ex his que hoc modo audierat, se obstupuisse ac timuisse fatetur. Prophe- ta, dicens: Domine audiuisti auditionem tuam, & timui: Domine intellexi ope- ra tua, & obstupui. Saluator autem ac Dominus noster, ipsum utique hoc Dei uerbum, in medio duarum uitarum cognitus est. Non enim duorum animalium est le- gendum, sed duarum uitarum. Duarum ergo uitarum, inquit, medius cogno- sceris. Quum enim una secundum Deum sit uita, & altera secundum hominem, & illa quidem mortalis, hæc uero sempiterna, merito quum utramque exper- tus esset Dominus, atque eo modo uenisset, in medio duarum uitarum esse co- gnitus dicitur ex interpretatione quam Septuaginta ediderunt. Nam ex ea que Aquila edidit, non item, sed sic: Dum appropinquant anni, uiuifica illud. Sed quidnam est illud, nisi quod ait, opus tuum? Theodotus uero ita ait: In me- dio annorum uiuifica ipsum. Et Symmachus: Intra annos reuiuiscere fac ip- sum, interpretatus est. Quum igitur omnes, uiuifica ipsum, dixerint, plane non de quibusdam ueluti brutis, aut etiam ratione præditis animalibus, sermo esse declarat. Quapropter quum apud Septuaginta sit dictum, In me- dio duarum uitarum cognosceris: non ex sententia eorum qui nos antecesserunt, hoc accepimus, sed duas eius, de quo prophetia loquitur, uitas significa- ri diximus, unam quidem diuinam, alteram uero humanam. His que dicta sunt, propheta deinceps adiungit: Dum perturbata fuerit anima mea in ira, mi- sericordie memor eris: Sic interim docens, quod quum spiritu tempus illud prouidisset quod passurus erat is de quo ipsa prophetia textitur, perturbatus sit. Veruntamen in hoc ipso tempore, inquit, in quo animo perturbatus sum, pro- preta quod alias nusquam talis hominibus, ira impenderit, propter facinora que aduersus Dominum perpetrata fuerint, misericordie ipse clementissimus Do- minus non iræ recordatus est, utpote qui boni patris sit filius. Proinde extre- mum illius supplicium salutis secundum Deum, & misericordie toti mundo causa extitit. Sequitur illud, Deus de Thama ueniet. Dicitur autem illa The- man, si in nostram linguam conuertatur, consummationem significat. Nam in consummatione seculi, & in hisce extremis diebus per Saluatorem nostrum, summi Dei nobis illuxit beneficentia. Fortasse etiam secundum eiusdem, glo- riosumque in his uerbis aduentum canit, ut altero initio facio, legenda sint uerba ab illo loco: Deus de Thama ueniet, tanquam si in consummatione seculi ipse uenturus sit ab his qui ad australes ecclie partes spectant. Accipit enim Thama pro eo quod est auster. Quod autem sequitur, Et sanctus de monte umbro- so deo, poteris intelligere, si que in Zacharia sic se habet, apposeris uoces: Vidi p. nocte, & ecce uir ascendens super equum rufum, et hic stabat inter mo- tes umbrosos. Hic igitur qui ascendit super equum rufum, et insistit inter mo- tes umbrosos, ipsum illum puto esse qui præsentis prophetia significatur que ait, sanctum

In Hebræo habijmsunt uita & hai iot anima- lia.

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



Corpus Christi ueritulum.

ait, sanctum uenturum de monte umbroso denso. Certè utrobique montes umbrosi habentur. Et arbitror esse eos in paradiso Dei, quem plantauit in Eden ad orientem, aut etiã apud celestem Hierusalem: montes enim in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. Hi ergo montes, eo quod diuinis potestatis, et sanctis spiritibus referri sint, quasi coliti & large his exuberantes, umbrosi dicuntur. Et in Zacharia quidem plane uir cernitur, qui rufus inuehitur, quã sic interim Saluatoris nostri, & humana assumpta natura, & corpus, quo quasi uehiculo utebatur, declaret: at hic Deus & Sanctus nominatus est. Tãquam enim is qui a Deo ad homines descendurus esset, & tanquã de diuinis locis profecturus, dicit Deus de Theman uenturus, & sanctus de monte umbroso denso. Deinceps adiugit: Cooperuit cœlos uirtus eius, et laudis eius plena est terra, & splendor eius ut lumen erit. Quibus utique uerbis, simul & gloriosum eius in cœlo regnũ ostenditur, & quę posthac futura est, longius quę duratura, atque in omnem terram penetratura, doctrinæ quę de illo fertur laudatio. Illud autẽ, Cornua in manibus eius: regni eius insignia et notas significat: quibus cornibus inuisibiles atque aduersantes potestates repellens, & uictas obtinens abigit. Ordine his deinceps adiungit: Et posuit dilectionẽ foris roboris sui. Et sanẽ uehementis affectionis eius ac dilectionis erga homines, indicium maximũ fuerit, quod ante faciem eius incesserit uerbum illud, uel delictet salute atque euangelicũ, quod etiam egressum percurrerit campo, adeo ut breui tempore totum orbem terrarum eius, quę per ipsum omnibus hominibus conciliata sit, salutis impleuerit, comprobata eius prophetiæ ueritate, quę ait: Ante faciem eius ibit uerbum, & egredietur in campos. In secũdo autem eiusdem aduentu, amplius quoque ac magis propriẽ uerbu eius, & his quę dicta sunt, & ijs quę deinceps sequuntur, finem imponet: quibus uir explorandis atque indagandis tempus non adest.

Quemadmodum Dominus omnipotens confitetur se missum ut auferat ea quę uitiosa sunt. Cap. XVI.

Zach. 1.

HAec dicit Dominus omnipotens, post gloriam misit me ad gentes quę spoliauerunt uos: quoniam qui tangit uos, quasi is qui tangit pupillam oculi eius, quia ecce ego aſtero manum meam super ipsos, & erunt spolia ipsius quę seruerint sibi, & cognoscetis quod Dominus omnipotens misit me. Ipse Dominus omnipotens in his seipsum missum esse ait: et quis nam is sicq̃ miser, docet, ubi ait: Et cognoscetis quod Dominus omnipotens misit me. Igitur etiam hoc loco duos perspicue habes, qui eadem utantur appellatione, unum qui misit Dominũ omnipotentem: alterum eum qui mittitur, nisi eum eo qui misit nominis. Quem porro alium dixeris eum qui mittitur, nisi eum quem ante nos pluribus appellauimus Deum uerbum, qui à patre missus est, & confitetur: et qui manifestẽ dixit, Post gloriam misit me: illud interim significans, quod qui antea fuerit in gloria apud patrem, postea missus sit ad gentes, quę spoliauerint uos. Quã enim ad eas gentes quę prius populo Dei aduersa inimicę erant, missum sit Dei uerbu, has ipsas sibi ipsi subiecit, easdem suos discipulos deprædatus, qui portio quædam erant illius populi qui ad circumcissionem pertinet, quem quondam in seruitutem redegerunt gentes quę ipsum illum suo simulacrorum cultu deprædatus fuerit. Hęc igitur passuras alit gentes quas disposuit. Sicut enim ille populum Dei à patria pietate ac religione auertentes, spolia proprijs demonibus factę sunt, ita quandoque etiam ipsa patrio simulacrorum cultu ab ijs qui ipsis antea seruerint, spoliabuntur, & subiugum Hebraicę religionis traduentur. Hoc autem futurum ait Dominus seipsum, qui ad tale munus prestandum à patre mittendus ait. Quod si dixerit aliquis, etiam intelligibiles quasdam & inuisibiles potestates, gentes nunc nominari, quę spoliauerint, captiuasque hominum animas egerint, quarum animarum talem se curam gerere ait clementissimum Dei uerbum, qualem

qualem unusquisque oculi sui pupillę gerit, cuius sedulitatis atque amoris erga hominum genus, signum illud erit, quod quã Dei uerbum esset, et sua gloria apud patrem frueretur, non piguerit ipsum ueniendi ad homines, atque inter eos uerlandi curam, dispensationemque suscipere.

Quod ipse Dominus uenturum se de cœlo, & inter homines habitaturum, gentesque ad ipsum confuturum, canit: et quod missum se esse à Domino omnipotente confitetur. Cap. XVII.

Aude & latere filia Sion, quoniam ecce ego uenio, & habitabo in medio tui & confuturum gentes multas ad Dominum in die illa, & erunt ei in populum, & habitabunt in medio tui. & cognoscetis, quod Dominus omnipotens misit me ad te. Quia nunc propositum est filium, autorem uerum apud homines in terra ueritaturũ ex prophetis ostendere, arbitror huius uerbi demonstrandę efficaciam habere præsentem prophetiam: adeo quidem, ut ob ipsius rei perspicuitatem, nulla ampliore explanatione sit opus. etiam illud obseruabis, quod causam rursus sui aduentus significat, ubi ait: Et confuturum gentes multas ad Dominum die illa, & erunt ipsi in populum. Hęc autem ipsi filię Sion nũciat oraculũ, sic interim Dei ecclesiam appellans, propter quod celestis Hierusalem filia esse uideatur: quę, ut sanctus ait Apostolus, mater sanctorum est. Aut etiã aliter filia Sion, Christi ecclesia dici potest, tanquam ea quę ex priore eorum, qui ad circumcissionem pertinent cõuentu per apostolos, atque euangelistas id quod est, acceperit, qui etiam filij erant eius matris, quę ob scelera sua obiecta est, quęque uicta facta est, eo quod expulserit uirũ, qui per prophetas de ipsa conquestus est, atque ait: Nõ tanquã uirũ me uocasti, & patrem, et ducẽ uirginitatis tuę, qui etiam ijs qui de ipsa nati sunt, mores matris exprans ac uituperans, ait: Quis est hic liber repudij matris ueritaturũ, in quo emisi eam? & rursus: iudicamini aduersus matrem ueritaturũ, iudicamini, quoniam hæc non uxor mea, & ego non uir eius. Merito sanẽ tanquam ijs qui matrem abnegauerint filiam Domini, ipsius Domini aduentũ præsens prophetia nũciat. Erit autem hæc ecclesia de gentibus, quę loco prioris filię per nostri Saluatoris apostolos habita est.

De Domini aduentu & de ijs quę in passione eius euentura erant. Cap. XVIII.

Ecce dies ueniunt Domini, & diuidentur spolia tua in te. & congregabo omnes gentes in Hierusalem ad bellum. & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres foedabuntur. & egredietur dimidium ciuitatis in captiuitatem: reliqui uerò de populo meo non peribunt. & egredietur Dominus, & parabit ad præliũ in gentibus illis, sicut dies prælij eius, in die belli. & stabunt pedes eius in die illa super monte oliuarũ, qui est contra Hierusalem ab oriente. & scindetur mons oliuarum, dimidium eius ad orientem, & dimidisti eius ad mare, profunditas magna uehemẽter, & inclinabit dimidiũ montis ad Boream, & dimidium eius ad Austrum. & obturabitur uallis montium meorum, & conglutinabitur conuallis montium usque Aſael: & obturabitur, quemadmodum obturata est à facie terramotus, in diebus Ozia regis Iuda. Et aduentus Dominus Deus meus, & omnes sancti cum eo, & erit in die illa, non erit lumen, sed frigus, & glacies erit die uno, & dies ille notus Domino: & nõ dies, necq̃ nox, ad uesperã erit lux. Et erit in die illa, egredietur aqua uirua de Hierusalem, dimidiũ eius ad mare primum, & dimidiũ eius ad mare ultimum, in aestate & in uere erit sic: & erit Dominus in regem in omnẽ terram. In die illa erit Dominus unus, & nomen eius unũ, circumdans omnem terrã, & omnem solitudinem. Post primã obsidionem Hierusalem, extremãque illius ruinam & solitudinem, quę sub Babylonij accidit, postque reditũ ab hostili terra ad patriã, qui sub Cyro Persarum rege cõtiguit, quã paulo ante Hierusalem inſtaurata esset, renouatumque sanctuariũ, & quod apud illud erat altare, sub Dario Persa, præsens canit Propheta, & posthac alterã obsidionẽ Hierusalem futuram significat, quam passa est à Romanis non alias, quam post scelera, quę eius habitatores

Zach. 2.

Zach. 14.

Hic autor loquitur.

OP. A. F. W. S. B. C. S. M.

habitatores contra Saluatorem nostrum Iesum Christum ausi sunt. Manifestissime igitur etiam hoc loco, Saluatoris nostri, qui Dei uerbum est, aduentus, & quae illius tempore acciderint, significantur. sunt uero haec, partim quae quo tempore ille passus est, gesta sunt: partim quae illico Hebraicam nationem oppressit obsidio, & ipsius Hierusalem expugnatio, & post ipsa haec uocatio gentium, uniusque ac solius Dei apud omne genus hominum cognitio. Ceterum diuino spiritu afflatus Propheta, cum quadam commiseratione, tanquam is qui suos ad circumcissionem pertinentes deplorat, ab exclamatione contra illos sue prophetiae initium facit, dies igitur Domini, sicut in alijs locis, hoc quoque in loco nominat, ut sic tempus Christi, ad homines aduentus significet. plane in eodem ostendit, quemadmodum ipse Dominus, tanquam lumen uerum, priorum aliquando autor fiet dierum, & omnibus qui in terra sunt, hominibus illucescet, quae tempore & ipsum, & luminis ipsius radios uniuersae gentes suscipient, quae quidem dum illuminabuntur, iuxta illud, Posui te in lucem gentium, in testamentum generis: interea Iudaica gens propter infidelitatem aduersus illum, in extrema incidet infortunia. Tale igitur est illud, Ecce dies uenit Domini, & diuidentur spolia tua in te, & congregabo omnes gentes in Hierusalem ad bellum, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres sedebuntur, & egredietur dimidium ciuitatis in captiuitatem. Post uero ipsius Hierusalem obsidionem, & eam quae illico secuta est Iudaicae gentis seruitutem, deinceps bona omnibus adiungit communia, sic canens: Et erat Dominus in regem in omnem terram. Et rursus: Erit Dominus tuus, & nomen illius unum ambiens omnem terram, & solitudinem. Sed enim quia uaticinium enunciat, Iudaicam gentem esse talia perpeffuram in diebus Domini, quis non ex uaticinio admiretur? nam simul ac Iesus Saluator ac Dominus noster aduenit, qui ad circumcissionem pertinent, nefaria aduersus illum facinora perpetravit, omnia illis quae praedicta fuerant quinquagesimo ab ipsa praedictione anno, aceruatim euenerunt, sinemque sortita sunt, quae uidelicet ab ipso Pilato usque ad Neronem, & Titum, ac Vespasianumque ciuitatem obsederunt, usque ad illius omnis generis, & aliae super alias ingruentes calamitates defecerunt: quemadmodum facile ex historia, quam Flavius Iosephus scripsit, colligere. tunc sane credibile est, dimidium ciuitatis perisse obsidione, ut ait prophetia. Haud uero ita multo post, quam Adrianus imperaret, Iudaico rursus exortotum multum, quae reliqua fuerat pars dimidia ciuitatis, rursus obsessa expellitur: adeo quidem, ut ab illo tempore usque in hodiernum diem, penitus instabilis omnis illis factus sit locus. Quod si quis dicat sub Antiocho Epiphane haec completa fuisse, etiam uae quae etiam consideret, utrum possit reliqua item, quae ex hac prophetia sunt, ad Antiochi tempora referre, cuiusmodi illud est, quod populus servitutem sit passus, quod pedes Domini in monte oliuarum steterint: et utrum Dominus in die illa, in regem fuerit in omnem terram, et utrum nomen Domini ambiat omnem terram et solitudinem, quae tempore Syriam Antiochus obtinuit: et quae reliqua sunt de eodem oraculo, quae in finem sortita sunt, alio modo coner ostendere. At si quis nostram rationem sequatur, uel ad uerbum haec euenisse demonstrabit, atque in alium item sensum eadem accipere poterit, nam post Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum, ciuitas illorum, ipsa Hierusalem atque omnis conuentus, institutioque ciuilibis, quae ad ritum religionemque Moyses legis pertinet, euersa sublataque sunt. euestigioque eam, quae ad intelligentiam spectat, seruitutem, adiuncta etiam ea quae corporum est, oppressi sunt: quippe Saluatorem ac liberatorem humanarum animarum non susceperint: eum qui uenerat ut ijs qui malorum demonum serui facti essent, liberationem nunciret: ijs uero quae mentis oculis capti, uisus recuperationem. haec ita quum illi incredulitatem sua prouiderent, alij omnes quocumque suam liberationem agnouerunt, domesticique illius ac familiares effecti sunt, discipuli utique et Apostoli, et

Euangelista, compluresque alij, qui de circumcissione profecti in ipsum crediderunt, de quibus ait Apostolus: Sic etiam nunc reliquiae secundum electionem gratiae factae sunt. Et illud: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semine, quasi Sodoma facti essemus, & quasi Gomorraha similes fuissetimus. illius obsidionis, quam nos ad intelligentiam referimus, immunes expertesque sunt seruati, neque huius solum, sed etiam illius, quae ad uerbum intelligitur, nam ipsi apostoli ac discipuli Saluatoris nostri, & omnes qui ex Iudaeis ad ipsum credentes accesserant, quam procul ab Iudaea terra abessent, & reliquis essent immixti gentibus, omnem eorum qui ciuitatem incolebant, perdicionem atque interitum effugere illud tempus facile poterunt. Quod ipsum sane etiam prophetia antiqua praenuntiabat, illis uerbis. Qui autem reliqui fuerint de populo meo, non peribunt. quibus. deinceps adiungit: Et egredietur Dominus, & comparabitur ad praesens in gentibus. illis, quemadmodum dies praesens eius in die belli. At uero in quibus tandem gentibus Dominus praesentabitur, si non in ijs quae Hierusalem obsidebunt: indicat uero ipsum oraculum, quemadmodum ipse Dominus auxiliatum feret obsidentibus. eritque interim in illis, & cum illis ad praesens comparabitur, quasi quidam imperator, propugnatorque illorum, & aduersus Hierusalem militabit. Non enim dicit oratio, Dominum contra gentes praesentaturum. Quibus ergo, & contra quos? nempe contra Hierusalem, & contra eius habitatores, de quibus sermo erat. Illud autem, Et stabunt pedes eius in die illa super monte oliuarum, qui est contra Hierusalem ad orientem: quid nam aliud significet, quam Domini Dei, ipsius inquam Dei uerbi, in sua ecclesia stationem & confirmationem, quam in praesenti monte oliuarum per figuram, quae permutatio dicitur, nominatur: ut enim uinea extitit dilecto, & fuit uinea Domini Sabaoth figura te domus Israel, & uitis Iuda nouella dilecta: sic eadem ratione dixeris, quod etiam oliuetum facta sit Domino, collecta de gentibus. ecclesia ipsius, quae sane ecclesia quum antea esset oliua quaedam agrestis, plantata fuit a Domino, qui eam post insecuit in apostolicis bonae oliuae radicibus. post praeforum ramorum excisionem, quemadmodum Apostolus docet: Et plantauit, inquit, eam Dominus sibi ipsi, quemadmodum per prophetiam dicens: Oliuam speciosam umbrosam uocauit Dominus nomen tuum. Postquam enim prior uinea, quum deberet facere uiam, fecit spinas, neque iustitiam, sed clamorem. merito tanquam eius quae infructuosa esset, seipem auferens ac parietem Deus, tradensque eam inimicis ad diripiendum et conculeandum, sicut in Esaie prophetia dictum est, alium ipse sibi agrum constituit in praesenti, quod oliuetum nominatur, quale eum qui oleum & misericordiam a Deo sit consecutus, & a Christo plantis semper uiuentibus constitus, hoc est sanctis, lucisque altricibus. animis, quibus liceat dicere, Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Hic uero oliuarum mons contra Hierusalem esse dicitur, quoniam in loco ueteris ac terrae Hierusalem, ac religionis, quae in illa seruabatur, successit, & a Deo constitutus est, post ruinam Hierusalem, quae supra igitur oraculum dixerit de Hierusalem, quod ciuitas capietur, quocumque hostiles atque inimicae gentes conuenient aduersus eam, & spolia eius id fieri potuisset, quae ea semel sublata esset: sed migrantibus ab ea, in montem qui est contra Hierusalem, qui oliuarum uocatur, ibi sturos docet. quod etiam propheta Ezechiel, diuino ante spiritu edoctus, contemplatur: dicit etiam: Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rotae quae eis adhaerebant, & gloriati in monte, qui est contra ciuitatem. Quod quidem aliter quoque licet intueatur religionem cum fide susceperint, ex omnibus terrae partibus concurrunt, non ut quondam festa cuiusdam latitiae gratia, quae in Hierusalem celebretur, neque ut adorent in eo, quod olim in Hierusalem constitutum fuerat sanctuario: sed ut

OP. ANS. P. C. S. R.

Ezech. 102

sed ut diuersentur, quum ad seiscitandū de expugnatione & solitudine Hierusalem, quam prophetia prædixerat, tum in monte oliuarum, qui est contra Hierusalem, adorientem, ubi gloria Domini commutata est, postquā deleuit priorem ciuitatem. uere autem secundum expositam, atq; ad uerbum acceptā enarrationē, pedes Domini & Saluatoris nostri, ipsius utiq; Dei uerbi, per id quod assumpsit humanum corpus, in monte oliuarum steterunt ad speluncam quæ ibi ostendi solet, & q̄ tempore orauit, et quum suis discipulis in eius montis cacumine, mysteria de consummatione tradidit. ex eodē præterea mōte in cælum ascendit, quemadmodū Lucas in actis Apostolorū docet, quum ait, illum in monte oliuarum apostolis suis & presentibus & inuentibus, sublimem abiisse, nubecq; ab oculis eorum sublatum fuisse, ipsosq; intentis oculis illo in cælum abeunte mansisse. Et ecce, inquit, duo uiri asciterunt eis in uestibus albis, qui etiam dixerunt: Viri Galilei, qd̄ statis aspicientes in cælum: hic Iesus qui assumptus est a uobis in cælum, sic ueniet, quemadmodū uidistis eū euntem in cælum. Quibus etiam adiungit uerba hæc: Tūc reuersi sunt in Hierusalem a monte qui uocatur Oliueti, qui est contra Hierusalem. Et ita tur, etiam si quis ad uerbum scripturam uelit accipere, contra Hierusalem & ab illa ad orientem spectans mons is de quo dictum est, oliuarum: uerū tamen si sententiā, non uerba, sequi uolumus. sancta Christi ecclesia, & mons in quo fundata est, de quo loquitur Saluator dicens, Non potest abscondi ciuitas supra montem posita: pro ea quæ cecidit, neq; amplius surrexit Hierusalem, sita etia atq; erecta, dignaq; habita in qua pedes Domini insistant, non solū est contra Hierusalem, sed etiam ab ea ad orientem uergens: quippe quæ eius luminis, quo Deum p̄ce colimus, radios excipiat, & multo ipsa Hierusalem anterior facta sit, ipsiq; iustitiæ soli propinquior, de quo dictum est, Timentibus autem me, orientur soli iustitiæ. quia uero dicit deinceps, Quod scindetur mons oliuarum, dimidium eius ad orientem & mare, profunditas magna uehementer: & inclinabit dimidium eius ad boream, & dimidium eius ad austrum: potest hoc quidem ecclesie per totum orbem qui ab hominibus incolitur, dilata tionem significare, quæ partes ad orientem solem spectantes, ipsaq; aurore oriētisq; gentes ac nationes cōpleuit. Porrigit uero etiam usq; ad mare, quod est ad occidentem, & ad insulas quæ in ipso sunt. Porro ad austrum quoq; ad meridiem peruenit, item ad aquilonem & septentriones, ad omnes enim partes, & ubiq; gentiū, quod figurate significatur Domini oliuetū, quæ est eius ecclesia, plantatū est. Potest etiā alio sensu, quæ antehac factæ sint, quæq; etiam nunc fiunt in ecclesia Christi, scissionses & sectas, moralesq; in uita, ubi scilla diuisaq; est, lapsus significare: dicit enim montem esse disaplurū, dimidiū eius ad orientem, & dimidiū eius ad mare, profunditatem magnam uehementer, & inclinabit dimidium montis ad aquilonem, et dimidium eius ad austrum, ut sic in quatuor partes scindi uideatur, duas quidem grauiore ac præstantiores, duas autem contrarias. & sane uide ne forte in his uerbis, illud quod dicitur ad orientē & austrū, duos ordines significet, eorū qui in successu ac profectu in diuino cultu instincti sunt: unum quidē eorū qui in cognitione ac uerbis & reliquis diuini spiritus donis proficiunt: alterum eorum qui in moribus q̄dem & uita propè recte q̄ degunt, sed tamen in suis seligendis rationib; deueniunt. Reliquæ uero duæ partes, quæ a prioribus diuisæ sunt, ad mare et aquilonem, ambæ erunt, quæ iam ad malitiā pertinent, A facie enim, inquit, aquilonis, accendentur mala super omnes habitantes terrā, & draco in mari dicitur sari dicitur. Quapropter merito hic quoq; duo rursus genera intelliguntur eorum qui ab ecclesia declinant: unum eorum qui in uita & moribus peccata terum eorum qui a sana & recta sententiā labuntur: ut iam oliueti huius montis, de quo sermo est, hæc duæ sint, quæ a prophetia significantur, separationes. His deinde adiungit: Et obturabitur uallis montium meorum, & conuallibus

Mōs oliuarum.

Omne malum expulditur ab aquilone.

bitur conuallis montium, usque ad Afael, & obturabitur quemadmodū obturata est a facie terræ motus, in diebus Ozia regis Iuda. At enim in his uerbis, quæ tandem esse potest uallis montium Dei, nisi quæ olim antea celebrat ex lege Mosi in Hierusalem, corporalis & Iudaica adoratio: quam quidem occlusum iri, quasi obturatione quadam, præsens oraculum canit, dicens: Et obturabitur uallis montium meorum, & conglutinabitur conuallis montium, usque ad Afael, & obturabitur. Pro quibus uerbis Symmachus reddidit hæc: Et obturabitur uallis montium meorum, & præterea appropinquet conuallis montium ad id quod appositum est, & obturabitur, ubi sane ille causam indicat, cur obturata sit conuallis. Quæ porro hæc alia quam eam appropinquat, & uicinam fieri ei quod ipsi appositum est: hic autem est mons Domini, qui oliuarum antea est appellatus, quiq; Afael dicitur ab ipsis Septuaginta. Significat uero apud Hebræos ea uox, opus Dei. sic uero, inquit, uetus conuallis monti appropinquans, & Christi ecclesie, atque operi Dei, obturabitur & occludetur, quemadmodū obturata est a facie terræ motus in diebus Ozia regis Iuda. Quum uero diu apud me ipsum quæsierim, & diuinas scripturas percurrerim, ut inuenirem, si quando ea conuallis, de qua hic sermo est, in diebus Ozia obturata sit a facie terræ motus, in Regnorum historijs, nihil sanè inueni: nam neque terræ motum illis temporibus ullum ex ijs qui terris & regionibus, solent accidere, neq; aliud quippiam tale de conualle aliqua factum esse, in illis scripturis est. narratur autem quemadmodū Ozias initio iustus fuit, deinde animo sublatu, per seipsum Deo sacrificare ausus sit, quare de illius facile lepram effloruisse. hoc quidem in Regnorū libris continetur. At Iosephus, præter ea q̄ in Sacris libris scripta sunt, etiam ea quæ extrinsecus, quasi secundo loco, apud Iudæos habentur, summa diligentia est persecutus, ut potest qui Hebræus ab Hebræis existeret, quæ illius regis temporibus euenisse commemoraret, iam audire potes. Narrat enim quemadmodū urgentibus Oziam sacerdotibus, ut de templo exiret, neque aduersus Deum peccaret, ille iratus sit, illisq; mortem minatus, nisi quiescerent. interea uero motus quidam terræ conculserit, discissoq; templo, splendor ingens illuxerit, qui etiam regis faciem inuaserit, & sic euestigio illum in lepram incidisse. Ante urbem uero ad locum qui dicitur Eroge, abscissam esse de monte dimidiam partem, quæ ad occidentem uersa erat, conuolutamq; per quatuor stadia, ad montem stetit qui orientem spectabat: itaq; & aditus & hortos regios obturasse. Hæc sane ego in libris Iudaicæ antiquitatis posita, apud Iosephum deprehendi. Apud prophetā uero Amos, initio illius prophetiæ inueni, quemadmodū ipse uaticinari cœperit in diebus Ozia regis Iuda, duobus ante terræ motum annis: quæ uero terræ motum intelligat, nusquam perspicue subiungit. Sed arbitrator eundem prophemam longius progressum, hunc terræ motum describere, ubi ait: Vidi Dominum stantem super altare, & dixit: Percute super altare, & commouebuntur uestibula, & cæde in capita omnium: & qui reliqui fuerint ex ea, in gladio interficiam. Quibus illud uerbis censeo cadere terræ motum, rerumq; Iudaicæ gentis, gloriæq; nec non ritus, qui ab illis in Hierusalem celebrat, euestionem præterea interitū, qui illos post Saluatoris nostri aduentū inuaserit, & uelut delicet tempore, reculantibus, illū Christū Dei, eum qui uerus est sacerdos, ledā inuisibili Dominus altare insistentis illorum, potestatem fecit peccati dicens: Percute altare. Certè sua ipsius potestate hoc ipsum declarauit, dicens: Relinquitur uobis domus uestra deserta. Protinus nāq; dū ille pateretur, uelut templi scilicet summo usq; ad imum, quemadmodum Iosephus narrat contigisse Ozia regis temporibus, tum primū quidem commota sunt uestibula, quæ terra mota est passionis illius tempore. Deinde haud multo post extremū quoque pertulit causam, acceptamq; potestatem percussit in capiti

Terræ motus & conuulsiones montium in Iudæa.

OP. A. F. V. S. P. C. S. M.



ta omnium: hoc igitur tempore uallis montium Dei obturata est, quemadmodum Ozia temporibus euenit. Quod si dictum quidem ac uerba sequimur, factum sane id fuerit in ipsa obsidione Romanorum, secundum quod puto quaedam talia accidisse: si uero sententiam, quo tempore corporalis illa humum spectans Moscaica legis adoratio exclusa est, ut non amplius celebretur, propter terremotum quod ex illo prophetice predictum, Iudaicam gentem inuasit, ac propter cetera, quae palam memorie prodita sunt. Posthac ad Domini aduentum reuertens oraculum, id ipsum planius denunciat, dicens: Et adueniet Dominus Deus meus, & omnes sancti cum eo. Vbi dum sanctos nominat, uel apostolos eius intelligit ac discipulos, uel potestates quasdam inuisibiles & spiritus administratos, de quibus dictum est: Et accesserunt angeli, ac ministrabant ei. Deinde: In aduentu Domini, inquit, erit dies, & non erit lux, sed frigus & glacies erit uno die. Pro quo Symmachus interpretatus est: Et in die illa non erit lux, sed frigus et glacies erat uno die, qui cognitus est Domino: non dies neque nox, sed erit ad uesperam lux. Et sane uides quemadmodum in his uerbis planissime diem, quod Saluator noster supplicio est affectus, significet: in quo die illud quidem, Non erit lux, completum est, quando a sexta hora tenebrae factae sunt in uniuersam terram, usque ad horam nonam. Illud autem, Sed frigus, & glacies, quo tempore, ut Lucas scribit, comprehendentes Iesum, duxerunt ad domum principis sacerdotum, Petrus autem sequebatur eum a longe, accenso autem igne in medio atrij, sedebat, ut ait Marcus, cum reliquis, calefaciens se. Iohannes uero plane etiam frigus commemorauit, ubi ait: Stabant ferri & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Cognitus autem, inquit, est hic dies Domino, & non erit dies, neque erit nox: non quidem dies, propterea quod dictum est ante, Non erit lux: quod sane etiam completum est, quando a sexta hora tenebrae factae sunt super uniuersam terram, usque ad horam nonam, neque item nox, propterea quod additum est, ad uesperam erit lux, quod etiam ipsum exitum inuenit, quando post nonam horam, rursus constitutum lumen recepit dies. Propterea sententiam quoque si sequimur, haec completa erunt, in uniuerso quidem super Iudaica gente, postquam aduersus Christum illud immane facinus ausa est, & tenebrae, & frigus facta sunt: quippe illorum mens obtenebrata sit, adeo ut Euangelij lumen radios in corda illorum immittere nequierit, & charitas erga Deum sit refrigerata. Econtrario autem ad uesperam lumen cognitionis Christo ortum est, adeo ut ij qui olim in tenebris & umbra mortis sedebant, lumen uiderint: sicut apud Esaiam prophetam scriptum est: In ipso igitur Domini huiusmodi die, egressus est, inquit, aqua uiuens de Hierusalem. Haec autem est rationalis & ad bibendum sua, uis, & uitam suppeditans, & salutaris Christi doctrinae potio, de qua ipse in Euangelio quod Iohannes scripsit, Samaritanam illam mulierem instruens loquebatur, dicens: Si scires quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. Ipsa igitur haec salutaris potio de Hierusalem profusa inde illius profectum est Euangelium, & illius nuncij, et praecones totum terrarum orbem impleuerunt: quod quidem declaratur per id quod dicitur, In mare primum, et in mare ultimum, uiuentem aquam exituram, quibus uerbis uniuersae terrae fines significantur, et ij uidelicet qui ad oceanum orientis spectant, qui primum mare nominantur: et qui ad occidentem solem, qui per ultimum mare significantur, quos utique fines, salutaris, Euangelicae, quae doctrinae aqua uiuens impleuit, de qua rursus dabat praeccepta, quum dicebat: Quicumque biberit ex aqua quam ego illi dabo, non sitiet in aeternum. Et rursus: Flumina, inquit, de uentre eius fluent aquae uiuae salientis in uitam aeternam. Et rursus: Si quis sitit, ueniat ad me, et bibat. Post hanc igitur de Hierusalem irrigantem, influentemque super omne genus hominum, salutarem, rationabilemque aquam, quae quidem planius alio quodam in loco indicatur illis uerbis: Ex Sion

Iudaicus populus post Christi aduentum excacatus.

Aqua Euangelicae doctrine.

Ex Sion enim exhibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem, & iudicabit inter gentes: Erunt, inquit, Dominus in regem. Non erit autem in Hierusalem, neque super gente Iudeorum, sed in omnem terram in die illa: Et erit Dominus unus, & nomen eius unum, ambiens omnem terram. Quae ipsa quoque concordant cum illis quae a psalmis accepta sunt, & hic apposita, ubi dicebatur, Regnauit Dominus super gentes. Et rursus: Dicitur in gentibus, Dominus regnauit: Haec autem uno tempore omnia in diebus Domini futura esse, prophetia significat. Nam totius prophetae initio: Ecce dies, inquit, ueniunt Domini, & erunt haec. Quae porro haec alia, nisi obsidio Hierusalem: & ipsius Domini translatio super montem oliuarum: iuxta illud, Adueniet Dominus: & quae acciderunt eo die quo ipse passus est: & aqua uiuens, quae in totum terrarum orbem effluxit: & denique regnum Domini omnium gentium obtinens principatum, nomenque eius unum, complens uniuersam terram: quae omnia, quem quidem exitum sortita sint, iam ut in compendio exposuimus. Constat uero etiam illud, quemadmodum ab appellatione Christi Dei, deriuatum Christianorum nomen, totum terrarum orbem impleuerit: quod ipsum sane oraculum quoque declarat, quum dicit: Et nomen eius unum, ambiens omnem terram & solitudinem. Tibi uero per otium licebit, quum singula uerba exploraueris, Ictiusque intellexeris, contemplari.

Quemadmodum ipse prophetarum Deus, cui omnem uiam scientiae per eam legem, quae a Mose data est, ijs qui ad circumcisionem pertinent, ordinasset, posterioribus temporibus in terra olim conspiciendus, atque inter homines uersaturus canitur. Cap. XIX.

Quis ascendit in caelum, & accepit eam? (dicit autem sapientiam) & dedit eam de nubibus, quis transfretauit mare, & inuenit eam, et feret eam super aurum electum? non est qui cognoscat uiam eius, neque qui excogitet sententiam eius. Sed qui scit uniuersa, nouit eam: repperit eam prudentia sua: qui instruxit terram in sempiternum tempus, impleuit eam iumentis quadrupedibus, & emittit lumen & uadit, uocauit illud, & obediuit ei cum tremore, & stella splenderunt in custodia suis, & latatae sunt, uocauit eis, et dixerunt, Adsumus: splenderunt cum laetitia ei qui fecit ipsas. Hic est Deus noster, non reputabit alius ad ipsum, repperit omnem uiam scientiae, et dedit eam Iacob puero suo, et Israel dilecto suo. Posthac in terra uisus est, & cum hominibus uersatus est. Nihil adiuuere oportet diuinis uocibus, quae euidentissime propositum nostrum confirmant.

Quemadmodum Christus in Aegyptum iturus canebatur, & quaecumque in aduentu eius futura fierent. Caput. XX.

VISIO AEGYPTI.

Ecce Dominus sedet super nube leui, & ueniet in Aegyptum, & commouebuntur manu facta Aegypti a facie eius, & cor eorum superabit in eis, & excitabuntur Aegyptij contra Aegyptios, & bellum geret homo contra fratrem suum, & homo contra proximum suum. Ciuitas aduersus ciuitatem, & lex aduersus legem, & conturbabitur spiritus Aegyptiorum in eis, & consilium eorum dissipabo, & interrogabunt deos suos, & simulacra sua, & eos qui de terra uocem emittunt, & pythones: & tradam Aegyptum in manus hominum nunc Deum & Dominum, ipsum utique Dei uerbum, iturum in Aegyptum per sensus prophetia significat: & iturum non obscure, neque inuisibiliter, neque sine corporali aliquo indumento, sed leui nube uectum, ac potius super crassitudine leui temporis, Dominus apud Aegyptios sit uersatus, & quod Dominus, unus est eorum supremus Deus, & quo nam pacto super crassitudine leui hic inuectus esse dicat, & particularem aliquem locum terrae ascendisse, interprete propterea crassitudinem leuem, quod tandem ea sit: & quod ob rem non sine hac dicat Dominus uersari in Aegyptio. Et quando memorie proditum sit ea, quae in hac prophetia continen-

OPAVS B. C. S. M.



continentur, finem cōtigisse: cōmota esse, inquam, simulacra manu facta: Aegyptios cū Aegyptijs pugnasse, propter Domini ad homines aduentū: & deos illorum, demones uidelicet, qui multū prius ualebant, nihil amplius possent: neq; respondere sciscitantibus propter Domini timorem: & in quorū dominorum manus, qui asperi extiterint, quorum uē regnū, post eum qui hic canitur Domini aduentū, tradita sit Aegyptus: & quam ob rem Domini p̄sentē, principibus asperis tradantur, & reliqua eadem ratione cum ijs quae dicta sunt, qui uelit interpretetur. Nos enim non alias hęc dicimus extitisse, quam sub unum duntaxat Saluatoris nostri Iesu Christi ad homines aduentū. Hic enim cū Dei uerbum sit, & Dei uirtus, tam si ad sensum quam si ad uerbum accipias, uersatus in regione Aegyptiorum per nubem leuem cōpleuit ea q̄ prädicta fuerant. Nubem uerō leuem figuratē nominat cōmorationem eius inter homines, qua per corpus quod de uirgine & spiritu sancto assumpsit, uisus est: nimirum quemadmodum Hebræorū habet scriptura, & Aquila plinius significauit, quum dixit: Ecce Dominus ascendit sup̄ crassitudinem, & uenit in Aegyptum: crassitudinem leuem, corpus de spiritu sancto conceptum appellans. Igit̄ etiā ipsa hęc prophetiæ particula, ad uerbum exitum locuta est, q̄ tempore angelus Domini in somnis uisus ipsi Ioseph, dixit: Surgens accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, donec dica tibi. Tunc igit̄ ipse Dominus Deus uerbum, puerilem eratē ingressus, & suo corpori, qd̄ ex sancta uirgine acceperat cōiunctus (qd̄ sanē corpus crassum q̄ dem erat ob corpore materia duriorē naturam: at rursus leue, eo q̄ praestantius esset, quam ea quae ad nos pertinent, ex q̄ etiā leuis nubes nominatur, propterea q̄ non ex uoluptaria corruptione, sed de spiritu sancto constabat) in terra Aegyptiorum diuersatur. Causa autem cur illuc accesserit, rationē habet. Quoniam, n. in Aegypto initium accepisse ea quae ad errorem colendi simulacra p̄tinent, memorant, & uidebant omnium hominum superstitionis mi esse Aegyptij, inimicūq; atq; hostes populi Dei, longissimēq; a p̄phetis abesse, merito primum apud illos Dei uirtus cōmorata est. quapropter plus apud Aegyptios, quam apud omnes alios homines, Euangelicā illius doctrinā uerbum inualuit, ex quo ipsum Dominum ad illos accessurum, & cum illis moraturum, p̄sens propheta diuinat. At non Aegyptios in terram Iudaeorū uenturos: neq; Hierosolyma, ut ibi illum adorent: neq; uerō ibidem inter Iudaeos ex ijs q̄ a Mose instituta sunt peregrinatos: neq; sacrificaturos in eo, qd̄ est in Hierusalem, altari: sed horū qdem nihil prorsus ait futurū, ac ipsum Dominum aditurum Aegyptios, & suo aduentu homines dignaturū, magnarūq; honorū ipsi autorem futurū. Directuram siqdem p̄fecturamq; illius inter illos cōmorationem ea q̄ iā re ipsa post Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum, cōpleta cernunt: quae porro hęc sint, inspiciamus. Ii qui prius incolebant Aegyptū, uitiosi prauicq; demones, per multa secula in simulacris lactantes, animasq; Aegyptiorum omni superstitionis errori addicentes, ac subijcētes, cū sensissent nouam quandā diuinamq; uirtutem ad se accessisse, illico commoti sunt, & fluctuationem ac perturbationem in seipsis pertulerūt, corp̄q; ipsorū et uis intelligendī, intrinsecus in ipsis cōiuncta sunt, cesseruntq; ac fugata sunt ab ea uirtute, quae uisum effugiens illos cōpellebat, & ignis instar inextinguibili quadā ratione adurebat. Et tūc qdē inuisibiliter demones talia passi sunt, cū Saluator noster Iesus Christus in Aegyptum cū uisibili corpore uenisset. At uerō postquā plane ipsius Euangelij ad Aegyptios, sicut ad reliquas gentes platum est, & inuisibilis eius uirtus, unā cum suis apostolis ad uisum, q̄ larem ter illos adiuarēt, et unā cū illis rē negociūq; gereret, ac p̄ eos religiofam p̄iamq; ipsius doctrinā denunciaret, unumq; ac solum uerum Deū colere adhortaret, & eos a demonebus auerteret, qui prius decepti fuerant: hic iam cū Aegyptijs, sicut etiam reliqs gentibus seditio bellumq; intestinū exortū est, quum

Nubes leuis quid significet.

quum alij quidem ab errore colendi plures deos recederent, & ad Christi uerbum cōcurrerent: alij uerō e contrario hos ipsos oppugnarūt, atq; ad huiusmodi facinus a domesticis demonibus furore qdam cōcitarēt, adeo ut fratres a fratrib. disiungerentur, & doctrinā Christi causa, etiā charissimos sibi, gladijs transfigerent. Ait. n. oraculum: Et excitabunt Aegyptij cōtra Aegyptios, & bellum geret homo contra fratrem suum, & homo contra proximum suū. Confirmat autem propheticā prädictionem etiā ipse Saluator noster in Euangelij, dicens: Tradet frater fratrem in mortē, & pater filium: & cōsurgent filij aduersus parentes, & interficiēt eos. Et rursus: Nolite putare quod uenerim pacē mittere in terram: non dico uobis, sed separationem. erunt enim ex hoc quinq; in domo una, tres diuisi aduersos duos, & duo aduersus tres. Separabūt, pater contra filium, & filius contra patrem: mater contra filiam, & filia cōtra matrem: locus cōtra nurū, & nurus contra socrum. Hęc enim in q̄randē a uoce propheta differunt, quae q̄ tēpore Dominus in Aegyptum adueniet, ait fratres Aegyptios cōtra Aegyptios: & bellū gesturum hominem cōtra fratrem suū: tunc uero noui Testamenti lex, cuius Christi autor, cōtra legē sup̄stitionis, in qua plures dii colebant, surrexit, quū uidelicet gentiū simulacra adorantū lex, Christi doctrinā oppugnans, & ciuitas ac respublica eius ecclesiae q̄ in Christo cōsistit, aduersus ritus atq; instituta non credentium nationū suscitata est. Ex q̄ illud dictū est, Ciuitas contra ciuitatē, & lex aduersus legē. Deinde licet planē Aegyptios & oēs simulacrorū cultores, eumq; q̄ in ipsis uim suam exercet sup̄stitiones spiritū, intueri etiā nūc perturbatos, & multū qdem consultantes, & cōmiserentes contra Christi doctrinam ut eam extinguant, atq; ex hominib. deleant, dispergi ac dissipari a Deo, q̄ ait in ipsa propheta: Et conturbabitur spiritus Aegyptiorum in eis, & consiliū eorum dissipabo. Quāq; innumerabilia sint quae interrogēt ac sciscitentur in oraculis ac diuinationibus aduersum nos, quoties Deos suos, & latitantes in simulacris demonas, & eos qui prius in ipsis multū poterant, pythonas aduent: nihil tamen amplius ex illis habent. Quapropter oraculū ait: Et interrogabunt deos suos, & simulacra sua, et pythonas. Sed enim inq̄, nullum planē obtinebunt auxiliū, quicūq; ad eos q̄ ipsorum dii esse uideantur, quicq; ipsos antea deciperint, confugient, tūc utiq; maxime eos ipsos dominis ac regib. asperis, tradente Domino cum demonebus suis auscultantes, et ab illis instincti, insectationes aduersus Dei ecclesiam concitabunt. Hic mihi animum aduertat diligenter uelim, quō nam pacto usq; ad Saluatoris nostri Iesu Christi aduentū, suis regib. seorsum ac per se tota Aegyptus uteretur, et in suo ipsorum iure ac libertate degerent Aegyptij: potestasq; illorum ab initio, quam longa, et quam multa fama feratur fuisse: et quemadmodum ex illo, cum primus Romanorū Augustus (cuius temporib. Dominus noster natus est) Aegyptum subegisset: et nouissima Ptolemaeorum Cleopatra capta esset, in Romanorum potestatem deueniret, et sub illorum leges atq; edicta missi sint. suoq; ipsorū proprio iure, suaq; libertate priuari, ut p̄pheticū oraculū etiā in hoc planē ueritate suā demonstrat. q̄ qdem de ijs q̄ ad loca, p̄curandi gratia mitendū essent, de q̄ priorib., ac reliqs p̄ singulas partes magistratibus, ita loquitur: Et tradam Aegyptū in manus hominum, dominorum asperorū. De ijs uerō q̄ totum imperium obirent, summumq; ius obtinerent, id quod sequitur, pro q̄ Aquila ait: Et rex corroboratus, potestatem obtinebit in eis. Symmachus autē: Et rex fortis ius in illos habebit. Sic autē ipse regnū Romanorū arbitror uocatu esse, q̄ tāq; freno ac uinculo impediti, non solū Aegyptij omnium hominum superstitionis simi sed reliqui quoq; uniuersi homines, nihil possunt iam audentē contra Saluatoris nostri ecclesiam oblatrare. Posthęc, in eadem propheta ordine sequuntur obsecratoria quaedam, et nodis ac difficultatib. implicata, quae longioris atq; altioris, ob figuram qua enunciata sunt, interpretationis indigeant. quib. qdem

Euangelij domesticos disijungit.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



nos pocium, quū tempus aderit, aptam expositionis lucem exhibere nō grā uabimur, ubi Deo fauente diuinarum promissionū rationem absoluerimus.

Bonorum promissio ad eam quae prius deserta erat, ex gentibus collectam ecclesiam, & ad afflictas, peccatasq; animas manifestus Dei aduentus, & salutare miraculorum, prodigiū rurnq; ostentationes Cap. XXI.

Isaie 35. **L**aetare deserta sitiens, exultet deserta, & floreat ut liliū, & efflorebunt, & exultabūt deserta Iordanis. Et gloria Libani data est ei, & honor Carmeli, & populus meus uidebit gloriam Domini, & altitudinē Dei. Conualescite manus remissae, & genua dissoluta, cōsolamini pusillanimes intellectu, cōualefcite, ne timeate. Ecce Deus noster iudiciū reddit, & reddet: ipse ueniet, & saluos faciet nos. Tūc aperient oculi cæcorum, & aures surdōrū audient. tūc saliet ut ceruus, claudus, & plana erit lingua mutorū: Quoniam erupit in deserto aqua, & conuallis in terra sitiēti, et erit quae caret aqua in stagno, & in terram sitiētem fons aquae erit. Hoc etiam in loco palam salutaris Dei aduentus, q. multa bona sit allaturus: surdis enim auditum, & cæcis uisum, p. terea claudis, & linguam impeditam habentib. medelā praedicti reddidurus. quae omnia nō alias exitū inuenerunt, nisi postquam Saluator noster Iesus Christus aduenit, a quo & cæcorum oculi aperti sunt, & surdi auditū receperunt. qd uero dicere opus est quam multi per illius discipulos, & soluta membra habentes, muti & claudi, naturales sanationes recuperauerint: quāq; alij innumerabiles, qui uarijs egritudinū languorumq; generibus uexarent, ab illo et curatione & salute digni iudicati, utriq; consecuti sint bonum: cui rei & diuina pphetia p. dicto, & ab omni mendacio alienissimū sacrorū Euangeliorum testimoniū, indubitata fide facit Desertam uero in his uerbis oraculum significat eam, quae de gentib. collecta est, ecclesiam: quae cum antea sine Deo esset, p. eos de quibus nūc agitur, Euangelium accipit. praeterea idē oraculum ait, huic deserti dandam esse gloriā Libani. Libanum autē figuratē Hierusalē appellari cōsuetū est, sicut suo tempore per eas demonstrationes, quas de diuina scriptura conficiā, probaturus sum. itaq; in ipsius Dei ad homines aduentu, illi deserti, de qua dictū est, ecclesiam, inquam, q. de gentibus collecta est, gloriā Libani dandam esse, propositum docet oraculum. Pro eo autē qd dictū est, Et honor Carmeli: Aquila qdem conuertit, Splendor Carmeli & Saron, ipsi uidebunt gloriā Domini. Theodotion autē, Species, inqt, Carmeli & Saron, ipsi uidebunt gloriā Domini. Quibus uerbis significare arbitror prophetiā, nō ipsam Hierusalem, neq; Iudæam, sed ipsarum gentiū terram, cui diuina cognitio exhibenda sit. Carmelus enim, et q. uocat Saron, exterarum gentiū loca erant: & haec quidem ad uerbum, ad sensum uero interpretatib. dicendum erit, q. q. qui prius animis excecati erant, adeo ut ligna & lapides, & reliquam animae expertem materiam, necnon daemones circum terrā uersantes, aliosq; spiritus deprauatos, loco summi Dei colerent, quiq; aurib. intelligentiē obsurduerāt, & claudicantes solutiq; omni uita erant, his omnibus malis alijsq; & perturbationū & egritudinū generibus, per Saluatoris nostri Iesu Christi doctrinam etiam nunc liberent, & multo praestantiorē quā ea est q. ad corpus pertinet, salutem opemq; recipiūt, & Dei uerbi ad homines aduentus diuinā & plus quam humanam uirtutem detegunt ac demonstrāt.

Paganismus translati in Christianismum.

Quemadmodum primum sempiternumq; Dei uerbum ipse uniuersi opifex, a Domino patre citius nunc se missum esse confitetur. Cap. XXII.

Isaie 49. **A**udi me Iacob, & Israel quem ego uoco, ego sum primus, & ego sum in sempiternum, & manus mea fundauit terram, dextera mea firmauit caelum. Et adiungit paulo post: Et nunc Dominus Dominus misit me, & spiritus eius. Habes igitur hic quoq; Dominum qui mittitur, & qui mittit, patre uti debet ac Deum uniuersi, qui consueuit bis Dominus nominari.

Quemadmodum ipse Dominus Iudaeorum gentem redarguit, eo quod uenturum ipsum suscepturi non sint, neq; uocanti sibi auscultaturi, & quae passurus sit ab eis. Caput XXIII.

Sic dicit Dominus, Qui est hic liber repudij matris uestrae, quo dimisi eam, aut cui debitori uendidi uos: ecce peccatis uestris uenditi estis, & iniquitatib. uestris emisit matrē uestrā: quoniam ueni, & nō erat homo: uocauī, & nō erat qui audiret. Nunquid nō potest manus mea liberare? aut nunquid nō possum eripere? Deinde in eadē prophetia paululū progressus, Ego uero, inquit, nō cōtumax sum, neq; cōtradico: tergū meū dedi in flagella, & maxillas meas in alapas: faciem uero meā nō auerti a probro sputorum. Ipse Dominus quum in his uerbis suum ad homines aduentū fateatur, redarguit populū Iudaeorū, q. uenientem se suscepturi nō sint, neq; uocanti auscultaturi: & hanc, quasi seipsum defendens, causam illorum ipsorū reiectionis docet fuisse: nā quoniam ueni, inquit, & nō erat in uobis homo: uocauīq; & nullus erat qui audiret. Idcirco, inquit, peccatis uestris uenditi estis, tanq; ipsi per uos ipsos meae uocationis repudiatōres extiteritis, neq; uero ipse uobis libellū repudij dedit. Haec autē euidentissimē ad eum populū, qui ad circūcisionē pertinet, dicta sunt: & simul ea, quae illi contra ipsum in passione auli sunt, significat, dicens: Tergū meū dedi in flagella, & maxillas meas in alapas, & q. sequuntur. Haec quoq; per ocium a nobis iusta interpretatione explanabuntur.

Quemadmodum ipse qui in prophetis olim canebat Dominus, uenturus ad homines, & ipse oculis inspectendus, & a gentibus cognoscendus expectaretur. Cap. XXIII.

Haec dicit Dominus, Propter uos nomen meum blasphematur in gentibus: idcirco cognoscer populus meus in die illa, q. ego sum: ipse qui loquor adsum, ut formositas in motibus, ut pedes euangelizantis auditū pacis, ut qui nunciat bona, quoniam auditam faciam salutem tuam, dicens: Siō, rex tuus erit Deus. Vox custodientium te exaltata est, & cum uoce simul letabuntur, quoniam oculis ad oculos uidebunt, quando miserabitur Dominus Sion, erumpant lacitiam simul deserta Hierusalem, quoniam miseratus est Dominus ipsam, & liberauit Hierusalem, & reuelabit brachium suū, in cōspectu omnium gentium: & uidebunt, omnia extrema terrae, salutem a Deo nostro. His ipsis deinceps adnexa est sub uno & eodem cōtextu, de passione Christi prophetia, quam item per ocium expositurus sum. Quū uero unus & idē sit Dominus, qui ait in particula ante hanc proximē exposita, ad ipsum Iudaeorū populū: Peccatis uestris uenditi estis, & iniquitatibus uestris dimisi matrē uestram: quoniam ueni, & nō erat homo: uocauī, & nō erat qui audiret: in his de quib. nūc agitur uerbis, ad eodē ait: Propter uos nomen meū blasphematur in gentib. Deinde quasi habens aliū praeter illos populū, adiungit: Idcirco cognoscer populus meus nomē meū. Deinde docet, q. nō alius, sed ipse qui in prophetis loquebat Dominus, uersabit olim in hac uita, his uerbis. Ego sum, ipse qui loquor adsum. Illud autē, Vt formositas in motibus, ut pedes euangelizantis auditū pacis, ut qui nunciat bona, auditā faciam salutē tuā, dicens: Siō, rex tuus erit Deus: manifestius reliqui cōuerterunt interpretes. Aquila qui dē in hunc modū. Quid speciosi facti sunt super mōtes pedes euangelizantis: eius qui audire facit pacē: eius qui nunciat bonū, qui audire facit salutē, dicitis ipsi Sion, regnauit Deus tuus: Symmachus uero: Cur dicentes in motibus pedes euangelizantis: auditā faciētis pacē, euangelizantis bona, auditā faciētis salutē: dicentis ipsi Siō, regnauit Deus tuus: pro uero est, Vox custodientium te exaltata est, & cū uoce simul letabunt, quoniam oculis ad oculos uidebunt uocem, in id ipsum laudabūt, palam. n. oculis uidebunt. Dicit porro in his speculatores uident, sacrosancti Saluatoris nostri apostoli, qui palam oculis intuiti eum de quo prophetae loquebantur, extulerūt uocem suā in totū terrarum orbem, illum ipsum praedicantes. Ipsam uero Sion ac Hierusalem

Isaie 50

Isaie 52

Speculatores Apostoli.

quæ in locis euangelizat, in cælo agnouit ipse, Apostolus illis uerbis: Superior autem Hierusalem libera est, quæ est mater nostra, & accessistis ad Sion montem, & ad ciuitatem Dei uiuentis Hierusalẽ cœlestem, & multorum millium angelorum frequentiam. Dicit uero Sion poterit etiam ea, quæ in omnẽ terræ locis, per Christum cõstitutæ est ecclesia: quemadmodum Hierusalem omne pium ac religiosum ciuile institutum, quod quum apud solos ueteres Iudæos olim existeret, in solitudine propter ipsorum impietates cõuersum est, deinde rursus renouationem in melius cõsecutum est per Christi Saluatoris nostri aduentum. Quæ propter ait prophetia: Erumpant lætitiã simul deserta Hierusalem, quoniã miseratus est Dominus ipsam, & liberauit Hierusalẽ. Ceterum, nusquam sanè ab erres, si uniuscuiusque uiri sancti, Deoque amici animam, quatenus quidẽ supra hanc uitam elata est, quippe quum in cælo suum ius ciuitatis habeat, cõtemplaturque eo quod ipso mundo sunt superiora, Sion nomines (nam ex interpretatione speculatoriũ significat:) quatenus autem in bono statu & quiete perturbationum cõstitutæ est, Hierusalem eadem appelles. Illud .n. nomen cõuersum, uisionem pacis significat. Ordine post hac Dei ad uerã religionem uocatio gentium euidentissimè declarat his uerbis: Et reuelauit Dominus Deus brachium sanctum suum, in cõspectu omnium gentium, & uidebunt omnes fines terræ salutem à Deo nostro. Porro brachiũ Dei neutiquam aliud esse arbitris, quam uerbum & sapientiã, & ipsum Dominum, quod est Christus Dei. Hoc .n. ex multis ostendere facile est. Habes præterea in Exodo, Israel ab Aegyptiaca seruitute liberatum brachio Dei. Ipsum igitur illud brachium Dei, quod ueteri populo salutem manifestissime attulit, omnibus gentibus, aperiendum, ac detegendum, tanquam id quod prius occultum esset, præsens prophetia significat. Salutem uero quam dicit uisuros omnes terræ fines, & quam superius indicauit, quum dixit, Ad ditam faciam salutem tuam: scito apud Hebræos ipso Iesu nomine appellari.

Brachium Dei.

Quod rursus Dominus, ipsum planè Dei uerbum, uenturus est gentes congregaturus cancretur. Caput XXV.

Esaiæ 66. **E**CCE Dominus ut ignis ueniet, atque ut tempestas currus eius, & quæ sequitur. Dixit Dominus: Et ego opera eorum & cogitationem eorum scio, & ego uenio congregare omnes gentes & linguas, & uenient, & uidebunt gloriam meam, & relinquent in eis signum. & emittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, in Tharsis, & Phud, & Lud, & Mosoch, & Thobel, & in Græciam, & ad insulas remotas, ad eosque non audierunt nomen meum, neque uiderunt gloriam meam, & nunciabunt mea opera in gentibus. Planissime etiam in his, Domini aduentus ad homines indicatur. & quoniã hic dictum est illum ut ignem uenturum, merito Saluator noster ait: Ignem ueni mittere in terram, & quod uolo, si iam accensus est, currus uero eius, stipantes ipsum diuinas potestates, inseruientesque ipsi sanctos angelos, cõmodè dixeris, de quibus illud dictum est: Et accesserunt angeli, & ministrabant ei: sanctos item eiusdem apostolos ac discipulos, quibus in uentum diuina atque inuisibili uirtute Dei uerbum, omnem permeauit terrarum orbem. Potest etiã aliter dici ad uerbum: Ignem & currus unã cum eius aduentu denunciari, propter eam quod Hierusalẽ oppressit obsidionem post Saluatoris nostri aduentum, post quæ haud multo, templum quidẽ ipsum igne incensum est, & extremam pertulit uastationem. Urbs uero circumdata est curribus, & exercitibus bellicis: post quem casum etiam ea quod de cunctis gentibus, predicta fuerant, huic prophetie cõsentaneum finem sortita sunt: Ceterum, quis non admiret auidè Dominum per prophetam dicentem: Venio congregare omnes gentes, & linguas, quum uideat in omni quæcunquẽ ab hominibus, habitatur terra, per Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum ac uocationem, cõuentus gentium in Christi nomine celebrari? linguasque omnium nationum omni genere sermonis unum Deum ac Dominum inuocantes: denique post omnia hæc, quis inspiciens omnes, quæcunquẽ in Christi fidem uenerunt, saluari signo pro annuli nota uentis,

non maribus

non merito obstupescat, si audiat tanto antè ipsum Dominum dixisse: Et uenient, & uidebunt gloriam meam, & relinquent in eis signum: iam inde igitur saltem in parte, secundum priorem Saluatoris nostri ad homines aduentum, ipsis oculis intuemur diuinorum oraculorum euenta. Ceterum eadẽ hæc plenius absoluentur in secundo & glorioso eiusdem aduentu, quando omnes gentes uidebunt gloriam eius, uenientemque ipsum de cælo cum potestate et gloria multa. Refertur uero ad illud tempus iam reliqua poterunt, quæ in ipso oraculo predicta sunt, quemadmodum quidem nos proprio, atque huic rei dicata opere ostensuri sumus. Quum igitur ad hunc usque locum hæc tam multa collegerimus de eo qui olim canebatur futurus, Dei ad homines aduentu: sequitur ut his adiungamus, quibus nam modus in ipse oraculis prædicere, futuris prioris eiusdem ad humanam uitam accessus,



Um proximo libro Deum ad homines uenturum, & cum hominibus in terra uersaturum, duoque hæc maxima signa illius aduentus futura, gentium per totum orbem ad accipiendam ueram Dei notitiam, uocationem, & Iudaicæ gentis propter incredulitatem in illum, ruinam ac solitudinem, ex prophetis uocibus didicerimus: ibidemque inspexerimus, quæ tandem exitum inuenerint ea quæ predicta fuerant: ipso deinceps ordine, in hoc septimo Euangelicæ demonstrationis uolumine, modum contemplari conabimur, secundum quem se ad homines commigrasse. Iam inde igitur uideamus, quibus nam modus Dei ad homines migrationis caneretur futurus, et ubi nam gentium oriturus prædicetur, & de quo genere profecturus sanctorum hominum uocibus ferretur.

Quis nam modus accessus Domini ad homines. Caput I.

Quemadmodum diuinus Euangelista Ioannes, plus quam humana uoce de Saluatore ac Domino nostro, de ipso, inquam, Dei uerbo disserens, sacramque illius scripturam, narrationemque aggrediens, unã cum ipsa illa theologia eiusdem ad homines accessum, per assumptum corpus exponit, sic dicens: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt: atque huic deinceps ad status Prophetæ, quum Deum de uirgine genitum, esset nunciaturus, uisionem antea quandam illius gloriæ contemplatur, talemque theologiam describit: *Esaiæ 6.* **V**idimus gloriam eius, & Seraphim stabant circum eum, sex alæ uni, & sex alæ alteri, & duabus quidem tegebant faciem, duabus autem uelabant pedes, & duabus uelabant, et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius. Et deinceps adiungit: Et audiui uocem Domini dicentis, Quem mittam, et quis ibit ad populum hunc, & dicitis, & non intelligetis: & intuentes intuebimini, & non uidebitis. Crassum .n. factum est cor populi huius, & auribus suis grauitè audierunt, et oculos suos clauseros, et dixi: Quousque Domine? Et dixit: Donec deserta sint ciuitates, eo quod non sit qui inhabitet: et domus, eo quod non sint homines. At eum quæ eadem Dominum Abraham similibus priscis patribus uisum fuisse, & eisdem locutum esse, in prioribus libris ostendimus: Hinc .n. pariter et Deum & Dominum, & item angelum esse & primum imperatorem copiatum Domini, antea didicimus. Quum ergo præsens oraculum,



Solū Christi.

sens oraculum esset illius ad homines cōmigrationem prādicturum, diuina antea illius regnum contemplatur, ubi ait se uidisse illū sedentē in solio excelso, & sublimi. Hoc autem illius solū illud esse existimandū est, quod in Psalmo de dilecto ostensum est, in illis uerbis: Sedes tua Deus in seculū seculi, super quā supremus & uniuersi conditor Deus, & ipsius pater, ipsum tanquā unicū ac dilectū sedere iubebat, dicēs: Sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Cōfirmat uerò hāc nostrā in hos locos interpretationem Ioannes euangelista, qui postquā citauit proximē expositas Esaiæ uoces, in quib. dictū est, Crassum enim factū est cor populi huius, & auribus suis grauitate audierūt, & oculos suos clauferūt: adiungit de Christo, & dicit: Hęc dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, et testificatus est de eo. Quā ergo uidisset Propheta Saluatoris nostri super paterna diuine maiestatis ac regni sede collocationē, diuinoq; ipse esset spiritu instinctus, essetq; deinceps eiusdē ad homines accessum, ortū q; de uirgine descripturus, prius testificat eā quæ in omnē terrā peruentura erat, cognitionē, & glorię predicationē, ipsa Seraphim inducens quæ circū illum starent, ac dicerent. Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius. Sed quæ nā eximiamāda sunt hęc Seraphim Christū Dei stipantia: num forsitan angelorū ac diuinarū potestātū chori: an uero prophetarū atq; apostolorū: nā Seraphim si interpretaris, initiū oris ipsorū audias. Tales uerò et propheta et apostoli, per quorum os, instar primitiarū initiū salutaris predicationis factū est, ex quo appellationē hāc sortiti sunt: sicut etiā sancti spiritus potestates, quæ alæ nominatæ sunt, primas atq; extremas de Deo uerbo notitiæ partes occultat, tanquā eas quæ suapte natura neq; dici, neq; cōprehendi possint: quæ uerò ipsius de illo dispensationis mediæ sunt, eas ostēdunt, propterea quod hęc sola naturæ hominū cognoscibilia, quum ea q; hęc et post hęc reliqua sunt, in arcanis habitant. Præterea diuinæ ac cœlestes potestates, poterunt itē uocabulo Seraphim intelligi, quatenus alia quadā ratione, Seraphim ex interpretatione in cœlestia significat, ex quo illud dictum est: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros ignis flammā. Clamāt porro hi, & uociferantur alter ad alterū pro suis quæque uiribus, sanctitatē eius, de quo ut de Deo loquitur Propheta, cōmendat est & quod omnium admiratione dignissimū est, theologicē declarantes, q; non modo cœlum, & q; in cœlo sunt, uniuersa plena sunt maiestate & gloria eius: sed etiam omnis terra eiusdem facultatis ac uirtutis est particeps, propter eius qui canit de cœlo ad homines descensum, de quo deinceps longius progressum oraculum uaticinat, necnō & ortū de uirgine, & per hunc latius in omnē terrā disseminatā gloriæ eius celebrationem denunciat. Dominus autē Sabaoth ex interpretatione, est Dominus exercitū. is autē erit primus imperator exercitū Domini, quē in tertio ac uigesimo Psalmo Dominū Sabaoth, diuinæ rursus potestates appellant, ubi eiusdē de terra ad cælū ascensum diuinitatē, & canit uerbis illis: Tollite portas principes uestras, et eleuamini portæ aternæ, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus exercitū, ipse est rex gloriæ. Hebraicus. n. cōtextus hoc loco rursus Dominū Sabaoth illum uocat, quoniam ipse est rex gloriæ, et propter eius aduentū, futurū erat ut omnis terra impleretur gloria eius, merito quod futurū erat, et in propheta, & in Psalmo dictū est: propheta quidē illis uerbis: Plena est omnis terra gloria eius: in Psalmo autē, in inicitio statim ubi ait, Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarū, & omnes q; habitant in eo. His autem uaticiniis plenitudo gloriæ eius, a tamē illū Iudaica gens acceptura nō sit: Itaq; ait, et dixit Dominus (ille uidelicet qui uisus fuerat Dominus Sabaoth) quē mittā, & quis uadet ad populū hunc? Et dixit, Ecce ego sum, mitte me. Et dixit, Vade & dic populo huic: Auditū audietis, & non intelligetis: & intuentes inuebimini, & non

Seraphim circūstantes.

Alæ quid significent.

Dominus Sabaoth.

& nō uidebitis. Crassum. n. factum est cor populi huius, & auribus suis grauitate audierunt, & oculos suos clauferunt, ne quando uideant oculis suis, & auribus suis audiant, & corde intelligant, & cōuertantur, & sanem eos. quib. uerbis manifestissimē canit futuram aduersum se accusationem Iudeorū: & q; in tuebuntur quidem ipsum, nō tamen animaduertent quis sit: quodq; loquentem inter ipsos & docentem audient, nō tamen etiā intelligent quis nam is sit quum ipsi loquatur: neq; item quæ nam ea sint nouę doctrine precepta, q; ipse illis tradet. Cōprobat uero huius oraculi euentum Euangelista Ioannes, q; de Saluatore nostro sic ait: Quum autem tam multa signa fecisset coram eis, nō crediderūt in eū, ut sermo Esaię prophetę impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro, & brachiū Domini cui reuelatū est: propterea nō poterant credere, quā iterū dixit Esaias: Excœcauit oculos eorū, & induit cor eorū, ne uideant oculis, & corde intelligant, & cōuertantur, & sanem eos. Hęc dixit Esaias, quādo uidit gloriā eius, et testificatus est de eo. Ergo absque cōtrouersia uisionem illā Dei ad Christū retulit Euangelista Ioannes, & ad Iudaicū populū, qui uisum à Propheta Dominū, quemadmodū ab illo ipso predictū est, nō suscepit. Nā quum Dominū Sabaoth Propheta uidisset, re fert oraculum, quemadmodū ipsi preceperit, ut ad Iudeos diceret, q; ipsi illū quidem aliquando uidebūt, sed nō intelligent quis sit: & audient illū loquentem inter ipsos & docentē, sed nō percipient, propterea q; induratum erit cor eorū. Quum hęc igitur Esaias his q; apposuimus uerbis canat, in historice motum hostium aduersus Achaz imperitū, qui tunc Iudaicū populū regnum obtinuerat, describit, & à uisibilib. quidem hostibus ruina breui, neq; haud multo post futuram significat. Quorū uerò signa quędā duntaxat attulit: hi porro nō intelligibiles atq; inuisibiles quid i hostes, demones utiq; ac sub uisum nō cadentes potestates, de quib. in initio totius operis differuimus, qd nō solam Iudaicam gentem, sed omne prorsus humanū genus, in omne malitię genus, ac deniq; in ipsum omni religioni contrarium simulacrorū cultū cōpulerint) hos nō aliter uinci posse demonstrat, quā per unum, q; canitur Dei uerbi ad corpus assumpturū. Sed huius illi quis nam usus fuerit, iam tempus esse uide tur, ut latius inquiramus. Quia p hominem mors intrauit in mundū, ait Apostolus, idcirco morte uictoriam obtineri per eundem hominem oportuit: & qd mortis fuerat corpus, uitæ corpus declarari: & peccati regnū, quod prius in corpore mortali uisum suā exercebat, deleri usq; ad eō, ut nō amplius illi peccatum, sed iustitia dominaretur. & quoniam ex peccatis corporis, antea cunctis hominib. ruina facta est, merito rursus per omnis peccati expers corpus, omniq; prorsus malitia intactū trophæa aduersus hostes erigenda fuerūt. Sed quos tandem hostes, nisi eos qui olim per corporeas uoluptates humanū genus prosternebant: præterea quū Dei uerbum esset cū hominib. collocaturū, et corporeis aurib. precepta de pietate traditurū, prodigiaq; et miracula oculis hominū, Deiq; uirtutem euidenter atq; aperte demonstraturum, nō aliter q; p cōsuetum, nobisq; familiare instrumentū hoc facere ipsum oportuit, quoniā nihil quidē amplius, quā q; corpora sunt, mortalib. oculis ut cerneremus, fieri poterat: neq; ut aurib. perciperemus, q; sonum, qui lingua proferri cōsuetiones caperemus, eū qui nobis et cognatus & familiaris esset, ipse Deus uerbi assumptus, omnia q; per illū quęcunq; salutaria essentia qui ipsi audiebat, ipsiq; fidebant, tam q; in diuinis ipsius uerbis, q; quę in factis cōsisterent, exponit. Atq; hęc omnia administrauit, nūq; ut nos simili ratione corporis necessitate perpetiēs: neq; ipse quidquam aut deterius, aut amplius sua ipsius diuinitate perperitēs: neq; uero ut animi hominis, ita ipse tali corpore impeditus, ut diuina inter munera obire nō posset, aut ubiq; adesse, q; Dei uerbum est, omniaq;

Per corpus peccamus, & per corpus expiamur.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



omnia que implet, per omnia penetrat, neque item aut sordibus ullis, aut corruptione, aut foeditate, ex eo corpore quod assumpsit inquinatus, propterea quod quum ipse natura sit expers, & corporis, & carnis, & omnis materiae, tanquam Dei uerbum, diuina quadam uirtute rationibusque ineffabilibus, omnem sustulit dispensationem, quae sua essent impertiens: non autem contra sibi uendicans, aut usurpans quae aliena. Ergo cur ita hanc illius in corpore dispensationem formidare opus est? quando neque foedatus est is, qui foedari non potest, neque ex carne assumpta inquinatus, qui non potest inquinari: neque uero propria corporis natura corruptus, quum ipsum sit Dei uerbum, ab omni patris diuinae naturae profus alienum: quando ne solis quidem radij, dum caduera, & omnium generis corpora attingunt, quidquam omnino pati dicuntur? ab ipso diuino uerbo etiam contra, quod corruptibile erat in melius commutatum est, factumque atque immortale, quemadmodum ipsius uoluntas fuit, effectum est: quum etiam diuinis suis patris consilijs, atque actionibus, ipse interim interueniebat. Totum igitur hoc hominum amantissimus Deus, Deique uerbum pro cunctis hominum medela & salute, uocibus interim prophetarum consentanea gerens effecit, qui quidem prophetae tanto antea priscis usque temporibus, admirabilem ipsius de uirgine ortum testificati fuerant. Porro autem admodum necessarium huic Christi ortui de uirgine, Propheta anteponit id quod reddat attentius, in clamans ad eos qui ipsa haec audiant, illud: Si non credideritis, non intelligetis. cui deinceps adiungit ea, quae in hunc modum se habent: Si non credideritis, non intelligetis. Et adiecit Dominus loqui ad Ahas, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum aut in excelsum. Et dixit: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit: Audite iam domus Dauid, num parum uobis est, hominibus exhibere certamen? & cur Domino exhibetis certamen? propter hoc dabit Dominus ipse uobis signum, Ecce uirgo in utero capiet, et pariet filium, & uocabis nomen eius Emanuel. butyrum et mel comedet prius, quam cognoscat ipse, aut eligat mala, ut seligat bonum, quia prius, quam cognoscat puer bonum aut malum, non est obediens malitiae, ut seligat bonum. Et comprehendetur terra, quanta times a facie duorum regum. Et quae quidem ad prophetiam pertinent, in hunc modum se habent: diligentius uero attendere par est ipsius oraculi exordium, quod legentes admonet, si non crediderint, ne intellecturos quidem esse. Et sane adnotare necesse fuit, atque ostendere, quod non solum intellectum, sed etiam sensum qui lecturi sunt, opus sit: & uicissim, non solum fide, sed etiam intellectu. Ex quo uidetur quod iudei qui in Christum Dei non crediderunt, etiam nunc haec audientes: nondum tamen quis sit de quo Propheta loquitur intellexerunt, ut in ipsis primis ueritatibus probauerit uaticinium: auditu. n. tota die prophetias de Christo audientes, uerbis intelligentiae non audiunt. Atque ipsorum ignorantiae alia nulla est causa quam incredulitas, quum ipsum hoc absque mendacio & de ipsis, & ad ipsos uaticinium, plane enunciauert: Si enim non credideritis, inquit, ne intelligetis quidem. Quod si dixerint uirginem, sed puellam apud scripturam nominatam esse (sic enim aiunt apud ipsos haberi) cuiusmodi tandem signum hoc futurum dicemus, quod diuina promissione sit dignum, si uisitata, quemadmodum ceterae omnes mulieres, ubi ex uiri coniunctione praegnant euaserit, puella quae praeparata fuit paritura, quomodo praeterea Deus erit qui ex illa nascatur, neque simpliciter Deus, sed nobiscum Deus? hoc enim significat uox Emanuel: quo nomine ait esse uocandum illum qui nascetur. Ecce enim, inquit, uirgo in utero capiet, & pariet filium, & uocabis nomen eius Emanuel, quod est, si quis interpretetur, Nobiscum Deus. Cuiusmodi autem certamen Deo, aut quis tandem labor, quae in difficultas obiecta, si de more paritura fuit mulier? In nostris. n. exemplaribus quae quicumque interpretati sunt, ij & genere ab Hebraeis oriundi fuerunt, & patriae ipsorum linguae peritissimi, & in ea eruditione probatissimi, sic habentur: Num parum uobis est, certamen exhibere hominibus? & cur Domino exhibetis

Causa obit nationis in iudea.

Ecce uirgo concipiet.

hibetis certamen? propter hoc dabit Dominus ipse uobis signum. Ecce uirgo in utero capiet, & pariet filium, qui uocatur Nobiscum Deus. Hoc. n. sibi uult, quemadmodum dixi, ipsa uox Emanuel. In ipsis autem iudeorum exemplaribus, quae secundum Aquilae conuersionem feruntur, (aduentitius autem Aquila fuit, non natura iudeus) sed tamen etiam secundum hunc, hoc sane scriptum est modo: Numquid parum est a uobis fatigari uir os? quod laborem exhibetis etiam Deo meo? Propter hoc dabit ipse uobis signum. Ecce puella in utero concipit, & parit filium, & uocabis nomen eius Emanuel. Apud Symmachum uero haec ita se habent, (porro Symmachus dicitur Ebionaeus fuisse: secta autem haec fuit iudeorum, qui eo nomine uocabantur, & in Christum credere dicebantur, ex quibus Symmachus fuit) apud ipsum hunc igitur haec ita se habent: Audite domus Dauid, nunquid non satis uobis est fatigare homines, & fatigatis Deum meum? propter hoc dabit Dominus ipse uobis signum. Ecce puella concipit & parit filium, & uocabis nomen eius Emanuel. Quoniam. n. iudaicae gentis mores asperrimi, & a pietate admodum abhorrentes, sudorem laboremque, ac fatigationem non uulgarem, atque certamen, antiquis illis Deo amicis prophetis exhibebat. idcirco non satis est, inquit, uobis, Dei prophetas affligere, hominibusque exhibere certamen, nisi iam etiam Deum meum fatigatis, eisque exhibeatis certamen? nec Deo simpliciter, sed Deo meo? Sic. n. Theodotion quoque conuertit. Propheta igitur suum peculiariter Deum, & non eorum ad quos sermo dirigebatur, eum qui uexaretur, & in certamen daretur, appellauit: qui quidem nunquam Deum meum dixisset eum qui apud iudeos supremus habet, apud quos gentissime seruabatur. sed quod tandem esse potest certamen, quis labor, qui fatigatio eius Dei, de quo Propheta loquitur, nisi ipsum ad hominum generationem accederet? & tum secundum nos, tum secundum Septuaginta interpretatione de uirgine nascere? secundum uero eam quae apud iuniores fertur iudeos, de puella? Ceterum apud Mosem quoque inuenies eam quae absque controversia sit uirgo, puellam appellari: siquidem eam quae desponsata sit, ab alio uero repudiata, hac appellatione uocauit. Is praeterea qui de tali foemina sit edendum nomine Emanuel, maiore fertur potentia, quam omnium aliorum est hominum: quippe qui eligat bonum prius, quam cognouerit mala: & malitiae non obtemperet boni eligendi gratia, eo magis quod haec praestet non in uirili iam, sed in puerili adhuc aetate constitutus. ex quo illud dictum est: Prius quam nouerit puer bonum aut malum, non parit malitiae, ut eligat bonum. quibus uerbis prorsus quod ille de quo agitur, nullam malitiam attigerit, demonstrat. Sed excellentiorem quoque denominationem, quam hominis ulla esse possit appellatio, nascitur is qui nobiscum est Deus, quare signum item quod de illo datur, profunditatem simul habere dicitur, & simul altitudinem: profunditatem quidem, propter descensum ad homines, aut etiam usque ad mortem accessum: altitudinem uero, propter diuinitatis a profunditate restitutionem: aut etiam propter diuinae eius substantiae, quae omni natura prior est, theologia. Quis uero alius sit nobiscum Deus, quam is quem superioribus libris Deum Dominumque ostendimus? quicumque item Abraham quondam non aliam quam hominis forma uisus est? quod si iudei haec ad Ezechiam referunt filium Achaz, & dicant hunc esse qui patri suo futurus oraculo promittatur: uideant quomodo nobiscum Deus fuerit Ezechias, aut quod non signum sua maiestate dignum, Deus in illo ostenderit, sed neque certamen ullum, neque labor in illius ortu Deo exhibitus est. praeterea planè a prophetia excluditur ratione temporum Ezechias. Haec enim ipso iam tum patre Achaz regnante, futura canebantur. Ezechiam uero antequam regnum acceperit Achaz, genitum esse conuenienter referri possunt, multo minus ad alium quempiam eorum qui apud iudeos post prophetiae tempora extiterint, praeter quam ad ortum eius qui uerus est

OP. A. V. S. B. C. S. M.



Emanuel, hoc est eius qui extiterit uerè nobiscum Deus, & ad unū Saluatoris nostri Dei uerbi ad homines accessum: duobus. n. sublati regibus, deferta & sola relicta est Iudeorum terra, sicut oraculum ait futurū, dicens: Relinquetur terra à facie duorū regum. quod quidem ipsum etiā planè ad uerbum sic demonstrabitur. Tēporibus. n. regis Achaz & Eliaī filij Amos, quibus propheta illa edita est, rex Syriæ qui Damasci, & rex Israel, non is qui in Hierusalem, sed is qui Samariæ regnabat, & multitudini Iudeorum qui à diuina lege defecerāt, imperabat, fœdere inter se factō, eos quibus David successores imperabāt, oblidere cœperunt. Hosce igitur ambos, quum propheta tollendos atq; euertendos canat, ipsos quidem illius temporis Iudeos et externos, qui aduersus populū Dei sibi dextras inter se dederāt, eu estigio dissoluedos, & discessuros à bello prædicat: regnū tamen illud ac successione prorsus dissolutū, extinctūq; iri, sub illius de quo propheta loquitur, nobiscum Dei, et tū. Attende igitur diligenter, quo tempore Damascenorū simul ac Iudeorū dissolutum est regnum, & quando tandem relicta est terra Iudeorū sine regi, nec non ipsa quæ prius multum poterat, magna manu quondā Syriæ uniuersa imperitās Damascenorū regio. Namq; sub horum euerfione atq; interitū, ipsum Emanuel prorsus oriturum fuisse par est, & eum de quo propheta loquitur uenturū. Si igitur horum ipsorum, de quib. dictum est, regna adhuc stare intueri liceret, nihil amplius querere opus esset, sed etiā nunc in futurū tempus spem omnem intendere. Sin autem re ipsa constat ea, de quib. dictū est, euerfa sublataq; esse, usq; adeo ut neq; in Damasco, neq; in Iudæa, nostris temporibus regem intueri liceat: quid amplius dubitandū est, oraculum suū finem accepisse, quod ait: Et relinquetur terra à facie duorū regū, quos tu times à facie ipsorum, quibus in uerbis, reges pro regnis nominati sunt. Si quidem Symmachus ita ait: Relinquetur terra, à qua tu mala pateris, à facie duorū regū ipsius. Aquila uero: Relinquetur terra quā tu fastidis, à facie duorū regum ipsius. Theodotion quoq; eodem interpretatus est modo: Relinquetur, inquit, terra quā tu abominaris à facie duorū regum ipsius. Cernis ut uaticinetur terram relinquendā esse sine rege? sed quā tandem terram, nisi Damascenorum atq; Israel? horum. n. duo reges erant, de quibus hic sermo est. Quorū terram Achaz fastidiebat sicut abominabatur laborans, siue mala patiens ab ea. Quando igitur quæso hoc factum est? his enim cōsecris, necesse est prorsus eam prophete partem, de qua hic dictū est, ad exitū peruenisse, hoc est, uirginem, nobiscū Deum peperisse. Et sanè cōstat apud eos qui nō indiligenter historias explorauerint, quemadmodū usq; ad tempora Saluatoris nostri Iesu Christi, reges Damasci à maioribus suis acceptum imperium tenuerint. Nam sanctus quoq; Apostolus Aretæ Damascenorū regis meminit, & Iudaicæ gentis ad illud usq; tempus, quamuis inordinatum & præter leges regnū manebat. Non. n. a genere David aut Herodes, aut qui post Herodem Saluatoris nostri temporib. extiterunt, regni successione ferebant. At uerò post eius aduentū, postq; de uirgine nati Euangelicā in omnes homines prædicationem, terra continuo à facie duorum regum relicta est. Nam ex illo cum Romani omnium gentium imperiū obtinuissent, solutus quidem est omnis per singula loca, tam gentium quā ciuitatum principatus, sinemq; unā cū multis alijs, etiā ea quæ ad præsentem prophetiam pertinet, sortita sunt. Et hæc quidem ad uerbum interpretantibus dicta sint. Ad sensum uerò in hūc modum dicatur, huius prophete uerba omnis animæ quæ Deum hunc natū, ipsum, inquam, Emanuel suscepit, stabiles, tranquillos, pacificos significare mores. Vno. n. Christo, & eo quod ab ipso nunciatū est uerbo, humane anime imperium obtinēte, priores eius hostes, duo impietati modi fugati sunt: unus is, qui & simulacrorum cultum, & in multimodis opinionib. diuersitate hominibus suggererat: alter is, qui in moribus peruersitate propagabat. Nam si

Reges pro regnis.

Nam si qui dicti sunt corporales reges, horum notas & signa gestabant. e qui bus unus Damascenis imperans, erroris, quo in simulacris colēdis gentes tenebantur, erat imago: aliter uerò eorum qui ab Hierusalem defecerāt, qui uel dicitur à Dei legitima adoratione deciderant, figuratè personam gerere uidebant. Quod uerò hæc ad sensum ex figura accipere oporteat, poterit quispiā etiam ex ijs quæ sequuntur addiscere, ubi in diebus Emanuel muscas quāsdā atq; apes, Iudaicā gentem inuasuras oraculum canit, alias quidem ab Aegyptio, alias autem ab Assyrijs: caputq; ac pedes, et barbā dominū ab asurū, hominem uerò iuuenem boum & duas oues nutriturum: & alia quædā sub unū atq; idem tempus futura. quæ nullo modo ad uerbum intelligi possunt, sed ad sensum duntaxat accipienda sunt. & hæc quidem in hunc modum se habent. Quod autem ea sic scripta sunt, Saluatoris nostri Iesu Christi modū nascendi significauerint, ipse euangelista hoc pacto testificabitur scribens, Iesu Christi autem generatio sic erat: Quum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autem uir eius quum esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam. Hæc autē eo cogitante, ecce angelus Domini in somnis apparet ei dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Quod n. in ea genitū est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluū faciet populū suū à peccatis ipsorū. Hoc autem totum factum est, ut impletur quod dictū est à Domino per prophetam dicentē: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filiū, & uocabis nomen eius Emanuel, quod est interpretatū, Nobiscum Deus. Sic sanè secundū nos ea quæ ad diuinam prædictionē pertinent, ex ipso rerum euentu comprobantur: quippe quum alia ratione nunquā præ se ueritatem prophetia latere esse uideatur. Post hæc autem, quæ nā & quod futura esse dicantur, uel bona, uel mala in die illa, hoc est, quo tempore adueniet Emanuel, hinc iam considerare mus: Sibilabit, inquit, Dominus muscis, quæ dominant in parte fluminis Aegypti: et api, quæ est in terra Assyriorum: et uenient, & quiescent in cōuallibus regionis, & in foraminibus petrarum, & in speluncis, & in omni scillura, & in omni ligno. In die illa radet Dominus in nouacula magna quæ mercede conducta est, ultra fluum regis Assyriorum, caput & pilos pedum, & barbā auferet. & erit in die illa, nutriet homo iuuenem boum, & duas oues, & erit ex eo quod plurimum faciet lac. comedet butyrum: quoniam butyrū & mel comedet omnis qui relictus fuerit in terra. & erit in die illa, omnis locus ubicunq; fuerint mille uites pro mille siclis, in terram incultā erit, & in spina cum sagitta & arcu ingredientur illuc: quoniam terra inculta, et spina erit omnis terra. & omnis mons qui aratur, arabitur. Nō accedet illuc terror, erit enim à terra inculta & spina in pascua ouis, & in conculcationē bouis. Hæc tam multa futura in die Emanuel, præsens propheta complexa est: quæ quali contemplatione scrutanda sint, iam experiri tempus est, ipsam interim sententiam didicentes: Sibilabit, inquit, Dominus muscis in die illa, quæ dominant in parte fluminis Aegypti: & api, quæ est in terra Assyriorum, ubi uirorum prius testes, muscas arbitror nominari: & muscas Aegyptiacas, quæ sacrificijs & quod regnādi, ac sub rege degendi, bellandiq; scientiā habet, & ulcisci ac uulnerare aduersantes idoneum est. Hæc igitur in locum unū cōuenientes, alias quidem de regione eorū qui simulacra adorant, alias uerò de terra gubernantium (Assyrii. n. ex interpretatione nominis gubernantes intelliguntur) iussu & quasi sibilacione Domini & Dei rerum omnium, Iudææ uniuersa imperaturas, propter ipsius in Christū incredulitatem ait, In die Emanuel. His autem uerbis significat gentes externas et militares, habitaturas Hierusalem, & Iudæ-

Musca & apis quid significant.

OP. A. V. S. P. C. S. R. I.



& Iudæam terram. Quod quidem ipsum evidentioribus uerbis Saluator noster cecinit, ubi ait: Et Hierusalem conculcabitur a gentibus. quod oraculum haud ita multo post illas Saluatoris nostri uoces exitum inuenit, Romanis ipsam urbem expugnantibus, illucque diuersi generis uiros collocantibus, & in loco stantibus. Rursus idem Dominus abrasurus dicitur in regis Assyriorum nouacula, hoc est, castigatoria uel principis seculi huius, caput & pedes, & barbâ, non alterius cuiuspiam quam rursus Iudaicæ gentis, hoc est, ornamentum & gloriâ ablaturus per eorum, qui uniuerso imperant, principatum. Hos autem non alios quam Romanos esse innuit. Nomine enim Assyriorum, quod uenit per singula tempora gentibus impositum est regnum, significari arbitror, propterea quod ex Hebraica lingua interpretantibus Assyrii gubernantes significant. Ita que nunc gubernantes Romani sunt. Nam re uera Deus uniuersi, Romanorum nouacula, hoc est, ciuili ac bellica uel omnem Iudaicæ gentis gloriâ, in qua prius superbiebat, omnemque ipsorum fortitudinem, quæ per barbâ, & pilos pedum significatur, abstulit. Neque n. alio unquam tempore prius, quam post Saluatoris nostri, hoc est, post ipsius Emanuel ortum, omne illis ornamentum abstulit. Deus per principatum Romanorum. Sed pro rege Assyriorum, Aquila quidem, in regno Assyriorum: Theodotion autem, in rege Assyriorum conuenerit. Itemque Symmachus, qui quidem sic ostendunt, quod non regis Assyriorum caput abradendum esse minetur oraculum, sed regis eius nouacula: atque in eo ipso rege Assyriorum, ijs que in hac prophetia continentur afficienda esse Iudaicæ gentem. Hæc autem etiam ipso euentu comprobantur. Per oculum uero uniusquisque alia complura, si obseruauerit, apud prophetas inueniet, quasi de persona Assyriorum dicta, que nullo modo accommodari Assyrijs possunt: sed regno per singula tempora uniuersis gentibus dominetur. Etenim iam etiam Persas apud Hebræos inuenimus Assyrios nominari. Quocirca nunc quoque putauimus principatum Romanorum hoc oraculo significari. Gubernare enim ipsum hunc, & eundem gubernari a Deo, post Saluatoris nostri aduentum conuenimus. Nemo tam suspicetur omnia nos dicere, quæcumque in diuinis libris de Assyrijs leguntur, ad Romanos esse referenda. Fatuum enim id atque impudentiæ obnoxium. Sed quasdam esse propheticas uoces, testimonijs quæ de Christo feruntur, implicitas, quas dicimus de Romanis per Assyriorum appellationem accipiendas ex nominis interpretatione. quod semper regnum illud quod per singula tempora gentibus impositum est, præsentat, quemadmodum suo tempore demonstrabimus. Atque ego quidem, dum huius expositionis rationem mecum inquiri, arbitror ob nihil aliud oracula prophetica non commemorare nominatim Romanos, quam quod Romanis regnantibus, Saluatoris nostri doctrina in omnes homines suum lumen erat missura: & scriptura prophetica in ipsa Romanorum urbe, & in omnibus gentibus Romano imperio subiectis publicanda: ne igitur ijs qui imperium obtinebant ulla obortetur offensus, si de ipsis apertissime scriptum esset, sermonis adhibita est in oculis obscuritas, quam quidem in alijs pluribus, tum uero in Danielis uisionibus, quemadmodum in hac quoque, quæ nunc in manibus est, prophetia: quæcumque Assyrios appellet, gubernantes intelligit. Horum ergo nouacula, uniuersum Iudaicæ gentis ornamentum, post ipsius Emanuel, ortum abradendum hoc est abolendum canit. Præterea in ea die de qua dictum est, ipsius inquam Emanuel, quæ est dies aduentus Christi, nutriet, inquit, homo iuuenca bouum & duas oues, & erit ex eo quod plurimum faciet lac: butyrum et mel comedet omnis qui relictus fuerit in terra. In quibus uerbis sanè, dixerit aliquis, Iudaici populi famem paupertatemque immensam significari: quippe qui neque triticeo naturali cibo sic abundaturus, ex eo quod neque terram arabiam, neque seminabit, neque metet, neque greges ouium, neque bouum armenta possessurus, sed habiturus duas oues & iuuenca unam, quibus, lac sibi ipsi suppeditet, aut aliter, figurate loquens, eum qui

*Nouacula
quid designet.*

eum qui in terra relictus sit, significare dixerit ex Iudæis qui in Saluatorem ac Dominum nostrum crediderint: apostolorum atque euangelistarum chorum, e quibus unusquisque, quem secundum electionem gratia relictus sit, & ob id, relictus in terra nominatus, iuuenca bouum & duas oues dicitur nutriturus, ternos uidelicet per singulas ecclesias ordines: unum quidem eorum qui præsent, duos autem eorum qui subiecti sint: quem ecclesie Christi populus in duos ordines sit diuisus, in eorum qui credunt, & eorum qui nondum ad lauacri regenerationem assumpti sint, ad quos etiam diuinus Apostolus ait: Lac uobis potum dedi non escam. Eos uero qui iam tum in habitu perfectione constituerint, iuuenca bouum merito appellat, quippe qui perfectionum boni factus sint, cuiusmodi ipse fuit Apostolus, qui de seipso atque ijs qui similimodo ut ipse laborant, ita ait: Nunc quid de bobus cura est Deo: an propter uos omnino dicitur: erit autem omnis quoque ordo eorum qui ecclesie præsent, quibusque arandi & colendi animas hominum cura mandata est iuuenca bouum nomine significatus: quippe qui apostolicorum rituum ac præceptorum factus existat: quibus etiam in uirtute usque adeo incrementum accepturus dicitur, ut ex factus multiplicitate, tantum genitibus rationalibus lactis introductorijs doctrinis sit susceptorus, ut ex eo innumerabiles alij nutriendi sint. Porro quem hæc ijs qui in terra relictus fuerint, futura tum essent, aliud quiddam in die illa, tempore uidelicet aduentus Emanuel, euentum prædicat. Quid autem hoc? Omnis, inquit, locus Iudaici populi, in quo erant mille uites pro mille siclis, in terram incultam erit, & in spina. Nam cum sagitta & arcu ingredientur illuc (constat uero hoc dici de hostibus, quoniam terra inculta & spina erit omnis terra. Et sanè specta, quam multa in die Emanuel, dico autem quo tempore rationale lumen est oriturum, quod per Saluatorem nostrum in omnes homines emicabit, Iudaicæ genti euentura oraculum canat. Immundas enim atque hostiles potestates, quæ quondam inter gentes efficaciam suam exercebant & in Aegypto, & in regione Assyriorum Domino sibi ante, & quasi impellente, atque adhortante eas, regione ipso in uasuras ait, propterea quod talibus digna euaserit, easdemque potestates quieturas in conuallibus, & foraminibus petrarum, & in speluncis, & in omnibus, & cogitationibus, & discissis ipsorum mentibus, ad uerbum autem quod quidem in promptu est) per totam ipsorum regionem. quod ipsum sanè quis non admiretur, quum oculis cernat inimicos ipsorum omnem Iudææ locum occupasse, & externos, simulacrorumque cultores homines, in cunctis ipsorum ciuitatibus & regionibus quicuisse? non igitur his solis eos esse afficiendos ait oraculum, sed etiam nouacula eius Assyriorum regis, quem nos intelligimus, & caput eorum, & pilos pedum, & barbâ, omnem uidelicet, quo ipsi quod idem affecti erant, ornatum abradendum. Sub eandem uero diem hæc & sub eodem tempore ad extremam ipsos diuitiarum Dei penuriam minatur esse redigendos, usque adeo ut & pane rationali, et solido, spiritalique cibo sint carituri: facti habituri, si lacte, hoc est puerili introductorioque sermone nutriantur. Ad hæc, uites ipsorum in terram incultam fore. Postquam enim, ut ipse propheta ait (agricola idem et eorum dominus expectauit, dum uinea uiam ferret, easque protulit spinas, & uociferationem quondam, non autem iustitiam) quocirca etiam sepe eis auferens, & parietem euertens, ad terram incultam uinea relicturum se affirmat, & eam inimicis traditurum: quos cum sagitta & arcu illuc perire potestatem eo, quod terra inculta & spina omnis ipsorum terra facta sit: propterea, inquit, illuc cum sagitta & arcu, qui contra ipsos potestatem acciperint, inquit, illuc cum sagitta & arcu, qui contra ipsos potestatem acciperint. Ceterum noli quæso mirari, si hæc quoque adumbrate, & per figuras obscurissimas reddita sunt. Iam enim prius dispensationis huiusmodi causa dicta

H 3 est, quod

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



est quod utiq; oraculum uoluerit extremum Iudaicæ gentis occultare interi-
 tum, ut apud eam scriptura ad nostrum ipsarum gentium profectum, utilitate
 que seruaretur. Nam si ipsis quidem palam interitum, gentibus autem bona pro-
 phetice pollicitæ essent, ac prædixissent, nemo apud Iudæos earum studiosus
 fuisset, sed eas tanquam ipsis contrarias atq; inimicas deleuissent: atq; ita no-
 bis qui de gentibus profecti sumus, ne utiqua licuisset prophetarum de Salua-
 tore nostro, ac de nobis ipsis testimonijs uti. Ceterum est tã multa in die Ema-
 nuel Iudaicæ genti secundum alteram interpretationem euentura essent, eorum
 qui ex ipsis relinquendi sint, paucitas quædam futura dicitur, de qua ait Apo-
 stolus, Reliquæ secundum electionem gratiæ factæ sunt. ex hac autem pau-
 citate qui fuerit, nutriet, inquit, in uencã bouum, & duas oues: & ex eo qd plu-
 rimum faciet lac butyrum & mel comedet. Talis autem à nobis in secunda expo-
 sitione omnis apostolicus discipulorum Saluatoris nostri Iesu Christi chorus
 demonstratus est, sed quæ admodum hic qui relictus sit, talis futurus ex prophe-
 tia declaratur. ita postquam uniuersa Iudaicæ gentis regio, & uinea eiusdẽ, in
 terram incultam & spinam commutata fuerit, & propterea hostibus tradita:
 rursum ex altera parte omnis mos qui arat, aradus esse ab eadẽ prophetia præ-
 dicitur. Arbitror autem Saluatoris nostri Iesu Christi ecclesiam modo signi-
 ficari de qua ipse ait: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. quod
 enim in ecclesia publicis actionibus elatum & sublime & ad superna tendẽ
 sit, montem arbitror his uerbis appellari. hunc igitur montem qui aratur, aratũ
 iri ait, ita quidẽ ut illuc terror accessurus nõ sit: quin potius usq; adeo à prio-
 re solitudine, & terra inculta et spina cõmutandũ, ut idoneus futurus sit qui
 euadet in pascua ouis & cõculcationẽ bouis. Ea sanẽ ratione colligere possu-
 mus, quemadmodum Christi ecclesia, q̃ olim erat terra inculta & spina, ad tantã
 cõmutationem per ipsius gratiam peruenerit, ut herbam rationalis fertilitatis
 & pabulum opportunũ, utq; adeh protulerit, ut & ouibus similes & simpli-
 ciores ea frui possint: & qui ad habitum perfectiorẽ peruenerint, qui boues
 appellantur, eandem arare & colere, eo sanẽ modo quo diuinum Apostolus
 docentem ostendimus, ubi ait: Numquid de bobus cura est Deo? an propter
 uos omnino dicit: Propter uos enim scripta sunt, quoniam debet q arat, in spe
 arare: & qui triturat, in spe participare. Itaq; olim deserta incultaq; erat terra
 post Christi aduentum cõmutata est, ut quos eo modo boues intelleximus,
 ijs cõuenientis atq; agricolationis usum idoneum præbeat. Attende uerò,
 quo nam modo sub uno eodemq; sensu ortus de uirgine canitur. Et pariter,
 inquit oraculum, quæ olim fertilis terra, & quæ prius mille sictorum erat, in ter-
 rã incultam erit, & in spinam. omnisq; eorum terra, propterea q futura sit in
 spinam & terram incultam, tradetur ijs qui cum sagitta & arcu accedent. Cõ-
 trarium uerò patietur omnis mons: nam à priore inculta terra & spina muta-
 bitur in pascua ouis, & cõculcationẽ bouis: itaq; ipse qui aratur arabitur, neq;
 illuc terror adueniet. Quibus uerbis planẽ arbitror significari Saluatoris no-
 stri ortũ de uirgine, & q posthac simul atq; acruatim & Iudæis & reliquis
 gentib. euentura erãt: siquidem utriusq; ordinis mutationem in cõtrariã pro-
 phetia demonstrat: Iudaicæ quidem gentis à meliore in peius: collectæ autem
 de gentibus ecclesiæ, à priore sterilitate ac solitudine, in fertilitatem secundum
 Deum. quæ quidem dum sub unũ & idem tempus quo Emanuel adueniet,
 absoluenda canuntur, oraculi ueritatem euentus cõprobauit. Nõ enim aliis
 quam post Saluatoris nostri aduentum, finem accepisse demonstrantur, tũ ex
 ijs rebus quæ planẽ de Iudæis dictæ sunt, tum ex ipso quæ de gentibus collecta
 est ecclesia. nam si post aduentũ Saluatoris nostri, ipsius inquam Iesu Christi,
 regnum ac principatus apud Iudæos & apud Damascenos esse nõ desisset: &
 nisi ante oculos nostros nobis ipsis intueri liceret relictã ab illis terram, & ab
 externis ac simulacrorum cultuibus nationibus habitatam: præterea, si non
 in terram

Vinea Do-
 mini Sab-
 oth spinis
 obducta.

in terram incultam & spinam, omne quodcũq; olim uenerabilissimũ sacri a-
 pud illos sanctuarij decus habebatur, commutatũ esset: & nisi cultores simula-
 crorum, impurissimi homines, illorumq; hostes cũ sagitta & arcu inuadentes,
 & ab ipso Domino impulsu ab externis regionib. uenissent, et in ipsorum ter-
 ris quieuisent, omnemq; locum omnemq; ciuitatem ipsorum occupassent,
 & rursus, nisi à terra inculta & spina, & ab ea quæ prius erat colendi negligẽ-
 tia, per Saluatoris nostri doctrinam cõmutata omnes quæcũq; in ipsum cre-
 diderunt gentes, religiosam et secundum Deum rationalem fertilitatem cultũ
 que accepissent: ad hæc, nisi oculis Christũ intuiti, non credidissent, & nisi do-
 cente audiuissent, auditumq; respuissent: & nisi reliqua quæ in eadem prophe-
 tia continent, post tempora Iesu Saluatoris nostri exitum sortita esse ostende-
 rent: sanẽ nõ ipse esset habendus, quem prophete intelligunt. Sed si cuius uel
 cæco, ut aiunt, perspicua oraculorum euenta existunt, quæ quidem non alias
 quam post tempora aduentus illius completa sunt, quid amplius opus est de
 illius ortu ex uirgine dubitare? ac non potius benigna quadam ratiocinatio-
 ne, ex ijs quæ adhuc cernuntur quæ tandem sunt, nisi Iudæorum in illum incre-
 dulus? (quæ planissimẽ secundum ipsum braculum cõpletur, quod ait: Au-
 ditu audietis, & non intelligetis: & intuentes intuebimini, & nõ uidebitis: craf-
 sum enim factum est cor populi huius) & ipsius Hierusalem obsidio? & pri-
 scillius sanctuarij extrema solitudo? & externarum gentiũ, quæ stimulis, hoc
 est asperiorib. imperijs ipso in seruitutem redigunt, in ipsorum terra habita-
 tio? (hoc enim significant muscarũ atq; apum exempla) & deniq; ipsarũ gen-
 tium à priore solitudine ad culturam secundum Deum cõmutatio? hæc igitur
 quæ oculis cernuntur, quis non admiretur atq; obstupescat? quis porro non
 uere diuinum fateatur uaticinium? cum audiat ante totos mille annos apud
 maiores hæc in libris ipsorum contineri & uersari? quæ tamen non alias ad fi-
 nem peruenerint, quam post Saluatoris nostri aduentũ? Quod si admirabilis
 est prædictio, item q; admirabilior & supra omnẽ rationem ipsius prædictio,
 nis euentus, quid amplius dubitare opus est, utrum primus eius de quo pro-
 pheta loquunt accessus, admirabilem & supra omnem hominis naturam sui
 ortus constitutionem sortitus sit, quando reliquorum quoq; miraculorũ eui-
 dentia, quæ illius ortu haud quaquam minor est, cogit etiam aliorum quæ cit-
 ca illum gesta sunt accipere testimonium? Ceterum, ordine deinceps his quæ
 dicta sunt post illud, in pascua ouis, & cõculcationẽ bouis: adnexa est altera q
 dam prædictio cognata eius quæ exposita est. quæ quidem ab eo loco incipit,
 Et dixit Dominus ad me, Sume tibi librum: quam etiam ipsam tempus iam
 est ut exponamus, & contemplemur.

Demonstratio. II.

Et dixit Dominus ad me: Accipe tibi ipsi librum nouũ grandem, & scribe in eo
 in eo stilo hominis, ut celeriter direptionem facias spoliõrum: adest enim, et te-
 stes mihi facito fideles homines, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Ba-
 rachæ, & accessi ad prophetissã, & in utero accepit, & peperit filium: & dixit
 Dominus ad me, Voca nomen eius: Accelera spolia detrahete: cito prædare.
 quia antequã sciat puer uocare patrem aut matrem, accipiet potestatem Dama-
 sci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Continuat cum superiore pro-
 phetia hæc: Quæ enim illic uirgo, nobiscum Deũ parere dicitur, prophetissa
 in presenti nominata est: Sed cum quæstio orietur, unde nam esset conceptu-
 ra quæ uirum experta non esset, ipsum hoc de quo quæritur, nunc oraculũ do-
 cet: Et accessi, inquit, ad prophetissã, & in utero accepit, & peperit filiũ. Est
 enim sanctus spiritus se accessisse ad prophetissã fatetur, quod quidẽ ipsum
 plane completum est in Saluatoris nostri Iesu Christi ortu, quo tempore
 H + missus

stimulus
 asperũ in-
 perum.

OP. A. V. S. B. C. S. M.



missus est angelus Gabriela Deo in ciuitate Galilee, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen Ioseph, de domo & familia David, ad quam dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Et rursus: Ne timeas, inuenisti enim gratiam apud Deum, & ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. & cum dixisset Maria, Quo modo erit istud, quoniam uirum non cognosco: respondit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod gignitur, sanctum uocabitur, filius Dei. & in superiore quidem prophetia in ortu ipsius Emanuel, priusquam sciret puer bonum aut malum, dicebatur, relinquenda esse terram ab obsidentibus eam duobus regibus, uno quidem Samarie, altero autem Damasci: in presenti uero, priusquam sciat uocare patrem, aut matrem, puerum accepturum potestatem Damasci, & spolia Samarie, quarum prius abobolus dos esse reges in ortu ipsius Emanuel cecinit. Et ad uerbum quidem in diebus Achaz regis Iuda, & ipsius propheta Esata, duo reges ex copposito, eosque successores. David parebant, obsederunt, sicut etiam prius ostensum est: alter quidem Damasci, gentium simulacra adorantium rex: alter uero Iudaicæ multitudinis, in ea Palestine ciuitate, quæ tunc quidem uocabatur Samaria, nunc autem a nostris Sebaste nominatur. de quibus, Deus per Prophetam ad Achaz dixit: Ne timeas, neque anima tua langueat à duobus lignis, à terribilibus fumigantibus. & cum interitum uirorum continuò, neque multo post futurum dixisset, delatèper canit, quemadmodum in nobiscum futuri Dei ortu penitus amborum extinguetur, & dissoluetur regnum. Ostendimus autem ab historia quemadmodum usque ad tempora aduentus Saluatoris nostri Iesu Christi, utrumque et Iudæorum & Damascenorum permanserit regnum. Postquam uero ille ad omnes homines aduenit, sicut oraculum ipsum prædixerat, defecerunt, quo tempore imperium Romanorum una cum Saluatoris nostri publicatione inualuit. & hæc ad uerbum cum cecinisset oraculum, transiit ad sensum & intelligentiam, & ad uniuersalem maiorem spiritus in contemplando expositionem. & cum duos ordines hostium atque inimicorum inuisibilibus, hoc est malorum demonum institueret, qui omne hominum genus uariis modis oppugnant: unum quidem eorum qui & undique & semper inter homines cultus simulacrorum, & in opinionibus falsas sententias generant atque efficiunt: alterum uero eorum qui in moribus animarum perditionem atque interitum moluntur: quibus erroris in simulacris colendis imaginem ferre ostendisset eum qui Damasci imperaret: etiam uero per quem homines à temperanti sanoque uictu deducuntur, figuram esse eum qui Samarie non prius ait terram ab hisce liberandam (sic utique uocant homines in terra habitantes) quam in terra conspiciat Emanuel Deus: ubi autem hic illuxerit, & in hominis anima regnauerit, neminem posthac superstitum eorum qui antea ipsam possidebant. Sic sane etiam hoc in loco dictum esse illud, Accipiet potestatem Damasci, & spolia Samarie: ut pote cum Saluatoris nostri Iesu Christi uis acerrimè euerfura esset, cunctos inuisibiles nobis hostes, qui iam pridem his quæ superius dictæ sunt, à Deo alienis & noxijs operationibus uniuersos homines obsidebant, nec non rursus si ad uerbum interpretationibus, uideas protinus in ortu atque aduentu Saluatoris nostri, Damasci potestatem euerfam, & spolia Samarie sublata, hoc est earum regna, quæ usque ad tempora de quibus dictum est, durauerint, ex illo ad hunc usque diem, ut ab oculis prædictum est, defecerunt. Quidam uero etiam aliter dicunt, magos quos ab oriente uenerunt, & Christum qui puer adhuc erat, adorauerunt, hos ipsos esse potestatem Damasci. potes etiam magis in uniuersum dicere, omnesque eumque alienam à Deo multitudinibus deorum addictam simulacrorum culturam aspernati sunt, & Christi uerbo se ipsos addixerunt, præsertim si in uerbo & sapientia seculi huius potentes sint, eos ipsos esse qui Damasci potentiam nominentur, eodem sensu etiam spolia Samarie accipies, de Iudaica gente assumptos Salua-

ptos Saluatoris nostri discipulos & apostolos, quos quasi de hostibus. ad circumspectionem spectantibus. qui aduersum se militauerint, præde instat sibi ipsi subiiciens, contra Assyriorum regem armauit, quandoquidem sic rursus per figuram, seculi huius princeps significatur. At uero quoniam illud ante regem Assyriorum, manifestius Aquila reddidit, ubi sic ait, in faciem regis Assyriorum: uide ne forte in his uerbis Romanorum imperium significet: siquidem ex his quæ paulo ante à nobis exposita sunt, Assyrii sermone nostro, & qui dirigunt, & qui diriguntur intelligi solent. quoniam igitur oraculo quod nunc de Saluatore nostro redditur, etiam rex Assyriorum implicatus est, merito hic quoque à nobis Romanorum imperium acceptum est: quippe quod ab subiiciendis gentes ab ipso Deo dirigatur. Ergo qui nascitur puer, accepturus potentiam Damasci, & spolia Samarie, & traditurus in faciem Assyriorum, & in oculis eorum qui à Deo diriguntur canitur, atque hæc ipsa in ortu suo facturus uis quanta inter homines dispensatione fungen. Omnia uero hæc propheta in nouo & grandi libro stylo & scripture hominis tradere iubetur: hoc enim sermone nouum significatur Testamentum. Assumit autem quæ dicta sunt testes sacerdotum & prophetarum, oraculo docente, fore opus in demonstrationibus. de Christo tum à sacerdotio quod in lege continetur, tum prophetis qui postea fuerunt, accipere testimonia: & alioqui fideles uult esse testes, eos qui pueri de quo agitur inspecturi sint ortum, ut ea quæ in ipsa prophetia continentur intelligere possint. Supra enim dicebatur, Si non credideritis, non intelligetis, & alterum quidem lumen Dei habere: id enim Veritas ex interpretatione significat. alterum uero, qui benedictus sit filius, Dei in seipso memoriam ferre: id enim sibi uult Barachie Zacharias. hæc igitur nos in figuras contecimus. Si quis autem ex Iudæis hæc nolit sic se habere, is quæso nobis ostendat, quis unquam apud ipsos Emanuel fuerit, et quomodo propheta ad prophetissam accesserit, & quæ tanta dem ea sit, & quomodo euestigio cõceperit, & quis nam iste ex prophetissa natus filius, cui nomen ipse Dominus imposuerit, celeriter detrahe spolia, cito prædare, & quæ nam sit causa huiusce, eius qui natus sit, appellationis. Ostendant præterea illud quid sit, prius quam sciat puer uocare patrem aut matrem, potestatem accepisse Damasci, & spolia Samarie coram rege Assyriorum. Nos enim ista & ad uerbum, & figurate accipientes, iam nunc cõpleta esse demonstrationem in ortu Saluatoris nostri: quippe qui illud ite ostenderimus alias quædam ad uerbum, & secundum eam sententiam quæ in promptu sit: alias uero figurate oportere in ipsas prophetias incumberè. continuo namque post eas quæ antea dictæ sunt uoces, per obscuriores quasdam figuras adiungit: Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc, eo quod nolit populus iste aquam Siloam, quæ uadit cum silentio: sed uelit habere, Rhaasim, & filium Rhomelæ. idcirco ecce Dominus adducet super uos aquam fluminis fortis et multam, regem Assyriorum, & gloriam eius: & ascendet super omnem conuallē uestram, & ambulabit super omnem murum uestrum, et auferet de Iudæa hominem qui possit caput tollere, aut quidoneus sit consumere aliquid. et erunt castra eius ita, ut impleant latitudinem regionis tue, nobiscum Deus. Cognoscite gentes, & uincimini, exaudite usque ad extremum terræ. Planissime enim hæc nulla alia ratione, quam ex figura, & immutatione, cõuersioneque sermonis sententiã seruât: significant namque paquam Siloam quæ uadit cum silentio, euangelicam salutaris uerbi doctrinam: nam ex interpretatione, Siloam dicitur missus. Porro hic quis nam alius sit, nisi qui à patre ad nos missus est Deus uerbum: de quo etiam Moses ait: Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium. Pro illo enim, Cui repositum est in Hebraico habetur Siloam, eum uidelicet quæ hic habetur Siloam, hoc est missum, etiam illic significante oraculo. Porro Rhaasim rex fuit earum gentium, quæ simul-

Interpretatio nominis Assir.

Nominis Veritas interpretatio.

Genesis 49

OP. A. V. S. P. C. S. M.



que simulacra Damasci colebant, sicut Rhomelice filius eius Iudaice gentis, que in Samaria patriam religionem deseruerat. Minatur ergo Deus ipse qui Siloam, hoc est, missum Emanuel, & eum qui ex muliere prophetica natus est, filium, potabile & ac fecundum eius uerbum non susceperint, sed illud quod uis mansuere & cum silentio feratur, recusauerint, & contra se ipsos aut gentium simulacra colentium, aut populi Dei defectionis principem optauerint, se induiturur aquam fluminis fortem & multam: quam sane aquam, ipsum prophetie oraculum interpretat dicens, ipsam esse, regem Assyriorum. Sic enim rursus secundum sententiam, aut significat principem seculi huius: aut quod nasciturum potitur, Romanorum imperium: cui imperio traditi sunt qui eam, de qua dictum est, aquam Siloam, que cum silentio uadit, recusauerunt, aduersarij autem atque hostibus recte rationis sententijs atque opinionibus se ipsos subiecerunt: euefligio enim, neque ita post multum tempus, in eos qui Saluatoris nostri Euangelium non susceperant, sed potum Siloam qui labitur cum silentio recusauerant, Romanorum ab ipso Deo directus exercitus, facto impetu penetravit in omnem conuallem ipsorum, & ambulauit super omnem murum ipsorum, & abstulit de Iudea hominem qui posset caput tollere, aut qui idoneus esset consummare aliquid: & facta sunt eius castra ad eam magna, ut uniuersa Iudea latitudinem impleuerint. Et hoc quidem cur ita ad uerbum contra illos completum sit, si uis discere, audi iam. Nempe quoniam ille Deus Emanuel, qui de uirgine natus est, nobiscum fuit, non cum illis: nam si illum habuissent, non quam talia passi essent. Quapropter iam deinceps oraculum ad gentes in clamat ipsum Emanuel, dicens: Nobiscum Deus, cognoscite gentes, & uincimini. Et hec quidem nos hoc modo interpretati sumus, ut ostenderemus quem admodum nunc quidem ad uerbum, nunc autem per obscuriores figuras maximam prophetiarum partem intelligere oportet: ceterum iam inde abeuntes, conuenit etiam id quod de eadem prophetia superest, simili ratione contemplari. Quod si etiam nunc Iudaei hac alio quodam tempore futura esse dicant, utpote cum ea ex scripto duntaxat, atque ad uerbum, de eo qui ab ipsis adhuc expectatur Christo accipere soleant: interrogandi sunt protinus, quomodo qui uenturus est, ut ipsi aiunt, potestatem Damasci, & spolia Samaria accipiet coram rege Assyriorum, cum in presenti tempore Samaria sublata sit, neque amplius existat: et ea que potestas Damasci nominatur, nusquam appareat: neque item potentia Assyriorum, qua quidem cum Medis ac Persis euerissent, in eius locum iam pridem successerunt: que simul omnia cum sui ipsorum, hoc ipso tempore uix exiguum quoddam uestigium demonstrent, quo possimus eo fuisse aliquando conicere, qui tandem fieri potest, ut in futurum tempus eorum expectet euerfio: atque ne antea quidem ullo unquam tempore facta esse ea, que in huiusmodi prophetia continent, dicere ullo modo possunt. Nullus certe unquam apud Hebreos, ex prophetica matre & Esaiam propheta natus, spolia Samariae & potestatem Damasci, exercitu contra regem Assyriorum comparato (ut eam sententiam sequamur que a uerbis non recedit) accepisse memorat. Omni itaque ratione fateri cogimur, ea tantummodo secundum superius redditam, a nobis sententiam completa esse, hoc est, nusquam alias quam post aduentum Iesu Saluatoris nostri, quod tempore demonstrauimus ea que hoc modo predicta sunt, finem accepisse. Ergo in huius aduentu, sicut in ipsa prophetia continetur, scriptus est nouus liber, noui utique testamenti uerba complectens, & in his ortus prophetie mulieris filij, qui secundum uerba prophetie, & Damasci & Syriae uniuersae regalem potentiam, & que nos interpretati sumus, spolia Samariae, ineffabili quadam diuina & uirtute in manus regum Romanorum tradidit, ueritamen sententiam quoque sequentibus, suos idem de Iudeis multipulos, quasi spolia que dam adeptus, intelligibilibus rationalibusque armis multos, in faciem eius de quo dictum est regis Assyriorum, constituit, atque hostem tanquam

tanquam suos proprios scutatos milites comparauit. Attamen eos qui forendam uitalemque doctrine suae aquam, que cum silentio labitur recusauerint, & hostiles Deoque inimicas partes elegerint, regi Assyriorum tradidit, cui quidem etiam nunc addicti seruiunt. Ascendit igitur hic super omnem conuallem ipsorum, et super omnem murum ipsorum, & abstulit de Iudea omnem principem ac regem, qui hoc in loco caput nominatur: & omnem potentem, qui aliquid conficeret: ita enim ex illo in hunc usque diem illi neque ullum caput habent, neque aliquem in diuinis potentem, qualis quondam erat, qui illis ornamentum decusque addebat, siue propheta, siue alioqui iustus Deoque amicus uir. Constat autem illud quoque, quemadmodum omnis ipsorum regio inimicis hostibus per ipsorum subiectam, in hunc usque diem uexetur, & hec uniuersa, in ipsius Emanuel aduentu suum finem sortita sint. Hoc ipsum sane Hebraeorum scripta continent, quod prope modum significant, ipsum Emanuel, cui credere noluerunt Iudaei, autorem illis tantarum calamitatum extitisse, nobis autem gentibus, que illi credidimus, & salutem & Dei notitiam, ut iam demonstratum est, attulisse. Quare deinceps adiungit: Nobiscum Deus, cognoscite gentes & uincimini. Siquidem nos ex gentibus uicti sumus reuera, qui ipsi ueritati, & stantis nobiscum Dei uirtuti cedentes, in illum credidimus, ce dentesque eidem paruimus omnes pariter, que uis usque ad extrema terra habitamus, ut in prophetia scriptum est, que ait: Exaudivit usque ad extremum terrae, & nos quidem, & uicti sumus, & uocanti obtemperauimus. Ad eos uero qui de ipsis gentibus non crediderint, ea dirigit que sensus uincunt: et quamcumque rationem inieritis, non manebit in uobis: quoniam nobiscum Deus. Sic dicit Dominus forti manui non creditibus, quibus uerbi oraculum ad eos, qui iugum detrectant & doctrinam Christi resistunt. et potestati ipsius manui non credunt, planissime uaticinat, quod futurum sit ut ne ualeant quidem oppugnare nobiscum Deum, quamuis experiantur: & quod omne quodcumque aduersum nos commiserint, ipsis non constaturum sit, propterea quod nobiscum sit Emanuel. & hanc quidem sententiam facile est, ut attendant, eique essentiantur, qui minas aduersum nos & principum per singula tempora insolentias atque impetus animaduernerint, atque ut incassum eis omnium minarum euenta propter nobiscum Deum euaserint.

Demonstratio III.

Hoc primum, bisbe, cito fac, regio Zabulon, & terra Nephthalim, & reliqui maritimam habitant trans Iordanem, Galilea gentium, populus sedens in tenebris, uidete lucem magnam, sedentibus in regione & umbra mortis, lux exorta est eis. & que sequuntur. quibus adiungit: Quemadmodum omne ueste congregatam dolo, & indumentum, cum conciliatione soluturi sunt, & uolent si fuerint igne combusti. quoniam puerulus natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius imperium super humerum ipsius: & uocatur nomen eius, magni consilij angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potentiam habens, princeps patris, pater futuri seculi. Adducam enim pacem super principes, & sanitatem ei magnum imperium eius, & pacis eius non est finis, super solium David & regnum eius ut dirigat illud, & suscipiat in iudicio & iustitia ex hoc tempore & usque in seculum. zelus Domini Sabaoth faciet haec. iam nunc tertio puerum hunc prophetia commemorat, que eandem rem uarijs modis significat. Quoniam igitur nunc propositum nobis est, aduentus Dei ad homines modum ostendere, uide quae hic quam multis modis demonstratur. Primo quidem dicitur esse Emanuel Deus, qui de uirgine nasceretur. Secundo, ex prophetica muliere & spiritu sancto puerulus, qui non alius est quam is de quo iam diximus. Tertio is, de quo nunc agimus, qui cum prioribus unus est atque idem, huic igitur esse nomen dicitur, ut legitur apud Septuaginta, magni consilij angelus, & ut quidam codices habent, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potentiam

Christus in credulis of fendiculis, fidelibus uero salus.

Esaiæ uerbi

UPA... (vertical handwritten text)



Diversitas interpretu.

potentiā habens, princeps pacis, pater futuri seculi. Ut uerò est in Hebraico, sic
 cut Aquila testificatur. Quoniam puerulus natus est nobis, filius datus est nobis,
 & facta est mensura super humerum eius, & uocatum est nomen eius, ad
 mirabilis, consiliarius, fortis, potens, pater, etiam princeps pacis, & pacis eius
 non est finis. Sicut autem Symmachus: Adolescentulus enim datus est nobis
 filius datus est nobis, & erit disciplina eius super humerum eius, & uocabit
 nomen eius admirabilis, consiliarius, fortis, potens, pater seculi, princeps pa-
 cis, & pacis eius non est finis. Ergo non simpliciter angelus secundum ipsos
 Septuaginta, sed magni consilij angelus, & admirabilis consiliarius, & Deus
 fortis, & potentiā habens, & princeps pacis, & pater futuri seculi oriturus a-
 liquando, & puerulus futurus, ijs uerbis canebatur. Habes etiam in ijs qua
 prius dicta sunt, Dei uerbum, & Deum & Dominum diuersis modis appella-
 tum, & pariter eundem angelum patris nominatum, & primum imperato-
 rem copiarum Domini. sed quis tandem hic sit? secundum Aquilam quidam,
 & secundum ea quae etiam nunc apud Hebraeos feruntur testimonia, quae inter
 homines nascetur, & puerulus existet, admirabilisq; consiliarius, & fortis, &
 potens, & pater etiam, & princeps pacis, cuius pacis nunquam ait futurum si-
 nem. Secundum Symmachum autem, admirabilitas, consiliarius, fortis, potens,
 pater seculi, princeps pacis, & pacis infinitae atq; interminatæ. At, sicut Theo-
 dotion uoluit, admirabiliter consulens, fortis, potens, pater, princeps pacis, ad
 multiplicandam disciplinam, cuius pacis non est finis. Cæterum, quae sequun-
 tur, tibi ipsi contemplanda relinquo: hoc unū duntaxat adnotasse contentus,
 quod ipse hic, qui dicitur pater seculi, & infinitae pacis princeps, magniq; consilij
 angelus, oriturus aliquando & puerulus futurus prophetia declaratur. & in
 ortu suo inter homines uolet olim esse igne combustos eos, qui in ea salute
 gentium cuius ipse autor erit, odiosi futuri sunt: siue ijs mali quidam demoni,
 siue etiam impij homines intelligantur, de quibus ait: Quod omnem uestrem
 collectam dolo, & uestimentum, cum conciliatione soluent. Sed qui tandem
 hi fuerint, nisi de quib. alibi ex ipsius Saluatoris nostri persona dictū est? Pro-
 titi sunt uestimenta mea sibi, & super uestem meam miserunt sortem: & qui-
 cunq; eiusdem impietatis ac sceleris participes fuerunt: Qui quidem dicitur
 ipsos ad extremum contemptos uidebunt, optabunt se ante talem impietatis
 igne fuisse combustos, potius quam magni consilij angelum a se ipsis uolent
 fuisse. Tu uero tecum ipse cōsidera, num omnem humanam naturam transi-
 liat, quod illius pax nullum finem habitura esse dicatur, & quod pater seculi
 nominetur: præterea quod non simpliciter angelus uocetur, sed magni consilij
 angelus, & Deus fortis, & quae cunque unā cum his adnumerata sunt. Sic
 ait per illum regnum David esse dirigendum. quod ipsum sanè hoc intelliges
 modo. Plurima quidem ea sunt quae ipsi David promisit Deus, in quibus etiam
 am illa: Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius: ipse
 inuocabit me, Pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meae. Et, Ego
 primogenitū ponā illum, excelsum præ regibus terræ, in æternum seruabo illi
 misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi, & ponam in seculo
 seculi semen eius, & thronum eius sicut dies caeli. Et rursus: Semel iuravi in
 sancto meo, si David mentiar, Semen eius in aeternū manebit, et thronus eius
 sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in aeternum. Quum in Psalmo
 Deus ipsi David tam multa promiserit, contraria tamen ijs quae promissa sunt,
 illius successoribus euenisse constat, propter ipsorum impietates. Etenim ea
 ex semine David reges usq; ad lechoniam, & usq; ad Babylonicā templi obli-
 dionem permanserunt, ubi hoc ipsum accidit, tum uerò dissolutum est regnum
 adeo quidem, ut ex illo tempore, non amplius sedes David, neq; de semine
 eius quisquam apud Iudaicā gentem regnauerit. & hanc quidem earum re-
 que (ut proxime posita Psalmi particula demonstrat) ipsi David promissa
 sunt iactur

sunt, iacturam, spiritus diuinus in hunc modū canit: Tu uerò repulisti & de-
 spexisti, distulisti Christum tuū, euertisti testamētū serui tui, profanasti in ter-
 ra sanctuarium eius, destruxisti omnes sepes eius. Et post pauca: Sedem eius
 in terram collidisti, minuisisti dies temporis eius, perfudisti eū cōfusione. Quae
 omnia cum iam perfici inceperint, ab eo tempore quo populus in Babylo-
 nem captiuus ductus est, usq; ad Romanorum & Tiberij imperiū prolata,
 prouecta q; sunt. Nullus enim ex genere David hoc toto intermedio tempo-
 re in Hebraicā gentis regia sede uidetur sedisse, usq; ad Christi aduentū. Vbi
 uerò Dominus & Saluator noster Iesus Christus, qui de semine David ortus
 est, in totū orbem rex denūciatus est, tanquam ea quae de terra & ruina instaur-
 rata sit ipsa illa sedes David, per diuinum Saluatoris nostri regnū erecta est,
 & permanebit in aeternum, ueluti sol in conspectu Dei, illius lucis radijs quā
 doctrina illius praese fert, totū orbem terrarū illustrans. quod quidem & Psal-
 mi proximo testimonio consentaneū est, et huic prophetae, de quo nunc agi-
 mus, qui de puero orituro ait, ipsum in sede David, aeterna uidelicet ac per-
 manente, quae etiam ipsi David promissa est, sessurū in regno ipsius, ut dirigat
 illud, & suscipiat in iudicio & iustitia ab hoc ipso tempore usq; in seculū. Por-
 rō autem quomodo haec ipsa completa sint, satis abunde docere nos potest an-
 gelus Gabriel, in ea allocutione qua ad uirginem usus est, sic dicens: Ne ti-
 meas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. ecce concipies in utero, &
 paries filiū, & uocabis nomen eius Iesum. hic erit magnus, & filius altissimi
 uocabit. & dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius, et regnabit in
 domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Ipsum hunc in Psalmo su-
 periore etiam propheta expectans Christi ortum, & moram eius dilationem,
 que quasi ruinae sedis David causam inspiciens, tadio ingenti afficitur, & ait:
 Tu uero repulisti & despexisti, distulisti Christum tuū. Deinde quasi timens
 ac suspicans, Deum ipsum orat, ut quā celerrimè ea quae promissa sunt ex-
 hibeantur, dicens: Vbi sunt misericordiae tuae antiquae Domine, quas iurasti
 David in ueritate tua, quae quidem ipsa, ipsa inquam haec planissimè comple-
 da esse in ortu magni consilij angeli uaticinatur, in quo uolent, inquit, ij de q-
 bus antea dictū est, si fuissent igne combusti. Quoniam puerulus natus est no-
 bis, & filius datus est nobis, magni consilij angelus. Quib. autē nobis? nisi in ijs
 qui in ipsum credidimus? qui in Galilaea gentis sumus? quibus autor factus
 est luminis & latitiae, & recentis, nouiq; potus, noui testamenti mysterij, ut
 ipsa quoq; prophetia ait: Primū bibe, cito fac regio Zabulon, & terra Neph-
 thalim, & reliqui maritimam incolentes ultra Iordanem. Galilaea gentiū, po-
 pulus sedens in tenebris, uidete lucem magnā, & sedentib. in tenebris, & um-
 bra mortis, lux orta est eis. Sunt uerò ij qui in his uerbis significantur, & qui
 que ex gentib. in Christum Dei crediderunt, & Saluatoris nostri discipuli at-
 que Apostoli, quos de terra Zabulon & Nephthalim euocatos, praecones B-
 uangelij sui elegit. Hiscē enim magni consilij angelus filius datus est autor sa-
 lutis. Iis uero qui in ipsum non crediderint, ignis uidelicet atq; incendij. Vni-
 uerse autem huiusce dispensationis causam fuisse ait zelū Domini, sic dicēs:
 Zelus Domini Sabaoth faciet hoc. Sed quis tandem hic sit zelus, nisi is cui-
 us meminit Moses, ubi ait: Ipsi mihi zelum iniecerunt in eo, qui non erat De-
 us, & irritauerunt me in simulacris suis, & ego zelum inijciam eis in ea quae
 nō est gens, in gente stulta irritabo illos. Sed quoniam fauente Deo iam nūc
 ea quae ad eius aduentum ad homines pertinent, de quo apud prophetas agi-
 tur, necnon eiusdem aduentus modus, ex propheticis testimonijs demonstra-
 ta sunt, tempus iam esse uidetur ut inspiciamus, ubi terrarum oriturus, & ex
 tur: quae quidem ipsa, si placet, obsecro scrutemur.

OP. A. A. V. S. B. C. DE. S. M.



Michee 5. **E**t tu Bethleem domus Ephrata, minima es ut sis in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui praesit, ut sit princeps in Israel: & exitus eius ab initio ex diebus seculi. Idcirco dabit eos usque ad tempus parientis, pariet, & reliqui fratrum ipsorum conuertentur ad filios Israel. & consistet, uidebit, & pascet gregem suum in robore Dominus, & in gloria nominis Domini Dei ipsorum exiit, quoniam nunc magnificabuntur usque ad extrema terrae. & erit haec pax. Quod quidem ipse Emanuel, qui ex interpretatione est Nobiscum Deus, de uirgine nascatur, & quod puer fiat, magni consilij angelus, planissime ex his quae ante proposita sunt demonstratum est. Ceterum, oportebat etiam locum, in quo ille oriturus esset, significari. Diuinitus ergo praedicatur de Bethleem quidam egressurus princeps in Israel, exitus ab initio ex diebus seculi habens. Hoc autem ipsum nunquam humanae naturae accommodari poterit, sed soli Emanuel, & magni consilij angelo. Quod enim ab aeterno existat, cui tandem sit accommodandum nisi soli Deo? igitur de Bethleem (est autem hic Iudaeae locus, non procul ab ipsa Hierusalem situs) dicitur quidam ab aeterno existens progressurus. Nullum uero nisi unum Dauid inuenimus gloria praeditum ac celebrem, qui inde sit exortus, & post ipsum Dauid, alterum duntaxat, nostrum utique Saluatorem Iesum, qui Christus est Dei: praeter hos autem nullum alium profusum. At uero ipse quidem Dauid huiusmodi prophetae tempora antecepsit, & plurimis ante hoc oraculum annis, mortuus est. praeterea ne a diebus quidem seculi exitus suos fecit Dauid. Superest igitur, ut in eo qui post haec de Bethleem proficiscitur, re uera Emanuel, qui quae omnia quae creata sunt antecedit, & Deus uerbum, & nobiscum Deus appellatur, quae hic scripta sunt compleantur: quoniam ipse quoque illius in Bethleem ortus, planissime Dei aduentum significauit, ex his admirabilibus rebus quae apud ipsam illam Bethleem euenerunt. Siquidem Lucas in hunc modum enarrans describit. Factum est autem in diebus illis. Exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. haec descriptio prima facta est praeside Syriae Cireno. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in sua ciuitate. Ascendit autem & Ioseph a Galilee de ciuitate Nazareth, in Iudaeam, in ciuitatem Dauid, quae uocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria, de sponsata sibi uxore pregnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in praesepio, quia non erat eis locus in diu(er)sorio. Et pastores erant in regione eadem uigilantes, & custodientes uigilias noctis super gregem suum: & angelus Domini stetit super eos, & gloria Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quoniam natus est nobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. & hoc uobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in praesepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militum caelestium laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bonae uoluntatis. Et factum est, ut decesserunt ab his in caelum angeli, pastores dixerunt ad se inuicem: Transeamus usque Bethleem, & uideamus hoc uerbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. & uenerunt festinantes, & inueniunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in praesepio. Videntes autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. & omnes qui audierunt mirati sunt de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Haec quidem Lucas Matthaeus autem ubi ea quae ad ortum Saluatoris nostri exponit, scribit in hunc modum: Quum autem natus esset Iesus in Bethleem Iudaeae in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente uenerunt in Hierusalem, dicentes, Vbi est qui

qui natus est rex Iudaeorum: uidimus enim stellam eius in Oriente, & uenimus ut adoremus eum. Audiens autem Herodos rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo: & congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Bethleem Iudaeae. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethleem domus Ephrata nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiit dux, qui pascet populum meum Israel. Tunc Herodes clam uocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellae quae apparuit eis. & mittens eos in Bethleem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi, ut et ego ueniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. & ecce stella, quam uiderant in oriente, antecedebat eos, donec ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gaudi sunt gaudio magno ualde. & intrantes domum, uiderunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum: & aperitis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham, & responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. Haec autem uniuersa exposui, ut demonstrarem ea quae in ortu Saluatoris nostri in Bethleem gesta sunt, certissima praebere argumenta, illum esse de quo loquitur propheta. Atque hodie quoque qui locum illum incolunt, tanquam a patribus ipsorum accepta memoria, his qui uisendi loci gratia Bethleem petere consueuerunt, testimonium suum afferunt, ueritati fidem facientes: agrum quoque demonstrantes, ubi uirgo enixa infantem deposuit, quae de ipsa re propheta sic ait: Idcirco dabit eos usque ad tempus parientis pariet, & reliqui fratrum ipsorum conuertentur. Consentanea autem hic quoque prophetica mulier, quae ipsum Emanuel & magni consilij angelum erat paritura. Nam usque ad huiusmodi tempora, eiusque qui de ipsa erat oriturus, quae ad priorem populum pertinet, steterunt: quippe cum eis praescriptio temporis data esset, ut ne nasceretur, post quem sublatum quidem est ipsorum regnum, qui uero reliqui fratrum ipsorum dicuntur, ij sunt accipiendi, qui in Christum Dei crediderunt, apostoli & discipuli & euangelistae Saluatoris nostri, quos conuersos ipse Dominus pascere dicitur: non sicut prius per angelos, ac per ministros homines, sed ipse per seipsum, usque adeo ut propter hoc magnificari eos contingerit usque ad extremum tetrae. Magnificati enim sunt, quo tempore in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. Constat uero etiam illud, quam magnus grex per uniuersam terram ex rationalibus humanisque ouibus ipsi Domino per apostolos suos collectus sit. Quem sane grexem ipse Dominus per seipsum, qui eius pastor simul & Dominus est, uel excelso a Domino & pastore conseruatae oues nihil mali patiantur ab insidiaribus asperis & immitibus feris. Et ea quidem quae ad ortum in Bethleem, quae ad progressum ex eo pertinent eius Dei quae prophetae nunciabant, in hunc modum se habent. Aduentum autem ipsius Domini & pastoris de caelo ad homines iam pridem ex eodem propheta, qui nunc in manibus est, propositum, ubi erit Dominus uobis in testimonium. Dominus ex domo sancta sua, quia ecce tunc: Propter impietatem Iacob omnia haec, & propter peccatum domus Israel. Ab his autem quae sequuntur apud eundem prophetam, etiam illud plenum est, quod non solum propter salutem & uocationem gentium cunctarum. Adiungitur, sed etiam propter salutem & uocationem gentium cunctarum. Adiungitur igitur deinceps: Et erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini. & tunc stabunt ad ipsum populi multi, & ibunt gentes multae, & dicent: Venite, ascendamus

Christi filius Iudaeis & gentibus oblata.

OP. A. V. S. P. B. C. S. M.

scendamus in montem Domini. Quare posthac ubi eum qui est ante secula de Bethleem egressurum nunciauit, non solum Israel amplius, sed confertim omnibus gentibus usque ad extrema terra illius imperatorum affirmat. Dicit igitur: Et stabit, & uidebit, & pascet gregem suum in fortitudine Dominus, & in gloria nominis Domini Dei ipsorum existent. Quoniam nunc magnificabuntur usque ad extrema terra, & erit hæc pax. Cui porro erit hæc pax, nisi terra in qua magnificabuntur greges Domini: id ipsum autem quem finem sortitum sit post Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum, nemini obscurum esse potest. Nam cum ante hunc aduentum, principum esset multitudo, et uniuersæ gentes, aut sub tyrannis, aut in statu populari essent constitutæ, ut nullum inter se commercium homines haberent, sed priuatim: exempli gratia, apud Aegyptios suus princeps regnaret, apud Arabes item suus, apud Idumæos, Phœnices, Syros, aliasque gentes: quumque gentes aduersus gentes, & ciuitates aduersus ciuitates consurgerent, oblationes innumerabiles, & captiuitates omnem locum ac regionem fierent: tum uero ubi Saluator noster ac Dominus affuit, una cum illius ad homines aduentu, iam tunc primo Romanorum Augusti imperium in orbis nationes obtinente, solutus ilico est ille multiplex principatus, & pax uniuersam terram accepit, ei prophetia quæ nunc tractat concordans, apertissime de Christi discipulis dicenti: Quoniam nunc magnificabuntur usque ad extremum terra, & hæc pax. Cui consentaneum est quod in Psalmis legitur de Christo oraculum, dicens: Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Ex quo mihi uidetur princeps pacis in ea, quæ proxime exposita est, prophetia nominari. Animaduerte tamen quæso, quo pacto pacto is de quo nunc agimus Propheta Dominum de cælo egressurum inquit ait, ac non prius erga homines pastoris officio functurum, quam nascatur is qui à prophetis canitur, in Bethleem. quomodo uero hæc in Salvatore ac Domino terminata sint, testimonio suo planum fecit Euangelista in his uerbis quæ ab illo nuper accipiens proposui. Pastor autem & dux ipsius Israel declarandus dicitur Christus: eum hæc sacrarum literarum sit consuetudo, ut sententiam sequentibus. uerum Israel nomen omnem eum qui contemplari facile possit, & gratam Deo uitam sequatur. sicut e contrario Iudæos post peccatum, Chanaanos, & semen non Iudæ sed Chanaan, & principes Sodomorum & populum Gomorrhæ ad mores illorum alludens uocare solita sunt. alioqui uerba etiam ad uerbum interpretantibus, omnis Saluatoris nostri uita consuetudo apud Iudæam gentem fuit, & multorum ex Israel dux extitit, eorum uidelicet qui ipsum agnouerunt, atque ex circuncisione in ipsum crediderunt. quod quidem quod ad expositum oraculum pertinet, talem exitum inuenit, quæ autem sequuntur, altero assumpto initio legenda sunt, quæ sic quidem se habent. Assyrius cum uenerit in terram uestram, & cum ascenderit in regionem uestram, excitabuntur in illum septem pastores, & octo morsus hominum, & reliqua: quæ quo sensu sint accipienda, non est nunc enarrandi locus. Dixerunt autem quispiam, post Assyriorum in Iudæam aduentum, quo Iudæa gens ab illis capta est, tam multas incursiones atque insolentias contra illos extitisse, quam multæ septem pastoribus & octo morsibus indicantur. Hæc autem sciri possunt ab his qui res Assyriorum memoria prodiderint, quorum post finem, eum de quo propheta loquuntur de Bethleem extitisse, post septem uidelicet pastores, & post octo morsus qui Assyrios inuaserint, temporibus quæ illorum in Iudæam accessum subsequuta sunt. Ceterum, hæc plurimam postulantia indagatiorem, non est nunc curiosius explorandi tempus.

Psalm. 131.

Demonstratio. V.

Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius, sicut iurauit Domino, uotum uouit Deo Iacob, Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormi-

dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domini, tabernaculum Deo Iacob. Ecce audiui eam in Ephrata, inuenimus eam in campis syluæ, introibimus in tabernacula eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Tum deinceps adiungit: Propter David seruum tuum, ne auertas faciem Christi tui. Iurauit Dominus David ueritatem, et non frustrabit eum: de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Et adiungit his item dicens. Illuc producam cornu David, parauit lucernam Christo meo, inimicos eius induam confusione, super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea. Etiam hæc prophetia cum superiore concordat, quæ illi Deum quæ nunciatur uenturus, de Bethleem progressurum significat. Ipsum hoc igitur David quoque, prius quidem ignorans, optat discere ab ipso Deo: tum uero ubi optauit, uotoque poposcit, id ipsum docet. Postquam oraculum accepit quod ad ipsum in Psalmo ita ait: de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. & rursum: Illuc producam cornu David, parauit lucernam Christo meo. merito procumbit ipsi Deo, atque ita hærens solo, supplicat & precat. longius autem constantiusque in oratione perseverans, iurat Deo, non prius se ingressurum in tabernaculum domus suæ, neque daturum oculis suis somnum, & palpebris suis dormitationem: neque ascensurum in lectum strati sui, humi stratum quoque adherentem: eoque modo ad orantem ac supplicantem mansurum, donec inueniat locum Domino, & tabernaculum Deo Iacob: hoc est, donec discat, Domino sibi indicare, ipsius Christi ortum. cum autem uoto id postulasset, et talia cognoscere experiuisset, haud ita multo post, quæ futura erant diuino indicante spiritu contemplat: quippe cum suis Deus pollicitus sit, se amplius loquentes exauditurum. Itaque illi in hunc modum exaudito, oraculum reddit, quo ipsa Bethleem inlatur, tanquam illic locus Domini, & tabernaculum Deo Iacob constitueda sint. Hæc igitur ubi diuinitus spiritus apud se ipsum cecinit, ipse se ipsum exaudiens ad iungit, Ecce audiui eam in Ephrata. Ephrata uero eadem est & Bethleem, sicut in Genesi constat, ubi de Rachel dictum est, Et sepelierunt eam in Hippodromo Ephrata, hæc est Bethleem. Et superior prophetia habebat illud, Et tu Bethleem domus Ephrata. Ecce, inquit, audiui eam. Constat autem, quod per illud eam Christi originem intelligit, & ipsius Dei Iacob habitationem. Sed quæ tandem hæc fuerit habitatio Dei Iacob, nisi ipsius Christi corpus quod in Bethleem natus est: in quo tanquam in tabernaculo unici filij diuinitas habitauit: ceterum non simpliciter Dei, sed cum additione, Dei Iacob, tabernaculum esse dicit: propterea quod non aliter sit quidquam, quod in illo habiteret, quam is Deus qui ipsi Iacob in hominis specie ac figura sit uisus. Cuius sane gratia illo etiam cognomine Israel dignus est habitus, tanquam is qui Deum uiderit. nam id nomen si interpreteris, eum, quod Deum uideat, habebis. quod uero non alius sit quam Deus uerbum, qui ipsi Iacob uisus sit, in huiusce operis primordijs demonstrauimus. Precanti ergo David, & uidere cupienti locum ad tabernaculum Domini Deique Iacob, ipse Bethleem locus ostensus est. Quapropter cum dixisset, Ecce audiui eam in Ephrata: adiungit dicens. Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Planissime igitur in his quoque uerbis, in Ephrata, quæ est Bethleem, ipse Dominus & Deus Iacob locum sibi ac tabernaculum constituturus canit. quod ipsum cum Micheæ prophetia concordat dicente, Et tu Bethleem domus Ephrata. Ex te mihi egredietur dux, & egredietur ad nullum alium esse referenda quam ad unum Saluatorem ac Dominum nostrum Iesum qui Christus est Dei, qui in Bethleem sicut prophetia prædixit, natus est. Nullum enim alium quispiam unquam ostendet, qui inde cum gloria post ipsius prophetiam eorum qui apud Hebræos Deo amici fuerint, præter unum Saluatorem ac Dominum nostrum, qui Christus est Dei, utrumque habuisse demonstratur, & quod de semine David, & quod in eo loco sit natus. Tempus igitur iam est, ut illum ipsum esse, non alium quempiam fateamur,

Bethleem
& Ephrata
idem.



qui in his propheticis uerbis significatur, euidenterq; in ijs q sequitur eundem... Psalms dum nominatim Christum appellat, hoc ipsum ostendere, ubi ait: Propter David seruum tuum, ne auertas faciem Christi tui. Et rursus: Illuc productum cornu David, parauit lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusio...

Quid ornu David.

Bethleem Domus panis.

ca: deinde tanquam notas atq; impresiones maxime accommodatas prophetica illis adiuga testimonia. Mattheus ergo Christi genus (quatenus ad humanam eius naturam pertinet) in hunc modum describit: Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob...

De quo genere progressurus caneretur. Demonstratio VI. Cap. III.

Et erit, cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, fixabitur semen tuum post te, quod erit ex uentre tuo, & parabo regnum eius: Ipsi edificabit mihi domum in nomine meo, & erigam sedem eius usque in sempiternum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. In octavo autem et octo...

Salomon non in omnibus typus Christi.

Vertical handwritten text on the right edge of the page, possibly a library or collection mark.



festum, igitur alium ex semine David surrecturum, de quo hec oracula loquantur, querere oportet. At enim ex illo quatenus aut monumeta literarum prodiderint, aut in memoria hominum relideat, nullus alius talis extitit, nisi unus Saluator & dominus noster qui Iesus Christus est Dei: qui quidem unus ex omnibus, qui unquam de semine David regnaverint, in toto orbe terrarum filius David appellatur. hocque secundum illius ortum, quod ad humanam naturam pertinet, omnes confitentur. atque huius regnum & manet nunc, & permanens est posthac in infinitum: eum perseverans, neque innumerabiles adversus illud insidie proficient, sed divina sua & plus quam humana uirtute quod diuinitus afflatum atque insuperabile habuit prophetia quae de ipso extat palam omni tempore demonstrabit. Vbi uero Deum per sanctum suum iurantem audis, patrem accipere iuramentum per Deum uerbum, qui omnia secula antecedit, sanctum utique atque unicum suum filium, quem uarie ut Deum ante a nobis expositi sermones celebrauerunt, per quem iurat Deus & pater ipsius tanquam per dilectum, se eum, qui de semine David oriatur, in infinitum seculum glorificaturum. quod ipsum etiam est factum, quo tempore uerbum caro effectum est, & eum qui de semine David oriebatur, assumpsit, Deumque effecit. Quocirca filium quoque eundem appellat, dicens: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et rursus, Et ego primogenitum ponam illi. Planissime igitur in his uerbis filius Dei primogenitus de semine David futurus dicitur: adeo quidem, ut unus atque idem sit filius David cum filio Dei, & filius Dei cum filio David, in quibus euidentissime primogenitus omnis creaturae ipse filius Dei, filius hominis futurus canebatur. Hoc autem oculum scripturae Evangelicae quasi signo impresso confirmat, ubi ait: Gabriel cum adstitisset uirgini, dixisse de Salvatore nostro: Hic erit magnus, et regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Et post in eodem Evangelio, Zacharias Ioannis pater huius de Christo diuinar: Benedictus Dominus Deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem populo suo, & erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt, prophetarum eius. Quod uero promissam ipsi David aeternam sedem Saluatoris & Dominus noster Iesus, qui Christus est Dei, neque alius ex hominum genere quisquam acceperit, satis ea quae superius posita sunt testimonio comprobauerint, nec non ipsius Gabrielis & Zachariae, in quibus etiam illud confirmatur, quod quatenus ad humanam eius naturam pertinet, de semine David natus est. Ceterum, quae ratione ipsius Ioseph genus sancti Evangelicae describunt, quatenus Saluator noster ex eo natus non sit, sed de spiritu sancto & sancta uirgine, quoque modo haec ipsius Domini mater de genere ac semine David fuisse ostendatur, in primo & quaestionum & solutionum quae ad generationis Saluatoris nostri seriem atque enarrationem pertinent, explicauimus. Ad illa igitur eos, qui discere cupiunt, remittimus: quando ad aliud scribendum argumentum praesens nos tempus reuocat atque impellit.

Filius David & filius Dei, uel.

Demonstratio VII.

Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam filio tuo regis ac deinceps adit: Et permanebit cum sole, & ante lunam, generationes generationum. Ascendet sicut pluuia in uellus, & sicut stillicida stillantia super terram orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque terminos orbis terrae. Et post patet sic ait: Super extolletur super Libanum fructus eius, erit nomen eius benedictum in secula. ante solem permanet nomen eius, & benedicent in ipso omnes tribus terrae, omnes gentes beatificabunt eum. Quando ergo in solo monem scriptus est Psalmus, primi Psalmi uersiculus ad illum reuertitur, quod uero sequuntur, omnia ad filium Solomonis, non Rhoboam, qui post illum regnauit in Hierusalem: sed ad eum, qui de eius semine, ratione humane nature

ture profectus est, Christum Dei. Quod enim neque ad Solomonem, neque ad eius successorem referri possint ea quae in Psalmo continentur, propter ea quae de illo cognita habentur, quicunque diuinarum scripturarum imperitus non est, facile contestabitur. Etenim qui fieri potest, ut de Solomone, aut de eius filio Rhoboam accipiantur, quae per totum Psalmum feruntur, quale est illud: Dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrae. & illud: Permanebit cum sole, & ante lunam generationes generationum, & quae cumque alia his similia adiunguntur. Quapropter sine multa admodum exploratione, quae quidem uerba initio Psalmi habentur, Deus iudicium tuum regi da: sane ad illum ipsum Solomonem referantur, quae uero sequuntur, Et iustitiam tuam filio regis: ad Solomonis filium, non illum primogenitum qui illi in regno successit (nam ille quum soli Iudaicae genti ne totos quidem decem & septem annos praesuisset, pessime usus est imperio) sed nec ad alium praeferat quempiam eorum, qui post Rhoboam in regno Solomonis successerint, sed ad solum a David oriendum, qui ita Solomonis filius ut ipsius David dicitur est. Hic autem fuit Saluator & Dominus noster Iesus Christus. Huius uero unius sedes permanens est cum sole: & hic idem, nec alius quisquam ex hominum genere, ante lunam & ante mundi constitutionem tanquam is qui Dei sit uerbum ab initio fuit: atque hic solus coelitus in omnem terram roris instar stillauit. Dicitur quoque est, illum ad omnes homines exortum esse, in his quae paulo ante a nobis exposita sunt, & iustitiam permanentem usque ad uitae consummationem, quae lunae sublatio nominata est. Evidenter uero Saluatoris nostri uirtus dominatur atque imperat ab Eoo mari usque ad solem occidentem, quae quidem uirtus actionum suarum initium fecit a flumine, quod est aut a lauacri mysterio aut a Iordane, ubi quum primum se uidentem praebuerit, hominibus coepit esse beneficus. Ex illo ergo profectum illius inter homines regnum, uel uersam terram peragrauit. Quum uero per Libanum Hierusalem intelligatur, ut ex quam plurimis prophetis apparet, propter antiquum in illa sanctuarium, & altare, & quod in eo ad honorem Deo thuris instar offerebantur: Christi fructus, quod est ex gentibus ecclesia, super Libanum extollendus canitur. Caeterum studiosior quisquam discenti, ubi per otium apud se ipsam per singula uerba eundem Psalmum explorauerit, uni Domino nostro conuenire quae in eo continentur, facile contestabitur. Solomoni autem, aut alij cuiquam eorum regum qui post Solomonem paucis annis non amplius uni Iudaicae genti non alibi quam in una Iudaea terra imperauerint, nequaquam.

Demonstratio VIII.

Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis: replebit eum spiritus timoris Dei, non secundum opinionem iudicabit, neque secundum loqueliam redarguet: sed iudicabit humili iudicium, & redarguet humiles terrae, & erit iustitia cingulum agno, & pardus simul quiescet cum haedo, & uitulus & leo simul pascentur, & erit radix Iesse: & qui surgit imperare gentibus, in eo gentes sperabunt, & erit requies eius honor. Hic Iesse, qui hoc in loco indicatur, pater fuit David. Quemadmodum enim in his prophetis quae ipsam hanc antecesserunt, monis: eodem modo etiam hic plurimis annis post mortem non solum David, sed etiam Solomonis, de radice Iesse, hoc est de radice David, proditurus quidem praedicitur. Praesens autem ratio ea dissoluet, quae in superioribus apud Iudaeos de Solomone credebantur, quum illius mortis tempus constet, & haec eadem Esaias de quodam alio uaticinet, qui sit de radice Iesse & de semine David pro-

OP. A. H. V. S. B. C. E. S. M. I.



proditurus. Quod uero non ad alium quam ad nostrum Saluatorem Christum Dei, qui de radice David & Iesse ortus est, referenda sint...

Habitabit lupus cum agno.

Hierem. 33.

Ecce dies ueniunt, dicit Dominus: & suscitabo ipsi David ortum iustum, & regnabit rex, & intelliget & faciet iudicium & iustitiam in terra...

hica fuerit de quo propheta loquitur, & sane absque mendacio constitit uaticinium. Solus enim de semine David, qui eodem nomine cum patre suo pariter ad sensum sit dictus...

Qui ueri iudei et circumcisi.

Iosedecim iusti Dei.

Demonstratio. X.

Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuas in tergo inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, de germine mihi fili ascendisti...

Genesis 49

Vertical handwritten text on the right margin of the second page.

DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 374
 quæ de illo ipso Christu proditurū significant. Quod si eodem congereris, & huic quam nunc tractamus eas item, quæ in superiorib. positæ sunt, propheti as apposeris, inuenies simili ratione ad quoddam signum cõmune, unã atque eundem nunciari. Illa quidem de eo dicebat, qui de radice Iesse esset surrecturus, & erit qui surgit imperare gentib. in ipso gentes sperabunt. Alia uero de filio Solomonis, & dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad fines orbis terre, & benedicentur in eo omnes gentes. Ea uero quam nunc tractandam assumpimus, itidem: Donec ueniat, inquit, cui repositū est, & ipse erit expectatio gentium. Quod si hæc de gentibus oracula concordant, & ostensum est quemadmodum ea quoq; quæ hæc ipsa antecesserunt, ad Saluatorem nostrum spectant, nihil amplius fuerit impedimento, quin hoc ipsum quoq; quod nunc tractamus, eundem illum respiciat, quandoquidem in cõcellum est, consentanea inter se ab omnib. illis diuinari: præsertim quum usq; ad tempora aduentus Saluatoris nostri Iudaicæ gentis principes, eiusdẽ que duces, ex maiorum suorũ successione permanerint, unã uero cum eius aduentu defecerint, gentiumq; pariter expectatio finem ipsius Iacob uaticiniũ imposuerit. Igitur hoc etiam in loco Christus, qui ipse nõ alius de tribu Iuda proditurus significat, quiq; ex Dauid & Solomone, atq; ex radice Iesse exiturus ferebatur, ex eadem tribu profectus ostenditur. Nam Iesse quidem filius fuit Dauid, ipsius autẽ Dauid Solomon, qui de tribu Iuda oriũdi sunt. Erat ergo ex eadẽ Saluator ac Dominus noster, sicut etiã diuinus Euangelista Matthæus in eius genere narrãdo testificatur, dicẽs: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam & cætera. Sed quando harum rerum propriam demonstrationem explicauimus, tempus iam fuerit intueri, quibus temporibus ea quæ propheta prædixerant, completa sint.

LIBER OCTAVVS.
 PRÆFATIO.



Quum antea demonstrauerimus in quã multis scripturæ diuinæ locis Dei uerbum ad homines uenturū caneretur, unde & ubi, & quomodo ipsi qui in terra uerfarentur uidentur prophetis apud Hebræos uocibus nunciaretur, & quod idem, nõ alius, sed ipse ille esse Dei filius, qui omnia secula antecedit, quemq; in alijs, & Deum, & Dominum, & primum imperatorem, & magni consilij angelum, & Dei pontificem esse, antea didicimus: sequitur ut post illa omnia quæ superius explicati sunt, eiusdem aduentus tempora ex ipsis rursus prophetis prædictionibus ac testimonijs demonstremus, indeq; initium huiusce ree capiamus. Temporũ enim quibus Christi aduentus futurus esset, signa euidentia hæc fore, sacræ literæ nunciãt. Quã tria insigniora uigerent apud Hebræos magistratum genera, à quibus gens ipsa nomen & decus obtinebat, unum regium, alterum propheticum, tertium pontificium. horum simul omnium dissipationem atq; extremam euerfionem significare aduentu Christi adesse uaticinantur: argumẽta uero atq; iudicia eorundem esse temporũ, quum Mosaiico ritui finem iniectum, tum ipsius Hierusalem tẽpliq; quod in ipsa erat, solitudinem, tũ etiã uniuersa Iudaicæ gẽti ab inimicis atq; hostibus iugum seruitutis impositum. Sed alia præterea eorundem subiiciunt signa temporum, abundantiam pacis, principatũ rerum que publicarum quæ a condito æuo fuissent per singulas gentes atque urbes interitum, à simulacrorum cultu, quo plures siue dij, siue demones colebantur, auerfionem, unius supremi opificis Dei cognitionem ac uenerationem. Hæc igitur uniuersa, quorum nihil quondam temporibus prophetarum

Tria apud Hebræos magistratum genera.

Autẽ erat, sub ipsius Christi aduentum futura, diuina oracula prædicebant: quæ etiam cum ipsis oraculis cõcordantia suum finem contigisse, haud ita multo post demonstrabuntur. Cæterum cur non prius, sed nunc duntaxat hæc extremis temporibus post longũ multũq; æuũ Christus uidendũ seipsum in uita præbuerit, causæ quidem antea quoq; dictæ sunt, ueruntamẽ etiã nũc pauca atq; in summa repetent. Quum multus esset quondam, qui humanas animas obtenebraret, impietatis et amentia squalor, & grauis quædam a Deo alienatio omnem uitam hominum subegisset atq; occupasset, aded ut ab agreffibus & immitibus feris nihil differre homines uiderentur: tũ neq; ciuitates, neq; respublicas, neq; leges, neq; honestum quidquã aut uitæ cõducibile nouerant: neq; uero scientias ullas aut artes animo cõplectebantur: uirtutis autem ac philosophiæ ne minimam quidem notionẽ tenebant: sed in solis desertis locis, in montibus ac speluncis & uicis degentes uersabantur, & latronũ instar eos qui propius accelsissent inuadebãt: nec aliunde sibi uictũ querebãt, quam ex eorũ oppressione, quos imbecilliores nacti essent. Iidem porro neq; supremum Deum, neq; ullum religionis ueræ modum nouerant: sed in solis quibusdam naturalibus notionibus instincti, existere quidem in reb. diuinã quãdam uim, Deumq; esse ac nominari, & eam salutarem ac beneficã sentire appellationem, naturali quadam doctrina fatebant: ut uero nõ alitid quidquam putarent, quam eum qui est supra omnem quæ cernitur naturam, nequaquã adduci poterant. Proinde nonnulli quidem eorum cultum suum tribuerũt, ac seruiertunt creaturæ potius, quam creatori: alij uero euauerũt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ, aded quidem ut mutauerint gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uoluerũt: & quadrupedum, & serpentium. Itaq; mortuorum uirorum quorundam potentium, aut etiam tyrannorum qui antiquitus fuissent, quũ imagina atq; impudica eorundem facta quasi deorum gesta pulcherrima uenerari, theologicis quibusdam ritibus instituerũt. Qui igitur fieri potuisset, ut in tali statu uita degentibus, atq; in tanta profunditate malitiæ uersantibus, sapiensissimum atq; omnem uirtutem in se cõtinens Christi uerbum, dum summam perfectamq; nunciat philosophiam, accõmodaretur? quapropter illos diuina omniãq; curans iustitia, quasi agreffem & nocentissimam syluam attõdens atq; amputans, nunc quidem diluuijs, nunc autem incendijs castigabat: interdũ uero eosdem mutuis bellis & cõdibus & obsidionibus assiduis tradebat: quippe quos ipsi demones, ipsi inquam illi deos suos censebãt, in furoribus bellorum, quibus cõtra se inuicem grassarentur, inflammaret. Ex quo fiebat, ut nullos inter se aditus haberet finitimi, sed impermixta, incõmunicabilisq; hominũ esset illis temporibus uita: paucos autem quosdã, ut in eiusmodi statu, & facile numerabiles, quorum sacra aquæ Hebræos oracula meminerũt, Dei studiosos, amicosq; nacta, hos ipsos & responsis alloquebatur, & ad diuinas uisiones admittibat, eosdemq; interim quasi manu captas curabat, et legibus, quas Moses fixerat, cultiores reddebat. Sed ubi iam ex legibus q; his ipsis datae fuerant, atq; ex prophetis posthac disciplinis, in omnes homines fragrantie cuiusdam instar profusus, quod supererat, multorum animi mansuetio res euaserant, multisq; gentibus & ciuiles mores, et legum institutiones cõfca illa feritate desinente, & agreffi immani q; uictu, in mitiorem iam tum cõmutato: ipse iam temporis opportunitatem nactus, ipse inquam perfectiorũ Dei notitiã introductor Deus uerbum seipsum exhibuit, ad præscriptũ humanã a se assumenda naturæ tempus, unãq; gentibus uniuersis tã Græcis quam Barbaris, omni utiq; humano generi, patris sui clemẽtiam pietatemq;

Variis cultus deorum distidere facit homines.



nunciare tum cœpit, et ad unam cunctos homines in Deo adhortari salutem: ipsamq; ueritatem, ueræq; religionis lumen, nec non cœleste regnum ac sempiternæ uitæ promissionem, omnib. ipse prior spōdere ac parare. Hactenus igit hæc dicta sint temporib. quā utiq; ob causam nō iam diu, sed nunc demum, Christus Dei in omnes homines suū lumen emiserit. Ceterum ad superiora redcuntes, temporum aduentus illius particularim q̄ signa extiterint, cōside remus, euangelicasq; in primis de ortu eius uoces adnotemus. Matthæus igit tur tempus, quo ille in corpore humano uideri cœpit, in hunc modū narrat: Cū esset, inquit, natus Iesus in Bethleem Iudææ in dieb. Herodis regis. Et paulo post: Audiēs, inquit, q̄ Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo. Lucas autē quo tempore ille & docere & seipsum ostendere cœperit demonstrat, ubi ait: Anno xv. imperij Tiberij Cæsaris, procurate Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autē Galilææ Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Itruriæ & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilinq; tetrarcha sub principib. sacerdotū Anna & Caipha: His igitur si Iacob prophetiam quæ est apud Mosem apponamus, operæ præcium fecerimus, quæ in hunc modum se habet.

Quæ admodum quibus temporibus regnum apud Hebræos deseruit, ipsam gentium instabit expectatio. quod sanè etiam factum est sub ipsam Saluatoris nostri aduentum. Demonstratio. l.

Genesis 48.

Vocauit autem Iacob filios suos, & dixit: Congregamini, ut annunciem uobis quid euenturū sit in dieb. nouissimis: congregamini, & audite filij Iacob, audite Israel patrem uestrum. Deinde ubi priorib. filijs alia alijs crimina obiecit, tanq; ijs qui ob suam ipsorum culpam, eo quod nunc dicendum est oraculo indigni euasissent, quarto eorum tanq; ei qui reliquos fratres probitate uitæ antea ret, hæc futura prædicit: Iuda te laudabūt fratres tui. manus tuæ in tergo inimicorū tuorū: adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, de gemine filij mi ascendisti, recumbens dormisti ut leo, & ut catulus. Quis excitabit ipsum: nō deficiet princeps de Iuda, neq; dux de femorib. eius, donec ueniant q̄ ipsi reposita sunt, & ipse expectatio gentiū. Considera quæso primum, quæ nam ea esse dicat q̄ ipsi reposita sunt: & uide num ea sint, quæ ad Abraham et ad ueteres eidem similes patres, de uocatione gentiū Deus olim canens respenderit. Scriptum igitur est, quemadmodū ad Abraham Deus dixit: Et eris benedictus, & benedicam benedicientibus tibi, & maledicentibus tibi maledicam. & benedicent in te omnes tribus terræ. Et rursus: Abraham uerū, inquit, futurus est in gentem magnam & multā, & benedicent in ipso omnes gentes terræ. Sed etiam ipsi Isaac simili in hunc modū respōdet oraculum: Et multiplicabo semē tuū sicut stellas cœli, & benedicent in semine tuo omnes gentes terræ. Ipsi itē Iacob olim talia dicta sunt: Ego Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac ne timeas, & cætera. & benedicent in te omnes tribus terræ. Et alias dixit ad ipsum Deus: Ego Deus tuus, cresce & multiplica, gentes & cōgregationes gentium egredient de te, & reges de lumbis tuis egredient. Cū tā multa de uocatione gentiū oracula Iacob antea percipisset, & liberos mares duodecim numero genuisset, omnibus illis extremo suo tempore cōuocatis, circūspiciebat, de cuius illorū propagatione diuina oracula finē suū essent acceptura, deinde cum trib. primis crimina propria obiecit, docuit deinceps quemadmodum propter scelera, q̄ ipsi ausi fuerant, non in ipsis cōplenda essent, quæ in priorib. oraculis euenta cōtinebant. Cum autē uenisset ad quartum Iudas fuit, tum uerū oraculum qd ipsi olim responsū fuerat, Reges de lumbis tuis egredient, ex huius posteritate suū finē accepturū planissime cecinit. cōstat. n. quemadmodum de tribu Iuda regiū genus extiterit, & simul Dei responsa gentiumq; promissā quibus instarent temporib. ostendit. Atq; ex eo proditurū esse docuit eum, qui esset omnibus gentibus cunctisq; tribub. terræ similis ipsi Abraham benedictionis autor futurus. Hæc igitur uniuersa fuerūt quæ ipsi Iuda reposita erant, ea uidelicet q̄ de ipsis gentibus olim

Quare ex Iuda olim nasciturus Christus.

tribus olim responsa fuerant, & illud, Reges de lumbis tuis egredientur: quare etiam reliquis fratribus antepositus, regiam ipsam, cæterisq; illustriorē tribū sortitus est. Cōtinuū enim in totius populi ordinatione ipsius Mosi tēporibus reliquis tribubus hanc præesse imperat Deus. Scriptū est enim: Et locutus est Dominus ad Mosem & Arō, dicens: Singuli per turmas, signa, atq; uexilla & domus cognationū suarū, castrametent filij Israel in cōspectu Domini per gyrum tabernaculi testimonij: & castrametantes primi ad orientē, acies castrorū filiorū Iuda, cū cōpñs suis. Ac deinceps in ijs quæ ad inuouationem tabernaculi referuntur, dixit Dominus ad Mosem: Princeps unius per singulos dies offeret munera. & fuit offerens primo die munus suū, Naason filius Aminadab, princeps tribus Iuda. Et in libro Iesu Naue, quū terra promissionis forte cæteris tribubus distributa esset, sine sorte omniūq; prima tribus Iuda propriā terræ partem accepit. Sed etiā post mortem Iesu rogauerunt filij Israel in Domino dicentes. Quis ascendet ante nos contra Chananaū, et erit dux belli in eū? Et dixit Dominus: Iudas ascendet: ecce dedi terrā in manus eius. Planè igit omni Israel præesse tribū Iuda Deus in his uerbis iubet. Quocirca deinde scriptū est: Et ascendit Iudas, & tradidit Dominus Chananaū & Pherezeum in manū eius. Et rursus: Et bellauerūt filij Iuda in Hierusalem, & cōpre henderunt eā, & descenderunt filij Iuda in Chananaum. Et rursus: Et abiit Iudas cum Simeō fratre suo. Et deinceps: Et fuit Dominus cum Iuda, & possedit mōtem. Et post hæc: Et ascenderunt filij Ioseph ipsi quoq; in Bethel, & Iudas cum ipsis. Itaq; quum in libro Iudicū diuersis temporib. (tamen diuersarum tribuū esse uidebant) iudices populo præessent, trib. tamen Iuda in uniuersum totius gentis dux erat: id ipsum uerū temporib. David successorūq; eius multo magis, quippe quū planè de tribu Iuda illi existeret, & regnū usq; ad Babylonicā ipsorum cladē pduxerint, postq; cladem ips q de illa seruitute in patriā terrā reuersi sunt, rursus præfuit Zorobabel Salathiel filius de tribu Iuda. Inde etiā scriptura q̄ Paralipomenō dicit, duodecim tribuū Israel seriem generis enarrās, ab eo q̄ est ipsius Iuda fecit initiū. ergo ipso ordine sequit, ut etiā posteriorib. tēporib. fateamur, eādē tribū reliquis p̄fuisse, quamuis in parte aliqua uarij diuersiq; populo præficerent: quorū sigillatim genus solita diuina liber, q̄ ex illo usq; ad tempora Saluatoris nostri narrationē cōtinuauit. Veruntamen & fama & ratio dictabit, durasse tamdiu tribū Iuda, quādiu tota gēs libertate et suis legib. utens, sub domesticis principib. ducibusq; uitā egerit. Porro hoc illis cōtigit ab initio usq; ad tempora Augusti, in quib. quū Saluator noster Iesus hominib. se uidendum p̄berit: tum uero in seruitutē Romanis uniuersa gens celsit, & pro patrijs ac legitimis ducib. primus Herodes externus illis p̄fuit, & rex Augustus. Quādiu igit nō defecit princeps de Iuda, neq; dux de femorib. eius, prophetiarum tēpore appositis principum gentis nominib. notabant: sic. n. Esaias sub regib. Ozia, Ioathan, Achaz & Ezechia, q̄ in Iudæa regnarunt, prophetiā suam cōtexit, similiter Osee, Amos uero in dieb. Ozia regis Iuda, & in dieb. Iesu filij Ioas regis Israel, & Sophonias in dieb. Iosie filij Amō regis Iuda, similiter Hieremias. Sed ubi defecit princeps de Iuda, & dux de femorib. eius, cum expectatio gentium, de qua propheta locuti fuerant, iam iam p̄ Christum uitā esset illustratura, nō amplius reges Iuda cœseri, neq; duces Israel cœpere, sed his ipsis quemadmodum dem Augustus, secundus autē Tiberius, et aliarum & Iudæicæ gentis nunciatu pati sunt reges, nec nō alij secundum hos ipsos Iudææ pcuratores atq; terrarum, qui etiam ipse à Romanis Iudæorum principatum accepit. Cum hæc enus, qui etiam ipse à Romanis Iudæorum principatum accepit. Cum hæc enus hæc obseruauerimus, tempus iam fuerit, ipsius prophetie cōtemplationē

OPAVSIB. DE SV.

Prærogatiua tribus Iudæ.



attingere, Iuda te laudabunt fratres tui, cum duodecim omnino essent filij Iacob, eorum quartus fuit Iuda, quemadmodum antea diximus, unus etiam ipse de principibus tribuum gentis Hebraica: sed quod non ipsum illud respiceret ea, quae quasi ad ipsum a patre dicta sunt, nisi planissime intellexerint, quae uerba diuine scripturae diligenter attenderint, & in primis ea quae in sermone Iacob continentur, ad filios dicens: Vocauit autem Iacob filios suos, & dixit: Congregamini, & annuntiabo uobis quid euenturum sit uobis in diebus nouissimis: congregamini, & audite filij Iacob, audite Israel patrem uestrum. Plane, non in his pollicetur se praedicturum eis quae ipsi euentura sint longo post tempore, & ut ipse ait, in nouissimis diebus, praeterea illa ipsa, quae quasi ad Iudam dicta sunt, nullo modo illi primo uiro accommodari possunt. Non enim fratres sui Iudam illud laudauerunt: etenim pro quibus, tandem praclare gestis debuerunt hoc facere: sed ne adorarent quidem illum filij patris sui. Longe autem magis oraculum conueniret, si ipsi Ioseph dictum esset: quando quidem hunc ipse Iudas unum cum reliquis fratribus adorasse perhibetur: tamen est id ipsum ante huius prophetae uerba: posthac enim ne ipsi quidem Ioseph tale quidquam contigisse, ac multo etiam ipsi Iuda minus, historia significat. Et illud, Recumbens autem dormiisti ut leo, et ut catulus: maiorem sane postulauerunt contemplationem quam ea sit quae Iudam respiciat. Quinetiam illud quod antea dicitur est, Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniant quae ipsi reposita sunt, & ipsae expectationes gentium: tempora mihi significare uidentur, eius de quo propheta loquitur, aduentus. Hoc enim, inquit, non est, donec illud eueniat: neque enim prius desinent in Iudaica gente principes ac duces quam gentium ueniat expectatio, & quae reposita sunt ei, de quo propheta loquitur. Haec autem interpretas Theodotus, ab ipsis Septuaginta non differt. Aquila uero in hunc modum expoluit, Non suscitabitur sceptrum de Iuda, & qui exquirat cognoscat de medio pedum eius, donec ueniat, & ipsi congregatio populorum. Vbi cum dicitur, Non deficiet princeps de Iuda: hoc ite non de ipso illo primo Iuda oportet accipere: sicut nec illud, Iuda te laudabunt fratres tui, nec quae sequuntur, ad eundem illud referri possunt: multis enim saeculis principes ac duces in Iudaica gente extiterunt, qui de illius uiri genere profecti non sunt. Primus namque ipse Moses dux populi fuit, quod non de Iuda, sed de Leui natus est: deinde Iesus, de tribu Ephraim: post quem presuit Debbora, de tribu israhel: & Baia, de tribu Nephthalim: post quem Gedeon, de tribu Manasse: deinde filius Gedeonis, & post hunc Thola, de eadem tribu: postea Ezechie, ex Bethleem: & post hunc Salom, de tribu Zabulon. hunc secutus est Aabdon, de tribu Ephraim: deinde Salomon, de tribu Dan. postea cum sine principe essent, presuit ipsis Eli sacerdos de tribu Leui. hi cum iudices qui iudicabant Israel, non de genere ipsius Iuda, sed ex diuersis tribubus ex alia alius oriundi. & post hos primus apud eos regnum dignitatem accepit Saul, de tribu fuit Beniamin. Quomodo igitur illud, Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius (ut quispiam fortasse putauerit) ad principes de tribu Iuda ac duces referret, quando uidentur ex quo tempore mortuus est Iacob totis propemodum mille annis, non ex una tribu ipsius Iuda profecti, sed ex alia alius usque ad tempora Dauid: quod si postea multis & Dauid, & qui ipsi Dauid in regno apud Iudaicam gentem successerunt, de tribu Iuda nati sunt: sciendum tamen tibi est, quod hi ipsi ne totos quidem quingentos annos totius gentis regnum obtineri potuerunt, sed tria dumtaxat tribuum, ac ne harum quidem solidarum: quippe cum eisdem temporibus, alij quidam in parte gentis ampliore, & in totis noue tribubus, regnauerint. nam post mortem Solomonis, eorum gentis ab Iuda diuisa fuerit, ipsius Dauid successores trium, ut dicebatur, tribuum, ac ne harum quidem solidarum, in Hierusalem reges fuerunt usque ad Babylonica cladem. Iude uero temporibus, in ciuitate quae uocat Samaria, noue tribuum duces non de tribu Iuda, sed ex alijs alij extiterunt: quorum primus Hierobam fuit, de tribu Ephraim, ac deinceps qui hunc secuti sunt: ut ne medijs quidem temporibus

temporibus, a Dauid usque ad tempus quo in Babylonem captiui ducti sunt, ulli de tribu Iuda uniuersae genti praefuerint. Porro autem quid dicendum, quae admodum post reditum de Babylone rursus quingentis annis amplius usque ad Christi ortum uixerint eo statu ciuitatis utentes, in quo soli optimates rem administrauerint: pontificibus, utique toti genti imperantibus, quorum nullus plane de tribu Iuda oriebatur: ut iam ex his omnibus, perspicere possit, non ad primum illum Iudam, neque ad illius successores referendum esse oraculum illud, dicens Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius: sed ea quae ad hunc locum pertinent, uno dumtaxat modo consistere posse, si secundum ea quae prius a nobis de tota tribu exposita sunt, haec ipsa intelligenda esse dixerimus. Haec enim tribus, ab initio usque Mosi temporibus, uniuersae gentis dux fuit: ita quae secundum huius principatum, utpote quem Deus ceteris ab initio praefecerit, & ipsa regio etiam nunc ab ea ipsa tribu, Iudae uocabulum obtinet, & omnis illorum conuentus Iudeorum appellatur. Sic igitur intelligamus quod dictum est, tanquam si manifestius dixisset, Non desinet toti genti praesse tribus Iuda, ex quo Symmachus: Non auferetur, inquit, potestas de Iuda: sic utique iuris cuiusdam amplioris, & principatus auctoritatem eius quae postea futura esse tribu Iuda, nobis intelligendam proponens. Huius enim neque sceptrum, ut Aquila inquit (regis porro principatus signum hoc erat) neque potestatem, ut Symmachus, sublatum iri uaticinat, Donec ueniat, inquit, cui repositum est, atque ipsum fore expectationem gentium. Sed quae tandem expectationem, nisi de qua olim & ipsi Abraham, & ipsi qui Abraham secuti sunt patribus, oracula red dita sunt: Primum igitur admirari opere precium fuerit, quid ita, quum duodecim Hebraeorum tribus essent, a nulla alia nisi ab una ipsius Iuda, gentis etiam nunc appellatio usurpetur. Quod ego quidem non ob aliud contigisse arbitror, quam ob ipsius prophetae oraculum, quod uni tribui Iuda principatus dignitatem attribuit. Quinetiam patria ipsorum terra, eadem de causa Iudae appellationem sortita est. Cur enim quum duodecim fuerint, non ab eorum primo Ruben gens eorumdem appellata est: cum praesertim natum maximi potiores in lege diuina haberentur? Cur non item Leui, qui & aetate, & sacrae functionis honore Iudam antebant? cum uero ipsi Ioseph quodam non modo Aegypti uniuersae, sed etiam suorum imperium obtigerit, cum & ab illo oriundi multis post saeculis diu admodum, totis eius gentis nouem tribubus praesuerint, cur non ab eo potissimum tota gens, ipsaque regio nomen accepit? quandoquidem ob eos ipsos, quos ab Ioseph ortum dos diximus, longe honestius, probabiliusque erat, totam gentem, totamque regionem a primo illo ipsorum parente denominari: denique praeter hos oes quis non concedat, merito illos a Beniamin fuisse denominandos, cuius posteritati ac tribui celeberrima ipsorum ciuitas, quae regum apud ipsos domicilium fuit, & quae in sanctissimum Dei templum erectum est, in sortem concessit: attamen neque ab harum aliqua, neque a reliquarum, sed ab una ipsius Iuda tribu totius gentis ac regionis appellatio ducta est, sicut propheta praedixerat. Sic sane illud, Non deficiet princeps de Iuda: ad ipsam tribum a nobis relatum est, & hoc uno dumtaxat modo oraculi ueritas locum habet. Namque a Mosi usque temporibus, deinceps non desecerunt particulares quidem ipsorum principes, qui ex diuersis, ut dictum est, tribubus, genti praesuerint: in uniuersum autem tribu Iuda, quae totius gentis principatum tenuerit. Exemplo autem id quod nunc dictum est, tibi apertius liquebit. Vt enim in Romano imperio singularum procuratores, & praesides, praetoresque, & castrorum praefecti, & qui omnes dignitate antecunt, reges, non omnino oes de ipsa Romana urbe capiunt, neque de Remi sive Romuli genere, sed ex innumera bilibus alijs aliunde nationibus, omnes tamen & reges, & qui post ipsos secundo loco principes, praesidesque habent, Romanorum appellatione notantur, & Romanorum denominantur imperium, & eandem denominationem in uniuersum omnes magistratus attingunt: sic etiam in rebus Hebraeorum consistit tuere in-

Post reditum de Babylone nullus rex de tribu Iuda.

Quare tu dei a tribu Iuda magis denominentur.

Templum in tribu Beniamin erectum.

OPAVSIBUS



tuere intelligere oportet, tanquam una quidem in uniuersum trib. Iuda, totam gentem de suo nomine illustrare reddiderit: particulares uero duces ac reges ex diuersis extiterint tribub. qui tamen comuni illa Iudae appellacione honorem acceperint. Non alio ergo quam ad totam tribum referat illud quod a propheta dictum est, Iuda te laudabunt fratres tui. Nouerat. n. illam tanquam praerogatiua munus consecutam, honore ceteris tribub. esse anteposendam, & quoniam princeps fuit in bellis, & sola in apparatib. praerogatiua aduersus hostes genti suae uniuerso praefuit, merito deinceps ad eadem illud quoque dicitur, Manu tua in tergo inimicorum tuorum. Deinde propter principatum, propterque regiam dignitatem, catulus leonis esse dicitur. Glorie igitur sibi tribuens hic cum generis princeps, tamen etiam propheta huiusmodi trib. dignitatem, adiungit quod sequitur: De germine filii mihi ascendi. Illud autem, Recubens dormiisti ut leo, & ut catulus leonis: eiusdem trib. magnificum animi ingenium & confidens ostendit, quod quae nullis extrinsecus ingruentibus. reb. concutiatur: & quod tuum intrepidum se prebeat, tamen contemptum habeat inimicos. Illum uero hoc modo se habentem, ac potius ipsam tribum quam huiusmodi sit, Quis, inquit, excitabit ubi eum magnum quendam & admirabilem & rarum, & spectatu difficile fore significauerit eum, qui sit huiusmodi tribu de sede excitaturus, de quo principatus gradum ac dignitate exturbaturus, tamen demum quis non hic sit, nos admonet: docetque hunc illum esse, qui expectatio gentium sit futurus, qui uidelicet a propheta non prius inter homines uidentur predicari, quam & princeps deficiat, & dux amoueat, & de principatu exturbetur trib. Iuda. Ceterum quis non quae alius hic sit, quam Saluator & Dominus noster Iesus Christus? in cuius ortu, sicut proxime exposita prophetia uolebat, ex Iudaeis quidem defecerunt principes ac duces qui genti praesiderent: ipsa uero trib. Iuda una cum tota gente, principatu ac regno, quod ab initio obtinuerat, spoliata, Romanis etiam nunc dominantibus, ex illo ad hunc usque diem famulatur, qui una cum reliquis gentibus, etiam Iudaeos subegere. A quibus item Herodes primus externo genere ortus, & imperatoris Augusti, et Romani senatus autoritate rex declaratus est. Fuit igitur Antipater filius hic Herodes. Ipse uero Antipater Ascalonita ab eorum nescio quo ortus, qui in templo Apollinis uersantes, sacri serui appellabantur. Qui cum uxore duxisset quandam, cui nomen quidem Cypriam, genus uero ex Arabia, Herodem creauit. Hic igitur primus tali genere natus, Hyrcanum qui ultimus ex successione ac serie pontificum, Iudaeis praefuit, & in quo domesticus Iudaeae gentis principatus defecit, necatum tollit de medio. Isque primus, ut dicebatur, externo genere ortus, Iudaeorum rex est appellatus. Huius ergo temporibus cum Iesus Christus esset natus, Iudaeae trib. dignitas sublata est: sublatus est Iudaeorum & imperium, & regnum: completa est proxime exposita prophetia, Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat quae reposita sunt ei. Hunc autem dicitur futurum non Iudaeae gentis, sed gentium expectationem. Quoniam igitur reposita erat illa gentium uocationis expectatio, quae ex oraculo ipsi Abraham promissa est, cum ex Iudaeae gente iam defecissent & principes & duces, translatumque ab ea electum imperium in Romanos, & in illum Herodem de quo dictum est, merito temporibus quibus Iudeorum principes defecissent Lucas Euangelista significans, in illa doctrinae Christi narrat factum esse in anno xv. imperii Tiberii Caesaris, procuratoris Pontio Pilato Iudaeae. Matthaeus quoque eandem rem inueniens notat. Nam ortum Domini ac Saluatoris nostri descripto, deinceps adiungit: Cum autem Iesus natus esset in Bethleem Iudaeae, in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente uenerunt Hierusolimam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudaeorum? in quo plane ostendit & externi hominis in illos imperium, & externarum gentium a Deo uocationem. Eodem. n. tempore & externi Iudaeis imperabant, & Christum Dei, de quo propheta locuti fuerant, externi ab orientis partibus praefecti, & cognouerunt, & adorauerunt. Ergo plane in his finem suum contingens prophetia Iacob, apparet

Herodes
Ascalonita
unde natus.

apparet quemadmodum completa sit, cum ad extremum sui status Iudaeae gens uenisset, sicut ipse quoque ad suos filios cecinit, cum dixit: Congregamini ut annunciet uobis quod uenturum sit uobis in extremo dierum. Nos enim extremos intelligimus dies, extrema status Iudaeae gentis tempora. Ceterum, quid tantum de illi euenturum fuit: nempe defectus honoris Iudaeae uniuersae eius gentis sublatio, quies & terminatio ducum eiusdem, tribus ipsius principatus, regieque dignitatis dissipatio, Christi imperium et regnum, non quod in Israel, sed quod in omnibus gentibus dominaretur, iuxta illud, Et ipse expectatio gentium. Sed quis non plane fateatur, omnia haec in Saluatoris nostri aduentum completa esse? siquidem ante Christi ortum domesticis principibus ac ducibus, & sacerdotibus diuinarum legationum auditoribus, suis item propriis regibus & pontificibus, & prophetis gloriabantur, quaeque olim regalis cum esset, cum suos hostes atque inimicos superbar, tamen suae gentis uniuersae princeps & dux existeret tribus Iuda. Postremo, quaeque inter illos quondam excelebant, ex illo ad hunc usque diem Romanis tributarij facti, parent ac seruiunt. Plane enim Christus Dei uidentur se praebuit. Atque ex illo quae dicebatur expectatio gentium, omnibus gentibus palam nunciata est. Aut dicat mihi aliquis, utrum in aduentu Iesu Saluatoris nostri, quaeque apud Hebraeos maiestatem aliquam haberent, necnon mater ipsorum ciuitas una cum templo, et eo quod in templo celebrabatur sacrificio, cumque domesticis ducibus ac principibus non defecerint, & utrum quae in spe posita erant, quando etiam ea quae Domino reposita erant, uenerunt. Sed quae tandem haec habenda sunt, nisi ea quae continet oraculum illud? Iuda te laudabunt fratres filii mihi ascendisti, recubens dormiisti ut leo, & ut catulus leonis, quis excitabit eum? haec enim alio sensu ea sunt, quae illi reposita erant: quae ipsa quoque iam tempus est ut contemplerur, si hoc primum attenderimus diligenter, uarijs, diuersisque Christum nominibus, diuina oracula appellare consueuisse. Nam modo illud uocant Iacob: Iacob puer meus, suscipiam eum, Israel electus meus, suscepit enim anima mea, iudicium gentibus proferet, et quae sequuntur, quibus ad extremum illud addit, Donec ponat in terra iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt. Modò eundem Solomonem & Dauid nominant. Solomonem quidem, ut in septuagesimo primo Psal. quod in Solomonem quidem inscriptus est, plane autem quod ad Christum referenda sunt, continet. Illud. n. Et dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad fines orbis terrae, & omnes gentes seruient ei: & quae cum dauid uero rursus appellatus est Christus, in Psal. octuagesimo octauo, quando quidem nusquam ipsi Dauid, sed uni illi, quae in hoc item dicuntur, conuenire possunt, ueluti illud, Ipse inuocabit me, pater meus es tu, & ego primogenitum ponam eum, excelsum praer regibus terrae, in eternum seruiabo illi misericordiam meam. Et rursus: Semen eius in eternum manet, & sedes eius ut sol in conspectu Christi appellacionibus, quibus illum diuina oracula significant, eadem ratio ne ut Iudas quoque in Ihs quae modo exponebamus, sit appellatus, fieri potest, cum de tribu Iuda sit natus. Constat enim ex Apostolo, Saluatorem ac Dominum nostrum de tribu Iudaeae ortum esse. Huic igitur Iudaeae, si secundum sententiam interpretemur, reposita erant illa, quae in prophetia continentur. Sed quae nam haec fuerunt? primum quidem, quod a fratribus esset laudandus. Deinde quod matris patris sui, quae etiam suum finem consecuta sunt, quo tempore, dum admirabiles uirtutes, & prodigiosa miracula ederet, admirationi erat, & laudabat, & adorabat a suis discipulis, & apostolis, quos etiam fratres uocare non grauatus est, dum in Psalmo sic dicit: Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio

Oracula
tribuum
Christo uia
nomina

OPAVSIBVS



ecclesie laudabo te. Dñ autem Mariæ & reliquis mulieribus imperat, ut quæ bona uiderint nuncient, quasi fratrib nunciari imperat. Nunciate, inquit, fratribus meis, quod ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: Deum meum, & Deum uestrum. Sic sanè illum fratres miraculorum gratia tanquam admirabile uirum duntaxat ab initio laudabant: quippe qui unum aliquem de prophetis, ut uerisimile est, illum esse suspicarentur. Sed ubi interim admirabilem fidem superantes illius actiones intuentur, & quem admodum inimicam & ultorem, mortemq; seculi huius dominam, unam cum reliquis inuisibilibus & inimicis potestatibus, sustulisset: tum uero Deum illum esse credentes, adorauerunt: manus autem Saluatoris nostri in tergo inimicorum suorum fuere, quod tempore uidelicet omnes actiones suas, & uirtutes, & gesta prodigiosa, ad descendos demones & malignos spiritus intendebat. Quinetiam cum manus suas expandisset in cruce, tum quoq; manus eius, fugientibus inimicis, et eidem terga dantibus, in tergo inimicorum fuerunt: magisq; etiam cum patri reddito spiritu, & sue carnis expers, & eo quod assumpserat corpore nudatus, qui ipsa uita erat, ad loca inimicorum descendit, ut & mortem, et reliquas quæ aduersus ipsum surrexerant potestates, dissiparet: quas quidem uerisimile est communem quendam hominem, ac reliquis similem ratas esse illi, itaq; circum eundem steterisse, & quasi unum de multis adortas: atq; ubi prestantiorem agnouerint, quam ut homo existimari posset, ac diuiniore natura predictum, & conuersas esse, & terga illi dedisse: contra quas immisisis manibus diuinis suis & acutis sagittis, fugientes exegit, ut propterea dictum sit, Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum. Quod si etiam nunc innumerabiles Saluatoris nostri inimici ecclesiam eius uarijs occasionibus oppugnare conarentur, attamen hos quæ inuisibilibus tuorum dam manu, & sua diuina uirtute in fugam uertit, ut de his item dictum sit illud: Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum. Vbi uero ista, quod relictum fuit, in signa illius uictorie preclara de hostibus recepit, tum uero illud completum est, Adorabunt te filij patris tui: omnes uidelicet, qui in caelo sunt angeli, spiritusq; inferuientes, ac diuinæ potestates, necnon degentes in terra apostoli, & euangeliste, post quos quicumque per ipsum, uni & soli uero patri Deo seipsum ut Deum adorare confessi sunt, sed quoniam & ortus eiusdem et mortis mysteria eadem prophetia complecti oportebat, merito post illa quæ iam dicta sunt, uaticinans iacob, adiungit: Catulus leonis iuda, de germine filij mi ascendisti, recumbens dormiuisti ut leo, & ut catulus, quis excitabit eum? Catulus iuda, leonis ipsum nominat, propterea quod de regia tribu sit natus. De semine igitur Dauid fuit ratione corporis. De germine autem, inquit, filij mi ascendisti, quoniam de semine & radice eius, qui hec prædicebat iacob, pullulauit: cum prius quidem esset Deus uerbum, postea uero etiam filius hominis sit factus, propter eam quæ pro nobis assumpsit dispensationem. Potest etiam mortem eiusdem significatione care illud, Recumbens dormiuisti ut leo, & ut catulus: ex quadam ipsius scripturæ consuetudine, quæ sua quadam propria consideratione, etiam mille aliter in locis mortis, dormitionis, somnibus appellat. Illud autem, Quis excitabit eum? de reditu eius à morte ad uitam cum admiratione dictum est. Siquidem excitatum ad uitam illum planè nouit, qui ait: Quis excitabit ipsum? cum admiratione uero interrogat, quis nã hoc facturum sit, atq; illum excitaturus: ut sic nos ad querendum inuitet, quis nam hic sit, qui Dominum nostrum post susceptam à nobis mortem, à morte sit reuocaturus ad uitam. Quis porro hic sit alius, quam uniuersi Deus & illius ipsius pater: cui soli tribuenda est Saluatoris nostri in uitam restitutio, sicut scriptura testificat quæ ait, Quæ pater suscitauit à mortuis, pro illo autem, Catulus leonis iuda, de germine filij mi ascendisti, recumbens dormiuisti: significatiuus Agla conuertit, Catulus leonis iuda, de captura filij mi ascendisti cum flexisses cubuisti. Symmachus autem: Catulus, inquit, leonis iuda, de seruitutis

Scriptura
mortem uo
eat dormiti
onem.

captura filij mi ascendisti, gentibus flexis confirmatus es, ex quibus uerbis planissime apparet ipsa de morte ad uitam restitutio, & ab inferis ueluti à quadam ferarum captura Saluatoris nostri euasio. Quod uero illum dixerit & genua flexisse, & confirmatum esse, non autem cecidisse: in eo quidem quod genua flexerit, mortem interim demonstrauit: quæ autem sit confirmatus, non rapratum esse more aliarum animarum. Hæc igitur omnia Christo prius reposita erant: quæ tandem quædiu finem suum consecuta non sunt, tandem iudaica gens stetit, iudeorumq; principes ac duces, exquisitiq; sapientes diuinorum de Christo oraculo interpretes apud ipsos floruerunt. Postquam autem uenerunt quæ ipsi iuda reposita erant, tunc is in terra est uisus, qui à prophetis dictus erat de semine ac stirpe eius, quæ diuinauerat oriturus, recumbensq; ac sopitus. uel, ut ait Symmachus, genibus flexis confirmatus est & surrexit, manibus in tergum inuisibilium atq; intelligibilium hostium iniectis, eiusq; fratres ac discipuli antea illum laudauerunt: tum uero illa ipsa completa sunt, quæ ipsi reposita erant, ut propter hoc illud redditum sit oraculum, Donec ueniant quæ reposita sunt ipsi. Cum enim ex illo ad hunc usque diem, ea quæ ipsi reposita erant, ad finem peruenerint, desecantur quædam principes ac duces iudeorum, eisq; supra caput gentium, principes collocati sunt. E contrario autem ipse gentes ubi Christum Dei agnouerunt, illum sibi & Saluatorem & expectationem adscriperunt. Post hæc omnia illud adiungitur: Ligans ad uitam pullum suum, & ad capreolum uitis pullum asine sue. Lauiabit in uino stolam suam, & in sanguine uix pullum suum: gratiosi oculi eius à uino, & albi dentes eius ut lac. In his autem significari arbitror pro pullum quidem, ipsum apostolorum ac discipulorum Saluatoris nostri chorum: pro uitam autem ad quam pullus est alligatus, diuinam, inuisibilemque eius uitam, quam ipse dum ostendit, docebat his uerbis: Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Eiusdem porro uitis capreolus Dei uerbi doctrina fuerit, ad quam pullum asine sue alligauit: quæ quidem pullus nouum de gentibus populum, quasi genituram quam dicitur Apostolorum eius, & plene significauerit. Possumus item uel ad uerbum dicere hæc suum finem contigisse, quæ tempore, ut apud Matheum legitur, Dominus dixit ad suos discipulos: Ite in castellum quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi. Et sanè si quis uerba diligenter attenderit, quin prophetæ predictionem admiretur, facere non poterit, qui diuino spiritu afflatus tantò antè cognouerit, eum de quo ipse uaticinabatur, non ut aliquem illustrem apud homines regem in curribus, & equis esse uelut expurgat, sed super asinam & pullo sedentem, quasi unum de multis, et uulgaris, ubi ait: Gaude uehementer filia Sion, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super iumento & pullo adolescente. Illud autem, Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uix pullum suum: uide quæso tu quæ ne quando, ut in arcanis, mysticam illius passionem significet, in qua stolam suam & indumentum abluisset, tanquam in lauro, ut sanè eorum qui in ipsum crediderint sordes antiquas abluisset declaratur. Per uinum, n. quæ sanguinis illius nota est, eos qui in morte illius baptizentur, quiq; in sanguine eiusdem credant, à ueteribus, magis expurgat, utpote qui abluat & abstergat antiquam eorum stolam & pullum: itaq; precioso sanguine diuini illius & de spiritu natæ uix, eiusq; uitis uino, de qua dictum est supra, redempti, ueterem quædam hominem cum eius actionibus exuerunt: nouum autem & ad cognitionem secundum imaginem eius quæ credentes eius ut lac: rursum tanquam in arcanis posita noui testamenti mysteria comprehendere arbitror, letitia uidelicet mystici illius uini, quod suis ipse discipulis porrexit Saluator, cum dixit, Accipite, bibite, hic est meus sanguis, qui pro uobis fundit in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem, Siquidem

OPAVSIBUS



Mysterium sanguinis Christi.

Siquidem illud, Gratioli oculi eius a uino, et albi dentes eius ut lac splendore puritatemque mystici illius alimenti mihi significare uidentur. Rursus enim ipse dispensationis diuine notas suis discipulis tradidit, dum hortatur, ut sui ipsius corporis imaginem representent. Cum enim non amplius cruenta sacrificia, neque ea que apud Moysen in lege, diuersorum animalium mactationibus, sancta erant, grata esset habiturus, sed ut pane sui corporis nota uterent institutus, merito propheta splendorem ac puritatem illius alimenti significauit, cui dixit, Et albi dentes eius ut lac. Hanc rem alius quoque propheta commemorat his uerbis: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Ceterum, hanc cum maiore indignatione, & longiore quadam interpretatione indigeant, per otium quispiam diligentius explorauerit: quandoquidem hoc tempus plura dici non postulat, ut plane appareat unacum alijs, tempora quoque Saluatoris nostri aduentus a prioribus prophetis antiquitus cognita, diuinae uidentur commendata esse scripturae.

Quoniam admodum post annorum spacium septies septuaginta, quae summa efficitur quadringentorum nonaginta annorum, cum CHRISTVS hominibus se uidentem praebuerit, prophetiae quae apud uelocis eunt, et quod antea apud eosdem celebre clarumque erat sacerdotium, dissoluitur, et ipsi quidem diluuij cuiusdam instar asiduis obsidionibus captiui fient, sacrum autem ipsorum templum extremam uastationem patietur. Demonstratio II.

Danielis 9. Et cum adhuc loquerer, & orarem, & enunciarer peccata mea, & peccata populi mei Israel, & profunderem commiserationem meam coram Domino Deo meo pro monte sancto Dei mei. Et cum adhuc loquerer in oratione, ecce uir Gabriel, quem uideram in uisione ab initio, uolans tetigit me circiter horam uespertinam, & docuit me, & locutus est mecum, & dixit: Daniel, nunc egressus sum ut asseram tibi intelligentiam, ab initio precum tuarum egressus est sermo, & ego ueni ut indicarem tibi, quod uir desideriorum tuus es, & animal uerte in uerbo, & intellige in uisione, quod uir desideriorum tuus es. Septuaginta hebdomades copendium accepere super populum tuum, et super ciuitatem sanctam, ut consummetur peccatum, & signentur quasi annulo peccata, & delectantur iniquitates, & expientur iniustitiae, & adducatur iustitia sempiterna, & quasi signo impresso claudatur uisio, & propheta: & ungetur sanctus sanctorum, & cognosces, & intelliges ab exitu sermonis, ut respondeatur, & aedificetur Hierusalem usque ad Christum ducem. Hebdomades septem, & hebdomades sexaginta, & reuertetur, & aedificabitur platea & murus, & euacuabuntur tempora, & post hebdomadas sexaginta duas peribit unctio, & iudicium non est in ea, & ciuitatem & sanctum disperdet cum duce uenturo, & excidentur in diluuium, usque ad finem belli in compendium redacti internecionibus. & confirmabitur pactum multis hebdomada una, & in medio hebdomadis auferetur sacrificium, & super templum abominatio desolationum, & usque ad consummationem temporis, consummatio dabitur in desolationem. Cum Iudaicae gentis septuaginta anna apud Babylonios seruitus tam ad finem tenderet, Danieli oranti in uisus sanctis Dei ministris uisus Gabriel archangelus, renouationem urbis Hierusalem primo quoque tempore & sine mora futuram canit, & tempus usque ad eam renouationem numero annorum determinat, praedicitque ut post definitum a quoque temporis spacium, rursus uertetur, utque post secundam expugnationem a quoque obsidionem, non ultra Deo tutore gaudebit: sed sola ac deserta secum unam Moysaicae legis ritu sublato, permanebit: quippe cum in eius ritus locum, in uitam hominum alterum sit introducendum testamentum, quod nouum dicatur. Et haec, ut in oraculo mos est, latenter se ipsi prophetae indicare Gabriel profitetur. Ait igitur ad illum: Nunc egressus sum ut asseram tibi intelligentiam, ab initio precum tuarum egressus est sermo: & ego ueni ut indicarem tibi quod uir desideriorum tuus es, & animal uerte in uerbo, & intellige in uisione. Quibus uerbis plane illa excitat, ut profundius animaduertat, & profundiusque intelligat ea quae in uerbis ab ipso praesentibus contemplatione digna sunt.

contemplatione digna sunt. Siquidem illa uisionem appellat, propterea quod profundiorum quendam sensum attingunt, neque uulgari quadam prudentia indigent. quam ob rem ipsi quoque cum inuocantes qui dat hominibus sapientiam, rogantesque ut mentis oculos nobis illuminet, confidenter aggrediamur, quae ad horum locorum interpretationem pertinent. Septuaginta, inquit, hebdomades copendium accepere super populum tuum, et super ciuitatem sanctam, ut consummetur peccatum, & quasi annulo signentur peccata, & deleantur iniquitates, & expientur iniustitiae, & adducatur iustitia sempiterna, & quasi signo impresso claudatur uisio & propheta, & ungetur sanctus sanctorum. Quod igitur septuaginta hebdomadarum spacium si in annos resoluatur, nonaginta supra quadringentos summam conficiat, nemini, puto, dubium est. Tantum igitur temporis minationem concludit, nec tamen illos in his amplius Dei populum uocat: sed alloquens ipsum Daniel, Populum, inquit, tuum, namque alias quoque tanquam eum qui impii egisset, & simulacris se addixisset, non amplius suum populum Deus, sed Moysi appellauit, cum dixit: Vade, descende, peccauit enim populus tuus: Nunc igitur eodem modo causam cur illud temporis spacium contra illos praefinierit docet: hoc autem est, eos non amplius dignos esse qui populus Dei appellentur. Deinde adiungit illud, Et super ciuitatem sanctam, ubi illud Tuam, & super ciuitatem sanctam tuam: non secus ac si dixisset, Quae a te sancta existimatur, nam & Hebraicus contextus, & reliqui interpretes uno ore, non solum ad populum illud Tuum, sed etiam ad ciuitatem, illud Tuam, adiungunt. Aquila igitur, Super populum, inquit, tuum, & super ciuitatem sanctificatam tuam. Symmachus autem, Aduersus populum tuum, & ciuitatem sanctam tuam. Quocirca in bonis quoque Septuaginta interpretum codicibus, illud Tuam stellula apposita adiectum est. nam cum orans Daniel in illis suae supplicationis uerbis, septius populum, Dei populum nominasset: ciuitatis autem locum, sanctum Dei populum Dei esse fatetur: sed tuum inquit, qui oras, & qui talia de populo, & de loco ciuitatis dixisti. uerba ipsius Daniel hoc modo se habent: Auertatur furor tuus, & ira tua a ciuitate tua Hierusalem, & monte sancto tuo. Item, Populus tuus factus est in opprobrium omnibus in circuitu nostro. Et rursus: Ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est. Et rursus: Vide interitum ciuitatis tuae, super quam inuocatum est nomen tuum. Ac deinceps: Talibus cum orasset, adiunxit: Et cum adhuc loquerer & orarem, ecce Gabriel quem uideram in uisione mea, uolans tetigit me, & dixit ea utique quae superius descripta habes. Plane igitur in his propheta non simpliciter ciuitatem sed Dei ciuitatem nominauit: & sanctuarium, Dei sanctuarium: & populum, Dei populum: ita uidelicet animo erga illum populum affectus. at uero Gabriel non ita ut ipse, ea quae iam dicta sunt uocat: sed ex contrario, Super populum tuum, inquit, & super ciuitatem sanctam tuam, ubi propemodum & ciuitatem, & populum, & sanctuarium, illa Dei appellatione indigna esse demonstrat. Tantum inquit tempus spacium primum contra populum, deinde contra ciuitatem praefinitum esse docet. & quod tantum sit, ostendit ex renouatione Hierusalem. Id porro continetur a Dario Persarum rege usque ad Augusti dominatum in Romanos, & Herodem Iudeorum regem, qui alieno genere natus est, quorum temporibus ea quae ad ortum Saluatoris nostri pertinent, enarrant, quemadmodum longius progressa oratio demonstrabit. Ordine deinceps sequitur: Ut consummetur peccatum, & quasi annulo signentur peccata, & deleantur iniquitates, & expiantur iniustitiae, & inducat iustitia sempiterna, & quasi signo impresso claudatur uisio & propheta, & ungetur sanctus sanctorum. Pro eo autem quod est, ut consummetur;

Septuaginta hebdomadam spacium expli catur.

Ciuitas Dei sanctuarium Dei

Handwritten marginal note in large letters: OP. A. V. S. P. B. & S. M.



ut consumeret peccatū, & quasi annulo signentur peccata: Aquila uertit, Ad consummandā prauaricationē, & finem imponendam peccato. Illud enim, Implete mensuram patrum uestrorū, quod a Salvatore nostro ad Iudæos dictum est, etiā in his arbitror contineri ac significari. nam dum insidias illi Iudæica gens molitur & conficit, peccatum suum cōsummauit: & eiusdem, ut Aquila uertit, aduersus Deum prauaricatio finem accepit. Iam pridem enim illos quamuis innumerabilia peccata ppetrantes ante Saluatoris nostri aduentū, Dei tamen elementia ferebat, quemadmodum uidelicet prophetica ipsa uerba demonstrant: ueruntamen sicut de illis qui genera ab Hebræis differētes, terram promissionis incolebant, ad Abraham dictum est, Nondum enim cōpleta sunt peccata Amorrhæorum: & quādiu completa non fuere, de terra ipsorum patria expulsi non sunt. Vbi autē completa sunt, tum uerō omnes in interitum inciderunt: q̄ sanē clades illos excepit temporibus illius Iesu qui Mosi successit: ita etiam de priore tibi intelligendū est populo, quādiu enim illorum peccata cōpleta non sunt, Dei illos patientia & benignitas tulit, & per prophetas undiq̄ ad conversionem inuitauit. Postquam autē, ut Saluator ad ipsos dixit, impleuerunt mensuram patrum suorum, tum uero in eundē locum coacta omnia, extremū illis mutauerunt interitum, sane quemadmodum idem Dominus noster nos docet, ubi ait: Omnem sanguinem effusum a cōstitutione mundi, à sanguine Abel iusti usq̄ ad sanguinem Zachariæ uenturū sup generationem istam. Quum igitur ad extremum manus iniicere filio Dei ausi sunt, cōsummauerunt prauaricationem, & finem peccato suo imposuerunt, sicut Aquila interpretatus est, at, sicut Septuaginta, Eorum peccata alligata signataq̄ est. Sed quoniam nō solū in ruīnam, uerū etiam in reparationem multorū uenit in Israel, sicut de ipso dixit Simeon, Ecce hic positus est in ruīnam & in resurrectionem multorum in Israel: meritō Daniel ad ea quæ dicta sunt, adiūgit: Et ut deleantur peccata, & expientur iniustitiæ. Quoniam enim sanguis taurorum & hircorum auferre peccata nō posset, et omne hominum genus expiatione uiua ueraq̄ indigeret (cuius figurā gerebat id quod apud Mosē constructū uocat propitiatorium) nulla autem propitiatio uiua ueraq̄ esset, nisi Saluator & Dominus noster, ille agnus Dei, de quo dictum est: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Nam rursus idem propitiatio est pro peccatis nostris, nec pro nostris tantū ipse est precium ac redemptio, sed etiam pro totius mundi, ut ait Apostolus: Qui factus est, inq̄ sapientia nobis à Deo, iustitiæq̄ & sanctificatio, & redemptio. Meritō eius aduentum, simul complementum perfectionemq̄ peccati esse docet eorum, qui contra ipsum impij fuerunt, simul abstersionē & purgationem peccatorum, & iniustitiarū expiationem eorum, qui in ipsum crediderunt, nam cum Aquila ad consummandam prauaricationē, & finem peccato imponendum dixerit, tū illud adiecit, Et ad expiandum iniquitatē: sic planē illum omnis iniquitatis, quæ olim per ignorantiam admissa sit, expiationem esse, pro cōcesso sumens. Post ipsa hæc illud sequitur, Ut inducatur iustitia sempiterna: Est sanē ipse Dei uerbu iustitiæ sempiterna, qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitiæq̄ & sanctificatio, & redemptio, ut ait Apostolus: ueruntamen aduentu suo omnibus hominibus conciliauit iustitiam, re ipsa ostendens, quod non solum Iudæorum est Deus, sed etiam gentiū: quandoquidem unus est Deus qui iustificabit circumcissionem ex fide, & præputium per fidem. Ex quo eos qui cum Cornelio aderant, quiq̄ iam spiritū sanctum accipere meruerant, admirans Petrus: Vere, inq̄ noui quod non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente qui timet illum, & exercet iustitiā, acceptus est illi: Quin Paulus quoq̄ Euangelia iustitiæ affirmat esse, ubi ait: Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti, Iudæo primū & Græco: iustitia enim Dei in eo reuelatur. In Psalmis quoq̄ de Christo dictum est: Orietur in dieb. eius iustitia & abundantia pacis. Et sane illius opus est

Nulla personarum acceptio apud Deū.

opus reuera Dei iusticiam demonstraui, utpote quod omne genus hominū pari uocatione dignum reddiderit. At quæ per Mosē edita sunt, nequaquā talia, sed uni soli Iudæicæ genti donata: quocirca ad tempus dūtaxat proditæ præterierūt. At enim quæ per Saluatorē nostrū iusticia denūciata est, in perpetuū permanens, merito æterna iusticia nūcupata est, quemadmodū dixit Gabriel, Et ut adducā iusticia sempiterna. Pro eo autem quod est, Et quasi signo impresso claudat uisio, & propheta: magis aliquanto propriè mihi uidet Aquila reddidisse. Et ad consummandum uisionis munus, & prophetam, non em ut clauderet, & quasi annulo signaret propheticas uisiones, Saluator ac Dominus noster aduenit, qui etiā illas, quæ antea obscuræ & quasi signo impresso claudat erāt, & aperuit, & latius explicauit, quo tēpore suis discipulis sensum diuinarū scripturarū exposuit. Ex quo, Ecce, inquit, uicit leo de tribu Iuda, et ipse aperuit ligilla libro apposita: ut apud Ioannē legimus in Apocalypsi. Cæterum quæ tandē sigilla, nisi prophetarū obscuritates: quas cū planē bene notata haberet etiā Elaias, dixit: Et erunt uerba hæc tanq̄ uerba libri signati, nō ergo ut clauderet uisionem & prophetam uenit Christus Dei, sed ut aperiret potius, & in lucem proferret. Quare magis mihi propriè uidet Aquila dixisse, Ad consummandum uisionis munus, & prophetam, quod sanē cū illo concordat. Non ueni soluere legem aut prophetas, sed complere: quod à nostro Salvatore dictū agnoscimus. Finis enim legis Christus, & omnes de illo prophetiæ inanes atq̄ imperfectæ manserunt, donec ille seipsum ostendens, omnibus quæ de ipso à prophetis predicta fuerunt, finem imposuit. Potest etiam ex interpretatione LXX talem habere sensum illud quod dictū est, ut quæ si signo impresso claudat uisio & propheta, cum lex & propheta usq̄ ad Ioannē uisionem puras & sinceras cōtemplabant, tanq̄ si ipsis diuina gratia & clausa, & quasi signis impressis colligata esset: meritō euenit ut ab illo, de quo dictū est, tempore, nō amplius apud illos munere suo fungeret propheta, neq̄ qui ab illis uidens nominabat: sed omnia hæc usq̄ ad nostram ætatem sublata euanuerint. Deinceps sequit, Et ungetur sanctus sanctorum, hoc item nobis eodem argumento constabit, nam usq̄ ad tempora Saluatoris nostri, qui sancti sanctorū pontifices erant apud Hebræos, ij caeremonijs quas ex Mosæica lege acceptas seruabant, ungebantur: sed hi quoq̄ posthac, sicut propheta prædixerat, defecere. Itaq̄ quod ab Iacob ad Iudam oraculū enunciatum est, secundum ea quæ prius à nobis exposita sunt, Iudæicæ gentis ducum, principumq̄ defectū diuinabat. Sed quoniam prophetarū & sacerdotum, qui populo prædicatæ gentis, ductū & principū sub ipsum Christi aduentū, per eam quæ prius erant, iam pridem honor dilatatus fuerat, ordine deinceps sermo ubi interitū Iudæicæ gentis, ductū & principū sub ipsum Christi aduentū, per eam quæ prius citabat prophetiam, prædixit: per eam quæ nunc in manib. est, & prophetarū, quoq̄, ubi Christus aduenisset, defecturi essent, quod quidē uaticinium Saluatoris nostri aduentus re ipsa cōprobauit. Quia uerō Aquila ad ungendum sanctificatum sanctorum, interpretatus est, ex eo aliquis suspicabit, ueterem Iudæorum pontificem designari: quippe cū multi quidem illo ipso infatate anteibat, sanctus sanctorū. Siquidem hoc uel eo sensu acceptū, quod uniuersus in promptu sit, uerum est. Nam usq̄ ad tempora Saluatoris nostri, qui à prima origine per successiōem erant pontifices, ijdem etiam toti populo prædicatæ fuerat, abunde satis administrabant. Ex quo autē Saluator noster aduenit, primum quidem eorum quoq̄ ordo confusus est, non multo autem post etiam penitus extinctus. Cæterum, cum ego quidem nusquam in sacris literis inue-

Sigilla scripturæ.

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



Nullus hominum sanctus sanctorum, aut sanctissimus appellandus.

ris inuenerim, ludæorum pontificem sanctum sanctorum nominari, arbitror in unicum duntaxat Dei filium uerbum & proprie designari, & uere digni tali appellatione constitui. his enim qui ex hominibus profecti sint, & ad cum uirtutis gradum peruenerint, quem natura mortalis cōtingere potest, satis si perq̄ fuerit, si quando in parte & cōmunicationem quandam assumpti eius qui dixit, Sancti eritis, quoniam sanctus ego Dominus, sancti appellent. Sanctus aut̄ sanctorum quis tandem sit apud homines nominandus, præter unum sancti dilectum puerū, qui ut rex regum, & dominorum Dominus, ita etiam sanctorum sanctus est appellatus: ut igit̄ ei, utpote qui præstantiori quodam modo sit unctus, q̄ omnes qui unq̄ terreno illo atq̄ elaborato Moysi oleo uncti fuerint, dictum est illud: Dilexisti iusticiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participib. tuis. Quo quidē oleo unctus ex propria persona apud Esaiam ipse ait: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. Quoniam igit̄ excellenti & spiritali ac potius ipsius diuinitatis unguento solus præter omnes, qui unq̄ fuerint, Saluator noster unctus esse perhibetur, merito sanctus sanctorum, tanq̄ si diceret, Pontifex pontificum est nominatus: aut etiam sanctificatus sanctificatorum, ut est in Gabrielis oraculo. Hæc porro omnia completis hebdomadib. septuaginta, finem suum contingere, non aliās sanē, q̄ quo tempore Saluator noster hominibus se uidendum exhibuit. Ergo cum hæc sic fore angelus is, de quo dictum est, summam ipsi prophetiæ cecinerit, rursus sermonē de septuaginta hebdomadib. renouat, exquisitissimē per singulas partes docens, unde in corpore oporteat numerare tempora, & quid nam talibus temporib. euentum sit. Et cognosces & intelliges ab exitu sermonis, ut respondeatur & ædificetur Hierusalem: Hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ, & reuertetur, & ædificabitur platea & murus. Quæ sanē uerba ut reddam plantiora, pulchre mihi officio sanctus esse uidebor, si commentationem in eiusmodi locis eius uiri, qui ante uos idem studiu coluerit, non occultauero: sed eam quoq̄ apposuero, ut accommodata ijs qui lecturi sint hæc. Pulchre em̄ illud dici soleat, Quæ anteorum sunt, ea esse cōmunia. & quia uti quidem quasi cōmuniū, cōuenit ijs, quæ alij probè dixerint, sed ita ut agnoscamus autores neque aut sua sobole patres, aut eos q̄ primi cōsueuerint, p̄p̄ijs seminib. defraudemus, illius uerba nō grauabor apponere. Ea feruntur Aphricani in quinto eorum quæ de Temporib. scripsit, quæ quidem in hunc modum se habent: Ipsa quidem particula, inquit, quæ fere sic se habet, tum multa, tū admirabilia significant: tamen nunc de ijs duntaxat quæ nobis ad rationē temporū, & eorū quæ ad tempora pertinent conductura sint, uerba faciemus. Quod igit̄ hæc de aduentu Christi dicantur, qui post hebdomadas septuaginta ab hominib. esse feruendum, neutiquam dubium est: tempore Saluatoris nostri aut̄ ex illo ipso, & antiquantur delicta, & peccata consummatur, per remissionem autem, iniquitates cum iniusticijs expiatione delent, iusticiæq̄ sempiterna denūciantur, præter eam quæ ex lege acquirebatur. Visiones autem & prophetiæ ad Ioannem, & sanctus sanctorum ungitur, nam cū ante Saluatoris nostri aduentum hæc non essent, expectabantur tamen. Numeri uero initium accipere, hoc est septuaginta hebdomadarum, qui sunt anni quadringenti nonaginta, Angelus præcipit ab exitu sermonis ut respondeatur, & ædificetur Hierusalem. Porro hæc contigerunt regni Artaxerxis, qui Persarū rex fuit, anno uicesimo: huius enim p̄ncerna Neemias cum eum ipsum rogasset, responsum accepit, ut ædificaret Hierusalem. Et sermo exiit quo ipsum hoc iubebatur, nam ad aliud usq̄ tempus ciuitas deserta manserat. Cum enim Cyrus post septuagenariam seruitutē uolentem unumquemq̄ uoluntarie emisisset, qui cōsilio Iesu magno sacerdote, & Zorobabel, quiq̄ post hos ipsos cū Esdra descendebant, ædificare templum, & murum ciuitati circumdare initio prohibebantur,

Aphricanus de temporibus.

tanq̄ hoc imperatum non esset. Mansit igitur usq̄ ad Neemiam & regnum Artaxerxis, annumq̄ imperij Persarum 115, cum uerò a capta Hierusalem annus centesimus atq̄ octogesimus ageretur, tum rex Artaxerxes iussit ædificari ciuitatem. & Neemias unus eorum qui emissi fuerant, operi præfuit. Inde igitur nobis numerare incipientib. septuaginta hebdomades in Christū terminantur, nam si ab illo quouis tempore numerandi initium fecerimus, neq̄ tempus ipsum conueniet, & multa incommoda subire necesse erit. Siue enim a Cyro, primaq̄ emissionē, septuaginta hebdomadas numerare ceperimus, anni centum & amplius supererunt, siue ab eo die quo angelus ipsi Daniel oraculum reddidit, etiam maior fiet annorū numerus. Multo aut̄ maior, si ab initio captæ urbis. Inuenimus enim, regnum Persarum intra annos ducentos atq̄ triginta contineri. Deinde Macedonum ad annorū numerum continuari trecentorū & septuaginta. Inde uerò ad Tiberij Cæsaris annū sextumdecimum, annos sexaginta. Ab Artaxerxe aut̄ septuaginta hebdomades ad Christū tempus perueniunt, si ludæorū numeros sequimur. Siquidem a Neemia, qui ut ædificaret Hierusalem est missus, anno regni Persarum centesimo & quindecimo, qui fuit ipsius regni Artaxerxis uicesimus, atq̄ idem octogesima tertie olympiadis quartus, ad illud tempus qui fuit olympiadis ducentesime secundæ annus secundus, imperij aut̄ Tiberij Cæsaris sextusdecimus, quadringenti nonaginta: utpote cum illi ad cursum lunæ annos cōputare conseruerint, ut hac ratione annus sit, quod dictu facile est, dierum trecentorum quinquagintaquatuor. Cū tamen solaris cursus dies conficiat trecentos sexaginta quinque et̄ unius diei parte quarta. Ex quo apparet, lunares cursus duodecim, ab uno solari cursu, undecim diebus & quarta unius diei superari. Idcirco & Græci & ludæi ternos intercalares menses octauo cuiq̄ anno adijciunt. Etenim si undenos cum unius parte quarta octies repetieris, trium mēsum spacium conficies. Quadringenti igitur septuagintaquinque anni, octētia reddunt quinquaginta nouem, & annos præterea tres. Cum uerò octauo cuiq̄ anno terni intercalentur menses, conficitur annorū quindecim summa, pauca hebdomadas septuaginta conficies. Hactenus quidem Aphricanus. Quod si nos quoq̄ oportet in eiusmodi locos propriam cōmorationem in mediū afferre, dico non frustra neq̄ temere diuisionē ab oraculo esse factam septuaginta hebdomadarum. Nam cum eas diuiserit in primas septem, ac deinde in alias sexaginta duas, & post plurima, quæ media interponunt, una reliquam adiecit, eo modo numerum septuaginta hebdomadam compleuit. Dicitur: Et cognosces & intelliges ab exitu sermonis, ut respondeatur, & ædificetur Hierusalem usq̄ ad Christum duces, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta dua. Deinde alijs quibusdā interpositis rebus, nouissimam ad hæc non frustra, neq̄ absq̄ diuino afflatu temere effusa sint, eorū qui hæc tanquam Dei uerba acceperint, negaturū arbitror neminē. Hoc igitur primum cōmōde nobis uisum est adnotari oportere, legentibusq̄ ut huiusce questionis exquisitā solutionem inueniant, locum relinquere. Attamē si ne nos quidem quod in mentem uenit, occultare oportet, dico alio quodam sensu Christum duces, qui in proxime exposita scriptura significatur, esse accipiendū, in illis utiq̄ uerbis: Ab exitu sermonis ut respondeat̄ & ædificetur Hierusalem usq̄ ad Christū duces: nihilq̄ aliud intelligendū, q̄ seriem successionemq̄ pontificum, qui post illam ipsam prophetiam, reditumq̄ de Babylone populo Iudaico præfuerint, quos Christos nominare sacra litera consueuerunt. Hos enim duntaxat genti præfuisse initio facto ab Iosedec sacerdote magno,

Supputatio 70. hebdomadarū definit in Christum.

Annus solaris maior annu lunari.

OP. A. F. V. S. B. C. S. M.



post reditum de Babylone usque ad tempora aduentus Saluatoris nostri acceptus. Arbitror igitur intermedium tempus quo illi praefuerunt, significari illis uerbis, Ab exitu sermonis ut respondeatur & aedificetur Hierusalem: usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexagintaduæ. annorum uero hebdomadas, si redigantur in annos, quadringentos octogintatres, a regno Cyri usque ad Rom. imperium propagari: quo tempore Pompeius Romanorum imperator Hierosolyma aggressus, obsidione quidem urbem ipsam cepit, totam uero gentem Romanis seruire coegit, usque adeo, ut ex illo tempore & tributa pendens, & Romanorum iussibus obtemperans fuerit. Ad hoc igitur tempus, quadringentorum octogintatrum annorum numerus ducit, in quo delierunt, qui secundum Mosaicam legem ex maiorum successione ac serie, totius gentis principatum & sacerdotium capiebant, quos Christum ducem, a scriptura diuina hoc in loco nominari suspicor. Quod si opus est enumeratione quoque uti, & qui nam illo intermedio tempore de quo loquimur, quibus successerint, locumque illi tutati sunt, exponere: ne hoc quidem facere grauabimur, ut eorum quae dicta sunt, ueritatem ostendamus. Primum igitur post ipsius Daniel prophetiam, Cyro apud Persas regnante, post reditum de Babylone, Iesus filius Iosedec, qui sacerdos magnus est dictus, una cum Zorobabel de Babylonica seruitute reuertitur, & sic fundamenta templi faciunt. Sed dum a uicinis impeditur opus, septem primae annorum hebdomades, quas propheta dicit, abierunt, quibus templi aedificatio inchoata remansit. Quae de causa diuinum oraculum primas septem hebdomadas a reliqua summa distinguit, dum dicit: Hebdomades septem, ac deinde ex interuallo adiungit, Et hebdomades sexagintaduæ. Septem igitur a Cyro ad templi aedificationem absolutam annorum hebdomades reperiuntur. Inde animos sumentes Iudei, ad Saluatoris nostrum dicebant: Quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud: at illi quidem quadraginta & sex annis aedificatum esse templum dixere. Tot enim a regno Cyri prioris, qui primus Iudeorum quibusque uolentibus concessit de Babylone in patriam terram reuerti, ad sextum Darii regni annum, colligunt, sub quo omnis aedificatio finem accepit. Sed Iosephus autor Hebraeus alios tres annos adiungit ad ea, quae templum extrinsecus accedunt, ornamenta absoluenda, ut propterea merito septem primas hebdomadas, quae summam quadragintanouem annorum consueuerunt, a ceteris oraculum propheticum separauerit, & reliquas sexagintaduas a Darii regno numerare cõtingat. sub quo rursus Iesus filius Iosedec, & Zorobabel filius Salathiel, cum adhuc uiuerent ambo, in aedificatione templi praefuerunt, prophetiae munus interim exercentibus. Aggæo & Zacharia post quos Elías & Neemias de Babylone itidem reuersi, murum circumdederunt ciuitati. Tunc autem pontificatum administrabat Ioachim, qui Iesu filij Iosedec filius fuerat, post quem successit Elíasib. Deinde Iodae, quem secutus est Ionathas, hunc excepit Addus. Horum etiam apud Esdras fit mentio, his uerbis: Et Iesus genuit Ioachim, & Ioachim genuit Elíasib, & Elíasib genuit Iodae, & Iodae genuit Ionathas, & Ionathas genuit Iaddu. tempore autem huius Iaddu, Alexander Macedo Alexandriam condidit, ut Iosephus scriptum reliquit: & Hierosolyma ingressus, Deum adorauit. Mortuus est autem Alexander in eunte ceterima & quartadecima olympiade, post Cyrum ducem triginta sex annis: qui apud Persas regnare cepit in eunte olympiade quinta supra quinquagesimam. Post mortem uero Alexandri Macedonis, & post quem proxime diximus pontificem, Onias ipse quoque pontificatus honore suscepto, genti praefuit. cuius temporibus cum Seleucus Babylonem cepisset, Asia sibi diadema circumdedit, anno post Alexandri mortem duodecimo. Ad quem a Cyro incipientibus, omnis temporis summa annorum ducentorum quadraginta octo colligit. Ab hoc ipso tempore Graecorum regnum numerare incipit Maccabæorum historia. Ceterum post Oniam

46. annis aedificatum templum.

Alexandria ab Alexandro condita.

post Oniam, Iudeorum suscipit principatum pontifex Eleazarus: sub quo septuaginta uiri diuinas interpretati scripturas, Alexandrinis bibliothecis dedicarunt. Post hunc secutus est alter Onias, cui successit Simon, cuius tempore Iesus filius Strach fama celebris fuit, qui Sapienciam titulo omnia uirtutum genera profitentem composuit. Post quem alius eodem cum prioribus nomine Onias praefuit: huius pontificis tempore, Antiochus cum Iudeos obsidione fatigasset, Graecorum ritibus uti coegit. Hunc secutus Iudas, cognomēto Maccabæus, cum rebus Iudeorum praefuit, regionem ab impijs & profanis expurgatam liberauit. Cui succedit frater Ionathas, deinde Simon, sub cuius mortem regni, quod apud Syros uiguit, annus numeratur septimus & septuagesimus supra centesimum. ad quod sane tempus primus, qui Maccabæorum uocatur liber, historiam deducit, ac deductam relinquit. Itaque a primo anno Cyri, pontificis mortem, ad extremum historiae Maccabæorum finem, Simonisque Ionathas, ut scribit Iosephus, pontificatum exceptum per annos uigintinouem administrat. Hunc secutus Aristobolus, annum unum praefuit. Hic primus post reditum de Babylone ad pontificiam dignitatem amplius regium diadema additum sibi imposuit. Huic succedit & rex idem pontifex Alexander, qui & ipse annos septem & uiginti rebus Iudeorum praefuit. Ad cuius principatum a primo regis Cyri anno, & Iudaicae gentis reditus de Babylone, omnis summa annorum colligitur quadringentorum octogintaduorum, quo toto tempore pontifices praefuerunt: quos ego quidem Christi ducis appellatione, a prophetia significari arbitror. post quos, ipsorum nouissimo Alexandro decedente, res Iudeorum sine principe, sine duce, neminem qui praefisset habentes, relinquuntur. Factum itaque est, ut eorum regnum in foeminam tandem reciderit. Cuius filius duo Aristobolus atque Hyrcanus, dum inter se de principatu contendunt, Pompeius interea Rom. imperator Hierosolyma aggressus, cum obsidione urbem profanat. Et haec Iudeis accidunt centesima septuagesima nonae olympiadis anno primo, qui fuit annus a Cyri regno quadringentesimus nonagesimus quintus, cuius regni initium quinquagesima quinta olympiade factum est. Per id igitur temporis Pompeius uicinis Hierosolymis, & uinctum Aristobolum Romam mittit, & huius fratri Hyrcano sacerdotium tradit, atque ex illo tempore uniuersa Iudeorum natio Romanis tributaria facta est. Post Hyrcanum Iudeorum obtinet regnum. Hic primus alieno ortus genere, perturbato pontificum ordine, qui Mosaicam lege sancitus fuerat, in illa gente regnat. Lex enim diuina iubebat, ut maximus pontifex quoadiu uiueret, sacerdotio fungeret. At Hyrcanus non is qui legitimo genere orti essent, neque is qui id turis honoris id muneris attribuit: ac ne is quidem in perpetuum, sed ad breue quoddam determinatumque tempus gratificans, atque alio tempore alijs eiusmodi honorem impertiens: ut hac ratione primae quidem hebdomades septem a Cyro ad Dario: reliquae uero sexagintaduæ, a Dario ad Imperatorem Rom. Pompeium contineantur. At si tertiam praeterea contemplationem uelis insistere, atque alicui quadam ratione tempora septem & sexagintaduorum hebdomadum numerare, quae annos continent quadringentos octogintatres, inuenias idem tempus spacium ad Augustum usque, atque Herodem, qui primi externi generis regnarunt, quorumque temporibus Saluatoris nostri Iesu Christi ortus fuisse memoratur, propagari, si modo hunc quem dixi numerum, sumpto initio a Dario, templique abolitione recolligas. Ad secundum enim Darii annum, propheta Zacharias indicat his uerbis: In die uicesimo quarto undecimi men-

Iesus filius Strach.

Alexandra regina Iudeorum.

OPAVSIBUS



402 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
sis (is est Sabbath) in anno secundo Darij, factum est uerbum Domini ad Za-

403 LIBER OCTAVVS.
post hebdomadas septem & sexagintaduas, excidetur Christus, & non aderit

Hyrcanus
Christus excisus.

Turris Antonia.

Vertical handwritten text on the right edge of the page.

pontifici sacrum munus abrogasset, Ismaelum Tupheba pontificem declaravit. cui item ipsi quum haud multo post honorem ademisset, Eleazarum Anani pontificis filium pontificem creat. Deinde anno peracto huc quoque reijcit, & Simoni Cathimi filio pontificatum tradit. huc quoque non plus annuo honore perfuncto, abiit tempus: & in locum eius Iosephus, qui etiam Caiphas, factus est. Haec necessario posui propter illud: Peribit unctio, & iudicium non est in ea. quae ego quidem arbitror indubitata demonstrationem habere. his deinde addit propheta, Et civitatem & sanctum disperdet cum duce venturo. Vbi ego rursus & ipsum Herodem, & eos qui post Herodem ex alieno genere imperauerint, puto intelligendos. nam quemadmodum superius nominabat Christos duces, quum in illis verbis pontifices diceret, usque ad Christum ducem: ita post eos, & post eorum abrogationem, non alius fuerit venturus, quam is qui dictus est ex alieno genere, ceterique quicumque post illos deinceps genti praefuerunt. quibus tanquam adiutoribus utens, una cum ipse ho- nesti inimicus bonorumque corruptor, & civitatem, & sanctum perditurus dicitur. Etenim verè perdidit totam gentem, modò quidem sacerdotij ordinem propter legem perturbans, modo verò cunctum populum pervertens, & civitatem (sic enim ciues figurate nominantur) euocans ad impietatem et nefas huiusmodi commentationi nostrae Aquila quoque concordat, qui interpretatus est in hunc modum: Et civitatem & sanctum disperdet populus ducis venturi. Non solum enim qui venturus fuit dux, quem nos superiore expositione prodiximus, corrupti civitatem & sanctum: sed etiam illius populus. praeterea non forsitan quispiam à recto aberraverit, si dixerit, etiam Romanorum ducem istud in verbis designari, eiusque ducis populum. Per quae arbitror significari exercitum Romanorum principum, qui ex illo tempore gentis imperium tenuere: quique civitatem ipsam Hierusalem, & in ea quòdam venerabile & sanctum templum corruperunt. Siquidem ab ijs etiam excisi sunt tanquam in diluio, & usque ad finem belli in compendium acti interitibus pervenere: usque adeò, ut quemadmodum propheta dixerat, extremam tum passis solitudinem, post ipsorum nefarias contra Salvatorem nostrum insidias. nam postquam id moliti sunt, extremam sane obsidionem pertulere. Haec quoque ipsa ad amussim explorata habet in ijs quas Iosephus scripsit historijs. Ceterum quum haec de ijs quae intermedio septem & sexaginta duarum hebdomadam tempore, Iudaicae genti acciderit, per prophetiam praedicta sint, ordine deinceps novi per Salvatorem nostrum denuntiandi Testamenti significatio canitur. Ergo ubi iam multa in medio inter septem & sexaginta duas hebdomadas dicta sunt, tum adiungitur: Et confirmabit pactum multis hebdomada una, & in medio hebdomadis auferetur sacrificium & libatio, & in templo abominatio desolationum erit, & usque ad confirmationem temporis, consummatio dabitur in desolationem. Sed iam haec quoniam pacto completa sint, exploremus. Sane proditum est memorie omne doctrinae eruditionisque miraculorum Salvatoris nostri tempus, trium annorum & semis fuisse, quod quidem est hebdomadis unius dimidium. Hoc ipsum quoque modo Ioannes Evangelista attentissime eius euangelium observantibus declarabit. Erit igitur hebdomas annorum una omne tempus quod cum apostolia suis uersatus est, cum antiquam passus est, tum postquam de morte ad vitam reuenit: nam quod antequam sit passus per tres annos & semis, omnibus, & discipulis, et non discipulis seipsum exhibuerit, palam ex ijs quae scripta sunt de ipso, proditum est: quo tempore & docu mentis & admiratione dignis curationibus, diuinitatis suae vires omnibus similiter tam Graecis quam Iudeis ostendit. Vbi uero à morte ad vitam est restitutus, quod idem temporis, eundem quae annorum numerum cum suis uersatus sit, discipulis & apostolis, rationi sane confensum est, per dies XL. apparens eis, & coalescens, & de regno Dei loquens, quemadmodum quidem in Apostolorum actis continetur, ut haec sit illa, de qua propheta

qua propheta loquitur annorum hebdomas, in qua confirmavit pactum multis. munitius uidelicet reddens nouum Euangelicae praedicationis Testamentum. Sed quibus multis id confirmavit: nempe suis discipulis & apostolis, ijsque omnibus quicumque ex Hebraeis in fidem eius uenerunt. Ceterum in huiusce unius hebdomadis medio, in qua illud ipsum de quo diximus testamentum multis confirmavit, sublatum est sacrificium, & libatio, abominatioque desolationis inchoata est: quòd quidem hac ipsa hebdomade iam ad medium sui spatium ducta, post trium annorum tempus & semis doctrinae illius, quo tempore passus est, uelum templi scissum est à summo usque deorsum, ut ex illo iam uti quadam sublata fuerit ab eis libatio et sacrificium, et abominatio desolationis in templo sederit: utpote quum eos uirtus illa reliquerit solos, quae ab initio ad illud usque tempus, & tutelam & prouidentiam eius loci gerebat. nam ad illud usque tempus quo ille pro salute nostra passus est, diuinam quandam uim fuisse quae & templum, & sanctum sanctorum tueretur, existimare par est. Alioqui quid oportebat, illum unam cum alijs multis sedere in templo, & ex legibus festos dies celebrare, si nouisset, non amplius consistere locum illum, neque Dei praesentia dignum esse fuerit igitur ad illud usque temporis nonnulli in templo diuinantes: qualis Anna propheta mulier, filia Phanucci: et Simeon, qui in ulnas ipsum adhuc infan- tem accepit. qui etiam cecinerunt ea, quae publice memoriae prodita sunt. Sed neque ipse Dominus noster dixisset leproso, Abi, ostende te sacerdoti, & offer sacrificium quod praecipit Moyses in testimonium eis, si illo in loco non ultra existimasset quae ad ritus legesque pertinent, tanquam in sancto & Dei praesentia digno loco celebrari oportere. neque uidentes & ementes eiciens, dixisset uerba illa: Scri- ptum est, Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem eam facitis spelum latronum. Et rursus: Auferite ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. nisi adhuc plane censuisset uenerabilem esse locum putare oportere. At enim ubi illorum extremum scelus appropinquauit, tum omnia in dicauit, dicens. Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. quod quidem ipsum completum est, quo tempore dum ille cruci affixus est, uelum templi medium toto penitus altitudinis suae spacio scissum est, sublatumque est ex illo, uti quadam Deo gratum ex institutione legis sacrificium & libatio: qua sublata, abomi- natio desolationis secundum eam quae nunc in manibus est, prophetiam, in loco illo secuta est. Quod si per aliquod tempus permanere uisa sunt ea quae ad functionem illam in tali loco pertinent, non tamen eadem amplius grata Deo fuerunt: quippe quum & sine iudicio, & praeter leges celebrarentur: sicut enim antea, unctioe abolita, & legitimis ex succedendi serie pontificibus post Hyrcani interitum abrogatis, qui posthac sine ordine & praeter leges ad illud munus accedebant, uidebantur illi quidem aliquid facere, & tamen id nullo laudabili instituto praestabant: propter quos etiam dixit propheta: Peribit unctio, & iudicium non est in ea. talibus interim uerbis iudiciorum legumque in illis con- temptum accusans, ita etiam circa libationem et sacrificium contigisse affirma- bis, quae recte quidem & ex lege antequam Saluator noster sit passus, celebra- bantur propter uirtutem illam quae ad illud usque tempus loci sanctitatem tue- batur. Ceterum & sublata est ilico post illius perfectum, Deoque conueniens sacrificium, quod ipse seipsum pro peccatis nostris obtulit, quum ipse esset il- le agnus Dei qui tollit peccata mundi. quo quidem sacrificio cunctis homini- bus secundum noua noui Testamenti mysteria tradito quae ueteris propriae & confirmabit pactum multis hebdomas una: & quae ad uetus Testamentum spectant, sublata sunt. Ceterum quando tandem quae ad nouum pertinent Te- stamentum sunt confirmata, nisi quum Saluator ac Dominus noster magno illo festo, & ad ipsum spectantium noui Testamenti rationum signa & notas suis disci-

Scissum uelut
quid signifi-
cet.

OPAVSIBVS

Signa desolata
di templi.

lris discipulis tradidit: eodem enim tempore & hæc perfecta sunt, & à Mose
descriptū uetus Testamentum sublatū est: quam rem planè declarauit uelut
templi, quod per idem tempus scissum est. Sublato igitur ex illo deinceps, &
nō minus re uera quàm ui, soluto sacrificio ac libatione, quæ posthac existima-
bantur illis perfici sacrificia, sine gratia, rebus sacris aliena, in profano loco
profanis & à re sacra alienis perficiebantur. Caterum his de rebus etiam Iose-
phi testimoniū accipe: Ipso autē die pentecostes noctu sacerdotēs in templū in-
gressi, sicut eis mos erat, ad munera obeunda, primū quidem se motum quem-
dā strepitemq; sensisse dixerūt: deinde uerò subitā uocem crebro repetentē,
Migremus hinc. Hæc autē ille scribit facta esse post Saluatoris nostri mortem.
Rursus idem ait: Pilatū præsidem, ipsum utiq; illum qui tempore Saluatoris
nostri præfuit, noctu in templū cōtra fas imagines Cæsaris intulisse, magnūq;
perturbationem seditionis atq; tumultus Iudæis intecisse. Eadem hæc etiam
Philo cōfirmat, qui ait: Regias imagines Pilatum noctu in templo dicasse, in-
tiumq; seditionum, & mutuarū inter ipsos calamitatū, ex illo Iudæis accidisse.
Non desierunt ergo posthac, quæ uniuersam gentem, eorundemq; principē
ciuitatē inuaderent omnis generis mala, usq; ad ultimū illud quod cōtra illos
gestū est bellum, extremamq; illam obsidionem, in qua omnis generis inter-
necionibus, & famis, & pestilentia, & gladij, quum perniciēs aduersus eos di-
lutiū instar cōflueret, omnes quicūq; aduersus Saluatorem nostrum conspi-
rauerant, cuiuscūque essent ætatis excisi sunt. quo sanè tempore etiam delo-
lationis illius abominatio in templo constitit, quæ quidem ad hunc usq; diem
permanet singulis diebus in deteriorem solitudinem corruēs. Par autem est
eam itidem usq; ad uitæ cōsummationem duraturam, iuxta terminum quem
prophetia indicauerat, illis uerbis: Et usq; ad cōsummationem temporis con-
summatio dabitur in solitudine. quam uocem Saluator ac Dominus noster
Iesus Christus quasi signo impresso cōfirmant dicens: Quum autem uideritis
abominationem desolationis, q̄ dicta est per Daniele prophetam stantem in
loco sancto, tūc scitote quod appropinquauit desolatio eius. Quod si Iudæi
non credere re ista respondeant, arguendi sunt tanquam ij, qui non solum im-
pudenter rebus ueris ac manifestis repugnant, sed etiam uaticinia sua falsa,
quātum in ipsis est, calumniuntur, si illa quidem in septuaginta annorum heb-
domadas uniuersum tempus includunt, dum quæ inter medio tempore prope-
tura sunt diuinat: ipsi uerò quum iam ab ipsa prophetia usque ad nos prope
millesimus agatur annus, nihil eorum quæ scripta sunt factū esse demonstrat.
tamen si ipsorum unctio, ut diuinum prædixerat oraculum, deleta est, & san-
ctū eorundem una cum prioribus incolis disperditum atque excisum in dilu-
uio belli contracti internecionibus, & eo in loco adhuc cernitur, id quod om-
nium admirationem superat. dico autem abominationem desolationis adhuc
stare eo in loco, qui antea sanctus erat, quæ de re etiam Saluator ac Dominus
noster exposita nuper uerba enunciauit. Quæ quidem res quum planissime
sub oculos nobis subiectæ sint, atque etiam nunc cernantur, Iudæos admirare
operæpretium est, non tã quod aduersus ea quæ ita perspicua sunt intendere
oculos audeant, quàm quod ita caligent, eorumq; mens ita inuoluatur tene-
bris, ut non uideant ea, quæ tam clara tam que euidentia sunt diuinarum scri-
pturarum euenta, quod quidem eis secundum illam Esaiæ uocē, quæ in hoc
quoq; aduersus illos completa est, accidit, ubi utitur illis uerbis: Auditum
diētis, & non intelligētis. & intuentes intuebitur, & non uidebitur. Crassum
enim factū est cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt, & oculos
suos clauserunt, ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intel-
ligant, & conuertantur, & sanem eos. Sed quoniam de gentibus quæ in fidem
Christi Dei uenerunt olim, prius dictum fuerat, quibus nunciatum nō est de
illo, ij uidebunt: & qui nō audierunt, ij intelligēt: nos item illius atq; eius, qui
miser illum,

A misit illum, patris beneficio, pro uiribus, quæ uisa sunt dicenda in hos locos (i) diximus: nec non quæ Aphricano superioris uiro sunt uisa, illi ipsi accepta re ferentes, apposuimus. quæ ipsa quoq; diligēter atq; accurate excogitata sunt, quare illis ut bene inuentis erit utendum.

Signa hæc temporum descensus Domini ad homines futura canit propheta, extremum ritū atq; institutorum, quæ apud Iudæos cum ueneratione seruabatur interitum, agnitionem eius Dei qui à propheta uenturus denunciat. pacē omnū gentium profundissimā. Demonstratio III.

Audite populi omnes, & attendat terra, & omnes qui in eo sunt, & erit Do-
minus uobis in testimoniū. Dominus de domo sancta sua, qm̄ ecce Dominus
egredietur de loco suo. Et descēdet & insitet super altitudines ter-
ra. Et cōmouebuntur mōtes subter eo, & ualles liquefcnt sicut cera à facie
ignis, & sicut aqua q̄ defertur in præceps. Propter impietate Iacob omnia hæc
& propter peccatū domus Israel. Deinde post alia plurima quæ in medio col-
locat, uerba hæc adiungit: Audite iam hæc duces domus Iacob, qui reliqui e-
ditificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniustitijs. Duces eius cum
muneribus iudicabant, & sacerdotes eius cum mercede respōdebāt, & prophe-
te eius cū argento diuinabant, & super Dominū quiescebāt, dicentes: Nō
ne Dominus in nobis est? nō ueniet super nos mala: Idcirco propter uos Sion
ut ager arabitur, & Hierusalē ut pomorū custodia erit, & mons domus Do-
mini in lucum syluæ. & erit in nouissimis diebus manifestus mōs Domini, pa-
ratus super uertices montiū, & extolletur super colles, & festinabit ad eū po-
puli, & ibunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus in montem Domi-
ni, & in Domū Dei Iacob, & ostendent nobis uiam eius, & ambulabimus in se-
mitis eius. Nā ex Sion exhibit lex, & uerbū Domini de Hierusalem. Et iudica-
bit inter multas gentes, & redarguet gentes fortes usq; ad terrā lōginquā. Et
cōcidēt gladios uos in uomeres, & hastas suas in falces. & non arripiet ultra
gens contra gentem gladiū, & nō discant amplius bella gerere. Et quiescet u-
nusquisq; sub uite sua, & sub sicu sua. Et nō erit q̄ deterreat eos, qm̄ os Domi-
ni omnipotentis locutum est hæc. Iam antea hæc suo loco nos cōtemplati su-
mus, ubi ostendimus quemadmodū non alias quàm post aduentū Saluatoris
nostri Iesu Christi ad homines, q̄ olim apud Iudæos dignitatem, ueneratio-
nemq; habitabāt, mōtesq; Sion & Hierusalem uocabant, quæq; in ijs ædificia
erāt, templū uidelicet, sanctūq; sanctorū, atq; altare, atq; alia quæcūq; ibidem
in Dei honorē dedicata fuerāt, de medio sublata cōcussa q; sunt, sicut oraculū
illud prædixerat: Ecce Dominus Dominus egrediet de loco suo, & descēdet
super altitudines terræ, & cōcutientur mōtes super eo, quib. cōcussis, Iudæo-
rum animæ, q̄ ualles nominantur ob ipsarū humilitatem, dū priscis altitudinib. cō-
feruntur, eorū q̄ nuper dicta sunt, interitū deplorātes, tanq; cera à facie ignis
liquefcnt: & quasi aqua q̄ defertur in præceps, propter multitudinem eorū q̄
in illis quotidie a melioribus ad deteriora labuntur. & omnia hæc ait futura pro-
pter impietatem domus Iacob, & propter peccatum domus Israel. Quæ nam
uero hæc sit impietas, & q̄ peccatū, progressus longus adiungit: Qui abomi-
nati, inquit, iudiciū, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in san-
guinibus, & Hierusalem in iniustitijs: in quib. sanguinibus etiā ille fuit, qui il-
lis extremorū malorū initium causamq; præbuit, propter quem impiam illam
uocem cōtra se ipsos emiserūt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios
nostros. Itaq; propter ipsa hæc, inquit, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalē
quasi pomorum custodia erit. quæ quidem nullo unquā alio tempore quàm
post illa quæ contra Saluatorem nostrum ausi sunt, uerum exitum acceperē.
Ex illo enim ad hunc usq; diem, locis illis extrema solitudine occupatis, mōs
Sion, qui apud illos antea celeberrimus erat, loco atiquæ illius meditationis
atq; exercitationis, quæ in illo uigebat, propheticoꝝ diuinorūq; oraculoꝝ,
quæ antea

OPAVSIBVS

que antea uiri Hebrei Deiq; familiares prophete, sacerdotesq; & magistri totius gentis in eodem magno cu studio reddebant, per uiros Romanos in nulla re a reliqua regione differens aratur & colitur, ut nos quoq; ipsi inspexerimus boum opera locu & arari & seminari. ipsa uero Hierusalem tanq; pomorum custodia, corrupto uetere qui in ipsa erat fructu, effecta est: ac potius lapidu collectio, sicut in contextu Hebraico legitur. Sic enim Aquila conuertit: Idcirco propter uos, Sion terra arabitur, & de Hierusalem lapides colligentur. Ab externis enim hominib. habitata, hodie quoq; lapides legentibus parbet, quum omnes qui nostris temporib. eam urbem incolunt, ruina illius lapides colligant, tam de priuatis quam de comunibus & publicis edificijs. & licet oculis tristissimum spectaculum intueri ex ipso templo, & ex ipsis quondam adytis, & ex ijs que sancta uocabantur, lapides pro simu lacrorum fanis, proq; spectaculis, quo omnes populi concurrant, adificandis assumi: que quu aduocentur ab omnibus cernantur, quod noua item lex, quodq; nouu nati Saluatore nostro Iesu Christo, conditi testamenti uerbum illinc omnino profectu sit, sane costiterit. Quandoquidē innumerabiles populoru conuentus, omnisq; generis nationes, relictijs dijs ipsoru patrijs, relictoq; uetere superstitionis errore, unu supremu Deu inuocant: quare etiā profundissima pacis copules euaserunt, quādo nō amplius multiplices principatus, neq; ut antea mutua cernuntur, neq; gens aduersus gentem gladium sumit, neq; ut antea mutuis inter se bellis itudēt, sed agricola omnis sub uite & sub uicu sua quiete, nemine illos exterrēte, sicut propheta predixerat. Quæ quu sic nunquā alia ante a condito æuo, nisi post aduentu Saluatoris nostri, Romanis imperiū obuenientibus, ad hūc usq; diē cōtigerint, indubitata demōstratione ostensum esse arbitror eius, quē propheta predixerūt, Domini aduentus ad homines tēpus.

Signa temporum Dei ad homines aduentus, & uocatio gentium, extremaq; urbis Hierusalem euersio. Demonstratio 1111.

Zacharie 9. Gaude & lætare filia Sion, quia ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, & erit ei in populū. Et habitabunt in medio tui: & cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te. Et post alia plurima que in medio ponit, adiungit: Gaude de uehementer filia Sion. Predica filia Hierusalem, ecce rex tuus uenit tibi iustus & Saluator, ipse mansuetus, & impositus super iumentum & pullu adulescentem. Et perdet currus ex Ephraim, & equum ex Hierusalem: & perdet arcus bellicus, & abundantia pacis ex gentibus. Et principatu obtinebit a mari usq; ad mare, & a fluminib. per eiectiones terre. Hec ubi de Saluatoris nostri aduentu hoc item loco oraculum cecinit, tum post alia que interponit, etiam de extrema Hierusalem desolatione, nunc occulte ac per obscuros sermones, nunc explicite atq; aperte uerba facit, obscure quidem ac figurate, ubi nunc aperit Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Ululet pinus, quoniam cecidit cedrus, quoniam magnopere magnifici afflicti sunt. Ululate quercus Basanitidis, quoniam conuulsus est saltus consitus. Vox lamentantium pastorem, quoniam afflicta est magnificentia eorum. Vox rugientiu leonum, quoniam afflicta est superbia Iordanis. Et hec quidem per anigmata, sed eorum Hierusalem interpretatione aperte idem propheta adiungit, dicens: Ecce ego pono Hierusalem ut uestibula que quatiuntur omnibus populis in circuitu, & in Iudæa: & erit ambitus in circuitu contra Hierusalem. Et erit in die illa, ponam Hierusalem lapidem qui conculcetur ab omnibus gentibus. Omnis qui conculcet eam illudens illudetur, & congregabitur super eam omnes gentes terre. Et post pauca adiungit: Et respicient ad me, que cofixerunt, propterea quod insultauerunt, & plāget super eo planctu, ut super dilecto, & dolore, ut super primogenito. In die illa magnificabitur planctu Hierusalē, ut planctu Rhodanos in campo eius qui exciditur. Et plāget terra tributim, tribus domus David seorsum, & mulieres

mulieres eorum seorsum: tribus domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus Simeon seorsum, & mulieres eorum seorsum: omnes reliquæ tribus, tribus seorsum, & mulieres eorum seorsum. Rursus post alia, extremam urbis Hierusalem obsidionem planius enunciat, dicens: Ecce dies ueniunt Domini, & diuidentur spolia tua in te, & congregabo omnes gentes ad Hierusalem in bellum, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres polluentur, & egredietur dimidium ciuitatis in captiuitatem, reliqui autem de populo meo non peribunt de ciuitate. & egredietur Dominus, & comparabitur ad prelium in gentibus illis, sicut dies prelij eius, in die belli. & stabunt pedes eius in die illa in mote oliuarii quod est contra Hierusalem. Deinde post alia que in medio ponit, hec ait: Et erit Dominus unus, & nomen eius unu, cōplectens omnem terram & desertu. Rursus post alia, dum propheta libro terminum ponit, uocationem gentiu his uerbis diuinat: Et erit, quicumq; relicti fuerint ex omnibus gentib. que uenerint in Hierusalem, ascendent singulis annis ut adorent regem Dominum omnipotentem, & celebrent diem festum tabernaculorum. Et erit, quicumq; non ascenderit, etiam hi illis addentur. Si autē tribus Aegypti non ascenderit, neq; uenerit illuc, etiam super his erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes terre quæcunq; non ascenderit ad celebrandum solenne tabernaculorum. Hoc erit peccatum Aegypti, & peccatum omnium gentium, quecunq; non ascenderit ad celebrandum diem festum tabernaculorum. Hec sane Zacharias post reditum de Babilonia, a priorē desolatione excitata instaurataq; nuper fuerat, que desolatio illi a Babilonijs fuerat illata. Colligit autem omne tempus a Dario Persaru, sub quo Zacharias prophetie munere fungitur, ad Augustum Romanorum regem, annorum hebdomadadas septem & sexaginta duas, que apud Daniele feruntur: que summa annorum efficitur, quadringentorum octoginta trium, ut ostendimus in ijs que paulo ante a nobis tractata sunt. Cæteru post imperium Macedonum ab Alexandro usq; ad Augustum, etiam si ipsius Augusti regnum complectare, nihil sanē quod propheta uerbis cōcordet, aut simile sit, inuenias esse completum. Quando enim per illa tempora is Dominus quem propheta ut Deum celebrant, cum hominibus uersatus est: & gentes multæ illi agnouerunt, eundemq; solum Deum confessæ sunt: & ad ipsum confugerunt, facte sunt ei in populū: uel quādo tandem toto Persarum aut Macedonum tempore, is rex de quo propheta loquitur, uenit impositus iumento & pullo adolescētē: & ueniens Iudaicæ gentis, q̄ Ephraim hoc loco dicitur, & ipsius Hierusalem regiam aciem, que currum atq; equi uocabulo nominatur, perdidit: & armatis Iudaicæ gentis copias deleuit. Hoc enim significabat oraculum illud dicens: Ecce rex tuus uenit tibi iustus et Saluator, ipse mansuetus & impositus super iumentum & pullum adolescētē, & perdetur arcus bellicus. Hec de euersione regie dignitatis Iudaicæ gentis predicta sunt, quæ quæ prius exposita sunt, adiunguntur hoc modo, Et abundantia pacis ex gentibus. Pro quo Aquila & reliqui interpretes reddiderunt, Et loquetur pacem esse completum, quum ex illo omnis quidem principum multitudo diuersa tempora uel Persico uel Macedonico stante imperio, talis extitit rex nos orbis terræ: itaq; hoc significarūt reliqui interpretes. Aquila enim sic ait, Et loquetur pacē gentibus, & potestas eius a mari usq; ad mare, & a fluminibus usq;

OPAVS DE S...

bus usque terminos orbis terræ. Cui concordat etiam illud quod in septuage-
simo primo Psalmo de Christo canitur, qui erat de semine Solomonis ori-
tus, quod quidem in hunc modum se habet: Et abundantia pacis, donec auge-
ratur luna, & dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos
orbis terræ. Hæc enim de filio Solomonis dicta sunt, quæ nihil differunt ab
ijs quæ apud prophetam leguntur. Quando igitur hæc, uel quomodo, aut
quibus tandem temporibus extiterint, si quis est qui possit, interpretetur.
Aut quo nam alio tempore post Babylonicam obsidionem alterum perpessa
sit incendium Hierusalem, & quod in ipsa templum erat, deiectum sit. Quod
etiã ipsum magnam affert admirationem, quemadmodum propheta id signi-
ficauerit, dicens: Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Na-
Libanum in his uerbis more suo templum ipsum nominat, quoniam in alijs
quoque prophetijs ostensum est, Libanum ipsum templum uocari. Id autem
ipsi quoque Iudei adhuc confitentur, quando quidem Esaias huic conturbabit
qui nunc tractatur, similia canens dixit: Ecce Dominus Sabaoth conturbabit
gloriosos cum robore, & excelsi contumelia conterentur. Libanus autem
cum excelsis cadet, & egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice ascen-
det, & requiescet super eum spiritus Dei. Quibus adiungit: Et erit radix Iesse,
& qui surgit ut imperet gentibus, in ipso gentes sperabunt. Etenim hic quoque
una cum ortu Christi de semine Iesse, & Dauid, Libani euersio & gentium uo-
catio coniuncta est. Libanum autem ipsam Hierusalem intelligi, Ezechiel plane
significat his uerbis: Aquila grandis magnarum alarum, quæ habet autorita-
tem ingrediendi in Libanum, & euulsi tenera cecidi. Et hæc ipsa deinceps ex-
planans idem propheta, adiungit: Quom uenerit Nabuchodonosor in Hie-
rusalem, & acceperit principes eius, & quæ sequuntur. Ceterum Ezechiel qui
dem hæc de prima Hierusalem obsidione prædixit, post cuius obsidionis tem-
pus Zacharias de secunda diuinat. Quando igitur post Zachariæ tempora,
sub imperio Macedonum, templum incensum est: Certè nunquam. Siquidem
post Babylonicorum depopulationem atque incendium, nullam ignis alteram
uastationem unquam perpessa est urbs, nisi sub Vespasiano ac Tito Romano
rum imperatoribus. ob quam sanè uastationem rursus obscure & per figuram
eos qui olim genti imperabant ad deplorationes & lamenta inuitat oraculis,
dicens: Ululate quercus Basanitidis, quoniam magnopere magni-
ci afflicti sunt. ululate quercus Basanitidis, quoniam conuulsus est saltus con-
situs: uox lamentantium pastorum, quoniam afflictæ est magnificentia cornu-
Tunc sanè facta est Hierusalem quasi uestibula, quæ quatuntur omnibus po-
pulis in circuitu. & in Iudæa facta est munitio ambiens. & ab eis sacrosanctus
existimatus locus, usque in hodiernum diem lapis existit, qui cõculcatur ab om-
nibus gentibus. & quicumque illud conculcat illudens, illudetur, sicut propheta
tiam prædixerat. Quinetiam propterea quod illi Domino, qui hæc cecinerat, in-
sultauerunt, non defecit eos neque planctus, neque luctus, neque lamentatio. Num-
quam igitur aliàs nisi post Saluatoris nostri aduentum usque ad hanc tempora-
tem, oēs tribus Iudeorum quicquam lamentatione, planctuue dignum pati-
se sunt, propter plagam quæ ipsos Deo feriente deprehenderit: ex qua etiam ip-
sorum mater ciuitas, externis gentibus tradita est, & templum euersum, suffol-
sumque est, ipsique de propria regione expulsi sunt, in terra hostili inimicis serui-
entes. Quas ob res omnis ipsorum domus, omnisque ipsorum anima in hunc usque
diem lamentationibus afflictæ est. Quapropter propheta sic ait: Et plangent sin-
gule tribus per seipsas, tribus Domus Dauid seorsum: Et mulieres eorum se-
orsum. & quæ sequuntur. Sed qui tandem post Zachariæ tempora bellum con-
tra eum coierint: & ciuitas capta sit, & domus direpta, & mulieres pollutæ
atque in seruitutem abactæ: & quando simul sub idem tempus Dominus gentibus

Libanus de-
signat tem-
plum.

tibus Hierusalem oppugnantibus subueniens, comparauit se ad presulum cum
illis: aut quando steterunt pedes eius in monte oliuarum: aut quando extitit
Dominus in regem per uniuersam terram: ipseque unus Dominus apud om-
nes homines: & nomen eius ambiens uniuersam terram & solitudinem: hæc
enim nunquam quisquam antea ad suum finem perducta demonstrare pote-
rit, nisi Romanorum temporibus, quibus post Babylonicum incendium, al-
tero rursus incendio ipsorum templum uastatum est, & ciuitas ex illo ad hunc
diem ab externis gentibus habitari ostenditur. Quo tempore etiam Do-
minus noster Iesus Christus Dei, uersari in oliueto confueuit, quod est in mo-
te contra Hierusalem, completumque est oraculum quod ait: Et stabunt pedes
eius in monte oliuarum, qui est contra Hierusalem: hoc est, religioso, pioque ui-
uendi instituto per orbem terrarum condito & erecto, omnes gentes secun-
dum prophetiam, diem festum tabernaculorum, celebrabunt Deo propheta-
rum. & Aegyptij ex illo Deum uniuersi agnoscentes, tabernacula sua in sin-
gulis ciuitatibus & regionibus figent. Hæc potè sint Christi in omni loco con-
ditæ ecclesiæ. Has enim præstantiores Mosais tabernaculis Saluatoris no-
stri Iesu Christi potentia, in omni ab hominibus habitato orbe per omne ho-
minum genus, per omnes gentes fixit, ut Deo omnia sub se habenti celebrè
diem festum tabernaculorum. Quando igitur hæc quæ iam diu gentibus de-
nunciata fuerunt, nostris temporibus uidemus exitum sortita esse, & quæ de
lamento & planctu tanto ante ad Iudaicas tribus diuinitus inelamata sunt,
quæque de uastatione, incendioque templi, extremaque ipsorum solitudine prædi-
cta ea ipsa nusquam ab oraculis discrepantia usque in hodiernum diem uel o-
culis possumus intreri: quid amplius superest, nisi ut regem, de quo prophe-
te loquuntur, eum qui Christus Dei est, uenisse fateamur, quæ utique illius
aduentus signa in singulis quæ de illo dicta sunt, euidentem exitum accepisse
se demonstrauimus.

Signa temporum aduentus Domini, Aegyptiorum agnitio Domini
prophetiarum. Demonstratio V.

Esaiæ 19.
Ecce Dominus sedet super nube leui, & ueniet in Aegyptum, & commo-
buntur manufacta Aegypti à facie eius, & cor eorum uincetur in ipsis, & ex-
citabuntur Aegyptij contra Aegyptios: & bellum geret homo contra fratrem
suum, homo contra proximum suum exitabitur ciuitas in ciuitatem, & lex
in legem, turbabitur spiritus Aegyptiorum in ipsis, & consilium eorum
dissipabo. & interrogabunt deos suos, & simulacra sua, & pythones, & eos
qui de terra uocem emittunt. Et deinceps post plurima quæ figurate & obscu-
re dicta sunt, adiungitur: In die illa erit altare Domino in terra Aegypti, & ti-
tulus iuxta terminum eius, erit in signum in eternum Domino in terra Ae-
gypti, quoniam clamabunt ad Dominum propter affligentes se. & mittet eis
Dominus hominem, qui saluabit eos, iudicans saluabit eos, & cognitus erit
& facient sacrificia, & uouebunt uota Domino, & reddent. Hæc nos quidem
antea quoque citauimus, & in parte saltem planiora reddidimus: quod si non pa-
trij dijs relictis, Aegyptios hoc ipso tempore uidimus prophetarum Deum in-
tate illi Deo erectum non est, qui apud solos Hebræos laudibus celebrat, si
manufacta Aegypti commota non sunt, & daemonica uis quæ circum illa
lata non est: præterea si per singulas ciuitates & per singulas domos, bellum
intestinum apud Aegyptios non grassatur, dum alij quidem Dominum & cul-
tant, aut prophetarum accipiunt, erroremque quo ab initio deos multos cole-
bant, auersantur: alij uero propterea quod patrijs ad huc malis affecti ijs adhæ-
rent, eos qui Dominum acceperint, oppugnant, si non hodie quodcumque dum suos
M 2 deos

deos suacp simulachra, eosq; qui de terra voces emittunt, & pythones, rogare conantur, infectum atq; inane ad cuncta hec perfugium experiuntur, propterea quod non amplius ut antea itidem vim suam exercere demones possunt: si non uniuersa hac re ipsa finem suum inuenisse ostenduntur, sane nondum quisquam mihi arbitretur propheticum esse completum oraculum, neq; Dominum illum ipsum, quem prophetae canunt, apud homines uixisse. Si uero re ipsa, quae uerbis est longe euidentiore, qui Aegyptum incolunt cernuntur interrim, pars quidem prophetarum Deum agnouisse, & propter illum patios deos reliquisse: alij uero contra hos seditiones absidue cocitare: et alij deos suos suacp simulachra, eosq; qui de terra voces emittunt, inuocantes nihil posse proficere: alij Domino prophetaru in omni Aegyptia regione, altare per singulas ecclesias erexisse, inq; afflictionibus & sibi infestis infectionibus non amplius belluas, neq; reptilia terrae deos, neque agrestes feras & bruta animalia, parentum suorum instar, sed supremum Deum inuocare, solumq; eum, eiusq; timorem in suis mentibus conceptum tenere, uouereq; eidem uota, non autem demonibus, ut prius, & quae ipsi Deo conueniant promissa reddere: cur non sequitur, ut fateamur etiam ea quae ipsos euentus antecesserunt, in opus iam processisse, nec futura amplius in posterum, sed in praeteritum abiisse: porro ipsa haec sunt ipsius Domini ad Aegyptios olim futurus non sine corpore aduentus, sed per nubem leuem, ac potius per celsitudinem agilem. Sic enim Hebraeus habet contextus, dum illius corporeu aduentum obscure significat. Proinde hunc ipsum progressu longius oratio, hominem Saluatorem uocauit his uerbis: Et mittet eis Dominus Saluatorem, qui saluabit eos. Na hic rursus in Hebraico sic est: Et mittet eis Dominus Saluatorem, qui saluabit eos. Quae quidem adeo euidenter demonstrationem exhibeant, arbitror etiam constituisse, quibus temporibus ea futura caneretur, quae ad Domini aduentum ad homines pertinebant. Hec sane paucis a nobis collecta sunt de temporibus quibus Dominus fuit ad homines uenturus. Plura autem per otium quispiam inueniet, si reliquas item scripturas percurrerit. nos autem his contenti quae haecenus dicta sunt, iam nunc reliquas quoque aggrediamur prophetias. Quare quae ab illo inter homines suo ordine sunt administrata, ex diuinis oraculis colligamus.

LIBER NONVS.
PRAEFATIO.



ihil sane posthac reliquum esse uideo, nisi ut ea quae pollicemur sumus sequentes, eam dispensationis partem persequamur, quae humanae a Deo uerbo assumptae naturae propria est. Quae de re ea quae de superioribus octo libris continentur, a nobis tractata sunt: modo quae ad eius rei theologiam pertinent tractantibus, modo illius ad nos de caelo descensum, simulq; & motum & appellationem & tempus illius aduentus explorantibus. Quibus de monstratis rebus, tempus iam fuerit ea contemplari, quae quo tempore aperitum prodit, gesta sunt, quo modo ea singula apud Hebraeos euangelii sint, ostendere: oraculorum tamen efficacia, ueritasq; & sanctorum Euangelistarum testimonio, & ipso rerum quae ab illis proditae sunt euentu, declarabitur. Quum igitur primu omnium ea quae ad illius & ortum & genus & tributum & semen pertinent, demonstrata sint, nunc iam quid de sidere illud dicendum, quod nouum & insolitum praeter consueta & nobis cognita sidera in ortu illius emicuit, quaeso contemplemur. Nam hoc ipsum quoque iam pridem ab antiquis usq; & primis temporibus apud Mosem celebratum inuenitur, atq; in hunc modum expositum.

De rebus secundum humanam ab illo assumptam naturam gerendis, & de stella quae in ortu Saluatoris nostri apparuit. Demonstratio I.

Dixit Balaam filius Beor, dixit homo qui uere uidet, qui audit uerba Dei, qui nouit scientiam altissimi, & qui uisionem Dei uidit: in somno aperti oculi eius: ostendam illi, sed non nunc. beatum dico, sed non appropinquat. orientur stella ex Iacob, & surget homo ex Israel, & frangat ductores Moab, & captiuos ducet omnes filios Seth, & erit Edom hereditas, & erit hereditas Esau inimicus eius. & Israel fecit in robore, & excitabitur ex Iacob, & perdet eum, qui seruatur de ciuitate. Hoc uaticinio commotos ait successores Balaam (id enim incoluere extitisse adhuc, ut par est, apud illos, quum in caelo ignotum quoddam sidus praeter cognita nobis & consueta, supra uerticem, ut sic dixerim, & ad perpendicularum terrae Iudaeae constitutum inspexerunt) festinasse ut in palaeistinam terram peruenirent, utq; sciscitareretur de rege, qui per eam stellam quam ipsi uiderant, significabatur. Fidem his facit Euangelista Mathaeus, his uerbis: Quum autem Iesus natus esset in Bethleem Iudaeae in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente uenerunt in Hierusalem, dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudeorum? uidimus enim stellam eius in oriente, & uenimus adorare eum. Quo tempore iidem missi in Bethleem abierunt. et ecce rursum eadem stella, qua uiderat in oriente antecedebat eos, donec uenires staret supra ubi erat puer. uidentem autem stellam, gauisi sunt gaudio ualde: & ingressi domum, uiderunt puerulum cum Maria matre eius: & procumbentes, adorauerunt eum. Haecenus quidem Euangelium sanctum. At uero ipsius prophetiae oraculum quid ait tandem fore aut illius noui sideris eruptione, aut in Saluatoris nostri Iesu Christi ortu, dignum quod cognoscatur? nempe fractionem ductoru Moab, & direptionem filiorum Seth, praeterea reliquorum Iudaeae gentis hostium hereditatem, qui quidem hostes erant Edom & Esau. Caeterum, quid aliud tandem significauit his uerbis, quam perductores Moabitas deoru loco ferebantur? atqui aliorum mentionem non fecit, propter similitudinem ipsius Israel cultum, quo in deserto usus est, quo tempore populus ipse Balac colebatur. Quoniam igitur uictus est Israel illo tempore a principibus Moab uisum effugientibus, dico autem ab ipsis, qui apud Moabitas pro dijs colebantur (sane idcirco & simulachra coluerunt, & adorauerunt sculpsilia, ut ait scriptura: Et initiati sunt Beelphegor. q Beelphegor daemon erat apud Moabitas, quo tempore iidem cum foeminis Moabitarum fornicati sunt) merito quoque olim erat futurum, rerum, utiq; in contrarium mutationem in tempore diuinat Balaam, dicens: Orietur stella ex Iacob, & surget homo ex Israel. Et frangat ductores Moab. Taquam si manifestius diceret: Moabitarum daemones qui nunc aduersus Israel gloriati sunt, in ortu eius de quo ipse uaticinatur, fractionem tandem & ruinam passuros: quibus fractis, filios Seth, & Edom, & Esau & reliquas gentes, quas his nominibus significari arbitror, ut olim daemoneo erroris addictae erant, sic reiecta superstitione, familiares illius futuras, qui uenturus canitur: & erit, inquit Edom hereditas, & erit hereditas Esau inimicus eius. ueteres, inquit, hostes Dei atq; Israel erunt hereditas eius, qui canitur futurus. ipse enim est cui dictum est a Deo & patre suo: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Quae quum in sortem sanctorum transferint, contra traria ipsi Israel fore diuinat. Ait igitur: Et Israel fecit in robore, fecit autem in robore omniu maximu scelus: quapropter excitabitur, & exurget. quis tandem seruetur ex ciuitate? quibus uerbis ipsam Hierusalem significari arbitror, ex le institutum. haec autem quem nam exitum sortita sint, quum gentes prius si sortem translatae sint. Iudaica uero gens, & Iudaeoru mater ciuitas ea perpeffa

Beelphegor
daemon Moabitarum.



sint, quæ nunquam antea non longiori arbitror oratione indigere ut apertius ostendatur: attamen quæ ad consensum pertinent, tunc prophetice prædictionis, tunc Euangelice cõsummationis, talem sane habeat exitum. ceterum quæ eadem causa exitit, propter quæ stella quæ tum uisa est illuxerit, quæ quidē causa contemplatu digna sit: Moyses quidē in signa ait & tempora in firmamento a Deo posita fuisse sidera uniuersa. At uero hoc & peregrinū & insolitū, neque idem ex multis & cognitis unū, sed nouū potius quoddā, neque antea uisum sidus, quod uitæ hominū illuxit recentis cuiusdā luminaris signum, quod uniuersum mundū illustraret, indicabat. quod quidem lumen, Christus Dei erat, ingens illud nouūque sidus, cuius imaginem ex cõparatione ac similitudine quadā, illud quod tunc magis apparuit, referebat. quū enim per totam sacrosanctam & a diuino spiritu traditā scripturā, si quis eam ad sensum interpretetur, primum sit positū, ut mystica quadā diuinaque doceat: seruato tamen saltē in parte etiā uulgari apertoque sensu eorū quæ historicē gesta sunt, merito hoc quoque quod nunc tractatur oraculorū, in eius sideris prophetia, quod in ortu Saluatoris nostri oriturum denunciabatur, etiā ad uerbū completum est. existunt quidem aliquid quoque gloriosius et illustrius uiris insolitarū stellarū ignes, ut earum quæ a quibusdā crinita uocatur, item quæ trabes, aut quæ barbæ similitudinē ferentes, ut etiā quarundā aliarū his similitū, quæ magnis imminentibus rebus solēt existere. at etiā quid tandem aut excellentius aut maius toti mundo unquā cõtingerit. quam quod per salutarem aduentū omnibus illuxit mortalibus intelligentiæ lumen: quod & pietatis & ueræ agnitionis Dei perceptionem animis rationalibus attulit: cuius gratia, ingens signū id, quo antea dictū est, indicabat sidus, dū ingens & nouum luminare quod totū illustrauit mundū, Christū utique Dei omnibus significat. Eodem uero loco prophetiz & hominem & sidus futurū diuinat, his uerbis, Exoriatur stella ex Jacob, & surget homo ex Israel: utpote quæ & celestis luminare Deū uerbū esse significet, & tamen eundem hominem appelleret. Varrone porro illum alius quoque in locis & ortum simul, & lumen, & solem iustitiæ uocat, ut in prioribus libris ostendimus. Ceterum quod quidem in illo diuinatus est, tanquam id quod illuminet omnem hominem ueniens in hunc mundum, ortus uocabulo celebrauit, in hunc modū: Orietur stella ex Jacob. Haudum uero eundem propter afflictionem et mortem quam pertulit, tanquam eum qui ceciderit, surrecturum diuinat. quibus similia de eodem Eliaſ canit: Et erit radix Iesse, & qui surgit ut imperet gentibus, in eo gentes sperabunt. Et manifestum quidem est, quo nam modo Saluatoris nostri lumen de Iacob exortum, hoc est, de Iudaico populo, non ipsi Iacob unde profectū est, sed de omnibus gentibus illuxerit. Hoc uero quum ex alijs plurimis prophetis discere possumus, tanquam ad ipsum Christum dicentibus, Ecce posui te in testamentum generis, in lumen gentium: tum etiā ex ipsius Balaam uerbis, quæ sic habent: Egredietur de semine eius homo, & dominabitur gentibus multis. At qui de quo nam alio semine, quam de Israel: ut facile constat ex ipsius orationis contextu: proinde iam gentium dominatu accepto Saluatoris nostri uerbum cum ipsa prophetia concordans, omnes quæcunque illis quondam malitabant, inuisibiles & perniciosas potestates deleuit, necnon spiritalia malitiæ, cateruamque dæmonicam, quæ ductores Moab, & Seth, & Edom, Elau, figuratiuus in ijs quæ nunc tractamus, denominata sunt. Quum autem apud LXX. obscurus positum sit illud, Ostendam illi, sed non nunc: beatum illum, sed non nunc: prospicio illum, sed non prope. Symmachus autem candidius, non nunc: prospicio illum, sed non prope. Dicit uero hæc uidentur a Balaam, tanquam longis deinceps post ipsum temporibus perficienda essent, ea quæ ab ipso canebantur. nam duobus millibus annorum post illud uaticinium cõpleta sunt hæc, quo uidelicet tempore Saluator noster cū hominibus uersatus est.

Scriptura geminus sensus

Christus stella, id est lumen.

Quemadmodum Dominus insistsens illud quod de sancta uirgine assumpsit corpus, uenturus in Aegyptum & secundum uerba, & secundum sententiam prædictus est, omnisque in eius aduentu reuertenda gentium superfluios Demonstratio II.

Ecce Dominus sedet super nube leui, & ueniet in Aegyptum, & commouebuntur manufacta Aegypti a facie eius, & cor eorum uincet in ipsis. Causa porro cur Dominus in Aegyptum destinatur uenturus, hæc mihi esse uidentur. Primi siquidem omnium Aegyptij errori colendi multos deos ac dæmonas initium dedisse dicuntur, & reliquis uniuersis mortalibus superstitionis autores exitisse, quinetiam omnium aliorum maximè, dæmoniacis operatio nibus & curiositatis studuisse: iidem præterea ab ipsa scriptura diuina hostes populi Dei fuisse perhibentur. Sed antiquus quoque ipsorum rex fateri se non nosse Dominum, palam descriptus est, dum sic ait: Non noui Dominum, & Israel non emittam. Ergo ingens quoddam diuinæ Christi uirtutis miraculum exhibere nobis uolens prophetica oratio, Dominum in Aegyptū canit aduentū: sic dicens: Et cognoscent Aegyptij Dominū, qui uidelicet non cognoscebant illum prius: & uolebunt Domino uota, & quæ his similia sequunt. Superiora quidem proximo capite hæreditas eius, qui uenturus canitur, Edom & Aegyptus & Aegypti populus, non simulacrorum amplius futurus canitur, sed eius Domini qui apud Iudæorum prophetas pro Deo celebratur. Quæ si oculis completa non cernuntur, ne dicamus sane aduentum illud Domini, qui in Aegyptum futurus prædicitur, fuisse adhuc. Sed si supra omnem rationem, rebus fidem ipsa ueritas facit, atque etiam rudissimis & sensu omni carentibus euidenter ostendit, ipsos Aegyptios ab ea superstitione recessisse, quam usque ab initio a patribus suis acceperant, illique Deo adhæsisse, qui a prophetis hæc ipsa diuinitatibus colebatur, & unum hunc interim colere, neque ullam mortem recusare pro cultu pietate erga illū: quid aliud iam superest, nisi ut fateamur, non aliter illi contigisse, quæ per Domini in Aegyptum aduentum, sicut uaticinium proxime expositum significabat: & nihil quidem impedit, aliter quoque eundem accipere oraculum, ut uidelicet figuratè terrenum hunc mundum significet, in quem uerba ipsa Dominum super nube leui uenturum uaticinent: quippe quæ hoc modo hominem ab illo de uirgine & spiritu sancto assumptū intelligi uelint. Manu autem facta Aegypti cõmouenda, ipsa gentium simulacra & in illis habitantes dæmonas, sicut rursus Aegyptios uictos, omnes qui prius corpore Saluatoris nostri in terram Aegyptiam uectus sit, quo tempore oraculo monitus Ioseph, surrexit, Mariamque unā cum puerulo accepit, & cum oculata sua uirtute atque efficacia in Aegyptum peruenit, malignas ibi prius habitates potestates, non mediocriter commotas fuisse par est: & maximè cum postea per illius doctrinam innumerabiles eorum qui Aegyptum incolunt uersi Deum se nosse fateantur. quæ uerò deinceps sequuntur, cum obscurioribus figuris implicita sint, curaque ac diligentia maioris indigeant, alias seorsum cum per ocium licebit, interpretabimur.

Quemadmodum Christus in Aegyptū uenturus atque hina reuersurus prædictus fuerit. Demonstratio III. Dixit Balaam filius Beor, dixit homo qui uerè uidet, dixit qui audit oracula fortis, qui uisionē Dei uidit, in somno apertis oculi eius: Quam pulchrè domus tua Iacob, tabernacula tua Israel, ut saltus umbrosi, & quasi hortus iuxta flumina, & quasi tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri iuxta aquas. egredietur homo de semine eius, & dominabitur gentibus multis, & extolletur Gog regnū, & augebit regnum eius. Deus duxit illū ex Aegypto, quasi gloria rhinocerotis

Num. 24

Vertical handwritten text on the right edge of the page.



illi, deuorabit gentes inimicorum suorum, & crassitudines eorum attenuabit, & iaculis suis feriet inimicum. accubans quieuit ut leo, & ut catulus, quis excitabit illum? qui benedicunt tibi, ipsis benedictum est: & qui maledicunt tibi, ipsis maledictum est. Superius per eam prophetiam quæ proxime exposita est, dum oraculum, uenturum in Aegyptum Dominum affirmat, Saluatoris nostri Iesu Christi migrationem unam cum parentibus suis in Aegyptum illi ipsi futuram indicabat. Hic autem reditum ab Aegypto, ut ordo postulat, quomodo terram Israel unam cum parentibus reuersus est, canit his uerbis: Deus duxit Iesum ab Aegypto. Solus autem extitit Saluator & Dominus noster Iesus, qui Christus est Dei, neque alius præterea quisquam, ex semine Israel & Iudaica gente profectus, qui multis dominatus sit gentibus. ut absque hæsitacione fateri necesse sit, præfens uaticinium in illo exitu suum inuenisse, utpote quod palam enunciat, de Iudaica gente egressurum quendam hominem, & dominaturum gentibus multis. aut qui uis mihi dicat, utrum habeat ex istis qui apud Hebræos unquam illustres fuerint alium quem proferat, qui multarum gentium dominatum accepit. Atqui nemo unquam istud dixerit, quoniam ne factum quidem est. At uero in Salvatore nostro, etiam si nos nihil dicamus, ipsa tamen nihilominus ueritas clamabit, & uehementer uociferabit, planissime indicans, quemadmodum diuina illius uirtus per illam qui ab ipso de semine Israel, ratione corporis assumptus est, hominem dominatum est, atque etiam nunc dominat gentibus multis. Hic igitur ille ipse erat, non alius quicquam, quæ prophetia prædixerat, cuius tempore etiam Gog regnum in sublime adductum est, cum eo simul Christi uirtute ac potentia crescente. Hoc autem modo ad-

Rosch Hebraeis est caput.

iunt Rom. regnum secundum Hebræos significari, cum quo simul Christi doctrina robur atque incrementum accepit. Meminit autem Gog etiam propheta Ezechiel, dum principem Ros, Mosoch & Thobel nominat, ubi per illud quidem Ros, Roman. ut par est, ciuitatem significat: quandoquidem principatus & caput ea uoce apud Hebræos intelligitur. per Mosoch autem Mysiam, & ei finitimas gentes, quæcumque nunc sub Rom. imperio sunt, & per Thobel, Hiberias Iosephus intelligit, qui à Thobel dicit factos esse Thobelos, qui Hiberes dicuntur. quibus omnibus imperantem Gog in sublime adaugendum ait, sub eius Christi, de quo propheta loquuntur aduentum, quem Deus duxit ex Aegypto, quo tempore, ut apud Matthæum legitur, dum ipsi adhuc puero insidiatur Herodes, Iosephus accepto oraculo, accepit puerum & matrem eius, & reuertens est in terram Israel. Rhinocerotis uero gloria ipsi Christo adfuit, propterea quod placuerit in eo habitare omnem plenitudinem diuinitatis, ut ait sanctus apostolus. Quapropter dum ueluti cornu sibi uniuersi Deum patrem adscribit, etiam unicornis in alijs quibusdam scripturis est nominatus. Idem porro Dei uelut bolum intelligibilibus, rationalibusque suis sagittis, inimicum sibique aduersantem instantiori sua & inexpugnabili uirtute confixit, atque etiam nunc gentibus multis dominatur, quarum crassitudines & fastum corpoream massam extenuans, ad angustiam æternæ uitæ uiam ingrediendam idoneas comparat. Sed etiam recubens sicut hic homo ex Israel profectus, qui multis dominatus est gentibus. Quieuit, inquit, ut leo. quibus uerbis quæ ille assumpsit dispensationem, significat, secundum quam quasi quidam regulus, & quasi fera quædam audacior quieuit, dum illis principatum ac regnum mouere loco nemo est qui possit. Omnes autem qui Christo subueniunt, ac benedicunt, & tum oratione tum uita uirtuti præceptoris facti, autem ac reuerentiæ, fauoris benedictionisque diuine uicissim participes facti, augetur & multiplicamini, & replete terra. & uerius à Deo conuenientius sine sui sequatur. sicut eccontrario, qui à prima aduersus illam cõspiratione etiam sui cõlum cõcilijs execrantur, Dei in seipsos execratione ex illo in hunc usque diem cõtulerunt. Quapropter non regni solum, sed etiam sui illius quod honore omni ac reuerentia

A reuerentia colebant sanctuarij, extremam solitudinem atque interitum in oculis habere, atque intueri non desinunt. Non ab re autem fuerit, hisce quæ nunc tractamus, ipsius Iacob ad Iudam prophetiam adiungere, quam etiam ipsam euidentissimè Salvatore nostro accommodari iam demonstrauimus, contemplantur eam, quæ in utrisque est, concordiam. quemadmodum enim hic dictum est, Egredietur homo de semine eius, (ipsius uidelicet Iacob) ita etiam illic dictum est, De germine filii mei ascendisti, ab ipso Iacob, ad eum de quo ipse uaticinatur. Utque in presenti dicitur illud, Et dominabitur gentibus multis: sic in illis quoque illud, Et ipse erit expectatio gentium. Et rursus hic quidem: Deus uis autem simili ratione illud dictum est, Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum. Item illud, Catulus leonis Iuda. & illud: Recumbens dormiisti ut leo, & ut catulus, quis excitabit illum? quod in illis dictum est, nihil mihi differre uidetur ab eo quod nunc tractamus oraculo, cuius illa sunt uerba: Recumbens quieuit ut leo, & ut catulus, quis excitabit illum? Hæc autem non ab re unum in loco coegimus, ut quasi in ore duorum testium, eius quæ in prophetijs spectatur concordia, de Salvatore nostro demonstratio firmiore accipiat auctoritatem. Sed omnia quæcumque uaticinium Iacob contemplanda contulimus, huic item quod à Balaam dictum est, accommodari poterunt, propter eorum quæ dicta sunt similitudinem. Quod si illa in nostro Salvatore completa esse ampliori demonstratione tum conicit, sequitur iam ut presentia quoque fateamur.

Item de illo quod dictum est, Ex Aegypto uocavi filium meum. & de Herode rege, & euerfione regni Iudæorum. Demonstratio IIII.

Et exurget perditio in populo tuo, & omnia munita tua peribunt, ut princeps Salomon de domo Hieroboam. In diebus belli matrem super filijs alliserunt. Sic faciam uobis domus Israel a facie iniuriarum uestrarum. Mane eiecitur rex Israel, quoniam infans Israel. Et ego dilexi eum, & ex Aegypto uocavi filios eius. Sed Aquila Hebraicæ elocutioni inferuies, Ex Aegypto uocavi filium meum, interpretatus est. Ego autem necessario ad uerbum notauit locum, quoniam Matthæus quoque posuit prophetiam, ubi in Aegypto commigrasse Iesum, & illinc rediisse in terram Israel indicauit. Si quis autem Saluatoris nostri in Aegyptum profectionem accuset, sciat id totum maximam rationem factum fuisse. Neque enim Herodis uoluntariam malitiam cohibere par erat, neque rursus Saluatorem, puerum adhuc miracula exordiri iam tum, atque ante tempus diuinam ostentare uirtutem. quod sane factum fuisse, si mirabili quadam ratione insidiantem sibi Herodem punitus esset, neque ullo modo illam in Aegyptum unam cum parentibus secessionem pertulisset. Verum enim præstantioris cuiusdam dispensationis ac sapientiæ fuit, suo atque accommodato tempore miraculorum, quæ ad diuinitatem pertinent, initium facere eum cui in tota uita mansuetudinis & clementiæ testimonium redditum est, quicquid ad promerendum, atque ad communia officia fungenda propensus extitit, nec aliquem unquam eorum qui non ipsi auscultauerunt, ultus est: ne tunc quidem, eum ut ouis ad occisionem duceretur, atque ut agnus coram tondente se obmutesceret. Qui autem quæso conuenisset, eum qui talis erat, puerum adhuc, Herodis malitia non cõcedere, cui etiam ad uirilè aetatè pfecto, cõcedendi & malignos declinandum, testimonium redditum est: quicquid & se occultare, in miraculis edendis laudè estugere cõsueuerit: nam quos ipse curasset, ipsi imperabat, ut nemini de lo ex semine Israel oriundo dicta esse, is attendat uerborum ordinem, in quibus hæc futura dicuntur, postquam dictum est quasi ad ipsam Hierusalem, Et exurget perditio in populo tuo, & omnia munita tua peribunt. & quæ quidem princeps passus est in bello, in quo matrem super filijs terræ alliserunt, eadè uobis & ipsis

Osee 12



418 ipsi faciam, propter malitias uestras. Vobis porro quibus tandē alijs, nisi qui uocamini Israelitae quicq; etiam reiecti estis cum rege uestro? ubi Herodem obsecutus indicat, & hæc omnia passi estis, quoniam puer, inquit, est Israel, & ego dilexi eum, & de Aegypto uocaui filium meum. Qui enim fieri potest, ut eodem in loco eisdem & accuset & laudet? sed uerus sensus est is, qui hæc habet cōtemplationem. Israel enim in alia prophetia dicitur est Christus, quæ admodum in hac quoq; quam nunc tractamus, quoniam igitur hic, inquit, obediens mihi factus formam serui accepit, & factus est puer mihi dilectus, dum omnia quæcunq; uolo efficit, idcirco illum ex Aegypto, ad quam homines forma assumpta descendit, dum ea uoce terrenus locus significatur, aut etiã ex illa uulgatiore tanquam legitimum dilectumq; filium euocaui: uos autē ipsos ad quos sermo directus est, unã cum regno uestro interitus & perditio comprehendit. Hæc quidem ipsa prophetia, constat autem quemadmodum post Saluatoris nostri tempora, cū oblecta fuisset ac uastata Hierusalem, sublatus est, & ad extremam perniciem reiectus, qui usq; ad illud tempus steterat Iudaicæ gentis legum usus, omnisq; principatus: Veruntamen iam tertiã quæ ad Aegyptum pertinent, quæ que ad iter quod in illam est factum, diuinitus prædicta sunt, quod si quis nullo modo fateatur ea nostro Saluatori cōuenire, at saltem cū ea Matthæus apposuerit, de testimonio quo est apud Moysen ab illo accepta, ne neget, quod paulo antè tractauimus, dum illum, Deus duxit illum ex Aegypto, enarraremus, quando ne ipse quidem Euangelista, se ab ipsius Osæ prophetia oraculum accepisse indicauit, ut undecunq; querentes, possint illud ubicunq; positum sit inuenire, ibi uidelicet, unde par est Euangelistam illud protulisse.

Christus uocatus puer.

De Ioannis in deserto prædicatione. Demonstratio V.

Esaiæ 40. Vox clamantis in deserto, Parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. & erunt praua in rectam, & asperæ in uias planas, & uidebitur gloria Domini. Et uidebitur omnis caro salutare Dei, quoniam Dominus locutus est. Hoc quoq; uaticinium oportebat sub Saluatoris nostri tēpus suum finem contingere. Quocirca, ut apud Lucam Euangelistam scriptum est, in anno quinto decimo imperatorij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, cæterisq; imperantibus qui cum hoc connumerantur, factum est uerbum Dei ad Ioannem Zachariæ filium in deserto. Et cum uenisset in omnem terram, quæ est circum Iordanem, prædicauit baptisima pœnitentiæ, remissionem peccatorum. Hic autē Euangelista adijcit testimonium, dicens: Scriptum est in libro sermonum Esaiæ propheta: Vox clamantis in deserto, Parate uiam Domini, & quæ sequitur. Quid igitur tandem aliud clamabat Ioannis illa in deserto prædicans uox ad turbas exeuntes, ut ab ipso baptizarentur, tanquam ad reptilia deserti, quàm conueniens accommodatum que illud? Germina uiperarum, quæ ostendit uobis fugere a uentura ira? Et rursus, dum prauas animas in rectas, & asperas in uias planas reparat, dicebat isdem: Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ. Et hæc scilicet complebantur, dum Ioannes præparabat eos qui uisuri erant gloriam Domini, & quod uocatur salutare Dei, quod quidem nihil aliud est, quàm Christus, sicut uerbis illis testificabatur. Ego quidem uos aqua baptizo, uenit autem fortior me post me, cuius nomini dignus calciamenta gestare. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igne. Qui etiam quum Iesum uidisset uenientem, exclamauit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hic de quo ego dixi, Post me uenit uir, qui ante me factus est. Quod uerò idem esset salutare Dei, Simeon quoque testificatus est, qui accepto in ulnas puero Iesu, dixit, Nunc dimittis seruū tuum Domine secundū uerbum tuum in pace. Quia uiderūt oculi mei salutare gentium, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium.

A tium. Quibus etiam propheta consentit, dum ait: Et uidebit omnis caro salutare Dei. Illud enim, Omnis caro, pro omnibus gentibus dictū est. Ut autē demonstraretur, quomodo hæc suum finem contigerint, & gentes Christū Dei agnouerint, multis non opus est uerbis, & quæ quidem ad uerbum solent confiderari, in hunc completa sunt modum. Cæterum quid quæso fuit in causa, ut nō in urbibus, neq; in ipsa Hierusalem, sed in deserto, Ioannes suggestum sibi ad prædicandum elegerit? ad hoc quispiam fortasse responderit, illum hoc fecisse, ut prophetia compleretur. Sed qui exquisitius ac diligentius se doceri uoluerit, illico interrogabit: At quid prophetia hæc quid tãdem sibi uolebat, cū desertum, & ea quæ ad id genus pertinent, enunciabat? cui respondebimus, quod hoc quoq; signum erat auertendæ urbis Hierusalem, & eius quod in ipsa erat altaris, ritusq; illius qui secundum Mosaicam legem seruabatur: quando non amplius per legitima sacrificia remissio illis peccatorum conciliabatur, sed per purgationem lauacri, quod olim in sitibūda ac deserta, dico autem in collecta de gentibus ecclesia, tradebatur. in qua etiam illa quæ facta est prophetica uox, parare uiam Domini iubet, dū malitias in imo quodam fundo, quasi in cōualle positas animarum auferendas, & ueteris urbis Hierusalem atq; eorum qui in illa imperabant principum ac regum, qui montes & colles nominantur, altitudines deiciendas uaticinatur: quibus perfectis, Omnis, inquit, caro uidebit salutare Dei. Hoc est, omnis quæ unq; corpori inclusa in terra uerfatur anima, tam Barbarorūq; Græcorum, hoc est omnium omnino gentium, quæ quidem ipsi uaticinio consentanea ad suum finem peruissent, demonstrantur. Dum igitur mecū tacitus quæro, oborta est mihi dubitatio, quid tandem illud esset in Ioannē, quo capta multitudo illa, admiraret hominē, & prædicandi baptisima pœnitentiæ fidē haberet: quidq; illud quo ducti omnes uidebantur, proprijs relictis confluerent in desertū, cum præsertim nulla illius gesta memoriæ prodita sint. neq; enim quiddam aut mortuos excitauerit, aut alia miracula fecerit, scriptum extat. Quid igitur illud erat, quod admirabundos omnes redderet? nū forsitan nouum, & quod à multitudine abhorreret, uitæ illius genus? procedebat enim ex deserto inulitatu indutus habitū, omnemq; communē hominum consuetudinem declinans: nam neq; in uicium ullum, neq; in urbē, neq; in cōmunem aliquem uiuorū cœtum cōmeabat, sed ne uicium quidem cōmuni uelcebat: siquidem scriptum est, quod à puerili ætate in solitudine uersaret ad illum usq; diem, quo ipsi Israel ostenderet. Quinetiam eius uestimentum ex pilis camelorum confectū erat: & cibus erant locustæ, & mei syluestre. Nunquid igitur cum capillo quidem Naziranum Dei uidebant, qui, quæ Deum facile deceat, faciem ostentaret, uestimenti autem inulitatum genus indutum, repente nescio undē è latebris solitudinis prodeuntē, & post prædicationem rursus in solitudinem & in latebras recedentem, sine potu, sine cibo, abhorrentem à multitudine, merito stupebant, & ne hominē quidem illum esse arbitrabantur: quid ni illum qui uel nullo cibo indigeret? dicit: Ecce ego mitto angelū meum ante faciem meam, qui parabit uiam tuam ante te. Eundē scripturæ locū Marcus quoq; Euangelista citauit. Quin etiam ipse Saluator huic rei testimonium exhibet, dicens: Venit Ioannes ad uos neq; comedens neq; bibens, & dicitis, Dæmonium habet. Incredulos enim et aduersus ueritatē difficiles, & peruicaces, credibile est propter illud quo loannes utebatur uitæ genus, talia in illum probra iactasse, sicut e contrario qui Ioannem illius sensu afficiebant, angelū existimasse. Hæc igitur arbitror ipsum propter ad eam animæ purgationem, quæ ab illo denunciabatur, undiq; concurrebant: Meminit autē huiusce, quæ de illo fertur historiæ etiam Iosephus in decimo octauo Iudaicæ antiquitatis libro, in hunc modum scribens: Nonnulli

Quare Ioannes in deserto prædicauit.

OP. A. F. V. S. B. (V. S. B. M.)



nulli autem Iudaeorum putabant ideo periisse Iudaeorum exercitum, quod Deus iustissimè ulcisci uoluerit supplicium Ioannis, qui Baptista uocabatur: hunc enim occiderat Herodes uirum bonum, & Iudaeos adhortantem ut exercitatione uirtutis, mutuaq; inter seipfos iusticia, atque erga Deum pietate utentes, ad baptismum accederent: sic namq; ablutionem quoq; ipsi uideri acceptam.

Item de solitudine, ipsoq; nominatim Iordane fluuio, apud quem Ioannes baptizabat. Demonstratio VI.

Esaiæ 35. Latere solitudo sitiens, exultet desertum, & floreat ut lilium, & efflorebunt & exultabunt deserta Iordanis. & gloria Libani data est ei, & honor Carmeli, & populus meus uidebit gloriam Domini. Quibus adiungit: Conulate scite manus remissae, & genua soluta. consolamini pusillanimes intellectu, confirmamini, ne timeate. Ecce Deus noster iudicium reddit, & reddet. Ipse ueniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet ut ceruus, claudus, & plana erit lingua mutorum. Quoniam eripit in deserto aqua, & scissura inundans in terra sitienti. Hæc autem Saluatoris nostri planè admirabilibus gestis completa sunt, post Ioannis prædicationem. Contemplare igitur, quemadmodum solitudinem euangelicè instruit neq; id simpliciter, aut quamuis solitudinem, sed definitè illam, & solam, quæ est apud Iordanem fluuium: quandoquidem iuxta hanc uersans Ioannes baptizabat, ut scriptura ipsa fidem facit, dicens: Erat Iohannes in solitudine baptizans, & exibat ad illum omnis Iudæa regio, & Hierosolymorum incolæ omnes, & baptizabantur ab illo in Iordane. Hanc igitur solitudinè eius quæ quòdam ab omnibus bonis deserta erat, dico autem collectæ de gentib. ecclesiæ, signum gestare arbitror: ipsum uero fluuium in solitudine, purgarem omnes qui in ipso abluerentur, purgationis cuiusdam, quæ secundum sententiam intelligatur, imaginem gerere. qua de re loquuntur scripturæ, dicentes: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Significat porro hoc perpetuam influxionem diuini spiritus, qui desuper inundat, & Dei ciuitatem irrigat. sic autem uocatur uitæ genus eius quæ à Deo dirigitur. Hic igitur Dei fluuius usq; ad solitudinem deuenit, collectam uidelicet de gentibus ecclesiam, & hinc quas in seipso aquas uitales etiam nunc abundè largitur. Postea idem uaticinium eidem solitudini canit datū iri gloriam Libani, & honorem Carmeli. sed quænam hæc est gloria Carmeli? nisi is qui ex lege Mosi per sacrificia celebrabatur: quæ ubi repudiavit Deus per eam prophetiam, quæ ait: Cur mihi thias de Saba afferitis? & quid mihi multitudo sacrificiorum uestrorum? in solitudinem Iordanis transfudit gloriam Hierusalem, postquã ratio piè religioseq; uiuendi non in Hierusalem, sed in deserto consummari cepta est: quod uidelicet accidit post Ioannis tempora. Simili ratione etiam honor legis, & eorum quæ in lege corporaliter sancita sunt, Iordanis solitudini datus est, propter eandem causam: quoniam non amplius in Hierusalem confugiebant, qui curæ rationis indigebant eius quæ ad animum pertinet, sed in id quod nominatur desertum, propter eam quæ in illo prædicabatur remissionem peccatorum. Porro etiam Saluatoris nostri ad baptismum accessum significari illis uerbis: Et populus meus uidebit gloriam Domini, & altitudinem Dei. tunc enim uisus est Saluatoris nostri gloria, cum ascendit de aqua. & ei aperti sunt cæli, & uisus spiritum Dei descendentem quasi columbam, & manentem super eo. Cuius uox quoque de cælo audita est, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Sed etiam quicumque legitime ad lauacri mysterium accesserint, ubi theologiam de Christo acceperint, gloriam eius intuebitur, & cõ Paulo dicere poterit: Et si cognouimus secundum carnem Christum, at nunc tamen non amplius cognoscimus.

De Christi

De Christi post baptismum tentatione. Demonstratio VII.

Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cali commorabitur. Psalmo 90. Dicit Domino, Susceptor meus es, et refugium meum, Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum: quoniam ipse liberauit me de laqueo uenatorum, & ab oratione turbulenta. In scapulis suis obumbrabit tibi, & sub alis eius sperabis. Scuto circumdabit te ueritas eius. non timebis à timore nocturno, à sagitta uolante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurfu, & daemone meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum uidebis, quoniam tu Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. Non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo: quoniam angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Saluator & Dominus noster Iesus qui Christus Dei est, dum quatenus homo factus est, consideratur habitans dicif in adiutorio altissimi, utpote quum in protectione Dei et patris commoretur. Hic igitur unum patrem, nec aliū præterea quempiam, quo tempore à diabolo tentatus est per fugium nactus, liberatus est olim de laqueis aduersantium potestatum, quæ uenatores, hoc loco appellantur: quum instar cuiusdam communis hominis ductus est in desertum, ut tentaret à diabolo. & fuit in deserto quadraginta dies, et quadraginta noctes: & tentatus est à satana. fuitq; ut Euangelista autor est, cum bestiis. Sed quæ tandem hæc bestia, nisi quas commemoratis, qui nunc tractatur Psalmus ad eum? Qui in adiutorio altissimi habitat, ubi ait: Super aspidem et basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem? ceterum non ab his solū liberatum iri eum dicit, sed etiam ab oratione turbulenta. At uerò quæ tandem hæc fuit oratio, nisi quam illi obiecit tentator, ut in sacro Euangelio scriptum est? opere autem precium est contemplari, quæ causa fuerit, ut Saluator noster, qui talis tantusq; est, tentationem perpessus sit. Quum igitur omnem ex hominibus agnitudinem, omnemq; languorem, infestos spiritus atq; impuros daemones, qui plurimis antè seculis omnes qui in terra uersabantur, per eam superstitionem quæ multos deos colit, subegerant, esset expulsuros, non ex abdito quasi latitans ad ea quæ dicta sunt, accessit. Sed contra infestos prius eosdemq; inuictibiles principes per eum, quem assumpsit hominem militantium more profectus, & in ipsius diaboli medium, omnisq; daemoneæ cateruæ progressus, ubi super aspidem & basiliscum ambulauit, & conculcauit leonem & draconem, multoq; prius regnantium inimicorum, & millia & dena millia subuertit, principatus uidelicet ac potestates, alias quidem à dextris, alias uerò à sinistris belantes, itemq; eos qui mundi rectores harum tenebrarum dicunt, ac spiritualis malitiæ: omnia inquam hæc ubi nihil posse redarguit, ac deniq; ipsum maiorum principem diabolum, uerbo oris sui procul extrudit, percurratq; atq; intare uolentibus exhibuit, nec quisquam omnino aduersus illum stare potuit, tum demum ad hominum salutem accessit. Quo circa intuentes illum daemones agnoscebant, propter eam de qua dictum est in deserto commorationem, quum ad ipsum dicerent, Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? hæc igitur de his dicta sunt. Quæ uerò deinceps in Psalmo sequuntur, ad ipsum Christum denunciantur ex illo: In scapulis suis obumbrabit tibi, altissimus uidelicet, & sub alis eius sperabis: scuto circumdabit te ueritas eius. et quoniam dieb. quadraginta, noctum est ad ipsum: Non timebis à timore nocturno. de ijs uerò qui eundem lud, à negotio perambulante in tenebris. De diurnis uero illud, Ab incurfu & daemone

Handwritten marginal note in large letters: OP. A. 15. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



& demonio meridiano. Adhuc, quoniam dum tenebatur, maligna potesta-
tes illum circumstabant. & quæ quidem illius latus dextræ stipabant, sinistris
multo plures erant, utpote quum dextra longâ sint ualentiora, merito adiu-
gitur ad eundem: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad
te autem non appropinquabit. Vbi, A latere, dictum est, pro eo quod est à fini-
stro. Quum autem nomen sinistri merito prætermisum sit, ac tacitum, ne ad-
uersi quippiam aut sinistri in illo reperiri uideatur: quicquid tota decem millia,
nec non ipsa mille, tum à latere eius, tum à dextris casura esse dicantur, iure o-
ptimo post ipsa hæc deinceps dictum est illud: Veritatem oculis tuis consi-
derabis, & retributionem peccatorum uidebis. Et hæc, inquit, circû te erit,
quies Christus Dei, quoniam tu ipse, qui es spes mea, altissimū posuisti refu-
gium tuum. Vbi etiam diligenter obseruabis, quo nam pacto propheta ad ip-
sum Dominum dicat: Quoniam tu Domine spes mea altissimum posuisti re-
fugium tuum. ubi exquisitè alterum, qui priuatim est Dominus, ab altero dis-
tinguit, qui & huius ipsius est pater, et præterea Deus altissimus dicitur. quia
propter, quum illum ut patrem, utq; Deum altissimū, refugium suum Chri-
stus posuerit, dictum est ei illud: Non accedent ad te mala, & flagellum non ap-
propinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandauit de te, ut cu-
stodiant te in omnibus uis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad
lapidem pedem tuum. Et sanè diligenter obserua, quo nam modo in illo, Quo-
niam tu Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum: illud Domi-
ne, per id nomen quod quatuor literis constat in Hebraico, scriptum sit, quod
quæ inenunciabile esse dicant Hebræi, solo Deo & patre usurpare consue-
runt. nos autem idem nomen, ubi de uerbi quoq; diuinitate agit, in plurima
positum esse scripturis, antea demonstrauius, ut item in eo Psalmo qui in
in manibus est, qui ait in personam ipsius Domini: Quoniam tu Domine spes
mea, altissimum posuisti refugium tuum. tanquam si diceret, Quoniam tu ip-
se, o Domine, qui mea spes es diuinantis hæc illum à quo ipse es Deum altis-
simum nosti, & hunc ipsum posuisti refugium tuum. Ex quo etiam in prin-
cipio Psalms de eodem dicebat: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectio-
ne Dei cœli cōmorabitur. Dicit Domino, Susceptor meus es, & refugium
meum, Deus meus, adiutor meus, et sperabo in eum. Quoniam igitur tu, o Do-
mine, altissimum posuisti refugium tuum, idcirco, inquit, ipse altissimus ob-
rabat te à laqueo uentorum, et ab oratione turbulenta, & in scapulis suis ob-
umbrabit tibi. Quapropter quum tali fultus sis paterno altissimi auxilio, non
timebis à timore nocturno, neq; omnino à quopiam eorū quæ prædicta sunt.
ac ne ab ijs quidem quæ deinceps adduntur. nam quoniam tu Domine, altis-
simum posuisti refugium tuum, idcirco non accedent ad te mala, & flagellum
non appropinquabit tabernaculo tuo. Flagella porro efficacias ipsorum de-
monum etiam in Euangelij nominari deprehendes, quas ne appropinquare
quidem audere idoneas esse ait, tabernaculo Christi, hoc est, corpori eius. Qui
enim id potuissent, quando solo uerbo eas ex hominibus expellebat: de hoc
autem tabernaculo etiam David quodam in loco iurauit Domino, & uocem
uouit Deo Iacob, his uerbis: Si ascendero in lectum strati mei, si dederō som-
num oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus
meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Huius
igitur tabernaculi causa dicebatur, Non timebis à timore nocturno: & illud,
Ipse liberabit te de laqueo uentorum, & ab oratione turbulenta: & illud,
Non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo:
& quæcūque ad hominem magis spectantia de illo dicta sunt, sicut etiam
illud, Angelis suis mandabit de te, ut custodiant te: & illud, In manibus por-
tabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Talia enim ad Deum
dicti nunquam conueniet: at uerò ad tabernaculum eius, quod propter nos ad-
sumpsit,

Nomen tetra-
grammaton
ineffabile:

Demoni uis
flagellum ap-
pellatur.

sumpsit, quo tempore uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, conueni-
et. Ceterum non ab re mihi quidem uidebor facere, si quo exquisitius ac stabi-
lius ea quæ dicta sunt, confirmet, reliquorum quoq; interpretum sententias
editionesq; hoc loco posuero. quorum unus Aquila in hunc modum reddi-
di: Quoniam tu Domine spes mea, altissimum posuisti habitaculum tuum:
Non traduentur ad te mala, & tactus non appropinquabit in protectione
tua: quoniam angelis suis mandabit, ut custodiant te in omnibus. uis tuis. Sed
Symmachus: Tu enim, inquit, Domine securitas mea, altissimam posuisti ha-
bitationem tuam. Non inualefcet aduersum te malum, neq; tactus appropin-
quabit tentorio tuo: quoniam angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in
omnibus uis. Igitur hisce ipsis autoribus, ad Dominū tanquam de Domino
dictum est illud: Angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omnibus uis
tuis. In manibus portabunt te, uidelicet te Dominū, ne forte tu Dominus offen-
das ad lapidem pedem tuū. Quinetiam diabolus in tentatione aduersus Salua-
torem nostrum, eisdem usus est uerbis, quando assumptum illum in sanctam
ciuitatem constituit supra pinnaculum templi, et dixit ei: Si filius Dei es mit-
te te, & in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ad
quem Dominus noster respondens, ait: Scriptum est, Non tentabis Dominū
Deum tuū. Prætere a quoniam in tentatione cum feris, ut ipse Euangelista
est autor, uerabatur: cum quibus autem, non descriptum est palam: eam
rem ipsius Psalms uaticinium, dum generarum commemorat, manifestius
eloquitur, his uerbis: Super aspidem & basiliscum ascendens, & conculcabis
leonem & draconem. ubi aspidem & basiliscū, ipsum utiq; diabolum, & qui
ipsum sequitur principatus malasq; potestates conculcaturum affirmat. Iis au-
tem qui similem ipsi uirtutem nacti sunt, discipulis utiq; suis atque apostolis,
potestatem incedendi super serpentes & scorpiones donauit, non permittens
eos tentari supra: quam terre possent: ad illum enim solum spectabant, pefo-
res in nequicia potestates, nec non ipsum omnium principem seculiq; huius
tyrannum, diuina sua uirtute prosternere.

De Galilea gentium, in qua Saluator noster maximam suorum miraculorum
partem edidit, et de Apostolorum ipsius uocatione.

Demonstratio VIII.

Hoc primum bibe, cito fac regio Zabulō, terra Nephthalim, & reliqui ma-
ritimam incolentes, & trans Iordanem Galilæa gentium, populus ambulans
in tenebris, uidete lucem magnam, habitantes in regione & umbra mortis,
lux splendet super uos. Plurimum populi quod deduxisti in lætitia tua,
& lætabuntur coram te tanquam qui lætantur in messe, & quemadmodū qui
diuidunt spolia, quoniam aufertur iugum quod super ipsis positū est, & uir-
ga quæ super collo ipsorum. Virgam enim repetentiū dissipauit Dominus, si-
cut in die super Madiam: quoniam omnem uestem congregatam dolo, & ue-
stimentum cum permutatione persoluent, & uolent si facti fuerint igne com-
busti: quoniam puerulus natus est nobis, cuius principatus extitit super hu-
merum eius. Et uocabitur nomen eius magni consilij angelus, princeps pacis,
& potentiam habens, Deus fortis, pater futuri seculi. Præter alia omnia cō-
pleta sunt etiā hæc in Salvatore ac Domino nostro Iesu, qui Christus Dei est,
quo tempore, ut diuinus Euangelista autor est, audiens quod Ioannes tradi-
tus esset, secessit in Galilæam: relicta Nazareth, ueniens habitauit in Capernaū
iuxta mare in finibus Zabulon, & Nephthalim, ut impleretur quod dictum
est per Esaiam prophetam dicentem: Terra Zabulon, & terra Nepht-
thalim, uiam maris, trans Iordanem Galilæa gentium. Populus sedens in tene-
bris uidit lucem magnam, & habitant ibi in regione & umbra mortis, lux orta
est eis. Ex illo igitur coepit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, quo-
niam

Handwritten marginal notes in a large Gothic script, including the word 'DIGNITAS'.



niam appropinquabit regnum caelorum. Prateriens autem iuxta mare Galilae, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: erant enim piscatores. & ait illis: Venite post me, & faciam uos piscatores hominum. Illi autem statim relictis retibus secuti sunt eum. profectus inde, uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedaei, & Iohannem fratrem eius in nauicula cum Zebedaeo patre ipsorum reficientes retia sua, & uocauit eos. illi autem continuo relictis nauicula, & patre ipsorum, secuti sunt eum. Et circuebat Iesus totam Galilaeam, docens in conuentibus eorum, & praedicans Euangelium regni, & sanans omnem egritudinem & omnem languorem in populo. Et abiit opinio eius in totam Syriam, & afferbant ei omnes male habentes, uarijs morbis & cruciatibus comprehensos, & diaemonia habentes, & lunaticos, & paralyticos, & sanabat eos, & sequebantur eum turba multa a Galilaea. Sanè haec omnia propter prophetiam exposuit, quae in Galilaea magnum lumen fore pollicetur, & in regione Zabulon ac Nephtholim, quae tamen neutra sit Galilaea gentium. Cur autem in Galilaea gentium plurimum diuersatus est: nimirum ut omnium gentium uocationis exordia constitueret: etenim inde profectus, discipulos suos euocauit. Quocirca paulo post in eodem Euangelio inuenies Mattheum de Galilaea uocatum fuisse, & in alio rursum Leui. Philippus autem, ut apud Iohannem legitur, de Bethsaida profectus est, ciuitate Andreae & Petri: atqui haec ipsa erat Galilaea. Quinetiam apud admirabilem nuptiam factam in Cana Galilaeae, ubi quum Dominus admirabiliter aquam in uinum commutasset, miraculorum ibidem initium fecit, quo tempore declarauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli. Considera uero num hoc ipsum primum Saluatoris nostri miraculum, quod in Cana Galilaeae editum est, dum aqua in uinum commutatur, diuinas in ipso prophetiae principio ea quae nunc tractatur oratio significet illis uerbis: Hoc primum bene, cito fac regio Zabulon, et terra Nephtholim, Galilaea gentium. Quod si tale miraculum nota quaedam fuit arcanioris mixturae ex ea commutatae, quae ad corpus magis spectaret, in intelligentem ac spiritualem latitiam spectantis ad fidem noui testamenti mixturae: uide ne hoc ipsum quoque ad ea quae de Galilaea dicta sunt, accommodate significauerit, canens quem admodum sub Christi aduentum primi omnium illi qui Zabulon ac Nephtholim habitarent, non autem qui Iudaeam & Hierusalem, potius Euangelicam praedicationis particeps futuri essent. Porro his latitiae causam ait fuisse, in regione & umbra mortis sedebant. Exorto autem illis salutari lumine, ita letabuntur, ut illi qui letantur in melle, utque illi diuidunt spolia. Haec uero ipsa re completa sunt, quum de Galilaea uocatis apostolis, mirabilia opera sua & doctrinam Saluatoris ac Dominus noster illis palam exhibuit: letaturos autem eos coram ipso, prophetia diuina, instar letantium in melle. Sed in qua tandem melle, nisi in ea de qua ipse dicebat: Attollite oculos uestros, et uidete regiones, ut albae sunt ad messem iam nunc. His autem uerbis gentium congregationem significabat. de eisdem uero dictum est, Quae letabuntur ut illi qui diuidunt spolia. Quum ergo gentium inter se regiones, & unitam quae sub sole est terram Saluatoris nostri discipuli atque Euangelistae diuisissent, innumerabiles seculi huius principes spolia uerunt, eos utique qui prius gentibus imperabant. Attamen aliam quoque causam propter quam letitia sint afficiendi, commemorat, quod auferendum sit ab ipsis corporale legis iugum, iam pridem ipsis impositum, quod ipsi, neque patres ipsorum potuerunt ferre. Caterum non modo iugum sublatum est ab ipsis, sed etiam uirga repentium, quae prius in collo ipsorum imposita erat. Declarat porro qui sint repententes alibi, dicens: Populus meus, exactores uestri ipsorum casus uestras colligunt, et repententes dominantur uobis. Verum hi quidem a Zabulon & Nephtholim oriundi, qui ingens lumen intuiti sunt letabuntur propter

Quare Christus in Galilaea gentium uersatus.

propter illa quae iam antea dicta sunt. qui uero ab ipsis repetebant, ab ipsis repetitur usque ad ultimum quadrantem. idemque ubi omnem uestem omnemque ueniamque haec passuros ait, propterea quod puerulus natus est nobis, & filius datus est nobis, ipse magni consilij angelus. At uero quibus tandem nobis, nisi qui in ipsum credidimus, & omni uidelicet Galilaeae gentium, quibus magnum lumen ortum est: sed quod nam queso, nisi ipse natus puerulus, & quia Deo datus est filius, qui magni consilij angelus, & princeps pacis, & ius potentiamque habens, & Deus fortis, & pater futuri seculi nominatus est: uerum haec ipsa iam antea ad unum referenda esse Saluatorem Dominumque nostrum, suo tempore demonstrauimus.

De Apostolorum uocatione.

Demonstratio IX.

Visa sunt itinera tua Deus, itinera Dei mei regis qui est in sancto. Praeueniunt principes coniuncti psallentibus in medio adolescentularum tympanistrarum. In ecclesijs benedicite Deo Domino de fontibus Israel. Illic Benjamin junior in mentis excessu, principes Iuda duces ipsorum, principes Zabulon, principes Nephtholim. Hoc quoque in loco eos qui dicuntur principes Nephtholim, non alios esse censeo quam apostolos. inde enim eos Saluator ac Dominus noster elegit, ut a Mattheo scriptum est. Ingressum uero ad homines aduentumque Dei uerbi cum corpore, dum canit scriptura, sic ait: Visa sunt itinera tua Deus, & cetera. Huiusce porro aduentus quum quasi praecursores fuerint ueteres Deo amici prophetae, ad psalterium & ad omnis generis spiritualia instrumenta illum in choris praedicantes, & laudibus celebrantes, antequam uerunt, in medio adolescentularum tympanistrarum. Vbique enim in medijs Iudaeorum conuentus progressi diuini prophetae, Christi tanto ante denunciant aduentum: quinetiam idem diuino spiritu afflati, Saluatoris nostri discipulos alloquebantur, dicentes: In ecclesijs benedicite Deo Domino de fontibus Israel. Fontes autem Israel uerba fuerint, quae ipsi Israel tradita sunt, primis enim illis credita sunt Dei oracula: unde nos quoque haurientes, Christi ecclesias irrigare oportebit. Adolescentulas autem & tympanistras dixit, ut eo modo animas olim uitam suam ad Moysi legem dirigentes, & secundum corpus plurimum degentes significaret. ubi dum adolescentulas quidem uocat, earum rudius atque imperfectius propositum notat, dum autem tympanistras, earundem corporales adorationis usum intelligi uult.

De prophetica lectione, quam ipse Dominus noster in conuentu Iudaeorum exhibuit.

Demonstratio X.

Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, praedicare captiuis remissionem, & caeteris uisum, uocare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Hoc quoque uaticinium ipse Dominus noster in seipso completum esse confirmat, quo tempore quum uenisset in Nazareth, ubi fuerat educatus, ingressus est, ut solebat, quodam sabbatorum die in conuentum, siquidem surgenti illi porrectus est liber Esaiae prophetae: quem quum euoluisset, legit illud quod in eo scriptum est: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. Euangelizare pauperibus misit me, praedicare captiuis remissionem, & caecis uisum, dimittere contractos in remissionem, uocare annum Domini acceptum. Et quum placenti in illum. Itaque coepit ad illos dicere, quod illo die completa esset scriptura illa in auribus illorum. Ergo Saluator ac Dominus noster ex hac plane scriptura uidetur longè excellentius ac melius quam illi sacerdotibus, qui olim corporali unctio ungebantur, non oleo comparato, neque ab hominibus, ut alij solebant: sed diuino, hoc est, Dei patrisque sui spiritus unctus. a quo etiam eius diuinitatis quae facta non est, compos effectus Deus ac Do-

Vertical handwritten text on the right margin of the right page.



Dominus in sacris dictus est libris. Huic prophetiae que nunc tractatur...

De noua legis in Euangelio Christi sanctione. Demonstratio XI.

Deut. 18. Prophetam de fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus tuus sicut me...

si quadam animaduersione res digna esse uideretur, cur ita Dominus prophetam...

De ambulatione Christi in mari. Demonstratio XII.

Qui dicit soli, & non oritur: & astra quasi signo impresso claudit: qui extendit...

Gratia Euangelij in d. eis primum offerenda.

Iob 9.



poterit, ut Deo conuenientem theologiam comprehendere uideatur oraculo, si quis illud de supremo Deo & patre uniuersi intelligat. Quid enim uenerationis aut dignitatis habeat, si Deus uniuersi ambulare in mari dicatur? cuiusmodi autem ambulatio in mari intelligetur illius, qui omnia complectitur, ac cœlum terramq; complet, & propemodum dicit: Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum: item, Cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus: Saluator autem ac Dominus noster, quum seipsum euacuauerit, & habuisset manus serui acceperit, & habitu inuentus sit ut homo, dum signum eius quæ multos latebat diuine uirtutis sue uidentem suis præbet discipulis, super mare uentos fluctus incessisse, & tempestatem, uentosq; cohibuisse, publice scriptura testimonio dicitur, quo tēpore ij qui talia intuebantur, obstupescabant dicentes: Quis est hic, cui uenti mareq; obtemperant? Fuerit uero hoc etiam aliter uentus cuiusdam, quod intelligitur, ualtioris maris signum, in quo draco quidam esse dicitur factus, ut in eum illudant angeli Dei: super quo item mari Saluator ac Dominus noster inambulās caput illi conuulsi draconis, reliquorūq; illō inferiorum draconum dicitur contriuisse, iuxta illud: Tu conuulsi capita draconum super aquam, tu cōfregisti caput draconis: plane alterius quod intelligitur maris, de quo idem rursus in psalmo ait, De ueni in profunda maris. Et ad lob de seipso dixerat: Venisti, inquit, ad fontem maris? in uertigia abyssi deambulasti? aperiuntur uero tibi timore portæ mortis: & ianitores inferorum uidentes te expauerunt: merito igitur etiam in ea quæ ad uos peruenit uita, dum ipsum mare ingreditur, & uentos tempestatemq; increpat, rerum in arcanis positarum signa interim obiit, ac peragit.

De rebus ab ipso admirabilibus gestis. Demonstratio XIII.

Esaiæ 35.

Conualefcite manus remissæ, & genua dissoluta, consolamini pusillanimo intellectu, fortes estote, & nolite timere. ecce Deus noster iudicium reddet, & res surdorum audient. tunc saliet sicut ceruus claudus, & plana erit lingua mutorum. Harum igitur rerum euenta in Euangelijs habes, nunc quidem ad ipsum Saluatorem ac Dominum nostrum, paralyticum afferunt in lecto iacentem, quem pristinæ sanitati uno suo uerbo restituit: nunc uero dum innumerabiles cæci & dæmonia habentes, nec non uarijs agritudinibus & languoribus affecti, salutaris illius uirtutis beneficio ab omnibus morbis liberantur. Præterea etiam nunc in ijs quæ in toto orbe terrarum ostendit, dum innumerabiles multitudinis uarijs malitiæ generibus implicatas, & igno rationem doctrinæ suæ medicamentis curat & sanat: & tamen quod enata in his Deus appelletur suo tempore, tanquam is qui talia efficiat, iam priedem a nobis, ubi de diuinitate eius testimonia protulimus, demonstratum est. & sane si unquam aliàs, nunc maxime conuenerit Deum illum opteri, quando & diuinæ & re uera Deum complexæ uirtutis iam plane opera edidit. Si quidem unius Dei, nec alterius præterea cuiuspiam munus uent, corroborare dissolutos, uitæ reddere mortuos, præbere salutem ægrotantibus, cæcorum aperite oculos, auresque item sanare surdorum, & erigere claudos, & linguam impeditam habentibus facultatem loquendi restituit, tanquam is qui uerus sit Deus: & hæc omnia multorum testimonio, qui illum in toto orbe prædicarunt, fidem acceperunt. quorum testimonio, qui illum in toto & ueritatem exploratio per tormenta confirmat, & usque ad mortem certandi perseuerantia, quam in conspectu & regum & principum & præsidum & uniuersarum gentium præstiterunt, dum eorum quæ ab ipsis predicabantur, ueritati fidem sic faciunt. Porro autē ad hos et ipsos Euangelistas

eius et apostolus, spiritum arbitror in clamare propheticum, ea quæ deinceps sequuntur, ab illo loco, Conualefcite manus remissæ, & genua dissoluta. Nam quoniam hi & manibus & uiribus quæ ad agendum pertinent, & plantis ipsi & incessu, ex longo adorationis secundum Mosaicam legem circuitu elanguerant, solutoresq; euaserant, idcirco excitans illos ad Euangelicā uitæ institutionem, Conualefcite, inquit, manus remissæ, & genua dissoluta: ad alacritatem uidelicet Euangelici cursus. Confirmamini etiam ad exhortandos, concitandosq; alios, ut euangelicam salutē amplectātur: uos, inquit, qui prius eratis pusillo animo. neq; ullus uos capiat timor eorum qui extrinsecus Euangelice prædicationi resistunt: uerum contra hos quoq; robur accipite, & ne timete: Deus enim est, & Dei uerbum, non autem quispiam Moli similis. ac ne ullus quidem prophetarum huic est comparandus, qui non solum miracula inusitata edere consueuit, uerum etiam uobis ipsis omnis fortitudinis & constantiæ autor existit. Argumentum uero certissimum fuerit diuinæ eius, quem prophetæ uenturum nunciarunt Saluatoris nostri uirtutis, per quā re uera & claudos, & cæcos, & lepris infectos, & membris dissolutos, uerbo, ut scripture quæ de illo extant fidem faciunt, aliquando sanauerit, ea quæ etiam nunc efficaciam ex illius diuinitate in toto, qui ab hominibus incolitur orbe, ostendit uirtus, per quam rebus ipsis et factis, qualis tunc quoque fuerit ijs qui intueri possunt, ostenditur, quando in tam multos annos post illa quæ scripta sunt durat inuictus, & re uera Dei uerbum esse, quod ab ipso denunciatum est, demonstratur, ut pote quod omnes iam uicerit quicunq; ab initio in hunc usq; diem doctrinam ipsius oppugnare conati sint: & ex uniuerso orbe innumerabiles conuentionibus & morbis eos qui ad se accesserint, liberet, & ad religiosam, piamq; doctrinam omne & Græcorum & Barbarorum genus inuitet, innumerabiles que ad unius, ueriq; Dei cognitionem, & sanum ac moderatum uiuendi institutum adducat. Quemadmodum uidelicet eum deceat, qui supremi Dei cultū profiteatur. Quinetiam hic idem Deus noster, tanquam is qui sit Dei uerbum iudicium, inquit, reddit & reddet: ipse ueniet, & seruabit nos. Nam, ut est in Psalmo, qui ait, Deus iudicium tuum regi da: utq; est in doctrina Euangelica, in qua illud dictum est, Pater non iudicat quempiam, sed omne iudicium de ditione, accepta à patre iudicandi potestate: dum iuste iudicat, populo quidem ad circumcicionem spectanti, pro ijs quæ & in seipsum & in prophetas suos ad se sunt, meritum, conueniensq; supplicium assignauit. omnes autem omnino, qui ad ipsum accesserunt homines, ex æquo, ut iustum est, conseruauit, quorum utique & aures & oculos mentis aperuit. Quocirca tempus illius aduentus, tempus retributionis diuinum uocat oraculum, quod in alijs item sic ait, Voca re annum Domini acceptum, & diem retributionis. Porro hoc fuit retributionis tempus, in quo omnis sanguinis effusi, à sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ, & ipsum preciosum sanguinem lesu, ultio sumpta est, & supplicium de illorum natione, qui in illum peccauerunt: usq; adeo, ut ex illo extremum interitum, extremamq; uastationem pertulerint. Et quod quidem ad illud prophetia sic ait: Ecce Deus noster iudicium reddet, & reddet. Quod uero ad illos spectat qui seruandi sunt, in sequentibus indicatur, illis uerbis: Ipse ueniet, & seruabit nos, tunc aperientur oculos cæcorum, & aures surdorum audient & quæ sequuntur. Hoc uero salutare iudicium à Christo esse proferendū, alia quoq; prophetia denunciauit, quæ sic ait: Ecce puer meus, suscipiā eum: electus meus, suscepit eum anima mea, iudicium genibus proferet. Proinde etiam de uerbo noui testamenti dictum est: De Sion exibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem, et iudicabit inter gentes. Diuino enim iudicio, rationibusquæ nobis occultis atq; ineffabilibus ea quæ ad uocationem pertinent eorum qui ad

Tēpus retributionis diuinæ.

Handwritten marginal note in a large, decorative script, possibly reading 'DE VITA ET MORIBUS'.



419 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 ipsum conuertuntur, administrare illud par est. Quinetiam dum nos diuinitatem
 docet iudicium, dumque ut omnia cum iudicio faciamus instituit, iudicium gen-
 tibus dicitur prolaturus.

De signis & prodigijs que edidit. Demonstratio XIII.

Isaie 8.

Tunc manifesti erunt qui signant & claudunt legem, ne discant. Et dicit
 Expectabo Deum, qui auertit faciem suam a domo Iacob, & confidens ero in
 ipso. Ecce ego et pueri, quos mihi dedit Deus. Et erunt signa & prodigia in Is-
 rael a Domino Sabaoth, qui habitat in monte Sion. & si dixerint ad uos, Que-
 rite pythonas, & eos qui de terra uoces edunt, qui inania loquuntur, qui de uen-
 tre uoces emittunt. Non gens ad Deum suum? quid exquirunt de uiuentibus
 a mortuis? legem enim in auxilium dedit. Paulus quidem Epistola ad Hebraeos,
 citans huius loci uerba illa: Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus, ex-
 quitur explanationem de Christo, dicens: Quia ergo pueri comunicauerunt
 carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, ut per mortem destrue-
 ret eum, qui habebat imperium mortis. Pueros autem suos hoc in loco Apo-
 stolos nominat per quos Dominum Sabaoth qui habitat in monte Sio, signa
 & prodigia in domo Israel editurum indicat, eosdemque fore manifestos, dum
 more nostro uultus Christi annulo impressos & signatos gerent, monentur
 turque ne amplius Mosi legem discant: quippe quae amplius non consistat,
 eo quod quae uocatur domus Iacob, a Deo relicta sit. Quum uero obscurus
 apud Septuaginta dictum sit illud: Tunc manifesti erunt qui signant & clau-
 dunt legem ne discant. Et dicit: Expectabo Deum qui auertit faciem suam a
 domo Iacob, & confidens ero in eo. Planius idem reddidit Symachus his uer-
 bis: Liga testimonium, signa legem in ordinationibus meis. Et expectabo Do-
 minum qui abscondit faciem suam a domo Iacob, et expectabo ipsum. Aquila
 uero etiam ipse in hunc modum conuertit: Illiga testimonium, signa legem in
 docibilibus meis, & assumam Deum qui abscondit faciem suam a domo Iac-
 cob, et expectabo ipsum. Haec igitur facere Saluatoris nostri discipuli docen-
 tur. Post quae deinceps subiungit: Ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus. Et
 erunt in signa & portenta in Israel a Domino Sabaoth, qui habitat in monte
 Sion. Porro Dominus Sabaoth, ipsum Dei uerbum, postquam habitauit in eo
 homine, quem assumpsit, & in monte Sion uersatus est, signaque et portenta edi-
 dit: tum uero suis discipulis, & omnibus quicumque antea simulacris addidit,
 in fidem ipsius uenissent, praecipit, ne amplius superstitionis errorem illo mo-
 do timent: uerum potius, quamuis ipsos agiterent, aut etiam cogerebant
 apud gentes colebant simulacra, quaerere pythones & oracula, demonum tan-
 quam admirabilia, & nullis partibus inferiora, diuinorum Deoque amicum
 hominum, propheticis ritibus: attamen ipsi illis responderent, ac dicerent, Quae
 interrogant de uiuentibus mortuos? legem enim in auxilium dedit. & quae de
 inceptis sequuntur. Eos enim qui semel & legem, et salutaria praecipia ad
 propriae ipsorum uitae opem atque medelam acceperint, oracula quae demone-
 sticis fraudibus nixa respondeant, curiosius inquirere, superuacuum eum inane
 quae fuerit.

Pueri Apo-
 stoli.

De non enunciando aut indicando, dum miracula ederet
 Christus. Demonstratio XV.

Isaie 42.

Jacob puer meus, suspiciam eum: Israel electus meus, assumpsit eum
 ma mea: iudicibus gentibus proferet, non clamabit, neque remittet, neque audie-
 tur foris uox eius, calamus contritum non fraget, & linum fumigans non ex-
 tinguet: sed in ueritate proferet iudicium, resplendet, et non conquassabitur,
 donec ponat in terra iudicium, et in nomine eius gentes sperabunt. sic dicit
 Dominus Deus qui fecit coelum, et intendit illud: qui firmavit terram, et ea quae
 sunt in ipsa: quicquid dat flatum populo, qui est in ea, et spiritum calcantibus eum
 Ego Dominus Deus tuus uocaui te in iustitia, et apprehendam manum
 tuam

tuam, & corroborabo te, & dedi te in testamentum generis, in lumen gentium,
 ut aperires oculos caecorum, & educeres ex uinculis illigatos, & de domo car-
 ceris sedentes in tenebris. Atque huius loci Euangelista meminit, quo tempore
 Pharisei consilium coeperunt contra Saluatorem nostrum, ut eum interfice-
 rent propterea quod sabbatis aegrotantes curaret. Tunc enim, inquit, Iesus in-
 tellecta aduersum se conspiratione, secessit inde, & secuta sunt eum turba mul-
 ta, & curauit eos omnes, & praecipit eis ne manifestum ipsum facerent. qui-
 bus haec adiungit deinceps. Et haec omnia, inquit, facta sunt, hoc est quod seces-
 serit, quodque eis quos curasset praeeperit, ne manifestum ipsum facerent, ut im-
 pleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Ecce puer meus, in quo
 complacui: dilectus meus, quem elegi anima mea. ponam spiritum meum su-
 per eum, & iudicium gentibus nunciabit. non contendet, neque clamabit, neque
 audiet quisquam in plateis uocem eius. arundinem quassatam non confringet,
 & linum fumigans non extinguet, donec eiciat in uictoriam iudicium. & in
 nomine eius gentes sperabunt. Anima uerte diligenter, quoniam modo Mar-
 theus ubi dixit, Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo complacuit
 anima mea: neque Iacob neque Israel nominauerit. non enim dixit, Iacob puer me-
 us, Israel electus meus: sed indefinite enunciauit, dicens, Ecce puer meus, & di-
 de Septuaginta obelisco signatum est, nomen Iacob, atque Israel: apud reliquos
 autem interpretes silentio praeteritum, propterea quod ne in Hebraico qui-
 dem feratur. Proinde etiam Euangelista merito id praetermisit: quippe qui &
 Hebraeus esset, & in prophetiae positione Hebraicos libros sequeretur. Ergo ne
 sententiam quidem si spectes, populo ad circumcisionem spectanti, oraculum
 accomodari poterit. sed uni Christo Dei, cui & ipsa euidentia, & euentus re-
 rum fidem indubitata facit. Vnus enim hic futurum iudicium gentibus pu-
 blice denunciauit, quum seipsum tacite in uitam hominum insinuauerit, atque
 in terra iudicium posuerit: & non modo arundinem contritam non confregit,
 sed, si fas est dicere, colligauit, quum infirmos & contritos corde exerit, for-
 nis reddiderit. & quemadmodum infirmos ac debiles, et suae ipsius curatio-
 nis indigentes, non despiciebat, neque quos prioris uitae poenitisset condennabat
 aut contrebant: sic ne illos quidem qui in malis perseverarent, aut qui prauis ani-
 mi affectibus incenderentur, extinguerebat: aut ne ex suo proposito, suaque ipso-
 rum libidine agerent, prohibebat: neque uero praeter tempus unquam horum alia
 quem supplicio affecit, quippe qui talibus debitas pro meritis poenas in tempus
 communis iudicij reseruaret: ex quo illud dictum est, Et linum fumigans non
 extinguet. Planissime autem finem suum accepit etiam illud, Et in nomi-
 ne eius gentes sperabunt, in solo enim saluatoris nostri Iesu Christi nomine
 Christianae gentes sperauerunt: quae etiam ex religione quam acceperunt, illius
 quasi parentis cognomine notatae sunt. Etenim quod nullis alijs nisi gentibus
 in lucem sit datus, iam antea dictum fuerat, et per eundem, ut ipsum oraculum si-
 gnificauerat, oculi caecorum, eorum utique qui quondam mente excaecati erant,
 aperti sunt: neque eorum modo, sed etiam qui ipsum corpus perdidissent. Atque
 uinculis & catenis peccatorum in tenebris & ignorance uerae pietatis prius
 Deum accipere meruerunt. Tu uero ad horum exemplar quae exposita sunt,
 si reliquam item dictionem exploraueris, in solo Domino Saluatoreque nostro,
 unumquodque eorum, quae in illa continentur, absolute completum inuenies.

De eo quod Iudaicus populus in ipsum crediturus non esset. Demonstratio XVI.

Vidi Dominum sedentem super folio excelso & sublimi, & Seraphim sta-
 bant in circuitu eius. Deinde paululum progressus, sic ait: Et audiui uocem Do-
 mini dicentis: Quem mittam? & quis ibit ad populum hunc? Et dixi: Ecce ego ad-
 sum

Isaie 6.



412 sum, mitte me. Et dixit: Vade, & dic populo huic, Aditu audietis, & non intel- ligetis: & intuentes intuebitur, & non videbitur. Crassum enim factum est cor populi huius, & auribus suis grauius audierunt, & oculos suos clauerunt ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, et conuer- santur, et sanem eos. Harum quoque rerum habes euentum in Salvatore nota- stro, ut apud Ioannem legimus, qui ait: Quum autem tam multa signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum, ut sermo Esaiæ prophete impleteretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuela- tum est: propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Exccecaui oculos eorum, & indurauit cor eorum, ne uideant oculis, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Hæc dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & locutus est de eo. Cæterum, ut est apud Matthæum accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? qui respondens, ait illis: Vobis ca- tum est notie mysteria regni, illis autem non est datum: ideo in parabolis lo- quor eis, ut uidentes non uideant & audientes non audiant, ne quando con- uertantur, & sanem eos: Tunc completa est in eis prophetia Esaiæ, quæ sequi- tur. Attende uero quid sit quod Ioannes adiungit, ubi ait: Hæc dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & locutus est de eo. Quod sane non aliter accipi- endum est, ac si Christum Christiæ gloriam propheta in ea uisione uiderit, in qua ait: Vidi Dominum Sabaoth sedentem in solio excelso & sublimi, et quæ se- quantur. Quis autem non admiretur oraculum? quum etiam nunc adeo eu- denter intueri liceat Iudaici populi aduersus Christum incredulitate? nam o- lim quidem illum hominem factum, miraculaque edentem apud se intuentes animi atque intelligentie oculis cernere non poterant, neque apud ipsos ullus e- rat animæ intelligentie intuitus, quo perspicerent, quanam esset in medijs illis uirtus, quæ tanta & tam multa miracula efficeret. Quin etiam quum sapientie uerba uite æternæ percipere idonei redditi essent, & uocem diuinæ prophetie audirent, auribus mentis, non audiebant, ut sic uidelicet ipsimet prophetia manifestum finem imponerent. Adhuc autem quum diuinam Christi uirtu- tutem, per quam omne genus hominum patrijs superstitionibus liberatum, firæ ipsius religioni subiecit, tam clare micantem inspiciant, nequaquam uimentis attendunt, neque animaduertunt, quemadmodum, quod neque à Mose, neque à posterioribus Mose prophetis in solis ipsis obtineri potuit, hoc est ne simulacris addicerentur, neque multorum deorum superstitioni adhererent, ipsum hinc in cunctis gentibus diuina Saluatoris nostri uirtus, ut constitueretur, effecerit. Deinde prophetica de illo testimonia assidue uersantes, auditu quidem audi- unt, sed non intelligunt: utpote quum etiam nunc prophetia, quæ nunc in ma-

Quemadmodum super pullo sedens Hierosolyma ingressurus oraculo dica- tur. Demonstratio XVII.

Zach. 9. Gaude uehementer filia Sion, prædica filia Hierusalem. Ecce rex tuus ue- nit tibi iustus, & saluos faciens: ipse mansuetus, & impositus super iumentum & pullum adolefcentem. Et perdet arcus ex Ephraim, & equum ex Hierusa- lem, & peribit arcus bellicus, & abundantia pacis ex gentibus. Et principatum obtinebit à mari usque ad mare, et à fluminibus. per expunctiones terræ. Quum hæc post reditum de Babilone, nouissimis prophetarum temporibus Zacha- rias cecinerit, nullus post eius prophetie tempus rex apud Iudeos fuisse mo- moratur, qualem hæc prophetia describit, nisi unus duntaxat Saluator ac Do- minus noster Iesus, Christus Dei, cuius tempore hoc quoque uaticinium suum finem est consecutum, quum ad suos discipulos uerba illa dixit: Sic in uicis qui contra uos est, & inuenietis asinam & pullum alligatum, Soluite illum, & ad- ducite. & si quis uobis dixerit, Quid facitis? dicite illi, Dominus his indiget, et abeuntes

A abeuntes illi fecerunt ut præceperat illis Iesus. Et ea quidem quæ uel ad oraculum, uel ad oraculi euentum pertinent, in hunc modum se habent. Sed quid tandem sibi uult hæc illius in asino uectatio, nisi humilè illius & obscurum significare adue- tum, cuius tempore primò ipsius accessum peregit? nã est alter ite gloriosus, de quo Daniel apertius prodens quæ contemplanda sint, exponit: Aspicebã do- nec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet. Millia millium ministrabant ei, & decies millies dena millia adstabant in conspectu eius. Et ecce cum nubibus. cœ- li quasi filius hominis ueniens. Et usque ad antiquum dierum peruenit, & datus est ei principatus, & honor, & regnum. & omnes populi, tribus, linguæ seruiunt ei. Potestas eius, potestas æterna, quæ non præteribit, & regnum eius non cor- rumperetur. Verum ea quidem quæ ad primum aduentum pertinent, qui & hu- manior & abiectior fuit, cum alijs hoc quoque argumenti signicq; habent, quod mansuetus & placidus futurus dicatur, uenturusque insidens iumento eodem oraculo declaratur: hoc enim communis humanicq; uictus argumento fuerit. Quæ uero ad alterum illum & diuinitatis amplius præ se ferentem, manife- stissime indicantur per illam in nubibus cœli aduectationem, perque illud æter- num in omnibus gentibus regnum. Nec sane ab re fuerit utrunque Iudeis pro- ponere, rationemque ab illis postulare, quo nam pacto, si unum duntaxat Chri- sti aduentum expectant, prophetias suas sibi uelint constare: nam cum utramque earum, quæ expositæ sunt, ad Christum pertinere ipsi quoque fateantur, dicant quæso, & interrogantibus nobis respondeant, qui fieri possit ut uno eo in quo tempore, sub unum eundemque aduentum, idem & in nubibus cœli feratur, & iumento pulloque adolefcente insidens uehatur: longè enim hæc à se inuicem distant. quapropter si tu quoque innumerabiles alias his similes de Christo pro- phetias collegeris, & contuleris, & earum significata diuersa simul contende- ris, alias quidem earum inuenies primi illius aduentus uaticinia comprehen- dere, quæ etiam sub eundem primum completa sunt: alias uero ad secundum, eundemque gloriosum, referri oportere. Et currus enim & equum & omnem arcum bellicum Saluatoris nostri diuina uirtus in priore ipsius aduentu, de- illa ad corpus umbramque pertinente Hierusalẽ, deque eo qui Ephraim uocatur populo, latenter eiecit ac perdidit. quare ex illo ad hunc usque diem nusquam plus illorum regia dignitas consistat, neque eorundem qui olim ualebat in bellis apparatus, & in armis uirtus. Sapienter uero in his omnem Iudaicum popu- lum Ephraim nominauit, non autem Israel, ne ueneratione digniores calumnie- tur appellationes. Inuenies autem in alijs quoque prophetijs totam gentem E- phraim cum multa calumnia & accusatione nominari, sicut hic quoque. Cum igitur post reditum de Babilone non amplius itidem, ut prius, in tribus diuisis esset populus, quos tandem per Ephraim merito significari intellexeris, nisi eos qui ipsam Hierusalẽ habitarent: quorum in bellis & in armis egregiam uirtu- tem, quæ usque ad Romana tempora uigens fuit, Saluatoris nostri aduentus, si- cut in prophetia dictum fuerat, diuina & ineffabili uirtute deleuit. Proinde col- lectam de gentibus ecclesiam oraculum Euangelicè instruit ac monet, nõ ut sim- pliciter gaudeat, sed ut uehementer gaudeat: quippe quod illa ad id faciendum etiam prioris congregationis filiam uocat, propterea quod nos omnes qui ex gentibus profecti in Christum Dei credidimus, Christi apostolorumque eius proles & filij sumus, utpote qui de Iudeorum congregatione tanquam de matre orti su- mus: nam etiam quod sequitur, in Saluatoris nostri aduentu completum esse constat. Quis enim ignorat, eiusmodi pacem ex gentibus post aduentum illius tempora extitisse, cuiusmodi nunquam antea fuisset: neque enim ut prius, sic nunc uero ut priscis temporibus, sic nostris uita hominum inquieta instabilisque est: quippe cum neque Athenienses contra Lacedæmonios ferantur, neque Syri ad- uersus

OPAVSIBVS



434 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA.
 uersus Phœnicas, neq; Arabes in Palaestinos, neq; itē Aegyptij aduersus fini-
 timos militiam exerceant. Sed ex illo in hunc usq; diem, Deo fauente, in unū
 omnia coiungere: & re uera, sicut in prophetia dictum fuerat, abundantia pacis
 ex gentibus prodijt: & unus Iesus, & ab ipso denunciaturū Euangelicæ doctri-
 næ uerbum, principatum à mari usq; ad mare, hoc est ab oriente sole usq; ad
 occidentem, & à fluminibus ad exporrectiones terræ, sicut ea significauerat,
 quæ apud prophetam prædicta sunt, accepit. quæ sanè Aquila quoq; in hunc
 modum interpretatus est: Et loquetur pacem in gentibus, & potestas eius à
 mari usq; ad mare, & à fluminibus usq; ad fines terræ. Tu uero hæc compara-
 to cum illis quæ in Psalmo continentur, qui inscriptus est in Salomonem, que
 uidelicet de filio regis ex semine Salomonis oriundo dicitur, de quo is Psa-
 lmus ita loquitur: Et dominabitur à mari usq; ad mare, & à fluminibus usq; ad
 fines orbis terræ. Porro idem hic Psalmus eam item quæ hic significatur pacē,
 sic futuram describit: Oriet in diebus eius iusticia, & abundantia pacis. Et
 quoq; cum his ipsis concordat, cum ait: Et constabunt gladios suos in uomē-
 res, & lanceolas suas in falces. Et nō sumet amplius gens in gentem gladium,
 & non discet ultra bellum gerere. Cæterum Michæam quoq; inuenies placē
 consentanea dicentem, itemq; alios ex prophetis multos. Si uero diligenter,
 ut alias dixi, tempora obseruaueris, facile intueri poteris, quemadmodum ab
 Augusti temporibus, & à Saluatoris nostri aduentu, qui per ea tempora emi-
 cuit, cum ad unum redactum Romanorum imperium omnia obtinuisse, ue-
 teres gentium differentia, & multiplices principatus aboliti sunt, atq; ex illo
 in hunc modum quæ ad pacem pertinerent, cum prophetæ prædixerant, eam
 ueniet, cum plenissimè prophetia cōplebitur, ubi gentium plenitudo ingre-
 sa illud fuerit, quod à sancto Apostolo dictum est.

De acclamatione, Osanna filio David. Demonstratio XVIII.

Psalm. 117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.
 » A Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. Hæc dies quam
 » fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. O Domine saluum fac iam nunc.
 » O Domine da profectum iam nunc. Benedictus qui uenit in nomine Domini.
 » Benediximus uobis de domo Domini, Deus Dominus, & illuxit nobis. Sal-
 uatore nostro Iesu Christo ingresso quondā in urbem Hierosolyma, quo tem-
 pore, sicut prophetia, quam proxime ante hanc exposuimus, cōtinet, dum a-
 pello insidens uehitur, fidem huic rei faciente Euangelista, uaticiniū quod est
 apud Zachariam compleuit. turbæ quæ præstant, & quæ sequebantur accla-
 mabant, benedicentes, Osanna filio David. Benedictus qui uenit in nomine
 Domini: Osanna in altissimis. Quo etiam tempore cum intrasset Hierosoly-
 mam, commota est uniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Turbæ autem dice-
 bant: Hic est propheta Iesus à Nazareth Galilææ. Quoniam igitur ex proxi-
 mo Psalmo dictum est illud Osanna, quod si interpreteris, significat, Saluum
 faciam nunc. & Hebraicus contextus, Anna Adonai osanna, habet: nec non
 illud, Benedictus qui uenit in nomine Domini: ipsum quoq; ab eodem Psal-
 mo est acceptum, & hæc ipsa plane ad Christum Deum referri cōstat, mentio
 ad eundem reliqua quoq; eiusdem uaticiniū hoc in loco retulimus. Hic enim
 est ille benedictus, qui ab alio propheta ueniens est nominatus, ubi sic ait: Ad-
 huc modicum, & ueniens ueniet, & non tardabit: qui irem uenit in nomine
 Dei, & patris sui. Idem uero fuerit etiam Deus Dominus qui illuxit nobis.
 Itaq; in nomine patris sui confitetur se uenisse ad Iudæos, dicens: Ego ueni in
 nomine patris mei, & nō accipitis me. Alius cum uenerit in nomine patris,
 illum accipietis. Hic ipse igitur, qui illuxit nobis Deus Dominus benedictus
 qui uenit in nomine Domini, lapis ille fuit quem reprobauerunt, qui quon-
 dam antea populum circumcisione signatum, per Mosaicam doctrinā & disci-
 cabant.

cabant, qui item ab illis reprobatus in capite alterius anguli, collectæ utiq; de
 gentibus ecclesiæ est constitutus. quam sanè ecclesiam non ut eam quæ ab o-
 minibus, sed ut eam quæ ab unis prophetis oculis cernatur, admirabile esse
 ait oraculum, ubi sic ait: Et est mirabile in oculis nostris. Aduertum uero eius,
 rursus diem nominat, quam fecit Dominus: quandoquidem ipse etiam lux
 fuit uera, & sol iusticiæ, & dies Dei, in qua utinam nobis quoq; dicere liceat:
 Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Cæterum cum
 hæc à nobis in hunc modum breuiter comprehensa sint, tempus iam fuerit, ad
 eas quæ de passione illius loquuntur prophetias, transire.

Præfatio.

Rost exposita oracula de illius Dei ad homines accessu, qui an-
 tea nunciabatur uenturus, inuitat iam nunc tempus nos, ut
 de his disseramus, quæ cōsideranda sunt in eiusdem de uita hu-
 mana discessu: uideamusq; diligenter, quæ rursus ea forent,
 quæ illi ab initio, & à prophetis usq; temporibus euentura
 canerentur: ac primum ea putamus esse tractanda, quæ ad il-
 los pertinent, qui illi mortem ac eadem machinati sunt, quæ sanè nō paruam
 rerum hoc loco propositarum sibi uendicant partem. sed antequam ad id ue-
 niamus, ea nobis firmiter tenenda sunt, quæ plerumq; diximus de dispensatio-
 ne, quæ omnes illius rationes complexa est. in qua illud considerari solet, qd
 alia sunt quæ ad eiusdem diuinitatem, alia quæ ad assumptam humanitatem
 pertinent. Alias enim induci solet tanquam & Dei uerbum, & Dei uirtus, &
 Dei sapientia, item magni consilij angelus, magnusq; & æternus pōtifex: qui
 ut omnia quæcunq; genita sunt, & sint id quod sunt, & in eo conseruentur,
 dum sacro munere fungitur, patrem suum exorat. Alias autem tanquam &
 agnus Dei, qui tollat peccata mundi, & ouis quæ ad eadem ducatur. Hoc aut
 tem fuit ipsum humanū corpus, quod ille instar agni atq; ouis, cum de nostro
 grege ueluti pōtifex assumpsisset, primitijs humani generis faulste feliciterq;
 operatus, patri munus attulit, per quod etiam cum natura humana commer-
 cium habuit, quæ alioqui neq; Dei uerbum, neq; uim incorpoream atq; intel-
 ligentem exaudire aut percipere potuisset, neq; quicq; supra carnem aut cor-
 pus per oculos corporis intueri. Quæcunq; igitur de illo in his quæ nunc tra-
 ctamus, humiliter abieciusq; dici uidebunt, ea spectare agnū Dei, qui tollit
 peccatum mundi, corpusq; illud humanum meminisse oportebit. Agnus ille
 quidem fuit, tollens peccatum mundi, ut Baptista Ioannes dicebat: Ecce, in-
 in Esaiæ prophetæ oraculo, quod ita ait: Taquam ouis ad eadem ductus est,
 & tanquam agnus coram tondente obmutuit. De eodem uero tanq; de agno
 etiam illud dictum est. Ex peccatis populi mei ductus est ad mortem. oportet
 bat enim agnum Dei, qui à maximo pontifice assumptus fuerat, pro reliquis
 cognatis agnis, & pro omni humano grege, Deo uictimam afferri. Nam quo
 niam per hominē mors, per hominem etiā resurrectio à mortuis, inquit Apo-
 stolus, & sicut per unius delictum in omnes homines in cōdemnationem: sic
 per unius iusticiam, in omnes homines in iustificationē uitæ, ex hoc ipse quo-
 que suis quidem discipulis se & uitam, & lucem, & ueritatem esse, & reliqua
 omnia quæ ex theologia de illo considerantur, ostendebat. Ad profanos au-
 tem, & arcanorum ipsius expertes dicebat: Quid me queritis interficere, ho-
 minem qui uobis ueritatem locutus sum? Quemadmodū igitur quæ theolo-
 gicæ de illo propria sunt in priorib. libris sunt exposita: ita in hoc quæ ad agni
 humanas affectiones, patibilemque naturam pertinent, tractabuntur, quæ me-

Christi cor-
 pus compa-
 ratur agno.



diu cuiusdam instar fuere, ad ea quae passionem illius antecesserunt: & utraque simul cum ea quae ad Deum pertinent, tum ea quae ad hominem, qui ille erat, complexa sunt. Postquam igitur haec a nobis non inutiliter obseruata, retentaque sunt, iam tum ipsa etiam oracula aggredi tempus esse uidetur, quae & Iudaeam proditorem, cumque eo futuram aduersus Christum conspirationem, & quae illi sub ipsum passionis tempus euentura erant, significabant.

De Iuda proditore, & ijs qui cum eo insidias aduersus Saluatorem nostrum construxere. Demonstratio. I.

Psalm. 40. **B**Eatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum. Dominus, Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradet eum in manus inimicorum suorum. Dominus opem feret illi super lectum doloris eius, uniuersum stratū eius uersasti in iniquitate eius. Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccati uis tibi, inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur, & peribit nomen eius. Et si ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur, cor eius congregauit in iniquitate sibi, egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum, aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi: uerbum iniquum constituerunt aduersum me, nūquid qui dormit, non adijciet ut resurgat? etenim homo pacis meae, in quo speraui, qui edebat panes meos, & significauit super me supplantationem. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis: in hoc cognoui quod uoluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me: me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in aeternum. Quoniam nonnulli suspicari uolunt librum Psalmorum hymnos tantum in Deum, & carmina theologica continere: praefagia uero, aut de rebus futuris prophetias, non ite: primum illud erit obseruandum, quod innumerabilia sunt quae in illis futura canuntur: quae quidem longum esset in praesentia colligere. sed satis fuerit ad huiusce propositi confirmationem, duobus nunc uti Psalmis, qui ipsi quidem Asaph inscripti sunt: dicti uero ipsius Dauid temporibus. tunc enim cum Asaph unus esset ex ijs uiris sanctis qui Psalmos canebant, ut scriptum est in libro qui Paralipomenon inscribitur: Psalmos qui illi attribuantur, diuino afflatus spiritu enunciauit. Quid igitur huiusmodi Psalmi continent: nimirum uaticinia, quibus Iudaeorum regiae ciuitatis uastatio praedicitur: quae uastatio Iudaeis accidit anno circiter quingentesimo post eiusmodi uaticinium. Ergo Psalmus septuagesimus tertius, qui intellectus Asaph inscribitur, ita habet: *Ut quid cogitasti in finem: iratus est furor tuus super oves pascuae tuae: memor esto congregationis tuae, quam possedisti ab initio: redemisti uirga hereditatis tuae, montem Sion hic, in quo habitasti in eo, leua manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sanctis tuis, & gloriati sunt qui oderunt te, in medio solennitatis tuae, posuerunt signa, & non cognouerunt sicut in exitu desuper, quasi in sylua lignorum securibus, exciderunt ianuam tuam, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Haec quidem septuagesimus tertius Psalmus. Septuagesimus autem octauus, qui ipse quoque est Asaph, haec continet: *Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum tuum, posuerunt Hierusalem quasi pomorum custodiam: posuerunt montem Sion in iniquitate seruorum tuorum, escas uolatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae. Ex his ea quae prius recitata sunt, dico autem ea quae de septuagesimo tertio Psalmo accepimus, praedicta sunt adhuc regnante Dauid, antequam templum a Salomone constructum esset: sed situm finem contingere non abas, quam quidem populatibus Babylonis: iterum autem bello quod aduersum Iudaeos a Romanis gestum est. unum quodque enim eorum quae dicta sunt, completum est tam prima templi euerfione, quam ea quae secuta est. tamen si in his**

ce duobus Psalmis & prouisum & enunciatum est. Quae uero secundo loco recitauimus, & a septuagesimo octauo Psalmo accepimus, completa sunt eius Antiochi temporibus, qui uocatus est Illustris: qui cum in Syria regnaret, irrupit quidem in urbem Hierosolymam, foedatit uero templum, & sanctuarium euertit. Dumque Iudaeos Graecorum moribus cogit uiuere, quam plurimos eorum tam mares quam feminas, qui neque proprias leges, neque patriam pietatem deserere uolebant, uarijs prius uexatos supplicijs interfecit. In illud ergo tempus, & in eos qui posthac eadem quae Antiochus patrauerint, clamat Asaph ea quae septuagesimo octauo Psalmo continentur. Fidem huic rei facit, ea quae uocatur Maccabaeorum historia, quae in hunc modum se habet: *Et conuenerunt ad Iacimum & Bacchidem congregatio scribarum requiritum quae uoluit, & deinceps adiungit, Et iurauit illis dicens: Non inferemus uobis maturos, & occidit eos uno die, secundum uerbum Asaph quod scripsit: Dederunt morticina seruorum tuorum, escas uolatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae, sanguinemque eorum effuderunt in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Cum haec in hunc modum & praedicta & completa sint, mirum uideri non debet, si eodem modo etiam oracula de quadragesimo Psalmo nuper accepta, quid futurum esset per id tempus, quo Iudei aduersus Saluatorem nostrum conspirauerunt, significant: ex quibus cum uniuersi homines non intelligerent, quoniam pacto qui uerbum Dei est, & sapientia, & uita, & lumen uerum, & omnes bonorum diuitias possidens, propter nos assumpto corpore, & pauper, & natura mortalibus hominibus, & egenis similis sit fabat ea quae ad prophetiam huius Psalmi pertinent, merito in initio Psalmi is ut beatus commendatur, qui haec de illo intellexerit: utpote qui promissum publice memoriae traditum obtineat. Tum deinceps, quod superest, ex ipsius pauperis atque egeni persona, ipsius uidelicet Saluatoris nostri, qui propter nos in opem uitam assumpsit, adiungitur: *Ego dixi, Domine miserere mei. Quod uero ex persona Saluatoris quae ad hunc Psalmum pertinent, praedicta sunt, optimus sanctorum testis Euangelista Ioannes. Narrat enim, ut olim Iesus, cum accepisset linteam, praecinxit se: cumque pedes discipulorum suorum abluisset, dixit: Ego scio quos elegerim. sed ut complet scriptura, Qui edit mecum panem, leuauit contra me calcaneum suum. Etenim quam tandem aliam in his scripturam completam esse dicebat, nisi eam quae in hoc Psalmo habetur, qui nunc in manibus est: in quo quidem Psalmo illud dictum est: Etenim homo pacis meae in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Initio ergo sic ait: *Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccati tibi. & per totum Psalmum, ea quae planius in hunc modum Symmachus edidit: Me dicente, Domine miserere mei, sana animam meam, & si peccati tibi, inimici mei dixerunt de me mala, Quando morietur, et peribit nomen eius: & cum ingredere, uana loquebat, cor eius congregabat contra me omnes qui oderant me, de me cogitabant mala mihi. uerbum iniquum effusum erat inter ipsos, & qui cecidit, non amplius surget. sed & homo qui pacis est contra me consequenter: tu autem Domine miserere mei, & suscita me, ut retribuam eis. propter hoc cognoscam quod uoles, si non obloquetur inimicus meus, me autem propter simplicitatem suscepisti, & constitues me in conspectu tuo in aeternum. Cum his uero quae Symmachus edidit, concordant etiam ea quae ab Aquila edita sunt, sensuque idem ualent. Primum igitur de eo quod ex persona Saluatoris nostri enunciari uideatur illud quod dictum est, Sana animam meam, quia peccati tibi: obseruato quod te ut idem apud Symmachum***

Antiochus Illustris magnus tyrannus.

MANUSCRIPTA



non eodem modo se habeat, sed sic: Sana animam meam, & si peccavi tibi. Sic autem hoc ille ait, propterea quod nostra secum ipse peccata communicavit. Ex quo illud dictum est, Et Dominus tradidit eum peccatis nostris, & ipse peccata nostra fert. Factus est igitur pro nobis execratio ille agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, quem non cognoscentem peccatum, Deus pro nobis peccatum fecit, dum illum precium animarum ac vitam pro nostris omnium animarum tradidit, ut nos efficiamur iusticia Dei in ipso. Sed quando etiam in similitudine carnis peccati factus, condemnauit peccatum in carne, merito proferuntur ea quae iam exposita sunt. Quod autem peccata nostra sua faciens propter charitatem erga nos ac benevolentiam, haec dicat. deinceps oratione progressus, in eodem Psalmo demonstrat, dicens: Me autem propter innocentiam suscepisti. Quibus uerbis planissime agnum Dei, omnis mali expertem & innocuum ostendit. Sed quo tandem modo ille peccata nostra sua fecit, & quo item modo iniquitates nostras tulit? num ex eo quod corpus illius nos esse dicti sumus, ut ait Apostolus, Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte: & ex eo quod dum unum membrum patitur, simul omnia cum eo membra patiuntur: nimirum, multis enim patientibus & peccantibus membris, ipse quoque ratione consentientis sibi inuicem naturae (quando quidem cum Dei uerbum esset, ei placuit & serui formam accipere, & communi omnium nostro domicilio copulari) patientium membrorum labores in seipsum assumpsit, & nostras ualetudinis infirmitates suas fecit, & ex legibus humanitatis pro omnibus nobis & dolores & labores sustinuit. Ceterum non modo rebus his gestis Dei agnus, uerum etiam pro nobis tormenta passus, supplicioque affectus, quo ipse quidem dignus minime erat: sed nos ipsi propter multitudinem peccatorum, ut peccata nobis dimitterent, autor existit: utpote qui pro nobis & mortem subierit, & uerbera, & probra, & contumelias, quibus nos digni eramus, in seipsum transfulerit: & execratio pro nobis factus, execrationem quae nobis debebatur, ad seipsum attraxerit. Quid enim aliud ille, quam pro sanatione nostris precium? itaque ex persona nostra oraculum ait: Liore enim dum seipsum nobis coniungit, & nos ac uitia nostra sibi adsciscit, ita ait: Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi. uidentesque merito non solum insidiatore homines, sed etiam insidiatrices inuisibiles potestates, uim immensam illius diuinæ appellationis & nominis, quo haud ita multo post totum orbem terrarum Christianis impleuit, illam se posse exinguere putauerunt, si mortem illi machinarentur. Hoc ipsum igitur his uerbis redarguit: Inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur, & peribit nomen eius? Quoniam autem simulatis uerbis accedebant, tentatores, ut ipsum caperent in sermone, ut legimus apud diuinam scripturam, quae illos contra illum aliis alijs & occasionibus & criminibus utentes inducit, idcirco illud adiungit: Et ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur, & peribit nomen eius? Quod uero rebus expositis, deinceps ipsum illum scelestissimum prodigium uerbis indicat, quando quidem illud euenit, ut postquam de prodigioso ad diuina praeccepta perdiscenda conueniret: neque uero tamquam ad praecceptum accederet, aut aliorum more praecceptoris consuetudine uteret: sed tentans de illum ista molientem ac patrantem, sancti Euangelistae criminantur, quoniam unus Matthaeus ita ait: Tunc abiens unus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego eum tradam? Illi autem constituerunt ei triginta argenteos. Et ex illo quare dabat opportunitatem, ut ipsi eum traderet. Marcus autem sic: Et Iudas Iscariotes

Christus propter peccata nostra passus.

Iudas Iscariotes à prophetis notatus.

riotes unus ex duodecim, abiit ad principes sacerdotum, ut eum illis traderet. Illi autem audientes, gauisi sunt. Et promiserunt se argentum ei duros, & quae rebat, quomodo illum opportune traderet. Lucas uero in hunc modum scribit: Intrauit autem Satan in Iudam, qui uocatur Iscariotes, unum de duodecim, & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum & scribis & ducibus templi, ut eum illis traderet. Et gauisi sunt, & pacti sunt argentum illi dare. & quarebat opportunitatem, ut traderet illum sine turbis. Eadem igitur haec, uaticinium quod nunc in manibus est, canens, ita ait: Et ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur. Cor eius congregauit iniquitatem sibi, egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Contra me susurrabant omnes inimici mei. Symmachus autem ingrediens, inquit, ut inspiceret, uana loquebatur. Cor eius congregabant contra me omnes qui oderunt me. Solus igitur tanquam familiaris & discipulus ingressus, circumspiciebat & explorabat intus, insidias in corde suo occultans. Egressus autem, cum pluribus uno animo & in idem obloquebatur, dum Saluatorem inimicis tradebat, et latenter pacisciebatur cum principibus. Iudaeorum quum de alijs rebus, tum uero etiam de pecunia qua se traditurum illum promittebat, & de qua una cum ipsis illis susurrabat. Ex quo ita ait: Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me. Videtur autem pactiorem de argenteis, uerbum iniquum, prophetice nominare, aut etiam ita dicit, propterea quod nefaria & iniqua aduersus illum cogitabant, utpote qui illum extinguendum, & post necem abolendum, neque amplius inter uiros requirendum arbitrentur. Tale est enim illud: Nūquid qui dormit, non adiciet ut resurgat? quod lucidius protulit Symmachus his uerbis, Et qui cecidit, non ultra resurget. Aquila uero, Et qui, inquit, dormierit, non adiciet ut resurgat. & haec quidem adhuc communiter de uniuersis dicta sunt, qui sub ipsum passionis tempus insidias illi fecerunt. At seorsum de proditore, tanquam de eo quem ipse ut discipulum instituisset, deinceps adiungit, dicens: Etenim homo pacis meae, in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Pro quo rursus Symmachus: Et homo, inquit, qui pacem habebat mecum, cui confidebam: comedens mecum panem meum, magnificatus est contra me. Pessimus enim reuera omnium & sceleratissimus, qui post communem mensam, post cibi inter uerba praecceptoris assumptionem, se ad deteriora conuertit, & contrarijs rebus eum a quo iuuabatur, & beneficia capiebat, remunerauit. At uero quoniam inimici insidiantes dicebant, Quando morietur, & peribit nomen eius? & putabant morte sopitum, non amplius surrecturum: idcirco ipse Saluator ac Dominus noster his aduersa precatur, & reditiois ad uitam sine impedimento se compotem fieri patrem suum orat, dicens: Tu autem Domine miserere mei, & suscita me, & retribuas mihi. Et sane haud obscurum est, quem in modum postquam a mortuis rediit, euestigio neque ita multo post, eos qui illi insidias struxerant, retributio ultima sit: ut quae uita eius inimica erat mors, sit pudore confusa: adeo illa qui est mors uictoria tua? Ceterum si quis historias, tempora post reditioem ad uitam Saluatoris nostri complexas, quae ab Iosepho conscriptae sunt, euoluerit, facile uidebit quae nam calamitates Iudaicae gentem atque eius principes inuaserint, atque afflixerint, in quas merito illi inciderunt, ut sceleris quod in illum patrauerant, praemia digna reciperent. & haec quidem omnia aduersus illos completa sunt, ut oraculum praedixerat. Saluatoris autem nostri de morte ad uitam reditio plane omnibus demonstrauit, quantum sibi pater in illo placuerit. quam quidem rem ipse ostendit, dicens: Miserere mei, & suscita me, & retribuas mihi. In hoc co-

Resurrectio Christi à prophetis descripta.



440 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
hoc cognoui, quod uoluisti me, quod nō gaudebit inimicus meus super me. Deinde adiungit: Me autem propter innocentiam suscepisti. Attende autem quo nam pacto ipsi Deo & patri suo supplicans, tanta utatur libertate loquēdi, ut sibi ipsi innocentie testimoniū exhibeat, tametsi superius dixit: Sana animam meam, quia peccavi tibi. Sed illud quidem: Peccavi tibi: quo sensu sit accipiendum, antea planū fecimus. quod Symmachus apertius exposuit, quū dixit, Sana animā meam, etsi peccavi tibi. quod sane ipsū etiam de peccatis nostris dici potest, quē Saluator ac Dominus noster in seipsum suscepit. Illud autem, Me autem propter innocentiam suscepisti: puritatem naturę ipsius, quam totam possidebat, demonstrat. ex qua puritate uitam quoque & salutem stabilem atque inconcussam post reditum ipsius ad uitam exponens, adiungit: Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. aut aliter, Et cōstitues me in te in æternum: ut interpretatus est Symmachus.

Item de iuda, & de ijs qui cum eo aduersus Christum coniurationem fecerunt. Demonstratio II.

Psalmo 54. Auribus percipe Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam. Pręstā attentum te mihi, & exaudi me. Contristatus sum in nugatione mea, & conturbatus sum à uoce inimici, & à tribulatione peccatoris: quoniam declinauerunt in me iniquitatem, & in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor uenerunt super me, & contexerunt me tenebrę, & quę sequuntur. Quibus adiungit: Pręcipita Domine, & diuide linguas eorum, quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circūdabit eam super muros eius, & iniquitas & labor in medio eius, & iniustitia. & non defecit de plateis eius uisura, & dolus. Quoniam si inimicus probro me affecisset, sustinuissem me forsitan ab eo tu uerò homo unanimitis, & dux meus, & notus meus, qui in idem dulces comparabas mihi cibos. In domo Dei ambulauimus cum cōsensu. Ex his igitur illud, Si inimicus probro me affecisset, sustinuissem utique: & si quis oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo tu uerò homo unanimitis, & dux meus, & notus meus, qui in idem dulces comparabas mihi cibos: simile est illi: Etenim homo pacis meę, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationē. quod quā de iuda sit accipiendū, in superiori prophetia positum est. Ut ergo in illo dicebatur homo pacis aliquando fuisse, qui quondam à Saluatore instituebatur, quum ipse quoque ex numero apostolorū unus esset: sic etiam in pręsenti, & unanimitis, & dux, & notus dictus est. Item quemadmodū in illo de eodem dictum est, Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationē: ita etiam nunc ex persona ipsius dicitur illud, Qui in idem dulces cōparabas mihi cibos. Etenim ex ijs ipse quoque unus erat, qui ad arcana, qua cum suis discipulis utebatur, Saluatoris nostri consuetudinē spiritualemque cibum assumpti fuerant: nam ad profanā multitudinē & ad turbas cū uerba faceret, parabolis utebatur. Solis uero suis discipulis, in quorū ordinem etiam ludas admissus fuerat, apertius omnia demonstrabat. Ex quo illud dictum est, Qui edebat panes meos, magnificabit super me supplantationē. Et illud, Qui in idem dulces comparabas mihi cibos. quod sane euidentius expressit Aquila quidem sic, Qui simul dulces cōparabamus arcanum. Symmachus autem sic: Qui inter nos communiticabamus dulcem sermonis consuetudinē. Pro illo uerò, Tu autem homo unanimitis, dux meus, & notus meus: Symmachus ita conuertit, Tu autem homo moris eiusdem mecum, & dux meus, & notus meus, nam quum ad tantam dignitatem assumptus esset, & ob id inter primos Saluatoris amicos cōsideretur, merito de eo sic ait: Si inimicus probro me affecisset, sustinuissem utique & quę sequuntur. Vbi autem hæc de iuda cecinit, ordine deinceps liberationē à morte

Traditoris Christi de signatio.

à morte, euasioneque suam tanto antè indicat illis uerbis: Ego ad Deū clamaui, & Dominus saluauit me. Vespere & mane & meridie narrauo & annuntiabo, & exaudiet uocem meam, redimet in pace animam meam. Sic tanquā in prece tempus quod mortem antecessit significat, quo quidē tempore ludas quoque ad prodicionem comparabatur contra illum. Tunc enim Saluator ac Dominus noster ueluti ob perniciem atque interitum sui familiaris dolens ac mœrensque, ac multo etiam magis ob totius iudaicę gentis perditionem, tanquam ob suos ad insaniam redactos, & tanquā ob sibi charissimos misericordia commotus, omnem qua cū illis utebatur sermonis consuetudinē ac doctrinam, eo quod illis nihil profuisset, nugationem appellat, dicens: Contristatus sum in nugatione mea, & conturbatus sum à uoce inimici, & à tribulatione peccatoris: quoniam declinauerunt, inquit, in me iniquitatem, & in ira molesti erant mihi. Quę quidem possunt etiam ad principes iudeorū referri, qui inimico insidiantique animo circūuenire illum conabantur. possunt etiam de proditoribus inuisibilibus, quę extrinsecus illum opugnabant, ac per homines talia illi machinabantur, intelligi. Prõinde eadem mihi uidentur concordare cum ijs quę ab ipso in Euangelio dicta sunt sub ipsum passionis tempus, ubi ait ad suos discipulos: Tristis est anima mea usque ad mortem, manete hic, & uigilate mecum. Et rursus: Nunc anima mea conturbata est. Similia namque his sunt etiam quę Psalmus hic continet, ubi sic ait: Cor meum conturbatū est in me. Et formido mortis cecidit super me, & contexerunt me tenebrę. Quibus uerbis cōtrariarū potestatum conatus aduersum se significat. Quemadmodū enim in prophetijs nominatur quidē spiritus fornicationis, ut est illud, Spiritus fuerit formidinem mortis efficiens, sanè ut etiam spiritus roboris, & potentie, & fortitudinis eius, quę Deo aliena non est, autor. Quare sic etiam dicitur spiritus timoris ac tremoris: & rursus alius, præter hos, spiritus timoris & cōfusionis: qui quidē penè, ut ita dixerim, omnes mortem pro uera religione testimonij gratia subeuntes, inuadere consueuerunt: ac multo etiā magis longeque uehementius illū aggressi sunt, qui pro omnib. mortem sustinuit. ueruntamen siue spiritus formidinis, & mortis, siue timoris & tremoris, siue alia quapiam eiusdem generis potestas illum adorta est, ea illū non confregit, propterea quod tanquam generosus creator, formidinem quidem mortis, cōfidentia uita (iple enim uita) procul deturbatā abiecit. Alium autē qui ipsum itē intrepidus, & roboris, eū longissime à se præcipitauit: quando quidem, ut est apud Ebraeos, quietus etiā super unā cum alijs spiritus, etiam spiritus consilij & fortitudinis. Sic porro spiritum tenebrarū proprii luminis uis dissipauit, propterea quod lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non comprehenderunt. Caterum his similia etiā in uicisimo primo Psalmo inuenire poteris, in quo ex eiusdem persona rursus illud dictū est: Circūdederunt me uituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suū sicut leo rapiens & rugiens. Et dicit me. Et rursus: Erue a framea Deus animā meam, & de manu canis unice meam. Saluta me ex ore leonis, & a cornib. unicornium humilitatem meam. Plane enim in his malignas potestates, taurorū, & uitorū, & leonum, & canum, & unicorniū nominibus appellat, quę quidem illum sub ipsum passionis tempus obsederunt, ac circūdederunt, non tamen etiā aliquid efficere contra illū poterunt. Et hæc quidem talem habeant rationem, si modo etiam hæc illi partes ad Saluatorem Dominumque nostrū referantur. Quod si non ad illā, sed ad aliam personam, ipse quoque diligenter attendes, ut ea quę ad ipsum hunc locum pertinent, sibi inuicem & quata respondeant. Veruntamen de ipsa etiam iudeorū ciuitate, de ipsa inquam Hierusalem, ordine deinceps post uaticii-

Potestas tenebrarum.

Handwritten marginal note in large, stylized letters, possibly reading 'DEUS' or similar.



442 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 post uaticinium de ijs qui insidias illi fecerint adiungit, in hunc modum: *Vidi a*
iniquitatem & contradictionem in ciuitate. & que sequuntur. Que quo secula
sint accipienda, non est nunc narrandi tempus.

Item de iuda, & de suscepto in locum eius Apostolo, & de gente iudica.
 Demonstratio III.

psalmo 108. Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & os dolosi super me
 apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij cir-
 cumdederunt me, & oppugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent, de-
 trahebant mihi, ego autem orabam. Et posuerunt aduersum me mala pro bo-
 nis, & odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem, & dia-
 bolus stet a dextris eius. Dum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius
 fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Quod
 etiam hec ad proditorem iudam sint referenda, idoneus sane esto testis apo-
 stolus Petrus, qui post Saluatoris nostri ascensum, coactis in unum locum a-
 postolis omnibus, alijsq; quam plurimis fratribus, in medijs illis stetit atque
 ait: Viri fratres, oportuit impleri scripturam hanc, quam prædixit Spiritus
 sanctus per os David de iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ie-
 sum, quia numeratus erat nobiscum, & fortis erat sortem ministerij habitus.
 Hic igitur possedit agrum de mercede iniustitæ, & suspensus crepuit me-
 dius, & effusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitan-
 tibus Hierusalem, ita ut appelleretur ager ille lingua eorum Akeldamach, hoc
 est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commemoratio
 eius deserta, & non sit qui habitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Pe-
 trus uero quum talia dixisset, subiecit, in locum iudæ alium assumi oportere,
 quo duodecim apostolorum numerus, qui diminutus fuerat, cõpleretur, ut
 prophetia suū finem contingeret. Quo etiam tempore cum fors iacta esset, ea
 cecidit super Matthiam, & connumeratus est cū duodecim apostolis. Quum
 hec igitur in hunc modū peracta sint, sequitur ut personā que in hoc Psalmo
 loquitur, nō aliam esse arbitremur, quam Saluatoris nostri, qui assignatā sibi
 a patre sub ipsum passionis tempus orationē, publica rāto ante per ipsū san-
 ctū descriptione dignatus, quod sibi usu uenturū erat ec̄cinit. Ait igitur: De-
 us laudem meam ne tacueris, ubi uidelicet doctrinā quam ipse suis discipulis
 tradidit, & laudem noui Testamenti non esse premendā si entio exhoratur,
 sed in omne futurū a uum ad uitā humanę utilitatem permanere. Os autē pec-
 catoris, & os dolosi, os ipsius iudæ proprie nominauerit quispiā, qui eū abse-
 ser ad principes sacerdotum, eis dixit: Quid uultis mihi dare, et ego eū uobis
 tradā. At illi constituerunt ei triginta stateres. Et ex illo querebat occasio,
 ut illum eis proderet. Quum ergo talia cōtra illum molitus esset, unus postea
 fuit ex ijs qui cum illo in paschali cœna accubuerūt, quo tempore ipse quoq;
 Saluator ac Dominus noster accumbebat una cum ipsis duodecim, qui eū
 comedentibus illis dixit: Amen amen dico uobis, quod unus uestrum me tra-
 det. Et dū ualde contristantur, ceperūt singuli dicere, Nunquid ego sum? De-
 miner. In quibus erat etiam iudas, qui quum omnis doli ac simulationis plen-
 os apperuisset, respōdit, ac dixit, Nūquid ego sum Rabbis? Dolosum ergo os,
 quo insidiatorib; Saluatoris nostri signū proposuit, dicens: Quemcumq; oscu-
 latus fuero, ipse est, tenete eum. Quod quū dixisset uerbo, re quoq; ipsa do-
 latus fuit, quo uidelicet tempore quū ad Iesum accessisset, dixit ei: Salue Rab-
 bi, & osculatus est eum. Iesus uerō ad illum dixit: Amice ad quid uenisti? Et
 rursus, iuda, osculo filiū hominis tradis. Harum ergo rerū causa tanto ante in
 Psalmo ait: Quoniam os peccatoris & dolosi super me apertū est. Locuti sunt
 contra me lingua dolosa, & sermonibus odij circūdederunt me, & oppugna-
 uerūt me gratis. ubi cum ipso iuda etiam reliquorū meminit, qui ipsū iudas
 fecerunt. Itaq; ipsum Euangeliū narrat, quemadmodū Saluatore nostro su-
 os adhuc

os adhuc loquente ad discipulos, ille uenerit: Ecce, inquit, iudas unus de duo-
 decim uenit, & cum eo turba multa cum gladijs & lignis, & principibus sacer-
 dotum & senioribus populi. Quibus etiam Dominus dixit: Tanquā ad latro-
 nem existis cum gladijs & lignis comprehendere me? quotidie apud uos sede-
 bam in templo docens, & non tenuistis me. Hoc autem totum factum est, ut
 implerentur scripturæ prophetarū. Preterea uerō quod ait in Psalmo, Pro eo
 ut me diligerēt, detrahebant mihi, ego autem orabam: ipsum quoq; tunc suū
 finem contigit, quum Saluatore nostro in loco qui dicitur Gethsemani cum
 undecim apostolis orante, paululumq; ab illis digresso, ut procubens patrem
 precaretur, iterumq; & tertio supplicante, iudas cum principibus iudæorum
 insidias illi maturaui, dum cogit ipse & conducit copias que cum gladijs &
 fustibus, ut illū comprehenderent paratæ erant. Tunc autem mala aduersus
 ipsum posuerunt pro bonis, & odiū pro dilectione ipsius, quum malis affe-
 runt ipsum Saluatorem, & bene de ipsis meritum, & magistrum, qui innume-
 rabiles sanationes & medelas, sermonumq; documēta, & omnis generis uti-
 litates ipsis prestiterat: quas ob res quum mala pro bonis aduersus ipsum po-
 suerint, & odiū pro dilectione ipsius, merito adiungit: Constitue super eum
 peccatorem, & diabolus stet a dextris eius. Dum iudicatur exeat condemna-
 tus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius
 accipiat alter. Quæ quidem ipsa quem exitum sortita sint, sanctus apostolus
 Petrus paulo ante indicauit, dum scripturam hanc ad ipsum proditorem ac-
 commodat. Et sanè tibi ipsi interim licet intueri, num super iudaicam gentē
 cõstitutus sit princeps ac dux peccator, cui uidelicet post scelera aduersus Sal-
 uatorem nostrū audacissimè commissa, traditi sunt, interim pro antiquis &
 ipsorum domesticis Deoq; amicis principibus externis, & simulacra colen-
 tib; seruire coacti. Cæterum quis tandem non obstupescat ipsius prædictio-
 nis euentum: nam quum oraculum dixerit, Fiant dies eius pauci: constat pla-
 ne quam breue post structas aduersus Saluatorem nostrū ab illis insidias om-
 ne fuerit tempus, quo manere uisi sunt. Post quod tempus, nouissimam ua-
 stationem extremumq; interitum passi sunt: ex quo etiam episcopatū eorum
 accepit alter, conditus uidelicet per Christum nouus populus. Porro etiā re-
 liqua huius Psalmi omnia per horum ipsorum exemplar intelligens: quæ ue-
 ro sequuntur, & quasi de quibusdam iudæ filijs dici uidentur, illis uerbis, Fi-
 dem loco in ipsum iudam, post illum uerō etiam in omnes illi similes salutare
 uerbum prodentes. Eadem uerō ratione intelliges uxorem quoque eius, &
 peccata patris, & eius quæ ipsius mater dicitur, iudaicæ gentis uidelicet con-
 gregationis. De hac enim arbitror dici illud, Et peccatum matris non delea-
 tur. Verū tamen sicut in ea que proximè antecessit prophetia, egenus & pau-
 per nominabatur Saluator ac Dominus noster, ueluti demonstrauimus in il-
 lo, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: ita etiam in presenti Psal-
 mo ipsdem uocatur nominibus. Fiant enim illa, & illa ipsi iudæ, ijsq; qui illi si-
 milia emulati sint, propter illa quæ est ausus, inquit. Quæ nam uerō ista sint;
 adiungit, dicens: pro eo quod nō est recordatus facere misericordiam, & per-
 sequutus est hominem pauperem & egenum & compūctum corde, ut mor-
 te afficeret. Et dilexit execrationē, & ueniet ei. Et noluit benedictionē, & pro-
 perem atq; egenum seipsum nominat, dicens: Et tu Domine, Domine fac me-
 ra me, quia egenus & pauper sum ego. Quibus post alia adiūgit: Genua mea
 infirmata sunt a ieiunio, & caro mea immutata est propter oleū, & ego factus
 sum opprobriū illis: uiderunt me, & mouerūt capita sua. Quæ sanè ipsa nihi-
 lominus



444 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 ominus suum finem consecuta sunt, quo tempore qui prateribant, maledice-
 bant eis, mouentes capita sua, & dicentes: Alios saluos fecit, seipsum non potest
 saluum facere. Quoniam uero etiam nunc Iudei patrum suorum in seipso ex-
 ecrationem attrahentes execrabilibus & nefarijs uerbis detestari Saluatorem ac
 Dominum nostrum, omnesque quicumque in fidem eius transierint, consueuerunt
 idcirco deinceps adiungit: Maledicent illi, & tu benedices. Qui insurgunt in
 me confundantur, seruus autem tuus latabitur. Induantur, qui detrahit mihi
 in pudore: & operiantur sicut diploide, confusione sua. Ego autem confitebor
 Domino in ore meo, & in medio multorum laudabo eum. Quoniam adstitit a
 dextris pauperis, ut saluam faceret a persequentibus animam meam. Et sane
 constat, quam multis etiam nunc rebus aduersis conflicentur quicumque exe-
 crationes aduersus illum in suis conuentibus iactant: quippe qui ab ipse tem-
 poribus ne respirare quidem, aut suspicere unquam potuerint. quamquam ille
 feliciter in medio multarum gentium per suum ipsius nouum testamentum suo
 patri laudem perficiat, dum eundem patrem adiutorem, & suae dextrae assellum
 rem obtinet, quas ob res ita loquitur: in medio multorum laudabo eum, qui
 adstitit a dextris pauperis. Salutem praeterea, quae ipsius mortem secuta est, do-
 cet his uerbis: Ut saluum faceret a persequentibus animam meam. Superuenit
 quum illud dixerit, Persecutus est hominem pauperem & egenum, & con-
 punctum corde, ut morte afficeret: planeque suam mortem indicauerit, dum
 prophetiam circumscribit, tum uero salutem quae mortem ipsius secuta est,
 significauit, dicens: Quoniam adstitit a dextris pauperis, ut saluum faceret a
 persequentibus animam meam.

*Item de Iuda ex argenteis, quibus Dominum prodidit: de quo reiectione apud Iudeos, tam eorum
 qui imperabant, quam eorum quibus imperabatur. Demonstratio III.*

Zachar. 11.

Et capiam mihi duas uirgas: unam uocaui pulchritudinem, & alteram uo-
 caui funiculum. & pasca oues meas, & auferam tres pastores in mense uno, &
 grauabitur anima mea super eos. Etenim animae eorum rugierunt super me,
 & dixi: Non pascam uos, quod moritur, moriatur: & quod deficit, deficiat: &
 quae reliqua sunt, deuorent unusquisque carnes proximi sui. & capiam uirgam
 pulchram, & abijciam eam, ad dissipandum testamentum meum, quod dispo-
 sui ad omnes populos. & dissipabitur in die illa, & cognoscent Chananeae, o-
 ues quae custodiuntur mihi, quod uerbum Domini est. & dicam ad eos: Si ha-
 nestum est in conspectu uestro, date mercedem meam, aut renuite. Et consti-
 tuerunt mercedem meam, triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Dimitte
 te eos in fornacem, & specta num approbatum sit, quemadmodum probatus sum
 pro illis. Et accepi triginta argenteos, et proieci eos in domo Domini in forna-
 cem. & abieci uirgam alteram, quae dicitur funiculus, ad dissipandum testamen-
 tum inter Iudam & Israel. Haec igitur suum finem consecuta sunt, quo tempo-
 re, ut est apud Lucam, abiens Iudas locutus est cum principibus sacerdotum,
 & scribis & ducibus templi, quo modo illum eis traderet, & gauisi sunt, &
 pacti sunt argentum illi dare. Ut uero apud Marcum legimus, quum ab ip-
 sis ad principes sacerdotum, ut illum proderet, illi autem gauisi sunt, & pro-
 miserunt ei se argentum duros. Verum apud hos quidem argentum simpli-
 citer nominatum est. Apud Matthaeum autem numerus quoque indicatur,
 qui sane ab eo quem posuit Zacharias, minime discrepat. Dicit igitur Mat-
 thaeus: Tunc abiens unus de duodecim, qui dicitur Iudas Iscariotes, ad prin-
 cipes sacerdotum, dixit eis: Quid uultis mihi dare, & ego eum uobis tradam.
 Illi autem constituerunt ei triginta stateres. Consentanea igitur haec sunt et quod
 in prophetia dictum est a Domino, Et constituerunt mercedem meam trigin-
 ta argenteos. Pro quo Symmachus quidem ait: Et appenderunt mercedem
 meam triginta argenteos. Aquila uero: Et constituerunt mercedem meam tri-
 ginta

ginta argenteos. Quibus illud adiungitur: Et dixit Dominus ad me, Dimitte e-
 os in fornacem, & uide num probatum sit, quemadmodum probatus sum pro il-
 lis. Pro quo rursus Aquila quidem sic ait: Et dixit Dominus ad me, Dimitte
 eos in fornacem, projice eos ad figulum, immensum precium quo estimatus sum
 pro illis. Et sane attende, quo nam pacto ipse Dominus precium suum confite tur
 triginta argenteos datum esse. Videtur aut ipsa uerborum excogitatio talem
 praese ferre sensum: Ego quidem Dominus a primo incipiens die, nuncque desin-
 mea benignitatis indicia uobis Iudeis impendere, innumerabilibusque uos be-
 neficijs afficere, non solum dum ad uos ab initio prophetas mitto, sed etiam dum
 me ipsum uobis praesentem exhibeo, tum in monitis ac documentis, rationali-
 busque praecipis, tum in signis & portentis, & alijs miraculorum generibus, tum
 etiam in sanationibus, & medelis. uos ergo qui tanta beneficentia digni habitis
 estis, date mercedem meam, aut renuite: sic quidem ab illis, ut par est, fructus pie-
 tatis, & indicia fidei erga seipsum postulans. At illi (ut in ea quam proxime an-
 te haec posuimus prophetia, dictum est) pro eo ut me diligere, detrahebant mi-
 hi: & proposuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea:
 & quum triginta argenteos constituerint, tanquam eum qui tanti uenderetur, esti-
 mauerunt. Sed quum uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, merito imperat
 ut mittantur in fornacem, illud adiungens, Quemadmodum probatus sum pro
 illis. Fornacem uero hoc loco ipsam domum Domini nominare uidetur. Nam
 cum Dominus dixerit, ut est apud Septuaginta, Dimitte eos in fornacem: tum
 adiungit, Et proieci eos in domo Domini fornacem: Ut uero est apud Aquilam,
 quum Dominus dixerit, Projice illud, ipsum uidelicet argentum ad figulum: tum ad-
 ditione, quum Dominus dixerit, Projice illud in fornacem: tum adiungit uerba il-
 la, Et proieci illud in domo Domini in fornacem. Num igitur hoc tunc forsi-
 tan complerum est, cum Iudas qui Dominum prodidit, uidens quod Dominus con-
 demnatus esset, poenitentia ductus, retulit argentum principibus sacerdotum, & se-
 nioribus, dicens: Peccauit tradens sanguinem innocentem. At illi dixerunt ei,
 Quid ad nos: tu uideris. & proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, la-
 queo se suspendit. Princeps autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet
 eos mittere in carbonem, quia precium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt
 ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Quapropter uocatus est ager il-
 le, Ager sanguinis, usque in presentem diem. Tunc impletum est quod dictum est per
 Hieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos precium
 sicut constituit mihi Dominus. Vbi diligenter considerabis, quum haec non habeant
 tur apud Hieremiam prophetam, num arbitrari oporteat ea per quamdam ma-
 liciam ex illo sublata esse: an uero librari erratum fuisse, qui negligentius san-
 ctorum Euangeliorum exemplaria confecerit, & ex negligentia in errorem
 inciderit, & pro Zacharia posuit Hieremiam: utpote quum ita scripto opus
 fuerit, Tunc complerum est quod dictum est per Zachariam prophetam. Pro
 eo autem quod perperam conuersum est, Et miserunt eos in domo Domini
 in fornacem: dictum est illud, Et dedi eos in agrum figuli. Plane enim in ipsa
 prophetia in templo Domini proiectum fuisse argentum dicitur, & ab Euan-
 gelio itidem in templo: Proiectis enim, inquit Iudas argenteis in templo, recessit
 in. Et sane aequum est ex illis argenteis templum fuisse profanatum, & comple-
 tum fuisse illud: Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Porro autem
 etiam illud contemplare, num fornax dicta sit domus Domini, propterea quod
 in templo Dei quasi in fornace conflatoris, animos ex diuinarum sermonum
 calore atque igne transformari contingit, aut alioqui non puros dum, tan-
 quam in fornace igne exploratur, redargui. Idcirco Aquila dum ita conuertit,
 Et proieci argentum in domo Domini ad figulum: plane nos docet, quemadmo-
 dum diui

*Hieremias in
 Mattheo po-
 nitur pro
 Zacharia.*

*Templum
 fornax.*

M. S. B. N. P. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.



446 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 dum diuinum uerbu inftar figuli habitet in domo Domini, & eoru qui illuc
 accedunt animas informet ac renouet. Veruntamen quu preciu appreciatu in
 illa domo proiectu, eam ipsam profana reddiderit, merito statim adiungit: Et
 abieci uirgam alteram, q dicitur funiculus, ad dissipandu testamentu inter lu
 dam & Israel. Ex illo enim illa gentis multitudo abiecta est procul ab antiq
 Dei tutela, q prius illos coferuabat. Alteram aut uirgam puto pro uniuersa
 mul ludaica gente hoc in loco accipi oportere. Qua de causa illam etiam funi
 culum uocat, dicens: unā uocau pulchritudinem, & alterā uocau funiculū.
 Tum de altera euidenter adiungit illud: Et abieci uirgā alterā, que dicitur fu
 niculus, ad dissipandu testamentu inter ludā & Israel. Si quidem hi erant & lu
 niculus, & uirga altera. Prior aut que pulchritudo nominata est, nō alia fuit
 q ipsa Hierusalem, adoratioq Mosaica, omnisq prisca constitutio, que uetus
 dicitur Testamentum. hocq ipsum uel ex ipsa prophetia plane consistere
 dum ait: Et capia uirgam meā pulchram, & abijciam eam ad dissipandu tes
 tamentu meum. Vides ut testamentum quidem surum, uirgam priorem esse
 dixerit, alterā uerō uirgam funiculū, & tamen se utraq abiecurum minatur.
 quamuis prius dixerit, Et capiam mihi ipsi duas uirgas, unam uocau pulchri
 tudinem, & alterā uocau funiculū: pro quo Aquila quidem sic couertit: V
 nam uocau decorem, & alteram uocau funiculū. Symmachus aut: Hanc qui
 dem uocau decorem, illam aut uocau funiculū. Hoc igit uniuerse gentis
 pulchritudinis, decorisq nomine, diuinam legem, & qd in ea cōtinetur testa
 mentum merito appellat. Venerabilitas enim illa urbis Hierusalem, & q in ea
 olim apud illos populus ex diuinis legibus, ac ex ueteri Testamento de mo
 re prius administrabantur, decens quidem ornatus ijs erant, qui talibus rebus
 ornarentur. Funiculus aut ipsa gentis multitudo apud ipsum quoq Mosem
 uocata est, in illis uerbis: Facta est portio Domini populus eius iacob, funicu
 lus hereditatis eius Israel. At uerō huiusce utriusq uirgæ mutationem ma
 gno impetu sururā ijs temporib. de quibus dictum est, diuinat: utpote, quum
 & uetus qd prius in ea erat testamentum, & pulchritudo q in eadem olim cer
 nebat, delenda fuerit, & ad nihilū redigenda: simul ac precio illius estimato, q
 triginta argenteis estimatus est, illi pro sua ipsoru impietate merite ignominie
 obnoxij facti sunt. dicit igit: Et capiam uirgam meam pulchram, & abijciam eā
 ad dissipandu testamentu meum. Et rursus: Et abieci uirgam alteram, que
 dicitur funiculus. Ad hac, quum in prophetia dicatur illud, Et auferam tres
 pastores in mense uno: arbitror sic tres ordines eorum significari, qui olim
 populo Dei præerant, regum, pōrificum, & prophetaru: quoniam ab his tri
 bus quali pastoribus, omnia quæ ad illos ueteres olim pertinebant, gubernab
 ant. Sed quando tres isti pastores uno tempore cōuersione passi sunt, Salu
 tore utiq nostro adueniente (nam & rex præter leges creatus, nō ab ipsorum
 genere oriundus, sed externus ipsis tunc præerat: & pontifex à Romanis ad
 crā functionem prouectus, nō ex successione generis, neq secundū leges atq
 instituta, honorem illum obtinebat: nec propheta: qui usq ad ioānem perue
 niens, desierat, amplius apud eos operabatur: sed loco eius mendax quidem
 propheta & impius populū decipiebat) merito tria illa dona, quæ quōdam lu
 pra omne ornamentū ac decus totā illam gentem ornabant, sublaturū se uno
 tempore minatur, dicens: Et auferam tres pastores in mense uno, & grauari
 anima mea super eos. pro quo Aquila quidem sic ait, Et mutilata est anima
 mea in eis. Symmachus aut, & exanimatus sum in eis. Theodotus autem, Et
 exanimata est anima mea super eos. Et causam exanimationis ostendit in ijs q
 adiūgit, Etenim animæ eoru rugierunt super me. pro quo rursus Aquila hoc
 modo couertit, Etenim anima eoru immaturauit in me. Symmachus autē, Et
 anima eorum inualuit in me. Illi uerō quod apud Septuaginta dictum est, E
 enim ani-

Tres ordi
 nes presidiū
 apud uete
 res.

A enim anime eoru rugierunt super me. Simile quiddā fertur etiam apud Hie
 remā, quod ex persona Domini profertur his uerbis: Dereliqui domū meā,
 dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicoru
 eius. facta est hereditas mihi mea ut leo in sylua, dedit super me uocem suram
 numquid spelunca hyarū hereditas mea mihi? has igitur ob res merito dein
 cept adiungit: Et dixi, Non pascam uos: quod moritur, moriat, & quod desi
 cit, deficiat: & q reliqua sunt deuorent unusquisq; carnes proximi sui. Post
 que subiicit: Et capia uirgā meā pulchrā, & abijciam eam. Pro quo Aquila:
 Et accipi, inq, uirgam meam decorē, & excidi illā, Mosaicam uidelicet ado
 rationē. Ergo prima quidē uirga initio sermonis, prima item que frangatur &
 abijciatur, fore dicitur. Quum autem precium eius qui estimatus est, & pro
 eo argentum proditori erogatum, proiectum est in domum Domini tanq in
 fornacim: tum uerō etiam ea quæ ad alteram uirgam, hoc est quæ ad uniuersam
 gentem pertinent, quid latura sint mali, propheticè declaratur in illis uer
 bis: Et abieci uirgam alteram, funiculum ad dissipandu testamentum inter
 ludam & Israel. Et quoniam illorum reiectionem his uerbis planē oraculum
 indicauit, merito deinceps nō amplius illos uim prophetiarum intellectu
 affirmat, sed Cananos, sic dicens. Et cognoscent Chananei, oues quæ custo
 diuntur mihi. q uerbum Domini est. Caterū, qui tandem alij fuerint hi Cha
 nani, quam nos ipsi: qui prius alieni eramus, & qui ex uniuersis olim profa
 nis atq impijs gentibus, oues Christo custoditi sumus: qui etiam beneficio il
 lius sumus immutati, & ipsa uaticinia prophetarum intelligentes, cognitio
 nē ueram uerbi Domini accepimus. Iidem nos qui sumus Chananei, noui
 mus atq intelleximus ea quæ dicuntur. Non nouerunt autem, neq intellexe
 runt, qui nomine Israel gloriatur, & qui semen Abraham iactare consueuerūt.

Item de luda nominatim. Demonstratio V.

Peccatum luda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, exaratu su Hierem. 17.
 per laticudinem cordis eius, & in cornib. altarium uestrorum. Quum recoda
 ti fuerint filij eorum ararum & lucorum suorum in ligno denso, & in
 collibus excelsis, robur tuum omnes thesauros tuos in direptionem dabo, &
 excelsa tua in peccato in omnib. finibus tuis. & priuaberis, & humiliaberis ab
 hereditate, quam dedi tibi. & transferam te ad inimicos tuos in terram quam
 nō nouisti: quoniā ignis accensus est in furore meo: usq; in seculū ardebit. Ta
 meti hac nō apud Septuaginta, attamen in Hebraico textu atq in reliquorū
 interpretū editionibus, item in exquisitorib. quoq ipsoru Septuaginta exem
 plaribus cum appositione stellarū, necessariō ea apposuimus, tanquam ea
 que nominatim ipsum proditorē ludā significēt: & peccatū quod ab illo com
 missum est, fieri non posse ut unquam aboleatur. Hoc enim mihi uidetur si
 gnificare illud, Peccatum luda scriptum stylo ferreo in ungue adamantino.
 Poterunt item referri ad uniuersam ludaicam gentem, quib. deinceps ipso or
 dine post ipsorum scelus indelebile, extremam quæ ipsos punitura est perni
 ciam interminatur: quæ non est nunc singulatim ad uerbu interpretandi tem
 pus. Sed quando tam multa hactenus de eo qui Saluatorem ac Dominū no
 strum erat proditorus, alijsq; qui illi insidias facturi erant, diuinitus prædicta
 exposuimus: tempus iam fuerit quæ sub ipsam eiusdem passionem euentura
 fuerunt, ut item diuinitus per prophetas denunciata sint, intueri.

De solis defectu, qui in ipsa Saluatoris nostri passione accidit: & de extremo iudicio
 gentis interitu. Demonstratio VI. Cap. II.

Iurat Dominus in superbiam iacob, si obliuiscetur in uictoriam omnia ope Amos 9.
 ra uestra: & super his non turbabitur terra, & lugebit omnis qui habitat in
 ea: & ascendet quasi fluuius consummatio, & descendet quasi fluuius Aegy
 pti. & erit in die illa, dicit Dominus, occidet sol in meridie, & obtenebrabi
 tur super terram in die lux. & conuertam solennia uestra in luctum, & om
 nia



442 DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 nia cantica uestra in lamentum. & inducam super omnem lumbum sacco, & super omne caput caluitie: & ponam eum tanq̄ luctum dilecti: & qui cum eo fuerint, tanq̄ diem doloris. ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & mittam famem in terram: nō famem panis, neq̄ sitim aqua, sed famē audiendi uerbi Domini. & cōmouebuntur aqua à mari usq̄ ad mare, & ab aquilone usq̄ ad orientem circuibunt quarentes uerbu Domini, & nō inuenient. Cōtumelia & superbiam & insolentiam aduersus Saluatorem nostrū, quam in illū excitarunt Iudæi, hæc propheta p̄dicens, iurare Dominū cōtra superbiam Iacob, nō futurā esse obliuionem eorum q̄ cōtra ipsum ausi sint, dignaq̄ luctu mala passuram esse ipsorū terram, unā cū habitatoribus: neq̄ ultra, sicut prius, ubi breuiter emendati fuerint, esse iterum restituendos, sed in cōsummationem q̄ ad ipsos spectant, esse uentura. Siquidem ascendet, inquit, ut fluuius cōsummatio ipsorum: sic utiq̄ iram quæ illos non aliās quam Romanis regnantibus inuaserit, per fluuiū ascensurū super eos, ueluti qui prius in sublimi uelarentur, significans. Deinceps post hanc, de qua dictum est, cōtra illos immisit Deo iram, rursus ad illos spectantia negotia, persequitur: Ut fluuius, inquit, Aegypti descendet. Quib. uerbis significari arbitror, quæ olim sublimia & apud Deum uenerabilia fuerint, & quæ quasi in sublimi positæ Iudaicę gentes prælationes, ea similia & fluentis, & reb. nationum fide carentiū, fluuij instar laborantibus, esse constituenda, ac de sublimiori in inferius esse præcipitanda. Deinde post hæc ipsa quę dicta sunt, ipso ordine ea quę sub ipsum salutaris passionis tempus euenerint aperiens, in illo, inquit, die dicit Dominus, occidet sol in meridie, & obtenebrabit super terrā in die lux. quę sanē euidentem exitū sortita sunt tunc, quum Saluatorem in altum sublato, ut est apud Euangelistam, à sexta hora tenebræ factę sunt super uniuersam terram usq̄ ad horam nonā. & circa horam nonam exclamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli, Eli, lama sabachthani. Quæ quum in hunc modum suū finem cōtulerint, deinceps adiungit: Et conuertā solennia uestra in luctum, omnia cantica uestra in lamentum. & inducam super omnem lumbum sacco, & super omne caput caluitiem. & ponam eum sicut luctum dilecti, & eos qui cum ipso fuerint, ut diem doloris: ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & mittam famem super terram: non famem panis, neq̄ sitim aqua, sed famē audiendi uerbum Domini, & quæ sequuntur. Quæ quidem omnia propter superbiam ipsorum, qua aduersus Christum uisunt: diuinitus p̄dicta, euidentem oraculi exitum ostendunt post ipsorum aduersus Saluatorem nostrū insidias. Non ergo ante illud tempus, sed ex illo tempore in hunc usq̄ diem solennia illorū in luctum conuertit Deus, et cantica in lamentum: quippe qui illos celeberrima ciuitate peritauerit, & uenerabile illud sanctuarium quod illa erat, Tito ac Vespasiano a lebrare in ea legitima solennia, & legitimos conuentus possint. Ceterum, quid opus est dicere, quemadmodum famem audiendi uerbum Domini, & ceteris illis inuaserit, propterea quod procul à seipsis Dei uerbum execerunt, quum illud uno animo negauerunt, & ab eodem negati sunt.

Item de solis defectu, & de tempore Saluatoris passionis. Demonstratio VII.
 Zach. 14. Et adueniet Dominus Deus meus, & omnes sancti cum eo. in die illa non erit lux, & frigus, & gelu erit in uno die. & dies ille notus Domino, & neque dies, neque nox, ad uesperam erit lux. & in die illo egredietur aqua uia de Hierusalem, dimidiū eius in mare primū, & dimidiū eius in mare extremum, in æstate & in uere erit sic. & erit Dominus in regem super uniuersam terrā & in die illa erit Dominus unus & nomen eius unus, ambiens omnem terrā & solitudinem. Hæc quoq̄ in aduentu Saluatoris nostri cōpleta sunt, cum aduenit, sive cum suis sacris apostolis, sive cum suis sanctis, diuinis uellicet quibusdam potestatibus & incorporeis spiritibus, necnon angelis & ministris suis.

luis, de quibus dictum est in sacris Euangelijs, quod utiq̄ ad illum accesserint angeli, & illi ministrauerint. Porro aut̄ die illo (sic autem sacre literæ cōsueuerunt omne tempus uocare, quo ille inter homines uersatus est) una cum alijs p̄dictionib. etiam quod nūc tractatur, oraculum cōpletum est, cū utiq̄ sub illius passionis tempus ab hora sexta tenebrę factę sunt super uniuersam terram usq̄ ad horam nonam. Ex quo sic ait propheta: In die illo non erit lux. Et rursus: Et neq̄ dies, neq̄ nox, ad uesperam erit lux. quib. uerbis perspicue indicari puto illius temporis conditionē, cū Saluatorem nostro altius sublato in ipsa diei luce, nox ab hora sexta id quod circū terram est, obtinuit usq̄ ad horam nonam. Post quam rursus desinētib. tenebris, dies & lux reuersa est, post que rursus cōsuetā nox secuta est. Quæ omnia sermo propheticus innuit, ubi ait: Et dies ille notus Domino, & neq̄ dies, neq̄ nox, ad uesperā erit lux: dies quidem ille nō erat, propter meridianas tenebras, sed nec item nox, propter ipsius diei recursum, quē indicauit significans per illa uerba, Ad uesperam erit lux. Quis aut̄ nō admiret̄ etiam hybernæ horæ cōmemorationē, quam ipsam eundem diuināit̄ oraculū, cum ait: Et frigus & gelu erit. Quod itē ipsum, Euāgelij testimoniū cōmendat, cum Petrus dum Iesum sequit̄, accenso igne in atrio Caiphæ, unā cum alijs calefaciebat se. Proinde Ioannes frigoris quoq̄ mentionem apertissime facit, dicens: Stabant serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Et ad uerbum quidem huiusmodi finem contigerunt, quæ sic p̄dicta sunt, ad sensum uerō, quū Iudæis salutare lumen illuxissent, ipsiq̄ potius tenebras quàm lumen amplexi essent; hoc quod ab ipsis electum, assumptumq̄ est uniuersam ipsorum nationem inuasit. Cum enim ipsi recessissent à luce, & eos obscura nox occupasset, obscuratis ipsorū mentibus, eo q̄ illuminatio Euangelica radios suos in corda ipsorū nō immitteret, quinetiam refrigerata ipsorum erga Deum charitate, talium rerū signa merito expressa sunt, & in tali salutaris aduentus Dei cōpleta sunt ea, quæ ad hoc oraculū pertinent, dum aqua uiuens erumpit ex Hierusalem, & in oēs gentes progreditur fecundus & uitæ apportator Euangelicę doctrinæ sermo: qui cū profectus sit de Iudæa, & de ipsa Hierusalem, disseminatus postea est in omnem terram, & in oēs orbis terrarū fines. Huius uerō aquæ iple quoq̄ Saluator ac Dominus noster meminit, dum loquit̄ cum muliere Samaritana. Si scires, inquit, quis est qui petit à te bibere, tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquā uitam. Quanta autem ad eos qui uitam rationalemq̄ aquam gustauerint, aquam biberint, & multos illos qui antea ipsis imperabant, malignos demonas abnegauerint, n̄ unum sui ipsorum & dominum & regem cōstiterunt: item quod is dominus, qui ab unis Hebræis antea noscebatur, rex fiet omnium earum nationum, quę ex uniuersa terra in ipsius fidem uenerint, & nomen eius unum erit ambiens uniuersam terram & solitudinem. quod quidem ipsum ubi quis uiderit, qui fieri possit ut non admiretur; etenim à Christi uocabulo, Christus porro ipse Dominus est, Christianorum nomē deductum omnem locum & ciuitatem & regionem ipsaq̄ in desertis orisq̄ extremis terrę habitantes nationes circuiuit, fidem eo modo faciens & consentiens huiusce prophetiæ uaticinio.

De ijs quæ in ipsa saluari passione facta sunt. in finem pro susceptio-
 ne matutina. Demonstratio VIII.
 Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti: longè à salute mea uerba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem ad te, & non exaudies: & per noctem, & non ad insipientiam mihi. Tu autem in sanctis habitas, laus Israel. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt. In te sperauerunt, & non sunt confusi. Ego autem sum uermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
 LIBER DECIMVS
 DE IJS QUÆ IN IPSA SALUARI PASSIONE FACTA SUNT. IN FINEM PRO SUSCEPTIO-
 NE MATUTINA. DEMONSTRATIO VIII.

Frigus in passione Domini.

Psalmo 21.



470
 plebis. Omnes uidentes me, subsannauerunt me: locuti sunt labijs, & moue-
 runt caput. Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quonia uult
 eum, quoniam tu es, qui extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris
 meae. In te profectus sum ex utero. De uentre matris meae, Deus meus est.
 ne discesseris a me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui ad-
 iuuat. Circumdederunt me uituli multi, tauri pingues obfederunt me. Ape-
 ruerunt super me os suum, ut leo rapiens, & rugiens. Sicut aqua effusus sum,
 & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera lique-
 scens, in medio uentris mei. Aruit tanquam testa uirtus mea. Et lingua mea
 adhaesit gutturi meo, & in puluerem mortis deduxisti me, quoniam circude-
 derunt me canes multi. Congregatio malignantium obfedit me. Foderunt
 manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero con-
 siderauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt uestimenta mea sibi, & super ue-
 stem meam miserunt sortem. Tu autem Domine ne procul amoueas auxilium
 meum. Ad susceptionem meam respice. Eripe a framea animam meam, & ex ma-
 nu canis unicum meam. Salua me ex ore leonis, & a cornibus unicornium hu-
 militatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis. In medio ecclesiae lau-
 dabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum. Omne semen Iacob glorifica-
 te eum. Timeant eum omne semen Israel, quoniam non spreuit, neque mole-
 ste tulit deprecationem pauperis, neque auertit faciem suam a me: & quum cla-
 marem ad eum, exaudivit me. A te laus mea in ecclesia magna. Votam eam
 dam in conspectu timentium eum. Comedent pauperes, & saturabuntur. Ipsi
 dabunt Dominum, qui requirunt eum, uiuent corda eorum in seculum seculi.
 Reminiscantur & conuertentur ad Dominum omnes fines terrae, & adorabunt
 in conspectu eius uniuersae familiae gentium, quoniam Domini est regnum, & ip-
 se dominatur gentibus. comederunt & adorauerunt omnes pingues terrae,
 in conspectu eius prolabantur omnes qui descendunt in terram, & anima mea
 ille uiuit, & semen meum seruiet ei. annuntiabitur Domino generatio ueterum, &
 annuntiabunt iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus. Illud
 quidem Deus Deus meus respice in me, quare dereliquisti me? quod initio Psal-
 mi dictum est a Salvatore nostro, ut est apud Matthaeum, ipso passionis tempo-
 re dictum est, in hunc modum: A sexta autem hora tenebrae factae sunt super uni-
 uersam terram usque ad horam nonam. & hora nona clamauit Iesus uoce magna
 Eloim, Eloim, lama sabachthani. quod ex interpretatione est: Deus Deus me-
 us, quare dereliquisti me? accepta uero sunt Hebraica uerba ex ea, quae nunc
 est in manibus, prophetia. Siquidem uel ipsidem syllabis illud ipsum, Eli, Eli,
 lama sabachthani, initio Psalmi continetur. quod Aquila in hunc modum in-
 terpretatus est: Fortis meus, fortis meus, quare dereliquisti me? Porro quod
 haec eandem cum ipsis quae passionis tempore a Salvatore nostro dicta sunt, la-
 beant uim, nemo utique negauerit. Tempus igitur iam nunc fuerit, Psalmum
 ipsum absque controuersia ad alium nullum referre, quam ad illum: quandoque
 dem illi uni, & nulli praeterea alij, quae in eo continentur, conueniunt. Plain-
 sime igitur in illo cum alia completa esse constat, quae in hoc Psalmo leguntur,
 tum uero etiam illud quod ita ait: Diuiserunt uestimenta mea sibi, & su-
 per uestem meam miserunt sortem. Traiectionem uero clauorum, qui illius ma-
 nibus ac pedibus in cruce affixi sunt, euidentissimè indicat, dum ait: Foderunt
 manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Sic etiam reliqua
 uni illi, nec alij cuiquam praeterea conuenient, quemadmodum progressi logrus o-
 ratio demonstrabit, aut certe quouis suo arbitrato quauis alia proferat per-
 nam aut regis aut prophetae, aut alicuius eorum, qui quondam apud Iudeos
 Dei amici & familiares extiterint, ostendatque si possit, ea quae ita descripta sunt,
 huic conuenire. Sed enim cui unquam eorum quos in utero mater gestaue-
 rit, tantum uirtutis, tantumque uirum adfuit, ut constanti cogitatione animoque in-
 pertue-

A perturbato, & mente sobria & erecta, Dei cognitionem acceperit, & omnem
 suam spem in Deo collocauerit: usque adeo ut potuerit dicere: Quonia tu es
 qui extraxisti me de uentre matris meae, spes mea ab uberibus matris meae, in
 te proiectus sum ex utero, de uentre matris meae, Deus meus es tu. Quis por-
 ro unquam ubi ipse tanta cura Deo fuerit, post opprobrium hominum, & abiectio
 populi factus est: a quibus autem & cuiusmodi uitulis, aut tauris intelligen-
 dum est hunc fuisse circumdatum? & quid tandem huic ipsi accidit, ut quasi aqua
 effusus sit: & quomodo eiusdem ossa dispersa sunt: & qua ratione in puluerem
 mortis deductus est: & simul ac in talem puluerem est deductus, adhuc & ta-
 lia loquitur, & uiuit, & uocalem se praestat: & qui nam alij canes illum circude-
 runt praeter eos, quos dixit & tauros & uitulos: quod uero consilium malignan-
 tium non solum manus, sed etiam pedes huiusce de quo sermo est, foderunt: quod
 etiam postquam eundem euexerunt, partem quidem uestimentorum ipsius diuise-
 re, partem uero iactis fortibus arripuerunt: & quae nam framea illa: quis canis:
 quis leo: qui item illi dicunt unicornes eum, de quo sermo est, obidentes: et
 qua fiducia post tantam contra id genus uictam, ac postquam in puluerem mortis
 deductus est, pollicetur se nomen patris sui narraturum non omnibus, sed solum suis
 fratribus. & qui tandem hifratres (quae nam uero ecclesia haec, de qua is qui talia
 pertulit, ita loquitur: In medio ecclesiae laudabo te: quibus etiam illud adiugitur
 quod utique non una Iudaica gens, sed omnes fines terrae reminiscantur, & conuertentur
 ad Dominum, & adorabunt in conspectu eius omnes familiae gentium. Ca-
 terum tu quoque ubi per te ipsum singula eiusdem Psalmi uerba exploraueris
 facile intelliges, utrum ea quae in ipso continentur ad uulgarem quempiam re-
 ferri possint. quod cum feceris, certe non inuenies cui tandem illa conueniant,
 praeter unum Saluatorem nostrum, qui omnium & fidelissimè & uerissimè
 huiusce Psalmi uoces in suam personam assumpsit, quemadmodum Euange-
 lista testificati sunt. Matthaeus quidem illis uerbis quae antea retulimus, Mar-
 cus autem ipsis quibus etiam ille, utpote qui in hunc modum narret: Et facta hora
 sexta, tenebrae factae sunt super totam terram usque ad horam nonam. Et hora nona
 exclamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli eli lama sabachthani: quod est ex
 interpretatione, Deus Deus meus, ad quid dereliquisti me? Et quidam ex au-
 dientibus dicebant, Heliam uocat. Age igitur posthac ipso ordine uideamus,
 quae ratione ea quae in hoc Psalmo continentur, ad illum referenda sint. Ac pri-
 mum inscriptionem ipsam tractemus, quae talis est, In finem, uel quemadmo-
 dum Aquila edidit, Victoriae auctori. uel etiam, ut Symmachus, Ad uictoriam
 pro susceptione. Haec sane nobis ueniunt in mentem, propterea quod saluta-
 ris illa passio, ut scripta Euangelistarum demonstrant, perfecta est circiter ho-
 ram nonam, factis iam tenebris, ab hora sexta usque ad horam nonam, qua sane ho-
 ra etiam uocem magnam emisit, & ea quae paulo ante recitauimus, protulit: ut pla-
 ne sic consistendum, illius passionem ad uesperam nocte aduentate fuisse. At
 reditus eiusdem a mortuis, quae fuit susceptio patris illum susipientis, & ad
 seipsum ex regionibus mortis attrahentis, atque assumentis, circa auroram fuit,
 quemadmodum rursus Euangelistarum testimonio confirmatur. Siquidem
 Lucas haec ait: Vna autem sabbatorum ualde diluculo uenerunt ad monumentum
 tum ferentes quae parauerant aromata, mulieres uidelicet, & nonnulli cum
 eis. Inuenerunt autem lapidem reuolutum a monumento, & ingressae non
 inuenerunt corpus, propterea quod iam tum Saluator noster a morte erat ex-
 citatus. Hoc uero ipsum Marcus quoque ostendit, sic dicens: Et ualde mane u-
 ualde. & ueniunt ad monumentum orto iam sole, & dicebant ad se inui-
 ualde. & ueniunt, & inueniunt illum reuolutum. Erat autem iam tum excitatus.
 Habes apud Ioannem quoque idem testimonium hoc modo: Vna autem sabbatorum
 uenit Maria Magdalene mane ad monumentum, cum adhuc tenebrae essent.

Handwritten marginal note in large letters: OP. A. V. S. P. O. N. A. P. O.



& uidet lapidem sublatum à monumento. Matthæus quoq; tametsi Sero sab-
batorum, dixit, attamen adiungit: Ea quæ illuceleat in unam sabbatorum, uenit
Maria Magdalene, & alia Maria, uidere sepulchrū, & ecce terræ motus factus
est magnus. Angelus enim Domini descendens de cælo accessit, & reuoluit
lapidem ab ostio monumenti. Hæc addidi necessariò, ut ostenderet quæ nam
sit ea quæ in Psalmo prædicatur susceptio matutina. Nam cū significet ea quæ
ad passionem Saluatoris nostri pertinent, nec in passione desierit ea quæ ad-
ipsum spectat dispensatio. passionis uerò finis ipsa fuerit à morte ad uitam resti-
tutio, & matutina susceptio: merito oraculū huic fini admirabili ipsam dedi-
cat scripturā, nō secus ac si omne huiusmodi argumentū, & earū uexationum
quæ finem ipsum, reditum utiq; de morte ad uitā antecesserunt, & susceptio-
nis matutinæ causa inductum sit. Vbi ergo Saluator ac Dominus illud ad-
Deus Deus meus respice in me, quare dereliquisti me? ac deinceps popu-
lit: Ego autem sum uermis, & nō homo, opprobrium hominū, & abiectio popu-
li, nec non illud subiicit: Circudederunt me uituli multi, tauri pingues obse-
derunt me. & euidenter suam mortem denūciauit ex illo: In puluere mortis
deduxisti me, quoniam circudederunt me canes multi. cōgregatio malignan-
tium obsedit me. foderūt manus meas, & pedes meos. Præterea ubi etiam ea
quæ sub ipsam passionē sibi euenerūt, significauit illis uerbis: Diuiserūt uesti-
menta mea sibi, & super uestem meam miserunt sortem. Hæc atq; his simila-
ubī prædixit, non intra hæc stetit, sed adiungit: Qui timetis Dominū, laudate
eum: quoniam nō spreuit neq; moleste tulit deprecationē pauperis, neq; auer-
rit faciem suam à me: & cū clamare ad eum, exaudiuit me. Quæ autem ratione di-
ceret se exauditū: si nō cōsecutus esset quæ optauerat, quæq; superius depre-
catus fuerat, cū dixit illud: In puluere mortis deduxisti me, eripe à fraxea ani-
mā meam, & de manu canis unicā meam. hæc em̄ cum orasset, ac se ex his eri-
pi & liberari precatus fuisset, tum ea ipsa consecutus quæ orauerat adiungit
Nō spreuit, neq; moleste tulit deprecationē pauperis, neq; auertit faciem suam
à me: & cū clamarem ad eum, exaudiuit me. ubi euidenter suum de morte ad
uitā reditum significat, qui sub matutinā susceptionem exitit, quæ Psalmus
deinceps longius progressus indicauit, ubi dixit: Tu autem Domine nemo
ueas longius auxiliū meum, ad susceptionem meam respice. Sed quæ eadem
altam susceptionem, nisi eam quæ inscriptio Psalmi significauit? Cæterū hæc
quidem dicta sint à nobis in ipsam Psalmi inscriptionē. in illo autē, Eli Eli lama-
sabachthani, quod cum à Saluatore nostro ipsis Hebraicis nominib. dictū sit
sub ipsum passionis tempus, in Psalmi initio positum est, uide quæ se qua
insit profundior contemplatio apud Hebræos. nam Eloim Deus nominatur
& hoc per totam propemodum scripturam inuenies, quando uel proprie He-
apud LXX etiam nunc Hebraica uoce nominatur, apud ipsos tamen He-
braeos aliæ nonnullæ ferunt appellationes, ad diuinā naturam significandam,
ut illud, Saddai, ut illud Iao, ut illud El, aliq; his similia. ergo Psalmus qui nunc
in manibus est, illud Eli eli lama sabachthani, initio habet, quo etiam Saluator
noster usus est, non autem illud Eloim. Proinde Aquila cum diuersitate Dei
appellationis, quæ ex ipso Eloim significatur, apud Hebræos uidisset, illud de
quo nunc agimus, in illo Eli eli, non ita quemadmodū reliqui cum conuer-
ret, enunciandū putauit: sed, Fortis meus, fortis meus, quare dereliquisti me?
quod quidē si exquisitijs eloqui uolueris, dices: Robur meum, robur meū.
Quare ex huius interpretatione, agnus Dei qui est noster Saluator, dū illud,
Eli eli, dicit ad patrem: illud dicit, Fortis meus, fortis meus, quare dereliquisti
me? & forsitan q̄ ipsum dereliquerit fortis suus, idcirco crucifixus est, ut ait
Apostolus. Etenim crucifixus est ex infirmitate, & uituit ex uirtute Dei: qui
quidē nunq̄ cruci esset affixus, nisi fortis suus ipsum dereliquisset. Et sane in-
spice tu, q̄ bene conuenit agnū Dei, qui ut ouis ad occidendū sit ductus, & ut

A & ut agnus coram tondente obmutuerit, suas uires ad ipsum Deum referre,
& nihil proprium se habere arbitrari, nisi unū patrem. Proinde etiam fortem
suum, ipsum patrē uocat. sane quemadmodū uel in decimo septimo Psalmo
robur suum, & firmamentū, & refugium eundē nominat, dum dicit, Diligā te
Domine robur meum. Dominus firmamentū meum, & refugium meum, & si-
berator meus. Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum. Protector meus
& cornu salutis meæ, & susceptor meus. Dereliquit ergo illū fortis suus, cū uo-
luit illū usq; ad mortē, & mortē crucis descendere, & p̄ uniuerso mundo pre-
cium q̄ animæ redimerent exhiberi: & uitæ eorū qui in fidem eius uenissent,
expiationem fieri. Ille uerò protinus diuinū ac paternū decretum intelligens,
cognoscensq; si quis unq̄ alius, causas propter quas à patre esset relinquen-
dus, multo etiā amplius seipsum demisit, mortemq; pro nobis ingenti alacrita-
te subiuit, factusq; est is qui erat, & sanctissimus & benedictus, pro nobis exe-
cratio: & qui peccatū nō nouit, peccatū, ut nos efficiamur iusticia Dei in ipso.
Adhuc ubi peccata nostra detestit, tum cruci affixus est, quod quidē nos pati
oportebat, & pro redimēdis animis nostris ipse factus est precium: usq; adeo,
ut non immeritò illud propheticum possimus dicere: Ipse peccata nostra fert,
& pro nobis est in dolore. Et ipse uulneratus est propter peccata nostra, & e-
languit propter iniquitates nostras, ut liuore eius nos sanaremur. Etenim tradi-
dit illum peccatis nostris. Quocirca tanq̄ traditus à patre, & languidus factus,
& tanq̄ is qui peccata nostra assumpserit, ut ouis ad cædē est ductus. His con-
cordat etiam Apostolus, dum ita ait: Qui proprio filio nō peperit, sed pro o-
mnib. nobis tradidit illum. Cæterum excitas nos ad inquirendam causam cur
ipsum pater deseruerit, ait: Quare me dereliquisti? Causa porro hæc fuit, om-
nis humani generis redemptio ac liberatio, quæ præcioso illo sanguine facta
est, à priore illa intolerabili seruitute, qua sub uisum effugientib. dominis, im-
puris utiq; demonib. & malignis principib. ac spiritibus premebant. & alia
temptatione deseruit illum pater, ut illud scilicet ostenderet, affectionem pro
hominib. ipsius quoq; Christi fuisse. Quapropter cū illius animæ ius ac pote-
statem nemo haberet, uolens ipse pro hominib. illam posuit, ita sanè quemad-
modum docet ipse dum ait: Nemo tollet animam meam à me: potestatem ha-
beo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumēdi eam. his quæ dicta sunt,
deinceps adiungit: Longè à salute mea uerba delictorum meorum. Pro quo
ait, Recesserunt à salute mea uerba tremitus mei, exposuit. Symmachus
quæ fertur, interpretationem dicitur, Longè à salute mea uerba deprecationū
meorum. Ita uides in nulla harum conuersionum quæ posterius dicta sunt, il-
lud Delictorum meorum haberi: quippe cum interdum librarijs errantib. hu-
iusmodi uarietates libris cōtingere soleant. Ex multorum autē interpretatione
inuestigandū est, utrum in his quispiam illum nostra delicta sua facientem, ta-
lis enunciasse dixerit. His deinceps adiungit: Deus meus clamabo per diem,
& nō exaudies: & per noctē, & non ad insipientiam mihi. pro q̄ Symmachus:
Deus meus, inquit, clamabo interdū, & nō exaudies: & noctū, & nō est silen-
tium. Ergo in his patrem suum tanq̄ se non exaudientem admirat, utpote cū
nouum hoc atq; in usitatū inspiciat. Ille autē huic audientia ad idoneum exau-
diendi tēpus reuertauit. Hoc uerò fuit, susceptionis matutinæ excitationisq;
ad ipsum quoq; iuste dicendū fuit: In tempore accepto exaudiui te, & in die
salutis adiuui te: ecce nūc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Dici ue-
ro possunt hæc alia quoque ratione à Saluatore nostro, tanquam ab eo, qui
consuerit semper quidem & in omnibus exaudiri à patre: nunc autem, qui
etiam fidem habeat se esse exaudiendū, nō secus ac si planius diceret, Nūquid
fieri potest q̄ pater, ut ego unicus ac dilectus filius, dū ad te patrem meum cla-
mo, &

Maria Magdalene



mo, & uociferor, non exaudiar? siquidem hoc ipsum ille idem docet in Euan- gelio Ioannis, ubi de Lazaro sermo est. Nam cum dixisset, Tollite lapidem a monumento: sustulit deinde oculos suos ad caelum, & dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quod semper me audis. Si quidem semper illum audit, nunc quoque non dubitans, sed plane conperit habens te esse audiendum. & tanquam fieri non possit, ut non audiatur, ex interrogatione ait, Deus meus clamabo interdum, & non exaudies: nobis uidelicet interrogationis notam addentibus ad uerbum Exaudies: & contrarium eius, quod interrogatum sit, subintelligentibus. Siquidem hoc ipsum paulo post sermone progressus ostendit deinceps in Psalmo, dicens: Non spreuit, neque molestam habuit deprecationem pauperis, neque auertit faciem suam a me: & cum clamauerit ad eum, exaudiuit me. Quomodo igitur negatiue illud dicitur? Deus meus clamabo interdum, & non exaudies: nisi ea ratione quam nos attulimus. quam sane rationem ipsum quoque arbitror significare, dum dicit, Deus meus clamabo interdum, & non exaudies: & noctu, & non ad insipientiam mihi. Non enim ad insipientiam, inquit, a me dicitur illud Exaudies. Noui enim ipse qua ratione hoc dicam: quippe qui fidem habeam, te natura propensum esse ad suscipiendum: atque audiendum non solum me, sed etiam omnes sanctos tuos. Semper enim & usquequaque in tuis sanctis habitas, idemque ipse es uniuersumque Deo familiaris atque amicus hominis, qui Israel appellari consueuerit, laus propter te enim ad omnem eum qui te complexus sit, non uulgaris uenire solet laus. Et in te patres nostri sperauerunt: & cum sperarent, ab ingruentibus in ipsos malis liberati sunt: & ad te clamauerunt, & salui facti sunt: atque in te sperauerunt, & confusi non sunt. Si igitur omnes sancti haec a te impetrauerunt, & clamantes exauditi sunt, non autem confusi: quanto magis me tuum dilectum filium clamantem, praecunctis absque mora exaudies? Quod si admiraris cuiuspiam instar enuncio illud Clamabo, non exaudies: non tamen ad insipientiam profert talis a me oratio. Noui enim ipse quo sensu meas preces enuncio: non gloriabundus uidelicet, neque iactabundus. nam cum sim mansuetus atque humilis corde, humili item more, & meae mansuetudini consentaneo, humilia de me ipso loquor. Proinde etiam me ipsum uermem appello: & quid uerme tandem esse possit humilissimus: sic ne hominem quidem me ipsum dixerim, cum uerme nihil humilitatem, relicta mea magnitudine descenderim, ut etiam uerme nihil praestantior uideri possim, propterea quod usque ad mortem, & usque ad interitum corporis peruenierim, (etenim qua tandem alia ratione factus sit uermis, nisi qua corpora solent corrumpi?) ad quem sane interitum cum ipse quoque descenderim, merito me ipsum uermem & non hominem agnosco. ex quo etiam factus sum opprobrium hominum, & abiectio populi. qui quidem nunc tempus progressus essem, nisi usque ad uermis conditionem sub ipsum passionis tempus progressus essem. Tunc igitur uidentes me in cruce suspensum, subsannauerunt: & locuti sunt labijs, & mouerunt caput, dicentes: Sperauit in Domino eum: saluum faciat eum, quoniam uult eum. Haec igitur plane omnia in Psalmo de ipsa quae tam longo post tempore futura erant, praedicta sunt: eademque suum finem sunt consecuta: quo tempore, ut est apud Matthaeum, cruce affixis cum eo duobus latronibus uno ad dextram, altero ad sinistram. qui illac praeteribant, mala in illum cogerebant, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum, & in tribus diebus aedificas. Saluum fac te ipsum: si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes eum senioribus, & scribis, dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel es, descendat nunc de cruce, & credemus ei. Si consilius est Deo, liberet nunc eum, si uult eum. Dixit enim, Filius Dei sum. Ut uero est apud Lucam: Stabat populus spectans, & subsannabant eum principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, saluum faciat seipsum, si hic est Christus filius Dei electus. At secunda Mar-

cum, pretereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum, & in tribus diebus aedificas illud. Saluum fac te ipsum, & descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes inter se cum scribis, dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus rex Israel descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus ei. Haec namque in quo tandem ab ihs differunt, quae in Psalmo praedicta sunt illis uerbis? Ego autem sum uermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio populi. Omnes uidentes me, subsannauerunt me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam uult eum. Noli autem mirari, si haec sub ipsam Saluatoris nostri passionem & dicta sunt, & completa: quando hodie quoque apud omnes homines, quicumque nondum in illius fidem uenerunt, opprobrium hominum habentur. Quid enim turpius, & o-mni probro uilius, quam cruce esse affixum? sed non ne etiam populi Iudaici & abiectio est? quippe cum uniuersa illa natio etiam nunc & in hunc usque diem & irridere, & negligere, & despicere illum consueuerit. Proinde Apostolus merito, Nos autem, inquit, praedicamus Christum crucifixum: Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Sed nec minus ea quae sequuntur in Psalmo, facile etiam nunc inuenies a plerisque de illo dici. Haec igitur pro afflictione quae illum apprehendit, etiam tunc orabat. Cum autem nihil uiliorem primam corporeae naturae assumptionem, ortumque illum de femina & uirgine, ipsa mortis calamitate esse intelligeret, non incommodum in ihs quae ad mortem pertinent, etiam ea quae ad ortum spectant, commemorat, sic ad patrem dicens: Quoniam tu es qui extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris meae, in te pietus sum ex utero matris meae, Deus meus es tu. Merito autem haec meminit, ut se ipsum consolet, & a praesentibus malis auertat. Qui enim, inquit, fulsi mihi adiutor, cum humanum corpus assumerem, quo tempore ex ipsius parturientis utero, me, tu ipse Deus meus & pater meus, tanquam obstetricis fungens officio, pro ea quae mihi de spiritu sancto comparata erat carne, extraxisti, tua porrecta uirtute da mihi iam nunc salutem, ne qua fraus aut ulla insidiae ad aduersus potestates, malignisque spiritibus, qui mihi etiam in accessu meo ad homines inuiderunt, fiant: quoniam in prima item conceptione tu rursus in utero fui, obumbrasti, ut principes seculi huius ipsa de spiritu sancto et sancta uirgine conceptio lateret. Quod sane ingens mysterium tuus Archangelus Gabriel Mariae indicauit, dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quae admodum igitur tua nunc, qui es altissimus, uirtus me in concipiendo obumbravit, in pariendo autem extraxit de uentre matris meae: ita quoque non parua mihi adest consolatio, quod multo magis de morte sis extrahaturus. Atque equidem hoc sperans tibi confisus sum, qui meus Deus & Dominus & pater es. & confisus sum non nunc primum in te sperare incipiens, sed tunc quoque cum ab uberibus matris meae infantilem alimoniam accipiens, putabar ut reliqui hominum infantes, imperfectus esse, & absque usu rationis. Non enim era talis, licet mihi ceteris hominibus simile esset corpus. Sed neque uirtus, qui Deus es, cum ab illa usque aetate lacte nutrirer, dico autem ab uberibus matris meae. Ceterum hoc nondum quicquam magnum arbitrabit, si intelliget, quemadmodum prius quoque in te pietus sum ex utero, & de uentre matris meae Deus meum uidebam tanquam is qui & incensus & imprubatus in tanta commutatione corporei oneris permansissem, ac potius incorporeus tunc quoque fuerim, & ab omnibus uinculis liber. Porro autem sic in te proiectus sum ex utero, & sic de uentre matris meae Deus meus es tu, ut meam uirtutem cum adhuc in utero a uirgine sancta gestarem, meus quoque iam tu senserit praecursor Ioannes, qui etiam ipse in utero Elizabeth gestabatur, usque adeo ut mea diuinitate concitus exultatione

Handwritten marginal note in large letters, possibly 'DEUS MEVS ES TU'.



416
 tione exilierit, & spiritu sancto repletus sit. Hæc igitur cuncta ad memoriam
 reuocās, & omni tempore Deum meum, & patrem meum ante oculos mihi
 constituens, merito & sub ipsum instans comprehendens me passionis tem-
 pus, cum tibi patri factus obediens, sponte & uolens effectus sum uermis, &
 non homo, opprobrium hominum, & abiectio populi. & nunc cum omnes
 meum cruci affixum corpus uidentes, dum rem & fugiendam, & ominosam
 putant se uidere, me subsannauerunt: tantū aduersum me irrisionis, cūmque
 detractionis iactantes, ut de me non modò cogitantes ratiocinarent, (si
 uerfarent nefaria, sed intrepidè quoque loquerentur, & palam enunciarent, si
 quidem locuti sunt labijs, & mouerunt caput, dicentes: Sperauit in Domino,
 eripiat eum.) & nunc igitur, ut dicebam, cum talia me circumfisterunt, te pa-
 trem meum, qui extraxisti me de uentre matris meæ, in quem proiectus sum
 ex utero, in quo speraui ab uberibus: qui etiam de uentre matris meæ
 es mihi, & interim agnosceris Deus: supplex oro ac precor, ne recedas a me,
 quoniam in proximo est afflictio. Venit enim, inquit, & quanta nondò ante
 hac, adest, atque appropinquat, quæ cōprehendit iam, & mihi instat extrema
 omnium immodicæ meæ afflictionis nubes. Neque enim ego per afflictionē hanc
 quæ nunc me circūstat, crucem ipsam intelligo, neque probra ex hominibus, neque
 ludibria, neque uerò ea quæ ante crucem mihi acciderunt flagella, cōtumelias,
 & alia quæcūque debacchati sunt contra me filij hominum: sed uideo post so-
 lutionem corporis in ipsa morte, & ad inferos descensum appropinquante ad-
 uersariorum & inimicarum Deo potestatum insolentem impetum. Quapro-
 pter dico afflictionem in proximo esse, quoniam non est qui adiuuet. Qui e-
 nim fieri potest, ut nō immodica & maxima ipsa illa fuerit afflictio, in qua nō
 fuerit qui adiuuaret: ille enim pro earum animarum salute accedebat, quæ
 pud inferos ex longissimo tempore aduentū eius expectabant, & descende-
 bat fores æreas contriturus, & uectes æreas cōfracturus, & eos qui antea uin-
 cti apud inferos erant, in libertatem uendicaturus, quod ipsum etiam factum
 est, quando multa corpora eorum qui dormierant sanctorū surgentia, simul
 cum eo ingressa sunt in uerè sanctā Dei ciuitatē, aduersantes uero potestates
 ut hominibus nocerent, contra illum quasi in acie ueniebant, inuictorem non
 paruū atque afflictionem illi asserētes: quippe qui etiam illas nimia bonitate
 desleret. Caterum attende, quem nam in modū cūcta hæc dicta sint, quasi ex
 persona eius qui in utero sit gestatus, & de uentre matris natus, & quem dice-
 bamus esse agnū Dei. Huic enim ipsi ita acciderūt, quæ ad passionē spectant,
 quemadmodū quæ ad ortū in corpore cōueniebant. nam quod ortum est, id
 etiam occidit: quod uerò occidit, non alias mortē contingit, quā si prius per or-
 tum ingressum sit. Hæc igitur exponit Saluator ac Dominus noster, non qua-
 tenus & corporis expertus erat natura, neque quatenus Dei uerbum, Deusque ipse
 intelligit, sed quatenus idoneus erat in oratione ad patrem dicere. Quoniam tu
 es qui extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris meæ. In te proie-
 ctus sum ex utero. Ex uentre matris meæ Deus meus es tu. Hic igitur dum in
 ipsa passione est, supplex ad patrē suum ea dicit quæ iam exposita sunt. Et est
 tam multæ, inquit, me circūuenturæ sint copix ex aduerso efficaces, & impu-
 ri demones, & spiritalia nequitia, & denique is omnium pessimus est, ipse ian-
 qua princeps seculi huius, (quos propter malitiā feras malignas nominare pœ-
 est, et uel tautos agrestes, uel uitulos, uel leones, uel canes) et me cōtra oēs ista
 re oporteat, neque quidē boni in eos sim collaturus, propterea quod ipsi propter
 supremū malitiæ habitū, meorum honorum capaces non sunt, in certamine
 aut socium habeam quempiam eorum ipsorum qui dicti sunt, in certamine
 mihi pro salute animarū inuendo, quæ sunt apud inferos, cur tandē non me
 to dixerim, quod in proximo sit afflictio, & quod non sit qui adiuuet. Cate-
 rum, malignas quidē atque aduersas potestates nō fuisse illi auxilio, neque succu-
 ruisse ad

Impetus de-
monū in de-
scendētes ad
infernum.

A
 rrisse ad bonum properanti, mirari nihil necesse est: uerū quod omnium ma-
 ximum est, ex ea afflictione, quæ illū maximè premebat, id sanè fuit, ne fauenti-
 tum quidem ac propitiorem angelorum quempiam, nec diuinarum potesta-
 tum profus ulla, a uiam esse regias mortis domos inuadere, atque ad auxiliū
 animarum quæ illic erant, sociam se præbere. Siquidem uni illi hoc immotum
 seruabatur, quandoquidem uni etiam aperta sunt portæ mortis, & unum il-
 lum orci ianitores conspicati formidauerunt, ipseque ille qui mortis imperium
 habebat, de regijs sedibus cedens, utpote qui unum illum suum Dominū co-
 gnosceret, cum illo est locutus deprecantium ac supplicantium more non mi-
 nus ignauiter, quàm apud Iob de his ipsis rebus scriptum est: sed tamen nefari-
 am illius tyranni impotentiam usque adeo cernens inualuisse, ut nullus alius
 celestium adesse illi in talibus locis auderet, atque ad earū animarū salutem, quæ
 illic detinebatur, sociū se præbere, merito ait afflictionem propius adesse, pro-
 pterea quod non sit qui adiuuet. quippe quum unus ille qui potuisset etiam
 talibus in locis illi opitulari, ipsum deseruisset, ut uidelicet illustre illud eximi-
 ſic inceptū, illaque singularis aduersus omnes uictoria tanquam propria ipsius
 apud omnes prædicaretur. Itaque quum ille qui unus ipsi auxilio esse poterat,
 tunc ipsi adiutor non esset, merito in ipso initio ait illud: Eli eli lama sabach-
 thani: hoc est, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti: nam quū idem
 conciperetur, & in utero a sancta uirgine gestaretur, tunc quidem paterna uis
 cum ipso erat, quo tempore spiritus sanctus uirgini superuenit, & uirtus altis-
 simi obumbravit illi: ipseque pater eum qui gignebatur, sicut oraculum indica-
 uit, de uentre maris extraxit. quum autem sub ipsum passionis tempus ad lu-
 etam aduersus mortem exueretur, non item illi tunc erat adiutor. Ego namque
 hoc ipsum illi testificanti credo. nam illud, Eli eli lama sabachthani, quod
 ab ipso in cruce dictum est, nec non à Psalmo propheticè enunciatur: itemque
 quod afflictio prope adesset, & quod non esset qui adiuuaret: quid tandem si
 bi aliud uolunt, quàm quod tanquam magnus certator, tam multis tantisque ad-
 uersarijs ipse esset obiectus, præfecto eius certaminis & totius negotij guber-
 natore supremo omnium Deo? Præsidem ergo rerum gerendarum atque assis-
 sorem præcabatur patrem, ut quasi peritissimus aliptes sibi adesset tunc ma-
 ximè, quum alius ipsi adiutor adesse poterat nullus, præter unum ipsum qui
 totius negotij erat gubernator. Quocirca dū orat, sic ait: Ne recedas a me, quo-
 niam afflictio prope adest, quoniam nō est qui adiuuet. Diuinis aut oraculis cer-
 nens, quum adhuc illi corpus in limbo esset suspensum, extrinsecus circū hūc
 aerē uersantes in corporeas, & hominibus inuisibiles potestates, quæ circum
 ipsum quasi erudiunt aures & feræ aduoluebantur, & ad mortuum citò futu-
 rum ipsius corpus, undique confluentes principatus & potestates aeris huius
 ac spiritus, qui efficaciam tuam exercet, in filijs contumaciæ, nec non circū ter-
 ram per totum orbem, qui incolitur ab hominibus uolitantes, demones. cre-
 dibile autem est, uidisse infernas quoque ac tartareas beluas agrestes atque formi-
 dabiles, de quibus Esaias ad eum qui de cælo ceciderat luciferum sermonem
 intendens, ita loquebatur: Infernus subter conturbatus est in occurſu aduen-
 tus tui, suscitati sunt tibi omnes gigantes. hæc itaque omnia conspiciens, suum
 extrinsecus cruci affixum corpus in orbem cingentia, seque aduersus ipsum cō-
 parantia, multitudinem eorum collectam describit, sic dicens: Circū dederunt
 me uituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suū,
 ut leo rapiens & rugiens. Etenim dum animam, ut par est, humanam & cate-
 ris similem, nec amplius præterea quidquam esse arbitrantur, quod in corpo-
 re Iesu habitabat: beluæ, de quibus diximus, aperuerunt os suum: ut quemad-
 modum alias hominum animas consueuerant, ita etiam hanc deuorarent. qua
 propter sic ait: Aperuerunt os suum tanquam leo rapiens & rugiens. Quibus
 deinceps adiungit, Quasi aqua effusus sum. Quod quidem uel ipsis sensib. per-
 cipit

Triumphus
Christi apud
inferos.

Aliptes cura-
tor.

cupi potuit, atq; historia fidem faciente completum est, quò uidelicet unis militum, ut est apud Euangelistam Ioanem, agni Dei lancea latus aperuit, & exiit continuo aqua & sanguis: sed tamen totam spiritualis naturæ mortificationem significare, ubi ait: Quali aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquefscens in medio uentris mei. Aruit tanquam testa uirtus mea, & lingua mea adhaesit gutturi meo. Quid enim aliud tandem uniuersa hæc significant, quàm mortui corporis conditionem? proinde ilicò adiungit illud, Et in puluerem mortis deduxisti me. Hæc igitur dum prouidet nondum facta, ut aduentantia, tamen & de proximo imminentia, & seipsum iam iam circumuentura, dicebat. Sed rursus repetitis istis quæ iam antea gesta sunt, ut seipsum de ijs quæ post euentura erant consolaretur, quæ sustineret insidijs circumuentus, docet his uerbis: Quoniam circumdederunt me canes multi, congregatio malignantium obsedit me. Quibus sane uerbis tum ipsos milites, tum etiam Iudeos qui in se ipsum conspirauerant, intelligi uult. Siquidem milites Pilati suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Et exeuntes eum, chlamydem cocceam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis, imposuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genibus flexis ante eum, illudabant ei dicentes, Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem & induerunt eum uestimentis suis, & abduxerunt eum ut crucifigerentur propemodum re ipsa complentes illud, Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Quin illud etiam: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. item illud: Foderunt meam considerauerunt, & inspexerunt in me. & illud: Diuiserunt uestimenta mea sibi, & super uestem meam miserunt sortem. Hæc, inquit, omnia tunc completa sunt, quum in cruce et manus illius & pedes clauis transfixerunt: et quum illius uestimenta accipientes, ea inter se diuiserunt. Nam eam rem Ioannes exponit his uerbis: Milites igitur quum crucifixissent Iesum, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem & tunicam, quia uerò tunica erat inconsutilis, à summo contexta per totum, dixerunt inter se: Ne scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius sit, ut impleretur scriptura quæ dicit: Partiti sunt uestimenta mea sibi, & super uestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Matthæus uerò iisdem rebus gestis in hunc modum fidem facit: Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius, sortem mittentes, ut impleretur quod dictum est per prophetam: Diuiserunt uestimenta mea sibi, & super uestem meam miserunt sortem, & sedentes seruabant eum. Canes autem erant qui illum circumdederant, & conuentus malignantium, ipsi ad circumcisionem pertinentes magistratus Iudeorum, & scribæ, & principes sacerdotum, et pharisæi, qui etiã uniuersam multitudinẽ cõpulerunt, ut sanguinem illius & aduersum seipsum, & aduersum filios suos peterent. Proinde de Isaias planè illos canes uocat, dum dicit: Omnes canes stupidi, qui nequeunt latrare. Quum enim eos oporteret, tamen ipsi pastorem morẽ nõ susceperant, ut attamen bonorum canum instar, Domini sui rationalem gregem atq; oues domesticus Israel custodientes, doctè ac prudenter latrare, Dominumque suum ac pastorem principem demulcere atq; agnoscere, omnique custodia creditum sibi gregem conseruare: latrare autem si fortè acerbius uellent, cõtra eos id facere qui extrinsecus gregi insidiarentur: ipsi contra, canum stupidorum, respicere uerò insanientium instar, latratus suos emisissent, & oues pastorem effugerunt, ut merito conueniat eis illud: Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Quin etiam omnes quicunque in hunc usque diem uerò putantur pergit maledicere ac latrare aduersum Christum Dei, ab illis diuersi putandi non sunt, Nec minus ij qui tunc in illum impiè grassantium militum instar, quum

Canes iuxta
os Christi

filium Dei iterum cruci affigunt, palamque ignominia afficiunt, non longè ad modum ab illorum nefaria uoluntate recedunt, omnes uerò hi sunt, qui etiam nunc Christi corpus, hoc est, ecclesiam suscipientes, manus illius & pedes & ossa præterea dissipant, si modo omnes unum corpus sumus in Christo Iesu, singuli autem singulorum inuicem membra. Neque uerò caput pedibus dixerit, Opera uestra non indigeo: sicut nec manibus. quidem oculi: Illis ergo temporibus quibus insectationes grassantur, si qua fortè Christi membra ab inimicis atque hostibus uexentur, non intemptuè illis tum quoque dixerit: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem considerauerunt, & inspexerunt in me. Tunc etiam diuidunt eius uestimenta sibi, & in uestem eius sortem mittunt, quum ipsius uerbi ornatu, hoc est, diuinarum scripturarum uoces alias aliter unusquisque corrumpit & lacerat: item quum operationes de illo peruersis documentis excipiunt, cuiusmodi sunt, quæ nefarij heretici facere solent. Post omnia hæc ad sumum Deum & Dominum patrem orationem intendens, subiicit illud: Tu autem Domine ne procul amoueas auxilium meum. Siquidem tanquam in angustum redactus ad ipsam certaminis ostentationem, & solus absque adiutore aduersus mortem nudatus: quum plane compertum haberet, axilium sibi aperte non aliter affore, quàm per restitutionem a morte ad uitam, merito in præsentia orat ex acie aduersariorum euadere. Quocirca sic ait: Tu autem Domine, ne procul amoueas auxilium meum. ad susceptionem meam respice. Etenim ab auxilio tuo susceptio mihi ueniet. Propter quam susceptionem totus Psalmus merito inscriptus est, Pro susceptione me sub ipsam auroram reuersionis à mortuis susceptionem: quam sanè spero me consecuturum, quum eam non procul à me amoueris, & eripueris a framea ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam. Quibus uerbis illi arbitror significare infernas potestates, quas sanè non nostrum fuerit speciatim distinguere ac diuidere, quemadmodum ex eis alia quidem, quæ framea sit, intenta sit in animam Saluatoris nostri: alia uerò, quæ ipsi morti sit canis, mortiferam manum porrexit, ut illam attingeret, ex quo ait: Eripe a framea animam meam, & de manu canis unicam meam. alia item maligna quædam potestas, omnium illic ferarum princeps, quæ leo appelleretur, ubi latum, sit præ omnem modum hians mortis os diduxerit, unã cum cæteris quæ ad inferos descendunt, illius quoque animam deuorare conata sit, non aliter sanè quàm non alia fuerit, quàm qui hoc loco leo nominatur, & qui os contra Saluatorem nostrum aperuit, à quo ipso se saluum euadere patrem suum orat, dicens: Salua me ex ore leonis. Fieri etiam potest ut alia præterea sint quedam malignæ, ac partes abducere conantes, à quibus item, Dei unicornis, ipse Dominus noster, solum patrem cornu habens, suam liberari humilitatem postulat, dicens: Et a cornibus unicornium humilitatem meam. Sed quam tandem humilitatem nisi hanc ipsam, secundum quam quum in forma Dei esset, humiliavit seipsum, & euacuauit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis? Cæterum is qui ad tantam humilitatem descendit, & huc usque peruenit, hoc est, usque ad orci frameam, & usque ad manum eius, qui illic dicitur canis, (ex quo etiam scriptores Græcorum par est, quum de tali cane audiissent, qui orco in seruiret, hunc ipsum tricipitem pinxisse,) item qui usque ad fauces eius, de quo tam dictum est leonis perrexit, & humilitatem suam aduersarijs & Deo inimicis unicornibus substravit, & huiusmodi sine omnem suæ euacuationis et humilitatis dispensationem terminauit: ac deinde precatus est, quod iam reliquum erat, se & auxilij & susceptionis à patre compotem fieri, illud adiungit:

Leonis os hinc
quasi significet.



Tu autem Domine, ne procul amoveas auxiliū meū, et susceptionem meā respice. Quod sanē ubi dixit, non diu moratus, à Patre suo est auditus, qui quidem neq; cunctatus est: neq; quod statim facere poterat, in longū distulit, sed re ipsa propemodum ad illum respondit. Adhuc loquente te, dicam, ecce adsum. Itaq; is qui hoc ipsum iam senserat, & paterni auxiliij quemadmodū supplicauerat, cōpos factus erat, tum deniq; illinc hymnum ad uictoriā inchoandum pro matutina susceptione Psalmū facit, ubi ait: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesie laudabo te. Primis enim suis discipulis & apostolis quæ ad suam lætitiā & exultationem pertinent, pollicetur se nūciaturum, eos interim nominans fratres. Quibus consentanea etiam Marthæus exponit, dum dicit: Ecce Iesus occurrit illis (ubi illas intelligit, quæ cum Maria Magdalena erant) dicens, Saluete. Ille autē accesserunt, & tenuerunt eius pedes, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Ite, annunciate fratribus meis, ut abeant in Galilæam, & ibi me uidebunt. At uerò Ioannes post reditorem à mortuis ipse quoq; inducit Iesum dicentem ad ipsam Mariam: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meū. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: & Deum meum, & Deum uestrum. Primis ergo apostolis suis, quos suos fratres nominat, nomen se patris sui narraturum ait. Post illos autē, ipso ordine ipsaq; consequendi ratione ecclesie, quæ per totum orbem terrarum in nomine ipsius fundata est, paternum hymnum se expositurum promittit. Quemadmodum enim si quis excellens sapientia præceptor in medijs suis discipulis uerba percurrat, ut ipsi quoq; audientes auscultent: ita etiam ille, in medio ecclesie, inquit, laudabo te, ut quum hoc ecclesia didicerit, dum ab ipso audit, non ultra ut antea dæmonas, sed, ut par est, ipsum uniuersū Deum per eum qui illū dicit, hymnis concelebrat. Hæc ubi se facturum promisit, tum admodum conuenienter atq; apte iam inde imperat ecclesie, ac suis fratribus. ut hymnis celebrent patrem, ubi ait: Qui timetis, Dominū, laudate eum. Omne semen Iacob glorificate eum. Et timeant ab eo omne semen Israel, quoniam non spernit, neq; molestè tulit deprecationem pauperis, neq; auertit faciem suam à me: & quum clamarem ad eum, exaudivit me. Quibus uerbis planè ostendit se ab illo esse liberatum malis quæ superius dicta sunt. Si enim quum clamaret ad illum ab illo exaudivit, & clamans præcatus est ut eriperet à framea quidem animam suam, à cane autem unicam suam, nec non ab ore leonis & à cornibus unicornium humilitatem suam: sequitur, ut intelligamus illum liberationem talibus malis consecutum: quippe qui dixerit, Deum non molestè tulisse deprecationem suam, neq; faciem suam auertisse ab ipso, sed clamantem ipsum exaudivisse. Quocirca eidem de tantis malis erepto, & ipsi morti elapso, ab idè cōtigit unā uersari ac degere cū suis & discipulis & fratribus in media ecclesia patrem laudare. Sed attende rursus ut pauperem seipsum iterum uocat, in eo cōcordans cum antè expositis prophetijs, in quib. pauper & egenus est nominatus. sed quia suū ad uitā reditū in his indicauit, rursus sermonem cōuertens ad patrem, A te, inquit, laus mea in ecclesia magna. In quibus sanè uerbis ecclesiam in nomine ipsius ex gentibus collectam, et in toto orbe cōstitutā intelligit, in qua Saluatoris nostri laus, patre ipso annuente, atq; opem ferente fidelitè canitur. ex quo ait: A te laus mea in ecclesia magna. Magna enim uerba ecclesia hæc est, quippe quæ ex omni genere hominū collecta sit, & ne comparanda quidem propter grauitatem & præstantiam uitæ, & propter instantiā torū magnitudinem ad Iudaicam gentem, & ad circūcisorum conuentum, qui omni egestate & orationis & uitæ & prudentiæ & reliquæ de Deo sententiæ rationis oppressi attenuatiq; sunt. Deinde subiicit: Vota Domino reddam in conspectu omnium timentiū eum, ubi per timentes eū, intelligit eam quam ante ecclesiam magnam nominauit, quum illis uerbis usus est. Qui timetis Domi-

nū, laudate eum. Sed quæ tandem uota redditurum se ait, nisi quæ pollicitus est: quæ porro pollicitus est, nisi illa quæ tum significauit quum dixit: Narrabo nomen tuum fratribus meis. In medio ecclesie laudabo te. Vota enim sunt promissa quæ se in medio ecclesie præstaturum pollicitus confirmauit. His illud adiungit: Comedent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum. Viuent corda eorum in seculum seculi. Reminiscuntur et conuertentur ad Dominum omnes fines terræ. Et adorabunt in cōspectu eius uniuersæ familie gentium, quoniam Domini est regnum, & ipse dominatur gentibus. Quibus uerbis ualde aptè admodumq; ordinatè, quæ à se post reditum in uitam rectè facta sint, quos uel successus habuerit commemorat: quæ uniuersa per omnium gentium uocationem completa sunt, & per hominum ex orbis terrarum finibus electionem. Quarum rerum uenta quæ ipsis oculis intueri licet facile ipsi quæ in hoc Plamo dicuntur, fidem facere possunt. Per pauperes autem rursus nos intelligit quos in paupertate secundū Deum degentes, dum salutare uerbū intelligibili rationaliq; pane, hoc est, cibis qui uitam animis afferant, enutrit, uitam nobis largitur æternam. Ex quo Psalmus ita ait: Comedent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum. Viuent corda eorum in seculum seculi. Peroratio uerò totius prophetiæ, quæ post omnia illud cōtinent, Annunciabitur Domino generatio uentura & annunciantur iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus: absq; omni controuersia populum de gentibus collectum prædicat, cōstitutamq; per Saluatorem nostrum Iesum Christum in terra generationem. nam quis tandē fuerit is populus, qui post ipsa hæc Deo dicatur oriturus: qui quæ antea quidem non fuerit, neq; extiterit inter homines, postea uerò extiterit: quæ porro generatio illa, quum tunc quidem non esse, post autem uenturam significat: nisi hæc quæ per Saluatorem nostrum in toto constituta est ecclesia, recensq; hic collectus de gentibus. populus: de quo etiam per Esaiā spiritus sanctus cū admiratione locutus est, quū dixit, Quis audiuit talia? & quis ita uidit? si parturiuit terra in die uno, & si nata est gens omnino. Hæc igitur nos ad alia ob breuitatem temporis festinantes, percurramus: atque, ut dicitur, summis labijs attigentes, præteriuimus. Cui autem curæ sit adhortatio Saluatoris nostri.

DE EVANGELICA DEMONSTRATIONE FINIS.

Q 3



R V F F I N V S C R O
matio S. D.

Gotbi.



ERITORVM dicunt esse medicorum, ubi imminere urbibus vel regionibus generalis uiderint morbos, providere aliquod medicamentum uel poculi genus, quo preueniant homines, ab imminente deficiantur exitio. Quod tu quoque uenerande pater Chromati medicine exequens genus, tempore quo diruptis Italiae claustris ab Alarico duce Gotthorum se pestifer morbus infudit, et agros, armenta uiros longe lateq; uastauit, populis tibi a Deo commissis ferulis exitij aliquod remedium querens, per quod aegre mentes ab ingruentis mali contagione subtrahere, melioribus occupate studijs tenerentur, iniungis mihi, ut Ecclesiasticam historiam, quam uir eruditissimus Eusebius Caesariensis Graeco sermone conscripsit, in Latinum uertam: cuius lectione animus audientium unctus, dum notitiam rerum gestarum audivit, obliuionem quodammodo malorum quae gererentur acciperet. A quo ego opere cum excusare me uellem, ut pote inferior et impar, et qui in non multis annis usum Latini sermonis amiserim, consideravi quod non absque aliquo apostolice institutionis ordinis nobis ista praecipere. Nam et cum Dominus aliquando esurientibus in deserto auditorum turbis dixisset ad apostolos, Date eis uos manducate: Philippus unus ex apostolis intelligens, eo magis splendide reconditos perae, sed puerulum adesse dicit, habentem quinque panes, et duos pisces. Quem uerecunde licet reconditos perae, sed puerulum adesse dicit, habentem quinque panes, et duos pisces. Quem uerecunde excusans, adiecit, Sed haec quid sunt inter tantos quo magis in angustiis opibus et desperatis clara fieri diuina potentia. Sciens ergo ex illis te quoque descendere disciplinis, recordatus quod Philippi fortassis exemplo, ubi pascendi turbas tempus uidisti, puerulum subrogaueris, qui panes quidem quinque sicut accepit, duplicatos adhiberet, ad explendum tamen, Euangelicum sacramentum, proprio labore captos adderet etiam pisciculos duos, aggressus sum exequi ut potui, quod praeeperas: certus quod excusabitur impetratae nostrae culpas, praecipientis autoritas. Sciendum sane est, quod decimus liber huius operis in Graeco quodam perparum habebat in rebus gestis, per reliqua omnia in Episcoporum Panegyricis tractatibus nobis ad scientiam rerum conferentibus occupatus, omisis quae uidebantur superflua, historia siquid habuit, non coniunximus libro, et in ipso Eusebij narrationis dedimus finem. Decimum uero et undecimum librum nos conscripsimus, partim ex maiorum traditionibus, partim ex his quae nostra iam memoria comprehendebat: et eos, uelut duos pisciculos supra scriptis panibus addidimus. Quos si tu probaueris, uel benedixeris pro certo confidam quod sufficienter turbis. Continet autem idem omne opus res in ecclesia gestas a Saluatoris ascensione, et deinceps Nostri uero duo libelli a temporibus Constantini post persecucionem usque ad obitum Theodosij Augusti.

Decimus Eusebij in Graeco.

EUSEBII

E V S E B I I P A M P H I

LI CAESARIENSIS EPISCOPI ECCLESIASTICI
et Historiae Liber Primus, Rufino Aquileiensi interprete.

P R O E M I U M.



UCCESSIONES sanctorum apostolorum, et tempora quae a Salvatore nostro ad nos usque decursa sunt, quaeque et qualia in his erga Ecclesiae statum gesta sunt: qui etiam in locis maxime celeberrimis, Ecclesijs praefuerunt: uel qui singulis quibusque temporibus, seu scribendo, seu docendo uerbum Dei nobiliter adstruxerunt: quibus etiam uel quanti, uel quando noua contra religionem dogmata proferentes, ad profundum erroris studio contentionis delapsi, falsae scientiae autores praefectoresque profecti sunt, passim uelut lupi graues gregem Christi lacerantes, necnon et ea mala, quae Iudaorum gentem pro insidijs, quas aduersus Saluatorem moliti sunt, uastauerunt: quibus etiam modis, et quoties, quibus uel temporibus doctrina Christi et sermo diuinus a Gentilibus impugnatus est: quantisque his tempestatibus usque ad suppliciorum patientiam, et profusionem sanguinis pro uerbi Dei ueritate certauerunt: sed et martyria nostris suscepta temporibus, atque in his Dominus et Saluatoris nostri erga singulos quosque unicum clementissimumque sub sidium, scribere mihi uolenti non aliunde sumendum uideatur exordium, quam ab ipsa Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi praesentia corporali. Sed mihi quae uentiam dari. Confiteor namque, quod in hoc opere uiribus nostris maiora tentamus, ut et fideliter, et integre, quae sunt gesta, narremus, et rudem, ac nulli ferere nostrorum digressam uiam huiuscemodi itineris, primi autem certus sum nobis affutura suffragia, hominum tamen nulla, quibus possimus inniti, conspiciamus praecessisse uestigia: nisi quod sparsim singulorum quorumque temporum, seu rerum gestarum, ad nos usque indicia monumenta transmissa sunt: e quibus quaedam nobis luminum faces, uelut in obscuro positae, minus accenduntur: et tanquam a sublimi specula, qua nos gressum tendere oporteat, ac uitam uerbi absque errore dirigere, eorum uocibus admonemur. Quaecumque ergo proposito operi conuenire credidimus, ex his quae illi sparsim memorauerant eligentes, ac ueluti e rationalibus campis doctorum flosculos decerpentes, historica narratione in unum corpus redigere et coagmentare, tentauimus: satis abunde quae gratum putantes, et si non omnium nobilissimum, certe Saluatoris nostri apostolorum successiones celeberrimis quibusque Ecclesijs traditas in unum colligere, atque in ordinem modumque dirigere. Opus autem mihi per necessarium uideor assumpsisse, eo magis quod (ut superius dixi) neminem Ecclesiasticum duntaxat scriptorem, ad hanc partem narrationis animum adiecit: comperio. In quo illud etiam spero, quod et utilitatis plus labor. Quamuis iam de his ipsis nonnulla etiam in Chronicis, id est, in eo opere, quod de temporum ratione concipimus, breuiter succincteque perstrinxerim: precipiet ergo mihi sermo ab ipso Domino, sicut promissimus, Christo. Verum quia uel unde hoc genus hominum ducat exordium, uel quid nominis ipsius contineat ratio, ex cuius gens ista uel populus appellatione censetur, repetentes paulo altius exponamus.

Eusebij chronicon opus à Hieronymo Latine uersum.

Q +

Quod

Quod Deus & Dominus & creator omnium, ac dispensator uniuersorum ipse sit, secundum ea quae in lege & prophetis scripta sunt. Cap. 1.

Christus. **Esa. 53.** **Mat. 11.** **Aliis noe scuntur.** **Esa. 9.** **Ioannes Euuangelista.** **Ioan. 1.** **Moyser.** **Cum filio creator patet.** **Gen. 1.** **Dauid.** **Psal. 32.** **Psal. 148.** **Abraham.** **Gen. 18.**

igitur quoniam Christus duplici ex modo constat, & diuina in eo pariter atque humana natura plenitudinem tenet: caput in eo diuina substantia, pedes humana, quam pro nostra salute suscepit, habeantur: & ita demum perfectus nobis narratio dirigitur, si a capite, id est a diuinitatis eius uerbo sumamus exordium: per quod Christianorum, quae gens nouellae appellationis creditur, antiquitas & nobilitas pariter ostenditur. Genus ergo Christi, & ipsius substantiam, & eius naturam proferre ac pandere, nullus sermo sufficit. Siquidem etiam diuinum de eo ita pronunciat oraculum, dicens: Generatione eius quis enarrabit? Sed & alibi caelestibus nihilominus de eo uocibus, ita refertur. Quia nemo nouit filium, nisi pater: sed neque patrem quis nouit, nisi filius. Solus ergo ille qui genuit, nosse dicitur filium patrem. Et sine dubio excludit ceteros a discutienda notitia, qui ad unum solum patrem filij scientiam reuocauit. Hic ergo in his uoluminibus, quae diuino spiritu conscripta & creduntur, lux aeterna, & ante mundi initium semper fuisse praedicatur: sapientia quoque substantialis, & uerbum uerum in principio apud patrem, & Deus uerbum substituisse narratur. Quis ergo poterit eum, qui ante omnem creaturam uisibilem atque inuisibilem per fuisse, & initio iam fuisse ex ipso patre natus, & cum patre sempiternus existisse describitur, sermone comprehendere? Quis omnium caelestium, immo caelestium diuinarumque uirtutum Dominum & ducem ac principem caelestis militiae, & magnum consilij angelorum, uoluntatis paternae efficaciam, quae cum patre omnia quae sunt, creasse & condidisse constat, ut uerum filium & unigenitum, & omnium quae creata sunt Dominum & regem ac dominatorem paternae uirtute & potestate cuncta moderantem, uerbis explicet: nisi quod ad intelligentiam plenitudinis eius, & per sacretiora & mystica diuinorum uoluminum informamur eloquia. Ioannes uero denique spiritu Dei repletus. In principio, inquit, erat uerbum, & uerbum erat apud Deum & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed & Moyser, maximus & uetustissimus prophetarum, multis ante seculis haec eadem protestatur, cum coelitus inspiratus originem mundi, & rerum initia de eo plenius aperiret, conditor omnium patrum cum filio, mysticis ac sacratis designat eloquijs. Ait namque: Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Sed & Dauid, antiquissimus prophetarum etiam ipse, licet Moyse posterior, dicit: Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et alio idem nihilominus designat oraculo de Deo, dicens. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. In quibus euidenter mandatis personam patris, & filij operantis expressit. Cum igitur his & alijs quam plurimis uocibus sparsim per diuina uolumina creator omnium cum patre filius declaratur, superest ut de his quae post conditionem mundi pro hominis dispensatione transegit, quam possumus breuiter perstringamus. Multis siquidem & antea pietate praeditis uiris astitisse, & docuisse, quae ad cultum diuinum pertinere uidebantur, ostenditur. Sed euidentius & familiarius us Abraham atque eius familiae, quantum fas erat Deum hominibus, innotuisse describitur: & uelut praceptor quidam ac monitor illius extitisse profertur. Denique in diuinis oraculis scriptum est. Quia apparuit Deus Abraham tanquam communis aliquis homo sedenti ad ilicem Mambrae. At ille exurgens, cum hominem uiderat, adorat ut Deum, & ueneratur ut Dominum. Sed & propria uocis professione praesentiam se testatur non ignorare diuinam, dicens: Dominator Domine, qui iudicas omnem terram, nonne facies iudicium. Quae utique omnia non ad patrem, sed ad filium referenda, posterioris in carne ratio dispensationis plenius expleta designat. Et item propheta Dauid dicit de Deo: Misit uerbum suum, & sanauit eos: & liberauit eos de corruptionibus eorum. Sed adhuc euidentius per Moysem, de eo quod Dominus sit

fit ipse cum Domino, diuina testantur eloquia, cum dicit: Pluit Dominus super Sodomam & Gomorrhaim sulfur & ignem a Domino. Eundemque cum apparuisset Iacob, esse Deum eadem scriptura designat, cum diceret ad Iacob: Iam non uocabitur nomen tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum, quia inuoluisti cum Deo. Et paulo post dicit: Et uocaui, inquit, Iacob nomen loci illius. Visio Dei, dicens: Vidi enim Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Neque enim fas est de aliquo angelorum uel caelestium uirtutum ista sentire. Nullum enim illorum, si quando mortalibus ex caelesti praecipitur adesse mandato, Dominum uel Deum diuinus sermo commemorat. Hic etiam Iesu successori Mosi cum astitisset, percontanti ei quis esset, respondit euidentissimis designauit, dicens: Princeps militiae uirtutum Domini ego sum. Cumque his auditis adorasset famulus, ut decebat: Solutus, inquit ad eum, corrigiam calcamenti tui: locus enim in quo tu stas, terra sancta est. In quo consideranda est praceptorum similitudo, quoniam non erat hic alius ab eo qui dixerat ad Moysem de rubo ignis, dicens: Ne appropies huc, solue calcamentum a pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. Et addidit, dicens: Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Claruit igitur ex his omnibus, quod uerbum Dei, & Deus, Dominus, & creator omnium cum patre filius designatus est. Nunc uero etiam illud uideamus, quomodo sapientiam se Dei substantialiter existere, idem ipse in diuinis ostendat oraculis, per Salomonem, haec de semetipsa sapientia mysticis uocibus prodens: Ego sapientia in altissimis habitauit, consilium & scientiam, & seruum inuocaui: Per me reges regnant, & potentes per me scribunt iustitiam, Per me proceres magnificantur, & tyranni per me obtinent terram. Et post aliquanta iterum dicit: Dominus creauit me initio uiarum suarum, in opera sua ante seculum fundauit me: In initio priusquam terram faceret, antequam prodirent fontes aquarum, priusquam montes fundarentur, ante omnes autem colles genuit me. Quando praeparabat caelos, aderam ei: & quando firmos ponebat fontes sub caelo, cum ipso eram componens omnia. Ego eram cui adgaudebat quotidie. Laetabar autem coram ipso in omni tempore, & ante omne quod dici potest initium, ab ipso patre progenitam facientiam constat. Quid autem causae fuerit, quod non omnibus passim, licet nunc, etiam antea innotuerit, & ad omnes eius fides ac scientia perueniret, exponemus.

Nondum capere poterat perfectam sapientiae Christi doctrinam, rudis ad huc mundus, & peritia totius ignarus: denique statim in initijs adhuc, cum hi qui primi creati fuerant homines, in beatitudine degere, mandato Dei negligentia corrupto, in hanc uitam mortalem & fragilitati obnoxiam deciderunt, ac terra huius diuina maledictione damnatae habitaculum pro paradisi delicijs commutarunt. iam uero qui ex huiusmodi genitoribus per orbem terrae diffusi sunt, serino magis ac beluino ritu oberantes, non urbes ad honestatem, non leges ad uitae iustitiam tenuere. Artium uero disciplinarumque apud eos, & totius philosophiae, ne ipsum quidem nomen habebatur, sed agrestes quidem & ruraliter elementaria inoleuerant conditoris, haec inculta & incondita relinquunt. magis ad usum malitiae, quo uia humani itineris procliuis uergit, conferuntur. Ex quo accidit, ut nefarijs sceleribus inter semetipsos agentes, nunc coramperantur, nunc etiam interimerentur ab inuicem, usque quo procedente immanitate etiam deutorarentur alterutrum. Hinc illae quae mundo sceleris fabulis ultio diuina, nunc inundatione diluuij, nunc etiam populatione ignei imbris obliteret, & immanitate scelerum, poenarum uarietate comprimet. Verum quoniam

Psal. 106.

Iacob.

Gen. 19.

Gen. 32.

Iosue 3.

Exodi 3.

Filius pa-

tri coeter

mus.

Adā et E-

na ē para-

diso eijciū-

tur.

Gen. 3.

Homines

bruite scūt.

Theoman-

chia Giga-

tomachia.

quoniam



Per filium uocatur manus ad Deum.

Hebraei.

Cerimoniae ueteris legis.

Vetus lex, praeparatio ad nouam.

Propheta.

Danielis 7.

Filius hominis.

quoniam creatori suo humanum genus malitiae morbo & contagione corruptum emendandum uidebatur potius, quam delendum, miseratus tunc obsecratus per nequitias mentes, & tenebris caecitatis obstructas, ille ipse qui in principio erat apud Deum Deus uerbum, & sapientia patris, nunc angelorum ac ministrarum uirtutum legationibus utitur, nunc etiam ineffabili dignatione ipse adest, & rarum sic ubi quem Dei ac iustitiae memorem repperit, diuinitate reuelationibus, monitis salubrioribus, instructione, qua Deum decebat, reformare ac renouare de tenebris humanum nititur genus: non in alia quam hominis specie, qua solum homines docere aliquid & instrui ac iuari possunt, donec paulatim gentem integram, quae Hebraeorum appellabatur, ad sui cultum uenerationemque conuerteret. Quibus etiam ut pote adhuc rudibus & contagione uitae prioris infectis, per Moysen prophetam typos & adumbrationem diuini cultus, per sabbata quaedam mystica, & circumcisionem corporis, alius aliquid in spiritu significantem, ceteraque huiusmodi praecipua legalia uelut elementa sacratorum olim futurae eruditionis impressit. Quae tamen lex cum uelut inuitum quoddam luminis mundo huic obfussisset, & odoris sui fragrantia maneat ac terras longe lateque compleisset, atque ex ipsa diuersis in orbis partibus nidorem quendam prudentiores quique capientes, legislatores uel philosophi modesta quaeque & uerecundiora praecipua, atque honestatis & iustitiae composita, auditoribus suis paulatim tradere atque insinuare coepissent, & agrestes ac feros hominum mores ad decora atque honesta instituta reuocare: tunc amici tunc coire inter se uiros, & concordiae subire foedera docuerunt: tunc inuicem homines, & usum rerum discunt habere communem, donec instituti prudentioris docilis humana mens & societatis ad inuicem patiens redderet: ut huiusmodi consuetudinis praerelatione praemissa, apti iam & parati essent ad diuina fierent instituta, patrisque omnium Dei scientiae capaces existerent. In quo ipse iterum omnium uirtutum magister, ipse sermo ac ratio, & uerbum ac sapientia Dei, ipse qui initio cum patre creauerat hominem: ipse, inquam, humanae quoque naturae assumpta substantia, & specie formae seruatis indutus, in nullo penitus ab eo quod nos sumus differens, tempore quo Romani imperij regnum nobilitateque consurgere ipse praesertiterat, ingressus nunc mundum communi quidem nobiscum nascendi aditu, sed nullo autem patre facta ea egit & pertulit, quae de eo futura prophetae praedixerant. Viri enim diuinitus inspirati, hominem qui simul esset & Deus, aduentare huic mundo, & doctorem omnium gentium paternae pietatis ac religionis futurum, sacrosanctis oraculis cecinerunt. Sed & mortis modum, quo de hac uita discederet, ut quae rursum in uilitate more ad uiuere repedaret a mortuis, & post hoc caelestis direxerunt unde descenderet, atque in Deum rediret. De quibus quamuis euidenter quamplurimi significauerint prophetarum, tamen unius indicium, Danielis scilicet, quantum breuitatis necessitas indulget, adhibebo. Dicit ergo de eo ita: Videbam, & ecce sedes posite erant, & uetustas dierum sedebat, & uestimenta eius sicut nix alba, & capilli capitis eius sicut lana munda, thronus eius sicut ignis, rotae eius ignis adurens. Fluuus igneus praecurrebat ante eum. Iudicium positum est, & libri aperti sunt. Et post haec uidebam, & ecce cum nubibus caeli tanquam filius hominis ueniebat, & peruenit usque ad uetussum dierum, & in conspectu eius prolatus est, et datus est ei principatus, et honor & regnum: & omnes populi, tribus, & linguae ipsi seruiunt. Potestas eius, potestas aeterna, quae non transiet, & regnum eius non corrumpetur. Haec omnia manifestissime de nullo alio, nisi de Saluatore nostro, qui erat in principio apud Deum Deus uerbum, dicta intelliguntur. Filius etenim hominis, propter hoc quod in nouissimis temporibus in carne natus est, dicitur. De quibus latius si quis scire desiderat, in suis locis assertiones horum digessimus. Nomen autem hoc (ut diximus) Christi, uomodo etiam per prophetas olim fuerat

adumbratum, tempus est edocere. Primus ipse Moyses, uolens ostendere, quid uenerationis in se nomen Christi & mysterij contineret, cum iuberetur typos & imagines sacramentorum caelestium, sicut ei in monte fuerat ostensum in lege describere: cumque ritum constituendi pontificis traderet, quantum mortali docere fas erat: eum quae supra omnes homines, ut esset honore & meritis, decernebat per unguenti cuiusdam mystici sacramenta Christum nominatum quo per hoc discerent hi qui per legem instituebantur, quia qui supra omnes homines honore & reuerentia habendus est, Christus nominatur. Sed & idem Moyses longe per Dei spiritum prauidens, qui sibi praepararetur successor, & praenoscens quod is qui post se regnum susciperet, maioris sacramenti minister existeret, Iesum cognominauit eum, qui prius Aules parentum fuerat appellatus uocatus: sciens quod in huius uocabuli sacramento cuiusdam maioris gloriae rex, quam mortalis natura recipit, poneretur. Ita igitur per geminam haec appellationis indicia, in altero pontificatus, in altero regalis formae exprimitur insignia. Et Iesus Christus, tanquam qui rex & pontifex esset, pariter nominatur: ut neque in eo aliquid quod ad religionem, neque quod ad potestatem pertinet, deesse populus per praecedentia sacramenta mystice institutus agnosceret. Unde & prophetae actu diuino spiritu, simul & impietatem Iudaeorum, & gentilitium in eo prauidebant salutem. Et tale aliquid unus ex ipsis, cui Hieremias nomen est, praecinebat: Spiritus, inquit, uultus nostri, Christus Dominus comprehensus est in corruptionibus nostris cui diximus: In umbra eius uiuimus in gentibus. Sed & Dauid magnificus uates, haec de eodem memorat: Quae fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges, & principes conueniunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Et paulo post ait ex persona ipsius Christi: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae. Non solum autem pontifices unguento chrisimatis apud Hebraeos consecrabatur, uerum & reges. Qui & ipsi, quoniam diuinitatis natu per prophetas sacro quodam chrisimate delibuti, sortiebantur sceptrum regalia, imaginari licet: tamen etiam ipsi Christi appellabantur, quod scilicet etiam in ipsis caelestis regis imago ac species seruaretur. Sed & in prophetarum ordine inuenimus nonnullos simili modo unguento chrisimatis consecratos, ministerium diuinis eloquijs praebuisse, & gnaros redditos futurorum. Ex quibus omnibus constat, quod filius Dei & uerbum ac sapientia patris, quia uerus rex est omnium seculorum, & quia uerus pontifex est futurorum honorum, & quia uerus propheta est, quippe qui inspiret & repleat prophetas, ideo uere & Christianus nominatus est: cuius nominis per eos, quos supra enumerauimus, pontifices, prophetas, & reges, typus & imago praecesserat. Verum illi, quoniam (ut diximus) ad breue tempus uitae huius, Christi appellabatur, ad solam ueri Christi imaginem conseruandam, quamuis compositione quadam mystica consecrati olei, tantum huius quae inter nos haberi solet materiae ac liquoris, perungebantur. Verum autem hic qui de caelis uenerat, & cui omnia quae praecedebant, gesta fuerant, Christus non humanis opibus, quae sita sunt unguenta, sed nouo ac singulari modo deo uates Esaias praedixerat ex persona ipsius Christi, dicens: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me: euangelizare pauperibus misit me, praedicare captiuis remissionem, & caecis uisum. Nec solus Esaias diuinis haec praedixit oraculis, sed & Dauid similiter inspiratus, testatur de Christo, dicens ad Iesum Christum: Sedes tua Deus in seculum seculi, uirga equitatis uirga regni tui. Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo letitiae praeparauit tuis. In quibus uerbis primo quidem eum euidenter Deum designat. Secundo uero per aequitatis uirgam, sceptrum in eo regale commemorat. post uero etiam qualiter Christus effectus sit, indicat dicens,

CHRISTVS. Exod. 30.

IESVS.

Thren. 4. Psal. 72.

Reges Christi dicuntur.

Christus filius Dei.

Isa. 61. Filius Dei.

quomodo Christus.

factus, hoc est unctus.

Psal. 44.

Vertical handwritten text on the right margin, possibly a library or ownership mark.



Oleum le-
uitie. Chri-
stus ponti-
ficis.
Melchise-
dech.
Psal. 109.

dicēs, quod unctus sit Deus à Deo, non oleo communi, sed oleo lætitiæ eccle-
siæ. Oleo uerò lætitiæ in sacris uoluminib. intellectu mystico spiritus sanctus de-
signatur. Sed & de pontificatu eius idem Dauid alio in loco, tale aliquid arca-
nis signat eloquijs, tanquam ex persona patris de filio pronunciantis: De uen-
tre, inquit, ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & nō pœnitebit eum, Tu
es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedech. Hic autem Melchise-
dech in diuinis uoluminibus sacerdos fuisse Dei summi refertur: sed qui nō o-
leo cōmuni perunctus sit, neq; qui ex successione generis suscepit sacerdos futu-
rus dicitur Christus, qui non olei liquore, sed uirtute cœlestis spiritus consecro-
tur. Idcirco deniq; cum multi antea apud Hebræos in hoc ipsum solēnter cōse-
crato uncti sint Christi & siue reges, siue prophetæ, siue etiā pōntifices per hoc
fuerint instituti, nullus tamen ipsorum uel genti, uel discipulis aut sectatorib.
suo uocabulo nomen dare potuit, & appellare discipulos Christianos, nisi hic
solus qui uerus Christus est: & non oleo humano, sed paterno spiritu per-
unctus. Hic sectatorum suorum populos, & uniuersam per totum mundum
sui nominis gentem ex ueri Christi uocabulo appellari fecit perenni nomine
Christianos. Si igitur unde genus ducat Christus, requiris, et eius auctorē tima-
ris, qui auctor est omnium: audi quid oracula diuina per Dauid magnificenti-
simam uatem ex persona ipsius summi patris loquantur, sicut & paulo super-
ius memorauimus: De uentre, inquit, ante luciferum genui te. Et quamuis tri-
tris appellatio in eo qui recte incorporeus creditur, conuenire minime uide-
tur, tamen tropicis ac mysticis legibus hoc est quod indicatur, quod nō extrin-
secus & aliunde substituerit filium pater, sed ex semetipso, ac si dici potest, de in-
terioribus suis, ut hoc ipsum sit ille qui natus est, quod est ille qui genuit. Et ne
adoptionis lege extrinsecus uideatur assumptus, sed quantum appellatio uer-
tris intelligi suggerit, salua reuerentia incorporalitatis, intrinsecus editus deli-
gnetur ueritate natura. Quod uerò ait, Ante luciferum: ante mundi & antero-
tius creaturæ designat initium. Distinctio sane inter uerum Christum, & imi-
ginarios illos, qui prius præcellerant, quæ habeatur, euident in hoc iudicium
datur, quod illi priores Christi nulli pene nisi genti propriæ cogniti sunt. In
ius autem ueri Christi non solum nomen, sed & potestas, & regnum per om-
nes nationes, & per uniuersum orbem terræ diffusum est, non sola cognitione
uocabuli sed & diuinitatis cultu, ac religionis reuerentia consecratum. In om-
ni namq; terra tanquam uerbum & sapientia patris, tanquam Deus & Domi-
nus Iesus Christus colitur & adoratur, sicut diuinum de eo pronunciatu do-
quitum, dicens: Quia in nomine Iesu omne genu flectetur cœlestium, terrestri-
um, & inferorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria
est Dei patris. Unde non solum potestas eius & regnum, sed & affectus & re-
mor tantus de eo credentium mentibus inoleuit, ut etiam animas ponere pro
nomine eius, & ceruices suas persequutorum gladijs obijcere non morentur,
dummodo factos sancta apud eos nominis eius fides & reuerentia conseruentur.
Hæc interim nobis necessario narrationem rerum præcellerint, quam prole-
qui institutum, in quibus ostendatur nomen Christus Iesus Domini ac Salu-
toris nostri, non nouellæ appellationis alicuius, aut ex carnali natiuitate, sed à
Deo ipso originem ducere. Quod autem recentis uocabuli Christianorum genu-
uidetur, & ritus obseruantia eius nuper exortus: quid etiam hæc ipsa nouitas
in se uetustatis contineat, ostendemus. Antiquissimum præ omnibus fere gen-
tibus Hebræorū genus haberi puto, quod nulli dubitandum uideatur: & quod
apud ipsam gentem secretior quidam religionis cultus & obseruantia, diuini-
tate præditis uiris refertur, quibusdam quidem, qui & ante diluuium fuit

Christiani.
Psal. 190.
De uentre,
quid sit.
Ante lucie-
feru. Dis-
crimē inter
Christos re-
ges & pon-
tifices, &
Christum
Dei filium.
Philip. 2.
Amor in
Christum.
Hebræorū
antiquitas.

rint, alijs autē & post diluuium, in quibus de Noe atq; eius filijs, omniq; pro-
sapia scribitur, & usq; ad Abraham peruenit, quem parentem gentis Hebræo-
rum constat existere. Omnes ergo illos, qui ab Abraham sursum uersus usq;
ad primum hominem, generationis ordine conscribuntur, etiam si non no-
mine, rebus tamen & religione Christianos fuisse si quis dicat, non mihi uide-
tur errare. Cū enim nomen Christiani hoc indicet, quod Christo quis credēs,
per eius doctrinam, fidem, pietatem, ac iusticiam teneat, & studijs diuine inhe-
reat sapientia, atq; omne quod ad uirtutem pertinet, exequatur: si, inquam,
hæc sunt, quæ uocabulo Christiani nominis indicantur, & uera eum religio-
nis sectatorem designat: hoc erant etiam illi sancti (de quibus supra diximus)
uiri, quod Christiani nunc esse profitentur, neq; enim aut corporalis eis ine-
rat circumcisio, aut obseruatio sabbati (sicut ne nobis quidem) aut ulla de ci-
borum obseruatione religio, uel cætera quæ posteriorib. per Moysen figura-
liter magis ac mysticè obseruanda traduntur. Cum igitur absq; his omnibus
obseruationibus fuerint religiosi illi, quorum supra meminimus, uiri, securi
autem sint fidem eius, quem nos nūc sequimur, Christi, quem frequenter ap-
paruisse eis, & edocuisse uel monuisse ea quæ ad fidem & pietatem pertinet,
in superiorib. approbauimus: quomodo dubitat ab illis cœpisse, & ab illis esse
deductam huius gentis originem, qui & eundem Deum, autorem & ducem
uitæ sequebant, & in simili religione obseruantia persistebant? In tantum de-
niq; hæc in illis præmissa & præformata religio est, ut ne ipso quidem nomine
(quod certe solū differentiam facere uidei) habeantur alieni, sed & ipsos iam
tunc non solum Christianos, sed & Christos esse appellatos, diuina testantur
eloquia. Dicit enim de illis ex persona Dei ad alienigenas gentes: Nolite tan-
gere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Hæc cum de Abra-
ham, uel de his qui per illud tempus ad Dei cultū pertinebant, dicta referant,
euidētissime, & luce clarius in ipsis & ante ipsos, Christianorum gentem iam
tunc fuisse, & omnem tenuisse pietatis ac religionis obseruantiam designat:
quam nunc per aduentum carnalis præsentia Christi per omnes gentes com-
municatam, & omnibus impartitā nationib. constat, quo sapientia pietatisq;
tenebatur, qui uelut intra angustum conclaue pro raris quibusq; cultoribus
prius uiritim præbebatur, nunc simul & subito gentibus integris, & populis
ac nationibus ingeratur. Quod ita futurum diuina inspiratione prospiciens
quidam eximius prophetarum, stupore mentis attonitus, cum admiratione
exclamat, ac dicit: Quis audiuit talia? aut quis locutus est ita? Si peperit terra
in una die, & si genita est gens de semel. Et item in alio loco de his ipsis, quos
sermo diuinus gentem simul parturiendam esse prædixerat, contestatur, &
dicit: His autem qui seruient mihi, uocabitur nomen nouum, quod bene-
dicetur super terras. Quod autem ita nouum nomen, quam Christianorum
uocabulum gentis datum? Nouum autem dicit nomen, nuper dispersum,
non nuper inuentum. Verum & hoc ipsum ita futurum, & hanc benedictio-
nem nominis ac fidei omnibus gentibus esse largiendam, nequaquam diuini
oraacula siluerunt. De ipso namque Abraham, cum adhuc esset in præpu-
tio constitutus: dicit sermo diuinus. Credidit Abraham Deo, & reputatum
est ei ad iusticiam, & amicus Dei appellatus est. Credidisse igitur refertur ei,
quem apparuisse frequenter & instruxisse eum, quæ ad pietatem & religio-
nem pertinent, supra edocuius, Christo scilicet, per quem omnia consta-
re quæ gesta sunt, uel gerenda, sæpe probatum est. A quo etiam ad ipsum
Abraham responsa huiusmodi deferuntur: Et benedicentur, inquit, in te
omnes tribus terræ. Et iterum: Faciam te in gentem magnam & multam: &
benedicentur in te omnes gentes terræ. In quo euidenter exprimitur, quod il-
le cultus, atq; illa fidei gratia, quæ tunc Abraham, & paucis illis qui id tempo-

Christiani
fuerunt uete-
res ab Adam
usq; ad Abra-
ham.
Fides.
Christiani
Christi.
Psal. 104.
Esa. 66.
Esa. 62.
Nouum no-
men.
Gen. 15.
Rom. 4.
Genes. 22.
Gen. 26.

R ris fide



ris fide & pietate insignes erant, concedebatur, postmodum per omnes gentes, ac per omnes terras esset benedictionis titulo per diuinam gratiam largienda. Certum namque est, quod sicut ille credens ei qui sibi apparuit, iustificatus est: & paternis superstitionibus repudiatis ac spretis, Dei ueri praecepta fide atque operibus exequutus est: & per hoc ei dicitur, Quia benedicetur in te omnes tribus & omnes gentes terrae. Ita & Christiani fide atque operibus in te omnes tribus & omnes gentes terrae. Ita & Christiani fide atque operibus in te omnes tribus & omnes gentes terrae. Ita & Christiani fide atque operibus in te omnes tribus & omnes gentes terrae.

Antiquissima religio Christiana.

Alia, cui res

De tempore natiuitatis Christi secundum carnem. Cap. II.

Anno Christi. Christi natiuitas.

Luc. 2.

Igitur secundo & quadragesimo imperij Caesaris Augusti anno, ab Aegypto uero subiugata, & Antonij uel Cleopatras interitu, in quam nouissima Ptolemaeorum apud Aegyptum regna ceciderunt, octauo & uigesimo anno, Dominus & Saluator noster Iesus Christus prima ascriptione census, Cyrenio Syriae praesidente, secundum ordinem totius prophetiae, quae de ipso praedicta est, in Bethlehem Iudae oppido nascitur. Hunc autem Cyrenij temporibus habitum censum, etiam Iosephus illustris Hebraeorum historiographus memorat, annuuntians huic narrationi etiam Galilaeorum haeresim eiusdem exortam esse temporibus. De qua apud nos Lucas in Actibus Apostolorum meminit his uerbis.

De Iuda Galilaeo, et Theoda. Cap. III.

An. Dom. 5. Iudas Galilaeus. Cyrenius. Iosephus Antiq. lib. 19. ca. pite 1.

Ioseph. bell. Iud. lib. 2. ca. pite 7. Ioseph. Ant. lib. 14. ca. 23. Anno ante Christum natum 35. Herodis generus. Anno mundi 3527. iuxta Hebraeos.

Post hunc, inquit, surrexit Iudas Galilaeus, in diebus conscriptionis census, & auertit populum post se. Sed & ipse periit, & omnes qui credebant ei, dispersi sunt. De his autem ipsis Iosephus (de quo supra diximus) in historia sua octauodecimo Antiquitatum libro, hoc modo commemorat: Cyrenius autem uir unus ex consensu curiae Romanae, per singulos magistratus usque ad gradum consulatus ascendens, cetera quoque honorabilis, cum paucis Syriam uenit, a Caesare ius dare gentibus missus, & censor simul patrimoniorum futurum. Et post pauca ait: Iudas uero Gaulanites, uir de ciuitate Gamala, Sadduchum quendam Pharisaicum assumens, magnopere nitebatur sollicitare plebem, asserens eis, quod ascriptio census nihil aliud quam apertissimam impositam seruitutem: simulque cohortabatur gentem suam, ne perderet libertatem. Sed & in secunda historia Iudaici belli de hoc ipso haec scribit: Quo in tempore, inquit, uir quidam Galilaeus, Iudas nomine, ad discessionem populos cogebat, pessimum fore eis persuadens, si aduerserent solvere tributa Romanis, post Deum, mortalem suscipere dominatum. Haec Iosephus.

De Herode, quod ex alienigenis uenerit ad regnum. Cap. IIII.

Per idem tempus Herodes primus ex alienigenarum genere ortus, regnum Iudaicae gentis obtinuit. Et in ipso completur prophetia quam Moyses ante praedixerat, quod non deficeret princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, usquequo ueniret cui repositum est, De quo etiam pronuntiat

idem Moyses, quia ipse sit expectatio gentium. Imperfectus namque huius praesagij pendebat euentus, donec sub propriae gentis principibus regeretur: qui incipientes ab ipso Moysse, qui haec praedixerat, usque ad Augusti imperium perdurarunt. Quo in tempore primus (ut supra dixi) Herodes externi generis uir, a Romanis Iudaeorum suscepit principatum. Qui Herodes secundum eaque Iosephus tradit, ex Idumaeorum gente paternum genus, ex Arabum uero materni sanguinis originem deducebat. Africani autem, qui & ipse praerant, Antipatrum quendam esse patrem Herodis Ascalonitae, qui & ipse fuerit Herodis cuiusdam filius, templi Apollinis aeditui. Hic Antipater ab Idumaeis latronibus captus admodum puer, permansit cum praedonibus, pro eo quod pater eius rei familiaris inopia filium redimere non ualere. Verum puer latronum uita & moribus institutus, postmodum Hyrcano cuidam Iudaeorum pontifici familiaris efficitur, ex quo nascitur Herodes hic, qui Saluatoris temporibus fuit. Haec Africani.

Quod Herodis tempore interrupta sit regum successio, secundum Danielis prophetiam. Cap. V.

Igitur cum in hominem externae gentis Iudaeorum deuenisset imperium, imminebat sine dubio etiam illa propheticis praedicta uocibus expectatio gentium: quippe cum defecissent apud eos ab origine ipsius Moysi sceptrorum principum regumque successio. Prius enim quam in captiuitatem Babyloniam ducerentur, regnauit apud eos Saul primus, & inde Dauid. Nam ante reges a Iudicibus regebantur, qui post Moyssem & Iesum successorem eius, gentis illius tenuerant principatum. Post reditum uero de Babylonia non detuere eis gubernacula disciplinis optimis instituta. Per pontifices etenim rerum summa gerebatur, donec Pompeius Romanorum magistratus adueniens, Hierosolymam urbem quidem Romanis armis oppugnaret, & caperet: sancta uero & sacratissima quaeque templi pollueret, ita ut ne ab ipsis quidem adytis ingressum temperaret hostilem. Eum uero qui per uitam successione per idem tempus regno simul & pontificio fungebatur, Aristobolum nomine, tinctum cum Iudaeorum gentem ex illo tempore tributariam Romano fecit imperio. Sed Hyrcano, in quem ultimus Iudaeorum gentis pontificatus fuerat deuolutus, a Parthis capto, primus (sicut supra dixi) externi generis uir Herodes, per senatusconsultum Augusto imperante, Iudaeorum gentis adipiscitur gubernacula. Sub quo imminente iam Saluatoris aduentu, etiam gentium saluta est. Ex quo utique tempore interrupta successione serie ducum uel principum, qui de Iudae formoribus descendebant, consequenti ratione, ordo quoque sacerdotum ab aui & proauis indeclinabiliter currens, repente confunditur. Habes & de his idoneum testem ipsum Iosephum, qui indicat, Herodem postquam regnum sibi Iudaeorum a Romanis concessum est, non iam secundum generis ordinem constituisse pontifices, sed ignobilibus quibusque sacerdotia permixisse. Similia quoque in sacerdotibus ordinandis, egisse etiam successorem eius Archelaum refert, post quem Iudaeorum imperium dicit recepisse Romanos. Idem ipse Iosephus indicat, quod etiam sacra uestem pontificis summi Herodes obelusam sub signaculo suo tenuerit, nec unquam pontificibus usum eius potestatem uel permiserit. Hoc idem & successor eius Archelaus. Hic & Romanis approbata uolentibus ueritatem prophetiae, quae in aduentu Domini & Saluatoris nostri impleta est. Sed & apud Daniele prophetam euidenter nuperus septimanarum, qui usque ad Christum ducem futurus designatur, impletus est, de quibus in alijs locis exposuimus. Post quarum septimanarum consummationem.

At iuxta Eusebium 316. 4. Genes. 49.

Antipater pater Herodis.

Iudices.

Reges.

Pontifices.

Aristobolus. Hyrcanus.

Archelaus successor Herodis. Anno Dom. 3.

R 2 consummationem.

Vertical handwritten text on the right margin of the right page.



consummatione abolendum esse chrisma, quod apud Iudeos sacratissimum serua-
bat, idem propheta designat. Quod quidem manifestissime eo ipso tempore,
quo Dominus noster Iesus Christus aduenit, probatur impletum. Haec autem
a nobis per necessarium relata ad ostendendam ueritatem temporum teneantur.

De diuersitate generationum à Mattheo & Luca conscripta, & quae de his
referat Aphricanus. Cap. VI

Aphricanus
historiogra-
phus.

Succesio na-
turalis.

Legalis.

Verum quoniam de generationibus Christi uariè nobis Mattheus & Lu-
cas Euangelistae tradiderunt, & contraria sibi à quāplurimis dicere pu-
tantur, in quo etiam nonnulli fidelium ueritatis ignorantia commenta qua-
dam pro suis uisq; opinionibus conantur adhibere, etiam de hoc historia,
quae ad nos usq; deducta est, in mediū proferamus. Aphricanus, cuius supe-
rius fecimus mentionem, scribens ad Aristiden quendam de Euangeliorū co-
sonantia, & de genealogijs quae à Mattheo & Luca diuersae referuntur, ex-
torum quidem opiniones procul à ueritate errantes coarguit: ipse autem hi-
storiam quam compererat, his ipsis protulit uerbis: Apud gentem, inquit, il-
rael generationum nomina nunc secundum naturam, nunc etiam secundum
legis ordinem numerantur. Naturae quidem successiones habent, quae ex se-
minis uel sanguinis ueritate descendunt. Legis autem, cum quis filius alio ge-
nerante substituitur sub nomine fratris defuncti sine liberis. Cum enim reu-
rectionis inter eos spes necdum fuisse accepta, per hanc resurrectionis quae-
dam imitabuntur imaginem, uti ne nomen generis uitio sterilitatis aboleret.
Cum ergo huiuscemodi apud eos generationum ordines seruauerint, ut qui-
dam ex ipso germine, quidam ex substitutione ab alijs generati, alijs filij legis
beneficio deputarentur, à singulis Euangelistarū utriusq; modi commemo-
rata successio est: id est, ut alter eorum eum qui genuisset, alter uero eum qui
quali genuisset uideretur, exponeret. Et ita fit ut neutrum Euangelium men-
tiatur, dum aliud naturae ordinem, aliud uero legis exequitur regulam. Con-
iunctum namq; sibi est inuicem genus, & illud quod per Salomonem, & il-
lud quod per Nathan deducitur per legales substitutiones, quae fiebant his
qui sine liberis decedebant, & per secundas nihilominus nuptias, quibus unus
atq; idem alijs parentibus progenitus, aliorum esse filius uidebatur. Et ita fit,
ut utraq; narratio generationem usq; ad Ioseph uerissimis lineis deducatur,
diuerso quidem, sed satis explorato ordine designata. Ut autem clarius fiat
quod dicitur, ipsas generationum consequentias enarrabimus. A Dauid per
Salomonem generatio, quam dinumerat Mattheus, tertium à fine de Dauid
than, qui dicitur genuisse Iacob patrem Ioseph. Per Nathan uero de Dauid
Lucas generationum ordinem texens, tertium nihilominus eiusdem loci fa-
cit Melchi. Dicit enim: Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi. Nobis autem
imminet ostendere, quomodo Ioseph dicitur secundum Mattheum quidem
patrem habuisse Iacob, qui deducitur per Salomonem: secundum Lucam ue-
rò Heli, qui deducitur per Nathan: utq; isti ipsi, id est Iacob & Heli, qui erant
duo fratres, habentes alius quidem Mathan, alius autem Melchi patrem, ex
diuerso genere uenientes, etiam isti Ioseph aui esse uideant. Est ergo modus
iste: Mathan & Melchi diuersis temporibus de una eademq; uxore, Estha no-
mine, singulos filios procreauerunt, quia Mathan qui per Salomonem descen-
dit, uxorem eam primus acceperat, & relicto uno filio Iacob nomine defun-
ctus est. Post cuius obitum (quoniam lex uiduam alij uiro non uetat nubere)
Melchi qui per Matthan genus ducit, cum esset ex eadē tribu, sed non ex eo-
dem genere, relictam Mattheae accepit uxorem, ex qua & ipse suscepit filium,
nominē Heli, per quod ex diuerso patrum genere efficiuntur Iacob & Heli
uterini fratres, quorum alter, id est Iacob fratris Heli sine liberis defuncti u-
xorem ex mandato legis accipiens, genuit Ioseph, natura quidem germinis
lium suum, propter quod & scribitur, Iacob autem genuit Ioseph. Secun-
dum uer-

Matth. 1.
Luca 3.

dum uero legis praecipuum Heli efficitur filius: cuius Iacob, quia frater erat,
uxorem ad suscitandum fratris semen, acceperat. Et per hoc rata inuenit atq;
integra generatio: & ea quam Mattheus enumerat, dicens, Iacob autem ge-
nuit Ioseph: & ea quam Lucas competenti obseruatione designat, dicens, Quod
putabatur esse filius Ioseph, qui fuit Iacob. Qui & ipse subsonante eadem di-
stinctione, Heli esse filium putabatur, qui fuerat Melchi: qui legalem hanc suc-
cessionem, quae uelut adoptione quadam erga defunctos constat magis, q̄ ger-
minis ueritate, competenti satis per hoc designauit indicio: obseruans Euan-
gelista, ne omnino in huiuscemodi successionebus genuisse aliquem nomina-
ret, per quod dignè distinctione non descendens, sed ascendens usq; ad Adā,
& ad ipsum usq; peruenit Deum. Haec autem non nobis ad subitum reperta,
aut absq; ullis autoribus commentata sunt: sed ipsi haec Saluatoris nostri secū-
dum carnem propinqui, seu studio tanti seminis demonstrandi, siue edocen-
di quae secundum ueritatem gesta sunt, tradiderunt: addentes etiam hoc, quod
Iudum Idumaei latrones Aiscalonicae ciuitati intrantes, & de Apollinis templo,
quod muro urbis adhaerebat, cum ceteris spolijs etiam Antipatrum Herodis
cuiusdam aeditui filium captiuum diripiissent, accidisse postmodum, ut ad
amicitias Hyrcani pontificis Antipater perueniret, cuius principatum quod
in quam plurimis iuuisset, defuncto eodem Hyrcano, Herodi filio suo à Ro-
manis per ambitionem regnum Iudaeae gentis acceperit. Verum haec & in alijs
Graecorum historijs designantur. Sed illud praecipue supra dicti uiri memo-
riae tradiderunt, quod per idem tempus omnes Hebraeorum generationes de-
scriptae, in archiuis templi secretioribus habebantur, in quibus etiam alienige-
narum quorumq; continebantur origines: sicut Achior ex Ammanitis, &
Ruth ex Moabitibus: alij etiam ex Aegypto, qui dicuntur Israelitis esse commixti.
Verum Herodes cum summam potestatem teneret, uidens quod huiuscemo-
di generis indicia si permanerent, obfuscationis sibi plurimum quarerent, i-
gnobilitatis suae conscientia exagitatus, omnes libros in quibus conscriptio
generis habebatur, iussit incendi: estimans se nobilem uideri posse, si nouitius
esse & aduena Israelitici generis nullis conscriptionum fastibus urgeretur.
Verum fuerunt tunc pauci diligentes & studiosi uiri, qui uel descriptos ex par-
te aliqua huiuscemodi libros domi haberent, uel etiam memoriter auitae ordi-
nem perspicere retinerent, praecipue quos demissa à proauis nobilitas commo-
nebat. Ex quibus fuerunt & hi (quos paulo ante memorauimus) *ἱστορικοί*,
id est, heriles uel dominici appellati, propter propinquitatem generis Christi
qui & Nazareni fuerunt ex uico Cocchaba Iudaeorum: quippe per omnem re-
gionem circumeuntes, ordinem supra dictae generationis partim memoriter,
partim ex dierum libris, in quantum erat possibile, perdocebant. Quibus ita à
nobis (in quantum diligentia potuit) perscrutatis, euidentissime Euangelio-
rum per hanc ueritatem declaratur. Haec sunt quae ab Aphricano didicimus. Hoc
itaq; modo in Ioseph patrum generatione deducta, dubitari iam non potest de
Maria, quin eiusdem generis atq; eiusdem tribus extiterit. Siquidem secun-
dum regem Moysi non licebat in diuersas tribus nuptias permisceri, sed uni
ex eodem populo, atq; ex eadem familia innupta praecipitur copulari, ut ne
permixtione conjugij etiam fors hereditatis deducatur in dubium, & de alia
tribu contra fas ad aliam transferatur. Sed de his satis sit dictum

De nece infantium apud Bethlehem, & Magorum presentia. Cap. VII.

Christo igitur secundum prophetiae fidem nato in Bethleem Iudae, tempo-
ribus supra dicti Herodis, de orientis partibus aduentantes ex Magorū
gente quidam uiri percontabant ab Herode, ubi nam esset rex qui nuper na-
tus est Iudaeorum, affirmantes uidisse stellam eius in Oriente, quae sibi etiam
dux itinervis extitisset: causam uero tantae prope rationis, adorandi ac ueneran-

Legalis suc-
cessio apud
Lucam.

Antipater
Herodi filio
regni à Ro-
manis ob-
tinuit.

Alias comen-
dabat.

Diaria.

Ann. Dom. 1.
Magi Hero-
dem aduent.

R 5 di nuper



Mich. 5.

Matth. 2.

di nuper editi regis esse. Quibus ille auditis, incredibiliter deterret, uerens ne statur sui periclitaretur imperij. Accersitis ergo legis doctorib. percontat ubi nam Christum nasci sperarent. Ut uero ex Michae oraculis locus natiuitatis eius apud Bethleem designatus est, uno precepto rex oēs lactantes pueros, nō solū apud Bethleem, sed & in omnib. eius finib. à bimis & infra, secundū tempus quod explorauerat a Magis, interimi iubet, si quomodo etiam Iesum cū aqua uis posset extinguere. Sed praeruenit regis insidias puer abductus in Aegyptum, parantibus de dolo regis, angelo praenunciante commontis.

De cruciatibus ipsius Herodis, qui necari iussit infantem. Cap. VIII

Verum haec etiā sacris Euangelij uocibus edocemur. Sed operaprecium est crudelitatis Herodis in Christum & aqua uos eius uidere mercedem. statim namq. nec mora, ultio in eum diuina conuertitur, quae nō solū praesens inferret exitium, uerum etiam quibus post interitum supplicij esset excrucians ostenderet. Longum est, si prosperitates imperij eius, quibus ad illud tempus usq. pollebat, domesticis referam cladibus obscuratas: ignominiam matrimonij, funera liberorum, quorum tamen ipse extiterat parricida. Sororis etiam, propinquorumq. omnium, si exequar clades, tragœdia magis quam historia texti uidebitur. De quibus tamē si quis scire uult, Iosephus plenius refert. Igitur cum pro sacrilegio quod in Saluatorem commiserat, & scelere quod in aqua uos eius peregerat, ultio eum diuina urgeret in metum, quem dederit exitum, non putō indecorum, si ipsius Iosephi in septimo decimo libro Antiq. hae referentis sermonibus explicemus. Herodē, inquit, porro amarior indies morbus urgebat, supplicia cōmissi paulo ante sceleris expetens. Lento namq. igne extrinsecus in superficie corporis utebatur, intrinsecus uero uastū condebat incendium. Auuiditas inexplēbilis semper intrat cibi, nec tamen faciari unquam rabidis incitata faucibus ualebat nimia gulae ingluuies, intestina intrinsecus ulceribus obsepta: doloribus quoq. colicis oberrabat, & ab inferioribus partibus pubetenus tumore distentus erat. Sed & uerenda ipsa putredine corrupta, scatere uermibus ceperunt. Spiritus quoq. incredibilis inflatio, & tentigo obscena satis & execranda. His autem omnibus doloribus fortior dirior, uel ex membrorum putredine, uel ex suffocatione anhelitus reddebatur. Ita ex omni parte cruciatibus perire uires ad tolerantiam poterant. Dicebant ergo hi, quibus diuinandi peritia est, has diuinitus poenas ab eo ob multa eius impietate & crudeliter gesta deponeri. Hae quidem in praedicta historia refert uir, de quo paulo ante memora uimus. Sed & in secundo libro idem historiographus similia nihilominus de eodem scribit, hoc modo dicens: Post haec uero omne corpus eius morbus inuadens, diuerso sibi met eum corruptele genere uendicabat. Febris namq. in parte lenta uexabat, prurigo ex alia parte intolerabilis per omnem corporis diffusa superficiem: coli quoq. creberrimus dolor: pedes pubetenus hœrebat obsederat tumor. Verenda corrupta putredine, & scateu uermibus hœrescebant. Inflationes etiam tortuosi spiritus, & crebra suspiria conuulsis admodum producta uisceribus, ita ut dicerentur a uatibus non morbi corporis hae, sed diuinæ ultionis esse supplicia. Qui cum tot morbis etiam feracibus uergeretur, tamen spem adhuc uiuēdi gerens, de medelis ac remedijs cogitabat. Deniq. transito Iordane, aquis calidis quae apud Calliroen sunt, utebatur, quae etiam potantibus commodae dicuntur. Visum est autem medicis, etiam oleo calido omne corpus fouendum. Cumq. depositus fuisset in huiusmodi fomento, ita resolutus est omnibus membris, ut etiam oculi ipsi e suis sedibus soluerentur,

Iosephus.

Ios. Anti. lib. 17. cap. 7.

Herodis cruciatibus.

Ios. bell. Iud. lib. 2. cap. 11.

De crudelitate Herodis, quam mortis suae tempore perpetravit. Cap. IX.

Reportatur ergo exin Hiericho, & famulorū planctibus admonitus, ubi salutem desperare cepit, militibus quidem quinquagenas drachmas dituro furore iam plenus, & amicis suis plurimum pecuniae largitur. Ipse uero terribile. Etenim ex singulis quibusque uicis uel castellis, si qui nobiliores & primarij erant uiri, ex omni Iudaea ad se colligi, & recludi iubet in loco qui dicitur Hiprodomus. Accersita tantum sorore sua Salome, atq. eius uiro nomine Alexa: Noui, inquit, Iudaeos de meo interitu gauisuros, sed potero habere lugentes, & exequias honorabiles ex plangentium multitudine, si uolueritis meis parere praecipis. Hos omnes quos in custodia haberi iussi totius Iudaeae nobiles, statim ut ego spiritum exhalauero, interficite, in hoc ipsum militibus preparatis: ut omnis Iudaea, & omnis domus etiam inuita desleat obitum meum. Et post pauca idem Iosephus ait: Rursum autem, nam et cibi auaritate, et tulsis conuulsione distendebatur, cum ex dolo uolentia iam uitae exitum adesse sensisset, malo accepto cultum poposcit (solebat enim per semetipsum purgatum sic pomum, atq. incisum, comedere) tunc deinde circumspiciens ne quis esset qui prohiberet, eleuauit in semetipsum dexteram, ieiunq. librauit. Ad haec idem profertur scriptor, quod paulo antequam nouissimum spiritum redderet, tertium post duos quos ante necauerat, filium suum praecipis impis singularisset, atq. ultimam lucem, sicut non absq. maximis doloribus corporis ita etiam nec absq. parricidij piaculis aufugisset. Talis igitur Herodis exitus finis, quo digna supplicia pro scelere quod in Bethleem erga paruulos gesserat, & pro insidijs Domini nostri ac Saluatoris exactus est.

Alexa.

Herodes seipsum iugulat.

An. Do. 3. Ios. Antiq. li. 17. p. 10.

De Archelai regno post Herodem. Cap. X.

De successore uero eius historia nos euangelica pdocet, q. posteaq. perdit ad terram Iudaeae. Audiens, inquit, Euangelista, quia Archelaus regnaret pro Herode patre suo, timuit ire illuc: comonitus autem in somnis, abiit in partes Galilaeae. Huius autem euangelicae ueritatis consona scribit etiam supradictus historiographus, diligenter haec exequens: quomodo ex testamento Herodis patris sui, adiudicāte etiam Caesare Augusto, regni Iudaeorū successor extiterit Archelaus, & ut post decem annos imperio deuolutus sit, utq. Philippus & Herodes minor frater eum Lyfania in tetrarchias diuisum Iudaeae regnum regebant.

Matth. 2. Ios. Ant. lib. 17. cap. 10.

Archelaus. An. Do. 12.

Quod falsa esse acta, quae Iudaei proferunt, etiam Iosephi testimonio ex consonantia temporum conuincantur. Cap. XI.

Idem quoq. ipse historiographus in octauodecimo libro refert. Duodecimo anno Tiberij Caesaris, q. Augusto septem & quinquaginta annis principatu potito successerat, Pontium Pilatum Iudaeae procuratorem, suscepisse, atque inibi per decem continuos annos usque ad ipsum pene finem Tiberij perdurasse. Ex quibus omnibus signum impudens euidenter arguitur auctorum, quae recenti confecta plasmate aduersus Christum Dominum proferuntur: in quibus primo omnium temporis ipsius ratio coarguit falsitatem. Quareculi in Saluatorem commisi tempus falsa haec acta perscribunt. Quo in tempore euidenter ostendit, ne missus quidem adhuc ad Iudaeae procuratorem Pilatum secundu Iosephi probatissimi historici testimonio, qui planissime designat duodecimo anno Tiberij Caesaris Iudaeae procuratorem suscepisse Pilatum. Consonanter autem in his cum historico Euangelista concordat, quintodecimo dicens anno Tiberij Caesaris, in quo quartus erat Pilati procuratoris annus, cum etiam Iudaeae tetrarchae haberentur Herodes, & Lyfania, & Philippus, Dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum fuisse anno-

An. Do. 17. Ios. Ant. 18. ca. 8. & bell. Iud. lib. 1. cap. 6. Actorum liber aduersus Christum.

An. Do. 30.

Thomas.
Tathæus.

nomine gentis ultra Euphratem positæ principatum nobiliter tenens, morbo quodam corporis irremediabili, quantum inter homines tenebatur. Qui cum de nomine Iesu, & de mirabilibus uirtutum eius audisset, supplex ei per epistolam factus exorat, misso in rem homine diutini morbi uinculis, quibus tenebatur, absolui. Sed ad presens quidem à Domino corporis eius cura differtur, dignus tamen efficitur rescripto epistolæ Saluatoris, in qua simul etiam promittitur ei quod non multo post desiderij consequeretur effectum. Denique post resurrectionem atque ascensionem Domini ad cælos Thomas Apostolus ex commonitione diuina Tathæum quendam, unum ex septuaginta discipulis, ad Edessenam ciuitatem Euangelistam & prædicatorem uerbi Dei emittit, simul & quæ à Domino promissa fuerant, impleturum. Hæc in archiuis publicis Edessenæ ciuitatis, in qua tunc supradictus Abgarus regnauerat, scripta descriptis reperimus in his chartis, quæ gesta regis Abgari seruata antiquitas continebant. Et ut euidentis dictorum ueritas fiat, ipsarum exemplaria epistolarum ex Syrorum lingua translata ponemus.

Exemplar epistolæ scriptæ à rege Abgaro uel Toparcha ad Iesum, et misse Hierosolymam per Ananiam cursorem.

Abgarus, Vchanie filius, Toparcha, Iesu Saluatori bono, qui apparuit in locis Hierosolymorum.

Auditum mihi est de te, & de sanitatibus quas facis, quod sine medicamentis aut herbis fiant ista per te, & quod uerbo tantum cæcos facis uidere, & claudos ambulare, & leprosos mundas, & immundos spiritus ac demones eiecis, & eos qui longis egritudinibus affliguntur, curas & sanas, mortuos quoque suscitatis. Quibus omnibus auditis de te, statui in animo meo unum esse & duobus, aut qui tu sis Deus, & descenderis de cælo ut hæc facias: aut quod filius Dei sis qui hæc facis. Propterea ergo scribens rogauerim te, ut digneris usque ad me fatigari, & egritudinem meam, qua iam diu laboro, curare. Nam & illud comperi, quod Iudæi murmurant aduersum te, & uolunt tibi insidiant. Est autem ciuitas mihi parua quidem, sed honesta, quæ sufficiat utriusque.

Exemplum rescripti ab Iesu per Ananiam cursorem, ad Abgarum Toparcham.

Beatus es, quia credidisti in me, cum ipse me non uideris. Scriptum est enim de me, quia hi qui me uident, non credenti in me: & qui non uident me, operentur credent, & uiuent. De eo autem quod scripsisti mihi, ut ueniam ad te, oportet me omnia propter quæ missus sum hic explere: & postea quam compleuero, recipi me ad eum, à quo missus sum. Cum ergo fuero assumptus, mittam tibi aliquem ex discipulis meis, ut curet egritudinem tuam, & uitam tibi largiarum, quod infra scriptum est. Postea uero quæ Iesus assumptus est, misit ei Iudas, qui & Thomas, Tathæi Apostolus unum ex septuaginta. Qui cum uenisset, manebat apud Thobiam, filium Tobie. Ut autem audiuit de eo Abgarus, & nunciatus est ei quod uenisset Apostolus Iesus, secundum quod ei scripserat: & cepisset Tathæus in uirtute Dei curare omnem languorem & infirmitatem, ita ut omnes mirarentur: Abgarus consideratis mirabilibus quæ faciebat, recordatus est quod ipse erat de quo sibi Iesus scripserat, dicens: Cum autem fuero assumptus, mittam tibi aliquem de discipulis meis, qui egritudinem tuam sanet. Et uocans ad se Thobiam, apud quem manebat, ait ad eum: Audiui quod uir quidem potens uenit, & manet in domo tua, adduc eum ad me. Cumque redisset Thobias ad Tathæum, dixit ei: Abgarus Toparcha uocauit me ad se, & dixit mihi, ut te ad eum perducam, ut cures eum. Et Tathæus, Veniam, inquit, quoniam maximè propter ipsum missus sum. Postero igitur die Thobias, mane assumpto Tathæo, uenit ad Abgarum. Et cum iam fuisset ingressus presentibus primatibus suis, statim in ingressu uultu est Abgaro diuini nescio quid splendoris in uultu apostoli Tathæi. Quod cum

Al. Do. 43

cum uidisset Abgarus, adorauit Tathæum: super quo admirati sunt omnes qui assistebant regi. Ipsi enim nihil horum uidebant, quia soli Abgaro fuerat ostensum. qui & dicere cepit ad Tathæum: Verè discipulus es Iesu filij Dei, qui mihi dixerat: Mitto tibi aliquem de discipulis meis, qui te curet, & uitam tibi præstet. Et Tathæus respondit: Quia magnificè credidisti in eum qui me misit, propterea missus sum ad te. Et si permanseris in fide eius & credulitate, præstabuntur tibi omnia desideria cordis tui. Tum & Abgarus ad eum: Vique adeo, inquit, credidi ei, ut & Iudæos qui eum crucifixerunt, ueni auctoritas impediret. Et Tathæus ait ad hæc: Dominus noster uoluntatem patris sui impleuit: qua impleta, assumptus est rursus ad patrem. Dicit ei Abgarus: Et ego scio, & credo in eum, & in patrem eius. Et Tathæus: Propterea, inquit, pono manum meam super te in nomine eius. Et cum hoc fecisset, statim omni egritudinis morbo, quo tenebatur, absoluitur. Miratus est autem Abgarus, quod sicut uerbis audierat de Iesu, ita rebus & operibus reperit per Tathæum discipulum eius impleri, qui cum absque medicamentis & herbis curat. Non solum autem illum, sed & Abdon quendam & Abdæ filium podagra laborantem, cum se uestigijs eius aduolueret, manus impositione curauit. Multosque alios urbis illius ciues uarijs obsessos incommodis sanauit. Et sic opera magna & miranda perficiens, prædicabat uerbum Dei. Post hæc autem Abgarus ait ad Tathæum: Tu, inquit, cum uirtute Dei hæc facis, & nos omnes uidentes admiramur. Verum quæso te, enarra mihi de aduentu Domini quomodo factus sit, & de uirtute eius, in qua faciebat hæc quæ audiui. Et Tathæus: Nunc quidem tacebo: uerum quia uerbum missus sum predicare, crastino congrega mihi omnes ciues tuos, & coram ipsis prædicabo, & seminabo in eis uerbum uitæ & aduentus Iesu, quomodo fuit, & cur, uel qua de causa est missus à patre, & de uirtutibus operum eius, uel de mysterijs, quæ loquutus est in hoc mundo, & qua uirtute hæc fecit. Sed & de noua eius predicatione, & quod ita paruulus & humilis, & quomodo ita se humiliavit: & deposita maiestate, paruifecit Deitatem suam, ita ut & in crucem ageretur, & in infernum descenderet, & dirumperet sepem, quam a se descendit diruperat, & mortuos suscitaret. Qui descendit quidem solus, aut mature omnes ciues conuenerent, & audirent predicationem Tathæi. Et post hæc iussit ei dari aurum & argentum: sed ille non accepit, dicens: Si noscimus, quomodo accipiemus aliena? Gesta sunt autem ista quadragesimo & tertio anno. Hæc non inutiliter (ut puto) à nobis ad uerbum ex Syrorum lingua interpretata, hunc in nostris libris tenebunt locum.

Al. Abdei.



Vacuum oportuit uelut in principijs Ecclesiasticæ historiae designari, siue de diuinitate Saluatoris, siue de antiquitate nostræ religionis, ac uetustate doctrine, & ut olim tradita sit Christi anorum, quæ nouella uidetur, institutio, sed & de aduentu ipsius Domini et Saluatoris nostri nuper impleto, ac passionibus consummato, de apostolorum quoque electione, superiore libello, quanta potuimus breuitate perscrinximus. Age iam nunc, quæ etiam post ascensionem eius consecuta sunt, uideamus partim diuinarum scripturarum testi-



testimonijs edocentes, partim extrinsecus ex his que fideliter in comentarijs, qui ad memoriam posteritatis inuenti sunt, comperimus approbantes.

De uita & institutione apostolorum post ascensionem Domini. Cap. I.

Act. 1. Diaconi 7.

Act. 6.

Hoc est corona Act. 7.

Jacobus iustus episcopus Hierosolymorum.

Mat. 1. An. Do. 34.

Ios. 21. 20. 11. An. Do. 58.

An. Do. 44.

An. Do. 43.

Act. 8.

Discipuli dispersi iudeis predicabant.

Saulus.

Act. 9. Philippus diaconus.

Act. 8.

In filios catechumenos.

Primus igitur in apostolatam pro Iuda proditore Machias sorte consecratus, qui erat unus ex discipulis Domini, sicut supra demonstratum est. Ordinantur autem & diaconi septem numero per orationes & manus impositionem apostolorum, ministerij uiduarum gratia. In quibus Stephanus, qui & primus post Dominum, statim post ordinationem suam lapidatur ab his qui & Dominum occiderunt, per quod & nominis sui ^{scriptura} donatur a Christo. Tunc & deinde Iacobum qui dicebatur frater Domini, pro eo quod esset filius Ioseph, qui Christi quasi pater habebatur, quoniam quidem desponsata ei fuerat uirgo Maria, qua priusquam conueneret cum eo, inuenta est in utero habens de spiritu sancto, sicut Euangelista protestatur. Hunc inquam, ipsum Iacobum, qui & Iustus cognominatus est ab antiquis, uirtutum merito, & insignis uitae priuilegio, primum historiae tradiderunt susceptionem libro asserit, dicens: Petrus enim, inquit, & Iacobus, & Ioannes, post assumptionem Saluatoris, quamuis ab ipso fuerint omnibus penes prelatum, tamen non sibi uindicabant primatus gloriam: sed Iacobum, qui dicebatur Iustus, apostolorum episcopum statuunt. Idem quoque ipse in septimo eiusdem operis libro addit de ipso etiam haec: Iacobo (inquit) qui dicebatur Iustus, & Iohanni, & Petro post resurrectionem Dominus omnem scientiam tradidit, & ipsi ceteris apostolis: qui apostoli illis septuaginta discipulis tradiderunt, ex quibus unus erat & Barnabas. Duos autem fuisse Iacobos constat: unum hunc Iustum, qui de pinna templi deiectus, fullonis uectis percussus est, & morti traditus. Alius autem est ille, qui ab Herode capite caesus est. Huius ergo Iusti Iacobi etiam Paulus meminit, cum scribit: Alium autem, inquit, apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. In hoc ergo tempore etiam Tathaeus (de quo supra memorauimus) secundum Domini preceptum ad regem Abgarum missus, ipsum quidem aegritudine morbi corporalis absoluit, uniuersam uero ciuitatem Edessenorum Christo Domino fidei li fatis credulitate sociauit, ita ut in hodiernum ciuitas illa (quippe quae ipsius Domini & Saluatoris meruit scripta suscipere) uelut specialis quaedam Christo deuotione dicata sit. Interea persecutio prima aduersus Ecclesiam Dei, quae est Hierosolymis, facta sub primo martyre Stephano, omnes discipulos, exceptis duodecim, per uniuersam Iudaeam, Samariamque dispersit, seu potius ut sancta scriptura indicat, disseminauit. Ex quibus nonnulli ad Phoenicem et usque ad Cyprum atque Antiochiam deueniunt: qui gentibus quidem credere mysterium fidei nondum audebant, Iudaeis tamen predicabant. Interea Paulus adhuc uastabat Ecclesiam ingrediens domos, & pertrahens uiros ac mulieres, tradebat in carcerem. Sed & Philippus, qui erat unus de septem, cum Stephano diaconus ordinatus, descendit Samariam uirtute Dei repletus, & predicabat primum uerbum Dei Samaritanarum genti. In quo tanta erat diuinae gratiae efficacia, ut etiam Simonem Magum suis praedicationibus confesternaret, qui per idem tempus celebris famae apud Samaritanorum populos habebatur, ita ut uirtus Dei magna esse putaretur. Sed is cum uidisset signa & miracula quae a Philippo per diuinae gratiae potestatem fiebant, obstupescit & territus celsit, & credere se in Christum, usquequo etiam baptismum acciperet, simulauit. Quod reuera mirari dignum est, hodieque eodem ordine fieri ab his qui uelut haereditariam ab illo simulationem sectae impurissimae susceperunt: quique auctoris sui artibus instituti, ecclesiam fraude qualibet ingressi, lauacrum furantur, & sancta nostra uelut alicuius morbi contagione contumulant.

culant. Serpit enim eorum uenenatus sermo sicut ulcus in gregibus, & oculis uerborum moribus incautus letale uirus infundit, donec noxias eorum latebras diligentia pastoris inuestigatas, educat ad lucem: sicut & ipse Simon Petri industria comprehensus, poenam quam merebatur, expendit. Verum per dies singulos angelicis praedicatione uerbi diuini, per Dei prouidentiam ex Aethiopiae regionibus adest quidam reginae gentis illius praepositus (moris quippe est illi nationi etiam nunc a foeminis regi) tanquam uota in Hierosolymis redditurus. Huic Philippus, responsis sancti spiritus iussus, primo ex omnibus gentibus mysterium fidei, & sacramentum baptismi tradidit, & uelut quaedam eum Deo primitias omnium consecrat nationum. Hunc opinio tenet ad patriam terram, regressum scientiam Dei summi & salutarem Domini nostri praescientiam indigenis gentibus (sicut sibi tradita fuerat) praedicasse. In quo rebus ipsis completa est per eum prophetiae quae dicit: Aethiopiae praeueniet manus eius Deo. Dum haec ita aguntur, Paulus uas electionis Dei, patris, qui cum suscitauit a mortuis, in apostolatam uocatur caelesti ad se uoce delata.

Quomodo uero Tiberius a Christo edoctus, a Pilato commotus sit. Cap. II.

Interea cum per omnem iam locum de resurrectione & mirabilibus Domini Iesu Christi, & de ascensione eius ad caelum felix fama loqueretur, ac per omnium aures beati huius rumoris uolueretur opinio: quoniam antiqui moris erat apud Romanos, ut prouinciarum iudices, si quid forte noui in his quas regerebant, prouinciarum accidisset, uel principum, uel senatus nunciarent, uti ne ex his quae gerebantur, ignorare aliquid uiderentur: de resurrectione a mortuis Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, quae iam in omnem locum fuerat peruulgata, Pilatus Tiberio principi refert. Sed & de ceteris mirabilibus eius, & ut post mortem cum resurrexisset a quam plurimis iam Deus esse crederetur. Tiberius quae compererat, retulit ad senatum. Senatus autem spreuisse dicitur, pro eo quod non sibi prius huius rei indicium fuerit delatum, sed autoritatem suam praueuerit uulgi sententia. Lex etenim erat antiquitus designata, ne quis apud Romanos deus haberetur, nisi senatus decreto & sententia confirmatus. Porro autem pro uero hoc erat quod gerebatur, ne diuina uirtus humanis putaretur assertionibus indigere. Cumque secundum ea quae supra diximus, renuisset senatus, Tiberius tamen tenuit sententiam suam, ut ne quid ad uerum doctrinam Christi contrarium moliret. Haec Tertullianus, uir & legum & institutionum Romanarum peritissimus, & inter nostros scriptores admodum claudius, in Apologetico suo, quem aduersus gentes pro nostra fide scribit, hoc modo retulit: Ut de origine, inquit, aliquid retractemus eiusmodi legum: Verus erat decretum, ne quis deus ab imperatore consecraretur, nisi a senatu probatus. Sicut Marcus Aemilius de deo suo Alburno. Facit & hoc ad causam nostram, quod apud uos humano arbitratu diuinitas pensatur. Et nisi homini deus placuerit, Deus non erit. Homo iam Deo propitius esse debet. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in seculum intrauit, anuncta si tulerit ad senatum cum prerogatiua suffragij sui. Senatus, quia non ipse probatus fuerat, respuit. Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Haec Tertullianus.

Ut in omnem mundum breui tempore diffusa de Christo praedicatione sit. Cap. III.

Quod profecto diuina prouidentia ita tunc Caesaris sensibus ingessit, ut absque ullo obstaculo in ipsis duntaxat initijs Euangelij sermo usque quae aut percurreret. Vnde & factum est, ut repente quasi caelicus lumē ostensum aut radius quidam solis erumpens, totum orbem claritate superni luminis illustraret, ut completeretur illa prophetia quae dixerat: In omnem terram exiuit

Act. 8. Praeclusa dacei reginae Aethiopiae Act. 8.

Psal. 6. Paulus Gal. 1.

An. Do. 34. Pilatus de Christo.

Senatus.

Al. assertio ribus Tertull.

Addit Rufinus.

Psal. 18. S. sonus



sonus eorum: euangelistarum scilicet, & apostolorum: & in fines orbis terrarum uerba eorum. Ex quo & per omnes ciuitates ac uicos immense multitudines, uelut messum tempore frumenta ad areas, ita ad ecclesias populi congregabantur. Quicumque illi a parentibus tradita sibi morbida superstitionis uinculis tenebantur, per doctrinam Christi, simul & per uirtutum miracula quiescere uidebant, recepta ueri Dei notitia, tanquam a tyrannicis dominijs liberati, ad uerum Deum & Dominum creatoremque suum, uetusti poenitentes erroris, fideli cum confessione uentebant. Cum igitur passim iam per omnes etiam gentium populos profusus effunderetur diuina dignatio, primus Cornelius apud Cesarem Palaestine urbem maximam cum omni domo sua ad fidem Christi, Petro ministrante, perducitur. Iam inde quam plurimi & alij ex gentibus apud Antiochiam ad fidem ueniunt, eorum predicatione pertracti, quos praeseditio aduersus Stephanum commota, disseminatos esse per omnem locum, superius edocimus. Per quos & apud Antiochiam florentissima congregatur ecclesia, in qua erant etiam prophetici ordinis uiri quam plurimi, eorum quibus & Barnabas & Paulus. Quibus omnibus pariter in gratia Dei, & unitate degentibus: ibi primum discipuli, ueluti perenni fonte sumpto uocabulo, appellati sunt Christiani. Qua tempestate Agabus quidam unus ex his qui aderant prophetis, famem magnam futuram diuinis praesagie bar oraculis Paulus uero & Barnabas, cum ministerio a fratribus collato, quod sanctorum

Act. 10. Cornelius Centurio.

Act. 12. Ecclesia apud Antiochiam.

Christiani

Act. 11.

An. Do. 46.

Quemadmodum post Tiberium Caius Caesar regem Iudeorum constituit Agrippam Herodi perpetua poena deportationis imposita. Cap. IIII.

An. Do. 30. Caius Caligula Caesar.

An. Do. 43. Herodes

Lugdunum

Gallia mittitur in exilium.

Ios. 18. 14.

An. Do. 40. Philo.

Philonis libri quinq; de calamitatibus Iudeorum.

Eiusdem scilicet Caij.

Philo Legatus Iudeorum ad Cesarem.

Ios. 18. 15.

Apion.

Interea Tiberius duobus & uiginti circiter annis sui principatus exactis, uiuendi finem fecit. Post quem Caius imperium suscepit, & continuu Iudeorum principatum tradidit Agrippae, simul & Philippi ac Lyfaniae tetrarchias, cum quibus & paulo post Herodis eidem pariter contulit. Ipsum uero Herodem, qui uel in Iohannis nece autor extiterat, uel in passione Domini interfuerat, multis excruciatum modis, aeterno damnat exilio, sicut Iosephus in his quae supra inseruimus scribit.

VI. Philo pro Iudeis suscepit legationem ad Caium. Cap. V.

Huius temporibus Philo insignis scriptorum florebat, qui non solum in nostra, uerum & in Graecorum philosophia primus inter primos habebatur. Hic autem genere quidem a proauis Hebraeus, apud Alexandriam uero in omnibus claris & nobilibus uiris clarior ac nobilior erat. In diuinis autem legibus & patrijs institutis, quantus qualisque fuerit, ex his quae nobis librorum suorum tradidit monumentis, omnibus clarum est. Quis enim dignus ualeat explicare, quanta eius in liberaribus literis fuerit institutio, quanta philosophicis, quantumque maxime in Platonis & Pythagorae fuerit discipulatus, utque omnes & qui secum floruerant penes, & qui praesesserant, superaluminibus exponit. Sed & de eiusdem mentis insaniam commemorat, quod in tantu superbia elatus sit, ut Deum se uoluerit appellari. In ipsis autem uerbis de Iudeorum cladibus refert, suam quoque legationem, quam pro contribulibus suis Iudeis detulit ad urbem Romam, de scribit. Et quod perorans apud Caium pro patrijs legibus, nihil amplius quam irrisionem retulerit domum in decimo octauo Antiquitatum libro, talia quaedam scribens: Et quidem cum tristesque partibus legati mittuntur ad Caium, in quibus pro parte Graecorum quidam legatus Apion nomine. Qui cum in ceteris quam plurimis inlimularet Iudeos, tum maxime quod honorem Caesari non deferrent, ut moris est laedere omnibus qui Romanis fascibus subiacent. Hic ergo aiebat: Neque aras

aras Caio, neque templa constituunt, neque alia huiusmodi, in quibus ei diuini honores a prouincialibus deferuntur. Sed soli sunt, qui neque statuas ei decernunt, neque sacramentum nominis eius obseruant. Cumque haec & alia grauiora allegaret Apion, per quae concitari crederet Caium, Philo, qui legationi praeratur, uir in omnibus magnificus, Alexandri Alabarchae frater, philosophiae non ignarus, potentissime purgauit obiecta. Sed abiecit eum Caius, & iubet ilico e conspectu suo abscedere. Tunc iracundia repleta, secum ipse rimatur, quid in eos conferat mali. Egressus autem Philo cum iniuria, ait ad Iudeos qui adstant: Bono animo nos esse oportet, quibus iratus est Caius: quia necesse est adesse diuinum, ubi humanum cessat auxilium. Haec quidem Iosephus. Sed & idem Philo in ipso libro, quem de legatione conscripsit, singillatim de omnibus quae a semetipso gesta sunt, refert. Ex quibus illa sola commemorabo, quae legentibus euidenter in Iudeos diuinam, pro piaculis quae aduersum Christum ausi sunt, indicent ultionem.

Primo quidem temporibus Tiberij, refert in urbe Roma Iulianum quemdam magni apud Imperatorem loci, uniuersam eorum gentem summo nitentem interimere uoluisse. In Iudaea autem Pilatum (sub quo in Saluatorem factus admittum est) dum templum quod in Hierosolymis tunc adhuc manebat integrum, profanare tentaret, maximis eos perturbationibus agitauisse. Sed & post Tiberij occasum, Caium refert successorem eius, cum ceteris quam plurimis, tum etiam Iudeorum genti acerbissimum extitisse. Quod praesto est etiam ex ipsis scriptoris sermonibus discere. Multa quidem, inquit, erat in Caii ingenij prauitas, qua erga omnes homines, tum praecipue erga Iudeorum gentem ferebatur, & speciali quadam sauitia loca eorum quae in diuinis habent supplicationibus consecrata, incipiens ab Alexandria, diripi, & contra religionem moremque gentis profanari iubet, statuas suis & signis ea atque imaginibus replens. Templum quoque sanctae ciuitatis, quod solum manebat totius profanae contagionis intactum, & a maioribus perdurauerat asylum, commutare inceretur. Sed & alias innumeras clades, & ultra omnes tragicos luctus apud Alexandriam Iudeis irrogatas esse sub Caio in secundo operis sui De uirtutibus libro, uir memoratus exequitur. Nec non & Iosephus consona huiusmodi de Platati temporibus scribens, pro piaculis Saluatoris quae uniuersae genti acciderunt mala, audi, ut etiam ipse in secundo Iudaici belli debeat libro: Is autem ait, qui missus est in Iudaeam a Tiberio procurator Pilatus noctu uelatas Hierosolymam introferri imagines Caesaris iubet, ac statui. Quod ubi dies exortus est, magnam perturbationem Iudeorum populus excitauit, stupentibus & perturbatis ad nouam faciem rerum. Coniiciebant namque ex hoc, quod sperantibus nihil tale haberi intra moenia urbis illius fas erat. Sed hoc est solum nimis secundum Euangelij relationem simul gens conclamauit uniuersa: Non habemus regem, nisi Cesarem. Tum deinde idem scriptor aliam quoque in eos de latam commemorat ultionem, dicens: Post haec autem etiam alia in eos incidit perturbatio, pro eo quod sacri grarium, quod patria lingua apud eos Corribus appellatur, contra fas in usus communes publici aquae ductus protoga ri uiderent, qui a trecentis stadijs deducebatur: pro quo nimia indignatione & clamoribus fatigare. Cumque adesset Pilatus Hierosolymis, audent adire eum habitus plebeo obiectis armis multitudini immiscuit, praepro eis dato, ut ne gladijs in seditiosos, sed fustibus uterentur. Igitur ubi tempus fuit, signo de tribunali dato, caedi prosterneque ceperunt nonnulli uerberantium uulne

Philonis liber de legatione sua ad C. Caesarem.

Iulianus Pilatus.

Philonis uerba de C. Caesare.

Sancta ciuitas Hierosolyma.

Philonis libri de uirtutibus Caij Caesaris.

Ios. 11. bel. li. 2. cap. 8.

Ios. 11. 19.



An. Do. 46. Aet. 11. Helena Adiabenorum regina.

Post haec idem scriptor etiam de fame, quae sub Claudio facta est, hoc modo memorat: Per idem tempus, inquit fames magna obsederat etiam Iudaeam. Qua tempestate regina nomine Helena, multis pecunijs comparatum frumentum de Aegypto, & Hierosolymam delatum indigentibus ministrabat. Quid tam consonans, tamque concordans, quam haec sunt cum illis quae in Actibus apostolorum scribuntur, ubi dicitur: Quia discipuli qui erant Antiochia, prout potuit unusquisque, miserunt in ministerium sanctis habitantibus in Iudaea, deferendum per manus Barnabae ac Pauli per presbyteros dispensandum. Helena uero huius, cuius historiographus intulit mentionem, etiam nunc erat sepulchrum nobile pro portis Hierosolymorum. Regnasse autem apud Adiabenorum gentem refertur.

Simon magus. An. Do. 43. Iustinus.

Interea cum fides Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi per omnium crederet mentes & per dies singulos religionis propagarentur augmenta, nequaquam quiescit hostis salutis humanae: sed urbem maximam, quae est caput omnium praue nit: & Simonem illum, de quo in superioribus diximus, eorum cat. Cuius nefarijs artibus adminicula ipse maiora suppeditauit, plurimos urbis illius ciues in erroris eius uincula coniecit. Designat haec uir in scriptoribus, bilis non multo post apostolorum tempus exortus Iustinus, de quo suis in locis quod competit, assignabimus. Hic igitur in Apologetico, quem pro fide nostra ad Imperatorem Antonium scribit, de his hoc modo refert: Et post ascensionem, inquit, Domini ad caelum, instigabant daemones quosdam hominum, qui dicerent se deos esse quos nos fugauimus. Simon denique quidam Samaritanus, de uico qui dicitur Gytho, sub Claudio Cesare magicis artibus, et opere daemoneum subleuatus, in urbe uestra, quae regnum omnium tenet quam plurimis per phantasias deceptis, deus decretus est, & simulacri apud uos quasi Deus honore donatus est in flumine Tyberis inter duos pontes collocati, habentis etiam titulum Latinis literis scriptum: Simoni deo sancto. quem & omnes penes Samaritae, nonnulli etiam ex caeteris gentibus tanquam lumina Deum & adorant, & confitentur. Sed & Selenen quandam erroris eius ac deceptionis comitem, quae prius in prostibulo steterat apud Tyrum urbem Phoenices, cum ipso uelut primam quandam mentem consecrauerunt. Haec quidem Iustinus. Consona uero huic etiam Irenaeus scribit in primo aduersus haereses libro, in quo uel quis ipse fuerit Simo, uel quam impura atque doctrina, plenius refert: quae multum est ut hic inseramus, cum liceat uolentibus ea scire per singula ex ipsis supradicti Irenaei libris, uel de hoc, uel de caeteris autoribus diuersarum haeresion, & de uenenatis eorum dogmatibus diligentius noscere. Caput igitur totius prauitatis, & principium omnis haeresis a Simone coepisse accepimus. Ex quo usque in hodiernum sectatores eius, simulant adire se purissimam Christianorum philosophiam, quam uident apud omnes pro castitate uitae, & instituti sanctitate mirabilem, superstitionis idolorum (quam deserere uidentur) rursum uinculis innectuntur, colentes ac uenerantes picturam & imaginem Simonis, & illius, quam ei sceleris ac turpitudinis extitisse sociam diximus, Selenen. His incensos odores offerunt, his sacrificia & libamina impura delibant. Sed & his adhuc nequiora & execrabilia committunt. Aiunt enim esse quaedam apud se ineffabilia, quae cum primo quis audierit, mente excedat: & eorum quasi uirtute percussus, uelut artonicus maneat, & usque ad dementia ueniat. Quae cum ita sint, aiunt impossibile esse uel scriptura ea tradi, uel ore ac labijs proferri. Haec qui audit, pro ueneratione ita se habere rem credit. Porro autem uere uerba illa huiusmodi sunt, quae pro impuritate & obscenitate sui, castis & pudicis auribus execrabilia, & penitus horrescenda ducantur. Quicquid enim illud est turpe et impurum

Haeresis Simonis magi.

quod excogitari a quoquam potest omni, hoc impurius esse traditur. Quod inquinatissima huius haeresis mystica teetum apud se reseruari pollicentur arcanum, infelicibus per haec mulierculis & peccatis (ut ait Apostolus) oneratis, detestabiliter illudentes. Hunc igitur talium malorum patrem & autorem per idem tempus Simonem ex apparitionum suorum numero diabolus suscitans, ad urbem maximam ire compulit Romam, ut ibi potentissimis athletis Domini ac Saluatoris nostri Iesu Christi apostolis, in hoc ipsum ab eo subrogatis, oblisteret. Sed diuina uirtus & gratia (in maximo praecipue certamine) nunquam deserit suos, quae incensam maligni flammam tota celeritate restinguit, & omnem altitudinem destruit attollentem se aduersum scientiam Dei, propter quod neque Simon, neque alius quis congressus tunc aduersus apostolos Domini potuit obtinere: quia ueritatis lux, & uerbi diuini claritas, quae ob salutem hominum nuper obfulserat, per apostolos suos totius mendacij discussa caligine, de humanis mentibus ignorantiae tenebras effugabat. Denique supradictus magus, ueri luminis fulgore percussus, caecitatem continuo male sanae mentis incurrit: quippe qui iam & prius in Iudaea per apostolum Petrum, de his quae gerebat sceleribus confutatus, transmarinam aggressus est fugam, & ab oriente ad occidentem usque pertendit, nusquam sibi uitam, nisi in huius praesidio sperans. Is igitur urbem Romam ingressus, utens adminiculis alludentis sibi, & adherentis daemoniaca uirtutis, quam *μαγικη* uocant, breui tempore in tantum malorum uenit profectum, ut etiam simulacri a ciuibus Romanis tanquam Deus honore potiretur.

De praedicatione Petri apostoli apud urbem Romam.

Sed non in longum permanet fraude quaesita diuinitas. Continuo namque in ipsis Claudij temporibus, clementia diuinae providentiae probatissimum omnium apostolorum & maximum, fidei, magnificentia & uirtutis merito primorum principum Petrum, ad urbem Romam, uelut aduersum humani generis communem perniciem repugnaturum deducit, ducem quemdam & magistrum militiae suae, scientem diuina praemia gerere, & uirtutum castra distare. Ite adueniens ex Orientis partibus, ut caelestis quidam negotiator mercedem diuini luminis, si quis sit comparare paratus, aduexit, & salutaris praedicationis uerbo primus in urbe Roma Euangelij sui clauibus ianuam regni caelestis aperuit.

De Euangelio secundum Marcum. Caput XV.

Igitur cum Romanae urbi clarum uerbi Dei lumen fuisset exortum, Simonis quidem tenebrae cum suo autore restinctae sunt. Sermo autem ueritatis & lucis, qui per Petrum praedicabatur, uniuersorum mentes placido illustrauit auditu, ita ut quotidie audientibus eum, nulla unquam satietas fieret. Unde nec praedicationis eius sola sufficit, sed Marcum discipulum eius omnibus precibus exorant, uti ea quae ille uerbo praedicabat, ad perpetuam eorum commonitionem habendam, scripturae traderet, quo domi forisque in huiusmodi uerbi meditationibus permancerent. Nec prius ab obsecrando desistunt, quam quae orauerant, impetrarent. Et haec fuit causa scribendi, quod secundum Marcum dicitur Euangelium. Petrus uero ut per spiritum sanctum religioso se spoliatum comperit furto, delectatus est fidem eorum per haec deuotionemque considerans: factumque confirmauit, & in perpetuum legendam scripturam ecclesijs tradidit. Clemens in sexto Dispositionum libro, haec ita gesta esse describit. Cuius simile dat testimonium etiam Hierapolites episcopus nomine Papias: qui & hoc dicit, quod Petrus in prima epistola sua qua de urbe Roma scripsit meminere Marci, in qua tropice Romam Babylona nominari cum dicit: Salutat uos ea quae in Babylone est electa ecclesia, & Marcus filius meus.

μαγικη uocant, breui tempore in tantum malorum uenit profectum, ut etiam simulacri a ciuibus Romanis tanquam Deus honore potiretur.

An. Do. 44. Petrus Romanam uenit anno secundo Claudio.

Marcus euangelista suu Roma scripsit euangelium.

Clemens Papias Roma Babylonia



Marcus Alexandrinus Christum praedicat.

Hinc autem Marcum tradunt primum ad Aegyptum perexisse, atque inibi Evangelium quod ipse conscripserat, praedicasse, & ipsum primum ecclesiam apud Alexandriam constituisse. Tanta autem refertur multitudo credentium uirorum ac mulierum, primo ingressu exemplo sobrietatis eius & continentia congregata, ut etiam conuersatio eorum qui per ipsum crederant, & uita totius abstinentiae, ac frugis eorum sobrietas conuersa, librorum memoria mandarentur a uiro disertissimo Philone, quem sermo tener temporibus Claudij Imperatoris Romam uenisse, & Petrum apostolum uidisse, atque eum adhaesisse colloquijs, uerbum Dei praedicatis. Quod ualde est uerisimile, quia & scripturam istam, quam diximus, posterioribus ab eo temporibus constat esse compositam. In qua euidentissime omnia ecclesiae instituta complectitur, quae & tunc tradita sunt, & in hodiernum seruantur a nobis. Sed & abstinentium uitas, eorum duxtaxat qui nunc in ecclesijs uel monasterijs degunt, describit ad liquidum. Vnde plane manifestissime proditur, non solum sciens quae nota sunt, sed & amplectens: quippe qui diuinis laudibus extulit sui temporis apostolicos uiros, ex Hebraeorum (quantum intelligi datur) praecipue genere credentes: quoniam quidem constat, quod hi qui sub apostolis ex Israelitis credebant, Iudaicis adhuc institutionibus, & legis obseruationibus inhaerebant.

Apostolici uiri ex Hebraeorum genere.

capitulum de uirginibus

Hic igitur describens haec in libello, quem de Vita theoretica supplicum ad titulauit, nihil omnino de proprio uel extrinsecus addidit: sed primo omnium uiros ipsos cultores, & foeminas cum ipsis, ait cultrices appellari. Causam uero huius uocabuli, uel ex eo ductam, quod conuenientium ad se animas, tanquam rudes & agrestes excolerent, uel quod erga Dei cultum pura & integra conscientia perdurarent. Quod nomen siue ipse imposuit primus illis, ex ipsorum actibus colligens: siue uere in initijs ita appellabantur, qui seculum Euangelium uiuebant, antequam Christianorum appellatio per omnem locum distunderetur: nihil interest, dummodo ex ipsis rebus nomen ad quos pertineat, comprobetur. Dicit ergo primo omnium, quod renunciant cunctis facultatibus suis, qui se ad huiuscemodi philosophiam dederunt: & huiusmodi uitas, quibus interest, cedant. Tum deinde, quod omnes etiam uita uoluntates, quae agellulis degant, refugientes imparis propositi consortia, & uitae dissimilis contubernia, scientes, impedimento esse haec arduum uolentibus iter uitae incedere. Tali quippe ordine calore fidei incitati hi qui primitus credebant, uitam duxisse memorantur, sicut euidenter in Actibus apostolorum legitur scriptum: quia omnes qui credebant sub apostolis, possessiones suas & praedia uendentes, precia ponebant ante pedes apostolorum, & diuidebantur unicuique prout opus erat, ita ut non esset quisquam in eis egens. Quia ergo et hic similia scribitur geri ab his qui apud alexandriam credebant, sicut illi qui in Hierosolymis ante crederant, certum est quod idem actus, eademque institutio, eadem sine dubio & religionis fidem designat. Denique libro ipsi de quo supra diximus, tale initium dedit: In multis, inquit, est orbis terrae partibus hoc genus hominum. Oportebat namque perfecti huius boni participem fieri omnem Graeciam, omnemque Barbariam. In Aegypto tamen maior est copia per singula quaeque territoria, praecipue autem circa Alexandriam. Nam operibus quibusque ex omnibus locis, uelut ad uberis patriae glebam festinus accurrit colonus. Regio quaedam est philosophiae magis quam frugibus opportuna, supra laeum cuiusdam maria nomen est, sita, colluculis quibusdam molliter & clementer creta, ad munimentum simul atque aeris temperiem comoda. Post haec describitur eorum habitaculis, ut se habeat singulorum qualitas & situs, etiam de ecclesijs quae apud eos sunt, ita dicit: Est autem, inquit, in singulis locis consecrata orationis domus, quae

Cultores Cultrices

Christiani

In titulo libri Philonis de uita notiorum, id est, de apostolicis uiris, quae in scriptis. De uita composita supplicum, quod uidebitur in continetur, et saepe de orient.

domus, quae appellatur conuenticulum, in quo secedentes, inquit, honestae & castae uitae mysteria celebrant, nihil illuc prorsus quod ad cibum potumque pertinet, inferentes, uel ad reliqua humani corporis ministeria, sed legis tantum libros, & uolumina prophetarum, hymnos quoque in Deum, ceteraque his similia: in quorum disciplinis atque exercitijs institutum, ad perfectam beatamque uitam studijs iugibus coalescunt. Et post aliquanta iterum dicit: Ab ortu autem die usque ad uesperam omne eis spacium studiorum exercitijs ducitur, quibus ad diuinam philosophiam per sacras literas imbuuntur, patrum leges in allegoricam intelligentiam deducunt. Quoniam quidem formas esse & imagines, ea quae in legis litera scripta sunt, opinantur, latentis intrinsecus profundi cuiusdam diuini mysterij. Habent autem etiam disputationes exacerunt, quos eis allegorice ac figuratis intelligentiae normam quam plurimis scriptorum suorum constat tradidisse monumentis, quorum illi uelut itinere sui ducum, & autorum instituta pariter sequuntur, & morem. Haec autem dixisse hunc uirum certum est de euangelicis atque apostolicis libris, in quibus quomodo lex & prophetia spiritualiter intelligi debeat, edocetur. Post pauca rursum etiam de eo, quod Psalmos faciant nouos, ita scribit: Itaque non sola subtilius intelligunt hymnos ueterum, sed & ipsi faciunt nouos in Deum, omnibus eos & metris, & sonis, honesta satis & suauis compage modulantes. Multa quidem & alia in eodem libro enumerat, quae a nostris uel in ecclesia, uel in monasterijs exercentur. Sed properandum nobis est illa ex omnibus dicere, quae ecclesiasticam proprie continent formam, ex quibus cuius manifestum esse debeat, ad ecclesiam pertinere quae scripta sunt. Ait ergo: Continentiam uero uelut fundamentum quoddam primo in animo collocant, & ita demum reliquas super hanc pergunt aedificare uirtutes. Cibum potumque nullus eorum capit ante solis occasum: uidelicet tempus lucis cum philosophiae studijs, curam uero corporis cum nocte sociantes. Nonnulli autem etiam post triduum in comunionem ueniunt cibi, quos scilicet edacior studiorum fames perurget. Iam uero hi qui in eruditionibus sapientiae, & in profundiore intelligentia sacrorum uoluminum conuersant, tanquam copiosis dapibus inhiantes, expleri nequeunt, et contuendo acrius inflammantur, ita ut nec quarto iam, nec quinto, sed sexto demum die non tam desideratum quam necessarium corpori indulgent ant cibum. Haec Philonem de nostrorum institutis referre, quis potest dubitare? Quod si cui uideatur adhuc ambiguum, adhibebimus etiam alia eius dicta, quae nulli omnino, nisi nostris tantummodo conuenire, etiam infidelissimus quisque fatebitur. Ait ergo: Cum uiris autem quos dicimus sunt & foeminae, non in quibus plures iam grandaeque sunt uirgines, integritatem casti corporis, non necessitate aliqua, sed deuotione seruantes, dum sapientiae studijs semet gestunt non solum animo, sed & corpore consecrare, indignum ducentes, libidini mancipare uas ad capiendam sapientiam preparatum: & edere partem eas, a quibus heritas reliquatur, nequaquam corruptelae mortalitatis obnoxia. Quod si adhuc parum uidetur istud, audi quid post aliquanta scribat. Tractatus autem scripturas utantur: quoniam quidem omnis lex uiris istis uidetur animali esse similia, quod corpus quidem habeat ipsam literam, & ea quae secundum literam de qua signantur: animam uero, occultum in litera spiritalem & inuisibilem sensum, quem illi ab autoribus suis edocti, sublimius & nobiliter uelut inspicientes per speculum contemplantur, ex ipsis etiam nominibus admirandas quasdam species intelligentie proferentes. Quid autem addere his opus est, etiam de conuentibus eorum quae scribit, & ut seorsum quidem uiri, seorsum etiam in istis locis foeminae

id est, instituti, sectae.

Euangelicis atque apostolicis libris componunt nouos Psalmos.

Continentiam

Foeminae uirgines. Monialium origo.

Modus interpretandi scripturas.

Allegoria.

Vertical handwritten text in the right margin, possibly a library or collection number.



Habitatio & maxime diebus illis cum passionis Dominice solennitas celebrat, cum in ieiunijis pernoctare, & lectionibus sanctis auditum praeberet consueuimus: Quae omnia supra dictus uir eo ordine, eademque consequentia qua apud nos geruntur, expressit. Et ut unus ex omnibus confurgens in medio, psalmum honestis modulibus concinat, utque praecinenti ei unum uersiculum, omnis multitudo respondeat: atque in ipsis diebus in terra recumbentes (sicut antiqui moris uisile dicitur) uinum quidem nemo omnino, ut ipse ait, ne gustu quidem contingat, sed nec quamlibet carnem: tantum autem adhuc his, quomodo sacerdotes uel ministris exhibeant officia sua, uel quae sit supra omnia episcopalis apicis sedes. Quae cuncta si quis plenius uult & exploratius discere, ostendimus ex quo ista forte debeat haurire. In quibus supra dictus uir ecclesiasticae institutionis initia, & originem apostolicae atque etiam Euangelicae traditionis intexuit. Est autem idem Philo affluentissimus quidem in eloquentia, in sensibus autem profundissimus, & in interpretatione atque intelligentia diuinarum scripturarum subtilissimus, copiose inueniens, & copiosius eloquens. Multa denique diuinis uerbis etiam ipse ingenij sui monumenta dereliquit.

Quantum ad nos peruenierint Philonis libri, Cap. XVIII.

PRIMO quidem per ordinem in Genesim scripsit libros, quos ad titulatum Sacrae legis explanatio figuralis. Tum deinde & alios continentes spatium de diuersis capitulis quaestiones: in quibus quae requiri debeant, & proponantur, & soluit, quas Quaestiones & absolutiones de Genesi & Exodo, ad titulauit. Sunt & alij eius libri, qui superscribuntur, Propositionum, qui sunt, De agricultura duo, & De remulencia duo. Sed & alij quam plurimi extant eius libri, diuersis uerbis adnotati, sicut est, Quae sint pro quibus mens debet orare Deum. Et, De confusione linguarum, De natura & inuentione. De his quae congregari debeant ad erudiendum. Et, Quis sit qui haeres sit diuinorum. Quae sit aequalium & inequalium diuisio. Item, De tribus uirtutibus quas descripsit cum caeteris Moyses. Item, De his quorum in scripturis nomina commutata sunt, & quibus ex causa commutata sint. In quibus refert se scripsisse etiam De testamentis primum & secundum. Est & alius liber eius, De captiuitate, & De uita sapientis, eius qui secundum perfectam iustitiam & leges naturales consummatus est.

De gigantibus. De eo quod inconuertibile sit quod diuinum est. De Moyse uita libros quinque. De eo quod a Deo sint somnia. Haec penes omnia in Genesim scripsit, Sed & in Exodum Quaestionum & absolutionum libri quinque, De tabernaculo. De decem uerbis legis. De his quae inferuntur sub specie decalogi. Et, De animalibus quae sacrificijs deputata sunt, & quae sunt species sacrificiorum. Quae sunt proposita in lege bonis praemia, & malis maledicta. Tum praeter

Tum praeterea singulares eius libri De prudentia. De ludaeis apologeticus liber, hoc est de uita urbana. Et Ad Alexandrum, dicentem rationem habere muta animalia. De eo quod seruus sit omnis qui peccat. Item alius, De eo quod liber sit omnis qui bonis studijs operam praebet. De uita theoretica, uel supplicium. Hic ipse in quo & de apostolicis uerbis esse quae scripta sunt, supra edocuius. Sed & Interpretationes nominum Hebraicorum, quae sunt in lege & prophetis. Hic temporibus Caij imperatoris Romam profectus, cum de impietate atque impunitate Caij quam plurima scripserit, quae per ironiam De uirtutibus ad titulauit, & easenatu recitasset, in tanta dicitur admiratione habitus, ut bibliotheca digna eius scripta decernerentur. Verum per idem tempus Paulo apostolo ab Hierusalem in circuitu, & usque ad Illyricum praedicationem uerbi dominici ministrante, Claudius imperator ludaeos urbe depellit. Tunc Aquila & Priscilla cum caeteris ludaeis expulsi, Asiam ueniunt, ibique coherent Apostolo, tum primum ecclesiae inibi fundamenta iacienti, sicut docet liber de Actibus Apostolorum conscriptus.

Cuiusmodi clades comprehenderit ludaeos ipso die paschae. Caput XIX.

CLAUDIUS uero adhuc in imperio perdurante, in ipsa solennitate Paschae tanta ludaeis perturbatio & uasitas Hierosolymis accidit ex seditione commota, ut illi soli qui in foribus templi conuersione populi necati sunt, triginta millia ludaeorum numerarentur. Et conuersus est dies festus eorum in luctum. Sed & alia quam plurima ludaeis mala irrogata Iosephus per haec uerba designat.

Qualia etiam sub claudio Hierosolimis gesta sunt. Caput XX.

CLAUDIUS, inquit, Agrippam, filium Agrippae, ludaeorum regem constituit: Felicem uero totius provinciae, Samariae quoque & Galilaeae, & regionis quae dicitur Transiordanem, procuratorem misit. Et post pauca addit etiam haec: Inflammatur autem & seditio acerbissima a pontificibus aduersum sacerdotes & primos plebis Hierosolymorum, quorum singuli conquirentes sibi metipsum propriam factionem instituebant. Qui confligentes adinuicem, primo qui coereret, sed agebantur omnia tanquam in urbe non habente rectorem. Igitur pontifices in tantam uenere proteruiam, ut seruis suis ad areas missis inuaderent decimas, quae sacerdotibus debebantur. Et accidebat, ut nonnulli ex minoribus sacerdotibus, quorum alimoniae ui fuerant direptae, inedia deperiret. Ita seditionum uiolentia ius fasque confuderat. item post pauca subiungit etiam haec: Nonnunquam autem in media ciuitate occurrentes sibi oberrantes, ut quisque designatus eis cominus inciderat, perimebant. Ex arte nefaria cum coruisset is, quem occulto uulnere strauerant, tum iidem ipsi percussores uelut indignari se simulabant aduersum eos qui haec in media urbe committerent: atque hoc modo occulta eorum facinora permanebant. Et primus omnium Ionathas interficitur: post illum quam plurimi iugulatur, ita ut iam ipsis mortibus esset grauior metus mortis, dum unum quisque quasi in procinctu semper positus, per momenta singula speraret interfici. Post haec autem interiectis quibusdam, addit etiam ista.

De Aegy.

Caligula An. Do. 40

Tricies milli. tua dei opprobri.

An. Do. 43 Agrippa iudeorum rex Felix procurator iudeae.

Pontifices sa. rito. u. de. m. s. in uasabant.

Ionathas pontifex interficitur.



De Aegyptio cuius Actus apostolorum faciunt mentionem.

An. Do. 54
10. Ant. 20.
12.

Fc. Aegy-
ptium pro
fligat.

An. Do. 56.
Festus pro
curator lu
dae.

Gratius uerò omni hac uastatione afflixit Iudæos Aegyptius quidam fal-
sus propheta. Qui cum uenisset ad Iudæā, homo magus, fidem sibi pro-
phetae magica arte consciiuit. & continuo ad triginta millia uirorum congre-
gans, & ductans eos per desertum, peruenit cum ipsis ad montem qui uocatur
Oliueti, paratus inde irruere Hierosolimam, & ui ac potestate urbem tenere,
simulq; Romanorum praesidia, ac plebem tyrannidi suae subiugare, fretus per
omnia his quos secum eduxerat satellitibus. Sed conatum eius praecauit Felix
confestimque cum armatis obuiam pergens, secum etiam plebe reliqua con-
spirante congressione facta, Aegyptium quidem cum paucis in fugam uertit.
peremptis uerò alijs, alijs etiam captis, temere coepta facile restinxit. Haec in
secundo historiarum libro Iosephus refert. Operae precium tamen est, haec quae
de Aegyptio scribit cum illis quae in apostolorum actibus designata sunt, com-
parare, ubi sub Felice tribunus, qui in Hierosolymis erat, ad Paulum, in quem
Iudæorum fuerat commota seditio, dicit: Nonne es tu Aegyptius ille, qui ante
hos dies concitaueras populum, & eduxeras in desertum ad quatuor millia
hominum licariorum? Sed sufficiant ista de Felice.

Quemadmodum de Iudæa Paulus Romam missus in uinculis, omni culpa
liberatus sit. Caput XXII.

An. Do. 57.

2. Tim. 4.

Nero, leo.

1. Tim. 4.

Inter Claudio tredecim annis & octo mensibus Romanorum imperio per-
functo, Nero suscepit principatum. A quo Festus mittitur in Iudæam succede-
re Felici, apud quem causa dicta Paulus uinctus mittitur Romam, Anstare-
cho se concomitante, quae consequenter in epistolis suis concaptiuum appen-
dit: sed & Lucas, qui & actus eius, ceterorumq; apostolorum scribit, sed praeci-
pue pauli: de quo etiam hoc in fine designauit, quod biennio in urbe Roma po-
situs, uerbum Dei praedicabat, nemine prohibente. Quem tamen afflictionis ob-
& defendisse se apud Neronem, & rursum profectum esse ad praedicationis ob-
ficium, sermo confirmat, & post hoc denuo redisse ad supra dictam urbem, ubi
& martyrio consummatus est: tunc cum in uinculis positus, secundam ad Timo-
theum scribebat epistolam, in qua & de prima sua defensione, et de presenti li-
mul indicat passione. Suscipe ergo de his singulis testimonia, in prima (inquit
ipse Paulus) mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt.
Non illis imputetur: Dominus enim assistit mihi, & confortauit me, ut per me
praedicationi compleretur: & audiant omnes gentes, quia liberatus sum de ore
leonis. Manifestissime per haec designat, quia primo quidem ut per ipsum cep-
ta praedicationi compleretur, liberatus est de ore leonis. Neronem scilicet in le-
one pro crudelitate significans. Tum deinde in consequentibus adijcit, & dicit
Liberauit me Dominus de ore leonis. Prauidebat enim in spiritu consumma-
tionem suam, propter quod et dixit: Quia liberatus sum de ore leonis. Et ite-
rum: Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum
caeleste: significans per haec, quod esset confestim martyrio coronandus.
De quo tamen euidentius in eadem epistola dicit, scribens: Ego enim, inquit
iam immolor, & tempus resolutionis meae instat. Haec autem dicta sunt a nobis
ut ostenderemus, quia non eo tempore, quo Pauli actus in urbe Roma conch-
sit Lucas, martyrio perfunctus est Paulus. Potuit enim fieri, ut in ijs aduocle
ciperet: processu uerò temporis cum ceteris malis aucta sit eius etiam in apo-
stolos sequitque rabies.

ut sit Iacobus passus, qui frater Domini est dictus. Cap. XXIII.

Iose. 20. 26
An. Do. 58
Iacob, fra-
ter Domi-
ni Christi
proficitur.

Igitur Iudæi posteaquam Paulus ad Caesarem, quem appellauerat, a Felice
transmissus est, & frustratus insidias quas ei tetenderant, uident, in Iacobum
fratrem Domini immanitatem nequitiae suae uertunt, cui episcopalis in Hiero-
solymis delata ab apostolis fuerat sedes. Quemq; hoc modo adorti sunt. Pro-

ductum in mediū, abnegare eum fidem Christi coram omni populo expedit.
At ille contra omnium opinionem, uoce satis libera, & multo maiora quam
uellent, coram uniuerso populo cum omni fiducia profitetur, filium esse Dei
Saluatorem & Dominum nostrum Iesum Christum. Tum illi non ferentes
tam graue et tam liberum testimonium uiri, pro eo maxime quod iustissimus
apud omnes habebatur ob religiose & continentissimae uitae meritum, in ne-
cem eius uertuntur, fauente sibi occasione temporis ex morte rectoris. Con-
tingit enim Festum per idem tempus obire apud Iudæā, & sine rectore ac prin-
cipe esse prouinciam. Nam mortis Iacobi modus iam quidem & in superiori-
bus a nobis Clementis sermonibus indicatus est, cum de pinna templi cum
praecipitatum, & fullonis percussum uecte describit. Exploratus tamen de
eo Egesippus, qui post ipsas statim primas apostolorum successiones fuit, in
quinto commentariorum suorum libro, his uerbis refert: Suscepit, inquit, ec-
clesiam cum apostolis frater Domini Iacobus, qui ab omnibus cognomina-
tus est Iustus, ab ipsis Domini temporibus perdurans, usq; ad nos. Et multi
quidem Iacobi uocati sunt, sed hic ex utero matris suae sanctus fuit. Vinum &
liceram non bibit, sed neq; animal manducauit: ferrum in caput eius non a-
scendit, oleo non est perunctus, balneis non est usus. Huic soli licebat intro-
ire in sancta sanctorum. Neq; enim laneo utebatur indumento, sed tantū sin-
done. Solus ingrediebatur templū, & iacebat super genua sua, orans pro po-
puli indulgentia, ita ut orando callos faceret in genibus ad modum camelae,
semper genua flectendo, nec unquam ab oratione cessando. Itaq; pro incredi-
bili continentia & summa iustitia appellatus est Iustus: & Oblitas, quod est in-
terpretatum, munimentum populi, & iustitia, sicut et prophetae indicauerunt de
eo. Quidam ergo de septem haeresibus quae erant in populo (de quibus supe-
rius scripsimus) interrogabant eum, quod esset ostium Iesu. At ille dicebat,
hunc esse Saluatorem. Ex quibus aliquanti crediderunt, quia Iesus est Chri-
stus. Ille autem haereses (quas supra diximus) non crediderunt, neq; surrexis-
se eum, neq; uenturum ut retribuatur unicuique secundum opera sua. Qui uero
crediderunt, per Iacobum crediderunt. In quibus cum multi etiam ex principi-
bus credidissent, perturbatio erat Iudæorum, & scribarum, & pharisaeorum, di-
centiū: Nihil iam superest, quin omnis populus credat in Iesum, quod ipse sit
Christus. Conuenientes igitur ad Iacobū, dicebant ei: Oramus te, ut reuoces
populū, qui ecce errat in Iesu, putans quod ipse sit Christus. Deprecamur er-
go te, ut suadeas omnibus conuenientibus in die paschae de Iesu. Tibi enim om-
nes obtemperamus, & de te tam nos quam populus testimonium ferimus, quia
Iustus es, & personam nullius accipis. Tu ergo suade populo de Iesu ne erret,
quia omnes tibi obediunt. Ascende itaq; in excelsum locum pinnae templi,
ut in edito positus appareas omnibus, & uerba tua audiatur a cunctis, quia in
diebus paschae conuenit non solum Iudæorum, sed & Gentilium multitudo.
Statuerunt igitur supra dicti scribae & pharisaei Iacobum supra pinnam tem-
pli, & uoce magna clamantes, ad eum dicunt: Virorum iustissime, cui omnes
nos obtemperare debemus, quoniam populus errat post Iesum qui crucifixus
est, enuncia nobis quod sit ostium Iesu. Tunc Iacobus ingenti uoce ad eos re-
spondit: Quid me interrogatis de filio hominis? Et ecce ipse sedet in caelo a
dextris summae uirtutis, & ipse uenturus est in nubibus caeli. Cumq; hac re-
sponcione & testimonio Iacobi multis satisfactum esset, & libenter audissent
filio Dauid. Tunc rursus ipsi scribae & pharisaei coeperunt ad inuicem dice-
re: Male fecimus tale testimonium praestare de Iesu. Sed ascendamus, & pra-
cipitemus hunc deorsum, ut ceteri terreantur, & non credant ei. Simul & uo-
ce magna exclamauerunt, dicentes: O d, & Iustus errauit. Et compleuerunt
scripturam, quae in Esaia scripta est, dicentem: Auferamus iustum, quoniam
inutilis

Festus mori-
tur.

Iacobi iusti
mores.

Iustus.
Oblitas.
Septem ha-
ereses.

Iacobi pa-
na et mors

T



inutilis est nobis, propterea fructum operum suorum manducabunt. Ascenderunt ergo & precipitauerunt eum, & dicebant ad inuicem: Lapidemus Iacobum Iuitum. Et coeperunt eum urgere lapidibus. Qui deiectus, non solum mori non potuit, sed conuersus, & super genua sua recumbens, dicebat: Rogo Domine Deus pater, remitte eis peccatum: non enim sciunt quid faciunt. Cumque eum talia orantem desuper lapidibus perurgerent, unus de sacerdotibus de filiis Rachab filij Rechabim, de quibus testatur Hieremias propheta, exclamauit: dicens: Parcite quaso. Quid facitis? Pro uobis orat Iuitus quem lapidatis. Et unus ex ipsis fullo arrepto fuste, in quo res exprimere solent, cerebro eius illisit. & tali martyrio consummatus est, ac sepultus in eodem loco prope templum. Hic est qui extitit ueritatis testis Iudaeis & Gentibus, quia Iesus est Christus. Et non multo post oppugnatio consequuta est Vespasiani. Haec latius quidem, sed consonanter Clementi etiam Egesippus retulit, quod ita mirus quidem, & apud omnes homines opinatissimus in obseruatione totius iustitiae Iacobus habebatur, ut & Iudaeorum prudentes quique crederent hanc esse causam statim consequuta oppugnationis Hierosolymorum, quod in illis rursus sceleratas iniecerint manus. Et Iosephus ita sibi uideri euidenter indicat per haec uerba: Quae omnia, inquit, acciderunt Iudaeis, pro uindicta Iacobi Iusti, qui erat frater Iesu, qui dicitur Christus, quem iustissimum & piissimum omnium confessione uirum Iudaei interfecerunt. Idemque etiam mortem eius in uigesimo Antiquitatum libro his uerbis designat. Mittit autem Caesar Albinum Iudaeae praefectum, Festi morte comperta. Ananias autem iunior (quem pontificatum suscepisse supra diximus) proteruus admodum, & insolens moribus, haec Iudaeis defendebat Sadduceorum, qui in iudicij sua tempore Iudaeis caeteris uidentur, sicut iam supra diximus. Hic insolentiae suae tempus datum credens ex morte Festi, confessum iudicium conuocat, & introducit in medium fratrem Iesu, qui dicitur Christus, Iacobum nomine, & alios quam plurimos, quos uelut contra legem gerere inculpans, tradidit lapidandos. Quod factum tulit, si quis ex ciuibus modestior fuit, & qui ac legis obseruantior, grauius tulerit. Qui etiam occulte legationem ad Caesarem mittunt, orantes eum scribere Ananiae, ne haec agat, quia nec prius huiusmodi facinora recte committere audeat, si quis ex ipsis etiam Albino occurrunt de Alexandria ad ipsos iter agentis, atque edocent, quod non licuerit Ananiae se inconsulto confessum iudicium conuocare. At ille commotus ex his quae dicta sunt, cum indignatione scribit ad Ananiam, comminatus ablatum se ab eo iudicandi potestatem, qua non recte utebatur, quia & Agrippa rex eum tribus solis mensibus summum hoc honore, priuauerit, & Iesum Dammei filium in locum eius substituerit. Haec tenus etiam de Iacobo, cuius illa habetur epistola, quae primabitur inter eas quae Catholicae appellantur. Sciendum tamen est, quod a nonnullis non recipiatur, nec facile quis antiquorum meminerit eius. Sicut ne illius quidem quae dicitur Iudaeae, quae & ipsa est una de septem. Nos tamen scimus etiam istas cum caeteris ab omnibus pene ecclesijs recipi.

Propter occisum Iacobum Hierosolymam euerfam.

An. Do. 59. Albinus procurator Iudaeae post Festum. Ananias pontifex propugnator Sadduceorum. Iosephus Ananiam uocat Ananiam, et Festum Sextum.

Al. Dancii Epistola Iacobi. Epistola Iudaeae.

Quod post Marcum primus episcopus Alexandrinae ecclesiae ordinatus sit Anianus. Caput XXIII.

An. Do. 56. Amianus Alexandrinus episcopus post Marcum Evangelista. Nero qualis.

igitur Neronis primo imperij anno, post Marcum euangelistam ecclesiae apud Alexandriam Anianus sacerdotium suscepit. Sed Nero regno sibi potestate conualescente, post multa quae animo conceperat nefaria & impura flagitia, ad ipsam quoque iam diuinitatis tendebat iniuriam. Longum est, & nostro operi inconueniens, probra eius flagitiaque describere, maxime cum multi de his plenius scripserint. Ex quorum libris si quis de decorosam eius uitam atque omnibus sceleribus obnoxiam scire uult, facilius potest in quibus eum inueniet in tantum sceleris esse progressum, ut ne a proprijs quidem ac domesticis temperauerit, sed & in matrem, & in fratres, & in uxores, atque in omnes san-

omnes sanguinis proximos, & parricida extiterit, & incestus? His igitur omnibus deerat, ut ipse primus ex imperatoribus Romanis etiam in ipsum Deum impietatis arma conuerteret, sicut Tertullianus, uir scriptorum nobilissimus, refert, dicens: Consulite commentarios uestros, illic reperietis primum quoque Neronem in hanc sectam, tum maxime Romae orientem, Caesareo gladio ferocisse. Tali dedicatore damnationis nostrae etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest, non nisi grande aliquod bonum a Nerone datum. Tentauerat & Domitianus, portio Neronis de crudelitate, sed quasi & homo facile ceptum repressit, restituit etiam quos relegauerat. Tales nobis semper inseguutores iniusti, impij, turpes, quos & ipsi damnare consueuistis, a quibus damnatos restituere soliti estis. Haec Tertullianus.

De persecutione Neronis, sub quo Paulus et Petrus pia confessione decollati sunt. Caput XXV.

igitur Nero, ut apertum se hostem diuinitatis pietatisque professus est, ipso prius apostolorum, quippe qui duces & signiferi erant in populo Dei expetit neces. Et Paulum quidem capite in ipsa urbe Roma, Petrum uero crucis patibulo condemnat. Horum testimonium quaerere extrinsecus, superfluum puto, cum rem gestam insignia usque in hodiernum & splendidissima eorum monumenta testentur. Veruntamen scribit de his etiam Caius quidam scriptor antiquus, qui cum Zephiro episcopo Romano aduersum Proculum quendam Cataphrygam disputans, haec de apostolorum commemorat locis: Ego, inquit, habeo trophaea apostolorum, quae ostendam. Si enim procedas uia regali, quae ad Vaticanum ducit, aut uia Ostiensis, inuenies trophaea defixa: quibus ex utraque parte statutis, Romana communitur ecclesia. Quod autem eodem tempore ambo passim sint, Corinthiorum episcopus Dionysius cum in urbe positus esset, & de scripturis disputaret, hoc dicit: Sed & uos habentes commonitionem a Petro & Paulo, plantationem Romanae & Corinthiorum ecclesiae coniunxistis. Ambo etenim simul aduentantes, & in nostra Corinthiorum ecclesia docuerunt, & per omnem Italiam, atque in hac urbe simul docentes, etiam martyrio pariter uno eodemque tempore coronati sunt. Haec autem retulimus, ut historia quae in opinione omnium est, confirmatior habeatur. Iosephus autem scribens quantae cladis Iudaeorum gentem peruasurum, & ut eorum uastitas propagata sit, addit etiam haec.

Ut innumeris Iudaei malis afflicti sint, ac nouissime contra Romanos arma mouerint. Caput XXVI.

Verum ad innumera mala quae Iudaeis acciderant, addit etiam hoc Florus, qui per idem tempus Iudaeae procurator tenebat, ut honorabilem quoque uiros flagris uerberaret, & in ipsa urbe sacratissima Hierusalem patibulo suffigeret, eo tempore quo perturbari Iudaeorum statum nouarum rerum molitionibus accidit, duodecimo scilicet anno imperij Neronis. Sed & per omnem Syriam in seditiosos Iudaeorum atrocissimam refert exercitum esse seuitiam, ita ut etiam illi qui per urbes singulas admixti gentibus commanebant, in hostium numero deputarentur. Et uideres repletas inhumatis corporibus ciuitates, iacentes mortuos simul cum paruulis senes, foetumque uniuersam provinciam innumeris malis refertam. Sed tamen tam diu hoc, & tam atroci spectaculo, multo grauius eos futurorum & per dies agnoscentium malorum metus & formido terreat. Haec ad uerbum Iosephus refert. Verum in hoc loco de Iudaeis ista sufficiant.

An. Do. 65. Ruffinus addidit.

An. Do. 68. Paulus decollatus. Petrus in cruce crucifixus. Caius scriptor.

Dionysius Corinthiorum episcopus. Alias, et scriptis distulit. Ecclesia Romana. Ecclesia Corinthiorum.

An. Do. 67. Iose. 20. 17.

In quibus locis Christum apostoli praedicaerint. Caput I.

Apostoli.

Thomas.
Mattheus.
Bartholo.
Andreas.
Ioannes.
Petrus.
An. Do. 66.



Igitur Iudaei debitis cladibus perurgebantur. Sancti uero apostoli Domini & Saluatoris nostri, caeterique discipuli, ad praedicandum uerbum Dei, per singulas quasque orbis terrae prouincias dirimunt. Thomas (sicut nobis traditum est) sortitus est Parthos, Mattheus Aethiopiam, Bartholomaeus Indiam ceteriorem, Andreas Scythiam, Ioannes Asiam: unde apud Ephesum & commoratus est, & defunctus.

Qui primus Romanorum exiit ecclesiam. Caput II.

Paulus.

Petrus Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, caeterasque confines prouincias, Iudaeis dumtaxat praedicans, circumisse deprehenditur, & ad ultimum in urbe Roma commoratus, ubi & crucifixus est, deorsum capite demerso: quod ipse ita fieri deprecatus est, ne exaequari Domino uideretur. De Paulo autem quid dicam, qui ab Hierusalem usque ad Illyricum uisitauit Euangelium Christi, & ad ultimum sub Nerone martyrium duxit: Haec ita per ordinem in tertio libro Explanationum Genesis Origenes exponit.

De epistolis apostolorum. Caput III.

Epistola Petri.

Actus Petri
Euang. Petri.
Praedicatione
sive reuelatio Petri.

Verum Petrus apostolus praedicationis suae monumenta nobis perperam dereliquit. Una etenim eius epistola est, de qua nullus omnino dubitauit. Nam de secunda multis incertum est, apud plurimos tamen etiam ipsa legenda suscipitur. Ille uero libellus qui dicitur Actus Petri, & quod nomen eius Euangelium nuncupatur, sed & quae dicitur eius Praedicatione uel reuelatio, in scripturis prorsus Canonice non habetur: sed ne aliquis quidem scriptorum ueterum uti eorum testimonijs inuenitur. Verum procedente nobis historiae narratione per opportunitatem locorum, cum scriptores ecclesiae sticos memorabimus, necessario etiam scripturarum libros qui in autoritate esse debeant, & quorum minus sequenda sit autoritas, exponemus. Interim Petri (ut diximus) prima epistola ab omnibus ueteribus est recepta. Pauli quoque manifeste quatuordecim sunt epistolae quae in autoritate habentur, licet sciamus, & de ipsa quid unquam ueterum scriptorum senserit, in tempore proferemus. Et libellus Hermiae, qui dicitur Pastoris, cuius Paulus in epistolis suis proponit, a plurimis non est receptus: ab alijs autem necessarius iudicatus est, propter eos qui primis ad fidem institutionibus imbuuntur. Unde & in nonnullis ecclesijs legitur, & multi ueterum scriptorum usi sunt testimonijs eius. Haec interim nobis praemissa sunt de diuinorum librorum fide, quam mox etiam ueterum ad stipulatione firmabimus.

De successione apostolorum. Cap. IIII.

Paulus.
Petrus qui
bus praedi-
cauerit E-
uangelium.

Paulus autem quod ab Hierusalem in circuitu usque ad Illyricum gentibus Euangelium praedicaerit, ex ipsius uocibus comprobatur, & ex his quae Lucas in Actibus apostolorum scribit. Sed & Petrus in quibus etiam ipse prouincijs his qui ex circumcisione sunt, praedicaerit Christum proprijs uocibus in ea epistola, qua ipse absque ambiguitate claruit esse, designat, in qua ad eos qui in dispersione sunt, scribit sine dubio Hebraeos. Ipsi etenim dispersi dicuntur, tanquam proprijs e sedibus pulsi, & positi in dispersione, ut aut ipse, Ponti, Galatiae, Cappadociae & Asiae ac Bithyniae: ex quibus si qui constanter in fide & emulatores uerbi Dei reperti sunt, etiam regendas ecclesias quas apostoli fundauerant, susceperunt, quorum nomina non est facile explicare per singulos. Ex apostoli tamen Pauli sermonibus colligere possumus, permultos esse quos ille nunc adiutores, nunc commilitones, nunc etiam concipi-

Dispersi,
hoc est He-
braei.

uos & conlaborantes in Euangelio, & comites nominat. sed & Lucas in Actibus apostolorum, plurimos eius socios memorat, & participes praedicationis, sicut Timothei meminit, & Titi: quorum alter in Epheso episcopus, alter ordinandis apud Cretam ecclesijs, ab eo praeficitur. Ipse autem Lucas, genere quidem Antiochenus, arte medicus, comes uero Pauli, & caeterorum apostolorum socius & necessarius fuit. Is ergo secundum hanc medicinam, qua ex Apostolorum uel societate, uel traditione susceperat, duos nobis medicinales libros, quibus non corpora, sed animae curentur, explicuit: Euangelium scilicet in quo etiam sic praefatur: Sicut tradiderunt nobis, inquit, hi qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt uerbi Dei, quos & ab initio sequutus sum: & actus apostolorum, quos non iam auditu perceperat, sed oculis inspexerat. Tradunt autem, quod Euangelium suum ex Pauli ore descripsit, & ipsum sit quod Apostolus suum Euangelium soleat nominare, cum dicit: Secundum Euangelium meum. Sicut & Marcus, quae ex ore Petri fuerant praedicta, conuulgat. Memoratur autem ex comitibus Pauli Crescens quidam ad Gallias esse profectus, Linus uero & Clemens in urbe Roma ecclesiae praefuisse, qui comites & adiutores eius fuisse, ab ipso Paulo perhibentur. Sed & Dionysium Areopagitam apud Athenas, quem Lucas descripsit primum Paulo praedicante credidisse, & inter socios eius fuisse, & ecclesiae Atheniensium constat sacerdotium suscepisse. Sed nunc interim ad historiae ordinem redeamus.

De Iudaeorum expugnatione post Christum. Caput V.

Igitur post Neronem, qui tredecim annis obsedit Romani culminis principatum, Galba & Otho anno & sex mensibus detento principatu defuncti, Vespasiano regni gubernacula derelinquunt, posito per idem tempus in Procinctu belli, quod Iudaeis intenderat, ubi ab ipso exercitu, cum quo oppugnabat Iudaeam, subrogatur imperio. Isque confestim Romam tendens, Tito filio suo curam belli, & Hierosolymorum oppugnationis iniungit. Verum post ascensionem Domini & Saluatoris nostri, Iudaei uel in ipsum commissi piaculis, uel persequutionis in apostolos, & necis in Stephanum, sed & obtruncationis in apostolum Iacobum, & in Iacobum nihilominus fratrem Domini, qui appellatus est Iustus, sceleris admisi, caeterorumque omnium, quos propter fidem Christi insidijs, dolis, atque omni fraude nequitiae circumuenerant: pro his, inquam, omnibus poenitentia diuinitus reposebantur. Et apostoli quidem ab illis prius fugati, ac per omnem locum dispersi (sicut supra diximus) pergebant in uirtute Christi, qui eis preceperat, dicens: Euntes baptizate omnes gentes in nomine meo. Ecclesia uero quae in Hierosolymis fuerat congregata, responso a Deo accepto, emigrare iubetur, & transire ad oppidum quoddam Pellam nomine, trans Iordanem: quo ablatis ex urbe sanctis & iustis uiris, uindictae caelesti fieret locus, tam de urbe sacrilega, quam de populo impio, per excidium patriae, euerisionemque sumenda. Quantis ergo malis gens tunc uniuersa mulctata sit, utque ipsa Iudaea terra, bello, fame, igne, caedibusque uastata sit, quanta populorum millia, patres simul cum paruulis liberis, absque numero, absque discretionem trucidati sint, quae etiam diuersarum urbium obsidiones, sed & ipsius magnificae & famosissimae ciuitatis Hierusalem, quanta uastitas, & quanta fuerit diuersarum mortium strages, quique per haec singula bellorum extiterit modus, & ut secundum id quod propheta praedixerant) abominatio desolationis in ipso quondam Dei famosissimo collocata sit templo, utque ad ultimum cuncta ignis populatus sit, & flamma consumperit, si quis plenius nosse uult, historiam Iosephi relegat. Nos uero ex his ea tantum quae ad explanationem populi in die solenni paschae Hierosolymam, uelut exitiali quadam manu collectae conuenerant, quos tricies centena millia hominum dicit fuisse, iusto scilicet Dei iudicio tempore hoc ultionis electo, ut qui in diebus paschae Sal-

Timotheus
Titus.
Lucas.

Euangelium
Luce.
Lucas in
prologo
suo.

Gesta apo-
stolorum,
quae uoca-
mus Acta.
Lucas ex
ore Pauli
suum scri-
psit Euan-
gelium.

Marcus ex
ore Petri.
Crescens.
Linus.
Clemens.
Dionysius
Areopagi-
ta.

An. Do. 70.
Vespasia-
nus Caesar.
An. Do. 71.
Iose. bel.
Iud. lib. 5.
cap. 10.

Ecclesia
Hierosoly-
morum Pel-
lam trans-
fertur.

An. Do. 72.
Capta exi-
stiq; Hieru-
salem, 8. die
Septemb.

uatorem suum, & salutare Christum Domini cruentis manibus, & sacrilegis uocibus uiolauerant, in ipsis diebus uelut in unum carcerem omnis multitudo conclusa, feralis poenae exitum quod merebatur exciperet. Præteribo quoque in eis uel gladij caede, uel alijs belli machinis collata sunt, explicare: ea tantum modo quæ diræ famis exitio pertulerint, supra dicti historiographi sermonibus proferam, quo legentes hæc, intelligant quantum piaculi sit, audere aliquid in Christum, & quàm grauibus ausa supplicij expientur.

De fame que oppressit eos. Cap. VI.

Ios. li. 6. bel. 11. ca. 11. cir. et finem.

Metri uocat mensuram seu modium frumenti.

Fames.

Age itaque sextus Iosephi historiarum liber ponatur in medium, ex quo omnis illorum luctuosa tragœdia pernoscat. Diuitibus autem permansissent, facultatum suarum causa crimine obiecto, quasi qui de transugendo cogitarent, perimebantur. Necessitas uerò famis factiosorum publice arrogantiã, & utrumque simul inedia cum temeritate crescebat. Publice quidem frumentum nusquam omnino erat, sed irruentes urbis prædones, percutabantur domos, & si quidem inuenissent, tanquam de his qui fetellerant, poenas sumebant: si uerò non inuenissent, nihilominus tanquam eos qui occultius & diligentius absconderent, cruciabant. Indicium uerò haberi ab eis pabula capiebant, hoc ipso quod adhuc uiuere & subsistere corporibus uidebatur, tanquam qui profectio iam interissent, nisi absconditos uspiam tegerent, si quos sane tabescentes macie uidissent, hos cum uenia præteribant, supfluum putantes perimere, quos paulo post absumeret fames. Multi tamen in occultis omni censui suo mercati sunt unum metri: si diuites, frumenti horis, si inferiores fuerunt, & concludentes se in interioribus quibusque penetralibus domus, nonnulli nec in panes confectas fruges edebant. Alij uero, in quantum uel necessitas, uel metus permetteret, excoquebant. Et mensam quidem nullus expectabat apponi, sed ex ipso semiuista igni rapietes, propria uelut furtiua deuorabant. Et erat infelicis ipsius cibi spectaculum miserabile, cum ualidiores quique inuenta diriperent, imbecillioribus uero nihil præter luctum superaret, & lacrymas. Et omnium licet acerbitates rerum superet famas, nihil tamen ita subruit & subuertit, sicut uerecundiã. Quicquid enim saluis rebus pudore dignum est, id in hac necessitate contemnitur. Denique uxores de uirorum manibus, & filij de patrum, & (quod est infelicissimum) matres cibos de paruulorum suorum ore rapiabant. Et cum dulcissimi liberi in manibus atque ante ora positi tabescerent, exigua uitæ subsidia dentibus eximere nemo parebat. Verum nec ipsos quidem infelices & perexiguos sumentes latebant cibos, sed continuo aderat prædonum quis, & statim ut clausa cuiuspiam cõspexisset fores, indicium credebat hoc esse quod intrinsecus positi ederent: & repente despiciatis foribus præcipites irruerant: atque ab ipsis ut ita dicam faucibus exprimentes, si quid forte insumptum iam fuerat, reuocabant. Verberabantur senes, si cibum uendicare tentassent. Sparsis etiam faucibus mulieres trahebantur, occultare nitentes, si quid forte deprentum fuisset in manibus. Nulla senibus pro canicie reuerentia, nulla erga paruulos miseratio, sed in exiguo panis fragmento paruulos inhaerentes, & ex ipso cui inhaerant, suspensos, elidebant in terram. In eum uero qui raptorem cibo præuenisset, absumpso crudelius fruebant, & excogitabant dira supplicia, obrutantes infelicibus naturales digestionum meatus. Alijs uero præacutas fudes per liguerenda adigentes (horresco quæ gesta sunt referens) ad cõfessionem per liguerenda panis, aut cyathi farinae miseros perurgebant. Nam ipsi tortores nec tuebantur famem (esset enim quodammodo tolerabilius, si hæc compulli inedia facere uiderentur) sed ut uel prepararent sibi in posterum cibos, uel ut crudelitas exercitio conualesceret. In his etiam si qui forte furtim per stationes hostium, pro colligendis herbis crepissent, occurrentes eis qui se hostium

nas effugisse gauderent, diripiebant quicquid attulerant. Supplicantiibus autem, et terribile quoddam sibi nomen Dei inuocantibus, ut uel partem aliquam ex his que cum mortis periculo quesierant, indulgerent, nihil prorsus præbent. Sed & hoc beneficij loco cesserat, si comprehensum uiuum licuisset euidere. His autem post aliquanta adiugit dicens: Iudæis uerò cum egressu urbis omnis pariter spes excluderetur salutis. Et inualecens acerbitas famis, domos simul & familias, gentemque uastabat, ita ut in penetralibus strata iacerent mulierum paruulorumque cadauera. per plateas uero infelicium senum corpora, fame magis quam etate consumpta. Iuuenes uero, atque omnis etas robustior, uelut simulaera que dâ in uis & egressibus oberrabat, corructes quocumque loci gressum subruisset inedia. Sepelire autem cadauera proximorum, nec defunctorum multitudo nec uitium debilitas permittebat, simul & pro luxa unusquisque uite incerto. Denique aliquanti supra eos quos sepeliabant, animas emisere. multi etiã dum prosequuntur funera, priusquam ad sepulchra ueniretur, efflabant. Sed nec plantatus ex more defunctis exhibebatur, aut luctus: quia hoc sibi totum uendicauerat fames. Sed nec ariditas inedia, humorem cuiquam reliquerat lacrymarum: obiederat ciuitatem profunda silentia, & nox plena mortis cuncta cõtulerat. Quibus malis omnibus grauioribus soli uigebant prædones, qui nec sepulchra quidem diripere, & spoliare cadauera illicitum ducebant, non tam prædam petentes, quam scelus irrisione cumulantes, & aciem gladiatorum suorum in cadauerum obruncatione probantes. Interdum etiã in nonnullos adhuc spirantes mucro examinabant, ut in se quoque beneficij loco conuerterent scelus, quo scilicet cruciatibus famis uelocius absoluerentur, sed nouo crudelitatis genere necem quam sponte inferebant, si rogarentur negabant: cum tamen unusquisque deficientium cum gemitu oculos retorqueret ad templum, non de morte propria dolens, sed de impenitate prædonum, quos superstitibus relinquebat. Et primo quidem sumptu publico sepelire mortuos iusserat scetoris intolerantia. Ut uero omnem sumptum cepit uincere multitudo morientium, de muro cadauera præcipitabant. At cum Titus circumiens peruidisset repletos mortuorum cadaueribus uallos, & humanibus Deum inuocantem, hoc suum opus non esse. Et post aliquanta iterum talia quedam profecit: Non cõtabor, inquit, proferre quod sentio. Arbitror enim, quod etiã si aduersum impios ciues Romanorum paulisper armibus exultis tortis supplicium ciuitas dependisset: quæ multo infastiorẽ illis quæ hec perpeffi sunt, & nequiores uirorum presentem hanc protulisset ætatem, pro quibus & omnis gens pariter mereretur extingui. Sed & in sexto libro de eisdem rebus scribit: Et eorum, inquit, qui per totam ciuitatem famis inedia corrumpebantur, multitudo innumerabilis erat, quorum nec explicari minus bella & cedes inter charos, ipsosque parentes ac liberos nascabant, dum non solum e manibus, sed ex ipsis etiam faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides autem nec mortuis erat, sed & ipsi cum iam spiritum exhalarent, perierant a prædonibus, ne cui forte intra gremium cibi aliquid resedisset. Alij quædam exagitat, in eisdem domos sub momento temporis iterum ac facit irruerant. Omnia tamen necessitas uertebat in cibum, etiã illa que ne mugulis, aut ipsis etiam calciamentis abstinerent. Scutorum quoque indumenta detrahentes cõficienda dentibus, ingerebant. Nonnulli & sceni ueteris uestucas edebant: sed & de quiscumque undecumque collectis paruissimum pondus drachmis quatuor distrahant. Sed quid opus est per hæc pondus famis illius explicare, cum ge

Lib. 6. cap. 14. de bello iud.

Titus caesar Ios. lib. 6. cap. 14. bel. iud.

Vide 12. ca. et 11. septimi libri de bel. iud. Nã Eusebius Græcorum dist. natione sequutus est, qui Iosephi libros aliter diuidunt.



Ioseph. bel. Iud. lib. 7. cap. 8. An. Do. 27. Maria lu. dea filioli sui deuoratrix.

stum sit sibi facinus, quod neq. apud Gracos, neq. apud Barbaros ullis accepit auditus. Horrendum quidem dictu, auditu uero incredibile. Equidem libenter tam immane facinus siluissim, ne quis me crederet monstruosa narrare, nisi multos memoria nostrae uiros testes commissi sceleris habuissim. Porro uero nec aliquid in hoc patriae prestare me arbitror, si subtraham eorum malorum uerba, quorum pertulit facta, Mulier quaedam ex his qui ultra Iordanis aluuii commanebant, Maria nomine, Eleazari filia de uico Bethesob, quod interpretatur domus hysopi, genere & facultatibus nobilis, cum reliqua multitudine quae confluxerat, Hierosolymis reperta, communem cum omnibus oblationis casum ferebat. Huius reliquas quidem facultates, quas e domo in urbem conuexerat, tyranni inuasere. Si quid uero reliquiarum ex magnis opibus fuerat, quibus uictum quotidianum pretenuem duceret, irruentes per momenta praedonum satellites rapiebant. Pro quibus ingens mulierum uelut inuisa iam quaedam indignatione fatigabat, ita ut interdum praedones male dictis in necem sui, & conuicijs instigaret. Verum cum nec irritatus quisquam neq. miseratus eam perimeret, & si quid forte cibi fuisset ab ea quaesitum, id ab alijs quaereretur, nec iam usq. reperiendi copia fieret, fames autem dira uisceribus ipsa insisteret ac medullis, & ad furorē iam perurgeret inedia, fame & ira pellis uita consultoribus, contra ipsa iam armatur iura naturae. Erat namq. ei sub uberibus paruulus filius, hunc ante oculos ferens: Infelicis, inquit, matris o in felicior fili, in bello, fame, & direptione praedonum cui te reseruabo? Nam & si uita sperari possit, iugo Romanae seruitutis urgemur, Sed nunc etiam ipsam seruitutem prauehit fames. Praedones uero utraq. ui grauiorē perurgēt. Venerunt ergo o mi nate, esto matri cibus, praedonibus furor, sedulis fabula, quae sola deerat cladibus Iudaeorum. Et cum haec dixisset, simul filium iugular, tum deinde igni superpositum torret, & medium quidem consumit, medium uero seruat obiectum. Et ecce confestim praedones irruunt, obusta carnis nidore concepto: mortem minatur, nisi sine mora cibos quos paratos senserant, demonstraret. Tum illa: Equidem partem, inquit, uobis optimam reseruauit. Et contuendo quae super fuerant membra retexit infantis. At illos repente ingens horror inuasit, & immanes quamuis animi diriguere, uox faucibus interclusa est. Illa uero truci uultu, & ipsis iam praedonibus truculentior: Meus, inquit, hic filius, meus est partus, & facinus meum est. edite: nam & ego prior comedi quae genui. Nolite effici aut matre religiosiores, aut foemina molliores. Quod si uos pietas uincit, & execramini cibos meos, ego quae iam talibus pasta sum, ego his iterum pascar. Post haec illi territi trementesq. discedunt, qui hunc solum ex omnibus facultatibus miserae matri reliquerant cibum. Repleta est autem confestim uniuersa ciuitas nefariae sceleris nuncio, & unusquisq. ante oculos facinus, quod perpetratum fuerat, adducens, tanquam si ipse id perpetrasset, horrebat. Omnes autem quos famis necessitas perurgebat, festinabant magis ad mortem, beatos dicentes eos quibus eos contigit interisse, priusquam uuluum malorum polluerentur auditu. Haecenus Iosephus.

Matth. 24. Luc. 21. Christi praedictio de calamitate Iudeorum. An. Do. 72. Ios. bel. Iud. lib. 7. ca. 17. Numerus peremptorum.

De his quae a Christo praedicta sunt. Cap. VII. Igitur Iudaeos pro his quae Christum Deum commiserunt piaculis, talis consequuta est poena. Dignum est autem huic historiae adhibere dominicas uoces, quibus ipse Saluator talia secutura esse praedixit: Ve autem, ait, praegnantibus, & nutricibus, uel lactantibus, in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga uestra huiusmodi sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio seculi usq. nunc, neq. erit. Colligens autem supradictus historiographus omnem numerum peremptorum, uel fame, uel ferro, undecies centena millia designauit: ex quibus uero latrones & sicarios, ac praedones, post urbis excidium mutuis declaratis interisse uulneribus. Electos autem quosq. iuuenum, quos decor & proceritas corporis comedebat, ad triumphum dicit esse seruatos: reliquos autem, qui supra decem

decem & septem annos agebant etatis, uinctos ad opera Aegypti per metalla destinatos, uel per caeteras prouincias esse dispersos. Alij quidem ut ludis gladiatorijs, alij ut ad bestias traderentur. Si qui uero intra septimum & decimum aetatis reperti sunt annum, per diuersas prouincias in seruitutem distrahi iussi sunt, quorum numerus usq. ad nonaginta millia perductus est. Haec uero omnia gesta sunt secundo anno imperij Vespasiani, iuxta ea quae ipse Dominus & Saluator noster Iesus Christus praedixerat. Quippe qui ea quae gerenda erant, praesentia iam uideret, tunc cum secundum Euangeliorum fidem, uidens ciuitatem, fleuit super eam, & uelut in auribus eius proloquutus est haec uerba: Si agnosceres, inquit, & tu in hac die tua, quae ad pacem tibi sunt, curares. nunc autem abscidita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies super te, & circumdabunt te inimici tui uallo, et circumdabunt te, & perurgebunt te undiq. et ad solū deducent te, & filios tuos qui in te sunt. Sed & rursum tanquam de populo dicens: Erit, inquit, necessitas magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes, et Hierusalem erit calcata a gentibus, usquequo compleantur tempora gentium. Et iterum: Cum autem uideritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia appropinquabit desolatio eius. Comparet nunc unusquisq. Domini & Saluatoris nostri sermones, & uidens miram diuinae praesentiae uirtutem, agnoscat praedictis diuinitatem. Haec quidem Iudaeorum genti post passionem saluatoris ista ultione uenerunt pro eo quod autorem uitae a semet uniuersa gens conclamauerat auferri. Veruntamen nihil obstat etiam ea addere, per quae pietas & clementia Dei licet ingratis uideatur oblata. Quadraginta namq. post admissum piaculum omnes, praecipue tamen Iacob, qui dicebatur frater Domini in Hierosolymis episcopus constitutus, indefinenter populum commisse impietatis & feralis ausi de scelere commonebat, si forte possent committi poenitentiam gerere, si possent flere pro scelere, & ultrices poenarum flammis lachrymarum uberrate restinguere. Ostendebat namq. eis Deus per suam patientiam, quod ipsorum quereret poenitentiam: quia non uult tantum Deus mortem peccatoris, quantum ut conuertatur & uiuat.

De portentis ante bellum. Cap. VIII.

Mollire autem adhuc mentis eorum duritiam nitebatur diuina maiestas ostentando potius quam inferendo. De quibus supradicti Historiographi fides, ut in caeteris, etiam in hoc sufficiens erit. Relegamus ergo quid in sexto historiographi suarum libro de his ipse signauerit Iosephus: Sed infelicem, inquit, plebem terribili quidam homines & deceptores falsa uaticinantes suadebant, ut euidens signis & indicijs iracundiae, & indignationis diuinae non credent, quibus aperte futurum & urbis & gentis praesagiabatur excidium: sed uelut afflati & amentes, & qui neq. oculos, neq. animam in se haberent, sperabant omnia quae coelitus nunciabantur. Etenim stella praefulgens, gladio per omnia similis, imminere de super ciuitati, & Cometas praeterea exitalibus flammis ardere per totum uisus est annum. Sed & ante excidij tempus ac bellum, qui est Aprilis, noctis tempore hora nona tantus luminis fulgor aram templumq. circumdidit, ut putarent omnes diem clarissimum factum, & per mansu spacio hore dimidit. Quod imperitis quidem et ignaris prosperum uidebatur, sed legisperitis & probos quosq. doctores non latuit exitiale portentum. In eadem quoque festiuitate uitula sacrificijs admota, & aris assistens, inter ipsas ministrorum manus enixa est agnam. Sed & ianua interioris aedis, quae respiciebat Orientem, cum esset aere solido induta, ac perinde immensi ponderi,

Ad triumphum. Ad metalla. Ad bestias. Luc. 19. Praedictio excidij Hierosolymitanae. Luc. 22. Iacob frater domini, episcopus Hierosolymitanus. Prodigijs ad poenitentiam inuitati Iudaei. Ios. bel. Iud. lib. 7. ca. 17. cap. 12. bel. Iud. Noctu lux exorta. Vitula agna enixa.

MANUSCRIPTA



Ianua sua sponte aperta.

Currus in aere uisi.

Exclamatio hominis plebeij.

Vox uel Hierosolymis.

Psal. 3. Psal. 18.

ri, quae uix uiginti uiris summo conatu impellentib. clauderetur, ferreis quoque uectibus & seris munita, ac pessulis in altum demissis, teneretur obstricta repente hora noctis sexta apparuit sponte patefacta. Sed & transacto die festo post aliquot dies, prima & uigesima die mensis Artemisij, qui Maius apud nos uocatur, prodigiosus apparuit uisus, & fidem pene excedens. quod uere falsum putaretur, nisi oculorum fidem confirmasset malorum consequuta perniciēs. Etenim propè solis occasum uisi sunt currus & quadrigae in omni regione per aerem ferri, & armatorum cohortes misceri nubibus, & urbes circumdari agminibus improuisis. In alio item die festo, qui Pentecostes appellatur, noctu sacerdotes ingressi templum ad ministeria ex more complenda, primo quidem motus quosdam strepitusq; senserunt, tum deinde uoces subitaneas audiunt, dicentes, Migremus hinc. Additur his etiam aliud terribilius. Etenim quidam Ananiae filius, Iesus nomine, uir plebeius & rusticus, ante quartum belli annum quum ciuitas in pace & abundantia perduraret, in die festo tabernaculorum repente clamare coepit: Vox ab Oriente, uox ab Occidente, uox à quatuor uentis, uox super Hierosolymam & super templū, uox super sponsores & sponsas, uox super populū. & indefinenter die noctuq; per omnes plateas circumiens, haec clamabat, usquequo quidam primores ex populo uirri, uelut insausi presagij indignatione commoti, correptum hominem multis uerberibus afficiunt. At ille nequaquam pro se aliquid loquens, sed ne eos quidem qui circumsteterant deprecans, easdem uoces pari obstinatione et clamore repetebat. Tum principes intelligentes (ut res erat) numinis esse motum in uiro, perducunt eum ad iudicem Romanum, apud quem flagris ad ossa usque laniatus, neq; preces, neq; lachrymas fudit: sed eandem uocem miserabiliter et cum quodam ululatu emittens, per singula pene uerba proferebat, addens etiam hoc, Vae uae Hierosolymis. Prosequitur & aliud idem historiographus maiore gestum miraculo, dicens oraculū quoddam in sacris processibus, tum, quod per idem tempus uirum designaret ex eorum regione processurū, qui totius orbis potiretur imperio. Cuius oraculi presagium idem historiographus Vespasianū declarare est suspicatus, sed Vespasianus non alijs quam illis solis gentibus, quae Romano imperio uidebantur subditae, dominatus est. unde iustus ad Christū haec responsa referuntur, ad quem dixerat pater: Peccata terrae: & cuius per idem tempus per Apostolos suos in omnem terram exierat sonus, & in fines orbis terrae uerba eorum.

De Iosepho & quos reliquerit libros. Cap. IX.

Operae precium sane est post illa noscere quis hic fuerit Iosephus, & unde uel ex quo genere originem ducens, qui tantam nobis materiam rerum gestarum cognitionemq; praestiterit. Exponit ergo etiam haec ipse de se, hoc modo scribens: Iosephus Mathathiae filius, Hebraeus genere, ex Hierosolymis sacerdos, qui & ipse primo bello Romanos oppugnauerim, & posterioribus nihilominus interfuerim prelijs, necessitate constrictus. Constat igitur, hunc uirum per idem tempus non solum apud Iudaeos proprios ciues, uerum etiam apud Romanos habitum esse nobilissimum, ita ut literarū merito in urbe Romana etiam statua donaretur, & libri eius bibliothecae traderentur. Conscripta namq; Antiquitatum historiam in uiginti libris. Belli uero Iudaici cum Romanis habiti historiam septē uoluminibus comprehendit, quam non solum Graecae facundia, uerum & patrio, id est Hebraeo sermone suis etiam ciuibus se edidisse confirmat, dignus cui praeter ceteris omnibus debeat crediti. Sed & alia eiusdem uiri ex tant de Iudeorum uetustate duo uolumina, in quibus contradicere Apionem cuidam Grammatico uidetur, qui illis temporibus aduersum Iudeos scripsit, & ad alios quosdam, qui morem gentis Iudaeorum atque instituta laecerunt. In primo ergo ex his duobus libro, quae uolumina apud Hebraeos in auto-

Antiqu. lib. 20. Bel. Iud. lib. 7.

in auctoritate habeantur, secundum maiorum traditionem, per haec edocet.

ut diuinorum meminerit scripturarum. Cap. X.

Neque igitur innumera, inquit, apud nos habentur uolumina inter se inuicem discordantia, sed duo tantum & uiginti sunt libri, qui omnium temporum seriem continent, sed & iuste creduntur diuinitus inspirati. Ex quibus quinque sunt Moysi, continentes leges uitae, & successionis humanae profapia, usq; ad ipsius Moysi terminum pertendentem, qui paulo minus ad tria millia annorum continentiam gerunt. A morte uero Moysi usq; ad Artaxerxen, qui post Xerxen regnauit apud Persas, quae gesta sunt, prophetae, quicq; per ea tempora tredecim uoluminibus conscripserunt. Reliqui uero quatuor libri hymnos in Deum, & uitae instituta, ac monita mortalibus tradunt. Ab Artaxerxe uero usq; ad nostrum tempus scripta sunt omnia: fide tamen non eadem quae primis habetur, digna ducuntur, pro eo, quod non ita extiterit prophetarum iugis & explorata successio. Rebus igitur his constat, quam nos uenerabiliter utamur scripturis nostris. Nam cum tot secula intercellerint, neq; addere quis unquam, neque auferre, aut permutare quid ausus est: sed omnis gentis nostra hominibus insita haec quodammodo atque ingenita fides est, credere haec Dei esse consulta, & his iugiter inhaerere, ac pro ipsis (si ita res in locis a nobis (ut arbitror) non incompetenter inserta. Est adhuc et aliud eius elegans satis uolumen, quod animus sit qui imperium teneat in nobis. Quem libellum quidam Machabeorum attulauerunt, pro eo quod certamina inibi & agones pro pietate a Machabeis fratribus desudata contineat. Sed & in fine uiginti Antiquitatum libri, significat idem ipse proposuisse se quatuor uoluminibus comprehensurū secundum fidem & religionem patriam, de Deo & de substantia eius ac legibus: & cur quaedam apud eos liceant, quaedam uero non liceant. Sed & alia nonnulla opuscula a se dicit esse composita. In fine etiam supradicti uigesimi libri Antiquitatum, iustum quandam ex Tiberiade, qui conatus sit hoc idem operis, quod ipse explicauerat, aggredi, arguit falsitatis per haec uerba: Sed non ego te imitatus sum in his quae conscripseram, etenim Imperatoribus obtuli libros meos, cum adhuc ipsa quae gesta sunt, penes in oculis haberentur. Quippe qui conscius mihi essem seruatae in omnibus tui, quorum multi etiam ipsis interfuerit bellis, sicut Agrippa rex, & nonnulli eius propinqui. Et Imperator quidem Titus in tantum probauit ex illis de sua subscriberet, publice ab omnibus eos legi debere. Rex uero Agrippa septuaginta & duabus epistolis de operis nostri ueritate testatus est, ex quibus & diuis inserui. Sed & de his satis dictum est. nunc ad narrationis nostrae seriem reuertamur.

Quemadmodum post Iacobum Symeon Hierosolymorum rexerit ecclesiam. Cap. XI.

Post martirium Iacobi, & continuo consequutum ciuitatis excidium, traditur Apostolos, ceterosq; Domini discipulos, qui ad illud tempus reliquerant, in unum e locis omnibus conuenisse, simul cum his qui propinquos supererant, & habuisse in commune consilium, quem oporteret dignum successione Iacobi iudicari, omnesq; uno consilio atq; uno consensu Symeonem Cleopae filium decreuisse (cuius mentio in euangelijs facta est) ut episcopus parus sedem susciperet, Consobrinus is secundum carnem saluatoris fuisse dicebatur: quia Cleopam fratrem fuisse Ioseph, Egesippus contestatus est.

ut Vespasianus posteritatem Dauid inseruit inquiri. Cap. XII.

Per idem tempus Vespasianus post excidia Hierosolymorum omnes, si qui forte ex familia Dauid superfuissent apud Iudaeos, uelut regalis profapiae uiros

22. libri.

Quinque Moscos.

Propheta rum 13.

Quatuor reliqui.

Quatuor libros adhuc promittit.

In Iustum amulum suū.

Apostoli et discipuli domini conueniunt.

An. do. 62.

An. Do. 70.

In familia Dauidicam requiritur uiros

MACHABEORUM



An. Do. 81. An. Do. 82. **T**io exorta est. Sed Vespasiano, decennio principatu ministrato, Tirus filius in imperio succedit. Cuius secundo regni anno, Linum duodecim annis in sacerdotio transactis, urbis Romę episcopatum tradidisse Anacleto ferunt.

Quod Alexandria ciuitati secundus Abilius presuerit. Cap. XIII.

Domitianus Cesar. An. Do. 83. An. do. 86. **S**ed Titus non amplius quam duobus annis, totidemque mensibus, principatu Romano apicis ministrato, Domitiano fratri summam reru reliquit. Quarto igitur anno Domitiani, apud Alexandriam Annianus uiginti & duobus annis ministrato sacerdotio defunctus est, in cuius locum secundus succedit Abilius.

Quod Romę secundus episcopus Anacletus fuerit. Cap. XIII.

An. do. 95. **I**n urbe uero Roma duodecim Anacletus annis in episcopatu exactis, sacerdotij sedem Clementi tradidit.

Ut tertius ab hoc Clement. Cap. XV.

Philip. 4. **Q**uem adiutorem suum Paulus Apostolus Philippensibus scribens, designat, dicens: Cum Clemente & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro uitę.

De epistola Clementis. Cap. XVI.

Clementis epistola ad Corinthios scripta. **H**uius Clementis epistola habetur ad Corinthios scripta, præcipua plane & ualde mirabilis, quam uelut ex persona Romę ecclesię dictauit, cuius dissensio apud Corinthios fuisse exorta: quam epistolam in plurimis ecclesijs publice legi, & ueterum & nostris etiam temporibus constat. Verum de celebratione facta apud Corinthios, ac dissensione plebis, testis ualde fidelis Egesippus indicat, hoc modo dicens.

De persecutione sub Domitiano. Cap. XVII.

An. do. 96. Domitianus Christi anorū persequitor. An. do. 96. **M**ulta erga multos crudelitate Domitianus exercita, plurimisque in urbe Roma nobilibus & illustribus uiris, nullo iure, nullaque ratione trucidatis, innumeris etiam in exilium trusis, & honorum direptione mulctatis ad ultimum Neronianę theomachię, & impietatis successor efficitur. Secundus hic quippe ab illo persequutionem molitur in nostros, cum utique pater suus Vespasianus nihil profus nostris irrogauerit iniurię.

De Ioanne Apostolo, & reuelatione eius. Cap. XVIII.

An. do. 96. Ioannes in Pathmos re legatur. An. do. 97. **Q**uo in tempore Apostolus & Euangelista Ioannes, ob prædicationem uerbi diuini, & testimonium ueritatis, in insulam Pathmos traditur congregatus. Denique Irenęus scribens de computo nominis antichristi, quod continetur in reuelatione quę dicitur Ioannis, quinto aduersus hereses libro, hæc de ipso Ioanne commemorat: Quod si oportet, inquit, aperit in hoc tempore de isto nomine prædicari, a quo magis poterat aperiri, nisi ab eo qui ipsam reuelationem uidit. Neque enim multum temporis est quod reuelata est, sed penę nostra grata. In fine etenim Domitiani principatus exorta est. In tantum uero per idem tempus fidei nostre instituta florebat, ut etiam nonnulli aliter de persecutionibus illius temporis, uel etiam de martyrijs. Qui etiam diligenter explorato tempore designant, quintodecimo anno Domitiani principatus cum alijs plurimis, ab eo etiam Flauiam Domicillam sororis filiam, Flauij Clementis unius tunc ex consulibus uiri, ob testimonium quod Christo perhibebat, in insulam Pontiam nomine deportatam.

Quemadmodum Domitianus posteritatem Dauid iusserit occidi. Cap. XIX.

An. do. 96. Interficiuntur posteritas Dauid. **A**re Dauid & regia stirpe descenderent, uetus traditio tenet, quod delati sint quidam, quasi essent de posteritate Iudę, quem fratrem fuisse Saluatoris secundum carnem tradunt. Quicquid duplici urgebatur inuidia, uelut qui ex Dauid

Uid genere, & ex ipsius Christi propinquitate descenderent. Quę Egesippus per ordinem his uerbis refert.

De profapia Saluatoris. Caput XX.

Ad huc autem uirebant quidam de carnali genere Domini nostri, nepotes Iude, eius qui secundum carnem frater Domini dicebatur: quos quidam delati nomine, qui in hoc missus fuerat, perducit ad Domitianum Cæsarem: & ipse enim formidabat de aduertu Christi, sicut & initio Herodes. Interrogati ergo a Domitiano, si essent ex familia Dauid, confessi sunt. Tunc quæsiuit ab eis, quantis possessionibus, uel quantis essent facultatibus præditi. At illi responderunt, quod utriusque non amplius esset in bonis nouem millibus denarijs, ex quibus singulis pars media pro portione deberetur. Nec hæc sibi in pecunia subistere, sed in æstimatione terrę, quę eis esset in quadraginta minus uno iugeribus constituta, quã suis manibus excolentes, uel ipsi alerentur, uel tributum dependere. Simul & testes ruralis & diurni operis, manus labore rigidas et callis obduratas præferabant. Interrogati uero de Christo, quale sit regnum eius, uel quis ipse, aut unde, aut quando uenturus: responderunt, quod non huius mundi regnum, neque huius terrę ei designetur imperium, sed quia celeste ei regnum per angelorum ministeria in consummatione seculi præparatur, quando scilicet aduentans in gloria, de uiuis & mortuis iudicabit, & restituet unicuique pro factis ac meritis suis. Ad hæc Domitianus, cum neque in eis quicquam criminis inueniret, & utilitatem eorum quam maxime contemneret, abire eos liberę iubet. Sed & persequutionem, quam aduersum ecclesias augurari iusserat, datis rursum compescit edictis. Illi uero dimissi ab eo, uel martyrij merito, uel propinquitatis prærogatiua, pacis iam tempore duces ecclesię effecti, usque ad Traiani tempora permanserunt. Hęc quidem Egesippus, & Tertullianus de Domitiano similia refert, dicens: Tentauit aliquando & Domitianus simile aliquid, portio Neronis de crudelitate. Sed quasi homocito destitit, ita ut etiam eos quos in exilium miserat, reuocaret. Post Domitianum uero quindecim annis imperio potitum, Nerua suscepit principatum. Sub quo omnes quidem honorum tituli, qui in Domitianum collati fuerant, detrahuntur. Reuocati autem quicunque ab eo in exilium trusi sunt, ac recipere facultates ex senatusconsulto iubentur: de quibus singulis testimonium perhibent, qui gesta illorum temporum conscripserunt. Tunc igitur etiam Apostolum Ioannem post absolutionem insulę, Ephesum quasi ad scholam propriam redisse, nostrorum scriptores declarant.

Quod Alexandrinorum Ecclesie tertius presuerit Cerdon. Cap. XXI.

Nerua uero post annum plus minus defuncto, Traianus succedit imperio. Cuius primo principatus anno Abilius apud Alexandria tredecim annis sacerdotio ministrato diem obit: cui succedit Cerdon tertius in sacerdotium. Qua tempestate in urbe Roma Clemens quoque tertius post Paulum & Petrum pontificatum tenebat.

Quod Antiochene ecclesie secundus presuerit Ignatius. Cap. XXII.

Sed & apud Antiochiam Euodius primus fuerat, & secundus Ignatius. Hierosolymis quoque Symeon secundus post Iacobum fratrem Domini ipsam temporibus gubernabat ecclesiam.

Relatio de Ioanne Apostolo. Cap. XXIII.

In his superstes adhuc apud Asiã demorabatur ipse, ille quę amabat Domini Iesus, apostolus simul atque euangelista Ioannes, ecclesiarum quę in insula gubernacula regens, post Domitiani (ut diximus) obitum regressus ex insula. Quod quia ita se habeat, duobus fidelibus testibus approbabo. Irenęus & Clemens Alexandrinus huic ueritati astipulantur, in secundo aduersus hæreses libro, Irenęus hoc modo scribens: Et omnes, inquit, presbyteri testes sunt

Nepotes Iude delati falso. Reuocatus. Facultates nepotum in de. Rogantur de regno Christi quale sit.

An. Do. 97. Ioannes Ephesum redit.

Euodius. Ignatius. Symeon.

Ioannes euangelista.

Marginal notes written vertically on the right edge of the page.

iuuenis ad
meliorē ui-
tam reuoca-
tur per Io-
annem E-
uangelistā.

funt, qui in Asia Ioannem discipulum Domini uiderunt, & sciunt hanc tradi-
disse Ioannem, qui & permansit apud eos usque ad tempora Traiani. Item in ter-
tio eiusdem operis libro, idem scriptor de eiusdem ita testatur: Ecclesia, inquit,
quae apud Ephesum, à Paulo quidem fundata est, à Ioanne uero aedificata, qui
permansit in ea usque ad tempora Traiani. Habes hunc testem fidelem de Apo-
stoli temporibus contestantem. Accipe quid etiam Clemens (cuius pariter
promissimus testimonium) dicat, historiam quandam per necessarium simul te-
xens: quam nos quoque, si inferamus, utilem fore legentibus credimus. Scribit
ergo haec: Audi, inquit, fabulam, & non fabulam, sed rem gestam de Ioanne A-
postolo, & memorijs omnium traditam. Cum post tyranni obitum de Path-
mos insula Ephesum rediret, rogabatur etiam uicinas lustrare prouincias, quo-
rum uel ecclesias fundaret, in quibus non erant locis: uel in quibus erant, sacerdo-
tibus ac ministris instrueret, secundum quod ei de unoquoque spiritus sanctus
indicasset. Cum igitur uenisset ad quandam urbem haud longe positam, om-
nibus ecclesiasticis solenniter adimpletis, uidit iuuenem quendam ualidum cor-
pore, & uultu elegantem, sed & animis acrem nimis: respiciensque ad episcopum
qui nuper fuerat ordinatus, Hunc, inquit, tibi summo studio commendo sub te-
stimonio Christi, & totius Ecclesiae. Tu ille suscipiens, omnem se adhibiturum,
sicut praecipiebat, diligentiam pollicetur. Sed iterum atque iterum eadem sepi-
us repetens, iuuenem commendabat attentius, & post haec Ephesum rediit. Tu
uero presbyter in domum suam adolescentem suscepit commendatum, & cum
omni diligentia enutrit, amplectitur, fouet, ad ultimum etiam baptismi grati-
am tradit. Post haec iam uelut confidens gratia, qua fuerat communitus, paulo
indulgentius iuuenem habere coepit. Sed ille ubi aetate immatura, libertate
potitus est, continuo per aequos, quibus luxus & desidia cordi est, amare ui-
tia, & corruptae uitae incedere tramitem perdocetur. Et primo quidem conui-
uorum illecebris decipitur, inde nocturnis eum furtis socium sibi participemque
consciscunt, post haec etiam ad maiora flagitia pertrahunt: cum interea sensim
iuuenis formabatur, & instituebatur ad scelera. & quia esset acer ingenio, si-
cut equus infrenis & ualidus, diris moribus obscuratis, reclusis in lineam de-
relinquens, rectore contempto, rapido cursu totus fertur in preceps. Ita succe-
dentibus sibi malis, ut desperationem sibi quoque a Deo praestitae salutis acce-
perit. Deditur iam de paruis sceleribus cogitare, gratia quaerere molitur
& ex integro perditioni se tradens, nullo inferior esse in flagitijs patitur. Deni-
que illos ipsos, qui prius magistrum criminum fuerant, discipulos facit, & latro-
num ex his turmam, quibus ipse dux & princeps uiolentus praesert, instituit
& cum his omni crudelitate grassatur. Verum tempore elapso (cum reuera po-
posisset utilitas) inuitatur iterum ad illam urbem Ioannes, & cum cetera (quo-
rum gratia uenerat) ordinasset, Age, inquit, o episcope, depositum repraesenta,
quod tibi ego plane & Christus commendauimus, ecclesia teste quam regis.
At ille obstupuit, primo pecuniam putans a se reposci, quam non acceperat.
Sed rursus considerabat, nec posse fallere Ioannem, nec quod non dedit, que-
rere. Harebat ergo stupens. Quem Ioannes harentem uidens, iuuenem illum, & in-
inquit, repeto abs te, & animam fratris. Tunc grauiter suspirans senior, & in-
lachrymas resolutus, Ille, ait, mortuus est. Quomodo, inquit, uel quali morte
Deo, ait, mortuus est, quia pessimus et flagitiosus euasit: ad ultimum etiam la-
trocinium aggressus est. Denique nunc montem quendam cum multa latro-
num manu occupauit. Quibus auditis Apostolus, uestem continuo, qua e-
rat indutus, scidit: & cum ingenti gemitu feriens caput suum, Bonum te, in-
quit, custodem fratris animae dereliqui. Sed iam nunc mihi equus pareat, &
dux itineris. Et confestim ab ipsa ecclesia ascendens, concitus properabat.
Cumque peruenisset ad locum, attinetur ab his latronibus, qui custodias obserua-
bant. At ille neque effugere, neque prorsus declinare usquam nitens, ingentem
tum

tum uoce proclamabat, Quia ad hoc ipsum ueni, adducite mihi principem ue-
strum. Qui cum ueniret armatus, eminus agnito Ioanne apostolo, pudore a-
ctus, in fugam uertitur. Ille equo post eum admissio, confestim insequitur fu-
gitantem, etiam aetatis oblitus, simul & clamans: Quid fugis o fili patrem tuum?
Quid fugis inermem senem? Miser hære, noli timere, habes adhuc spem uitae.
Ego Christo rationem reddam pro te. Certe & mortem libenter pro te excipi-
am, sicut & Dominus excepit pro nobis: & pro tua anima dabo animam meam.
Sta tantum, & crede mihi, quia Christus me misit. At ille audiens, restitit, ac uul-
tum demisit in terram. post hoc arma proiecit, tum deinde tremefactus flebat
amarissime, & accedentis ad se senis genibus prouoluitur, gemitibus & ulula-
tibus, quibus poterat satisfaciens. & uberrimis lachrymarum suarum fontibus
iterum baptizabatur, occultans solam dexteram suam. Apostolus uero iuris-
iurandi sacramento se ei à Salvatore impetraturum ueniam pollicens, simulque
genibus eius prouolutus, atque ipsam dexteram, ex cuius cedis conscientia tor-
quebatur, tanquam iam per poenitentiam purgatam deosculans, ad ecclesiam
reuocat: & indefinenter pro eo orationes profundens, & cum ipso pariter du-
cens crebra ieiunia, indulgentiam à Deo, quam ei pollicitus fuerat, expetebat.
Sed & uarijs sermonum consulationibus, uelut quibusdam praecantationibus.
efferos & exterritos eius animos mitigabat. Nec prius abstinit, quam eum in
omnibus emendatum etiam ecclesiam praeficeret: praebens per hoc magna exem-
pla uera poenitentiae, & documentum ingens nouae regenerationis, atque insig-
nia quaedam & trophaea uisibilia in eo resurrectionis ostendens. Haec à Clemen-
te dicta, non solum ad scientiam rerum, sed & ad utilitatem legentium profu-
tura, hunc in nostris quoque libris teneant locum.

De ordine Euangeliarum.

Cap. XXIII.

Age iam etiam huius apostoli quae sint scripta, quae in autoritate habeant,
cum his pariter explicemus. Est igitur primo Euangelium nominis ipsius, quod
quod in omni orbe personuit. Quod autem post cetera tria euangelia
quarto à veteribus statutum est loco, haec erit ratio. Venerabiles & uere Deo
digni Apostoli Christi, cum essent in omnibus puritate uitae & animi uirtutibus,
clari, non magnipendebant sermonis ornatum: quippe in quibus anima erat
diuinis ornata uirtutibus, simul & signorum gratia quae eis à Domino nostro
lesu Christo concessa fuerat: qua confidentes, non in suorum humana sapien-
tia uerbis summam predicationis Dominice collocabant, sed in ostensione spiri-
tus, & in uirtute, per quam mirabilibus consummatis, et uerborum suorum fide fa-
cta, uniuerso orbi regni caelorum scientiam tradiderunt: paruidentes plu-
res libros condere, quod huiusmodi praedicationis assertio, non argumento
humani sermonis, sed ad stipulationem diuinae uirtutis indigeat. Denique Paulus,
qui inter omnes apostolos eruditior etiam in uerbis uidetur, & in sensibus, pra-
potens, non amplius quam paruorum epistolarum suarum corpus reliquit, qui
utique immensa contineret intra se atque innumera sacramenta: utpote qui etiam
usque ad tertium caelum raptus, quae gererentur inspexerat, & in ipsum quoque
Deo dignum paradisum abductus, audierat ibi ineffabilia uerba, & doctri-
nam (quae cum illa inibi est) siue corporeus, siue incorporeus, illius interim
scholarum discipulus effectus, exceperat. Sed & reliqui Domini ac Saluatoris no-
stri discipuli, non solum ex illis duodecim, sed & si qui extra hunc numerum de
schola tamen Domini & Saluatoris nostri, sermonem aliquem, diuinitus inspira-
tum, memoriae reliquerunt, breuem hunc & succinctum per omnia esse uolue-
runt. Igitur ex ipsis discipulis Domini, Matthaeus tantummodo & Ioannes ad
scribendum appulisse animum traduntur, necessitate quadam in hoc ipsum
prouocati. Matthaeus enim primo Hebraeis praedicauebat. Verum cum para-
ret transire ad gentes, patria lingua scripturam composuit: & ea quae prae-
dicauerat comprehendens, dereliquit his ad memoriam, à quibus proficiscen-
tur,

Euangelium
Ioannis.

Apostoli
non affe-
runt elega-
tiam sermo-
nis.
1. Cor. 2.

Apostoli
pauca scri-
pserunt.
Paulus A-
postolorum
eruditissi-
mus.

Matthaeus.



Lucas. tur, ut gentibus predicaret. Post hunc Lucae & Marci scriptura evangelica secundum eas causas, quas superius diximus, editur. Ioannem uero tradunt usque ad ultimum penae uitae suae tempus, absque ullius scripturae indicio euangelium predicasse. Sed cum horum trium euangeliorum etiam ad ipsum notitia peruenisset, probasse quidem dicitur fidem & ueritatem dictorum: deesse tamen uidit aliqua, & ea maxime quae primo praedicationis suae tempore Dominus gesserat. Certum enim est, quod in superioribus tribus euangelis haec uidentur sola contineri, quae in eo gesta sunt anno, quo Ioannes Baptista uel inclusus est in carcerem, uel punitus. Denique si obserues, statim in initijs narrationis posteaquam refert Mattheus de quadraginta dierum ieiunio, & de temptatione eius, continuo subiicit, dicens: Audiens autem, quia Ioannes traditus est, discessit de Iudaea, & uenit in Galilaeam. Sed & Marcus similiter, Postquam (inquit) traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilaeam. Lucas uero etiam priusquam incipit aliquid de actibus referre Iesu, dicit, Quia adiecit Herodes super omnia mala quae gesserat, & conclusit Ioannem in carcerem. Quia inquam) ab his haec uidebantur omissa, rogatus dicitur Ioannes apostolus, ut ea quae praeterierant priores ante traditionem Ioannes, Saluatoris gesta conscriberet. Et ideo dicit in euangelio suo: Hoc fecit initium signorum Iesus. Et iterum in alio loco indicat, dicens: Nondum enim Ioannes erat missus in carcerem. Ex quibus constat, quod ea quae antequam Ioannes traderetur, a Iesu fuerant gesta scribit. Et ideo si quis hoc diligentius consideret, euidenter inueniet, non sibi euangelia dissonare, sed alterius temporis gesta esse quae scribit Ioannes, alterius uero quae ceteri. Vnde quia natiuitatem secundum carnem Saluatoris, uel Mattheus, uel Lucas descriperant, reticuit hoc Ioannes, & a theologia, atque ab ipsa eius diuinitate sumit exordium. Quae pars sine dubio ipsi uelut eximio per spiritum sanctum reseruata est. Haec etiam de Ioannis euangelio dicta sint. De Marci uero Euangelio sufficienter supra comprehensum est. Lucas autem in initio euangelij sui, causam cur scriberet, indicauit: uel delictet quonia multi alij temere presumpserant enarrare, quae sibi magis erant ad liquidum comperta: uolens ergo abstrahere nos a ceterorum narrationibus, fidem facit per se conscripse ueritati: certus, quod eam uel Paulo exponente, uel alijs apostolis qui ab initio ipsi uiderant, ac sibi tradiderant, consecutus sit & hanc nobis per proprium euangelium tradat. Haec a nobis etiam de Luca breuiter dicta sint. Opportunius uero & plenius tempore inseritis his quae antiqui autores scripta reliquerunt, ut se cuncta habeant, indicabimus.

De indubitatis diuinis suspectis scripturis. Caput XXV.

Epistola Ioannis prima. Ioannis tamen extant praeter ea epistolae: de quarum prima nequaquam ab antiquis unquam, neque a posteris dubitatum est. De reliquis uero duabus, & de Reuelatione, etiam nunc anceps sententia habetur: de quibus ut dixi, & a ueteribus dubitatum, suis in locis ipsorum uocibus approbauimus. Ut ergo, quibus doquidem in haec loca deuenimus, omnem noui Testamenti Canonem designemus, primo nobis omnium euangeliorum caelestis quadriga iungatur, his Actus apostolorum copientur. Post hos Pauli epistolae socientur. consequatur uero has prima Ioannis epistola, similiter & Petri prima. Haec sunt de quibus nulla unquam prorsus extitit dubitatio. Sequenti loco iam sunt illa, de quibus nonnullis dubitatum est, Reuelatio Ioannis: de qua quid singuli ueterum senserint, suis in locis ostendemus: & epistola Iacobi, sed & Iudae, Petri quoque secunda, & item Ioannis secunda & tertia, siue haec ipsius euangelistae, siue etiam alterius eius cognominis ostendentur. Post haec iam scriptura est, quae dicitur Actus Pauli, sed & libellus qui appellatur Pastoris, & reuelatio Petri, de qua dicitur quaequam maxime dubitatur. Fertur etiam Barnabae epistola, & doctrina quae dicitur Apostolorum. Quidam autem his sociant etiam euangelium quod dicitur secundum Hebraeos, quo praecipue utuntur illi Hebraei, qui Christi uelut

Acta Pauli.
Liber Pastoris.
Reuelatio Petri.

scipere uidentur, sed in ecclesia ei contradicitur. Quae omnia tamen a nobis necessario enumerata sunt, ut absque ulla ambiguitate claresceret, quae sint in ueteri autoritate, & quae sint in quibus uel contradictio aliqua, uel etiam contatio, cum tamen a quam plurimis ecclesijs recipiantur, soleat admitti. Sed & de illis sciendum est, quae sub nomine apostolorum ab haereticis proferuntur, uelut Petri & Thomae, & Matthiae, & ceterorum similiter apostolorum, quae appellantur Euangelia, sed & Andreae & Ioannis, atque aliorum apostolorum Actus, quod nusquam prorsus in scriptis ueterum, eorum duntaxat qui apostolis successerunt, aliqua mentio eorum aut commemoratio habetur. In quibus & ipse stylus multum ab ecclesiastica consuetudine deprehendit esse diuersus. Sensus quoque ipse, & omnia quae his inseruntur, longe ab apostolica dissonant fide, ex quo figmenta esse prauitatis haereticae comprobantur. Vnde ne inter illa quidem, de quibus dubitari diximus, collocanda sunt, sed ut aliena penitus & a pietatis regula discrepantia propellenda. Verum ad historiae ordinem redeamus.

De Menandro mago. Cap. XXVI.

Igitur Simoni mago Menander succedit scutum diaboli non inferius primo, & ipse Samarites genere: in arte autem magica solus repertus est, qui non modo aequiparare, sed & supergredi impietatem posset magistri. Maioribus quippe portentis efferebatur, semetipsum Saluatorem dicens, ad hominum salutem de caelestibus & inuisibilibus seculis destinatum, asserens non aliter posse unumquemque angelos seculi uincere, nisi prius a semet magicae artis per ordinem suscipere disciplinam, & per baptismum a se datum, immortalis aeternus effectus, in hac uita perpetuus fieret. Quae omnia ex libris Irenaei, uolentibus scire perfacile est. Sed & Iustinus in his ipsis, in quibus Simoni fecerat mentionem, etiam de hoc talia quaedam scribit: Menandrum quendam Samaritanum, ex meo Capparathae, Simoni discipulum, stimulis daemoniacis incitatum uenisse Antiochiam, & quam plurimos per artem magicam decepsisse scimus, qui hoc etiam suadere potuit sectatoribus suis, quod non essent morturi. Ex quibus in hodiernum sunt aliqui ex illo eadem consentientes. Quod est uere diaboli commentum, ut homines magi Christianorum sibi nomen imponerent, quo per hoc sanctum & uenerabile religionis nostrae mysterium macularent, qui tamen irrident & spernunt ecclesiastica dogmata, uel de immortalitate animae, uel de resurrectione mortuorum. Verum hi talibus freti autoribus, de spe salutis & uitae penitus exciderunt.

De secta Ebioneorum. Cap. XXVII.

Sed & alios idem daemon, quos ab amore Christi separare non poterat, alia nihilominus arte decepsit, id est Ebionaeos, qui interpretantur pauperes. Verum enim uere pauperes sunt & egeni in scientia gloriae Christi: quoniam quidem solum eum hominem putant, & per profectum uitae ac uirtutis uirum iustum effectum, communi etiam natiuitate ex uiro & foemina procreatum. Custodiendam uero censent etiam legis obseruantiam, nec sufficere ad salutem tantum, ut ex uiro & foemina adferant eum natum, sed consistunt de spiritu sancto & Maria uirgine: nec tamen eum semper fuisse Deum & uerbum, ac sapientiam Dei fatentur. Corporalem uero legis obseruantiam custodiunt. Apollolium autem epistolas omnes pariter respuunt, & ipsum apostatam legis appellant: cetera omnia nihil duunt. Sabbata cum Iudaeis secundum legem, nobiliter competenter Ebionitae pro paupertate intelligentiae appellati sunt.

De Cerintho prae religionis antistite. Cap. XXVIII.

Idem temporibus etiam alterius haereseos obortum principem Cerinthum accepimus. De quo Gaius, cuius iam in superioribus fecimus mentionem, haereticus: in Dispu-

Euangelium secundum Hebraeos.
Euangelia et acta quorundam apostolorum.
Alias, in his inseruntur.
An. Do. ss. Menander Samaritanus.
Iustinus philosophus & martyr.

Ebionaei.
An. Do. ss.

paulus.

Ebiones.
An. Do. ss. Cerinthus haereticus.



Gaius scri- ptor Eccle- stasticus. in Disputationum suarum dialogo ita scribit: Sed & Cerinthus (inquit) per reuelationes quasdam, quas uelut à magno apostolo conscriptas, & per ange- los ei reuelatas putaret, talia quaedam portenta nobis introducit. Post reuelationem terrenum dicit futurum esse regnum Christi in Hierusalem, & ho- mines in carne iterum concupiscentijs & uitijs subiectam conuersione ha- bituros. Contra fidem quoque scripturarum quosdam mille annos desinat: in quibus multa quidem & alia corruptionis opera, & nuptiarum festiuitates di- cit futuras, ad eos qui libidini sunt dediti decipiendos. Sed & Dionysius, cum de Ioannis Reuelatione differeret, & quaedam secundam ea quae antiquitus ec- clesiae tradita fuerant, disputaret, mentionem facit huius ipsius uiri, in his uer- bis: Cerinthus (inquit) à quo & Cerinthiana haeresis oborta est, figmentis suis auctoritatem magni nominis acquirere, secundum scripturam huius prauam ia- telligentiam gestiebat: quippe cuius haec erat haeresis, ut affirmaret terrenum futurum esse Christi regnum. Et quia erat uentri & gula ac libidini deditus, ea futura decernebat, quae sibi propria libido dictabat, uentris & eorum quae sub uentre sunt, incitamenta, cibis, potibus, nuptijs predicabat explenda. Et ut aliquid sacratius dicere uideret, legales agebat festiuitates rursum celebrandas, & ho- stias carnales iterum iugulandas. Irrengus uero etiam secretiora ipsius haereticum primo operis sui libro publicauit, quae inde discat, si quis plenius scire uult.

An. Do. 99. Nicolaitae. Nicolaus.

De Nicolao & sectatoribus suis. Caput XXIX. Sed & alia haeresis, quae appellatur Nicolaitarum, per pauca tempora uiguit, cuius etiam in Reuelatione Ioannis mentio facta est. Isti Nicolaum unum ex illis qui cum Stephano ab apostolis constituti sunt diaconi, autorem se habere iactabant. Sed Clemens Alexandrinus in tertio libro *apostolicorum* hanc de eo scribit: Pulchram (inquit) ualde hic uxorem habuit. Et post ascensionem Domini & Saluatoris nostri, cum increparetur ab apostolis tanquam de zelo- typiae iniuria, productam in medium uxorem suam si quis uellet eam habere permisit. Ex qua occasione isti consequens putauerunt, ut secundum hoc factum uel dictum Nicolai, unusquisque carne sua in quod delectaret abuteretur. Et obtinentes dictum uel factum huius simpliciter & innocenter, absque ulla reuerentia promiscuos nunc & illicitos concubitus expetunt, hi, qui sub illius nomine sectam sibi propriae libidinis assumpserant. Mihi autem comperit est, Nicolaum nullam prorsus agnouisse mulierem, praeter eam quam in matrimonio acceperat. Cuius etiam liberi, foeminae quidem usque ad ultimam senectutem casta uirginitate durarunt: filius autem etiam ipse sanctitatem in corrupti corporis custodiuit. Quae cum ipse se habeant, constat illud, quod in medium apostolorum praeter zelotypiae suspitione produxit uxorem, ex contemptu uicij uel libidinis gestum: quo per hoc continentem se ostenderet eius rei, quam nimie putabatur expetere, contemnendam magis quam expectendam carnis edocens uoluptatem. Quoniam quidem nolebat (ut opinor) secun- dum Saluatoris praecipuum, duobus dominis seruire, libidini & Deo. Dicunt autem etiam Matthiam ita docuisse, aduersus carnem pugnandum, & in nullo prorsus uoluptati eius ac libidini concedendum, animam uero alendam sapientiae pastibus, & scientiae cibis in maius semper augendam. Haec de illis haeresibus, quae tem- poribus memoratis à ueritate declinantes cito extinctae sunt, retulisse sufficiat.

Matthias Apostolus.

Petrus, Phi- lippus, & Paulus fue- runt mariti Philip. 4.

De his apostolis qui non sunt aspernati iura connubij. Cap. XXX. Clemens sane hic, cuius uoces ednotauimus, scribens aduersum eos qui nuptias spernunt, inter caetera etiam haec dicit: An & apostolos im- probant? Petrus etiam ac Philippus & uxores habuerunt, & filias etiam stola sua mentionem uel salutationem facere compatis sui, quam se ideo ue- gat circumducere, ut ad praedicationem Euangelij expeditior fiat. Verum quoniam uiam Clementis fecimus mentionem, absurdum non erit, aliam quoque eius memorare.

memorabilem narrationem proferre, quam in septimo eiusdem operis libro ita inseruit: Aium, inquit, beatum Petrum, cum uidisset uxorem suam duci ad passionem, gaudium esse electionis gratia, ac regressionis ad propriam domum, & exclamante ad eam cum duceretur, ac proprio nomine compellente, dixit: O coniux, memento domini. Talia coniugia sanctorum erant, tam perfecta fuit affectio beatorum.

Petri uerba ad uxorem suam.

De Philippi & Ioannis apostolorum excessu. Cap. XXXI. Citur quia de uita exitu Petri uel Pauli iam in superioribus explanauimus, sed & tempus Ioannis quo uita excessit, ex parte iam diximus, nunc etiam de loco quietis eius, secundum fidem Polycratis Ephesij episcopi, edocere conueniens puto. Hic etenim Polycrates Victori episcopo urbis Romae scribens, & ipsius & Philippi apostoli, ac filiarum eius pariter meminit, dicens: Sicut iam superius inseruimus, quod magna lumina in Asiae partibus dormierunt, quae resuscitabit Dominus in nouissimo die aduentus sui, cum ueniet in gloria, & requirit omnes sanctos suos. Dico autem de Philippo, inquit, qui fuit unus ex apostolis, qui dormiuit apud Hierapolim. Sed & duae eius filiae inibi uirgines conseruere, & alia eius filia spiritu sancto repleta, permansit apud Ephesum. Et Ioannes ille qui supra pectus Domini recumbebat, qui fuit sacerdos Dei, pontificali *ἱερωτικῶν* gestans, & martyr & doctor optimus apud Ephesum dormiuit. Haec etiam de locis, in quibus quiescunt in somno pacis, adiecit sufficit. Sed & Gaius (cuius ante mentio facta est) in dialogo suo, quem cum Proculo disputans scribit, de filiabus Philippi simul et obitu ipsius consonis uocibus memorat, dicens: Post haec autem prophetissae quatuor fuerunt Philippi filiae, cuius sepulchrum extat apud Hierapolim Asiae urbe, una cum filiabus suis. De his autem & Lucas in Actibus apostolorum meminit, cum adhuc apud Caesarem degerent. Dicit ergo ita: Venimus, inquit, Caesarem, & ingressi in domum Philippi euangelistae, qui erat ex septem, mansimus apud eum. Hic autem erant uirgines filiae quatuor prophetatae. His igitur à nobis de apostolorum temporibus uel excessibus, prout potuimus, ex scripturis ueterum congregatis, sed & de scripturarum canone, qui in auctoritate habentur libri, uel qui penitus repudiatur, qui uero medijs quodam modo ad in- structionem solum ab ecclesijs, non etiam ad indubitata auctoritate recepti sunt, conuenienter expositis, tendamus ad caetera.

Polycrates,

Philippus Apostolus obiit.

Philippi filiae. Ioannes apud Ephesum. id est mi- tram.

Gaius scri- ptor.

An. do. 100. Lucas.

Act. 21.

Digestio per Epilo- gum.

De Symeone Hierosolymorum episcopo passus sit. Cap. XXXII. Post Neronem Domitianumque, sub hoc (cuius nunc tempora memorauimus) accepimus moram. Quo in tempore etiam Symeon Cleopae filius, quem secundum Hierosolymis ordinatum episcopum supra docuimus, per martyrium carnis uinculis resolutus est. horum ad stipulator ipse ille est Egesippus, quem in pluribus iam adduximus testem. Is ergo refert, quod à quibusdam hereticis accusatus sit supra dictus uir tanquam Christianus, & multis supplicijs afflictus per multos dies, sita ut etiam iudex ipse cum amicis suis de eius patientia miraretur, & ad ultimum iuberet simili eum, quam Dominus dire gratius puto. Ait ergo cum de hereticis diceret: Ex his igitur ipsis accu- sauerunt quidam Symeonem Cleopae filium, tanquam qui esset ex genere David, & Christianus. Et ita martyr effectus est, cum esset annorum centum ho- nere David, & ex regia tribu descenderent, comprehensi sunt inter ipsos. Quod autem Symeon unus fuerit ex ipsis auditoribus Domini, uel longeuitas eius indicio est, uel Euangeliorum fides, ubi etiam mater eius Maria, Cleopae uxor refertur. Sed & alios quosdam idem scriptor refert, praeter eos de quibus supra diximus.

Symeon Cleopae Episcopus Hierosolym. An. do. 99.



Nepotes Iude fratres domini Symeo anno: natus in cruce agitur.

Heretici quando coeperunt. Prouerbiū, Citra pudorē et palam

Plinius Secundus. An. Do. 111

Traianus rescripsit Plinio.

An. do. 101 Euaristus Rom. Pont. post Clementem. An. Do. 97 Iustus Symeoni successit Polycarpus Papias. Ignatius Petro successit An. do. 109

Traditiones apostolorum

diximus, nepotes Iudae, unius ex fratrib. Domini, per idē tempus superstitēs inuentos, et Domitiani temporibus martyres factos, hoc modo scribens: Veniunt igitur hi, & praesunt omni ecclesiae, tanquam martyres & propinqui Domini, & reddita pace ecclesiae, permanserunt usque ad tempora Traiani Caesaris, usque quo consobrinus Domini Dimeo, de quo supra diximus, filius Cleopae, calumniam pateretur ab haereticis tanquam Christianus consummatus est, Cumque multo tempore supplicij fuisset affectus, martyrio consummatus est, omnibus qui aderant, & ipso iudice mirantibus, ut centum uiginti annorum senex crucis supplicium pertulisset. Post haec idem scriptor addidit etiam hoc, quod usque ad illa tempora uirgo munda & immaculata permansit ecclesia, corruptoribus ueritatis, & diuini uerbi temeratoribus, aut nusquam omnino extantibus: aut etiam, si qui forte fuerant, in occultis & abditis hiatis, terrae delitescantibus. Ut uero & apostolorum chorus, & omnis illa aetas, quae a Domino susceperat uisus uocis auditum, de hac luce discessit, tum uelut in uacuum domum, falsa doctrinae impius se error immergit: & tanquam ubi nullus iam diuini census defensor existeret, nudato (ut aiunt) capite corripientes arma mendacij, oppugnare apostolicam ueritatem nituntur. Sed istud bellum intrinsecus gerebatur. Persecutionum uero extrinsecus pondus urgebat ecclesiam, & tam immense cateruque martyrum quotidie iugulabantur, ut Plinius Secundus, qui tunc prouinciam administrabat, multitudine interemptorum permotus referret ad Imperatorem, quod innumera hominum millia quotidie obtruncarentur, in quibus nihil omnino sceleris deprehenderetur admittentium, aut aliquid contrarium Romanis legibus gestum, nisi hoc solū, quod antequam teucanos hymnos Christo cuidam canerent Deo. Adulteria uero, uel caetera huiusmodi crimina apud eos & illicita haberi, & penitus arceri, caetera uero secundum leges eorum agere communes.

Ut Traianus Christianos uenerit inquiri. Cap. XXXIII.

Ad quae tunc Traianus rescripti sui autoritate decernit, ut Christiani qui ad eam non requirantur: si qui tamen inciderint, puniantur. Per quod ex parte aliqua persecutionis sedatum putabatur incendium. Sed his qui nequitiam suam aduersum nos exercere cupiebant, laedendi occasio non uidebatur exempta. Interdum enim populus instigabatur, interdum etiam iudex occasionibus utebatur, & negabat quosdam, quos punire uoluisset oblatos. Haec Tertullianus in Apologetico suo dicit, ex quo possunt instrui plenius scire cupientes.

Quod Ecclesiam Romanam quartus rexerit Euaristus. Cap. XXXIII.

Igitur in urbe Roma tertius ab apostolis Clemens nouem annis sacerdotio perfunctus, Euaristo diuini uerbi tradidit ministerium.

Quod tertius praesuerit Hierosolymis iustus. Cap. XXXV.

In Hierosolymis uero, Symeone (de quo superius diximus) defuncto, Iustus quidam ex his qui de circumcisione ad fidem Christi uenerant, episcopatum suscepit. Quibus temporibus apud Asiam supererat adhuc & florebat Papias similiter apud Hierapolim sacerdotium gerens.

De Ignatio eius epistolis. Cap. XXXVI.

Sed & in nostra quoque tempora fame celebritate uulgatus Ignatius apud Antiochiam post Petrum secunda successione episcopatum sortitus est. Quem sermo tradidit, de Syriae partibus ad urbem Romam sub custodia nauigaret, singulas quasque digrediens ciuitates, ecclesiarum populos Euangelicis cohortationibus edocebat in fide persistere, & obseruata se ab Haereticorum contagijs, qui tunc primum copiosius coeperant pullulare. & ut diligentius ac tenacius Apostolorum traditionibus inhaerent, quas traditiones caute & relige gratia, & ne quid apud posteros remaneret incerti, etiam scriptas se afferit

reliquisse. Denique cum Smyrnam uenisset, ubi Polycarpus erat, scribit inde uel aliam Magnesia ciuitati, quae supra Meandrum iacet, in qua & episcopi Damiae mentionem facit. Sed & ecclesiae quae est Trallis scribit, cuius principem tunc esse Polybium designauit. In ea uero quam ad Romanam ecclesiam scribit, deprecatur eos, ne se tanquam supplicij suis parcentes, uelint spe priuare martyris terra marisque depugno, die ac nocte connexus & colligatus decem leopardis, militibus dico ad custodiam datis, qui ex beneficijs nostris sequores fiant. Sed ego nequitijs eorum magis erudior. Nec tamen in hoc iustificatus sum. O salutare bestias quae praeparantur mihi. Quando uenient? quando emittent? quando eis frui licebit carnibus meis? quas & ego opto acriores parari, et inuitabo ad deuorationem mei, & deprecabor ne forte (ut in nonnullis fecerunt) me ingeram. Date queso ueniam, ego noui quid expediat mihi. Nunc incipio esse discipulus Christi. Facessat inuidia uel humani affectus, uel nequitijs spiritum, dispersionesque membrorum, ac totius corporis poenae, & omnia in me uenerar adipisci. Haec & multa alia his similia ad diuersas ecclesias scribit. Sed & ad Polycarpum, uelut apostolicum uirum, datis literis, Antiochenam ecclesiam praecipue commendat, Ad Smyrneos sane scribens, utitur uerbis quibusdam, unde assumptis nescimus, quibus haec de saluatore proloquitur: Ego autem post resurrectionem quoque in carne eum scio fuisse, & credo: Nam & cum uenisset ad Petrum caeterosque, ait eis. Accedite et uidete, quia non sum daemoneum incorporeum. Qui & contingentes eum, crediderunt. Scit autem et Ireneus martyris eius, et mentionem facit scriptorum eius per haec uerba: Sicut dixit (inquit) quidam ex nostris, pro martyrio Christi damnatus ad bestias, Frumentum, inquit, ego sum Dei: bestiarum dentibus molor & subigor, ut panis munus efficiar Christo. Sed et Polycarpus horum memoriam facit in epistola quam ad Philippenses scribit per haec uerba: Deprecor, inquit, omnes uos, obedientes operari dare, & meditari patientiam, quam uidistis in Ignatio, et Rufo, et Zosimo, beatis uiris, praecipue autem in Paulo, & caeteris apostolis, qui fuerunt apud nos: scientes, quod hi omnes non in uacuum, sed per fidem & iustitiam cucurrerunt, usque quo peruenirent ad locum sibi a Domino praeparatum: quoniam quidem passionum eius participes extiterunt, nec dilexerunt praesens seculum, sed esse solum qui pro ipsis & pro nobis mortuus est, & resurrexit. Et post pauca subiungit: Scripsistis mihi & uos, & Ignatius, ut si quis uadit ad partes Syriae, deferat literas ad uos. Quod faciam, cum tempus inuenero. Mittam uobis & Ignatii epistolas, & alias, si quae sunt, quae ad nos transmissae sunt, ex quibus ueritatem maximam capiatis. Continent enim de fide & patientia instructionem perfectam secundum Domini praecipuum.

De his Euangelistis, qui in temporis eminebant. Cap. XXXVII.

Haec uero de Ignatio. Post hunc rexit ecclesiam ciuitatis Antiochenae Heros Philippi filius in prophetica gratia celeberrimus fuisse perhibetur. Sed et a plurimi per id tempus apostolorum discipuli superstites erant, qui ecclesiae fundamentis, quae ab illis iacta fuerant, dignissima desuper fidei edificia construebant, argentes in omnibus predicationem uerbi Dei, & salutaria semina reddentem per omnem terram latius differentes. Denique nonnulli ex his attingentibus diuidentes, expediti ad praedicandum Euangelium fierent; ut si quibus

Epistola Ignatii.

Alij conuentur.

Polycarpus.

Heros Antiochie successit Ignatio. An. do. 110 Quadratus Discipulus Apostolorum quomodo se gesserint.

MAGNIFICENTIA



quibus forte prouincijs nomen fidei esset incognitum, predicarent. Primum apud eos fundamenta Euangelij collocantes, atq; electis quibusq; ex ipsis officium regendae ecclesiae quam fundauerant, committentes, ipsi rursus ad alias gentes, aliasq; prouincias properabant, & euangelistarum fungebantur officio: quousq; similiter, ut in exordio apostolos, diuinorum signorum comitabatur effectus, & sancti spiritus gratia: ita ut uideres una alloquutione integros simul populos ad cultum diuinae religionis adduci, & praedicatorum uerbis non esse tardiorum audientium fidem. Verum quoniam impossibile nobis est singulos enumerare, qui post Apostolorum primas successiones in ecclesijs quae per orbem terrae sunt, uel principes, uel euangelistae fuerunt, uel pastores: illorum tantummodo commemorasse sufficiat, quorum libris inserta ad nos usq; fidei & praedicationis monumenta uenerunt, ut Clementis & Ignatii, caeterorumque quorum superius fecimus mentionem.

De epistola Clementis, alijsq; scriptis eius. Cap. XXXVIII.

An. Do. 94. Epistola Pauli ad Hebr. eos.

Epistola Clementis. Disputatio Petri & Apionis.

Clemens tamen in epistola qua Corinthijs scribit, meminit epistola Pauli ad Hebr. eos, & utitur eius testimonijs. Unde constat, quod apostolus tanquam Hebraeis mittendam, patrio eam sermone conscripserit: & (ut quidam tradunt) Lucam euangelistam, alij autem hunc ipsum Clementem interpretatum esse. Quod & magis uerum est, quia & stylus ipsae epistolae Clementis cum hac concordat, & sensus nimirum utriusque scripturae plurimam similitudinem ferunt. Dicit tamen etiam se & alia Clementis epistola, cuius nos notitiam non accepimus, sed & alia eius opuscula non minima a nonnullis haberi perhibentur, uelut Petri & Apionis disputatio, quae in usu a ueteribus habita minime reperimus, quia nec pura in eis & incorrupta apostolicae fidei regula mansisse deprehenditur.

De libris Papias. Cap. XXXIX.

An. Do. 97. Papias 6. libri, quorum Tit. Explanatio uerborum Dominorum Papias Ioannis auditor.

Papias quoque feruntur quinque libri, qui ad titulatur, Verborum Dominorum explanatio. Horum facit & Irenaeus mentionem per haec uerba: Haec autem & Papias Ioannis auditor, Polycarpi uero condiscipulus & sodalis, uir unus ex antiquis, protestatur in primo libro suo: quinque enim uolui quaequam qui non ab apostolis, sed ab eorum discipulis susceperit fidem, per haec uerba: Non pigebit autem nos tibi omnia quae quondam a presbyteris didicimus, & bene retinemus, recordantes exponere cum interpretationibus suis, & ut eorum ueritas habeat explicare. Neque enim multa dicentibus, sed uerba tradentibus auscultauimus: neque his qui hominum praecipua, sed qui Domini mandata memorabant ab ipsa ueritate suscepta. Quod si quando aduenisset aliquis ex his qui secuti sunt apostolos, ab ipso sedulo expiscabar, quid Andreas, quid Petrus dixerit, quid autem Philippus uel Thomas, quid uero Iacobus, quid Ioannes, aut quid Mattheus, uel alius quis ex discipulis Domini, quaeque Aristion, uel Ioannes Presbyter, caeterique discipuli dicebant: nec enim tantum mihi librorum lectiones prodesse credebam, quantum utique uocis praesentisq; magisterium. Sed mihi dignum uidetur intendere, quod secundo nomen Ioannis enumerat, & eum quidem cuius primo meminit, Petro & Iacobo ac Mattheo, caeterisque apostolis sociat, quem sine dubio ipsum Euangelistam & apostolum esse constat. Alium uero Ioannem, distinctione quadam facta, extra apostolorum numerum collocat, praeferebat ei Aristionem quendam, & euidenter eum Presbyterum nominat, ut per haec comprobetur uerum esse illud, quod quidam Asiani scribunt, quod duo sint apud Ephesum sepulchra, & utrumque Ioannis appelletur. Quibus si diligentius intendamus, fortassis secundus hic erit Ioannes, si ille non creditur primus, sub cuius nomine reuelatio habetur, quae appellatur Ioannis. Sed & hic ipse, de quo nobis sermo est, Papias, apostolorum se uerba ab his, qui sequuti eos fuerant, Aristione uidelicet, & Ioanne Presbytero asserit suscepisse. unde & frequenter nominatur in commentarijs suis a Ioanne & Aristione traditi sibi de singulis quibusque commemorat. Meminit sane idem ipse etiam de quibusdam mirabilibus in opere phetis hae sibi tradita esse designat, mortuum resurrexisse suis temporibus. dicit Sed & de Iusto, qui cognominatus est Barsabas, refert miraculum ingens, quia uenenum biberit, et nihil ex hoc triste pertulerit propter domini fidem. Iustus autem ipse est hic, qui post Saluatoris ascensum a sanctis apostolis cum Mattheo ad apostolatus sortem statutus est, sicut in actibus apostolorum commemorat. Dicit autem & alia plurima a maioribus sibi tradita miracula, & nouas quaedam parabolas Saluatoris, et doctrinam incognitam, magisque fabulosam, mille annos futuram post resurrectionem, quibus corporaliter regnum Christi in hac terra futurum sit, sed ego puto eum spirituales & mysticas apostolorum traditiones corporaliter & secundum litteram suscepisse, nec potuisse discernere ea quae illi in figuris uelut laetentibus, & paruulis loquebantur, qui & reuera etiam ex ipsis quae conscriptis opusculis exigui sensus uir, & minus capacis ostendit. Multis tamen post se iustate tribuens, non etiam ex ratione dictorum, sicut Irenaeus, & si quis alius est in hac parte uisus est ferui. Alia quoque quam plurima supra memorati Aristionis refert tanquam ei ex uerbis Domini tradita, & Ioannis presbyteri: quae si quis uult plenius noscere, ipsos eius relegat libellos. Nos tamen illud assumimus ex his, quod de Marco euangelista his protulit uerbis: Etiam hoc (inquit) presbyter narrabat, quod Marcus interpret fuerit Petri: & quaecumque meminere rat ab eo dicta, conscripserit. Mo tamen per ordinem ea quae a Domino dicta sunt uel facta, digesserit: quia non ipse auditor Domini fuerit uel sectator, sed nouissimum (ut dixi) Petro adhaesit ad usum ac ministerium praedicandi, non ad conscribendos domini sermones. Itaque nihil peccauit Marcus in eo, quod ita quaedam conscripserit, quasi qui sparsim audita recordari uideat. Et hoc solum satis egit, ne quid ex auditis ommitteret, aut aliquid falsum scriberet. Haec de Marco scribit Papias. Sed & de Mattheo ita refert: Mattheus quidem scripsit Hebraeo sermone. Interpretatus est autem ea quae scripsit, unusquisque sicut potuit. Haec etiam de Mattheo. Utitur sane idem Papias testimonijs ex epistola Ioannis prima, & Petri similiter prima. Simul & historiam quandam subiungit de muliere adultera, quae accusata est a Iudaeis apud Dominum. Habetur autem in Euangelio, quod dicitur secundum Hebraeos, scripta ista parabola, Sed de his ita sufficiant.

in commentarijs suis a Ioanne & Aristione traditi sibi de singulis quibusque commemorat. Meminit sane idem ipse etiam de quibusdam mirabilibus in opere phetis hae sibi tradita esse designat, mortuum resurrexisse suis temporibus. dicit Sed & de Iusto, qui cognominatus est Barsabas, refert miraculum ingens, quia uenenum biberit, et nihil ex hoc triste pertulerit propter domini fidem. Iustus autem ipse est hic, qui post Saluatoris ascensum a sanctis apostolis cum Mattheo ad apostolatus sortem statutus est, sicut in actibus apostolorum commemorat. Dicit autem & alia plurima a maioribus sibi tradita miracula, & nouas quaedam parabolas Saluatoris, et doctrinam incognitam, magisque fabulosam, mille annos futuram post resurrectionem, quibus corporaliter regnum Christi in hac terra futurum sit, sed ego puto eum spirituales & mysticas apostolorum traditiones corporaliter & secundum litteram suscepisse, nec potuisse discernere ea quae illi in figuris uelut laetentibus, & paruulis loquebantur, qui & reuera etiam ex ipsis quae conscriptis opusculis exigui sensus uir, & minus capacis ostendit. Multis tamen post se iustate tribuens, non etiam ex ratione dictorum, sicut Irenaeus, & si quis alius est in hac parte uisus est ferui. Alia quoque quam plurima supra memorati Aristionis refert tanquam ei ex uerbis Domini tradita, & Ioannis presbyteri: quae si quis uult plenius noscere, ipsos eius relegat libellos. Nos tamen illud assumimus ex his, quod de Marco euangelista his protulit uerbis: Etiam hoc (inquit) presbyter narrabat, quod Marcus interpret fuerit Petri: & quaecumque meminere rat ab eo dicta, conscripserit. Mo tamen per ordinem ea quae a Domino dicta sunt uel facta, digesserit: quia non ipse auditor Domini fuerit uel sectator, sed nouissimum (ut dixi) Petro adhaesit ad usum ac ministerium praedicandi, non ad conscribendos domini sermones. Itaque nihil peccauit Marcus in eo, quod ita quaedam conscripserit, quasi qui sparsim audita recordari uideat. Et hoc solum satis egit, ne quid ex auditis ommitteret, aut aliquid falsum scriberet. Haec de Marco scribit Papias. Sed & de Mattheo ita refert: Mattheus quidem scripsit Hebraeo sermone. Interpretatus est autem ea quae scripsit, unusquisque sicut potuit. Haec etiam de Mattheo. Utitur sane idem Papias testimonijs ex epistola Ioannis prima, & Petri similiter prima. Simul & historiam quandam subiungit de muliere adultera, quae accusata est a Iudaeis apud Dominum. Habetur autem in Euangelio, quod dicitur secundum Hebraeos, scripta ista parabola, Sed de his ita sufficiant.

Iustus Barsabas.

Milenario rum error quos graeci uocant. Eusebij iudicium de Papias.

Marcus Euangelista.

Mattheus.

ECCLESIASTICAE HISTORIAE Liber Quartus.

Qui sub imperio Traiani Romanorum, uel Alexandrinorum Episcopi fuerint. Cap. I.

Decimo anno Principatus Traiani Caesaris Cerdon (quem paulo ante memorauimus Alexandrinorum gubernare plebem) diem obiit. post quem quartus ab apostolis, Primus nomine, sacerdotum inibi iura suscepit. Eadem tempestate Alexander quoque Romae cum octauum annum Euaristus sacerdotalis administrationis impleisset, quinta successione post Petrum atque Paulum plebis gubernatus crescebat indies. Iudeorum porro funera densissimis cladibus exagitabantur. Itaque postquam praedictus Imperator annum decimum octauum principatus ingressus est, rursus Iudeorum tumultus exarsit, quo magnus mox numerus gentis eius occubuit. Nam & Alexandria & per Aegyptum uel Cyrenen tantam atrocem quodam seditioso spiritu exagitati, primo simul commanentibus uicinisque gentibus inferre certamina. Tum deinde paulatim seditione crescente,

An. do. 110 Cerdon Alexandriae episcopus obiit.

Primus successit.

An. do. 110 Alexander Romae Euaristo substituitur.

An. do. 110 Iudei tumulantes.



An. Do. 117 crescente, sequenti iam anno bellum publicum & non minimum intulere Romano duci tunc Lupo cuidam in partibus Aegypti. Ac sanè primo praelio ludæos sequuta uictoria est. Sed gentiles, qui ex acie fugerant, irrumpentes Alexandria, ludæos, si quos forte inibi repererant, captos interemere. Quorum auxilio destituti, reliqui qui apud Cyrenen rebelles extiterant, uelut desperantes ad agros Aegypti & castella uastanda uertuntur duce Luca. Aduersus hos Imperator mittit exercitum peditum atque equitum, sed & nauali manu Martium Turbonem: qui multis sanè praelijs, nec paruo tempore cõsumptis, multa millia ludæorum, non modò apud Cyrenen, sed & in Aegypto, qui Lucae auxilium ferebant, prostrauit ac perculit.

An. Do. 117 *Qualia sub eodem passi sint iudei. Cap. II.*
PRinceps uerò Romanus etiam eos qui apud Mesopotamiam consisterant, ludæos ratus similia ausuros, Lucio Quieto precepit delere prouinciam funditus, ac totam gentem penitus excindere. Tum ille directa acie magnam eorum multitudinem sternit. Cuius facinoris gratia Quietus remunerationis uice ab imperatore prouinciæ ludææ adeptus est praelidatum. Sed hæc etiam Græcorum gentiliu historiographi per singulas quique ætates ordine eodem memorie tradiderunt.

An. Do. 119 *Imp. Cæs. Aelius Adrianus. Qui sub Adriano fidei defensionem scripserint. Cap. III.*
TRaiano autem uiginti annis minus sex mensibus principatu perfuncto, Aelius Adrianus in scepra succedit. Huic Quadratus oratione splendida Apologeticum librum pro nostra religione conscripserat, & ualidissimis cõmunibus assertionibus obtulit: quoniam quidem maligni quidam homines sub eodem principe nostros nitebantur incessere. Qui liber hodieque seruatur & apud nos, & apud multos ex fratribus nostris. Ex quo uolumine indicia magni cuiusdam uiri, et mentis ac fidei apostolicæ, eius scilicet qui cõscripserat, colliguntur. Idem igitur ipse suæ antiquitatis specimen talibus exprimit uerbis: Nostri autem Saluatoris, inquit, opera semper aderant uiua & uera in his qui sanati fuerant, & in his qui à mortuis excitati sunt. Non enim uisum tantummodo uel resurgere, uel sanari, sed perpetuo ab hominibus uidebantur, non tantum Saluatore presente, sed & post discessum eius multis temporibus, ita ut aliquanti qui ab eo uel curati, uel resuscitati sunt, etiã ad nostra usque tempora perdurarint. Et de hoc quidem satis dictum. Sed & Aristides uir fidelis, et pietate nostræ religionis imbutus, Quadrato simile uolumen ad Adrianum pro fidei nostræ ratione conscripsit. Cuius etiam nunc scripta seruantur.

An. Do. 119 *Aristidis Apologeticus pro Christianis. An. Do. 221* *Xystus Romanus Põtifex iustus Alexandria. Qui sub eodem Romanorum Alexandrinorumque fuerint sacerdotes. Cap. IIII.*
Tertio autem eiusdem principatus anno, Alexander Episcopus Romanus turbis sacerdotium simul ac ultimam finiuit decennio expleto. Huic subrogatus est Xystus. sed & Alexandriae eodem tempore defuncto Primogenio Episcopi Hierosolymorum ab exordio Saluatoris usque ad tempora memorata, Caput V.

ep. episcopi Hierosolymorum usque ad tempora Adriani cæsaris Hebraei fuerunt
IN Hierosolymis sanè episcoporum tempora successionesque nullis ad intergrum monumentis conseruata reperimus, eò quod ualde ad breue tempus mortis celeritate precepti, sacerdotio singuli quique sancti perhibeantur, ita ut quantum ex ueterum lectione comperio, ad tempora usque principis Adriani, sub quo ludæi excidium passi sunt, tradant quindecim episcoporum successiones esse decursas. Quos omnes aiunt Hebræos antiquæ originis extitisse, & scientiam Christi fideliter recepisse, et ideo incunctanter ab his qui poterant de dei merito indicare, sacerdotio quoque uisus esse dignissimos. Quippe cum omnibus tunc ecclesia ex Hebræis fidelibus coaceruata firmataque uideretur, incipientibus ab apostolis, & perdurantibus nimirum usque ad illud tempus excidij, quo ludæi iterum deficientes a Romanis, magnis rursus praelijs subiugati sunt, igitur

Igitur quia per idem tempus assumere episcopos ex circũcisione cessatũ est, necessarium uidetur omnes à primo usque ad id temporis enumerare pariter sacerdotes. Primus itaque Iacobus, qui Domini frater est habitus, post hunc Symeon electus est, tertius Iustus, Zachæus quartus, deinde Tobias quintus, & Benjamin sextus ac septimus Ioannes, tum Matthias, quem Philippus excepit, cui decimus Seneca subrogatus est, Iustus exinde, ac duodecimus Leui, post hunc Effrem, & quartus decimus Ioseph, ac finis omnium Iudas. Isti sunt ferè omnes qui Hierosolymis ab apostolis ad illa usque tempora, quæ sunt perius designauimus, plebi illi ex circũcisione praefuerunt. Romæ autem duodecimo anno memorati principatus Xysto duodecim annis ecclesiæ gubernaculis functo, Telephorus septimus ab apostolis subrogatur. Anno post quem & uno mense Alexandriae ecclesiæ moderamen Eumenes sexta successione suscepit, cum decessor eius undecim annis populo praefuisset.

Excidium nouissimum iudeorum in temporibus Adriani. Cap. VI.
Verum Iudaicis motibus ac factionibus rursus ad maiora progressus, Rufus Iudææ praesidens, armata manu sibi ab imperatore decreta, insolentiam gentis acerrimè comprimebat, multa millia passim uirorum, sceminarumque, puerorumque conficiens, quorum terras iure belli Romano uendicabat imperio. Tempore quo ista gerebantur, ducebat ex exercitu ludæorum Barchochabam quidam, quod nomen significat stellam, ceterum uir crudelis & scelestus: sed ex uocabulo suo uelut uilibus mancipijs persuadebat, se ob salutem eorum fidus magnum coelitus delapsus, agris mortalibus, & longa obscuritate damnatis, ferre lucis auxilium. Igitur cum maximè belli huius fomenta concreuerent, decimo octauo anno principatus eiusdem apud Berhera oppidum praesidum Hierosolymis uicinum, cum longior à Romanis tenderetur obsidio fame ac siti perduellibus intrinsecus ad extremum internitionis adductus, postquam dux ipse praecipue meritis suo facinore pœnas exoluit, omnis hæc natio iam ex illo ab omni regione finitima Hierosolymorum penitus arcebatur, cum sanctione diuinæ legis, tum maximè constitutionibus & decretis Adriani, iracundie de excelsiore quidem prospectu eminus eis saltem paternum solum pro fanis obtutibus liceret inspicere. Ariston Pellæus historiographus ista profert. Ita factum est, ut ciuitas post interitum Iudaicæ gentis, incolis mox in eam peregrinæ nationis confluentibus, permutatis ciuibus, etiam ipsa Helia appellaretur ex cognomento Imperatoris Helij Adriani: & ut in Romano rum ius conuersa, ritum pariter mutaret, & nomen.

Qui temporibus istis falsi nominis scientia principes extiterint. Cap. VII.
Igitur ex gentibus ut inibi coepit ecclesia congregari primus post episcopiam resurgentibus in modum clarissimorum fiderut ecclesijs ubique terrarum vigente etiam per omne hominum genus fide, qua cuncti pariter in Saluatorum ac Dominum nostrum Iesum Christum integrè & constanter crediderant: ille totius bonitatis æmulus dæmon, utpote ueritatis inimicus, & salutis humanæ hostis perpetuus, omnia molimina contra Dei ecclesiam uersans, qui prius externis eam persecutionibus & hostilibus oppugnauerat, nunc malignis quibusdam uiris & deceptoribus repertis, intestino bello eam quater nititur, scilicet ut fraudulenti fallacesque homines nostræ religionis suæ fraude deciperent, pessundarent: ignorantes uerò fidei nostræ mysterio uere fidei & salutis longius submouerent. Igitur humani generis deceptor antiquus post Menandrum, quem supra retulimus Simonis successorem, uestrantem, Saturninum quendam Antiochiæ genitum, & Basiliden Alexandriae

An. Do. 134.

Rufus Iudæos occidit.

An. Do. 131. Barchochabas dux Iudeorum.

An. Do. 136. Berhera oppidum.

An. Do. 130. Marcus primus Hierosolymorum episcopus ex gentilibus.

An. Do. 134.

X dria



518 **ECCLĒSIAS TICAE HISTORIAE**
 driz ortum produxit. Quorum uterq; suis in regionib; officinas impie ac Deo inuisa condidit disciplina. Et quidem omnibus penē Saturninum eadem quae Menandrum commentatum esse significat Irenaeus. Basiliden uero praetextu mysticae doctrinae in immensum tetendisse mentis impie cogitatum prodigiosa fabularum fragmenta sibimet complacerent.

Saturninus hereticus. An. Do. 139.

Qui fuerint tunc ecclesiastici scriptores. Cap. VIII.

Agrippa Caesari liber aduersus Basilidem. idis. Apud Hieronymum legitur Marcob

An. Do. 142.

Al. obsecrati.

Christiani in simulabatur in falsicijs et promiscui concubitus.

Veritas ecclesiae.

Sed e contrario multi admodum ecclesiastici uiri pro ueritate fortiter stare, ac scriptis quoque & assertionibus uera ratione subnixis, pro apostolica & ecclesiastica traditione certare, ut ex librorum monumentis etiam posteris ad cauenda hereticorum uenena, munimen & subsidium praeberetur. E quibus peruenit ad nos liber celeberrimus, scriptoris id temporis Agrippae Caesari, confutationem Basilidis ualidissimam continens, per quem uersutia ac calliditas uiri ad decipiendum nimis apta detegitur. Denique cum publicaret eius arcana, dixit eum de Euangelio quidem quatuor & uiginti commentarios condidisse: prophetas uero sibimet nuncupasse quosdam Barchaban & Barchob, aliosq; qui nunquam extiterint, quos ipse tamē constituerit sibi, ac barbaris uocabulis, ut esset appellatio ipsa terribilis, nominarit. Docere etiam eum refert immolata absq; ullo respectu conscientiae degustanda, & sine scrupulo atq; in differenter fidem negandam persecutionis temporibus. Sectatoresq; suos ad morem Pythagoricum docuit quinquennio silere. Addit alia quoq; non pauca, quibus sectae huius errorem penitus a se deprehensum & confutatum esse declarat. Sed & Irenaeus scribit coeui, tempore & moribus memoratorum suorum se Carpocratem quendam, superstitionis alterius, qui Gnostici appellatur, non ab ignorantia confecto auctoris. Qui sanē praestigias Simonis magi, non ut ille clam, sed publice ac palam tradebat, & uelut pro summis atque optimis studijs laudem confessam ac publicā de nefarijs artibus ad deceptis auditoribus requirebat, & magicas tenebras in luce publica perorabat, de amatorijs duntaxat, somnijsq; immisis, ac daemonijs parhedris, alijsq; similibus fraudibus. Deq; his consequenter doceri oportere omnem hominem decernebat, qui ad perfectionem sui mysterij, uel potius sceleris, cuperet peruenire: asserens non aliter unumquemque effugere posse mundi huius principes, uel declinare, nisi per huiusmodi facinora sua cuiusque nefaria debita soluerentur. His igitur ille totius boni aemulus utens suae malignitatis ministris, quam qui post fidem ab his decipiebantur rapiebat ad tenebras sempiternas, quā illos qui nec dum crediderant, tanquam haec esset nostrae religionis infamia, submouebat a fide, dum ob execrabilem horum hominum uitam, ipsam Christianorum professionem audiens quisque uitaret. Nec aliunde haec suspicio de nobis, tanquam uerē impijs & incastis fuerat exorta, quā ut assereret in licitis plebem nostram stupris ac promiscuē habitis, in matribus ac sororibus pollui, atque ab execrandis infantici dijs dapibus funestari. Sed non in longum durauit infamia, ubi seipsa cepit ueritas aperire: quin imō & clarior ac splendidius illucescente uita nostrorum, extinguebatur continuē superstitionis caligo fragmenti. Et singulis quibusque sectis, quae aduersum ueritatem extiterant, euanescentibus, uel in multitudine ac multiformes species diffusentibus, proficiebat & extollebatur indies solus uerae & catholice ecclesiae splendor, nulla temporum uarietate fucatus, quia castimonia sui ac puritate, & diuinae conuersationis gloria per omne genus hominum sapientie, doctrinae, fide, & actibus resulgebat. Etenim ipso confestim tempore, quo experat, operari huius flamma restincta est. Permanit autem apud singulorum mentes ueritas, quae suis semper uiribus, nitens, conuincit & arguit falsitatem. nec passa est adulterino maledicorū furo ecclesiae castitatem pudicitiamq; lace-rari in tantum ut ex illo ad nostramque tempora nullus tam sacrilego concinnatus

concinatis macularet opprobrijs, sed ad Romanos & Graecos & Scythas ac Barbaros, & ad ipsas penē in ultimis orbis partibus recōditas nationes intrantum suauis odor de ecclesiae gestis et diuinum quiddam respirans sanctae conuersationis aura peruenerit: intantum ad aures omnium ac mentis felix Christianorum fama peruecta est: ut omne hominum genus legibus & superstitionibus patrijs derelictis, se ad fidem Christi conuerteret: omnisq; barbaries gemilis corde. Extiterunt praeterea per diuinam gratiam uiri ea tempestate eruditissimi, qui probabiliter & sufficienter obscaena hereticorum comenta conuicerēt: & quic uera fides in ecclesia catholica castitatis haberet, ostenderēt. In quibus Egesippus celeberrimus habebatur, qui integerrimam traditionem apostolicee predicationis simplici sermone conscriptam in quinque libris memoriae tradidit. Vbi & de suis ipse temporibus aliquanta commemorat, & de quibusdam qui simulacra collocauerant, talia quaedam scribit. Quibus inquit, unius Antinous seruus Adriani Caesaris, cui agones annui celebrant, qui Antinoj appellatur, nostris adhuc temporibus instituti. Nam & ciuitatem condidit eius nominis Antinoj: & templū ei, & sacerdotes instituit, ac prophetas Sed & Iustinus fidelissimus nostrae philosophiae sectator, & in Graecorum discipline eruditissimus, scribens ad Antoninum apologeticum pro nostra religione librum, horum meminit ita dicens: Non mihi uidetur absurdum, meminisse in his etiam de Antinoo quod nuper gestum est, quem omnes timore principis quasi Deum colere coeperunt: quum bene nouerint, quis qualis tre paulo ante fuerit, & unde duxerit genus. Idem quoq; ipse etiam Iudaici belli, quod nunc gerebatur, memoriam faciens, talia quaedam refert: Etenim in hoc quod nunc geritur, bello Iudaico, Barcochabas princeps Iudaicae factionis, Christianos solos, nisi negarent Christum tanquam blasphemus ad supplicia rapi iubebat. In quibus libris etiam de conuersione sua quam habuit a gentili philosophia ad uerē religionis fidē, quod nō absq; probabili ratione et ex animo iudicio ad haec conuersus sit, hoc modo scribit: Nā & ego ipse inquit, sectatoris ad suscipiendam mortem, atq; omne supplicium tolerandum, considerabam quod impossibile esset in malitia eos & in libidine conuersari. Quis enim aliquando uoluptuosus & luxurijs deditus, et qui humanis carnibus ueluti delicias putet mortem libenter amplecti, quo scilicet ipsa confestim careat, pro qua infamari magis operam dare, nedū semetipsum statuta, ac professae morti studeret offerre. Sed & idē ipse uir scribit Adrianū principem susceptis a Serenio Graniano clarissimo uiro praeside literis, in quibus de Christianis percontabatur, referipisse, quod nō est iustum Christianos nullius criminis reos, absq; iudicio legibusq; puniri. Simul et exemplū epistolae ipsius subiicit continentis hūc modū.

Epistola Adriani qua persecutionem a nostris remouerat. Cap. IX.

EXEMPLVM EPISTOLAE IMPERATORIS.

Adrianni ad Minutium Fundanum, Procos. Asiae.

Acepi literas ad me scriptas a decessore tuo Serenio Graniano clarissimo uiro & non placet mihi relationem silentio praeterire, ne & innoxij perdenier provinciales huic petitioni suae adesse ualent aduersum Christianos, ut pro tribunali eos in aliquo arguant hoc eis exequi prohibeo. Precibus autem in hoc solis & acclamationibus uti eis, non permitto. Etenim multo equius est si quis uolet accusare, te cognoscere de obiectis. Si quis igitur accusat & probat aduersum leges quicquam agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiā supplicia statuas. Illud mehercule magnopere curabis

Ecclesiastici aduersus hereticos.

An. Do. 176.

An. Do. 137.

Iustinus philosophus & martyr.

An. Do. 141.

An. Do. 13.

Barcochabas dux Iudeorum in Christianos. Iustinus quomodo factus Christianus.

Ethnici Christianorum uindictam petebant

rabis, ut si quis calumnie gratia quenuquam horu postulaerit reum, in hunc
pro sui nequitia supplicijs lauioribus uindices.

Verum Adrianus post hac uicesimo & primo sui principatus anno die
obijt: & Antoninus, cognomento Pius, Romanorum suscepit imperiu.
Huius primo anno Telesphorus annis undecim sacerdotio in urbe Roma ad
ministrato, uita decessit, & Hyginus episcopatus sortem Romane suscepit
clesiae. Veruntamen Irenaeus refert, Telesphorum martyrio uitam finisse: li-
mul indicans, Hygini episcopi temporibus, Valentinum autorem Valentiniana
nae heresis extisse: & Cerdonem quendam erroris illius principem, quem po-
teruuisse. Scribit autem ita.

An. Do. 139.
Antoninus
Pius Cesar.
An. Do. 140.
Hyginus Ro-
manus pont.

Nam Valentinus uenit Romam sub Hygino. Inualuit autem temporibus
Pij, & ad Anicetum usq; durauit. Cerdon uero qui ante Marcionem fuit
& ipse sub Hygino, qui erat in urbe Roma ab Apostolo nonus episcopus, ue-
nit. Qui tamen aliquando quidem quasi poenitens, & errorem consilens excu-
sabat, aliquando rursus occulte, interdum etiam publice impietatem doce-
bat, in quo conuictus, a coetu fraternitatis arceatur. Hac autem Irenaeus dixit in
tertio aduersus haereses libro. In primo autem libro nihilominus de Cerdone

An. Do. 142.
Valentinus
hereticus.
Cerdon.
Vide Irenaei
lib. 3. cap. 4.
circa finem.

hac dicit. Cerdon uero a sectatoribus Simonis impietatis suae occasiombus
sumptis, Romam uenit sub Hygino: ibiq; docuit, quod is qui a lege & pro-
phetis praedicatus est Deus, non esset ipse pater Domini nostri Iesu Christi,
quia ille quidem notus esset, hic autem ignotus: et ille iustus, hic autem bonus.
Cui succedens Marcion Ponticus, absque reuerentia ulla blasphemias, uixit
doctoris insaniam. Idem quoque ipse Irenaeus, immensum profundum Va-
lentini erroris de materia & caeteris ualidissime coarguit, & serpentis in mo-
dulum caecis semetipsum latebris obreptem, in lucem protrahit ac denudat.
lis adiungit & de Marco quodam, quem dicit magicis artibus imbutum & ap-
prime enituisse. De cuius profanis superstitionibus, & arcanis non tam sa-
cris quam sacrilegis, & mysticis mysterijs ita scribit: Etenim quidam eorum
thalamum construunt, & nefarium quoddam initiandi celebrant genus, tan-
quam secretis quibusdam carminibus, ac uerbis, non tam sacris quam execra-
bilibus eum qui introducit, consecrantes, spirituales nuptias aiunt esse quod
faciunt, instar uidelicet supernarum coniugationum. Adducunt uero eos ad
aquam, & baptizantes, hac super eos proferunt uerba: In nomine, aiunt, igno-
ti patris omnium, & in ueritate omnium matris, & in eo qui descendit in Iesu.
Alij uero Hebraica nomina ad pauorem audientium super eos quos initiant,
terribiliter loquuntur. Hac de sectatoribus Marci Irenaeus scribit. Quarto au-
tem episcopatus sui anno cum decessisset Hyginus, Romanae ecclesiae sacer-
dotium Pius suscepit, apud Alexandria uero Marcus decimo tertio anno e-
piscopatus sui Eumenide defuncto. Qui Marcus cum decem annis sacerdoti-
um administrasset, Celadioni post obitum suum ecclesiae gubernacula dereli-
quit. Pius uero in urbe Roma quindecim annis in sacerdotio expletis, Anice-
to post se tradidit sedem. Cuius temporibus Egesippus refert semetipsum
Romam uenisse, & permansisse inibi usque ad Eletherum, qui post Anicetum
subrogatus est in episcopatum. Quibus temporibus simul florebat Iustinus
habitu philosophi diuinum praedicans uerbum, & fidei nostrae arationem tam
scriptis uoluminibus, quam uiuae uocis assertionem defendens. Qui & aduer-
sum Marcionem scribens, commemorat de eo quod adhuc superesset eo tempore
quo scribebat. Denique ita dicit: Marcio uero quidam Ponticus, qui hodieq; su-
per est, docet homines alium credere esse Deum maiorem conditore Deo. Hec ille
hominibus ingerens, & daemionibus adiutoribus utens, multis blasphemias
peruasis

Pius Rom.
pontifex.
An. Do. 144.
Marcus Ale-
xandrinus.
An. Do. 159.
Egesippus
quando uene-
rit Romam.
An. Do. 179.

A persuasit, ut negarent creatorem omnium Deum ipsum esse patrem Christi,
sed alium quendam, qui quasi maior hoc esset. Et tamen omnes sectatores e-
ius Christiani appellantur, ita nimirum sicut omnes communi uocabulo, cum
diuersae sint sectae, philosophi nuncupantur. Sed & post pauca nihilominus di-
cit. Est autem & nobilis liber aduersus omnes hereses compositus, quem si
uultis decurrere, dabimus.

Hic autem ipse Iustinus scribit etiam contra Paganos uolumen insigne.
sed & alios libros pro nostra religione, in quibus ad Antoninum princ.
Ipe in, qui cognominatur Pius, sermonem dirigit, scribens & ad Senatum.
In urbe etenim Roma maxime consistebat. Denique in uno ex ijs libris, etiam, de
semet ipso uolens, quis uel unde esset ostendere, hoc modo scribit:

IMPERATORI AELIO ADRIANO ANTONINO PIO, CAE
sari Augusto, & uerissimo philosopho: & Lucio philosopho Caesaris proprio
filio, ac Pij adoptiuo, amatori sapientiae: & sacro Senatui, atque omni popu-
lo Romano, pro uiris ex omni genere hominum congregatis, & iniusto odio
laborantibus, ac non digna patientibus, Iustinus Prisci filius Bacchiadis, ex
urbe Neapoli Palaestinae, unus pro omnibus hoc de se postulat. Sed inter
pellatus idem Imperator in Asia ab his qui uario iniuriarum genere affige-
batur tale referiptum ad uniuersos Asiae populos promulgauit.

Epistola Caesaris Antonini ad Asianos de professione nostrorum. Cap. XIII.
IMP. CAES. MARCVS AVRELIVS ANTONINVS
AVG. ARMENICVS. PONT. MAX. TRIB. POT.
XV. COS. III. VNIVERSIS SIMVL PLE
BIBVS ASIAE SALVTEM.

Ego quidem non ambigo, etiam deus ipsis curae esse, ne quis noxius lateat.
Multo enim magis illis conuenit, punire eos qui ipsis im molare nolunt,
quam uobis. Sed uos confirmatis eorum quos persequimini sententiam, quam
de uobis habent dicentes, uos impios & sine Deo esse. Unde & optabilis ha-
bit animam ponere pro Deo suo, & mortem libenter amplecti, quam uobis
talibus aduersare, & in uestra religionis iura concedere. De motibus autem
terrae qui uel facti sunt, uel etiam nunc fiunt, absurdum non erit meroem ue-
strum iusta commotione solari. Quoniam quidem comperi, quod in huius-
modi rebus, ad illorum inuidiam communes casus transfertis. In quo illi qui
dem maiorem fiduciam accipiunt Apud Deum. Vos autem in omni tem-
pore quo de talibus ignoratis, caeteros quidem deos negligitis: cultum uero im-
piorum Dei, quem Christiani colunt expellitis & deturbatis, usque ad mortem
iudices etiam uenerabilis Patri nostro scripserant. Quibus rescriptum est ab eo,
ut nihil omnino molestiae huiusmodi hominibus generarent, nisi forte argu-
erentur aliquid aduersum Romani regni statum moliri. Sed & mihi ipsi de
his quam plurimi retulerunt. Quibus ego paternam secutus sententiam, pari
moderatione rescripsi. Quod si quis persistit huiusmodi hominibus absque
ullo crimine mouere ne gotia, ille quidem qui delatus pro hoc nomine fuerit,
absoluatur, etiam si probetur id esse quod ei obicitur, Christianus. Is autem
qui crimen obtendit, reus poenae ipsius quam obiecit, existat.

Proposita Ephesi publice in conuentu Asiae. Cap. XIII.
Hic ita gesta esse, testat etiam Melito episcopus ecclesiae Sardenis, in
quo libro quem ad Imperatorem Verum pro fide nostra ac religione conscrip-
sit, quae tempestate etiam Aniceto Romanae ecclesiae presidente, Polycarpum Ro-
manum uenisse, atque habuisse sermonem cum ipso Aniceto de pasche die Irenaeus
refert. Sed & alia quaedam de eodem Polycarpo scribit, quae mihi dignum ui-
dei corpori huic nostrae narrationis inserere. Tertio igitur lib. aduersus here-
ses hanc

Iustini liber
aduersus om-
nes hereses.

Iustini uolu-
men aduer-
sus gentes.
An. Do. 142.
Titulus, seu
potius sup-
scriptio libri
quae Iustinus
pro religio-
ne Christiana
scripsit
ad Antoninum
Caesarem.

Epistola An-
tonini Cesa-
ris ad Asiati-
cos pro Chri-
stianis.

Melito Sar-
denis episc.
An. Do. 176.



ses hae de eo comemorat Irenaeus: Polycarpus, inquit, quod non solum ab apo- stolis eruditus est, neq; solum conuersatus est cum his qui Domini uiderant, sed & ab ipsis apostolis ordinatus est Smyrnaeorum ecclesie episcopus, quem nos quoque in prima aetate nostra uidimus. Diu etenim permansit in uita, & longqua etate perdurans, nobilior uiuendo, sed & moriendo nobilior exitit: quippe qui uitam martyrio consummauit. Docebat autem semper ea quae ab apostolis ipsis didicerat, & haec ecclesiae tradebat, quae sola uera dicenda sunt. Quorum testes sunt omnes ecclesiae, quae in Asia constitutae sunt: & hi qui per

An. Do. 169.

Vide Irenaei aduersus haereses li. 3. ca. 3.

tempus etiam nunc in Polycarpi successione perdurant. Multo autem uerior & fide dignior hic autor ecclesiae est, & ueritatis testis, quam Valentinus & Marcion, & ceteri peruersae mentis homines. Qui etiam sub Anicero Romae perrexit, & multos ex supra dictis haereticis ad ecclesiam Dei conuertit, hanc solum praedicans tenendam esse ueritatem, quam ipse sciret se ab apostolis suscepisse, quam & tradebat ecclesiae. Et sunt adhuc etiam nunc, qui audierunt ab ipso quod Ioannes apostolus discipulus Domini, apud Ephesum cum balneis lauandi gratia fuisset ingressus, & uidisset ibi Cerinthum, exiuerit continuo, & discesserit non locus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balneum ipse corrumpat, quibus Cerinthus lauatur, ueritatis inimicus. Idem etiam ipse Polycarpus, Marcioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi: Agnosce nos, respondit: Agnosco agnosco primogenitum Satanae. Tanta tunc apostoli atque eorum discipuli in religione cautela utebantur, ut ne uerbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a ueritate deuiuerant habere paterentur. Sicut & Paulus dicit: Haereticum hominem post unam & alteram correptionem de uita, sciens qui peruersus est huiusmodi, & peccat, cum sit a semetipso damnatus. Extrat & epistola Polycarpi ad philippenses scripta per ualida, ex qua formam fidei eius ac praedicationi (si quis forte salutis suae sollicitudinem gerit) capere potest. Haec tamen Irenaeus. Polycarpus uero in ipsa epistola quam ad Philippenses scripserat, utitur testimonijs de prima Petri epistola.

Ut Polycarpus sub uero, alijsq; nonnulli, Smyrnae martyrium passi sint. Cap. xv.

An. Do. 162. M. Aurelius Verus.

Sed enim Antonino, qui Pius cognominatus est, uicesimo & secundo anno principatus exacto, Marcus Aurelius Verus, & Antoninus filius eius cum Lucio fratre succedunt. Quo in tempore Polycarpus maximus persecutionibus Asiam quatientibus uitam martyrio finiuit. De quo plane necesse sarium duximus memoria tradere, maxime cum scripta extet epistola ex persona ecclesiae Smyrnaeorum ad Ponti ecclesias data, quae de martyrii eius beato sine designat. Cuius exemplum infra scriptum est.

Epistola ecclesiae Smyrnaeorum de martyrio dei Polycarpi

ECCLIESIA DEI QVAE EST APVD SMYRNAM ecclesiae Dei constitutae apud Philomelum, et omnibus quae ubi que sunt sanctis ecclesijs catholicis, misericordia, & pax, & charitas Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi multiplicetur.

Scripsimus uobis fratres de martyribus, & de beato Polycarpo, qui uelut signaculo quodam martyrii sui finem persecutionibus posuit. Et paulo post describentes etiam ceterorum martyrum agones, talia quaedam scribunt. Deterere etenim uolentes in spectantem populum, nunc flagris usque ad interiora uiscerum martyres laniabant, ita ut abdita corporis, et quae natura in arcanis locauerat, nudarent. Nunc autem marinas cochleas, quos murices uocant, & acuta quaeque fragmenta in dorsum supinatibus martyribus substernebant: in quibus omne tormenti genus & poenae speciem consumentes, ad ultimum deuorandos eos bestijs exponebant. Sed in his precipue designatur uir fortissimus effloruisse Germanicus nomine, qui per gratiam diuinae uirtutis metum corporae fragilitatis exclusit. Volente namque Proconsule persuasionibus aggredi uirum, & obijcere ei primae aetatis florem, debere eum suimetipsum miseratorem capere

nem capere: ille nihil moratus, sponte dicitur prae paratam sibi bestiam prouocasse ueluti tardantes increpans poenas, & inique huius uir ultro uelocem exitum discessum. Verum cum ex huius tam insigni morte stuporem cepisset altantis populi multitudo, & totius Christianorum gentis mirari uirtutem de contemptenda morte cepissent, conclamant omnes: Tolle impios, Polycarpus requiratur. Sed cum ex adclamatione grauis perturbatio fieret, Cointhum quaedam natione Phrygem nuper de suis regionibus aduentantem, accidit, primo quidem bestias caeteraque tormenta sponte lacessere: de hinc fractis animis cedere, ad ultimum etiam salutem segnitia perdere. Quae res eum ad martyrium prociacia potius & temeritate, quam deuotione profuissile declarat. Ipse namque se iudicij ingesserat. Victus itaque exemplum euidens omnibus, dedit, cautus in rebus talibus, & circumspectus agendum, quia non temeritas, sed fides & modestia coronatur. Sed de his quidem talia gesta sunt. Insignis autem uir Polycarpus, primo quidem cum audiret uulgus in se acclamationibus excitatum, in nullo penitus motus est, sed mansit impavidus. Tranquillus namque erat moribus & serenus aspectu. Qui cum in eadem ciuitate uellet interitus permanere, acquiescens tamen deprecantibus se familiaribus suis, ad agrum quendam ciuitati proximum secedit: atque ibi cum paucis, die noctaque nihil aliud quam in orationibus permanet: pro pace ecclesiarum, quae ubique sunt, supplicans Deo, quod ei facere in omni uita sua moris perpetui fuit. Sed is in oratione positus, ante triduum quam comprehenderetur, uisionem uidet per noctem, cervical capitis sui flammis esse consumptum. Cumque euigilasset, post uisum interpretatus est altantibus, somnium in mente igitur quaestione, rursus fratrum charitate compulsus, comigravit in alium locum. Quo non multo post inquisitores eius ingressi, correptis duobus pueris, & altero ex his ueberato, per iudicium eius ad Polycarpum perueniunt, cum iam declinaret dies. Et ingressi, ipsum quidem offendunt in superiori- bus quiescentem. Unde cum posset facili ei transitus esse ad alteram domum nobiliores suos, in occursum eis progressus, laeto admodum uultu ac placido compe- lare utros cepit cum ingentioris gratia, ita ut illi mirarentur & stuperent, quid tantum studiū fuerit, ut uir illius grauitatis & honestatis in tam longa uita nihil moratus, continuo apponi mensam hostibus quasi hospitibus iubet, atque eis epulas largius ministrari, unius horae ab eis spacio orationis gratia im- petrato. Orabat igitur tanta Dei gratia repletus, ut admirarentur omnes qui aderant: & ipsi qui ad comprehendendum eum uenerant, poeniterent, quod tam honestum uirum ac Deo dignum, & ipsa aetate uenerabilem, rapere iuberent ad po- nam. Et post aliquanta eadem scriptura uerbis ipsis talia coniungit ex ordine. Po- stea uero quae finiuit orationem, memoriam faciens omnium quoscumque nosse potuit, maiorum minorumque, nobilium & ignobilium, & totius catholicae ecclesiae, quae per orbem terrae est, instante iam hora progreditur, & asino sedens ad ciuitatem duce- batur, cum esset dies magni sabbati. Pergenti occurrit ei Praefectus pacis Hero- det nomine, & pater eius Nicetas, qui leuantes eum secum in uehiculum, per- suadere sedulo conabantur, dicentes: Quid enim mali est, dicere Deum Caesarem, & immolare, & de caetero uiuere securum? Haec ille primo tacitus audiuit. Sed uis persistebant, ait ad eos: Quid multis opus est? facturus non sum quod di- cas. At illi postea nihil se profecisse senserunt, indignatione commoti, cum cotu- melia cum uehiculo deturbant, ita ut pedem laederet preceps actus. Sed quasi imperatus. Cum uero tumultus ingens in stadio ex ingressu eius fuisset exortus uox de caelo delapsa est: Fortis esto Polycarpe, & uiriliter age. Sed autorem quidem uocis uidere potuit nemo, auditus tamen ad plurimos uenit. Intera anti- matur

Cointus paru constans mar- tyr.

De pace ecclesiarum.

Dies magi sabbati. Herodes praefectus pacis.

Vox de caelo.



Iura fortuna
na Caesaris.

matur ad furorem tumulti populi uidentis quia Polycarpus introducitur. Cumq; eminus a Proconsule interrogaret, si ipse esset Polycarpus: se esse con-
fiteatur. Ergo, inquit, habeto aetatis tuae reuerentiam, & parcens ultimae senectu-
ti tuae, iura fortunam Caesaris, gerens de prioribus poenitentiam, & conclama-
ma etiam tu, Tolle sacrilegos. Tum Polycarpus toruo uultu ad populum, qui in-
stadio residebat, aspiciens, elevata ad caelum dextera, cum gemitu proclama-
uit, & dixit: Tolle sacrilegos. Sed insistente Proconsule, & dicente, iura fortu-
nam Caesaris: & dic in Christum conuicia, & dimitto te. Polycarpus ad haec: O-
roginta, inquit, & sex annis seruius ei, & nihil me laesit unquam, quomodo pos-
sum maledicere & blasphemare regem meum, qui salutem mihi dedit: Cumq; rui-
sum uehementius urgeret ut fortunam Caesaris iuraret, & quis sim ignorare te simulas, cu-
queris, ut ego fortunam Caesaris iurem, & quis sim ignorare te simulas, cu-
mni libertate audi a me, quia Christianus sum. Si uero etiam ratione uis Christia-
nae religionis accipere statue diem, & audi. Proconsul dixit: Suade hoc pote-
lo. Polycarpus ait: Tibi quidem respondi. Docemur enim principibus & pote-
statibus ijs quae a Deo sunt, honorem deferre, eum scilicet qui religioni non sit
contrarius. Populo autem furenti satisfacere, non est meum. Proconsul dixit:
Bestias habeo paratas, quibus obijceris, nisi cito penitueris. At ille respondit:
Adhibeantur. Nobis enim immobilis stat sententia. Nec possumus de bono
malum per poenitentiam commutari. Melius autem erat, si hi mutarentur ad
ad bona, qui perseverant in malis. Tunc proconsul: Igne te, inquit, faciam con-
sumi, si tibi bestiae contemnendae uidentur, nec propositi recipis poenitentiam.
At ille: Igne minaris, inquit, hunc qui ad momentu recipit poenitentiam.
tinguitur, quia ignoras futuri iudicij ignem eternum, qui ad perpetuas poenas pra-
paratus est impiorum. Sed quid moraris? Adhibe utrum uoles. Haec & multa
alia his similia dicens Polycarpus, confidentia simul & letitia replebatur, ita ut
alacritatem uultus eius, responsionumq; constantiam Proconsul maximo stupore
miraretur. Misso igitur curione ad populum, iubet uoce maxima proce-
stari, Polycarpum tertio confessum Christianum se esse. Quo audito, uniuersa
multitudo tam gentiliu quam ludaeoru Smyrnensiu ciuitatis, nostroru
rore acclamabat: Hic est totius Asiae doctor & pater Christianorum, nostroru
autem subuersor deorum. Ipse est qui multos docet, ne immolent, ne adores
deos. Et post haec uerba acclamabat Philippo munerario, ut leonem Polycar-
po dimitteret. Qui respondit non sibi licere, quia iam editionis suae munus ex-
pleisset. Tunc illi omnes pariter conclamarunt, ut Polycarpus uiuus arderet.
Oportebat enim uisionem eius quam de ardente cervicali uidit, impleri. Quae
cum dicto citius gereretur, ipsis populis ligna, uel de balneis, uel de publicis
quibusq; locis, & sarmenta congregantibus, praecipue ludaeis ardentius ad haec
ex more feruentibus, cum omni uelocitate extructus est rogo. Tum deponis
senior indumentis, ac zona resoluta, calciamenta quoq; pedibus tentabat edu-
cere, quae nunquam nisi a religiosis quibusq; fide & deuotione semetipso
in uicem preuenientibus, resoluui consueuerant. Ita namque in omni etiam re
liqua uita sua uenerabiliter ab omnibus colebatur. Ut ergo expedita sunt quae
ad ignem pertinebant, cum eum uellent rogo impositum etiam clauis affigere
ait: Sinite me. Qui enim dedit mihi ignis ferre supplicium, dabit ut & sine cla-
uorum affixione flammam immobiliter perferam. Tum ille omnis clauis uis
eulis usi sunt foliis. Quibus post tergum manibus reuinctis, uelut electus ante
& ex magno grege assumptus, acceptabile holocaustum omnipotenti oblatus est
Deo has preces etiam in ipsa passione profundens: Deus dilecti & benedicti filij
tui Iesu Christi pater, per quem tui agnitionem suscepimus: Deus angelorum
& uirtutum, & uniuersae creature, ac totius iustorum generis, qui omnes per-
ram te uiuunt, benedico te, qui me in hanc diem atque in hanc horam per-
ducere dignatus es, ut particeps existerem martyrum, & calicis Christi tui in
relo

Magistrati
bus quate-
nus obedi-
endum.

Iudaei per-
secutores
Christiano-
rum.

Preca-
tio
Polycarpi
ad Deum.

in resurrectionem uitae aeternae ac spiritus mei per incorruptionem spiri-
tus sancti, in quibus suscipiar in conspectu tuo hodie, tanquam sacrificium pin-
gue & acceptabile. sicut praeparasti & praesignasti, ita & fecisti. Verus es tu, &
sine mendacio Deus propterea & in omnibus laudo te, & benedico te, & glo-
rifico te per aeternum Deum & pontificem Iesum Christum dilectum filium tu-
um, per quem, & cum quo tibi cum spiritu sancto gloria & nunc, & in futura
secula, Amen. Et cum Amen insonisset, oratione completa subiiciunt ignem
homines ignis aeterni. Cumq; flamma ingens reluxisset, uidimus miracula o-
mnes nos, quibus ea Deus concessit. Ex quibus & quamplurimi a Domino
ad hoc referuati sunt, ut annunciarent ceteris quae uiderunt. Flammina enim in
modum camerae curuata specie quasi uelut natis uento sinuante, supra cor-
pus martyris stetit: quod corpus in medio positum non erat ut caro ardens,
sed tanquam si aurum & argentum in fornace candesceret. Tum praeterea o-
dorem naribus hausimus, tanquam thuris incensi, uel preciosissimi fragrantis
unguenti. Ad ultimum uidentes scelerum ministri, igne corpus non posse con-
sumi, iusserunt propius accedere confectorem, & corpus cui ignis cesserat,
mucrone transfodere. Quo facto, tam largus profusus est sanguis, ut restingue-
ret rogam. Populus autem miraculi stupore discessit attonitus, erga electos
Dei tam insigni eius fauore perspecto. Hic ergo est admirabilis & electus tem-
poribus nostris magister apostolicus, & propheticus Smyrnaeorum ecclesiae
sacerdos, qui omne uerbum quod loquutus est, & impletum est & implebitur
in futuro. Sed ille a mulis totius boni, & aduersarius omnium iustorum, post
quam uidit quod & pro martyri gloria, & pro uita egregiae uirtutibus coro-
natus est, & per mortem praemia immortalitatis indeptus, satis agere coepit, ut
reliquias eius ad sepulturam nostris desiderantibus nemo concederet. Instiga-
batur ergo Nicetas Herodis pater, frater autem Dalca, adire iudicem & pete-
re ab eo, ne humandum concederet corpus, ne forte, inquit, relinquentes illum
qui crucifixus est Christiani, hunc colere incipiant: ludaeis maxime ista machi-
nantibus, qui & nostros intentis oculis obseruauerunt, ne eum & flammis adhuc
ardentibus raperent: ignorantes miserissimi, quia neque Christum aliquando
possumus derelinquere, qui mortem pro totius mundi salute iustinuit: neque
uelimus. Martyres uero tanquam discipulos Domini diligamus, & uenere-
mur, quasi integre fidem magistro seruantes & Domino, quorum nos quoq;
in fide & perseverantia charitas optamus esse participes. Vbi autem uidit cen-
turio tam obstinatam ludaeorum contentionem, positum in medio ipsum cor-
pus exussit, & ita nos postmodum ambrusta preciosissimis gemis chariora &
more condidimus. Quo in loco etiam nunc, praestante Domino, solennes agi-
mus celebresq; conuentus, maxime quidem in die passionis eius. sed & cum
eorum memorias, qui prius passi fuerant, celebramus, ut sequentium animi ad
praecessorum uiam exemplis insignibus suscitentur. Haecenus de beato Polycar-
po, cum quo etiam alij duodecim ex Philadelphio uenientes, apud Smyrnas
martyrio consummati sunt. Sed et in eadem epistola continebatur etiam de alijs qua-
plurimis eiusdem temporis martyribus intertexta narratio. In quibus refertur post
Polycarpum, quod etiam Metrodorus quidam ex Marcionis haeresi presbyter,
ignis traditus. Inter ceteros autem qui per idem tempus martyres extite-
runt, famosissimus inibi refertur quidam Pionius nomine, cuius per singu-
las interrogationes responsionum constantiam, & pro fide nostra ad popu-
lum orationes, quamq; apud iudices interritus semper astiterit, docens & di-
spuitans etiam in ipsis tribunalibus, utq; his qui in persecutione titubau-
erant, cohortationibus suis ad consurgendum dexteram dederit, & in carce-
re positus, qualiter ingressis ad se fratibus, animos ad martirij tolerantiam
roba

Polycarpi
corpus
in igne.

Polycarpi
corpus ne-
gatur
Christiani
sepeliendi.

Iudaeorum
odium.

Metrodo-
rus.
Pionius in
signis mar-
tyri.

roborarit, quos ue etiam ipse pro martyrio pertulerit cruciatus, utq; si clauis affixus, & ardenti rogo superpositus, & ut in his beatum uitae fecerit finem. si quis uult plenius scire, ex illa quae nobis de antiquis martyribus scriptura composita est, plenius discet. Post haec etiam aliorum apud Pergamum Aliae urbem martyrium gesta referuntur, Carpi cuiusdam, & Papyrii, & Agathonicae optimaec foeminae, aliarumque multarum, quae pro beatis confessionibus martyrio coronatae sunt.

Iustinus. Anno Do. 152.

VI Iustinus philosophus Christi uerbum praedicans, Romae martyrium meruit. Cap. XVII. Cvm quibus & uir mirabilis, de quo paulo superius fecimus mentionem Iustinus, cum secundo iam librum pro religionis nostrae defensione compositum, temporis illius iudicibus obtulisset, remunerationem linguae fidelis & erudite, martyrii munus accepit, quodam philosopho Crescente nomine eadem professione quam moribus, dolos uero insidiasque tendente. Quonia quidem saepe cum eo disputans, auditoribus medijs, non solum obtinuerat eum, uerum & uehementius ueritate sibi suffragante confunderat, unde & uictoriae suae palmam, martyrium percepit a Domino. Hoc autem ita futurum, etiam beatus ipse uerus philosophus ueritatis in ea defensione, quam ab eo confectam supra diximus aperte, sicut erat futurum, prophetica mente praedixit, his uerbis: Nam et ego, inquit spero me ab aliquo horum, quibus pro ueritate obsequio, insidias esse passurum: spero baculo aut clauo ferendum certe uel a Crescente hoc, non philosopho, sed a Platone, id est non amatore sapientiae, sed a matore iactantiae. Neque enim dignum est, philosophum nominari eum: qui de his quae nescit, publice protestatur: & Christianos sine Deo esse, & impios dicit, ad gratiam & libidinem eorum quos in errore posuit, ipse maioribus laqueis erroris inuoluit. Si enim ignoratur ab eo Christi doctrina, & ea arguit quae ignorat, nequissimus est, & imperitis multo nequior: quia & imperiti uel idiotae obseruant, ne disputare audeant de his quae ignorant, & de illis testimonium perhibere quae nesciunt. Si uero legit quae apud nos scripta sunt, & aut non intellexit eorum ueritatem, aut intellexit quidem, sed dissimulat, ne & ipse suspectus habeatur in talibus multo nequior & detestabilior iudicandus est qui imperiti uulgi captans fauorem, ueritatis ac pietatis, qua probat, hostis extitit & proditor. Nam & proposuisse me ei sciatis quaedam, ex quorum confessionibus nihil scire conuictus est. Et in tantum uera sunt quae dico, ut patem uobis etiam quaestionis habitae inter nos disputationes allatas, ex quibus aperte uisissime dignoscitur, quae nostra sunt, penitus ignorare. Si uero necdum ueritate haec ad notitiam uestram, paratus sum rursus uobis audientibus, disputare. Haec sunt beati Iustini uerba in quibus secundum ea quae praedixerat, per Crescentis insidias martyrio consummatus est. Tatianus quoque uir eruditissimus, in prima aetate sua cum magna admiratione oratoriam docens, ex qua non parua gloriae quaesierat: postmodum ad nostra se studia conuertens, libros etiam ipse aduersum gentes dignos memoria dereliquit, in quibus Iustini meminit, his uerbis: Sed & admirabilis, inquit, uir Iustinus, satis recte proflequitur est, si miles istos dicens esse latronibus. Et post aliquanta, cum de philosophis quaedam dixisset, addit etiam haec: Crescens denique ille, qui obsedit urbem magnam in puerorum quidem stupris omnes praecipat. In pecuniae autem cupiditate multo inferior erat. Mortem uero cum ceteris contemnendam suaderet, ipse tantum pessimam de ea opinionem gerebat, ut Iustinum tanquam ultimo malo trade- ret morti, pro eo quod ueritatem praedicans, uoluptuosos et deceptores philo- sophos arguebat.

Iustini uerba in secundo Apologetico pro religione Christiana

Id non obseruant in diuita in hoc secundo.

Tatianus rhetor. Christianus. Tatiani testimonium de Iustino. Crescens Cynicus. An. Do. 132

Mulier pudica Christiana turpē maritū relinquit.

De martyribus quos Iustinus in suis commemorat libris.

Caput. XVII.

De his Iustinus prius propriū defudaret, aliorū ante se martyres extiterant describens agones, in primo defensionis suae libro talia quaedam refert: Mulier et quae

er quaedam ait, coniuncta erat uiro turpi, quae & ipsa prius turpiter uixerat. Hec postquam Christi praeccepta cognouit, pudica effecta, uiro quoque de pudicitia suadebat, suggerens ei scriptum esse in Christianorum praecceptis, aeternas imminere poenas his qui pudicitiam in uita sua iustitiamque contempserint. Sed ille in eadem obscenitate persistens, actibus iam suis alienam a se faciebat uxorem. Quippe cum uetas esse mulier existimaret, in eius mariti contubernio permanere, qui natura lege contempta, nouas uias libidinis exquirebat. Statuit igitur iura repudiare coniugij. Sed propinquis interuenientibus, et de mariti emendatione pollicentibus, compulsus est in eius rursus consortio relicto. Verum ille post haec Alexandriam profectus, cum turpius agere, atque in cetera uita maiore nunciaretur augmenta quaesisse, mulier ne ultra in consortio eius manens, particeps incesti hominis haberetur, libello ei repudij dato discedit. Tum ille egregius maritus, quem gaudere oportuerat, quod in tantum uxoris suae castitas profecisset, ut non solum nihil turpe committere, sed ne mariti quidem patienter ferre turpitudinem posset, a quo emendatione re- futante pro castimonia amore discesserit: nouo criminis genere pro castitate accusat uxorem: Christiana, inquit, est. Et illa quidem libellum tibi obtulit im- perator, ut primo permetteretur ei rem familiarem ordinare: tum deinde respo- dere obiectis, quod & indulgisti. Verum maritus cum mulierem non posset ar- guere, in Ptolemaei cuiusdam exitium, qui magister mulieris in Christiana reli- gione fuerat, tali arte conuersus est. Amicum habebat centurionem quendam: huic persuadet ut percotaretur a Ptolemaeo, si Christianus esset. Hoc tantum Ptolemaeus tanquam amator ueritatis, nequaquam gloriae suae professionis occultans, percontanti Christianum se esse confessus est. Hunc continuo cen- turio in uincula coniecit, & multo tempore squalore carceris maceratum, ad ultimum Urbicio iudici obtulit. A quo simili modo hoc solū interrogatus est Ptolemaeus, si Christianus esset. Qui rursus tanti boni sibi conscius, diuinam religionem praese tulit, & de Christi magisterio, ac totius boni institutionibus publica confessione testatus est, Qui enim negat quod est, sine dubio culpabi- le iudicatur ad mortem. Lucius autem quidam Christianus uir, uidens tam teme- re datam sententiam, ait ad Urbicum: Quid quaeso causae est, quod neque adul- terum, neque corruptorem, aut homicidam, uel latronem, raptorumque, aut alterius cuius liber facinoris reum, sed tantum pro nomine Christiano, quod hoc se uocabu- lo confessus est nuncupari, ad mortem duci hominem praecipisti? Non sunt haec digna pio imperatore, nec sapientissimo puero filio eius, neque sacro sena- tu quae agis a Urbicio. At ille nihil aliud inquirens, ait ad Lucium: Videris mihi & tu Christianus esse. Cumque Lucius respondisset, Hoc plane sum: etiam ip- sum Urbicum duci pariter iussit ad mortem. Ille, Gratias, inquit, ago quod me nequissimis dominis absolutum, ad bonum & optimum patrem & regem o- mnium Deum remittis. Sed & tertius quidam pari modo libertate uisus, pari quoque sententia punitus est. Post haec illa Iustinus annexuit ex ordine, quae paulo ante retulimus. Id est: Et ego, inquit, spero me ab aliquo horum quibus pro ueritate obsecuti, insidias esse passurum. Et cetera.

Caput XVIII.

Plurima autem nobis hic uir studiorum monumenta dereliquit, quibus erudite eius animae ac diuinis deditae disciplinis, indicia colligamus: in- quibus emolumentum plurimum inuenire possunt ij qui autorem doctrinae & scientiae gerunt. Extat igitur eius liber hic (de quo superius memorauimus) ad Antoninum qui dicebatur Pius, & filium eius, ac Senatū, pro nostra reli- gione conscriptus. Sed & secundus nihilominus defensionem nostrae fidei co- tinens, quem scribit ad successorem supradicti principis Antonium Verum, cu- tus tempora nunc cecepimus explicare. Sed et alius liber est aduersum Paganos, in quo

Ptolemaeus Christianus.

Urbicius iudex.

Lucius homo Christianus.

Libri Iustini philosophi et martyris.



quo de singulis, uel nostris, uel Graecorum philosophis conferens, disputatio nem latissimam conferit. Ibi etiam de natura daemorum differit quaedam, quae his inferere longum est. Sed & alius liber est aduersum Paganos, qui superscribitur Confutatio. Est & alius eius de monarchia, quem non solum de nostris libris, sed & de Graecorum uoluminibus tenuit. Est & alius, qui superscribitur Psaltes. Et alius uelut in subnotationum modo de anima, in quo diuersas quaestiones inseruit, ex his quae apud Graecorum philosophos agitantur, quibus confutatum se repromittit, & suam de his sententiam in illius responsionis uolumine prolaturum. Composuit etiam dialogum quasi cum Iudaeis, quae apud Ephesum cum Tryphone Hebraeorum nobilissimo doctore habuit in quo exponit, quomodo ipse per diuinam gratiam ad credulitate uerae fidei perducitus sit, cum prius immensum studium erga philosophorum gesserit disciplinas, perquirende ueritatis amore detentus. Simulque refert de Iudaeis, quod aduersum ecclesiam Christi, insidijs feralibus agant. Et pro his insinuat Tryphonem, dicens: Quia non solum non penitistis pro his quae a uobis male gesta sunt, sed & uiros aptos ad hoc elegistis de Hierosolymis, & misistis per omnem terram, qui circumirent & dicerent impiam haeresim surrexisse Christianorum simul & criminosa quaedam diffamarent aduersum nos, quo scilicet per haec ignorantibus quique deterriti, consortia nostra uitaret: in quo non solum nobis ipsi, sed & alij opprobria fingendo causa mortis extitistis. Scribit autem quod usque ad sua tempora prophetie gratia in ecclesijs floruerit. Sed et Apocalypsim Iohannis apostoli esse dicit. Prophetias etiam quibusdam utitur testimonijs ad Typhonem, conuincens eum de his, quod Iudaei absciderint fratrum feruntur, & abstulerint. Sed & multa eius alia apud quamplurimos fratrum feruntur, quae ita probabilia ac digna a ueteribus iudicata sunt, ut Irenaeus ex ipsis inueniatur adsumere, & in quarto aduersum haereses libro de his hoc modo scribere: Et bene, inquit, Iustinus in eo uolumine quod aduersum Marcionem scribit, prosequutus est, dicens: Quia ipsi Domino nunquam adquecerem, si alium Deum diceret praeter omnium creatorem. Et iterum in quinto eiusdem operis libro dicit: Et optime, inquit, Iustinus affirmat, quia ante aduentum Domini nunquam ausus est fatanas blasphemare Deum, quippe qui nondum agnouisset damnationem suam. Haec autem nobis necessario de opusculis Iustini dicta sunt, ad inquisitionem librorum eius studiosos quosque fideles prouocantibus.

Iudeorum odium in christiano nos.

Prophecia in ecclesijs usque ad istum tempus. Apocalypsis.

Anno. Do. 169. Soter Ro. Agrippinus Alexandriae. An. Do. 171. Anno. Do. 170. Theophilus Antiochie. Cornelius Heros. An. Do. 176. Egesippus. Dionysius Corin. episcopus. Pinytus. Phillip. Agrippinus. Egesippus. Conformitas doctrinae. Primus Chorinthiorum episcopus.

Qui tunc uiri Romae Alexandrinae ecclesiae praesuerint. Caput XIX.

Igitur octauo anno supradicti principis, Aniceto undecimo anno episcopatus sui defuncto, successit Soter. Apud Alexandriam uero Celadion quatuordecim annis ministrato sacerdotio, Agrippinum successorem reliquit.

Qui Antiochensium. Caput XX.

Apud Antiochiam uero Theophilus per idem tempus sextus ab apostolice ecclesiae pontificatum tenebat. Vbi quartus post Heronem fuerat Cornelius. Post quem quinto gradu Heros successerat.

De his qui memoratis temporibus ecclesiastici scriptores enituerunt. Cap. XXI.

Tunc etiam Egesippus, de quo supra memorauimus, insignis habebatur, & Dionysius Corinthiorum episcopus, sed & Pinytus nobilissimus apud Cretam in episcopis fuit. Philippus etiam & Apollinaris, & Melito, Musanusque & Modestus, & praecipuus Irenaeus, quorum omnium ad nos usque apostolicae fidei & sanae doctrinae preclarissima monumenta perlata sunt.

De Egesippo, quaeque ipse commemorat. Cap. XXI.

Ex quibus Egesippus in quinto Commentariorum libro, ubi sententiam suae fidei plenissima cum adstructione designat, indicat hoc etiam, quod cum ad urbem Romam pergeret, plurimis per loca singula episcopis in sermone & charitate congressus, omnes eiusdem fidei praedicatores ductoresque

reperit: simul & de epistola Clementis ad Corinthios scripta, quaedam commemorat, quae etiam inferere huic operi nostro necessarium duxi. Ait ergo: Et permansi, inquit, ecclesia Corinthiorum in praedicatione recta usque ad primum episcopum, quem Romam nauigans uidi, & resedi cum eo apud Corinthum diebus multis, delectatus puritate fidei eius. Cum autem uenisset Romam, permansi inibi, donec Aniceto Soter, & Soteri successit Eleutherus. Sed in omnibus istis ordinationibus, uel in caeteris quas per reliquas urbes uicauerunt, & Dominus statuit. Item idem ipse etiam de haereticis qui suo tempore exorti sunt, talia quaedam commemorat: Et posteaquam, inquit, Iacobus, qui cognominatur Iustus, martyr effectus est, sicut Dominus etiam ipse reddens testimonium ueritati: electione diuina Symeon Cleopae filius episcopus ordinatur, electus ab omnibus pro eo quod esset consobrinus Domini. Propterea autem tunc ecclesia uirgo uocabatur, quia nondum fuerat adulterini uerbi subreptione corrupta. Sed Theobutes quidam, quia repulsam meruit episcopatus, ipse cepit initio perturbare omnia, & corrumpere. Qui erat ex septem haeresibus in populo constitutis. Ex quibus erat & Simon, a quo Simoniani: Cleobius, unde & Cleobiani: & Dositheus, unde Dositheani: & Gortheus, unde Gortheni: & Masbutheus, unde & Masbutheani: sed & Menander, unde Menandriani. Ab ipsis & Marcionistae, & Carpocratiani, & Valentiniiani, & Basilidae, & Saturniani. Quorum unusquisque diuersis corruptionibus fidei, seorsum schisma componens, propriam sectam & proprios habitatores. Ex ipsis processere pseudochristi, & pseudoprophetae, & pseudoapostoli, qui in diuersas partes fratrum unitatem scindentes, per corruptelam doctrinae castum ecclesiae cubile macularunt, impietatem loquentes aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Sed & antiquas Iudaeorum haereses idem ipse scriptor, quae uel quantae fuerint, per haec uerba designat: Erant, inquit, diuersae sententiae in circumcisione, id est in filiis Israel, quae maxime aduersabantur tribui Iudae, ex qua Christus est. Erant ergo Iesaei, Galilaei, Hemeobaptistae, Masbuthaei, Samaritae, Sadducaei, Pharisei. Sed & alia quam plurima scribit, de quibus ex parte iam pro locorum opportunitate in superiori bus memorauimus. Dissertit autem & de Euangelio secundum Hebraeos & Syros, & quaedam etiam de lingua Hebraica disputauit, & Iudaicarum traditionum meminit: per quae indicat se ex Hebraeis ad fidem Christi uenisse. Veritur Sapiaentia, Solomonis esse dixerunt, sicut & Prouerbia, & caetera. De Apocryphis uero cum ageret aduersum quosdam haereticos, corrupta in his quaedam etiam ac falsata esse perhibuit.

De Dionysio episcopo Corinthiorum, & de epistolis eiusdem. Cap. XXIII.

Sed ueniendum nobis est tandem ad beati Dionysij commemorationem in uerbo Dei, fruebantur non hi populi solum quos regendos susceperat, sed & procul positi, quibus per epistolas praesentia sui reddebat. Extat denique eius ad Lacraedemonios scripta epistola de catholica fide, in qua & de pace atque crudelitatem inuitat & concitat seigniores: simul et arguit quosdam uelut peneprolapso a fide, cum episcopus eorum Publius fuisset martyrio consummatus. Sed & Quadrati, qui Publio martyri successerat in sacerdotio, meminit: simul & memorat, quod labore eius & industria rediuitus quidam in eis calor fidei reperatus sit. Et illud in eadem designat epistola, quod Dionysius Areopagites, qui ab Apostolo Paulo instructus, credidit Christo, secundum ea quae in apostolorum Actibus designantur, primus apud Athenas ab eodem Apostolo episcopus fuerit ordinatus. Fertur & alia eius epistola ad Nicomedieneses, in qua

Primi haeretici.

Ecclesia uirgo. Theobutes haereticus. Simon. Cleobius. Dositheus. Gortheus. Masbutes. Menander.

Iesaei. Galilaei. Hemeobaptistae. Masbuthaei. Samaritae. Sadducaei. Pharisei. Egesippus primum in deus.

Sapiaentia & Prouerbia Salomonis iudicio ueterum. An. D. 167. Dionysij Corinth. episcopus.

Publius Atheniensis episcopus. Act. 16.



qua haeresim Marcionis impugnat, & ecclesiasticae fidei regulam mirabili ratione constituit. Scribit & aliam ecclesiae Gortynensium, ceterisque simul ecclesijs Cretae, in qua episcopum ipsorum Phillippum uelut magnis uirtutibus & optimis studijs praeditum protestatur. Dicit autem ab hereticorum conuiujs abstinentium. Scribit etiam aliam ecclesiae Amastrianorum, ceterisque cum ea Ponti ecclesijs, in qua Bacchylidis & Elpisti meminit, tanquam qui eum cohortati sint ad scribendum, & multa in ea ex diuinis scripturis explanat, simulque episcopi eorum mentionem facit nomine Palmeae. Sed & de nuptijs & castitate plurima commemorat: & ex quocumque lapsu resurgentes, & conuertentes se a peccato, etiam si ab haeretica peruersitate resistant, suscipi iubet. Coniungitur & his alia eius epistola ad Gnosios, in qua commonet & deprecatur episcopum eorum Pinytum, ne graui onera discipulorum ceruicibus superponat, neue fratribus necessitatem compulsa castitatis indicet, in quo non uolentium periclitetur infirmitas. Ad qua rescribens Pinytus Dionysio sententiam quidem consilij melioris amplectitur, simulque obsecrat eum post illa quae prius scripserat, robustioris iam & ualidioris cibi de cetero scripta transmittere, quibus ad meliorem profectum ecclesiae suae populus aleretur, ne semper cibo lactis inhaerentes, paruulorum uitam in corpore iam senescente perdicerent. Simul & recte fidei suae insignia, & sollicitudinem quam erga curam plebis expendit, eruditionisque ac sapientiae uerbi diuini in hac epistola Pinytus nobis uelut in quodam speculo uiuentem sui dereliquit imaginem. Dionysij autem fertur & alia ad Romanos data ad episcopum ad Soterem, in qua instituta antiquitus tradita, in ecclesia Romana custodiri libenter amplexum se his indicat uerbis: A principio namque moris est, inquit, uobis fratres omnes uarijs iuuare beneficijs, multisque ecclesijs quae sunt per diuersa terrarum loca, cuncta quibus indigent destinare, singulorum quoque necessitates in omnibus consolari: sed & per metalla fratribus relegatis, quae usus corporalis uester ab initio Romanae ecclesiae facere moris fuit, a patribus sibi huiuscemodi institutione dimissa, & semper integre custodita. Beatus uero episcopus uester Soter non solum seruauit quae patres tradiderant, sed & auxit in melius. Qui non tantum sanctis quae usus corporalis poscit, impertit: uerum & aduenientes fratres clementi fati & mitissimo solatur alloquio, & tanquam patrem ac religiosum patrem singulis exhibet. In hac ipsa scriptura meminit etiam epistolae Clementis ad Corinthios scriptae, significans ueteri instituto, & antequam consuetudine semper ipsam epistolam lectam esse in ecclesia. Denique sic dicit: Beatam, inquit, duximus hodiernam Dominicam diem, in qua legimus epistolam uestram, quam & semper ad nostri commonitionem legimus, sicut & illam priorem a Clemete ad nos scriptam. Idem adhuc ipse de epistolis suis tanquam falsatis a quibusdam haec scribit. Epistolas enim quasdam, fratribus rogantibus me, scripsi, quas tamen apostoli satanae zizanij repleuerunt, quaedam auferentes, alia autem addentes, quibus uae repositum est in iudicio Dei. Quid autem mirum, si Dominica uerba sanctae scripturae falsari conati sint, qui uita haec quae nos scripsimus corruerunt? Fertur adhuc & alia praeter istas Dionysij ad Chrysochorum fidelissimam sororem scripta, in qua conuenienter uel sexui, uel mensurae eius, rationabiles ei diuini uerbi exhibuit dapes. Sed de Dionysio satis sit dictum.

Bacchylides. Elpistus. Palmeae.

Pinytus. Attendant hunc locum episcopi.

Epistola Dionysij ad Romanos. Antiquus mos ecclesiae Romanae.

Soteris Romani pontificis laus. Clementis ad Corinthios epistola.

Epistola Dionysij falsata.

Epistola Dionysij ad Chrysochorum.

An. D. 170. Theophili Antiochiae episcopi, libri orthodoxy aduersus hereticos.

De Theophilo episcopo Antiocheno. Cap. XXVIII.

Theophili uero, quem Antiochiae episcopum supra diximus, fertur tres institutionum libri ad Autolycum scripti. Et alius liber aduersus haeresim Hermogenis, in quo & testimonijs utitur de Reuelatione Ioannis. Sed & alij extant eius instructionum uariarum libelli. Igitur ea tempestate haeretici per omnem locum, zizaniorum modo, pura uerba Dei semina maculantibus, & areas apostolicae doctrinae adulterina admixtione foedantibus ex omni parte

A parte sacerdotes Domini, uelut uigilantes agricolae, excutere eorum et expurgare mare semina nitebantur: & tanquam solliciti pastores, insidiantes lupos gregibus Christi, clamoribus simul insectationibusque repellere: commonendo fratres, instruendo, scribendo etiam longe positos: ipsos quoque interdum sicubi coram deprehendissent, cominus perurgendo, & uerborum lucta ac disputationum certamine prosternendo: alij etiam posteris consulentes, quater quos & Theophilus, de quo nunc loquimur, non ignobili aduersum eos, id est aduersum Marcionem, indicatur ex his quae legimus, disputatione congressus. Huic igitur septimus ab apostolis in Antiochenae ecclesiae sacerdotio Maximinus successit. Sed & Philippus, quem Gortynensis ecclesiae episcopum supra diximus, nobile etiam monumentum aduersum Marcionem dereliquit. Similiter & Irenaeus.

Maximus Antiochiae successit Theophilo Philippus. Gortynensis episcopus aduersus Marcionem. An. D. 176.

De Modesto. Cap. XXV.

Magnificentius autem ceteris Modestus, qui omnes ipsius deceptiones & fallacias reiecto, quo uelabantur, nequitiae tegmine denudauit.

De Melitone, quosque ipse commemorat. Caput XXVI.

Melito quoque Sardenis antistes ecclesiae, & Apollinaris apud Hierapolim ecclesiam regens, celeberrimi inter ceteros habebantur. Qui & Imperatori Romano Apologeticis similiter libros pro nostra fide luculentissime conscriptos porrexerunt. Horum quanta relicta sint monumenta, quae ad nostram usque notitiam peruenerunt, infra ostenditur.

Melito Sardenis, Apollinaris Hierapolitanus.

Melitonis de Pascha libri duo. De optima conuersatione liber unus. Sed & De prophetis.

Libri Melitonis.

- De ecclesia. De die Dominica. De fide hominis. De figmento. De obedientia fidei. De sensibus. De anima, & corpore, & mente. De lauacro. De ueritate. Item De fide. De generatione Christi, & de prophetia eius, Item De animo & corpore. De hospitalitate. Item Liber qui dicitur Clauis. De diabolo. De Reuelatione Ioannis. De Deo, corpore induto. Et post omnia Liber ad Antoninum Verum.

In libello suo de Pascha, tempus quoque quo scribebat insinuans, ita dicit: Sub Sergio, inquit, Paulo Praefectus Asiae, quo in tempore Sagaris martyrio coronatus est, quaestio ingens oborta est apud Laodiceam de Pascha, quibus diebus haec scripsimus. Huius etiam ipsius libelli mentionem facit Clemens Alexadrianus in opere suo, ubi de Paschae ratione scribit, quod se dicit ex octauo libro quem ad Imperatorem scribit, talia quaedam memorat illis temporibus aduersum nos gesta: Quod nunquam, inquit, factum est, nunc persecutio nem patitur genus piorum. Effugantur undique, nouis decretis per omnem Asiam promulgatis. Impudentes namque homines & calumnioli, qui rapere

Quo tempore uixit Melito.



aliena desiderant, occasione accepta Imperialium præceptorum, more prædo- num die noctuq; grassantur, & diripiunt innocentes. Et post aliquata iterum dicit, Et siquidem te iubente hæc faciunt, bonum credamus quicquid iusto Imperatore iubente committitur. Sed & nos libenter ferimus mortem, quam a te cognoscimus irrogari. Sed hoc est solum quod te obsecramus, ut ipse prius ministros proteruitatis huius requiras: & si à te mandata sint ista, quas irrogant mortes, ipse discutias. Si uero tuam quoque conscientiam præceptum istud tam immane & barbarum latet, obsecramus ne nos despicias, & patiaris religiosos ciues tam publico latrocinio iugulari. Et iterum post aliquanta ad- dit etiam hæc: Etenim philosophia hæc qua nos utimur, primò quidem flore- bat apud Barbaros. Introducta est etiam Romana uestra conuersationi Au- gusti temporibus: ex quo & regni uestri sublimius culmen ascendit, obserua- tiæ huius auspicijs eleuatum. Cuius imperij feliciter propagati, tu felix suc- cessor existi, & traditum tibi feliciter seruas unà cum filio. Propter quod & simul tibi cum imperio traditum nostræ philosophiæ ritum pari religione cu- stodisti, uelut qui ingressu suo patribus tuis causam prosperitatis intulerit. Et fidem, quæ cum ipsius Augusti felicitatibus adoleuit, integram tu quoq; nunc regnans, illibatamq; conserua: quia nec ipsi Augusto in ingressu eius, uel in progressu, triste aliquid accidit: sed e contrario lata omnia, & omnia magnis successibus plena, obsecrantibus Deum summum pro imperij eius statu, reli- gionis huiusce cultoribus. Nec quisquam principum nisi Nero solus & Do- mitianus, nequam hominum suggestionibus, aduersati sunt dogmati no- stro. Ex quorum tempore accidit, nos falsis calumnijs inamari. Sed illorum et- rorem, qui ex ignorantia uenerat, emendauerunt patres tui, qui frequentibus postmodum decretis animaduertent in eos, qui auderent molestiæ ali- quid huiusmodi cultoribus irrogare. In quibus auus tuus Adrianus, & ada- lios quidem multos iudices, præcipue tamen ad Fundanum, Proconsulem A- siæ pro hoc literas dedit. Pater uero tuus tecum pariter Romani regni apicem gerens, omnibus quidẽ generaliter ciuitatibus, maximè tamen ad Larissios, & Thessalonicenses, & Athenienses, pro his mittit edicta. Te uero multo ma- gis eandem credimus seruare sententiam, imò & multo clementius confide- mus prouisurum, tanquam qui ueræ philosophiæ, ac puræ religionis amator existas. Hæc & multa alia nobiliter ab eo scripta, in libello de quo memorauimus inseruntur. In his autem quæ de explanatione scripturarum scribit, quasi in præfatione enumerat, quæ sint uolumina noui Testamenti, quæ in Canone debeant obseruari. Quam partem scripturæ indere his necessarium puto.

Adrianus Cæsar. Minutius Fundanus.

OMELITO NESIMO PATRI SALVTEM

Quoniam quidem frequenter me rogasti pro studio, quod habes erga uer- bum Dei, ut excerpam tibi testimonia ex lege & prophetis de Salvatore, & de fide nostra: simulq; indicẽ, qui sit ordo uel numerus ueteris Testamenti uolu- minum, postulata libenter impleui, sciens quod sit in te discendi studium, uel quanta fidei deuotio, & ut uitæ æternæ desiderio nihil præponas. Scias ergo perrexisse me usque ad Orientis locum, ubi prædicationis nostræ cecepit exor- dium, & ubi gesta sunt illa omnia, quæ leguntur scripta: ibiq; diligenter de om- nibus explorasse, quæ essent ueteris Testamenti uolumina. Ibi igitur quæcũ- omni inuestigatione comperi, hæc sunt: Moyli libri quinque: Genesis, Exo- dus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. Tum deinde Iesu Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Psalmi David, So- lomonis Prouerbia, quæ & Sapientia, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Iob. Prophetæ autem Esaias, Hieremias, Duodecim prophetarum liber unus. Da- niel, Ezechiel, Esdras. Ex his ergo εκλογες tibi, id est, excerpta testimonia in sex libris digesta transmisi. De Melitonis monumentis ista comperimus.

De libris qui habentur in Ca- none.

De Apol.

Apollinaris uerò, cum multa à multis habeantur, ad nos tamen ista sunt quæ uenerunt: Apologeticus liber ad prædictum Imperatorem scriptus. Et Aduersum Paganos libri quinque. De ueritate libri duo. Et quos postmodum edidit aduersum Cataphrygas, Montanum scilicet, & pseudoprophetas eius, qui tunc primum deuiandi à recto itinere exordium sumpserant.

An. D. 176. Apollina- ris lucubra- tiones.

Ed et Musani (cuius in præcedentibus fecimus mentionẽ) fertur libellus multa elegantia scriptus ad quosdã fratres, qui declinauerant ad hæresim, quæ dicitur Encratitarũ, tunc nuper exortam. Cuius autorem exiitisse Ta- tianum sermo asserit, illum ipsum de quo in superioribus memorauimus, bea- to Iustino testimonium dante, cuius eum & discipulum ferunt. De quo tamen Irenæus in primò libro cõtra hæreses hæc refert: A Saturnino, inquit, & Mar- cione descenderunt & hi, qui uocantur Encratitæ, nuptias refutantes, quæ à Deo antiquitus institutæ sunt, & subtiliter accusantes illũ, qui ab initio mascu- lĩ & feminam ad restitutionẽ humani generis fecit. Sed & ab animalib. absti- nendum prædicat, ingrati existentes Deo, qui hæc humanis usib. procreauit.

An. D. 176. Musani li- ber aduer- sus Encrati- tas.

Encratita- irenæum le- ge de conti- nentib. cap 34. lib. 1.

Contradiciunt etiam primi hominis salutẽ. Et hoc nunc inuentum est ab his, quibus Tatianus quidam autor extitit, & huiusmodi blasphemias introduxit. Qui fuit quidẽ auditor Iustini, sed donec cum ipso fuit, nihil tale sentire prodidit. Postea uero quàm ille martyr effectus est, abscidit se ab ecclesijs: & doctoris arrogantia tumidus, & elatione nimia inflatus, tanquam qui se cæteris duceret meliorẽ, propriũ maluit quàm à ueteribus traditum do- cendi institutere stilum, secula quadam inuisibilia secundum Valẽtini fabulas introducens. nuptias autem & fornicationes correptionemq; pari iudicis le- gimus delucenda, notis questionibus cõmentatur. & paulo post idem Irenæus ad I. de I. etiam hæc: Non multo aut, inquit, post Seuerus quidam supradictæ hæresi robor adiungens, fomenta maxima eius sectatoribus præstitit. Vnde & magis Seueriani appellati sunt. Qui utuntur quidem lege, & prophetis, & euang. Ijsa, sed propria quadam interpretatione, & scripturarum sensum per- uertunt. Obtruncant autem Paulo Apostolo, & refutat eius epistolas. Sed ne que Actus apostolorum suscipiunt. Veruntamen prior eorum autor Tati- nus, collationem quandam faciens Euangeliorum, nescio quomodo compo- suit Euangelium unum ex quatuor, quod Diatessaron nominauit, quod etiã nunc habetur à multis. Dicitur autem & nonnulla ex sermonib. Apostoli per- mutasse, tanquam qui emendare uelit ordinem compositionemq; uerborũ. Reliquit autem hic ipse infinitum librorum numerum. Sed ille quem aduer- sum gentes scripsit, liber ex omnibus scriptis eius præcipuus & ualde utilis comprobatur. Sed & de his satis dictum.

An. D. 176. Tatianus hæreticus.

Seuerus hæ- reticus. Seueriani.

Tatianus aduersus gentes.

Et idem tempus innumeris hæresibus ubiq; pullulantibus, & præcipue apud Mesopotamiã, Bardesanes quidã uir disertissimus in Syrorũ lingua & uehemens dialecticus, aduersum Marcionẽ aliosq; nonnullos, dialogos scribit, quos propria lingua compositos edidit. Sed & plura alia eius extat uo- lumina, quæ discipuli eius in græcum uertere sermonẽ. Erat namq; ita potens in uerbo & in doctrina, & in disputationibus ualidus, ut plurimos & nobiles uiros habuerit sectatores. Est & eius ad Antoninũ de Fato potētissimus dia- logus. Sed & alia multa scripsit, quæ satis utilia & perneccessaria persequutio-

An. D. 142. Bardesanes Syrus ad- uersus Mar- cionem.



Dialogus
de Fato ad
Antoninū
Cesarem.
Soter Pont.
Ro. mori-
tur.

num quæ tunc erant temporibus, extiterē. Ferunt autem hunc ipsum fuisse primo de Valentini schola. Sed cum magistrum notasset erroris, & ineptias eius fabulas arguisset, uisus est sibi ad meliorem & rectam fidei sententiam conuertisse. Nec tamen ex integro ueterum errorum sordes maculamque deposuit. Iisdem uero temporibus etiam Romanæ ecclesiæ Soter episcopus, uiuendi finem fecit.

ECCLESIASTICAE HISTORIAE
Liber Quintus.

PROEMIVM

An. D. 178.
Eleutherus
Pont. Ro.



Igitur Soteri episcopo octo annis in urbe Roma sacerdotio ministrato, duodecimus ab apostolis succedit Eleutherus septimo decimo anno imperij Antonini Veri. Quo in tempore per multas Romani orbis prouincias, ex acclamatione & seditione uulgæ persecutiones aduersum nostros dirisimæ concitate sunt, ita ut multa millia martyrum per loca singula fierent. Quod consicere ex his facile possumus, quæ ad rerum gestarum memoriam conseruandam literis mandata reperimus. Et quamuis de hoc plenior nobis narratio, quam de singulorum martyris profecuti sumus, sui sub titulo uideatur exposita, quæ instructionem pariter doctrinæ & scientiæ necessariam non minimam contineat: tamen quæ etiam præsentis operi competere duximus, pauca inferemus è multis. Alij namque scriptores historiarum, referant bella, trophæa, uictorias, magistratuum ducumque fortia gesta concelebrent, mortesque ciuium aut hostium narrent: patriam, coniuges, liberos, diuersis cuncta cadibus confusa describant. Nollet hic sermo qui narrationem continet de his quæ ad Deum pertinentibus, absurdum non erit, si bella describat, quæ caro pro animæ salute perpessa est: & pugnas quas anima, ut coelestem patriam recuperaret, excepit: si certamina eius referat, quæ pro fide ueritatis exegit, in quibus non aduersum mortales milites, sed aduersum spirituales dæmones dimicauit: non pro libertate carnis, sed pro spiritus libertate. Si, inquam, monumentis literarum mandemus prælia, quæ non pro terrarum spatijs, nec prouinciarum possessionibus, sed pro coelorum regno, & paradisi hereditate peracta sunt: non regni mortalium imperia quaesitura, sed ab immortali rege omnium Deo triumphorum gloriam perceptura.

Significare
uidetur o-
pus suum.
De anti-
quis marty-
ribus, cuius
ante memi-
nit.

Bella &
pugne mar-
tyrum. A-
liis pro li-
beris carnis

Quanti et quemadmodum sub Seuero apud Galliam pro pietate
subierint mortem. Caput I.

Lugdunum
Viennæ.
Rhodanus.

Galliarum nobilissimæ urbes Lugdunensium ciuitas habebatur, & Viennensium, quas præcipiti lapsu præterfluit Rhodanus nobilissimus fluminum. In his quæ & quanta erga Dei martyres gesta sint, supra memoratis Antonini Veri temporibus, descripta per ordinem, ab eis ad ecclesiasticam & Phrygiæ fideli relatione transmissa sunt. De quibus ut fides certior habeatur, ipsa scriptorum exempla subiiciam.

SERVI CHRISTI HABITANTES APVD VIENNAM & LUGDUNUM Galliarum urbes, fratribus omnibus qui per Asiaticam & Phrygiam, eandem quam nos redemptionis Christi fidem & spem gerunt, pax uobis, gratia & gloria à Deo patre, & Christo Iesu Domino nostro.

Epistola
Christiano-
rum apud
Viennam &
Lugdunum
habitantium.

Et cum nonnulla uelut in præfatione profecuti uiderentur, post aliquantulum & gentiliū furorem, quem sanctis martyribus intenderunt, sicut est, enumerare, ne præsentibus quidem ipsi sufficimus, nedum scriptura comprehendere. Omnibus etenim uiribus congressus est inimicus, tanquam qui iam per acerbiter persecutionis aduentus sui ostentaret inuita, & per hoc instrueret & in-

& informaret ministros suos aduersum seruos Dei, omne ministerium & sceleris & crudelitatis explere, ita ut primò nobis domorum prohiberetur habitatio: tum deinde usus balnearum: post etiam processus ad publicum: ad ultimum, ne omnino in quolibet loco domi foris publico priuatoque uideremur. Sed aderat Dei gratia, quæ fragiliores quidem quosque nostrorum de manibus eorum eripiebat. Producebat autem in medium uiros stabiliores columnis, qui possint per patientiam suam non solum ferre impetus quos excogitabat inimicus, sed & ultro expetere, & sponte se omnibus uel opprobriorum, uel tormentorum cruciatibus obiectare, & laceffentibus iam pene tortoribus, ipsi adhuc parum putare, pro eo quod moram sibi hanc esse quodammodo ad Christum festinantibus crederent, rebus ferè ipsis, & patientiæ uirtute clamantes, quia non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ferebant ergo fortiter acclamationes aduersum se, & probra atque iniurias populi, & contumelias eorum, laudes suas esse ducebant. Sed & uerberari se ab eis, ac lapidari & concludi, patienter accipiebant: æquanimiter suscipientes, quicquid illud furentis uulgi excogitauisset insania. Denique quodam tempore astante Tribuno, & primoribus ciuitatis, pro solis acclamationibus populi, correpti & in carcerem trusi sunt fratres, ut que ad præsentiam Præsidis, cuius aduenienti offeruntur. In quos ille tanta crudelitate usus est, ut sceleris eius species singulas nemo possit exponere. Vetus igitur Pagatus unus ex fratribus, qui & in Deum perfectam charitatem, & in homines integram custodiret, cuius uita, cum esset adolescens, ita examinata esset omnibus & probata, ut etiam grauissimis senibus preferretur. Incedebat enim in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, ad obsequia quoque seruorum Dei promptissimus erat. Is cum zelo diuino & seruore spiritus plenus, tam crudelia seruis Dei supplicia uideret inferri, & contra ius fasque tot poenas humanis uisceribus excogitari, indignitatem rei ultra non ferens, poposcit se audiri, pro ciuibus optimis, & quibus nihil impietatis commissum probari poterat, loquuturum. Erat enim & nobilissimus inter suos, & eruditissimus. Verum cum defensionem eius non reciperet obstinatio iudicis, inquit tantum ab eo, si et ipse Christianus esset. Vtque Christianum se esse clarissima & libera uoce testatus est, Tanquam aduocatus (inquit) Christianorum, & ipse uinctorum numero societur. Sed in hoc illi quidem quid dicerent, ignorabant. Ille uero habens in se aduocatum pro nobis lesum, hoc nomine meruit hononari, sancti presbyteri Zachariæ, qui erga sanctos plenitudinem charitatis ostenderat, secutus exemplum. Qui & ipse dum fratribus adest, & defensionem libertatis, quæ in nostra religione consistit, exequitur, Dominicum secutus exemplum, animam suam pro omnibus posuit, et pro amicis. Et ideo cum hoc pariter uelut discipuli fideles Christi, in regno uenturo se querentur agnum quocumque uadit. His igitur optimis & fidelissimis ducibus, uelut omnis reliquus sanctorum chorus, prompti & alacres animas suas pro libertate persequutionis euehendum pondus inualidi, decem ferme numero laqueos priorum fides succenderat, infregerunt. Unde & omnes ualde perterriti confessionis incerto: quia multo nos grauius lapsus nostrorum, quam ea quæ inferebantur tormenta, cruciabant. Comprehendebantur tamen quotidie quos dignos Dominus iudicabat in lapsorum numerum subrogari, ita ut ex utraque ecclesia omnes qui studioli & magni uidebantur, & quorum labore & industria regerantur, ecclesiæ uniuersæ pariter tenerentur. Accidit autem etiam seruos comprehendendi quorundam ex nostris paganos, quoniam quidem publicè & inuisum fuerat requiri omnes & teneri. Quicquid demonis instinctu, cum tor-

Al. sceleris
crudelitate
explere.
1. Habitatio
domorum.
2. Usus bal-
nearum.
3. Processus
in publicum.
4. Perpetua
latebra.
Viri stabili-
ores colum-
nis.
Acclama-
ones popu-
li in Christi-
anos.

Fratres,
hoc est Chri-
stiani.
Vetus Pa-
gatus, pa-
tronus Chri-
stianorum.

Zachariæ
presbyter.

Decem ne-
garunt Chri-
stum.



menta pertimescerent, quae inferri sanctis uidebant, monentibus se hoc in ip- sum militibus, quibus ita fuerat praecipuum, comenti sunt aduersum nos, uelut Thyestes coenas, & incesta Oedipia perpetrantes, & alia, quae nec proloqui aut cogitare nobis fas est, & qualia ne credere quidem possumus, aliquando apud homines gesta. Quae cum de nobis distamata fuissent in uulgus, horroni maximo et execrationi apud omnes homines esse coepimus, etiam apud eos qui prius aliquid moderationis erga nos seruandum esse censebant. Et omnes li- mul fremere aduersum Christianos, atque insatiabili odio furere coeperunt. Tunc uidimus compleri illud quod a Domino dictum est: Quia ueniet tempus, in quo omnis qui occiderit uos, putet se obsequium offerre Deo. Post haec iam supra omne narrationis genus est, suppliciorum & cruciatuum modus qui sanctis martyribus inferebatur, perurgente satana, quo scilicet etiam illorum confessione tale aliquid eliceretur a nobis esse commissum. In quo omnes pari atque eodem fir- rore persistebant, uulgus, iudex, officium, milites, perurgentes praecipue sancti nomine, quendam diaconum Viennensem: & Maturum, neophytum quidem, sed in fide & patientia robustissimum: sed & Attalum Pergamenium eiuem, qui co- lumina et firmamentum ecclesiae nostrae in omnibus fuit: & Blandinam foeminam, per quam Christus ostendit, quia ea quae apud homines despecta sunt, & contemp- tui habentur, in magna gloria apud Deum ducuntur: & quia charitas eius, quae fragilia sunt per naturam, per gratiam facit esse firmissima. Cum enim omnes nos de ea trepidaremus, sed & ipsa eius carnalis domina, quae erat una ex nu- mero martyrum, uereretur ne forte Blandina cederet in tormentis, & per debilita- te corporis, uix ad primae confessionis tormenta sufficeret, tanta tolerantiae uir- tute firmata est, ut resolerentur prius & conciderent carnificum manus, qui li- bi pro contentiosa iudicis animositate inuicem succedebant. Denique a prima luce usque ad uesperam tormenta semper inuouantes, ad ultimum uictos se co- fitentur, stupentes quomodo in ea spiritus permaneret, cum nihil iam in illa excorpore per supplicia resedisset. Sed illa uere beata, ut postmodum nobis ipsa differunt quondam, quoties uocem confessionis emisit, & Christiana sum proclamauit, toties noue uires corpori reddebantur: & tanquam ablatas per confessionem doloribus, instaurabatur recedent ad agones. Eoque magis quod in tellexerat quod uox ipsa sensum doloris extingueret, sepius & alacrius, Chri- stiana sum, & nihil apud nos mali geritur, proclamabat. Diaconus quoque San- ctus nomine, etiam ipse supra quam dici potest, & supra quam humanam fas est ferre naturam, acrius insistentibus ministris demonum, quo aliquid ab eo elicere possent confessionis illicitae, noua poenarum genera pertulit, & quae longe substantiam humanae conditionis excederent. At ille uir Deo ple- nus, in tantum crudelitates eorum irrisit, & feruam in questione seuitiam, ut nunquam dignatus sit, uel quis esset genere, unde domo uel patria, nomen saltem suum eis fateri. Sed de his singulis interrogatus, nihil aliud in omnibus tormentis, nisi Christianum se esse respondit. Hoc mihi nomen, hoc genus, & pa- tris est. Aliud, inquit, omnino nihil sum quam Christianus. Unde & eos incre- dibilis agitabat insania, quod tantis poenarum generibus consumptis, extorqueret ei ne professionem quidem proprii uocabuli potuissent. Ad ultimum cadentes laminas eris & ferri erga inguinis loca, & delictiora quaeque membrorum in- stauratis ignibus adhibebant: ex quo carnes quidem eius aduste igni destue- bant, ipse uero permanebat immobilis, incoctus, intrepidus, coelestibus reer- nisque fontibus, qui procedunt de uentre lesu, humanas in se temperans flammis. Veruntamen membrum omnibus martyr erat, & toto corpore unum uulnus hor- rebat. Perit in eo humane formae agnitio, & non solum quis esset, sed & quid esset, tormentorum crudelitas, ne agnosci posset, abstulerat. Christus tamen in eo solus per martyrii gloriam recognoscebatur, qui per eius patientiam destrue- bat aduersarias potestates, & suos milites per tolerantiam roborabat exemplum ostendens

Ioan. 16.

An. do. 169
Sanctus dia-
conus Vien-
nensis.
Maturus.

Blandina
mira intor-
mentis con-
stantia.

Sancti Dia-
coni con-
stantia.

ostendens omnibus, quia nihil terribile est, ubi diligitur pater: nihil doloris est, ubi fides Christi. Sed artifices scelerum, nequaquam martyris erubere uir- tutem. Post paucos etenim dies, considerantes quod si tormentibus adhuc uul- neribus, quae indignaretur etiam ad mollissimum manus tactum, tormenta rur- sus inferrent, & denud membra iam putrefacta uexarent, unum e duobus fo- re, aut in sua eum impietatis iura cellurum: aut si in tormentis animam posuis- set, terrorem crudelitatis, & metum ceteris intentadum. Sed hoc longe con- tra quam impij cogitauerant, cessit. Nam quod uix credi ab infidelibus potest, restitutum est in primam speciem corpus per secunda tormenta. Et officia me- brorum, quae abstulerat prima crudelitas, secunda reparauit, ita ut iterata sup- plicia, non iam ei poenam contulerint, sed medelam. Sed & Blandina, quam paulo ante memorauimus, simili exemplo ad supplicia secunda reuocatur. Quae cum semiuia pene, & in mortis quodam continuo posita, iteratis fuisset, pulsata cruciatibus, uelut e somno quodam subito euigilans, in memoria futu- re beatitudinis uenit, & uoce constanti tanquam de excelso & edito conciona- retur apud populum: Multum (inquit) erratis o uiri, quod putatis infantum uisceribus uelci eos, qui ne mutorum quidem animalium carnis uis utuntur. Et sic in confessione perdurans, iterum numero martyrum socia reuocatur.

Blandina ad
tormenta
reuocatur.
Accusabat
tur Christia-
ni quod in
sanctum ui-
sceribus ue-
scerentur.
Veteres
Christianos
a carnibus
abstinuisse.

Ut martyres quandiu habebantur in uita, omnes qui in persecutione lapsi fuerant, reuocabant. Cap. II.

Sed posteaquam per beatorum martyrum patientiam tyrannica euanere supplicia, alijs rursus diabolus machinis oppugnare parat famulos Dei, quo scilicet afflictione carceris, & poenali squalore consumpti, ac septimo (ut di- cunt) puncto in neruo pedes contra quam credi fas est, distenti, in intimo te- nebrarum loco, per omnia poenarum genera quae furentium seuitia excogi- tare poterat, deperirent. Quam plurimi ergo hoc genere in ergastulis conu- niuntur, Domino suscipiente eorum huiusmodi exitum, quibus nec ibi de- fuit diuinae maiestati auxilium. Aliquantum etenim ex his qui seuisissima tormen- ta pertulerant, nec humanae aliquid medele permitti sunt consequi, mirum in- modum uirtute Domini conualescere, & subitam mentis alacritatem ad despe- ratum corporis robur recuperare coeperunt: ita ut cohortatione sua ceteros ad patientiam confirmarent. Et impatientes erant poenarum illi magis, qui nu- per fuerant correpti, & quorum corpora nondum tormenta solidau erant: illi beati Photini Lugdunensis episcopi gloriosam martyrii confessionem, fas non est silentio praeterire. Qui cum nonagenario maior esset aetate, & corpore ut- pote illius qui inualidus, caetera pene iam mortuus, solo martyrii amore uiue- bat. Ducitur ad tribunalia, imo potius defertur, senio & languore resolutus. Cuius ad hoc solum anima seruabatur, ut Christus per eam magnificentius in fragili corpore triumpharet. Statuitur interea senior pro tribunalibus impie- tis praeside interrogatur, quisnam esset Christianorum Deus, respondit: Si di- gnus fueris scies. Hinc uero cunctos uelut rabies immensi cuiusdam furoris grauitati, nec grati aliquid reuerentiae deferentes. Illi uero qui longius erant, que summi sibi esse delicti duceret, nisi aliquid in senem sceleris intulisset. In hoc etenim uindicandos Deos suos esse credebant. Quem cum semine- dit. Per idem tempus immensa quaedam ei dispensatio procuratur, & miseri- cordia ex insperato Christi Domini arte conquiritur. Quod nunquam sepe prius a persecutoribus gestum meminimus: omnes hi qui primo comprehensi negauerant fidem, correpti traduntur in carcerem: & quo infelicibus

Septimo
puncto in
neruo diste-
ti. prouer-
b. Moriantur
in carcere.

An. do. 169
Photinus
Lugdunen-
episcopus,
que Sophro-
nius uocat
moderatus.

Photinus
moritur in
carcere.



Negatores rapiuntur in carcere tanquam homicide & incesti, non tanquam Christiani. 1. Cor. 2.

infelicibus ne solamen quidem poenalis prestaretur exitus, non quasi Christianiam, sed tanquam homicide & incesti detinebantur, habentes miseri duplicem poenam. Quoniam quidem ceterorum supplicia mitigabat spes & corona martyrii, Christi quoque charitas, & sancti spiritus gratia reuelabat afflictos. Istos autem ipsis poenalis cathenis, & pondere carceris grauius conscientia cruciabat, ita ut uultu ipso & aspectu discernentur a ceteris: quod illi producebantur de supplicij laci, & diuinum nescio quid in ipsis uultibus preferentes, uincula sua monilia preciosa ducebant: per squalorem carceris, Christi bonus odor effecti, ita ut uiderentur sibi non in ergastulo, sed in myrotheca conclusi. at illi alij tristes, demersi, ipsis quoque conspectibus horridi, & omni turpitudinis deformitate foediores. Sed & ipsis gentilibus in multo opprobriose positae erant, tanquam degeneres & ignaui: qui fidem perdiderint, & crimina inuenerint: & qui Christianorum quidem nomine caruerint, homicidarum tamen poenas non effugerint. Quae cum ita geri uidentur, ceteri incredibiliter corroborati sunt, ita ut comprehensi absque ulla animi nutatione, constanter se nihil aliud quam Christianos esse faterentur. Et cum quaedam in his locis fuissent longius profecti, post aliquanta iterum haec subiungunt. Post haec iam per diuersas species martyrii eorum, uelut coronam quandam uariis floribus compositam, Dominus Christus intexens offerebat patri, ut ab eo uelut uictoris magni agonis remunerationes aeternorum sumerent praemiorum. Nam Maturus, & Sanctus, & Blandina, & Attalus, munerum diebus, innumeris millibus gentium diuersarum ad spectaculum congregatis, statuuntur in medio arenae. Et rursus Maturus cum Sancto, quasi nihil prius gestum fuisset, ad omnia tormentorum & uerberum genera renouantur: certantibus, omnimodis aduersariis, quatenus eorum patientiam frangerent: & ab ipso, ut ira diebus uertice coronas eorum diriperent, insanis populi uocibus instigati. Sed illis eo magis animos roborabat spes uicinae iam gloriae, quam sibi iam iamque contingere, & contrectare dextris uidebantur. Dumque & suppliciorum genera, & spectaculorum iam pene tempus fuisset absumptum, nec moueri ullatenus a sententia ualuisse, cum etiam sella ferrea superposita, consumptam uerberibus carnem ignis subministratus exureret, ad ultimum infatigabiles martyrum spiritus ferro caesis ceruicibus estugarunt. Blandina uero religata ad suppittem, atque in crucis modum distenta, bestiis pabulum praeparabat ad Deum, in ligno pendens uultu interrito, & satis laeto, orationem fundebat ad Deum, qua & sibi constantiam, & ceteris agonis sui consortibus perseverantiam precaretur. Et facile uota sperabat implenda, quae proprijs iuuabat exemplis: simul & illud edocens, quod passionum Christi consortibus certum sit, etiam gloriae eius donanda esse consortia. Sed cum nulla ex bestiis corpus eius auderet attingere, deposita de ligno rursus reuocatur ad carcerem, alij adhuc agonibus praeparanda, per multas uictorias caput quidem tortuosi serpentis attereret, fratrum uero animos ad tolerantiam concitaret: per hoc, quo ipsa in prauo et fragili corpore tot certaminibus permaneret inuicta, & per singulos agonas discederet coronata.

Maturus. Sanctus. Blandina. Attalus.

Blandina.

An. do. 169 Attalus.

Christiani in carcere.

Quis Attalo martyri apparuerit uisio. Cap. III.

Attalus quoque populi uocibus postulat. Erat enim ualde nobilis, & quod cunctis nobilior est, uir optima conscientiae, & in fide Christi per omnia exercitia semper martyr. Cumque circumactus fuisset in amphiteatro titulo se precedente, in quo scriptum erat, Attalus Christianus: fremere in eum uulgi insipientis furor uehementius coepit. Sed cum praesidi indicatum esset, esse eum Romanae ciuitatis uirum, iubet eum cum ceteris in carcerem recipi simul & ad Caesarem referri, eiusque sententiam quid de eo iuberet, expectari. Verum inter moras positi in carcere, non infructuosum sibi tempus transierunt, sed uigore animi & alacritate fidei suae, eos qui infirmiores uidebantur,

anabant: & ipsi nondum martyres, cohortationibus suis plurimos martyres faciebant. Ex quo magnum gaudium matri nascebatur ecclesiae, uidentibus filios, qui pene iam decidisse uidebantur in mortem, per hos reparatam effecti fuerant, quasi iterum parturiebantur, & Christus in eis iterum reformabatur. Docebantur enim ab his, quia Deus non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Igitur cum a Caesare rescriptum fuisset, ut perissent quidem punirentur, negantes autem dimitterentur: die quodam celeberrimo, in quo ex omnibus prouincijs coeuntes, nundinas apud nos agere solent, in ipso frequentissimo conuentu tribunal ascendens, preparari sibi iudex Christianos, & introducti ad suppliciorum pompam praebendam cunctis qui aderant, iubet. Rursum itaque cruces, rursus poenas, rursus tormenta praeparantur. Et si qui forte ciues Romani reperti sunt, hos plecti capite decernit, ceteros uero bestiis tradi. Ingens tamen ab omnibus gloria Christo conferebatur, pro his qui ante negauerant, & dimitti neque negantes potuerant: nunc uero cum negantibus uenia praestaretur, in confessione persisteret, & de perditionis grege reuocati, numero martyrum iungerentur. Igitur cum erga disciplina, uir religiosus & prudens, & uitae ac morum probitate cunctis charus acceptusque, amore Dei concitatus, cum assisteret tribunali, uerbis hortabantur, palam fieret quid animo gereret. Cumque id populi notauissent, indignantes maxime pro his, qui quod prius negauerant, rediuita nunc confessione reuocabant, conclamauerunt aduersum Alexandrum, haec ipso instigante committi. Qui iussus a praeside in medium statui, & quis esset interrogatus, Christianum se esse libera professione testatur: quem continuo praeparandum bestiis condemnauit. Et postera die simul cum Attalo producit. Quem contra praesepitum Caesaris gratificari populis uolens, etiam ipsum bestiis tradi iussit. Sed cum ferarum nulla, sanctorum corpora contigisset, omnibus eos uerberum ceterarumque poenarum supplicij cruciatus, ad ultimum in conspectu populi in medio arenae iugulari iubet, beato Alexandro in omnibus quae per se ad finem intra semetipsum semper cum Deo loquente, & in laudibus eius ac precibus permanente. Attalus uero cum prunis subteriectis in sella ferrea torretur, cumque nidor adustae carnis ad nares & ora inspectantis populi perferretur, uoce magna exclamat ad plebem: Ecce hoc est homines comedere, quod uos facitis: quid a nobis uelut occultum inquiritis facinus, quod uos aperta luce committitis? Nos enim neque comedimus homines, neque aliud quid mali agimus. Et cum interrogaretur, quod nomen habet Deus: respondit: Qui plurimi sunt, nominibus discernuntur: qui unus est, non indiget nomine. Post hos nouissimo iam munerum die Blandina rursus inducitur cum Pontico anno non ferè quindecim puero, quique & in priorum cruciatibus iussi fuerat semper a se, quo magis ceterorum uidentes supplicia terrentur. Statuuntur ergo in medium, & iubentur iurare per deos. Illi uero e contrario nullos esse aiebant, per quos iurare cogentur. Cumque alijs compluribus uerbis exprobrarent gentium deos, insanire magis in eos coepit populi multitudo, neque tenebantur quasi quodam sexum foemine miserantes, sed per omnia tormentorum quod crudelitas inuenisset. Tunc Ponticus maximum patientiae robur materum cohortatione suscipiens, & perseverans in confessione fidei, impollutum spiritum reddidit. Beata uero Blandina ultima omnium, uelut omnium nobis mater, praemissos ad martyrii coronam filios, insequi iam secura festinat, exultans & quans, uelut ad thalamum sponsi inuitata, & ad nuptiale conuiuium. Ex quo fiebat,

Ezech. 33.

Dies nundinarum.

Alexander

Attali cum prunis torretur hor.

Blandina Ponticus.

bat,



bat, ut in verberibus tripudiaret, & craticulis exusta gauderet: ac tam hilaris uideretur & leta, quali inter dapes regias accubaret. Post hoc ad bestias traditur, sed ab his intacta perdurat. Inde etiam aliud excogitatur crudelitatis genus, ut reti conficta obijceretur tauro ferociter instigato. A quo cum fuisset, innumeris ictibus lacessita, & toto arenae ambitu iactata, nihil penitus laeditur, sed permanet lato (ut semper) uultu, mente constanti, spe ipsa & animi praesumptione cum Christo colloquens. Ad ultimum iugulari gladio iubetur, stupentibus etiam ipsis impijs, & dicentibus, quod nunquam fuerit foemina, quae tanta & talia ferre potuerit. Sed ne sic quidem satietem aliquam capere crudelitas quisiit. Antiqui etenim serpentis uirulentia concitati, feri ac barbari mores mansuescere nesciebant. Ex ipsa quippe sanctorum patientia, sequior eis contentionis rabies accendebatur: & uelut pudore quodam fatigabantur, quod maior inesset cruciatis, quam cruciantibus uirtus. Et ex hoc ad nefanda odia iudex simul instigabatur & populus, ut scriptura impleretur, quae dicit: Iniquus adhuc iniquus agat, & iniustus adhuc faciat iniuste. Igitur inaudito leuitiae genere, eorum qui necabantur in carcere corpora canibus iubebantur exponi, adhibita simul custodia die noctisque, ne quis collectas reliquias, humanitatis intuitu traderet sepulture. Sed si quid forte uel bestiis, uel igni reliquum ex corporibus martyrum fuerat, ipsaque cum truncis suis capita punitorum in sepultura per custodiam militum seruabantur: & quaerebatur, si quid ultra posset humana crudelitas, etiam in eos qui iam uitae huius limen excesserant. Exultabant tamen gentes magnificantes simulacra sua, quorum uirtute datam in illos uindictam dicebant. Si quis uero inter ipsos paulo mitior uel humanior uidebatur, Vbi nunc est, aiebant, Deus eorum? Et quid profuit eis ista religio, pro qua etiam animas posuerunt? Igitur apud illos erat uarium istud insultationis genus. Apud nos uero ingens luctus habebatur, praecipue quod non possemus corpora humi tradere: quippe quibus nec noctis tempore aliqua ad hoc opportunitas praebatur. neque muneribus suadere custodes, neque precibus aut ullo alio genere copia erat. Ita attentè & sollicitè curabant, ne daretur extremis ossibus sepultura. Post aliquot autem dies cum nullam sepeliendi gratiam praestitissent, incensa ossa martyrum, & in fauillam redacta, cum reliquo terrae puluere in Rhodanum fluuium disperere, ne usquam reliquiae eorum residerent: quasi uerò hoc agentes, Deum uincerent, & (sicut dicebant) spem eis per hoc resurrectionis adimerent. Sperantes enim (aiebant) de sepulcris quandoque se esse resurrecturos, idcirco noua nescio qua sibi persuadente lupercatione lati se tormentis mortibusque subijciunt. Nunc uideamus, si resurgant, & si potest eis adesse Deus eorum, & eripere eos de manibus nostris. Haec sunt quae illis temporibus gesta, ex epistola fratrum Lugdunensium declarantur. Ex quibus quid etiam per ceteras prouincias geri potuerit, coniectura capiendum est. Referuntur adhuc in ipsa epistola quaedam etiam de humanitate & mansuetudine beatorum martyrum, quae dignum puto ad haec suis sermonibus sicut caetera sociari. Qui (ut aiunt) ad imitationem Christi, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo, in tanta gloria positi, & semel atque iterum ac frequentius martyres facti, post bestias, post ignes & laminas neque se ipsi martyres dicebant, neque alijs ita se appellandis indulgebant: sed si forte aliquis uostrum, uel in epistola, uel in sermone eos martyres nominasset, increpabant acriter: dicentes, quod haec appellatio soli Christo debetur, qui solus fidelis ueritatis est martyr, & qui primogenitus est ex mortuis, & autor uitae aeternae: uel certe illis solis aptum hoc esse uocabulum qui post bonam confessionem de hac uita discedere & pergere meruerunt ad Deum. Nos autem (aiebant) humiles & egeni, optamus ut ipsa saltem in nobis confessio tuta permaneat. In quod etiam ceteros fratres cum lacrymis obsecrabant, ut pro eis Dominum precarentur, quo perfectae confessionis signaculum martyris

Blandina gladio iugulatur.

Dan. 11.

Limē uite.

Abijcuntur cineres in Rhodanum.

Philip. 2.

Modestia martyrum.

Coloss. 1.

Perfecta confessio si signaculum martyris.

tyris mererentur accipere. Et tanta in eis humilitas erat, ut cum rebus ipsis essent iam martyres, nominis tamen iactantiam fugerent. Apud Gentiles uero cum omni fiducia consistebant, nobilitatem animae per contemptum iniuriae & suppliciorum demonstrantes. Erant ergo inter fratres humiles, inter persecutores elati: suis mites, aduersarijs terribiles: Christo subiecti, diabolo erecti. Huiusmodi placabant omnes, accusabant neminem: soluebant euictos, ligabant nullum. Orabant etiam pro persecutoribus suis utentes sermoni sancti Stephani primi martyris, dicentes: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Aduersum quos eo uehementiora diabolus praedia concitabat, quod per nimiam charitatem, quam habebant in Christo lesu, etiam eos qui lapsi fuerant, & quos iam se immanis illa bestia absorbuisset crediderat, rursus uiuos de internis eius uisceribus educebant: et uelut matres erga paruulos suos, ita erga eos totis profusi fontibus & flumina lachrymarum: uitam petebant eis a Deo, & tribuebatur eis. nec sibi gratum iter ducebant eundi ad Dominum: uel latam putabant martirij fore coronam, si partem membrorum suorum de ecclesijs raptam, uelut spolia quedam detentari a diabolo permisissent. Super omnia autem pacem & ipsi diligebant, & nobis seruare mandabant. nec aliam sibi, nisi per pacem uiam ad martirium construerebant, cauentes ne ullam post se dissensionem fratribus, nec ecclesiae matri molestiae derelinquerent: sed pacem semper habendam, pacem fratri cordiae uinculum, comonebant. Haec non inutiliter (ut opinor) a nobis ad aedificationem legentium memoriae tradita sunt, quae ex tantorum uirorum autoritate descendunt, propter eos qui tumidi & inflati aduersum fratres ferunt: & si quid forte titubauerint, miserationum Christi uiscera ab eis putant penitus excludenda. Referuntur adhuc in eadem scriptura et alia narratio, quam cognitionis causa his inferere dignum putauimus. Alcibiades quidam erat in numero eorum, qui pro Christo uincti tenebantur. Hic uitam satis arduam & austeram gerebat, nihil citius uolens accipere, sed tantum sale & pane cum aqua utebatur. Cumque hunc uirum rigorem uellet etiam in carcere positus obtinere, Attalo post primam confessionem suam quam in amphitheatro confessus est, reuelat, quia non recte faceret Alcibiades, creaturis Dei & ipsum non uti, & alijs formam scandali derelinquere. Quibus cognitis, Alcibiades cepit omnia cum gratiarum actione percipere: quia quae illi reuelabat spiritus ut doceret, & huic ut sequeretur, idem spiritus persuadebat. Sed de his finis sit. Igitur Montanus, & Alcibiades, & Theodorus, in Phrygiae partibus tunc primum apud quam plurimos in prophetarum opinionem uenerunt. Et quia per illud adhuc tempus multae etiam aliae uirtutes & gratiae, in diuersis ecclesijs per donum sancti spiritus ministrabantur, facile ac commodata est fides, etiam his potuisse prophetiae gratiam dari. Cumque plura inter fratres dissensio fuisset exorta, rursus ecclesiae Galliarum iudicium suum & sententiam de his quoque cum omni reuerentia et rectae fidei expositione de eternis, epistolas martyrum qui apud eos consummati fuerant proferentes, quas illi in uinculis positi, per Asiam & Phrygia fratribus consistentibus scripserant, & Eleuthero urbis Romae episcopo, de pace eius ecclesiae comonentes: quique etiam Irenaeum presbyterum tunc adhuc ecclesiae Lugdunensis, supra dicto urbis Romae episcopo commendabant, testimonium uitae eius perhibentes, si curiosorum etiam uoces quae infra scribuntur, ostendunt.

Ut martyres Irenaeum sua commendatione prosequantur. Cap. IIII. VALERE TE IN DEO ITERVM ET SEMPER

optamus pater Eleuthere. Rogauimus fratrem & socium nostrum Irenaeum haec tibi scripta deferre, quem deprecamur ut habeas commendatum. Aemulator namque est Testamenti

Pet. 1. Acto. 7.

Pax.

Charitas quid.

Alcibiades.

Montanus. Theodorus.

Irenaeus presbyter Lugdunensis ecclesiae.

Al. Auere. Epistola martyrum laudem continens



Theodotion Ephesius. Aquila Ponticus.

LXX. interpretes. Anno ante Christi nat. 255.

aussi sunt aliter interpretari scripturas, & aiunt: Ecce iuuecula in ventre concipiet & pariet filium, sicut interpretatus est Theodotion Ephesius, & Aquila Ponticus, ambo iudaei profelyti: quos secuti sunt Ebionitae q dicitur Christus de Ioseph natum. Et post pauca iterum ista subiungit: Prius enim, inquit, quam Romanorum inualesceret principatus, cum adhuc Macedones Asiam possiderent, Ptolemus Lagi filius, uolens bibliothecae sitae, quam apud Alexandriam ex omnium ueterum Graecorum uoluminibus construebat, maiorem gloriam quaerere, petit etiam ab Hierosolymis, ut Hebraeos eorum scripturas in Graecam linguam interpretatas acciperet. At illi (subiecti quippe erant Macedonibus) electos, & in scripturis sanctis eruditissimos, atque in utraque lingua peritissimos uiros septuaginta presbyteros miserunt ad Ptolemum, uoquo tamen Dei uoluntas & consilium gerebatur. Tum ille singulorum uolens accipere documenta, & uerens ne forte per interpretationem occultarent insertam diuinis uoluminibus ueritatem, singulos a se inuicem separari, & eadem seorsum positos interpretari iubet, eumque ordinem interpretandi in singulis quibusque uoluminibus obseruari: quosque rursus coram se in unum omnes reuocari, & conferre ad inuicem quae singuli interpretati fuerant, facit. Et tunc Deus uere glorificatur, & scriptura sancta quod uere diuina esset, agnoscitur. Omnes enim eadem iisdem uerbis, iisdemque nominibus ac sententijs scripserant, ab initio usque ad finem: ita ut & ipsi qui adierant gentiles, agnoscerent, quia Dei nutu scripturae tunc interpretatae sunt. Et nihil mirum, si diuina prouidentia hoc ita fieri procurauit, cum & in ea captiuitate quae populo acciderat sub Nabuchodonozor rege, corruptis scripturis, cum post septuaginta annos iudaei ad patriam suam redirent in temporibus Artaxerxis Persarum regis, inspirauerit Deus Esdras sacerdotem ex tribu Leui, ut omnia priorum prophetarum uolumina ac uerba repararet, & restitueret populo legem, quae per Moysen fuerat data. Hec Irenaeus.

Commodus Augustus. An. Do. 181. Iulianus Alexandriae episcop.

Enumeratio sub Commodo sacerdotum. Cap. IX.

Igitur decem & nouem annis Antoninus cum imperio perdurasset, post excessum sui, principatum Commodus dereliquit. Huius primo imperio anno Iulianus apud Alexandriam sacerdotium suscepit, Agrippino exactis duodecim annis in episcopatu defuncto.

Pantani Stoici ardor docendi sacras literas. An. Do. 151.

De Pantano philosopho. Cap. X.

Cum per idem tempus scholae ecclesiasticae, & doctoris officio praesesset, uide do antiquitus tradita, usque in hodiernum permanet, diuinarum scripturarum doctores inibi scholae ecclesiasticae haberi, uiros duntaxat in scientia & eruditione probatissimos. Huius ergo officij uelut autor quidam & dux, uide quo supra diximus) satis illustris habebatur, quippe qui etiam in philosophia prius, qui Stoici appellantur, nobiliter florisset. Cuius tantum studij erga uerbum Dei, & tantum amoris fuisse traditur, ut etiam ad praedicandum Christi Euangelium omnibus gentibus quae in Orientis ultimis seculis receduntur, fidei & deuotionis calore profectus sit, & usque ad Indiam temperioribus Euangelistae nonnulli, qui ad imitationem sanctorum apostolorum in diuersis orbis partibus oberrantes per gratiam Dei & animi sui uirtutem, uerbum Dei & fidem Christi ignorantibus quibusque gentibus inferebant. In quibus praecipuus & illustris Pantanus habebatur. Quem ferunt cum ad Indos peruenisset, reperisse quod Bartholomaeus apostolos apud eos fidei semina prima condiderit, & Matthei Euangelium Hebraeis scriptis literis dereliquerit. Sed & in multis praeterea alijs doctrinae ecclesiasticae studijs apud Alexandriam clarum, satis & nobilem uitam, optimo & admirabili sine cuncta uiua uoce

Euangelistae gentium uento tarum.

uia uoce discipulos instruens, quam librorum monumentis etiam posteris thesauros scientiae derelinquens.

De Clemente Alexandrino. Cap. XI.

In huius diuinarum eruditionum scholis quam maxime effloruit apud Alexandriam Clemens eodem uocabulo, quo & ille in urbe Roma apostolorum & successor & discipulus uocitatus. Denique ipse hic Clemens in septimo Diopositionum libro, Pantani tanquam magistri & praceptoris sui mentionem facit. Sed & in primo libro *σπουδαίων*, hunc eundem designat, in eo loco ubi enumerat, quod plures apostolicae praedicationis repererit uiros, haec dicens: Mihi quidem comentarij huius operis, non ad ostentationem scribuntur, sed ad eum memoriam senectae, & ad obliuionis remedium, quo scilicet in his sit mihi adumbratio quaedam rerum magnificarum, diuinorumque uerborum, quae audire merui a uiris sanctis et beatis, quorum ab alio apud Achaia, ab alio apud Syriam, ab alio uero in Oriete, & maxime apud Palaestinam institutus sum a quodam ex Hebraeorum origine ueniente. Ad ultimum autem in Agypto magisterio uelut sum uiri, uirtutis & scientiae merito omnibus praefereudi, post quem uelut thesauro in absconditis reperto, aliud quaerere ultra cessauit. Et illi quidem diuinae doctrinae ueritate mihi, quae sibi ab ipsis statim primis autoribus Petro & Iacobo, ac Ioanne & Paulo sanctis apostolis, tradita fuerat, tanquam patres filio commendauerunt. Sed pauci patribus similes filij. Tamen Deo fauente per ipsos in nobis apostolici germinis plantata sunt semina.

De episcopis Hierosolymorum. Cap. XII.

Per idem tempus, ecclesiae Hierosolymorum Narcissus praerat qui famae merito nostris adhuc temporibus celebratur, quintamdecimam post eos qui ex circuncisione fuerant successione usque ad tempora Adriani obsidionis adducens. Primum namque inibi ex gentibus episcopum fuisse indicauimus Marcum, post quem Calsianum, inde Publium, post hunc Maximum, & sic Iulianum, post quem Gaim, & iterum alium Iulianum, Capitonem quoque & Valentinum, inde Dolitianum, post quem uigesimum sextum ab apostolis Narcissum.

De Rhodanis et Marcionis secta. Cap. XIII.

Verum etiam ea tempestate Rhodon quidam ex Asiae prouincia oriundus, ut ipse scribit, in urbe Roma eruditus a Tatiano, cuius in superiori bus inter ceteros scriptores meminimus, libros quam plurimos, & maxime contra Marcionis haeresim scripsit, quae asserit idem Tatianus in diuersas scilicet esse sententias. Sed & qui, & ob quam causam ex eadem heresi scissi sint, ipse per haec uerba designat: Propterea, inquit, etiam inter semetipsos discor dant, quia id affirmare cupiunt, quod non potest stare. Ex eorum namque grege est Apelles, qui abstinentiae & senectutis praerogatiua usus, unum quidem omnium fateatur esse initium, prophetas tamen contrario spiritu asserit in spiratos, sequens persuasionem uirginis cuiusdam actae spiritu demonis nomine Philumene. Alij autem, sicut ipsa nauta Marcion, duo esse principia introducunt, e quibus est & Potitus & Basiliscus. Qui & ipsi secuti sunt quidem Ponticum lupum: sed non inuenientes exitum rerum, sicut nec ille quidem, ad ea que putarunt esse faciliora conuersi sunt, & duo principia introduxerunt, abstinens deuoluti sunt, non solum duo, sed tria principia, & tres naturas constituerunt. Quorum princeps & autor est Syrenus, sicut ipsi defensores dogmatis huius dicunt. Sed & ipse describit ut congressus sit cum Apelle, ita referens: Na & Apelles senex habuit nobiscum sermonem, & multa mala docere conuictus est. Unde & assererat, non oportere omnino fidei discuti rationem, sed unum quemque debere in eo quod credidit, permanere. Salutem namque esse his qui in crucifixum sperant, tantum ut in bonis operibus inueniantur: manifeste tamen decernebat de Deo, sicut praediximus, unum esse principium, ut & nos dicimus.

Clemens Alexander Pantani discipulus.

An. Do. 180. Narcissus Hierosolymorum episcopi Hierosolymorum ex gentibus.

Apelles.

Syrenus.



dicimus. Et inde exponens omnem eius sententiam, introducit etiam ipse su- um sensum. Dicebam autem, inquit, ad eum: Vnde tamen ostendimus unius principij rationem: aut quomodo haec asseratur, edisserere. Tum ille: Prophe- tiae quidem (aiebat) semetipsas coarguunt, quia nihil omnino continent ue- ritatis, ex eo quod inter se inuicem discordant, & utique falsa sunt, quae sibi- metipsis aduersantur. Quomodo autem sit unum principium, se quidem sei- re de negabat, ita tamen sibi uideri. Cumque adituraretur a me, ut quod uerum est diceret, sacramento confirmauit se nescire, quomodo unum sit ingenitum Deus, sed tantummodo credere. Tum ego derisum plane eum & notatum habui, qui se doctorem profiteretur eorum quae se ignorare fateretur. In eodem quoque opere refertur, Callistion quidam in urbe Roma discipulus extitisse Ta- tiani, qui scripsit compositum esse a Tatiano propositum & quaestionum librum, in quo omnia quae obscura sunt & difficilia in scripturis diuinis, absol- uat. Sed idem Rhodon in commentarijs suis propositiones eius prolaturum se & confutaturum promittit. Est autem eiusdem & in Hexameron comen- tarius, in quo refert quod Apelles quam plurima aduersus legem Moyli con- scripserit impia, & aduersum totam legem blasphemias protulerit uoces, coar- guens ut sibi uidebatur, & destruens ea quae scripta sunt.

Callistion di- scipulus Ta- tiani. Liber propositio- num et que- stionum Ta- tiani.

De pseudopropheta Cataphrygarum. Cap. XIII.

HAec & multa alia ex supra dicti scriptoris comperimus libris. Cum ra- tamen hostis humani generis ad salutem hominum debellanda nihil usquam occij gerit, sed diuersas & uarias haereses per singula quaeque suscitata loca: in quibus maximam sui generis serpentem, apud Asiam Phrygiamque producit Mo- tanum qui se nominaret Paraclitum: & cum eo mulieres Priscam & Maxi- millam, quas prophetissas, uelut ex ipsius factas inspiratione iactabat.

De schismate quod sub Basso factum est Romae. Cap. XV.

SED in urbe Roma Florinus quidam gradu presbyteri de ecclesia lapsus, cum Basso socio criminis & furoris, plurimos de ecclesia in suum ba- rathrum deducebat, noua aduersum ueritatem signum machinantes. Sed ad uersum haeresim Cataphrygarum scutum ualidissimum protulit Apollinaris Hie- rapolites, de quo supra memorauimus. Alijque quam plurimi ad id locum & eruditissimi uiri aduersus eos pro ueritatis defensione certarunt, qui etiam no- bis ad historiae textum monumenta ualidissima reliquerunt. Interim (ut dixi- mus) Apollinaris scribens aduersum hanc haeresim, & designans in praefatio- ne, quod per ecclesias Galatiae, uicinarumque prouinciarum digredies, & plu- rimos ab eis irretitos uidens, multos quidem, & coram disputando correxit, rogatus tamen a fratribus, etiam haec ad ipsos scripta transmissit. In quibus post aliquanta, cum autorem haeresis designasset, progrediens etiam haec addi- dit.

Claudius A- pollinaris ad- uersus Mou- tanum.

Quae Montano, ceteris pseudoprophetae serantur. Cap. XVI.

ORigo (inquit) huius haeresis, quae aduersum ecclesiam nuper exorta est, inde descendit: Vicus quidam esse dicitur apud Mysiam Phrygiae ciui- tatem, qui appellatur Ardabau, in quo aiunt Montanum quendam nomine, qui nuper ad fidem Christi uenerat, sub Grato Asiae praefato, cupiditate ni- mia primatus accensum, contrarijs spiritibus in semetipso locum dedisse, ac re- pente in quodam excessu mentis effectum, & uelut spiritu actum proloqui co- pisse noua quaedam & diuersa ab his, quae ex successione maiorum ecclesiae tra- dita fuerant, uelut prophetae specie proferentem. Quae cum ita fieri uiderent hi, qui per idem tempus aderant auditores, alij eum uelut daemone replem, & pro- erratico perflatu spiritu ad decipiendos populos iudicantes obiurgabant, & pro- loqui omnino prohibebant, memores Dominici praecipiti, & cominationis e- ius, qua iubet obseruari a falsis prophetis. Alij autem uelut spiritu sancto reple- tum, & prophetiae gratia donatum putabant: & immemores Dominici praeci- piti, erratico & seductori spiritui eatenus indulgebant, ut etiam prouocare eum ad

eam ad dicenda aliqua delectarentur. Et hoc fiebat arte diabolica, qua in dis- ciplinatis perditio parabat. A quibus Montanus cum supra quod dignum est in ueneratione haberetur; in tantum temeritatis progressus est, ut etiam duas quaedam mulieres insani spiritus, quo ipse replebatur, participes sibi faceret, & ad insanendum secum pariter edoceret, quo facilius uterque sexus in erro- rem per utrumque caperetur. Hic iam beatificare eos, qui sibi familiariter adhae- rebant, & promissionum magnitudine tumidos reddere: interdum etiam ob- iurgare quosdam, uti ne in omnibus adulatorum deprehenderentur. Tamen perpauci erant ex Phrygijs, qui eorum deciperentur insania. Quibus & persuadebat, uniuersam ecclesiam, quae per orbem terrae est, blasphemare: & non solum nihil ei deferre reuerentiae, sed ne limem quidem eius incedere. Fre- quenter tamen aduenientibus ex Asia fratribus, uesani & contra fidem Chri- sti bacchantes confutati, ut haeretici & corruptores ueritatis, ab ecclesiae con- uentu & societate depulsi sunt. Haec in libro primo scribens, & per omne ope- ris sui corpus fraudes haec in singulis quibusque conuincens, in secundo quoque uolumine de eisdem etiam haec scribit: Quale est autem, inquit, quod prophetarum percussores nos uocant, pro eo quod insanas eorum non susci- pimus phantasias? Dicunt enim hos esse quos promiserit Dominus ad popu- lum suum, se esse missurum prophetas. Respondeant ergo nobis, si a Deo missi sunt prophetae, Montanus & mulieres eius, quis eorum a ludaeis persecutio- nem passus est? Aut quis occisus est? Vel quis eorum pro nomine Domini te- gellatus est, & ante reges & praesides stetit? Aut quis in synagogis ludaeorum fla- gellatus est, uel quis lapidatus est? Quin imo & e contrario traditur, quod fi- nem uitae exemplo iudaei traditoris acceperint. Dicuntur enim ipso daemone, quo inspirabantur, adigente, diuersis quique temporibus uitam laqueo finisse. Illum uero admirabilem uelut prophetia ipsorum primogenitum Theodo- tum nomine, tradunt quodam tempore uisum sibi esse, uelut in caelum assu- mi, & se credidisse spiritui erroris, quo euectus in excelsum, et inde deductus ad terram, finem uitae exitu pessimo terminarit. Sed haec ipsi de Montano & Theodoro ac mulieribus ita gestum negant, tamen a pluribus affirmatur. Quid tum? inter negantes & confirmantes nos rei fidem relinquimus in me- dio. Idem post aliquanta subiungit etiam haec: Sed & sancti episcopi probatis- simi uiri, qui per idem tempus fuerunt, Zoticus de Comana, & Iulianus de A- paminia, aggressi cohibere spiritum qui loquebatur in Maximilla, iusserunt The- & ita factum est. Et iterum coarguens falsam fuisse Maximillae prophetiam, quae bella quamplurima imminere praedixerat, his utitur uerbis: Et quomodo non eius mendacium euidenter arguit? Tredecim namque iam exacti sunt anni usque ad praesentem diem, ex quo mortua est mulier ista, & nusquam prorsum, uel in misericordia pax iugis & firma perdurat. Sed & in tertio libro, de his qui se ia- ctant, quod multi martyres ex eorum haeresi extitissent, haec dicit: Cum, in- quit, in omnibus quae supra diximus conuicti, nihil respondere potuerint, ad martyres confugiunt, dicentes, multos se habere martyres, & hoc esse indicium, quod uerum sit apud eos propheticus spiritus. Quid ergo? Quia multi alij haeretici plurimos martyres habent, ideo acquiescendum est eis, quod etiam ueritas quae esse poterit apud eos martyrij ueritas, ubi Christi ueritas non est? Et post aliquanta iterum subiungit: Denique & sancti martyres, qui pro uera fide marty- rum ducunt, eum de ecclesia procedentes ad falsionem ducuntur, si qui for- te inuenti fuerint de haeresi Phrygum, discernunt se ab eis, & respuunt eorum so- cietatem: nec ullo genere eum iam martyrij palmam teneant, spiritui Monta- ni & Maximillae ad acquiescendum putant, sicut & nostris temporibus apud

An. Do. 178. Prisca et Ma- ximilla.

Montanista.

Theodotus Montanista.

Zoticus Iulianus.



Apamiam, quae est supra Meandrum posita, gestum scimus a Gaio & Alexandro, qui de Eumenia martyres extiterunt.

De Miltiade, scriptis eius. Cap. XVII.

Miltiades aduersus Montanum.

Propheteno ui Testamenti.

Liber aduersum gentes.

Aduersus Iudeos.

Apologeticus pro religione Christiana.

Apollonius aduersus Montanum.

Leges ieiuniorum a Montano.

Alexander factionis Montanicae.

In eodem opere meminit & Miltiades scriptoris, tanquam qui & ipse librum aduersum haesim supra dictam conscripsit. Denique & inserit ex eius dictis suo operi haec uerba: Neque enim credendum est, in excessu mentis, id est per amentiam prophetari, quod est proprie pseudoprophetae. Vbi enim quis amens efficitur, iusti rectique esse non potest tenax. Qui sine dubio initium sumunt ex imperitia, ad finem uero deuoluuntur amentiae, sicut supra diximus. Hoc autem modo neque in ueteri Testamento quenuquam, neque in nouo per Dei spiritum extitisse prophetam poterunt demonstrare, quia neque Agabus, neque Iudas, neque Silas, neque quatuor filiae Philippi, neque Ammia, quae in Philadelphiae ecclesia prophetauit, neque Quadratus, neque alius quisquam ex numero ipsorum hoc modo dignoscit prophetasse. Erpistolus pauca iterum subiungit, & dicit: Si enim post Quadratum & Ammiam Philadelphinam, ut aiunt, mulieres istae Montanae successerunt in prophetanda gratia, & sicut confirmabant uniuersae ecclesiae, datae sunt ad prophetandum usque ad aduentum Domini, decipitur eorum confirmatio. Quartumdecimum etenim iam penes habet annum, ex quo defuncta est Maximilla. Haec ex supra dicti uiri commentarijs. Ipse uero de quo indicat Miltiades, etiam alia nobis proprii operis non contemnenda monumenta dereliquit. Scripsit namque & aduersum Gentes librum, & aduersum Iudeos alium, & ad principes Romanam regni Apologeticum pro fide nostra. Scripsit & aduersum Cataphrygas haereticos.

Quanta etiam Apollonius Cataphrygas confutando profequatur.

Cap. XVIII.

Sed & Apollonius quidam ecclesiasticus nihilominus scriptor, libellum aduersum eos edidit, in quo satis uigilanter prophetias ipsorum falsas esse conuincit, & singula in eis uerba coarguit, simul & uitam morisque eorum qui auctores haereseos extiterunt, exponit per haec uerba: Sed uideamus, inquit, quis est hic nouus magister, & primo nobis doctrinam eius secundum Domini sententiam, actus ipsius & opera comendat. Hic est qui docuit nuptias Phrygiae Hierusalem nominauit, atque in hac omnes congregandos decernit: qui ex actores pecuniae statuit, qui sub nomine oblationum munera artificiosius accipit, qui salaria praestat praedicantibus uerbum suum, ut per haec mulieribus uerba eius doctrinae eius operam praebent. Haec de Montano. De mulieribus uero eius post aliquanta ita scribit: Ostendimus autem primo omnium ergo mentissas, ex quo spiritu repletae sunt, uiros suos reliquisse. Quomodo ergo mentuntur, Priscam uirginem fuisse. Et post aliquanta iterum dicit: Non tibi uideatur quod omnis scriptura prohibet prophetam munera accipere, uel pecunias? Si ergo uideam prophetam accepisse aurum & argentum & uestes preciosas, quomodo eum prophetam putem? Et iterum post aliquanta subiicit, dicens: Sed & Themisius, qui apud eos nomine tantum confessionis inflatus est, ueracem confessionis fructibus caret, quoniam quidem per multam pecuniam uincula deposuit, quem oportebat utique humiliter se agere: hic arroganter elatus, apostolicae sibi aliquid autoritatis allumens, epistolam ad omnes ecclesias scribit, in qua docere conatur eos qui multo rectius quam ipse credebant: & cohortatur omnes ad nouas uerborum adinventiones accommodare aurem suam. Blasphemat autem Dominum, & apostolos eius, & sanctam ecclesiam. Sed & de alijs quibusdam, qui apud eos ut martyres honorantur, ita scribit: Verum ne in pluribus immoremur, dicite nobis de Alexandro, qui semetipsum martyrem dicit, quem conuictam habet haec prophetissa, quae adoratur ut Deum: nonne hic pro la-

pro latrocinij alijsque nefarijs actibus reus extitit? Non nos dicimus, sed acta haec publica continent. Quis ergo eorum cui donat peccata: prophetissa ignoscit martyri latrocinia, an martyr ignoscit prophetissae rapacitatis & auaritiae crimina? Cum enim Dominus dixerit, Nolite habere aurum, neque pecuniam, neque duas tunicas: isti in omnibus contraria gerunt, acquirentes & congregantes ea quae Dominus etiam habentes iussit abijcere. Probamus namque eos qui apud ipsos uel prophetae, uel martyres nominantur, non solum a diuicibus, sed etiam a pauperibus, pupillis, ac uiduis pecunias congregare. Aut si habent confidentiam, adsint, & pro his habeant nobiscum disceptationem, ut si conuicti fuerint, uel de cetero desinant talibus se implicare commercijs. Oportet enim ex fructibus uel agnoscere, uel etiam probari prophetam, sicut & Dominus dixit: Quia arbor ex fructibus cognoscitur, & propheta uerus probatur ex fructibus. Ut autem de Alexandro certius cognoscatur, sciendum est, quia iudicatus est apud Aemilium Frontinum Praefectum Ephesi, non propter nomen Christi, sed propter quaedam latrocinia. Nam a Christi nomine iam apostata extiterat. Sed post haec ut fideles quidam fratres, qui per illud tempus apud iudicem aliquid poterant, pro ipso intercederent, simulauit se propter nomen Domini laborare, & per hoc dimittitur. Nec tamen in ecclesia patriae suae receptus est, ubi latro esse ab omnibus noscebatur. Quod si quis forte minus his quae dicimus, ad commodanda existimat fidem, in archiuis publicis apud Ephesum gesta seruantur: quae tamen ibi seruari, hi optimi prophetae qui ei famulantur, igno- cum ipso pariter redarguit. Haec & multa alia in eo similia possumus edocere. Aut si confidunt, in cominus ueniant, excipiant intentiones nostras, & exu- ant se ab his, si putant se horum posse effugere conscientiam. Inter pauca de ipsius prophetis ista subiungit: Quod si negant se prophetae ipsorum munera accepisse, statuunt hoc, ut si conuicti fuerint, prophetas se esse ultra non simulent, et in prophetarum fructus probati. Dicite mihi uos o prophetisse, uultus prophetarum candoribus & ruboribus aliquando fucatur: prophetissa sibi ipsis tingit: prophetissa ornamentis utitur, & ornatibus delectatur: deinde propheta ad tabulam & ad tesseras Iudaeorum propheta pecuniam suam ad usuram dat: Dicant, si licet haec facere prophetis. Ego autem uniuersa haec eis probabo. Haec & multa alia idem Apollonius ad confutandos eos satis probabiliter & constanter intexuit, designans etiam hoc, quod quadragesimus iste, quo haec scriberet, ageretur annus, ex quo Montanus falsae huius uaticinationis initium deserit. Refert etiam de quodam Zotico, quod apud Pepuzam, cum prophetare se Maximilla simularet, repente ingressus cepit imperare spiritui qui in ipsa loquebatur, ita ut eum penitus cohiberet: sed obstiterunt hi qui eis adlabant. Meminit autem & Thraseae cuiusdam martyris, qui quasi ex traditione priorum se accepisse asseruit. Saluatore praecipiente Apostolis suis, ut ne ante duodecimum annum ab Hierosolymis discederent. Refert praeterea & apud Ephesum mortuos a Ioanne suscitatos, & alia quam plurima. Ex quibus omnibus uehementer supra dicta haeresis confutatur. Haec Apollonius.

Serapionis uerba de secta Cataphrygarum. Cap. XIX.

Serapion autem qui post Maximinum episcopus apud Antiochiam fuit, post aliquanta haec dicit: Ut autem etiam hoc sciatis, quod ista quae nunc noua prophetia, uel potius execratio noua processit, ab omni fraternitate quae in uniuerso mundo est, respuitur & refutatur: transmisi uobis Claudij Apollinaris Hieragolitani Asiae prouinciae episcopi literas, quibus de his plenius instructuamini. In hac autem ipsa Serapionis epistola, etiam subscriptiones quorundam episcoporum & martyrum continentur. Ex quibus unus hoc modo subscribit:

Matth. 7.

Aemilius Frontinus Praefectus Asiae.

Zoticus probauit spiritum Maximillae prophetissae.

An. Do. 191. Serapion episcopus Antiochenus.

Sophronius catalogi Hieronymiani interpres habet apud nos scripturam, id est, ad Carinum & Pontium.



scribit: Aurelius Tyrinus martyr, opto uos bene ualere. Alius quoque hoc modo, Aurelius Publius Iulius a Debeltho Colonia Thraciae episcopus: Vult Deus in caelis, quia beatus Zotas qui est in Anchialo, uoluit daemone Pre-

scillae eijcere, sed aduatores eius non permiserunt. Sed & multorum simul episcoporum eadem declarantium subscriptiones, supra dictis literis inhaerebant. Verum de his satis dictum.

Quae Irenaeus contra haereticos apud urbem Romam disceptavit. Cap. XX.

Per idem tempus in urbe Roma, diuersis nihilominus nouitatibus per nonnullos regula traditionis ecclesiasticae uexabatur, pro quibus Irenaeus ad diuersos scripta prorogauit. Extat igitur unius eius libellus qui superscribitur

Ad Blastum de schismate. Alius Ad Florinum de monarchia. Et Quod non sit Deus malorum creator.

Irenaei uoluntaria.

Obtestatio Irenaei quam praefixit huiusmodi Chronico Eusebii & seueris.

Hoc enim supra dictus uidebatur asserere, qui tamen postea in errores deuolutus est Valentini. Scribit autem idem Irenaeus & de Ogdoadae librum, in quo significat consecutum se esse quosdam ex successoribus apostolorum. Cuius libelli subscriptionem satis eleganter affixam, his inserere dignum duxi: Adiuuor te, inquit, qui transcripseris librum hunc, per Dominum nostrum Iesum Christum, & aduentum eius in gloria, cum ueniet iudicare uiuos & mortuos, ut conferas haec quae scribis, & emendes diligenter ad exemplaria, de quibus transcripseris, ad fidem: & ut sacramentum adiurationis huius similiter transferas, & inseras his quae transcripsisti: Haec autem utiliter ab alio dicta inserere operi nostro, necessarium credidi, quo per haec diligens efficiatur omnis qui hoc uel legere, uel describere dignum duxerit, sciens exemplum diligentem a sanctis uiris & illustribus traditum. Verum in his quae ad Florinum scripsisse Irenaeum supra diximus, facit Polycarpi mentionem, cum quo etiam se conuersatum esse designat per haec uerba: Haec, inquit, dogmata Florini quae asseris, confidenter dico, quia non sunt sanae sententiae. Haec dogmata non sunt consona ecclesiasticae fidei. Haec dogmata, ne illi quidem qui de ecclesia pulsi sunt haereticis, potuerunt aliquando commentari. Haec dogmata impietatem docent. Haec dogmata sancti illi presbyteri qui ante nos fuerunt, nunquam protulere illi qui & Apostolos uiderant, quos & tu nosti. Vidi enim te, dum adhuc essem in Asia apud Polycarpum, tunc quidem praclare agentem, dum adhuc essem intra palatium, & studere placere Polycarpo. Multo enim magis mihi illius temporis rerum gestarum inhaeret memoria, quam praesentis: quia haec a pueris discimus, cum anima ipsa coalescunt, & adhaerent ei. Vnde etiam locum ipsum tibi dicere possum, in quo sedens disputabat beatus Polycarpus, & incessum illius, & uultum, ac totius uitae modum, & ipsius quoque corporis habitum. Sed & disputationes quas habebat ad populum, & conuersationem quae fuerat ei cum Ioanne: quomodo narrare solitus erat, uel carerorum qui ipsum Dominum uiderant: & quomodo recordabatur omnia, ac recensebat uerba quae dicta a Domino, ab illis audierat, & de uirtutibus eius ac doctrina. Et in men omnia haec cum scripturis consona proferebat: quae tunc pro misericordia Dei, quam mihi donare dignatus est, attentius & studiosius audiens describebam, non in chartis, sed in corde meo: quae per gratiam Dei fideliter custodior, & in conspectu ipsius tibi affirmo, quia si quid tale audisset beatus & apostolicus uir Polycarpus, exclamasset statim, & aures suas obturasset, ac sicut moris erat ei, dixisset: Deus bone, in quae tempora me reserualti, ut haec uerba huiusmodi uerba audisset? Sed & ex epistolis eius quas scripsit uel ad uicinas ecclesias, uel ad aliquos ex fratribus, commoneans & confirmans eos, & exhortans ad fidem, potest sententia eius euidenter agnosci. Haec Irenaeus. Quod Ro-

Verba Polycarpi, quibus solebat uti.

Quod Romae Apollonius martyr passus sit. Cap. XXI.

Verum ea tempestate Commodi Romani regni apicem gubernante, pax ecclesiarum per omnem terram propagabatur, & sermo Domini ex omni genere hominum ad agnitionem & pietatem Dei summi animas congregabat. Denique & in urbe Roma multos ex illis illustribus & praedictis uiris, cum liberis & coniugibus ac propinquis, atque omni pariter familia sociavit ad fidem. Sed hoc non aequis oculis illis antiquus humanae salutis hostis aspexit. Continuo denique aggreditur uarijs nostris machinis impugnare. Primo in urbe Roma Apollonium quendam, uirum in fide nostra, & omnibus philosophiae eruditionibus illustrem, ad iudicium pertrahit, accusatore ei suscitato quodam infelicissimo & desperatae salutis homine. Quis, quonia lex quae oblatos puniri iusserat Christianos, in delatorem prius animaduertendum censuit. Tum deinde exhortatur beatus Apollonius martyr, ut defensionem pro fide sua, quam audiens senatu atque omni populo, luculenter & splendide habuerat, ederet scriptam. Et post haec secundum senatusconsultum capite ple-

Apollonius Christianis mi accusatur

Perennius iudex.

Qui tunc episcopi nobiles habiti fuerint. Cap. XXII.

Igitur sub eiusdem Commodi principatu, Eleuthero in urbe Roma tredecim annos sacerdotio functo, Victor succedit. Sed & Iuliano apud Alexandriam post decem annos defuncto, Demetrius substituit. Apud Antiochiam quoque octauus ab Apistolis episcopus constituitur Serapion, de quo & in superioribus memorauimus. Tunc apud Caesaream Palaestinae Theophilus & Narcissus in Hierosolymis, ecclesias procurabant, apud Corinthum uero Bacchylus, & apud Ephesum Polycrates nobiles in episcopis habebantur. Sed et multum in alijs locis referuntur per idem tempus egregij sacerdotes: nos tamen eorum facimus mentionem, quorum & fidem & scientiam ex proprijs operis indicijs possumus habere compertam.

An. Do. 190. Victor Rom.

Demetrius Alexandriae, Serapion Antiochia.

An. Do. 191. Theophilus, Caesaree, Narcissus Hierosolymis, Bacchylus Corinthi, Polycrates Ephes.

si. An. Dom. 198. De Pascha A

siaticorum sententia.

Concilium Caesariense.

Concilium Romanum, Achaicum, Galorum.

De Paschae questione. Cap. XXIII.

Quibus ea tempestate ecclesiarum praesidentibus in prouincijs Asiae quaestio non minima exoritur, uelut ex antiqua eorum obseruatione descendens, quod quartadecima luna putarent omnimodo genere Pascha obseruandum, quando scilicet Iudaeis agnus praecipit immolari, ueluti necessario confirmantes, quacumque die septimanae quartadecima luna uenisset, solui debere ieiunium. Ob quam causam conuentus episcoporum & concilia per singulas quasque prouincias conuocant: prorogatisque ad se inuicem epistolis, de singulis quibusque in die Dominica, in qua Dominus surrexit a mortuis, Dominicum Paschae celebrare mysterium, & in hac sola soluendum esse Paschale ieiunium. Extat denique usque in hodiernum diem, Concilium apud Caesaream Palaestinae habiti decretum, in quo primus est Theophilus ipsius Caesariae episcopus, & Narcissus Hierosolymorum sacerdos. Habetur & in urbis Romae Concilio simile aliud decretum, cui praefuisse Victor episcopus indicatur, & Ponti prouinciae Palaeae: Achatae uero Bacchylum Corinthiorum ecclesiae episcopum. Qui omnes diuersis locis unam eandemque iudicij sui sententiam protulere.

De dubitatione qua orta est apud Asiam. Cap. XXIII.

Sed episcopi regionis Asiae, seruandam magis a ueteribus sibi traditam & consuetudinem confirmabant. In quibus Polycrates, qui in eis primatum agere uidebatur, ad Victorem episcopum Romanae ecclesiae scribens, morem traditionis antiquae ad se usque delatum, per haec uerba designat: Nos ergo (inquit) intemeratum Paschae colimus diem, neque addentes, neque auferentes aliquid,

Polycrates episcopi Ephesini epistola de Pascha.



Hunc totum locum Hieronymus hinc transtulit in catalogum suum in Polycrate. n̄ταλορ Hieron. uertit auream laminam in fronte. Fortasse παπαριου τον μακαριου id est, Papyriū beatum sicut Hieron. reddidit. Ruffinus Macariū uiri nomen propriū putauit, parum attentus. Polycratē maiores episcopi. Actōr. s. Victor Pont. Rom. Asiē ecclesias cōmunionē Christianorū priuat. Victorē Pontif. Rom. ireneus arguit. Cōtrouersia de ieiunio. Attende.

aliquid. Etenim magna quaedam luminaria apud Asiam dormierunt, summi & electi uiri, quos Dominus suscitabit in aduentu suo, cū ueniet de cœlis in gloria, & requireret omnes sanctos suos, in quibus est Philippus Euāgelista, qui dormiuit apud Hierapolim: sed & duæ filiae eius, quæ uirgines senuerunt: & alia eius filia spiritu sancto repleta, quæ apud Ephesum dormiuit. nec nō & Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit, qui fuit summus sacerdos, & pontificalis π̄ταλορ gessit martyr & doctor ecclesie, qui & ipse apud Ephesum dormiuit. Polycarpus quoq; apud Smyrnā & episcopus & martyr. similiter & Thraseas episcopus apud Eumeniam, sed apud Smyrnā martyrio cōsummat. Quid autē dicam etiam Sagaren nihil minus sacerdotē & martyrē, qui apud Laodiceam quiescit in pace: sed & Papyrium, & Macarium, & Melitonem propter regnū Dei, & eunuchū, & spiritu sancto repletū, qui iacet in ciuitate Sardenisium, expectans aduentū Domini de cœlis ut resurgat a mortuis. Isti ergo omnes diem Paschæ in quartadecima die mensis obseruauerunt, secundū Euāgelium, nihil omnino extrinsecus agentes, sed fidei regulā per omnia cōseruantes. Sed & ego omnium uelstrū minimus Polycrates, secundū traditionem parentum meorum obseruo, eorum duntaxat, quos & ab initio secutus sum. Septem namq; ex parentibus meis per ordinem fuerūt episcopi, ego octauus: qui omnes ita obseruauerūt hunc diem, ut conueniret cum illo, quo fermentum iudæorum populus aufert. Unde fratres charissimī, sexaginta & quinque annos ætatis gerens in nomine Domini, multorum quoq; orbis terræ episcoporum noticiam plenissimè habens, & sanctis scripturis intēdit non perturbabor ex his quæ ad terrorem proferuntur: quia & maiores mei dixerūt: Obtemperare oportet Deo magis quā hominibus. Et post pauca, de his qui secum aderant episcopis, ista subiungit: Poteram autem etiam presentiam episcoporum facere mentionem, quos ipsi petistis ut euocarem, sicut & feci. Quorum nomina si scribam, nimia multitudo est, qui omnes scientes paruitatem meam, consensu suo confirmant quæ scribimus, certi quod inanimiter canos attulimus, sed in disciplina Christi semper cōuersati sumus. Sed ad hæc Victor Romanæ ecclesie episcopus, pertinacius agēs, passim totius Asiæ, ac uicinarum prouinciarum ecclesias à cōmunionis societate abscindere nititur, tanquam in hæresim declinantes: & literas mittit, quibus omnes simul absque discretionē ab ecclesiastico fœdere segregaret. Sed hoc non omnibus placebat episcopis: quin potius è contrario scribentes ei, iuebant, ut magis quæ pacis sunt ageret, & concordie atq; unitati studeret. Deniq; extat etiam ipsorum literæ, quibus asperius obiurgant Victorem, uelut inuulserat Galliam commodis cōsulentem. Nam & Ireneus cum cæteris quibus præerat Galliarum episcopis, scribens, cōfirmat quidem, ut in Dominica die resurrectionis Domini mysterium celebretur. Victorem tamen arguit, quod nō rectè è ceterantiquitus traditum custodiret. Sed & de multis alijs cōmonet per hæc uerba: Non solum, inquit, de die Paschæ agitur controuersia, sed & de ipsa specie ieiuniorū. Quidam enim putant unō tantum die obseruari debere ieiunium, alij duobus, alij uero pluribus, nonnulli etiam quadraginta, ita ut horas diurnarum nocturnarumq; computantes, diem statuunt. Quæ uarietas obseruantie nō nōc primum, neque nostris temporibus cœpit, sed multo ante nos, ex illis (ut opinor) qui non simpliciter quod ab initio traditū est tenentes, in alium morem, uel per negligentiam, uel per imperitiam postmodū deciderunt. Et tamen nihilominus omnes isti etiam cū in obseruantia uariarent inter semetipsos, & pacillaci fuerunt semper nobiscū, & sunt: nec dissonantia ieiunij, fidei cōsonantiam rupit. Post hæc inserit etiā historiam quādam, quæ pro sui opportunitate nec à nobis debet omitti. Deniq; ait: Et illi omnes ante dōterem presbyteri, qui ecclesie (cui tu nūc præses) sacerdotiū tenuerūt, Anicetū dico & Pii, Hyginūq; & Telepho

& Telephorum, & Xistū, neq; ipsi ita tenuerunt, neq; hi qui cum ipsis erāt: & tamen cum ipsi ita non obseruarent, pacem semper habuerunt cum illis ecclesijs quæ hunc obseruantiam morem tenebant, cum utiq; & ipsis cōtrarium uideretur, quod non etiam cæteri similiter obseruarent. Nunquam tamē ob hoc repulsi sunt ab ecclesie societate, aut ueniētes ab illis partibus non sunt suscepti: imò potius & omnes presbyteri qui fuerunt ante te, omnib; semper qui non ita obseruabant presbyteris ecclesiarum, eucharistiā solēniter transmittēbant. Beatus autē Polycarpus cum ad urbem Romā uenisset sub Aniceto, cumq; de alijs nonnullis parū quid habuissent inter se, statim tamen cōsensus in pace, de hac quæstione ita egerunt, ut nō unusquisq; sententiam suam obstinata cōtentione defenderet. Neq; enim aut Anicetus Polycarpo suadeere poterat, ut non obseruaret ea quæ nouerat Ioannem discipulum Domini nostri, uel ceteros apostolos, cū quibus semper fuerat, obseruasset: neq; rursum Polycarpus Anicetum persuasit ea deserere, quæ ille dicebat à se maiorem seruari. Cumq; hæc ita inter se habuissent, cōmunicarunt sibi inuicem, ita ut cōcederet Anicetus Polycarpo etiam sacerdotali ministerio, honoris duntaxat contemplatione, perfungi: & ita ab inuicē plena fide, pace integra, & firma charitate discēdūt, ut omnes ecclesie, siue quæ ita de Pascha, siue quæ non ita obseruarent, inter se tamen concordiam custodirent. Hæc Ireneus, a gens nominis sui opus, pacem uidelicet Dei ecclesijs concilians, scribit. Et nō solum uictori, sed & diuersis ecclesiarū rectoribus similiter per epistolas asserit, quod nulla pro hac quæstione in ecclesijs Dei dissensio debeat oboriri.

Ut omnibus una sententiā de Pascha complacuerit. Cap. XXXV.

Apud Palestinam quoq; cōuenientes in unum sacerdotes Dei, Narcisus & cū ipsis Cassius Tyrius, & Theophilus, de quibus iam supra diximus: sed & ceteri permulti pariter congregati, cū de hac quæstione ageretur, quid etiam apud ipsos apostolica traditio cōtineret circa finem decreti, quod in concilio eorū statutum est, hoc modo indicant: Epistole autē, nostræ exēplaria per omnes ecclesias transmittantur, ut ne rei efficiamur animarum, quæ diuersis erroribus immergantur. Designamus igitur uobis, quia & apud Alexandria eadē qua apud nos die Paschæ solennitas geritur: quare & ipsorum nobis literæ deferuntur, & ipsi nostra scripta suscipiūt, ut pariter & cōsonāter diē festū celebremus. Hæc tenus de supradicta quæstione ex his quæ in ueterū scriptis haberi reperimus.

Que de Irenei scriptis usq; ad nos peruenerint. Cap. XXXVI.

Extat autē adhuc Irenei, præter eos quos supra memorauimus libellos, & etiam aliud uolumen egregium aduersum gentes, quod de disciplina aditulauit, ad Martianum quendam scribens. Sed & Dialogi de diuersis. In quibus testimonia de epistola ad Hebræos ponit plurima, & de Sapientia, quæ dicitur Salomonis. Hæc sunt quæ ad nostram noticiam etiam de Irenei opusculis peruenerunt.

Que etiam cæterorum, qui isdem temporibus floruerunt. Cap. XXXVII.

Commodus autem tredecim annis imperio gubernato, Pertinax post se regnum reliquit. Quo sex solis cæsis retento, idem Pertinax diem ocellæ & Sæterus post hunc suscepit principatum. Cuius temporibus plurimi ecclesiastici uiri nobiles, & stylo illustres extiterunt, sicut ex eorum monumentis agnoscimus.

De his qui Artemonis introduxerunt sectam, quales moribus fuerint, quoq; pacto sacrosanctos libros temerare ausi sint. Cap. XXXVIII.

Ex quibus est Heraclitus, qui in Apostolum cōmentatus est: & Maximinus, qui de famosissima omnium hereticorum disseruit quæstione, qua inquitur, unde sint mala, uel unde malitia, & quod materia facta sit & nō in

Ex hoc Irenei loco apparet, quod si episcopus aliquis Romā uenisset, Pont. Ro. eucharistiā hosti solenniter transmittēbat. Porro nomine presbyteri intelligit episcopū. An. Do. 198. Cōuentus episcoporum in Palestina. Palestini sequuntur ecclesiam Alexandriam. Dialogi Irenei. An. Do. 164. Pertinax Cæs. Sæterus Cæs. An. Do. 197.

Candidus. *fecta.* Sed & Candidus, qui in Hexameron, id est, de principio Genesis scribit. Appius quoque de eisdem similiter commentatur. Sextus etiam, qui de Resurrectione differuit, & de ceteris nonnullis. Arabianus quoque & alij innumerari, quos longum est uel enumerare, uel etiam pro aliquo illustri unumquemque dictionum suorum indicio designare. Plurimi tamen ipsorum exortas temporibus suis hereticorum perfidias confutantes, fidem rectam & apostolicam monumentis suorum uoluminum madauerunt, ut Artemonis illius hereseos auctoris, quam postmodum Paulus Samosatenus nostris iam penes temporibus instaurare conatus est: de qua dignum est, quae uel qualis sit, historia comprehendere. Haec heresis purum hominem, id est, absque Deo fuisse Saluatoris confirmat, id est, antiquitus ab ipsis etiam apostolis traditum esse mentitur. Aduersum quos unus ex his, quos supra memorauimus, ecclesiasticus scriptor ita respondit: Aut, inquit, etiam ipsos apostolos ita uel suscepisse, uel ceteris tradidisse, sicut nunc ipsi asserunt, & hanc ueritatem praedicationis esse seruata usque ad Victoris tempora. Et quomodo successores eorum scribentes aduersum gentes, uel aduersum hereticos, id est, Iustinus & Miltiades, & Tatianus, & Clemens, & alij quae plurimi, de Deitate Christi apertissime differunt: Irenaeus uero & Melitonis, ceterorumque qui per idem tempus fuerunt uolumina, quibus Deum & hominem simul praedicant Christum? Sed & Psalmi uel Cantica quae a fratribus fidelibus ab initio scripta sunt, uerbum Dei esse Christum, & Deum tota hymnorum suorum laude concelebrant. Quomodo ergo tot sculiculis fidem praedicatam isti asserunt, quod a Victoris temporibus exordium sumpserit? Quomodo autem Victori de hoc calumniam faciunt qui sciant Victoris etiam Theodotum Coriari, qui princeps & pater exciterat impietatis ipsorum, e communi ecclesiae repulsi: qui prius Romae a uisus est dicere, per quem hominem fuisse Christum? Si enim Victor (ut dicunt) ita credebat, quomodo eiciebat de ecclesia Theodotum blasphemiae istius inuentorem? Sed de Victore haec commemorasse sufficit. Cui decem annis episcopatu functo Zephyrinus sacerdoti successit, nono principatus Seueri anno. De quo Zephyrino eadem scriptura, qua in superioribus, nisi sumus, talia quaedam refert: Igitur commune uos fratres de his quae gesta sunt apud nos, quae si forte in Sodomis accidissent, etiam illos emendare & corrigere potuissent. Confessor quidam erat apud nos Natalis nomine nostra adhuc confessus memoria. Hic deceptus aliquando ab Asclepiodoto quodam, & Theodoto collectarijs (qui ambo discipuli erant Theodoti Coriari, illius, qui primus pro hac sua assertionem ab ecclesiae societate depulsus est a Victore, tunc urbis Romae episcopo) adque uenit, ut accepto ab eis salario, episcopus illius heresis nominare tur, certa pactio, id est, centum quinquaginta denarijs mensurae praestaturus. Quique Natalis cum se in hoc deceptus locasset, frequenter admoneretur, ut in somnis a Domino, quia misericors Deus & Dominus pro hac sua stus, nolebat martyrem suum, qui sibi in multis passionibus, testis extiterat amore ecclesia perdere. Sed cum negligentius suscipere et uisiones, primatus amore, et turpis lucri deuictus illecebra, ad ultimum a sanctis angelis per totam noctem uerberatus, & paenis grauius excruciat, mane confurgens, cilicio se induit & cinere conspergit, ac multis lachrymis errorem suum deslens, ante pedes Zephyrini episcopi prosternit, & uestigijs omnium non modo clericorum, sed etiam laicorum, multa cum lamentatione prouolutus, in lachrymas & miseratones omnem prouocauit ecclesiam, ut indulgentiam sibi a Christo, continuis & iugibus pro ipso precibus implorarent, ostendendo simul in conspectu omnium liuores corporis eius & cicatrices, quas pro nominis ipsius confessione suscepit. Vix aliquando in comunione ecclesiasticae corporis reuocatus est. Sed & post aliquanta idem scriptor adiungit etiam haec: Scripturas autem diuinas absque ulla timoris Dei reuerentia corruerunt: antiqua uero fidei regula proter-

proterue & impie respuit, ignorantes Christum: quem idcirco non inueniunt, quia non recte quaesierunt. Et in tantum stultitiae impietatisque prolapsi sunt, ut si quis eis sermonem de scripturis proposuerit, illi e contrario proponant: utrum hic sermo de quo agitur, coniunctum, aut separatum genus syllogismi faciat: & dereliquentes sanctas Dei scripturas, Geometriam tractant. Tanquam qui uere de terra sint, de terra loquuntur: & ideo eum qui de sursum est, & de caelis uenit, ignorat. Denique Euclides apud eos uel maxime in Geometriae disciplinis uiget. Sed & Aristoteles & Theophrastus ab his in admiratione habentur. Galenus uero a nonnullis eorum adoratur. Quorum artibus, & doctrinis, hereseos suae impietatem nituntur asserere: & deceptionibus hominum ignorantium Deum, simplicitatem diuinarum scripturarum & sinceritatem fidei subruunt. Sed haec faciunt, quia nec uicini facti sunt fidei, propterea & diuinas scripturas absque ullo timore contempserunt: & corrupentes eas, emendare se dicunt. Verum ne quis me putet falsa aduersum eos proferre, palam est omnibus noscere, si quis uult exemplaria eorum accipere, & cum alijs nihilominus eorum exemplarijs conferre, inueniet etiam inter seipsa multam dissonantiam: quia unusquisque, ut sibi uideatur, emendat. Denique Asclepiodoti non conueniunt omnino cum Theodoro: tum deinde etiam discipulis eorum, si qui forte transcripserunt, quod eis usum est uel addere licuit, uel auferre: & omnibus praefertur se habere emendata, magis autem inquinata exemplaria. Rursum Hermophili exemplaria non consonant cum Apollonidis. Sed ne ipsa quidem sibiipsis concordant, si priora cum posterioribus conferas. Semper enim emendant, quibus semper displicet quod emendant: & noua quaeque perquirunt, cum eis quae in usu sunt, uidebuntur aduersa. Quid autem temeritatis habeat istud admissum, neque ipsos arbitror ignorare. Aut enim non credunt diuino spiritu scripturas esse conscriptas, & sunt infideles, aut semetipsos arbitrantur sapientiores esse spiritu sancto. Et quid aliud indicat per hoc, nisi quia demone aguntur? Neque enim negare possunt factum suum: quandoquidem etiam manus eorum in ipsis exemplaribus tenentur, & nouerint ipsi, quod a magistris suis & doctoribus scripturarum, secundum corruptelae genus, enumerare iam scripturas dignati sunt, sed penitus abnegare, legem scilicet & prophetas: & obtentu impietatis huius assentionis, in ultimum perditionis gurgitem deuoluti sunt. De quibus haec sufficiat historiis esse mandata.

Abnegat legem & prophetas.



A cum Seuerus quoque persecutionibus agitaret ecclesias, praecleara a militibus Christi pro pietate certamina martyrij gerebantur, praecipue tamen apud Alexandriam: quod ex omni Aegypto ac Thebaide, uelut in quoddam stadium pietatis, athletae deducebantur, qui pro suppliciorum mortisque patientia consequebantur a Deo immortalitatis coronas.

Seuerus. August.

In quibus & Leonides Origenis pater pro martyrio Christi capite plexus, tenens adhuc aetatis supradictum puerum dereliquit. Quique qualibus animis ex eo erga diuinae legis studia uiguerit, non erit importunum, paucis exponere: praecipue quia & apud quae plurimos opinio de eo celeberrima per uulgata est. Et si quidem uelit quis omnem uitam uiri huius literarum tradere monumentis, certum est quia tanta sunt de eo, ac talia, quae & proprium opus requirant, & otium. Nos tamen in praesenti, quanta possumus breuitate, insere-

An. Do. 204. Leonides pater Origenis Martyr.

mus huic operi, etiam quae ad ipsum spectant, pauca de multis, quae uel ex ip-
sius epistolis ad nos usque seruat, uel ex aliorum historijs indicata cognoui-
mus. Cuius gesta, si res pateret, etiam ex ipsis cunabulis digna mihi uideretur po-
steritatis memoria. Decimum namque imperij agebat Severus annus. Alexan-
drie uero pro idem tempus, omnique Aegypto praesidebat Latus, episcopatum
in ea post Iulianum Demetrius suscepit, cum supra modum accenso perse-
cutionis incendio, & multis ea tempestate martyrio coronatis, in tantum ar-
dorem capessendi martyrij puerulus tunc adhuc Origenes exarsit, ut ipso-
te se periculis ingereret, & alijs in certamine positus, praecipue in medium rue-
ret, ita ut insectari ipsam mortem, & rapere uelle uideretur: quae & ad ipsi
omnibus modis potuisset, nisi quod dispensatione Domini ad utilitatem multorum
putatur pro totius ecclesiae aedificatione seruatus per sollicitudinem matris,
quae gloriosae mortis eius desideria impedit. quae cum primo maternis ei
obsecrationibus supplicaret, ut sibi consulere, ut parceret matri: & ille ex his
precibus inflammator ad amorem martyrij redderetur, maxime ex eo quod
patrem iam teneri cognouisset in uinculis, & ipse prope e socius effici uincu-
lorum eius ac martyrij festinaret, arte quadam materni affectus inhibetur. Ere-
nim cum maturare eum uelle, & antelucanum prorumpere ad agonem certa-
mina praesensisset, noctu cubiculum filij dormientis ingressa, omnia eius indu-
menta, quibus procedi ad publicum poterat, furata subtraxit, ut per hoc do-
mi residere necessitate cogeretur. Ille maternis impeditus dolis, cum mihi uel
ud agere posset, nec tamen mens quiescere pateretur, auerter aliquod supra re-
tem: epistolam scribit ad patrem, se quidem maternis artibus detineri, sed illi
tenere debere quod coepit. Et addit etiam hoc: Vide pater ne propter nos aliud
aliquid uelis. Hec sunt prima puerilia. Origenis rudimenta: hic ludus eius in
affectus. Hinc iam lectioni se coepit diuinorum uoluminum mancipare, &
in eruditionibus fidei diuine semetipsum haud segniter exercere: quoniam qui-
dem iam & a parente in his imbui coeperat, qui ei sensim inter seculares libros,
quibus in prima etate erudiebatur, etiam nostrarum scripturarum nonnulla in-
terim legenda subiiciebat. Tum deinde paulatim etiam praefere hae scholarum
bus studijs comonebat. Iam inde etiam lectiones exigere per dies singulos,
& memoria commendare puerum non inuitum, imo potius erga haec discen-
da propterea cogebatur: quippe qui leges haec, non solo simplici intellectu ui-
deretur esse contentus, sed negotia patri de scripturae sensibus, ac quaestionibus,
comoueret, inquitens ab eo, quid sibi uideretur, quod per spiritum sanctum
scriptura dicitur inspirata, uel quid diuini consilij tegat simplicitas ista uerbo-
rum? At ille simulabat quidem increpare se eum, & uerare ultra etate aliquid
qugerere apud semetipsum tamen incredibiliter exultabat, omnipotentem Deo gra-
tias referens, qui ei talis sobolis esse donauerit patrem. Denique si frequenter di-
citur dormienti puero, religiosus ac sollicitus superueniens, pater operimen-
tum pecoris detraxisse, et uelut Dei spiritu intus incluso pectus eius tanquam
templum quoddam ueneratus, & demulcens oculis abscelsisse, beatum semet-
ipsum a Deo effectum, pro tantae prolis felicitate gratulatus. Haec & multa his
similia in puerili etate Origenis extitisse memorant. Ut uero pater eius mar-
tyrio consummatus est, puer ipse cum matre uidua & sex alijs paruulis fami-
bus septimumdecimum aetatis annum, in summa facultatum penuria de-
relictus est: quoniam quidem census paternus, qui uel maximus fuerat, nullo
per proscriptionem sociatus est. Nec tamen ei deuit omnipotentis Dei promi-
dentia. Ob insigne namque uel literarum, uel religionis studium, a quadam nobili
& locupletissima foemina familiariter foueri coepit. Quae tamen Paulam quon-
dam Antiochia ortum, antiquae haereseos famosissimum sectatorem adopti-
uum domui suae illo tempore habebat, in quo adoleseentulus Origenes, et
necessi-

Latus praes-
idus Aegy-
pti. Deme-
trius episco-
pus Alexan-
An. Do. 191.
Origenes a-
uidus marty-
rij etiamnum
puer.

Animat pa-
trem ad mar-
tyrium.
Origenis in-
stitutio.

Paulus An-
tiochenus,

A necessitatem haberet apud praedictam foeminam una degere, documentum iam
inde a puero fidelissimae & catholicae suae mentis ostendit. Nam cum ad supra
dictum uirum, uelut ad magistrum & summi nominis doctorem, per dies sin-
gulos immensa multitudo conueniret, non solum haereticorum, uerum
& ex nostris multorum, pro eo quod eruditionis ei summa ab omnibus cede-
retur, nullo tamen pacto, uel pro honoris gratia, uel etiam pro necessitate con-
iunctionis selecti potuit origenes, cum eo saltem in oratione consistere. Ita ei a
prima etate ecclesiasticae regulae obseruantia honorabilis fuit, & haereticorum
societas execrabilis: sicut ipse in quodam loco operis sui ait, quia haereticorum
execranda doctrina est. Nec tamen deerat ei erga communes literas studium,
in quibus pater eum erudiendum tradiderat, sed exercebatur & in his multo
attentius etiam post consummationem patris. In arte namque Grammatica ita fue-
rat institutus, ut & ad docendum plene sufficeret, & ex hoc ei quae ad necessi-
tatem transigenda domus uidebantur necessaria, pararentur.

De eo quod a puero uerbum Dei praedicabat. Cap. III.

Verum cum praesentem adiutorio, & Grammaticam doceret, sicut ipse in qui-
busdam scriptis suis refert, & cum ecclesiae apud Alexandriam magiste-
rii deesset officium: cumque omnes deturbati persecutorum minis & ferocita-
tib. aufugissent, aliquanti gentiliu conueniebant ad Origenem, tunc adhuc
Grammaticam docentem, audire ab eo uerbum de nostra fide ac religione cu-
pientes. Quos ille non solum ad fidem de perfidia conuertebat, uerum etiam
perfectae uitae institutionibus informabat. Quorum primus extitit Plutarchus,
qui per ipsum conuersus ad fidem nostram, non solum perfectae uitae instituta
seruauit, uerum etiam (quae est summa beatitudinis) martyrij consecutus est
palmam. Secundus cum hoc fuit Heraclas, & natura Plutarchi frater, & me-
ritis. Qui cum ab eo in fide nostra atque scientia, sed & uitae purioris institutioni-
bus ad perfectum fuisset instructus, Alexandrinae ecclesiae praesente post Deme-
trium subrogatus est. Sed ea tempestate qua Aquila Alexandriae atque Aegy-
pti praesidente, persecutionum rabies incresebat, octauumdecimum Orige-
nes agebat aetatis annum. Quo in tempore perfamosissimum apud omnes, uel
incredulos, uel fideles, domi forisque nomen eius effectum est, praecipue per id,
quod sanctos omnes in confessionis uinculis positos, non solum sermone & cohorta-
tione perfectae & spirituales doctrinae ad martyrium roborabat, uerum etiam
multos suis officijs ac ministerijs uinculorum poenis & squalore carceris
subleuabat. Saepe denique etiam ante tribunalia iudicum, & in ipsis eorum cru-
ciatibus aderat, aduersus prophanas interrogationes iudicum, affectu eis ac-
mente compatiens, uultuque & nutibus, si dici potest, uelut firmiores eius re-
sponiones subijcere gestiens. Sed & cum sententiam suscepissent, eadem fidu-
cia utebatur, omnibus se periculis inserens: nec trepidans persecutoribus in-
ruentibus, extremis quoque oculis martyres salutare, ita ut nonnunquam pro-
ne etiam impetus in eum gentiliu fieret, sed diuina dextera cum admiratio-
ne omnium protectus euaderet. Verum nec enumerari facile, nec referri po-
test, quoties, & quam crebro, imo per singulos penes dies, de quantis eum, &
qualibus periculis, dum erga praedicationem uerbi Dei impiger & proptus,
est, eadem illa diuina dextera conseruauit: quoties in insidijs positos, qui eum
etiam interimere concitauit insaniam, ut turmae militum disposita, domum
eius, in qua commanere uidebantur, obsiderent: nec tamen eum capere aut te-
nere potuerint, diuina protectione seruatum. Tanta rabies contra eum mentes
hominum inceserat, pro hoc solo quod plurimos per eum uidebant ad fidem
nostram ab incredulitate conuerti. Et in tantum quotidie aduersus eum perse-
cutio cumulabatur, ut tota urbs maxima Alexandria eum tegere non posset,
sed de domo ad domum transiret: & tamen undique fugaretur, cum postea ui-
derent

Origenis stu-
dia.

An. Do. 211.
Professor ho-
narum litera-
rum Origenes

Conuertit Ge-
ntiles ad Chri-
stum Plutar-
chus.

Heraclas.

An. Do. 205.
Aquila praes-
idus Aegy-
pti. Origenes
celebritas.
Officia eius
erga marty-
res.

Periclitatur
inter ethni-
cos.



Hic est, qui quale habet uerbum, talem habet uitam. Et quale habet uita, non est in antiquo exemplo. Et magister catechumenorum Pantenus. Clemens. Iudas de septimanis Danielis. Origenes Christum docet. Vidit libros ethnicos. Christianus philosophus. Qualem nitam gesserit.

deret per loca singula multitudines plurimas per eum ad fidem Dei sociari. Obtinebat autem haec, quia non solum in uerbo erat ei perfecta doctrina, uerum etiam in opere consummata disciplinae prebebat exempla, & dicebatur, (sicut aiunt) de eo, quia hic est, qui quale habet uerbum, talem habet uita, & qualem habet uita, tale habet & uerbum: quoniam quae docet, agit: & quae agit, haec docet. Manifeste autem & euidenter aderat ei diuina gratia, per quam innumeros ad imitationem sui in fidem Dei prouocabat. Vnde & uidetur De metrius episcopus, quod ad ipsum precipue doctrinae gratia, et praedicationis uerbi Dei, multitudines plurimae conuolarent, catechizandi ei, id est docendi magisterium in ecclesia tribuit. Quod primus post Apostolos apud Alexandriam Pantenus, secundus per ordinem Clemens, tertius administrauit Origenes ipsius discipulus Clementis, qui Clemens in opere spuarit, etiam tempora, in quibus libros describebat, in proceribus designauit, & ad finem imperij Commodi pertendit. Vnde certum est, quod seueri tempora haec ipsa quae nunc habemus in manibus, continebant. Qua tempestate etiam Iudas quidam scriptor alius, de septimanis quae in Daniele referuntur, disseruit, qui & ipse de cetero Seueri imperatoris annu regni commemorat. Is etiam diuulgatam antichristi praesentiam iam iamque aeternam imminere ex persecutionum numero multorum ex nostris fidelium animos perturbauit. Igitur Origenes, inuicendo sibi a Demetrio episcopo magisterij officio, Grammaticam scholam negligere coepit, magis se uerbo Dei conferens. Utitur sane etiam consilio non puerili, uel bibliothecam Gentilium librorum tradit cuidam fidei amico, pacus est eo quatuor sibi obolos ex eius precio per dies singulos inferri, quo scilicet nec grauis esset cuique in sustentanda uictus necessitate, nec congregata pecunia domi referuare uideret. Igitur in talibus institutis plurimum temporis exigens, uita, moribus, exercitijs, per omnia Christianus philosophus habebat, cum & pro iuuenilibus cupiditatibus reprimendis, & pro sapientiae profectibus capeffendis, die noctuque ardentibus se abstinentiae constringeret frenis, & indesinenter diuinorum librorum meditationibus inhaereret, in abstinencia plurima, ieiunijs indefinentibus, in uigilijs penes iugibus, ita ut si quando paru aliquid somni necessitas naturalis exigeret, haec ille non supra stratum, quo omnino nullo utebatur, sed supra nudi soli dependeret superficere. Ante omnia uero, praecipua Euangelica, & uoces Saluatoris, summo amore & studio implendas utebatur, quibus praecipitur, duas tunicas non habendas, neque calciamentis utendū, neque de castino cogitandum: quae ille singula summa cum diligentia & fide contendeat explere, & supra uires atque artem suam, secundum Apostoli monita, in frigore, & nuditate agones patientiae defudabat. Ita cum ceteris auditoribus suis renuntiandi omnibus quae possidebant, & beatae paupertatis prebebat exempla. Erat igitur per haec charus omnibus, & acceptus. In hoc uno tristis quam plurimos reddens, nonnullos offendens, quod cupientes de facultatibus proprijs aliquid sibi saltem uictus gratia ministrare, pro districta continentiae disciplina refutabat, cum utique pro labore quo in uerbo Dei defudabat, non solum duplici secundum Apostolum, sed & multiplici honore dignus ab omnibus duceretur. Sed ille honore sibi summum in continentia deputabat. Denique & per multos annos tradit absque omni calciamento nudis incessisse uestigibus, nullam que usum, ceterorum similitudinem, nisi ea sola quae uictus necessitas deposebat, penitus habuisse, usquequo incommodo stomachi, imo iam penes periculo cogere retur. Talibus igitur uitae atque instituti sui exemplis informans eos, quos a gentili uita & stulta philosophia ad ueram Christi philosophiam sapientiamque conuertebat, non solum in intimis animae arcanis fidem habere docuit per hoc, quod geri ab eo uidebant quae docebantur, uerum etiam ad martyrij eos amorem per ea quibus quotidiano roborabantur exercitio, prouocabat. ex quibus & multi comprehensi in persecutione, palmam martyrij consecuti sunt. 230.

Quantum per ipsum edocui martyres sunt. Cap. IIII.

IN his primus erat Plutarchus, de quo paulo superius memorauimus. Quo cum uidisset populus ad mortem duci, et assistere ei Origenem, qui hortatu suo ad magnanimitatem animos eius erigeret, uelus mortis eius auctorem discerpere eum penes & interficere uulgi irruerat, nisi & tunc ope diuinae prouidentiae & furentium manibus fuisset ereptus. Post Plutarchum martyr secundus ex Origenis discipulis efficitur Serenus. Tertius ex eius nihilominus auditoribus Heraclides martyrio coronatur. Quartus Heros neophytus. Nam superior Serenus adhuc catechumenus consummatus est. Quintus eiusdem scholae martyr efficitur alius nomine Serenus, qui post multa supplicia pro Christo etiam capite plexus traditur. Sed & mulieres plurimae, in quibus erant quaedam catechumena, de qua ipse in quodam loco ait, quod ignis baptismum consequuta est.

Plutarchus Origenis discipulus, martyr. Serenus. Heraclides. Heros. Serenus. Baptismus ignis.

De Potamiene. Cap. V.

Sed & Potamiene famosissima foeminarum & martyrum, & ipse eius carnifex Basilides. Etenim in nostra usque memoria ac incolis loci perennis uirtutum Potamiene fama celebrat, quod immensos & innumeros agones primo pro uirginitate & pudicitia defudauerit: deinde etiam pro martyrio exquisita atque inaudita tormenta pertulerit, atque ad ultimum unam cum uenerabili matre Marcella ignis supplicij consummata est. Tradit igitur Aquilam (hoc enim erat tyrannici iudicis nomen) posteaquam crudelibus eam supplicij lacerauerat, ad ultimum ob iniuriam & nobilitatis eius, & castitatis cominatum esse Potamiene, quod eam uel crudelissimis gladiatoribus, uel impudicissimis leonibus traderet. At illam, cum ab ea quid mallet, uel quid eligeret quaerere tur, protulisse aduersum tyrannum uocem liberam, quae ob superstitionem Romanorum ritus sacrilega uideretur, & ideo sine mora in eam lata esse sententiam. Cumque Basilides unus ex his quibus implere spiculatoris officium mos est, suscepit eam diceret ad supplicium, ac multitudo impudicorum pariter & impudenter Potamiene uerbis & iniurijs conaretur illudere, Basilides abigere eam. At illa religiosum uiri uotum erga se & propositum humanitatis amplexa: Cuius esto, inquit, quod cum abiero ad Dominum meum, sine mora boni huius tibi remunerationem parabo. Post haec autem uerba constanter suscepit statuta supplicia, picis calidae paulatim per artus ac membra diffusa, & hoc modo beata uirgo e terris migravit ad caelum. Non multis autem post diebus, Basilides cum inter collegas suos ob causam quandam iuramentum posceretur, ait sibi non licere omnino iurare, pro eo quod esset Christianus, & hoc publice ferebatur. loco aestimatus est primo dicere: tum deinde cum constantius affirmaret, pettrahitur ad tribu ual: ubi cum perseverasset in confessione, uinculis huius permutacionibus inquitentis, dixisse traditur, quod Potamiene post diem tertium martyrij sui, noctu assistens coronam capiti suo imposuerit, dipsum esse: Qui recipit martyrem, mercedem martyris consequatur. Quibus auctoris confectum fratres signum ei Dominicum tradunt, & die postera ob Alexandriam condiscipulis suis, cum quibus uerbo Dei in Origenis schola operata dederat, Potamiene, simile munus tradit praestitisse, assistens eis per uisum, et coronas martyrij impetratas a Domino deferens. Sed de his ista sufficiant.

Potamiene discipula Origenis. Marcella. Aquila praefectus Aegypti. Basilides carnifex.

De eo quod Origenes se castrauit. Cap. VI.

Igitur per idem tempus cum docendi officio apud Alexandria praesisset Origenes, gestum quid ab eo traditur, quod iuuenilis fortasse & minus perfectus sensus uideatur, sed perfecta fidei, ac nimis castitatis indicium continens. Illud namque quod scriptum est in euangelio, Quia sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt

Al charitatis Matt. 19. Origenes se ipsum castrauit.



strauerunt propter regnum Dei, etiam secundum historiam implendum cre- dit, non solum castitatis obrentu: Verum quoniam persecutionis tempore tam in publico quam in occulto ac secreto, & tam uiris quam foemina uerbu Dei predicabat, uidelicet quo omnem occasionem turpis maledicti gratia infide lib. uideretur excludere, Dominica uocem re atq; opere in semetipso aggressus est adimplere. Cumq; pro eo ne ab hominib. laudem quaereret, sed a Deo mercedem speraret, in occulto esse uoluisse, latere non potuit, sed rei gestae iudicium ad Demetrium episcopum peruenit. Isq; ingenti primo stupore admiratus est audacis animi uirtutem, tum deinde collaudas fidei eius magnitudinem uel calorem, & tam grande in opere Dei propositum: Nunc nunc me, ait, cepto operi doctrinae & praedicationis insiste, quando aduersarij nulla obtrestandi suspicio derelicta est. Sed tunc quidem talis erat Demetrii sententia, cum nihil animos uiderat, quod recti iudicij regulam in partem alteram declinaret. Postea cum uidisset adolescentis famam satis fieri clara, & magno eum domi forisq; praecentio extolli, humanae infirmitatis aliquid passus, opus quod ipse prius cum ingenti admiratione laudauerat, infamare postmodum cepit. Nam cum apud Palaestinam praecipui & eminentes inter episcopos uiri, id est Hierosolymorum Alexander, & Theoclitus Casarea, uidentes diuinum opus eius in uerbo Dei, ordinassent eum presbyterum, ac summo ei sacerdotio iam iamq; dignum probarent, idq; dignissime factum ab omnibus laudaretur, & ne sic quidem dignus honor sapientia eius ac uirtutibus, in eum collatus diceretur, uehementissime momordit hic sermo Demetrius: & non inueniens in eo causam alterius criminis, hoc quod aliquando puer adhuc ille egerat, & episcopus iam iste laudauerat, postmodum criminis loco protulit, etiam in illos culpam, qui eum ordinauerant, conatus inflectere. Sed haec postmodum gesta sunt. Tunc porro Origenes apud Alexandriam doctor ecclesiae ualde charus habebatur, omnibus quos fama eius ad audiendum eum conuenire prouocabat, uerbum Dei praedicans, sicut Apostolus dicit, opportunum, in portu, per diem, per noctem, publice & priuatim, uelut abscepsis omnibus impedimentis, liber prorsus, & cum omni fiducia rem gerebat. Cum uero de cem & octo annis Seuerus tenuisset imperium, Antiochus ei filius succedit. Quo in tempore quam plurimi erant, qui in confessionibus gloriam quaesierant, Dei tamen prouidentia fuerant reseruari.

Demetrius Alexandri- nu episco- pus.

Inuidet Ori- geni Deme- trius.

1. Tim. 4.

Antoninus Seueri F. Ce sar. An. Do. 213.

Alexander Hierosol. An. Do. 213. Narcissus.

Solennis dies uigiliaru Pas- che. Aqua in oleum uersa.

De Alexandro & Narcisso. Cap. VII.

In quibus Alexander (de quo paulo ante memorauimus) confessionis titulo satis clarus, Hierosolymorum ecclesiae subrogat episcopus, cum superes- set adhuc Narcissus, qui prius inibi functus est pontificatus officio. Veru quo- niam Narcissi memoriam sermo progrediens attulit, congruum mihi uidetur aliquid de eius gestis insignibus memorare de quo ab incolis quidem loci per plurima memoriae tradunt. Nos uero unu opus eius memorabimus, ex quo caeteris quae de eo narrantur, merito fides possit adhiberi. Accidit aliquando in die solenni uigiliaru Paschae oleum deesse luminaribus, cuq; id per ministros innotuisset, moeror plebi maximus fuit. Sed Narcissus fide fides, ministris im- perat haurire aqua, sibiq; deferri. Cuq; detulissent, orauit & benedixit aqua, & infundi luminaribus praecipit. Tum repente miro & seculis inaudito genere uirtutis, natura aquae in olei pinguedine uersa, splendorem luminum ena- sio- lito reddidit clariorem. Ad fidem autem rei a plurimis religiosorum fratrum ex eodem oleo quod uersum de aqua fuerat, reseruatū est, ita ut ad merita ha- miraculi huius iudicium perueniret. Et in hoc quidem fidei eius ac meriti ha- beatur exemplum: animi uero uirtus quanta in eo fuerit, alio nihilominus uno ex eius gestis opere declarabitur. Is namq; cu inter caetera uirtutum suaru ho- na esset ualde constantis animi, & iusti rectiq; indeclinabiliter tenax, quidam homunculi nequam male sibi conscij, metuentes ne criminum suorū, re- tuerat,

rentur, non possunt effugere, uindictam praueiunt, & factionib. circumue- nire parant enim, cuius iudicium uerebantur. Cocinnant igit aduersum eum infame satis & noxium crimen: conueniunt auditores: testes ex semetipsis pro- ducunt, qui sub sacramento iuramenti, quae obijciabantur confirmarent: quoru unus testis, ita non igni consumeretur, uera se dicere testabatur. alius, ita ne re- gio morbo corrumpetur: tertius, ita ne luminibus orbaret. Et quamuis ne- furamentis quidem istis quisquam fidelium & Deum timentium crederet, eo quod uita Narcissi & institutio ac pudicitia ab omnibus nosceret, ipse tamen eorum quae mota sunt, indignitatem ac molestiam non ferens, simul & secre- tam ac philosophicam uitam semper habere desiderans, subterfugit ecclesiae multitudinem, & in desertis locis atq; agellis secretiorib. delitescit annis quam- plurimis. At non ille magnus diuinae prouidentiae oculus quiescit in logum, sed in impios ultionem per ea ipsa quae sibi in periurijs statuerant maledicta, molitur. Primus namq; ille testis, parua ignis scintilla noctis tempore domo sua succensa, cum omni genere suo, omniq; familia, flammis ultricibus cofla- grauit. Alius repente ab imis pedib. usq; ad summum capitis uerticem mor- bo regio quo fuerat imprecatus, repletur atq; consumitur. Tertius aut pri- orum exitum uidens, & oculum diuinum non se latuisse perspicuens, prorupit in medium, & audientibus cunctis sera poenitentia uniuersum cocinnati sce- leris ordinem pandit. Tantis autem lachrymis immanis commissi facinus de- flet, & in tantum die noctuq; perdurat in fleatibus, usquequo luminibus orba- retur. Hi igitur figmenti sui huiusce modi poenas dederunt.

Insimulatur criminis Nar- cissus.

Narcissus la- titat. An. do. 206.

Vindicta di- uina in testes periuros.

De episcopis Hierosolymorum. Cap. VIII.

Narcissus uero cum ita desertum petisset, ac locis semet secretiorib. ab- didisset, ut ubinam degeret, nullus agnosceret, necessarium uisum est e- rat Deus: cuiq; cum paruo tempore praefuisset ecclesiae, successit Germanion, & Germanioni Gordius: cum ecce subito uelut redituus, caeloq; redditus ex improviso apparuit Narcissus, & rursus a fratribus ad praesidendum roga- retur ecclesiae. Multo enim uehementius erga eum amor omnium fuerat in- citatus, uel pro eo quod criminosis innocens esset, quod secretam & philoso- phicam uitam dilexit, & quod in eo compleuit Dominus dicens: Mihi uindi- ctam, ego retribuam, dicit Dominus.

An. Do. 207. An. Do. 208. Deus. Germanion. Gordius.

Rom. 12.

De Alexandro. Cap. IX.

Verum cum ipse iam senio festus, pontificatus ministerio sufficere non pos- set, Alexandru (de quo superius memorauimus) qui iam episcopus es- set alterius loci, diuina dispensatio in adiutoriu Narcissi senis euidentissimis reuelationib. euocauit. Is namq; Alexander ex gente Cappadocum, ubi erat praefatae urbis episcopus, Hierosolymam adorandi, & sanctorum locorum uidendi gratia properauerat. Quem loci incolae, mentes eoru instigante Deo, cu omni amore & officiositate suscipiunt, ac ui charitatis & dilectionis nexi- bus uinctum redire non sinunt domum. Ostendebatur enim euidenter a Do- mino, non solu ipsi beato uiro Narcisso, sed & alijs plurimis per reuelationes caetera omnia magis terrificu fuit, eo die quo ingressurus urbem Alexander nunciatus est, & multitudo fratrum plurima extra portas in occursum eius egressa est, & uox caelitus manifestissime omnib. audientib. facta est, dicens: Su- scipite episcopu qui uobis a Deo destinatus est. Cumq; ex his omnibus eu- denter apud cunctos fuisset Dei dispensatio declarata, episcopi urbiu uicina- rum compertis omnibus quibus de eo res geri Dei iudicio docebat residere nisi eum necessariu copulerunt. Ipse ergo Alexander in epistolis suis ad An- tiochum & consortis in episcopatu, his ipsis uerbis de eo scribens: Salutat uos & consortis in episcopatu, his ipsis uerbis de eo scribens: Salutat uos Narcis-

An. Do. 312. Alexander ad- iutor Nar- cissi.

Vox caelestis

Alexandrie. pistole ad Antiochia.



Aselepiades. An. Do. 213.

Narcissus, qui ante me episcopatu huius ecclesiae regere coepit, quique mecum positus, orationibus uestris centum iam & sedecim annos uita suagerit, qui & ipse uos mecum pariter deprecatur esse concordem. Et de his quidem talia. Apud Antiochia uero defuncto Serapione episcopo, Aselepiades loci illius suscepit sedem, qui & ipse unus ex preclaro confessorum numero fuit. Meminit etiam huius ordinatiois supradictus Alexander, Antiochenis scribens hoc modo: ALEXANDER SERVVS ET VINCVS IESV

Christi, beate Ecclesiae quae est apud Antiochiam, in Domino Salutem.

Reuelauit Dominus uincula mea, & carceris huius mei dilatauit angustias, ex eo quod comperi sanctae ecclesiae uestrae Aselepiadem, uirum dignissimum, sacerdotium suscepisse. Hanc autem epistolam indicat se per Clementem Antiochenae ecclesiae presbyterum transmisisse, scribens in fine epistolae hoc modo: Haec autem uobis Domini fratres scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum, uirum in omnibus uirtutibus probatissimum, quem nostris etiam uos, & eo amplius cognoscetis. Cuius praesentia apud nos per Dei prouidentiam procurata, & confirmauit & auxit ecclesiam Dei.

De Serapione ex libris eius. Cap. X.

Serapionis Antiocheni episcopi opera.

Igitur Serapionis episcopi eruditi uiri, puto quidem etiam alia opuscula apud alios haberi. Ad nos autem illa tantummodo uenerunt, quae ad Dominum quendam scribit, qui in tempore persecutionis a fide Christi recedens, ad superstitionem Iudaicam declinauit. Et ea quae ad Pontium & Caricem ecclesiasticos uiros scribit. Et alia nihilominus eius sunt ad alios epistolae. Sed & ille liber uenit ad nos, quem scribit de Euangelio Petri, ubi arguit quaedam falsa in eo conscripta, emendare cupiens fratres, qui erant apud Rhosum, qui per occasionem scripturae ipsius in haeresim declinabant. Dignum tamen mihi uidetur, pauca quaedam de eius libello inferere, ex quibus innotescat, quae fuerit eius de ipsa scriptura sententia. Scribit ergo in quodam loco ita: Nos enim fratres, & Petrum & alios Apostolos recipimus, sicut & Christum. Quae autem sub eorum nomine falsa ab alijs conscripta sunt, uelut gnari eorum sensus ac sententiae declinamus, scientes quod talia nobis non sunt tradita. Ego enim cum essem apud uos, putabam omnes rectae fidei esse inter uos, & non decurso libello qui mihi offerebatur, in quo nomine Petri conscriptum euangelium ferebatur, dixi: Si hoc est solum, quod inter uos inimicitiam simulat, tamen uidetur inferre, legatur codex. Nunc autem comperto, quod hi quicquid dicem illum legi debere asserunt, prospectu cuiusdam occultae haereseos hoc fieri poposcerunt, sicut mihi dictum est, festinabo iterum uenire ad uos. Nos enim nouimus fratres cuius haereseos fuerit Martianus, qui etiam sibi ipsi contrae scripta sunt uobis, inuestigata per nos ab illis, qui hoc ipsum Euangelium secundum illius traditionem didicerant, & successores extiterunt sententiae eius quos nos *σικυριας* uocamus: quia in hac ipsa doctrina, illorum sententiam plurimi sensus & ab ipsis mutuati. Nam certum est, quod plurima secundum rectitatem sentiant de Salvatore: alia uero aliter, quae & subiectimus. Haec Serapion scribit.

Rhosos Cilicis.

σικυριας, id est opinatores.

De libris Clementis. Cap. XI.

Libri Clementis Alexandrini.

Clementis uero libri habentur plurimi, apud nos tamen hi sunt qui inueniri potuerunt: *σπουδαρια* libri octo, quos hoc modo praetitulauit, TITI FLAUI CLEMENTIS DE VERA PHILOSOPHIA COMMENTARII SCIENTIAE *σπουδαριας* autem nos possumus intelligere, tanquam opus uarie contextum. Sunt & alij eiusdem:

σπουδαρια libri octo, quos nos possumus Informationum uel Dispositionum nominare. In quibus nominatim Pantani meminit, tanquam proprii magistri, & expositiones ipsius plurimas scribit, & traditiones eius operi suo inserit. Est etiam liber eius, Ad gentiles exhortatorius. Et alius liber qui dicitur Paedagogus. Et alius qui superscribitur Quis est qui possit saluus fieri diues. Est & alius libellus De Pascha. Et Disputatio de ieiunio. Et De obrectatione. Et alius Exhortatorius ad patientiam. Et alius Ad Neophytos. Sed & ille qui superscribitur Canon Ecclesiasticus. Item alius De his qui Iudaicum sensum in scripturis sequuntur, quem ad Alexandrum supradictum scribit.

Pantani Stoicus, praceptor Clementis.

Opus *σπουδαριας* quae le nam sit.

Clemens non longe post Apostolos fuit.

opus *σπουδαριας*.

Clementis iudicium de epistola ad Hebr.

Christus Apostolus Dei patris.

In *σπουδαρια* non solum ea quae ex diuinis scripturis sumpserat sternit, sed & ea quae apud Graecos autores habentur. Utile namque ei uisum est, in illo opere comparare ac conferre sibi inuicem dogmata, uel ea quae diuinitus sancta sunt, uel quae a sapientibus Graecorum inuenta, uel etiam quae ceteris barbaris uisa sunt. Arguit etiam haereticorum errores, historiam quoque inibi plurimam texit, & ex omnibus materiam nobis eruditionis perfectae composuit. Unde merito libros *σπουδαριας* appellauit, id est lacinosi quaedam & uaria diuersitate contextos. Utitur sane exemplis etiam ex his libris, qui a nonnullis minime recipiendi uidentur, id est, ex Sapientia quae dicitur Salomonis, & ex Sapientia Sirach, quae appellatur Ecclesiasticus apud Latinos. Sed & de Barnabe & Clementis epistola ponit exempla. Utitur etiam de epistola Iuda. Melitoni qui Chronica scripsit: Philonis quoque & Aristoboli, & Iosephi, ac Demetrii, & Eupolemi Iudaicorum scriptorum: conferens etiam antiquissimis Graecorum Moesa nostrum, Iudeorum genus antiquius esse comprobat: multa quoque alia instrumenta optimarum institutionum in illo opere contexuit. Et inter cetera hoc in primo libello indicat, quod ipse non longe post Apostolos fuerit, promittitque commentarios se in Genesim scripturum. In libello autem quem scripsit de Pascha, confitetur extorqueri sibi a fratribus, ut ea quae a presbyteris in libris, ac posteris traderet. Meminit ibi Melitonis & Irenaei ceterorumque, quorum etiam quaedam narrationes inseruit. In libris uero *σπουδαριας*, id est, compendiosis dissertationibus explanauit. In quibus ne ea quidem quae apocrypha a quibusdam habentur, praeteriit, ut est Petri reuelatio. De epistola uero ad Hebraeos ita differit, quod manifeste Pauli sit Apostoli: scripta sit autem Hebraeo sermone tanquam Hebraeis: a Luca uero, qui erat Pauli discipulus, inter praeterea in Graecum: unde & stilus eius magis similis uideatur libello illi, quam inibi non habet, id est, Paulus Apostolus, hoc esse rationis ostendit, quia circa prudentem Hebraeis erat de Pauli nomine, ne eius dicta susciperent: & idcirco prudenter declinasse, ne statim in principio Pauli nomine inspecto, leuiter eius repudiaretur. Post pauca uero addit etiam haec: Et sicut, inquit, beatissimus presbyter dicebat, quia Dominus, Apostolus omnipotentis dicitur missus ad Hebraeos. Pro humilitate ergo Paulus, qui ad gentes fuerat destinatus, non scripsit semetipsum Hebraeorum Apostolum, uel propter honorem Domini qui se missum dixerat ad oves Israel, uel quia gentium uidebatur Apostolus. Exponit praeterea idem Clemens in ipsis libellis de ordine



*Euangelio-
ram ordo.*

Al. id ipsum.

ordine Euangeliorum, traditionem sibi à senioribus presbyteris traditam: & dicit priora esse posita illa Euangelia, quæ de generationibus continent, id est Matthæi & Marci. Causam uero fuisse Euangelij secundum Marcum huiusmodi: Cum Petrus Romæ publicè prædicasset uerbum Dei, & in spiritu exposuisset Euangelium, auditores rogasse Marcum, qui olim iam sectator ipse fuisse, conseribere ea quæ sciebat ab Apostolo prædicata. Cumq; id factum Petrus postmodum cognouisset, licet fieri ipsum non iusserit, tamen factum non prohibuit. Ioannem uero postmodum dicit, cum uidisset quod ea magis quæ secundum carnem sunt, in euangelij habentur, deprecatum à discipulis, scripsisse etiam quæ ad spiritum pertinent. Vnde repletus spiritu, euangelium spiritale conscripserit. Hæc Clemens. Alexander uero, de quo superius memorauimus, Clementis simul & Pantæni ad Origenem scribens meminit, uelut qui sibi etiam in corpore noti fuerint. Scribit autem hoc modo: Hoc enim & uoluntatis Dei fuit, sicut ipse nosti, ut amicitia quæ mihi à patrib. fuerunt, inuiolata durarent, imò uerò & ardentius ac robustius augerentur. Patres autem nouimus beatos illos qui nos præcesserunt, ad quos paulo post etiam nos abibimus, Pantenum dico dominum meum uere beatum, & sanctum dominum meum Clementem, qui me in multis instruxerunt: sed & si qui alij tales sunt, per quos etiam te cognoui uirum per cuncta egregium, & dominum mihi & fratrem. Hæc quidem ita se habent. Adamantius autem (erat & hoc nomen Origeni) cum per illud tempus Zephyrinus Romanæ ecclesiæ præsideret, Romam uenit, sicut ipse in quodam loco scripsit, dicens: Voti sibi fuisse, ut antiquissimam Romanorum uideret ecclesiam. Vbi non multo tempore peracto, ad iniunctum docendi officium Alexandriam redire festinat. Ibiq; cum omni sollicitudine & studio religioso susceptum opus explebat, Demetrius tunc episcopo non solum hortante se & confouente, uerum etiam præ se ferente quatenus fratribus diuinæ eruditionis non desisset instructio.

*Adamantius
Romam uenit.*

De Heracla. Cap. XII.

Interea cum uideret Origenes non se sufficere ad omnia, id est, uel in profundioribus & diuinioribus pertractandis, uel in sanctæ scripture explanationibus differendis, uel etiam in eorum qui quotidie fidei addebantur institutionibus uel institutionibus adimplendis: ex quibus omnibus ne respirare quidem ei unius saltem horæ liberum tempus dabatur, dum semper ex alijs in alia uocaretur, ita ut à prima luce usq; ad profundam uesperam nunquam cessaret auditorium suum, alijs accedentibus, alijs uerò non discedentibus. Uerbi Dei dulcedine conligati sunt: utilius esse ratus est, segregare incipientium turbas, & uni ex discipulis suis plene iam & optime instructo, atq; in omnibus uirtutibus sibi probato, Heraclæ tradere, participemq; eum officij sui ac laboris assumere. Erat enim & in sermone disertissimus, & in omnia elementa incipientibus delegat officium, sibi uerò perfectorum instructiones referuat.

*Heraclas by
podidascaus
Origenis.*

Quantum studij fuerit Origeni erga scripturas diuinas.

Cap. XIII.

*Orige. discit
Hebraicè.
Editiones ue
teris Testa
menti diuerse
Exemplaria
uet. Test. co
lumnatiua
rias editio
nes comple
tenti.*

Inter cætera quoq; eruditionum suarum studia, ne illud quidem omisit Origenes perferuari & addiscere etiam Hebrææ linguæ uirtutem, ut agnosceret uel ea quæ a ludæis Hebræis literis leguntur qualia sint, uel cæterorum interpretum qui præter Septuaginta interpretati fuerant, quanta esset editio-num diuersitas, ita ut præter istas quæ in usu sunt Aquilæ, uel Symmachij, uel Theodotionis, inueniret etiam alias in absconditis ac secretis latentibus: in quibus ne nomina quidem interpretum reperit scripta. Hoc autem solum dicit de eis, quod aliam quidem in Actiaco litore apud Nicopolim, aliam in Hiericho, atq; in alijs alias reperit locis: unde & illos famosissimos codices pri-mus ipse composuit, in quibus per singulas columnulas à regione separata

opus interpretis uniuscuiusq; descripsit: ita ut primò omnium ipsa Hebræa uerba Hebræis literis poneret, secundo in loco per ordinem Græcis literis & regione Hebræa uerba describeret, tertiam Aquilæ editionem subiungeret, quartam Symmachij, quintam Septuaginta interpretum, quæ nostra est, sextam Theodotionis collocaret. Et propter huiusmodi cõpositionem exemplaria ipsa nominauit *hebraicæ*, id est sextuplici ordine conscripta. In Psalterio autem, & alijs nonnullis interserit aliqua etiam de cæteris istis editionibus: quas quoniam sine nomine autorum repererat, sextam & septimam editionem nominauit.

De Symmacho interprete. Cap. XIII.

Sciendum tamen est, quod ex istis ipsis interpretibus Symmachus Ebionæ fuit, quæ est hæresis asserens Christum de Ioseph & Maria natum hominem purum fuisse, & legem ritu Iudaico esse seruandam, sicut iam superius memorauimus. Sed & commentarios quosdam Symmachus ipse conscripsit, in quibus conatur de Euangelio secundum Matthæum auctoritatem hæreseos confirmare. Hæc ipse Origenes cum interpretatione ipsius Symmachij scribit se apud Iulianam quandam reperisse, quæ se diceret hos libros ab ipso Symmacho suscepisse.

Symmachus interpres, Hebræa uerba fuit. Commentarij Symmachij.

De Ambrosio & studio Origenis. Cap. XV.

In his & Ambrosius quidam, uir & genere & literis satis clarus, cum Valentiniani dogmatis sectator existeret, secundum ueritatem catholicæ fidei ab Origene conuictus: & tanquam ueri luminis splendore radiatus, relictis errorum tenebris, ad ecclesiæ se catholicæ lucem splendoremq; conuertit. Sed & alij plures eruditi uiri, & in scientia literarum admodum nobiles, cum de Origene gloriosissima per omnem locum celebraretur opinio, certatim confluebant ad eum, uel ob certamina commouenda, uel quibus rector inerat mentis sententia ad audiendam tenendamq; ueritatem. Innumeri etiam ab hæreticis uenientes conuicti per eum, & poenitentes, ab errore cessabant philosophorum quoque opinatissimi quique, & qui in summo nomine habebantur, reuocati ei mos iste, ut si quos nostrorum adolescentulorum ingeniosos uideret, & lectioni satis deditos, traderet eis etiam ea quibus philosophi uelut primis elementis discerere solent, id est, uel Geometriæ partes, uel Arithmeticæ disciplinæ, & si qua alia ad instructionem pertinent disputandi. Si quando igitur necessitas poposcisset, ut aliqua de libris philosophicis exponeretur, etiam ab ipsis eruditissimis in illa disciplina uiris, cum tanta admiratione audiebatur, ut summus apud illos, & quasi unus ex ueteribus & primis illis autoribus philosophus haberetur. Multos etiam idiotas & imperitos ad docendum cohortabatur, dicens non parum ad intelligentiam scripturarum emolumentum eis conferri, si aut in liberalibus literis, aut etiam in philosophicis exercerentur. Dicebat enim hanc nostram ueram esse philosophiam, eugoaiebat illa Græcorum, quæ uera non est philosophia, præcepisset. Non er-niens falsitas uindicasset. Denique existunt testes studiorum eius plurimi e-tiam apud philosophos, quorum nonnulli libros suos ad ipsum scribebant, alij autem iudicio eius comprobandos deferebant. Denique etiam ille qui apud Siciliam aduersum nos libros conscripsit Porphyrius, quibus diuina uolumina criminatur, cum ad explanatores eorum uenisset, nec inueniret aliquid in commentarijs Origenis, cui culpam posset ascribere, ad conuicia & maledicta se conuertit, & maculas ei infigit, omni apud nos laude dignissimas, in quibusdam quidem uera dicendo, in quibusdam autem more suo falsifingendo. Et nunc quidem eum tanquam philosophum miratur, nunc uerotanquam Christianum notat. Audi denique quibus de eo uerbis prosequitur. Adhærent, inquit, de Christianis loquens, ineprijs Iudaicarum scriptura-

Ambrosius Valentiniana factio-nis respici-scit ab Ori-gene moni-tus. Cõcurritur ad Origenem.

Origenes docebat Mathe-maticas disciplinas.

Attende.

An. D. 242. Porphyrius calumniator Christi-anorum.



ram, in quibus cum absolutio uel explanatio nulla sit, ad quasdam se narratio-
 nes incogruas inconuenientesq; couertunt, quae non tam explanationes sint
 in his quae obscura sunt, quam laudē plausumq; differentibus conferant. Nam
 ea quae Moyses agresti & simplici sermone cōscripsit, diuinitus sancita, & figu-
 ris atq; anigmatibus obiecta cōfirmant: atque ingentibus repleta mysterijs, in
 flati mente ac tumidi, obturbata in semetipsis rationis humanae iudicio sacra-
 menta parant, in quibus imperitus & agrestis scriptor explicare se non ualet.
 Et post aliquanta iterum dicit: Huius autem absurdae expositionis inuictū pro-
 cessit a uiro, quem etiam ego adhuc cum essem ualde paruulus, uidi arcē to-
 tius eruditionis tenentem, sicut etiam ex his quae posteritatis memoria tradi-
 dit uoluminibus, comprobatur. Origenes hic est, cuius ingens gloria inter eo-
 rum magistrōs habetur. Hic namq; auditor Ammonij fuit, qui summam lau-
 dem inter philosophos praecessores nostros tenuit. Sed Origenes quantum qui-
 dem ad eruditionē pertinet literarū, totum penē in semetipsum transfudit ma-
 gistrum. Quantum uerō ad uitae rectae lineam & sanum propositū spectat, do-
 ctori contrariū iter abiit. Ammonius quippe quum Christianus fuisset a par-
 uulo, & ex Christianis parentibus genitus, postquam ad aetatem uita se cōtulit
 tum est, & philosophiae ianuam contigit, continuō ad legitimū uita se cōtulit
 cursum. Origenes ē contrariō quum esset paganus, & gentilibus, id est Graeco-
 rum studijs eruditus, ad ritum religionis barbarū declinauit: quod se cōferens,
 omne illud praclarum ingenium philosophicis literis expolitum uitiauit atq;
 corruptit, dum uitam quidem tanquam Christianus & impius agit, doctrinae
 uerō & eruditionis Graecorum praefulgidum lumen ineptis & fabulosis nar-
 rationibus occupauit. Asequutus quippe fuerat omnia Platonis secreta. Insi-
 tutus fuerat in libris Numenij, & Chronij, & Apollonij, & Longinij, sed
 & Moderati atq; Nicomachi. In Pythagoricis uerō summorum uirorum non
 eum latere commentarij. Attigit etiam Cheremonis Stoici, & Cornuti uolu-
 mina. Ex quibus omnia secreta quaecumq; & mystica apud Graecos philosophorū
 assumens, ritui barbaro & superstitionib; iudaicis coaptauit, ac philosophorū
 gloriam ad dogmata externa & peregrina conuertit. Hae Porphyrius in ter-
 tio aduersum Christianos libro scribit, in uno uera, in altero falsa commemoratio
 aduersum Christianos libro scribit, in uno uera, in altero falsa commemoratio
 habet ueritas, retulit. Quod uerō de superstitione gentili ad Christianorū cul-
 tū cōmemorat eum esse translātū, & Ammonij a Christianis ad errores paga-
 norum delapsus, manifestissimē refellitur. Origeni quippe fides paulo ante re-
 Christi ab auis atque atauis seruabatur. Nam de patre martyre paulo ante re-
 tulimus. Ammonius uerō fidem Christi quod etiam inter studia integram il-
 libatamq; seruauerit, quoadusque ultimum uita spiritum exhalaret, testes
 sunt libri eius, qui etiam nunc habentur luculentissimē de nostra religione
 conscripti, & praecipuē uolumen illud quod de Moyse atque Iesu consonan-
 tia scripsit. Sed & multa alia praecelara eius opuscula, quae ab studiosis quibus-
 que per magnifica habentur. Hae autem diximus etiam inimicorum testimo-
 nijs probare cupientes, quā mira & apud ipsos habita sit Origenis eruditio
 uel doctrina. Ipse uerō de se respondens quibusdā qui ei pro huiuscemodi stu-
 dijs obrectabant, ita scribit: Cum uerō ad uerbi Dei me studia conuertissent,
 & fama de nobis celebris haberetur, atque ob id nonnulli philosophorum,
 uel ad percontandum, uel ad oblitendum adire nos & congrēdi conueni-
 rent, haereticorum quoq; quā plurimi ad impugnandos nos excitarentur: ul-
 tum mihi est, uel philosophorum uel haereticorum dogmata diligentius per-
 scrutari, ne ad conuincendos eos, si ignorarem quae apud ipsos sunt, impar-
 tior inuenirer. Hoc autem fecimus, exemplum sequentes prioris nostri apo-
 stolici uiri Pantani, qui in Graecorum studijs, & philosophiae eruditionibus
 quā maximē effloruit: sed & Heraclae, qui nunc apud Alexandriam praef-

Origenes auditor Ammonij philosophi. Ammonius

Origenes maior.

Origenes cur philosophiae & gentilibus literis operā dederit.

Pantanus. Heraclae.

drum presbyterij adornat, quem ego apud magistrum philosophorū reperi,
 illis studijs aliquot iam annis operam dantem, priusquam ego omnino uel in-
 ciperem. In tantum autem nihil ex supra dicto uiro obrectationis exortū est,
 ut etiam cōmunem habitum quem prius gesserat deponens, philosophica as-
 sumeret et indumenta, quibus usq; ad praesens uti non destitit. Libros quoq; phi-
 losophorum legere, & in his exerceri pro uiribus nunquā cessat. Hae ipse pro
 se queruis quibusdam respondens scribit. Per idem uerō tempus cum apud
 Alexandriam in uerbi Dei studijs exerceret, adest uir quidam militaris, epi-
 scopus ei, & Demetrio episcopo, sed & praefecto tunc Aegypti, a duce Arabiae
 deferens, cum omni uelocitate & instantia Origenem illo usq; orante emitti,
 ut sibi de fide Christi, quam per eum clarissimē praediciari frequens nunciabat
 fama, diceret. A quibus exhortatus, abiit, edocuit, crediderunt, rediit. Post
 aliquantum uerō tempus apud Alexandriam bello ciuili exorto, alius alid, ip-
 se ad Palaestinae partes secessit, & apud Caesaream morabatur: ubi & disputan-
 di in ecclesia, atq; explanandi diuinas scripturas ei ab episcopis iniungebat of-
 ficium, & quidem nec dum presbyteri sibi ordinatione collata, sicut relati in
 uicimus in epistola Alexandri rescribentis Demetrio, post multum tempus
 haec ipsa culpa. Scribit autem hoc modo: Quod aut addidisti in literis tuis,
 quia nunquam audieram, aut aliquando factū sit, ut praesentibus episcopis lai-
 cidis putent: nisi quā ob causam tam apertum mendaciū asserere uolue-
 ris, cum consuetudo haec sit, ut sicubi inueniantur qui possint fratres instrue-
 re in ecclesia, & cōsolari populum, ad tractandum semper a sanctis episcopis
 inuitentur, sicut Euelpius a fratre nostro Neone apud Larandos, & Paulinus
 a Cello apud Iconium, & apud Synnadam Theodorus ab Attico. Non autē
 dubium est, quod & alij plurimi in alijs locis, si qui sint, qui possint opus Dei
 in uerbo & doctrina cōpetenter explere, ad hoc ipsum a sanctis episcopis inui-
 tentur. Sed haec postmodum gesta sunt. Tunc uerō rursus Demetrius literas
 misit ad eum per electos uiros diaconos ecclesiae Alexandriae redire, & con-
 sucto operi insistere omni cum affectione deposcens.

De episcopis qui temporarij Origenis fuerunt. Cap. xv.

Flerebant autē per idem tempus plurimi disertissimi in ecclesijs uiri, quo-
 rum epistolas quas ad se inuicem dabant, reperimus in Hierosolymorum
 bibliotheca, ad nos usq; seruatatas, quā construxerat uir eruditissimus (de
 quo superius memorauimus) Alexander loci ipsius episcopus. Vnde & nos
 ut fateamur quod uerum est) totius huius operis nostri, & historiae conscri-
 bendae materiam sumpsimus. Erat autem inter ceteros & Beryllus scriptorū
 praecipuus, qui & ipse diuersa opuscula dereliquit. Episcopus hic fuit apud
 Bostram Arabiae urbem maximam. Erat nihilominus & Hippolytus, qui & i-
 psē aliquanta scripta dereliquit episcopus. Venit ad nos etiam Gaij cuiusdam
 disertissimi uiri disputatio aduersum Proculum Cataphrygam, habita in urbe
 Roma praesente episcopo Zephyryno. Qui cū argueret Cataphrygam, quod
 nouas sibi quasdam scripturas praesumeret, ipse inter cetera Pauli apostoli tre-
 decim esse epistolas asserit, eam quae ad Hebraeos scripta est non commemo-
 rans, quae etiam nunc apud Latinos putatur non esse Pauli apostoli. Verum
 Antonino septem annis & sex mensibus imperio cōsummato, Macrinus suc-
 cedit: qui cum post annum fuisset defunctus, alius Antoninus regni Romani
 suscepit principatum. Cuius primo imperij anno episcopatus urbis Romae,
 hunc Callistus sacerdotium suscepit: quo quinque annis administrato, post
 suum finem, sedem dereliquit Urbano. Post Antoninum uerō, Romanum
 imperium quod ipse solis quatuor annis tenuerat, Alexander suscepit. Tunc
 etiam Aesclepiade apud Antiochiam defuncto, Philetus in episcopatum suc-
 cedit. Alexandri uero Imperatoris mater, Mammae nomine, de raris religio-
 sa foemi.

Origenes proficiscitur in Arabiam. An. D. 233.

Epistola Alexandriae Hierosolyma ad Demetrium Alexandrinum.

An laicis disputandi praesentibus episcopis. Origenes Alexandriae reuocatur.

Bibliotheca Hierosolymis ab Alexandriae constructa.

Hippolytus Gaius aduersus Proculum.

Epistola ad Hebraeos. Antoninus Caesar. An. D. 219. An. D. 220. Callistus Urbanus. An. D. 220. An. D. 225. An. D. 224.



sa femina cum Origene fama magna ubiq; & celeberrima haberetur, ita ut ne principum quidem lateret aures, cōperta opinione uiri, summo nisu gestire cōp̄pit, quatenus sibi eius praesentia fieret, ut in literis, in fide, in prudentia omnib; doctrina, quam cunctis in admiratione esse cernebat, per semetipsam sumeret documenta. Igitur Antiochiam, ubi per idem tempus degebat, missis militaribus uiris cum omni honore & supplicatione ad se tanquam uerē diuini uerbi interpretem famulumq; Dei orat uenire. Quod cum actis, quae ad uerbum Dei & gloriam Domini spectant, stabilesq; ac firmos in fide quos instruxerat derelinquens, praesentia quam fama longē clarior factus ad proprias scholas Alexandriam rediit.

Mammaeae Alexandri Imperatoris mater Origenem ad se uocat.

De Hippolyti libris. Caput XVII.

Libri Hippolyti episcopi.

In illis diebus Hippolytus (de quo paulo ante memorauimus) inter caetera scripta sua libellum de Pascha scriptum edidit. In quo cū descriptionem quandam temporum faceret de sedecim annorum in circulo, qui in pasche ratione obseruari solet, nescio quam supputationē secutus, uniuersa tempora intra primū Alexandri Imperatoris annū concludit. Sed & alij libelli eius uenerunt ad nos, id est, in Hexaëmeron & in ea quae post Hexaëmerō scripta sunt, & contra Marcionē, & in Cantica canticorū, & in partē quandā Ezechielis prophetae, & contra omnes haereses. Sed & alia apud alios opuscula eius in ueniri certum est. Ex illo tempore etiam Origenes conscribendi cōmentarios in scripturas sanctas initiū sumit, compellente se Ambrosio, & multa uipre- cum obsecrationumq; cogente. Quiq; Ambrosius tantum studij adhibuit, ut omnia quae in hoc opus essent necessaria, assatim atq; affluenter praeretur. Non omnia quae in hoc opus essent necessaria, assatim atq; affluenter praeretur. Non omnia quae in hoc opus essent necessaria, assatim atq; affluenter praeretur. Non omnia quae in hoc opus essent necessaria, assatim atq; affluenter praeretur.

Origenes incipit scribere suppetante uictorio Ambrosio.

epitaphium.

Quomodo Origenes presbyter ordinatus sit. Caput XVIII.

An. D. 233. Pontianus Romae. An. D. 234. Zebenus Antiochia. Origenes apud Caesaream presbyter ordinatus.

Interea Urbanus episcopus in urbe Roma octo annis administrato sacerdotio, Pontiano sedem reliquit. Post Philetum autem apud Antiochiam Zebenus ecclesiam suscepit. Quo in tempore Origenes rogatus est ab ecclesijs quae sunt apud Achaia, ut illo usque pro conuincendis haereticis, qui inibi liberius conualuerant, perueniret. Quod cum pergeret, & iter necessarium ageret per Palaestina, presbyter apud Caesaream ab illius provinciae episcopis ordinatur. Pro hoc autem quae aduersus eum inhumanius liuor accenderit, & rursus pro defensione eius quae gesserint hi qui ecclesijs praesidebant, quantaq; alia pro eo quod in praedicatione uerbi Dei satis clarē effloruerat mota sint, propriam quidem singula, quaeque historiam requirunt. Tamen & nos in secundo libro τὸν ἀπολόγιον ex parte quadam perstrinximus, unde de facilius agnoscere potest qui scire desiderat. Interea iugi & continuato labore in explanatione diuinorum uoluminum perliscebat, siue Alexandriae siue apud Caesaream positus, sicut ex ipsis eius in cōmentarijs indicatur. Exponens sane Psalmum primum designat etiam ipse qui sit canō ueteris Testamenti, hoc modo scribens: Non est ignorandum, inquit, uiginti & duos esse libros in Canone ueteris Testamenti, sicut Hebraei tradunt, secundum numerum scilicet elementorum quae apud ipsos habentur. Et paulo post addit: Hi sunt autem uiginti & duo libri. Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Naue, Iudicum, Regnorū primus & secundus, unus liber est apud illos, quem

Canon ueteris Testamenti.

illos, quem nominat Samuel. Item tertius & quartus unus est apud ipsos, quae appellant Regnum David: & Paralipomenon primus & secundus in uno habentur, quem dicunt Sermones dierum. Esdras primus & secundus in uno est. Item liber Psalmorum, Salomonis Prouerbia, & alius, Ecclesiastes, & tertius eiusdem Cantica canticorum. Sed & duodecim prophetarum liber unus est, Esaias propheta, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Iob, Hester. In his concludunt canonem uoluminum diuinorum. Machabeorum uero libros extrinsecus habent. De noui autem Testamenti canone, in libro primo Commentariorum secundum Matthaeum hoc modo scribit: Ex traditione, inquit, didici de quatuor Euangelijs, quia haec sola absq; ulla contradictione suscipi debent in omnibus, quae sub caelo sunt, ecclesijs Dei. Ita etenim tradiderunt patres, quia primo omnium scriptum sit Euangelium a Mattheo, qui aliquando fuerat publicanus, Hebraicis literis, & traditū his qui ex circūcisione crediderant. Secundum uero scriptum esse a Marco, iuxta ea quae sibi tradiderat Petrus, de quo & in epistola sua cōmemorat, dicens: Salutem uos filius meus Marcus. Tertium esse secundum Lucam, quod Paulus apostolus collaudat, tanquam his qui ex gentibus crediderant scriptum. Super omnia uero Euangelium esse Ioannis. De apostolicis quoq; literis ita dicit: Is uero qui idoneus factus est minister noui Testamenti, non litera, sed spiritus, Paulum dico, qui repleuit Euangelium ab Hierusalem in circuitu usq; ad Illyricum, nec ad omnes ecclesias quas domuerat scripsit, sed quatuordecim solas epistolas, & in ipsis plures breuissimas scribit. Quamuis & nonnulli de ea quae ad Hebraeos scripta est dubitauerunt, pro eo quod non uideatur in ea seruari eius illa sententia, quam de se ipse pronunciat, dicens, se imperitum esse sermone. Sed ego dico, sicut mihi à maioribus nostris ita eam ut Pauli epistola susceperūt. Si uero requiras à me, per quem sit eius sermo compositus, pro certo quidem Deus uiderit. Opinio tamen quae ad nos usq; peruenit, huiusmodi est. A quibusdam dicebatur, quod Clemens apostolorū discipulus, & episcopus urbis Romae, Graeco eam sermone, non tamen sensibus expoliuerit: alij quod Lucas, qui Euangelium scripsit, & Actus apostolorum. Petrus uero, super quem Christi fundatur ecclesia duas tantummodo epistolas scribit, e quibus à nonnullis & de secunda dubitatur. Ioannes quoq; qui supra pectus Domini recubuit, post Euangelium scripsit & Apocalypsim, in qua tamen reticere iussus est, quid septem tonitruorum uoces locuta sint. Scripsit autem & tres epistolas, e quibus duae per breues, de quibus & apud quosdam dubia sententia est. De his quidem talia.

Canon noui Testamenti.

Quomodo Heraclius apud Alexandriam suscepit sacerdotium. Caput XIX.

Interea decimus erat annus supra dicti principis Romanorum, in quo Origenes ex Alexandria profugus, Caesaream uenerat, Heraclae uni ex discipulis probatissimo (de quo superius dixi) κατηγόρου auditorium derelinquens. Non multo autem post & Demetrius episcopus defunctus est, quadraginta & tribus annis episcopatu illius ecclesiae ministrato, cui succedit supra dictus Heraclius. Per idem tempus erat in episcopis magnificus Firmilianus Cappadocum gentis urbis Caesareae. Hic tantum uenerationis erga Origenem scientiae & doctrinae gratia habebat, ut indefinenter constringeret eum secum morari. Sed & ipse derelicta ecclesia ad ipsum properabat, & utebatur religio quadam uicissitudine, dum ipsum modò ad instructionem suae ecclesiae illo euocaret, nunc ipse sui profectus gratia ad ipsum pergeret, & domum ecclesiae praesesse supra edocuimus, & Theoctistus, qui apud Caesaream gubernabat ecclesiam, omne penè uitae suae tempus ad audiendum eum magistrabat, atque ipsi soli in diuinis scriptis & ecclesiastica doctrina summam magisterij concedebant.

An. D. 235.

An. D. 236.

Alexander Theoctistus.



An. D. 237. Maximinus Cesar.

Alexandro uero Imperatori post tredecim annos principatus sui defuncto, Maximinus Cesar succedit. Qui dum odio fertur aduersum decessoris sui Alexandri domum, persecutiones commouit ecclesijs: ita tamen, ut eos tantummodo qui populis praeerant & doctrinae punire iuberet, uelut qui causam ceteris huiusmodi persuasionis praeberent. Tunc Origenes librum de martyrio ad Ambrosium scribit, qui cum ad plurimos peruisset, tanquam neruis quibusdam ualidissimis stabiliri, sponte se ad confessionem Christi nominis a Maximino persecutione commota, in quibus finem & persecutionis fecit, & uitae. Post quem Gordianus imperium suscepit. Pontiano uero sex annis episcopatu urbis Romae functo, succedit Antherus, qui cum mensum unum, non amplius ministrasset, Fabiano sacerdotium dereliquit.

An. do. 240. Gordianus Cesar.

An. do. 239. Antherus Pontifex Rom.

Fabianus in Ro. P. eli. gatur indicio colubae.

An. do. 239. Fabiani.

An. do. 240.

Radunt autem Fabianum, Anthero defuncto, cum de agro reuertente, tur una cum amicis suis, & uniuersus ecclesiam pro episcopo concludendo in unum coisset, atque alius de alio (ut fieri solet in talibus) concluderet, nec tamen uulgi sententia certi aliquid obtineret, adstitisse etiam ipsum inter ceteros, scire cupientem, qui rei exitus foret. Er subito per Dei providentiam columbam coelitus lapiam, figuram ferentem illius, quae in sancti scripturis imagine super Iesum descenderat apud Iordanem, supra caput adstitisse Fabiani. Ad quod spectaculum ora cunctorum, oculosque conuersos, & omnines uelut uno spiritu commotos, hunc esse episcopatu dignum, per Dei iudicium decreuisse: eumque continuo cathedrae impositum, & legitime sacerdotium confirmatum. Quod alij super huius, alij super Zephyrini nomine gestum tradunt. Tunc etiam apud Antiochiam episcopo Zebanno defuncto, Babylas ecclesiae suscepit principatum.

An. do. 237.

Apud Alexandriam uero cum Heraclas Demetrio successisset, auditurum rariuere, quod ab Origene susceptum tenuerat, Dionysio tradidit, eo quod & ipse unus ex discipulis esset Origenis. Ipse autem cum apud Caesarem moraretur, innumeri ad eum non solum regionis ipsius uiri, sed & e provincijs procul politis concurrerant, & derelicta patria ac parentibus sequebantur eum uitam Dei docentem. In quibus fuit & uir famosissimus Theodorus, ipse qui non longe a nostra memoria nobilissimus in episcopis apud Pontum Gregorius nominatur, fide & uirtutibus atque scientia per omnia apostolicus: sed & eius frater Athenodorus, quos Origenes adolecentulos de auditorio Rhetoris retractos, studia communium literarum in diuinam suavitatem philosophiam commutare. Quibus apud eum per quinquentium annos uerbo Dei operam dantes, in tantum profectum diuiniae eruditionis atque scientiae peruenerunt, tantumque uita merito & morum cultu eruditionis sacerdotium uterque raperetur.

An. D. 239. Aphricani epistola ad Origenem. Origenis ad hunc responsio. Aphricani Chronica.

Per idem tempus erat etiam Aphricanus, uir in scripturis ecclesiasticis nobilis. Huius epistola fertur ad Origenem scripta, obijcientis ei uel proponentis, quod historia Susanna, quae in Daniele scripta est, ficta uideatur, & aliena a scriptura prophetica. Cui Origenes magnificentissime respondit, asserit nequaquam Iudaeorum commentis & fraudibus aut scilicet solum pro uero habendum in scripturis diuinis, quod septuaginta interpretes transulissent: nam id esse solum quod autoritate apostolica confirmatum sit. Venerunt ad nos etiam alia supra dicti scripturis Aphricani opuscula, & maxime Chronica ualde diligenter studioseque compolita, in quibus commemorat se

morat se Alexandriam properare, Heraclae opinione celeberrima protocatum, quem & in diuinis, & in Philosophicis studijs, atque omni Graecorum doctrina instructissimum, fama loqueretur, quemque inibi episcopatus officium suscepisse, superius memorauimus. Idem quoque Aphricanus scribit ad Aristidem quendam de ea quae uidetur Euangeliorum dissonantia, et quae Matthaei & Lucae in generatione Christi feratur diuersa conscriptio: ubi ostendit euidentissimam utriusque consonantiam, sicut iam in primo libro huius operis edocuius. Per idem tempus Origenes triginta commentariorum libris in partem quandam Esaeae prophetae editis, in Ezechielem uiginti & quinque Athenas proficiscens consummare se memorat, ubi & quinque libros primos in Cantica Canticum scribit. Alios autem quinque regressus Caesarem commemorabilia sunt, cum id in eo opere fecerimus, ubi beati Pamphili uitam descripsimus, referentes quanta ab eo antiquorum scriptorum uolumina, & praecipue Origenis, bibliothecae Caesariensi (quam ille praecipuo & nobili studio composuit) consecrata sint. Si quis ergo nosse uult, quanta Origenis uolumina in manus nostras uenerint, inde sumat indicium. Nunc autem ad historiae nobis ordinem properandum est.

Aphricanus ad Aristidem de Euangeliorum dissonantia.

Origenis commentarij in sacras literas.

Li. Eusebij de uita Pamphili. Bibliotheca Caesariensis.

Beryllus, de quo paulo ante memorauimus, Bostrenae urbis Aegipti episcopus, ecclesiasticam docendi regulam uiolare conatus, peregrina quaedam & aliena a ueritate docere coepit, asserens Dominum & Saluatorem non esse substantiam: sed hoc solum, quod paterna in eo deitas habitaret. Pro quo quam plurimi episcopi congregati, disceptationes cum eo non minimas habuerunt. Sed inter ceteros Origenes magnopere exhortatus est uenire in consuetum uiri. Isque primo sensim cum eo disputans, quid sentiret, diligentius per scrutatur. Quo comperto, continuo quid absurdi inesse huiusmodi sensibus, & quid impietatis tanta asserentem consequeretur, ostendens, abijcere ac respicere male conceptum suauitatem, & redire ad fidem ueram sanamque doctrinam. Quod & penes in causis talibus inauditum est, ita errorem ab ecclesia depulsi, ut emendaret, non perderet erroris autorem. Denique fertur etiam nunc de scripta ipsa disputatio Origenis & Berylli, quae per semetipsam praecleari operis eius indicio est. Sed & multa alia eius similia ad nos gesta dicta, & satis clare & magnifice per uenerunt, quae nos uel literis ipsius, uel maiorum relatione comperita, nunc interim pro historiae breuitate praeterimus. Quae tamen agnosce mecum. Quam ad cohibendos querulos, inuicem nos iuuantes communi studio ac labore conscripsimus.

An. do. 239. Berylli impium dogma.

Disputatio Origenis et Berylli. Apologia Pam. & Eusebij pro Origene.

At Gordiano, cum per sex annos Romanum gubernasset imperium, Philippus una cum Philippo filio succedit. De hoc traditum nobis est, quod Christianus fuerit, & in die Paschae, id est in ipsis uigilijs, cum interesse uoluisset, & communicare mysterijs, ab episcopo loci non prius esse permissum, nisi confiteretur peccata sua, & inter poenitentes staret, nec ullo modo copiam fieri mysteriorum futuram, nisi prius per poenitentiam culpas, quae de eo ferebantur plurimae, diluisset. Ferunt igitur libenter eum quod a sacerdote imperatum fuerat suscepisse, diuinum sibi inesse metum, & fidem religionis plenissimam rebus atque operibus comprobando.

An. do. 240.

Huius tertio imperij anno Heraclas apud Alexandriam sexto anno episcopatus sui diem obiit, locumque sacerdotij Dionysius suscepit. Quo tempore sexagesimum aegens Origenes aetatis annum, posteaquam et usu et periculis et

An. do. 249. Dionysius Alexandrinus episcopus.



Origenis
comentarij
et scripta.

laboribus, plurimum fiducia in uerbo Dei acceperat, permisisse fertur ea, que ex tempore in ecclesijs dissebatur, a notarijs excipi: nec ante unquam dedisse hanc copiam, nisi eum id sibi & uitae grauitas, & aetatis maturitas, & multae experientiae concessit autoritas. Tunc aduersum Celsum quendam Epicurum philosophum qui contra nos libros conscripserat, octo uoluminibus respondit. Tunc & in Euangelium secundum Matthaeum uiginti quinque Commentariorum libros edidit, & in duodecim prophetas quam plurima commentatus est. Ex quibus ad nos usque uiginti tantum & quinque uolumina peruenerunt. Sunt eius ad Imperatorem Philippum epistolae, & ad uxorem eius Seueram absque uilo adulationis furco scriptae. Scribit & ad Fabianum urbis Romae episcopum, et ad alios quam plurimos ecclesiarum principes de catholica fide sua. De quo euentius in sexto Apologiae nostrae pro ipso uolumine comprehendimus. Sunt & aliae eius epistolae ad diuersos scriptae, quarum nos interim centum numero inuenire potuimus, atque in libros digestas memoriae tradere.

De Arabum discessione. Cap. XXVII.

An. do. 247
Error si-
per morte
animatorum,
cum corpo-
ribus, in
que neole-
visi quida
cecidit.

Et in tempestate in Arabia partibus extiterunt quidam assertores dogmatum per uerborum, dicentes animas hominum per mortem cum corporibus interire pariter & corrumpi, rursum uero in tempore resurrectionis cum corporibus suscitari. Ad quem morbum ab ecclesia depellendum, cum ingenio episcoporum concilio conuenisset, iterum Origenes rogatur ab omnibus interesse, & facere sermonem. Cumque coram omni sacerdotum concilio disputaret, tam magnifica fuit eius oratio, ut omnes eos quos noui dogmatis error inuoluerat, ad fidem rectam, & sensum catholicum reuocaret.

De haeresi Elchēsitarum. Cap. XXVIII.

An. do. 247
Origenes
haeresim
Elchēsita-
rum re-
stinguit.

Exstitit etiam alia haeresis per illud tempus, quae dicitur Elchēsitarum. Quae ille statim ut uisa est apparuisse, restinxit. Facit autem eius mentionem, quum de octogesimo & secundo Psalmo in ecclesia disputaret, hoc modo dicens: Venit quidam in his diebus, qui sibi magnum aliquid & supra ceteros sapere uideretur, asserere uolens quaedam impia & absurda, defendens haeresim quendam Helchēsitarum, quae nuper exorta est. Et tamen quae sint quae ipsa haeresis asserat, indicabo uobis, ne cui forte uestrum surrepat ignaro. Isti ergo quaedam de scripturis sanctis refutant, & rursum utuntur testimonijs de nouo & ueteri testamento quibus uolant. Apostolum tamen Paulum ex integro respuunt, & asserunt, quod in persecutionibus si quis negauerit, nihil criminis habeat, pro eo quod is qui fixus est in corde suo, etiam si ore negauerit pro necessitate, corde tamen in fide permanet. Haec asserunt, & librum quendam circumferunt, quem dicunt de caelo lapsum: cuius uerba si quis audierit, remissionem accipiat peccatorum, aliam praeter illam quam Christus dedit.

De Decio. Cap. XXIX.

An. do. 251
Decius Ce-
sar.

Interea Philippo septem annis principatu administrato, Decius succedit. Qui pro eo quod infestus esset Philippo, persecutionem ecclesijs suscitauit. In qua Fabianus in urbe Roma martyrio coronatus, sedem sui episcopatus pro conuincio dereliquit. In Hierosolymis uero Alexander episcopus rursus pro confessione Christi iudicij sistitur, & uinculis carceris traditur. Qui cum longae uigilantis & cruciatibus glorificauerat Dominum, dum de uinculis ad tribunal, & a tribunalibus reuocaretur ad uincula, inter ipsa uicissim sibi succedentia tormenta defecit. Huic in sacerdotio Mazabbanes succedit. Apud Antiochie uero similem per omnia Babylas Alexandro, post confessionem, gloriose uitae finem sortitur in uinculis. Post quem Fabianus episcopatus officium suscepit. Sed in hac persecutione quanta aduersus Origenem gesta sint, quibusque contra eum pessimus daemon artibus, cum uniuerso exercitu suo, & quanta contentione pugnarit, utque super omnes ceteros qui per illud tempus pro Christi nomine tenebantur.

An. do. 252

tenebantur, nouas cruces, noua poenarum genera, ac seculis omnibus inaudita tormenta pertulerit, utque pro eo quod in doctrina fidei & ueritatis opinatissimus uidebatur, omnia aduersus eum demoniaci furoris arma commota sint, et ignibus intentatis, ita ut mille mortibus uexatus sit, nec tamen una ei quam exoptabat accideret: qui exitus eum suscepit, persecutore summo studio id gerente, ut nec interitus praestaretur, nec poena cessaret: & quales postmodum de his ipsis epistolae scripserit, quam omni miseratione & lachrymis plenas, ex ipsis manifestius quae scripta sunt, integram qui agnoscere cupit, horum notitiam sumet.

De passionibus Dionysij. Cap. XXX.

An. do. 252
Dionysius
Alexandri-
nus.

Dionysius uero Alexandrinus episcopus per illud tempus, sicut ex ipsis epistolae uerissime comperimus, in multis saepe confessionibus satis clarus efficitur, & pro passionum tormentorumque diuersitate magnificus. De quo refertur, insectantibus se quibusdam, respondisse: Quid insectando laboratur? Caput meum, pro quo magnopere fatigamini, auulsam ceruicibus sume, & donum magnum ad tyrannum referte.

De martyribus qui apud Alexandriam passi sunt. Cap. XXXI.

An. do. 252
Epistola Di-
onysij Ale-
xandrini
ad Flauia-
num Antio-
chenum.
Metranus.
An. do. 251.

Sed & idem ipse ad Fabianum Antiochenum episcopum scribens, de his qui sub Decio apud Alexandriam agones martyrij desudauerunt, hoc modo refert: Non ex precepto (inquit) Imperatoris apud nos persecutio sumpta exordium, sed anno integro principalia praue nit edicta minister demontans uulgus. A quo multitudo succensa, nihil aliud quam piorum sanguinem sibi petentes, iuberet impia uerba proferre. Quod ille facere cum recusaret, omne corpus eius membratim fustibus colliserunt, uultumque et oculos acutis calamis terrebant, extra urbem cum cruciatibus eiecerunt: ubi quod in eo supererat spiritus, lapidibus eiecerunt. Post haec mulierem quandam nobilem Cointham nomine, ad idola perducentes adorare cogebant: recusantem, imo potius exentem, uincula pedibus innectentes, & per plateas totius ciuitatis traherunt per domos seruorum Dei, diripientes et euercentes, atque hostili crudelitate cuncta sedantes, ita ut preciosioribus quibusque direptis, si qua alia uisiora repererant, in unum congregata igni in plateis cremarent. Nostri tamen direptionem hanc honorum suorum (sicut Apostolus de illis dixit antiquis) cum gaudio susceperunt. Sed & admirandam uirginem longae uirginis Apolloniam nomine quum corripuissent, dentes primo ei omnes effoderunt, congeos, nisi cum ipsis pariter rogum, comminantes uiuam se eam incensurum succensum, paululum quid in semetipsa molitur, repente uero se e manibus proripuit impiorum, atque in ignem quem minabatur, sponte profiliit, ita ut perirentur etiam ipsi crudelitatis autores, quod promptior inuenta est ad mortem foemina, quam persecutor ad poenam. Serapione quoque domi suae repletum, crudelissimis affecere supplicijs, ita ut omnes ei iuncturas membrorum uiuam, nullius plateae transitus indulgebant, neque die, neque noctu procedendi uis qua libera erat facultas. Ut enim quis nostrorum apparuisset in publico, statim clamor uulgi et seditio nascebat, ut uel pedibus traheretur qui uisus esset, uel igni succenderet. Verum cum haec mala per dies singulos auergerentur, subito in ter ipsos persecutores rabies quaedam belli ciuilibus exarsit, & dum inter se seditio longum uenia fuit. Continuo namque crudelissima principum mittuntur edicta, quibus tanta aduersum nos ferebatur immanitas, ut secundum quod predictum est a Domi-

Apollonia
uirgo mar-
tyr. 251.

Serapion.

Nō erat tu-
tu Christianis
exire in
publico te-
pore perse-
cutionis.



Negatores.

Math. 19.
Mar. 10.

Julianus
Podagricus
martyr.
Eunus.

Militaris
uir.

Epimachus
Alexander.

Mercuria.
Dionysia.
Ammona
ria alia.
Heron, Ar
sinus, Ista
rus, Diofco
rus puer.
An. do. 251.

est a Domino, si fieri potest, scandalizarent etiam electi. Ex quo perterritis pe
ne omnibus, quidam ex ipsis nobilibus se sponte impijs actibus ingesserunt. Ali
ij conuenti tantummodo, nonnulli a domesticis proditi, ad sacrificia execranda,
& ad immundas hostias properabant. Aliqui ex his pallentes & trementes, ut
magis immolari ipsi, quam immolare idolis uiderentur, ita ut etiam ab inspe
ctante uulgo iriderentur, eo quod ad moriendum, et ad sacrificandum iuxta
meticulosi uiderentur. Alij sane tam imprudenter ad aras prostrabant, ut & af
firmare niterentur, se nunquam Christianos fuisse. Hi erant de quibus predi
xerat Dominus: Quoniam pecunias habentes, difficile saluabuntur. Ceteri ue
ro aut istos sequebantur in preceps, aut certe uertebantur in fugam. Ex quibus
nonnulli comprehensi, et in carcerem missi, alij ad primam statim iudicis faciem
negauerunt fidem, aliquati paululum supplicij toleratis ad ultimam deciderunt.
Hi uero qui beati effecti sunt, tanquam columna fortissimi Domini ipsius spi
ritu confirmati, pro fidei suae merito, uirtute a Domino percepta, admiranda
Deo & angelis martyrii sui spectacula prebuerunt. Quorum primus uenera
bilis Iulianus podagra constrictus, ita ut neq; incidere, neq; stare posset, cum
his qui eum in sellula portabant, offertur. Quorum unus quidem statim negauit,
alius uero nomine Eunus, cum Iuliano sene in Domini Iesu Christi confesso
ne perdurat. Quiq; iubentur camelis impositi, per omnem circumduci ciuita
tem, & flagris hinc inde uerberantibus, populo inspectante laniari, usquequo
finem uitae in ipsis uerberibus ponerent. Sed uir quidam militaris cum assiste
ret, & quosdam uolentes etiam mortuis illudere cadaveribus prohiberet, cla
mor repente aduersum eum totius uulgi extollitur: offertur iudici fortissimus
miles iam Domini, & nusquam se inferior factus in confessione persistens, ca
pite pro pietate damnat. Alius quidam uir nominis sui Macarius, gente Lybicus,
cum multis uerbis a iudice ad negandum suaderetur, & eo maiore constantia fi
dem suam profiteretur, uiuus ad ultimam iubetur exuri. Epimachus quoq; atq;
Alexander, cum multo tempore & in uinculis, et in cruciatibus carceris torti,
etiam frequenter diuersis supplicij confecti, perdurassent in fide, ignibus ad
postremum consumi iubentur. Sed & mulieres cum ipsis quatuor. In quibus
Ammonaria sancta uirgo, aduersum quam iudex summa contentione ureba
tur, et immensis eam atq; exquisitis cruciatibus affligebat, eo maxime, quod
eius sententiam uincere cupiebat, quam laudabili uoce decreuerat nihil se pro
fus eorum quae sibi contra fas imperabant acturam: quaeq; statuti sui tenax, ad
ultimam capite puniatur. Secunda uero fuit uirgo, Mercuria nomine. Dionysia,
nerabilis & foecundissima in filijs, sed quos non praeuulit Christo. Dionysia,
& alia Ammonaria, quae dum nimia utunt constantia apud iudicem, et ille uia
ci erubesceret a foeminis, inauditis tormentorum generibus toleratis, finem om
nium ferro cedente suscipiunt. Heron quoq; et Arsinus, et Hydorus Aegyptij,
cum puerulo annorum quindecim Dioscoro, iudici offerunt. Er primo omnium
puerulum Dioscorum tanquam pro etate facile flecti, ante uerbis, post etiam uer
beribus agit. Quem cum in nullo sibi cedere uideret, ferocius eum cruciare coeten
dit. Tum deinde caeteros uarijs tormentis dilanians, cum pari modo constantia
fidei uideret armatos, tradi ignibus iubet. Dioscorum uero puerum, quod sibi con
stanter & sapienter in omnibus respondisset, admiratus, differri precepit. Spe
rans eum pro pietate poenitentem gesturum. Quod non tam tyranni miseratio
ne, quam Domini prouidentia ita gestum est. Nunc enim nobiscum est Dio
scorus, a Deo nobis concessus ad consolationem & firmamentum populi sui. Ne
mesius quoq; etiam ipse Aegyptius, primo per calumniam quasi latro delatus
est. Quo crimine abluto, post haec quod Christianus esset, deseruit. In hoc uero
nulla a iudice moderatio reseruata, sed geminatis supplicij exercitiis eum latro
nibus iussit incendi, ignorans quod crudelitate sua optimo martyri Saluatoris
similitudinem detulit, qui pro salute humani generis una cum latronibus perterritis
crucem.

crucem. Turma autem quadam in unum conuenerat militum, inter quos Am
mon, & Zenon, & Ptolemaeus, & ingenuus & grandaeus Theophilus. Qui
tribunalibus astantes, cum quidam Christianus a iudice torqueretur, & iam
penae ad negandum declinaret, dirumpebantur intra semetipsos, & uultu, o
culis, ac nutibus, uelut erigere conabantur illum, qui in supplicij positus tre
pidabat. Interdum etiam manus protendere, ac totius reliqui corporis motibus
achabitu diuerse inclinati, tanquam subleuare lapsantis animos gestiebant. Co
uersi uero ad eos omnes, & quid de semetipsis profiterentur, ex eorum moti
bus agnoscetes, prius penae quam in eos uulgi clamoribus insiliret, ipsi in me
dium prorumpunt, ac sese Christianos esse testantur. Tunc uero uersa uice ex
eorum confidentia persecutoribus terror, nostris constantia animi accrescit, dum
hi qui per tormenta uinci putabantur, sponte se cruciatibus offerunt, & ab his
quod illi pro terroribus inferbantur, uelut cum quadam specie uoluptatis expeti
tur. Deo ita triumphante per sanctos suos. Sed nec Scirionis opus memorabi
le, fas est silentio pretereire. Is namq; cum rem cuiusdam potentis sub mercede pro
curaret, iubetur ab eo idolis immolare. Recusans, cogebat iniurijs persistens,
nisi bladicij mulcebatur. Cum uero utrumq; contemneret, praecuta sude
uallidissime transuerberatus per media uiscera, neci tradit. Quid uero memo
rem, quantae multitudines in desertis & in montibus oberrantes, fame, siti, frigo
re, languore, latronibus, bestijsq; consumptae sint, qui omnes imitati electos
Dei prophetas, gloria martyrii coronati sunt. Deniq; et uenerandus senex Cha
remon (episcopus hic erat urbis Aegypti, quae dicitur Nilopolis) cum ad Ara
bicum montem unam cum granda uxor discessisset, nulli ultra apparuit.
Et cum ad perquirendum eum plurimi fratrum frequentissime processissent, p
seruatis omnibus locis, nec ipsos ultra quisquam, neq; corpora eorum potuit
inuenire. Haec autem non frustra commemorauit, frater charissime: sed ut scias,
quanta apud nos a sanctis martyribus ad Dei gloriam gesta sint.

De his quae scribit Dionysius. Cap. XXXII.

Et post pauca addit etiam haec, dicens: Isti igitur diuini martyres, qui cum
Christo in caelestibus sedent, et regni eius participes sunt atq; iudices, qui
cum ipso de lapsis fratribus iudicant, isti (inquam) ipsi susceperunt lapsos, & poe
nitentiam conuersionemq; eorum non respuerunt, scientes quod Deus noster,
cuius ipsi erant martyres, non uult omnino mortem morientis, sed conuersio
nem eius et poenitentiam querit. Si ergo isti receperunt quosdam, & in ecclesia sta
uerunt, in oratione quoq; eis & in cibo comunicauerunt, quid nos facere uul
tis fratres? Quid nobis agendum putatis? Nonne sequi nos eorum sententias &
iudicia conuenit, atq; erga eos quos illi miserati sunt, non existere crudeles &
truces? Non puto quod expediat nobis sententias eorum in irritum reuocare, mi
serationes infringere, beneficia turbare, & recte religioseq; instituta uiolare.

De Nouato. Cap. XXXIII.

Haec Dionysius, de lapsis faciens sermonem. Quo tempore Nouatus Ro
manae ecclesiae presbyter, elatione quadam tumidus, spem penitus eis salu
tis ademerat, etiam si digne poenitissent. Ex quo & princeps haeres eos extitit
Nouatianorum, qui ab ecclesia separati, superbo nomine semetipsos *uadagos*,
id est mundos appellauerunt. Ob quam rem concilium sacerdotale celeberrimum in
Romae congregatum est, episcoporum quidem sexaginta numero, presbyte
rorum quoq; totidem, cum diaconis plurimis. Praeterea etiam per singulas quales
provincias de hac re magna deliberatione habita, decretis significatur quid fa
cto opus esset. Statuitur ergo, Nouatum quidem cum his qui eum mentis elatio
ne tumidum sequerentur, quiq; ad inhumanam istam, & nihil fraternae charitatis
seruantem sententiam declinarent, alienum esse ab ecclesia: eos uero qui lapsi in
certamine fuerant, fraternam miseratione curandos, & fomentis poenitentiae medi
candos. Scribit de hac re & Cornelius urbis Romae episcopus ad ecclesiam An
tiochenam;

Ammon.
Zenon.
Ptolemaeus.
Theophi
lus.
An. do. 251.
Conuersi
ones et agno
scentes: pro
conuersis o
mnibus &
agnoscenti
bus.

Scirion.

Charemon

De lapsis
fratribus.

In oratione
& cibo.

An. do. 256.

Nouatiopi
nio de lap
sis.
Nouatiani.
Cathari.
Concilium
Romae.



Uochena, indicans Fabiano eius episcopo, quid statuerit in urbe Roma concilium congregatum, quid etiam Italiam, Atris, ceterisque occidentalibus uisum sit. Cyprianus uero de his librum magnificentissime scriptum edidit, in quo & lapsos ad poenitentiam cohortandos, & contradicentes alienos esse a Christi uisceribus statuit. Extat autem & alia epistola Cornelij ad Fabianum Antiochie episcopi scripta, edocens singula quae de Nouato, quis, qualis fuerit, uel uita, uel moribus, & quomodo ab ecclesia Dei declinauerit. In qua refert, quod episcopatus cupiditate, quam intra se latenter gerebat, in haec omnia deciderit: ex eo autem maxime elatus sit, quod quosdam de confessoribus uiros optimos inter ipsa initia sibi socios assumpserit. In quibus fuit Maximus quidam presbyter Romane ecclesiae, & Urbanus, qui secundo confessores extiterant: sed & Sido nius, & Celerinus, qui ualde clari in confessoribus habebantur, eo quod omnia tormentorum genera superauerant. Sed isti, inquit, cum diligentius perspexissent agere eum cuncta fraudibus et dolis, mendacijs atque periurijs, et quia bonitatem ad hoc solum simularet, ut deciperet ignorantes, relicto eo, uel potius execrato, ad ecclesiam cum magna satisfactione reuertuntur, & presentibus episcopis ac presbyteris: sed et laicis uiris, primo quidem errorem suum, tum deinde illius fraudes ac fallacias confitentur. Addit praeterea etiam haec in epistola, quod cum semper fratribus iurare solitus sit, episcopatum se omnino non cupere, subito & impro uiso uelut nouum plasma episcopus apparuit: scilicet qui disciplinam & statu ta Ecclesiastica uendicabat, etiam episcopatum quem non a Deo acceperat, pigra mebat. Tribus namque episcopis simplicissimis hominibus & omnium ignanis, de remota Italiae parte adhibitis, imo potius subtili ab eo circumuentione dece ptis, imaginariam magis quam legitimam ab his extorquet manus impositio nem. Ex quibus tamen unus continuo ad ecclesiam redit, confessus peccatum suum, & in communionem laicam populo etiam pro hoc interueniente susceptus est. In locum uero reliquorum duorum qui Nouato manus imposuerant, ordinati sunt alij episcopi, & missi. Is ergo qui Euangelium uendicabat, nescie bat in ecclesia catholica unum episcopum esse debere, ubi uidebat esse presby teros quadraginta & sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolythos qua draginta & duos, exorcistas & lectores cum ostiarijs quinquaginta & duos, ui duas cum indigentibus mille quingentas, quos omnes Deus alit in ecclesia sua. Addit autem etiam hoc, quod idem ipse Nouatus in iuuetute spiritu immundo ue xatus sit: & cum tempus aliquantum consumpsisset apud exorcistas, egressus diuine incurrit grauem, ita ut desperaretur: & quod iacens in lecto, pro necessitate percussus sit, nec reliqua in eo quae baptismum subsequi solent, solenniter adim pleta sint, nec signaculo chrismatis consummatus sit, unde nec spiritu sanctum unquam potuerit promereri. Denique, inquit, cum priuata quadam gratia diligere tur ab episcopo, & uellet eum ordinare presbyterum, clerus uero omnis, & quam plurimi ex laicis prohiberent, dicentes, non licere clericum fieri eum, qui in neces sitate positus in lecto gratiam consequutus sit: episcopi ab omnibus specialem gra tiam poposcisse, ut sibi hoc de isto uno concederetur. Scribit etiam de ipso, quod persecutionis tempore, quum in cellula quadam lateret, & a diaconis, ut moris est subuenire in exitu catechumenis rogaretur, timens procedere, denegante se esse presbyterum: & quod sacramenta diuidens populis, accipientium manus tene ret: nec prius permetteret sumere, quam sibi per ea quae unusquisque tenebat in manibus, iuraret, quod non, se relicto, ad Cornelium remearet. Haec & multa alia huiusmodi Cornelius de uita & moribus ac profanis eius actibus scribit.

Cyprianus.

Confessio publica.

Nouatus suus baptizatus in lecto. Tales olim uocabantur Clinicos.

Tempore Nouati etiam laeis eucharistia dabatur in manus, quod ecclesia post mutauit. Dionysius ad Fabianum, Serapionem non potuit mori nisi percepta eucharistia.

De Serapione. Cap. XXXIII.

Dionysius uero de hoc rescribens ad supra dictum Fabianum, intexit etiam quandam historiam dignam memoria, dicens, Serapionem quandam fuisse apud Alexandriam, unum ex his qui lapsi sunt, eundemque sepe deprecatum, ut susciperetur, nec tamen impetrasse. Oppressum deinde hunc esse egressum diuina

ita ut triduo iam sine uoce prorsus iaceret: paululum uero quarta die respira rem, uocasse ad se filiam suam, & dixisse: Quousque me detinetis? Quae uos, cito aliquis presbyterum roget, ut possim aliquando dimitti. Et cum haec dixisset, rursus sine uoce permansit. Abijt cursu puer ad presbyterum noctis tempo re infirmabatur presbyter, uenire non potuit: tamen quia praecipuum fuerat a me, ut lapsis in exitu nemo reconciliationis solatia denegaret, & maxime his, quos prius id rogasse constaret, parum Eucharistiae puero qui ad se uenire rat dedit, quod infulum iussit seni praebere. Regrediente adhuc puero, antequam regrederetur domum, rursus Serapionem respiciens: Redisti, inquit, fili? Et licet presbyter uenire non potuit, tu tamen imple quod tibi praecipuum est, ut possim discedere. Cumque esset completa solenitas, uelut catenis quibusdam uinculisque disruptis, latiore iam spiritum reddidit. Ex quo, inquit, constat, certissime, huius boni auxilio nullum debere fraudari. Scribit etiam ipsi Nouato Dionysius epistolam, cuius exemplum inferere his dignum putauit.

Parti eucharistiae puero datur ad patrem deferendum.

De his quae ad Nouatum scribit Dionysius. Cap. XXXV.

DIONYSIUS NOVATO FRATRI SALUTEM. Inuitus, ut ais, in hoc uenisti, ostendes in eo si desinas uolens. Oportet ut quidem etiam pati omnia, pro eo ne scinderetur ecclesia Dei. Et erat non inferior gloria, sustinere martyrium ne scindatur ecclesia, quam est illa, ne idolo immoletur: imo secundum meam sententiam, maius hoc uero esse martyrium. Ibi namque unusquisque pro sua tantum anima, in hoc uero pro omni ecclesia martyrium sustinet. Sed nunc siue tu suadere, siue etiam cogere potes fratres redire ad concordiam, maius tibi erit emendationis meritum, quam si fuerat, culpa commissit: quia illud iam non imputabitur, hoc etiam laude dignum ducetur. Si uero illi in incredulitate permanserint, saluans salua animam tuam. Vale. pacem desiderans, quam tibi imprecor. Haec eadem etiam Nouatianis scripsit. Dedit & ad Aegyptios epistolam de lapsorum poenitentia, in qua & regulam eis statuit poenitendi. Sed & multa alia probatissima ferunt scripta Dionysij. Scribit De poenitentia. Et Cohortatorium libellum de martyrio ad Origenem. Ad Laodicenses & ad Armenios de poenitentia. Ad Cornelium quoque orbis Romae episcopum plurima scribit. In quibus etiam loc indicat, inuitatum se a multis episcopis, id est ab Heleno Tarso Ciliciae, & Firmiliano Cappadociae, & Theoteco Palaestinae, ut ad synodum Antiochia pergerat, quod ibi Nouati dogmata quidam serere conarentur. Et addit, quod Fabiano Antiocheno episcopo defuncto, Demetrianus in episcopatu successerit. Sed & de Hierosolymorum episcopo his uerbis scribit: Admirabilis autem uir, inquit, Alexander in carcere positus, beato sine praecesis ad Dominum. Est & alia ipsius Dionysij epistola ad Romanos scripta de ministerijs. Et alia in urbe Roma Nouatum sequentibus. Et rursus ad eosdem, posteaquam ad ecclesiam conuersi sunt, duas epistolas scribit. Sed & ad multos alios uaria ac diuersa scribens, studiosis quibusque instructionum & doctrinae copiosissimam materiam dereliquit.

Libri Dionysij Alexandri.

Demetrianus.

De Decij et Galli male gestis rebus. Cap. I.

Optimum nobis Ecclesiasticae historiae librum scriptorum suorum curat elogijs nobilissimus patrum, & clarus in episcopis Dionysius, qui posteaquam Decius non totis duobus annis principatu Romaniam apicis ministrato, cum filijs pariter interemptus est, & Gallus suscepit imperium. Quo in tempore etiam Origenes septuagesimo aetatis an

Dionysius Alexandri. ad Hermammone. An. Do. 311.



Origenes mo-
riur 70. an-
no.
Gallus Caesar

no non ad integrum expleto defunctus est) scribens Hermammoni euidam,
de Gallo hac refert: At ne Gallus, inquit, malum Decij aut uidere potuit, aut
caueret sed in eundem lapidem offensionis impegit. Cuius cum regnum flo-
reret initio, & cuncta ei ex sententia cederent, sanctos uiros qui pro pace re-
gni eius Deo summo supplicabant, persecutus est, cum quibus & prosperita-
tem suam pariter fugauit & pacem.

De Cypriano, & quod statuerit hereticos rebaptizandos, sed Cornelius
Papa contradicit. Cap. II.

An. Do. 251.
An heretici
rebaptizandi
Cyprianus
Afric. Itali.

In urbe uero Roma Cornelio episcopatum regente, et apud Carthaginem
Cypriano, ambobus fide, uirtute, pietate praestantibus, questio exorta est in
Africa magis partibus, si oporteret hereticos rebaptizari. Cumq; id a Cypria-
no, & ceteris penè omnibus per Africam sacerdotibus, oportere fieri decer-
neretur, Cornelius & ceteri omnes per Italiam sacerdores, huiusmodi decre-
tum, manente sacerdotali concordia refutarunt, statuentes antiquitus a patribus
super hoc tradita regulam debere seruari, quae contineret. Post abiectionem pra-
ui, & confessionem recti dogmatis, sola eos manus impositione purgandos,

Quod Stephanus Papa similiter sentiat, & de concordia ecclesiarum, quae post
persecutionem facta est. Cap. III.

An. Do. 254.
Lucius &
Stephanus
Rom. Pont.
Dionysij Ale-
xandrini epi-
stola ad Ste-
phanum Pon-
tif. Rom.

Sed post Cornelij consummationem, qui tribus circiter annis sacerdotio
Lucius suscepit. Cui octo solis mensibus
Stephanus
Rom. Pont.
Dionysij Ale-
xandrini epi-
stola ad Ste-
phanum Pon-
tif. Rom.

Stepiano uero duobus annis impleto sacerdotio, Romae Xystus successit.
Stephanus quidem decessor suus scribens ad Firmilianum & Helenum, ege-
rosq; illarum partium episcopos statuerit, non communicandum esse his qui
rebaptizant eos qui ab ecclesia ad haeticos transeunt: sed debere considera-
re magnitudinem rei, quia non quicumq; sed permagni & nobiles in episco-
pis uiri sunt, quib. hoc uisum sit. Dicit etiã, quod super hoc scripserit plenius
ad Dionysium & Philemonem, presbyteros urbis Romae. Indicauit autem pa-
riter etiam de Sabellij haeresi, quae temporibus ipsius exorta est, scribens haec.

De haeresi Sabellij. Cap. V.

An. Do. 257.

Quid autem dicam de ea doctrina quae apud Ptolemaida Pentapoleos ci-
uitatem nuper exorta est, plena blasphemij in Deum patrem & Domi-
num nostrum Iesum Christum, negans esse uere eum filium patris, nec primo-
genitum omnis creaturae. simul & sancti spiritus auferens intellectum. Pro qui-
bus cum utraq; partes ad me uenissent, & praesentibus fratribus meq; profectu-
tus sum

tus sum, & scripsi singula quaeq; diligenter exponens, quorum tibi exempla-
ria transmisisti. Sed & in tertio libro de Baptismo, quem scribit ad Philemonem
presbyterum urbis Romae, etiam haec commemorat.

De reuelatione quae Dionysio episcopo a Domino facta est, propter lectionem
haeticorum librorum. Cap. VI.

Ego (inquit) & tractatus haeticorum lego, & traditiones eorum perscri-
ptor, etiam si uidear ad horam uerbis eorum pollui. Sed multum mihi con-
fert hoc ipsum, quod ex ipsorum uerbis arguere eos possum. Deniq; cum ali-
quis ex fratribus & compresbyteris prohiberet me, ne haetica lectione tan-
quam eceni alicuius faetore polluerer, uisio mihi quaedam a Deo ostenditur,
quae me confirmaret: & sermo ad me factus est, haec mihi euidenter proloquens:
Lege omnia quaecumq; in manus tuas uenerint, quia probare singula quaeq;
& discernere potes: quandoquidem ex initio tibi haec causa fuit credendi. Am-
plexus sum uisionem, quia & apostolicę sententię concordat, dicenti: Omnia
legite: quae bona sunt, tenete. In ipso quoq; libello commemorat non tunc pri-
mum in Africa de haeticis rebaptizandis ab episcopis esse decretum, sed &
antea iam in nonnullis ecclesijs & concilijs episcoporum, uelut in Iconio, atq;
alijs locis de hoc fuisse tractatum.

Vox ad Dio-
nyssium Ale-
xan. coelitus
audita.
1. Thef. 5.

De Nouati schismate. Cap. VII.

Scribit adhuc in quarto de Baptismo libro ad Dionysium urbis Romae
presbyterum, plurima de Nouati impietate commemorans. In quinto uero li-
bro ad Xystum urbis Romae episcopum scribens, & aduersum supradictam here-
sim quaedam differens, etiam tale aliquid accidisse commemorat his uerbis: Ve-
re autem frater consilium peto, & requiro sententiam, quid tibi uideatur in ea
causa, quae in ecclesia nostra exorta est. Vereor enim ne forte fallar in aliquo.

De haeticorum baptismate. Cap. VIII.

Erat apud nos frater quidam fidelis antiquitus, ante etiam quam ego epi-
scopus ordinarer, imo & antequam decessor meus Heraclas. Is cum in-
terisset his qui baptizantur, & audiret uel quid interrogent, uel quid respon-
deant, stans accessit ad me: & proiciens ad pedes meos, confiteri coepit se ba-
ptisma ab haeticis aliter suscepisse, quod tamen secundum ea quae nunc uide-
ret a nobis ministrari, nec baptismata duceret, eo quod esset repleta blasphemijs
omnis illa confessio. Simul & hoc addebat, se in tantum pro hoc errore stimu-
lati, ut ne oculos quidem ad Deum auderet erigere. Propter quod exorabat
quod exorabat se mudari & purificari ecclesiastico baptismate, ut & gratiam
posset consequi spiritus sancti. Quod ego facere ausus non fui, sed dixi posse ei
sufficere tam multi temporis communionem, quam in ecclesia consecutus est
per hoc, quod a nobis eucharistię suscipiens donum, responderet, Amen: ex
quo & per singula potuisset ipsa sacramentorum uirtute purgari. Cohortabar
igitur eum, debere considerare fidei suae, & conscientiae iam purgatae, & ante om-
nia, quod tam diu in sacramentis nobis iam particeps fuerit. Sed ille neq; a sur-
tu cessat, & lachrymis, neq; ultra ad mensam Dominicam audeat accedere, ita
ut uix a nobis cohortatus & compulsus, orationi audeat interesse. Haec & mul-
ta alia de huiusmodi questionibus, per diuersos libros suos Dionysius scribit.

Dionysius eu-
charistię do-
num putabat
sufficere.

De persecutione Valeriani. Cap. IX.

Gallus uero non integris duobus annis imperio detento, rebus humanis
exemptus est. Post quem Valerianus cum filio Galieno suscepit princi-
patum. De quo Dionysius scribens iterum ad Hermammonem, hoc modo re-
fert. Sed & Ioanni similiter reuelatum est ut diceret: Et datum est, inquit, ei os lo-
quens magna & blasphemias. & data est ei potestas per menses quadraginta et
duos. Vtraq; autem complentur in Valeriano. Verè enim mirandum est, quomo-
do supra ceteros, qui ante se fuerunt, hic & humanus & benignus extitit erga
famulos Dei, ita ut in iniurijs multo tempore etiam illis benignior trideretur, qui
Cc 2 nomine

An. Do. 259.
Valerianus
& Galienus
Caesares.
Apoc. 13.



An. Do. 257.

nomine saltem Christiani dicebantur. In tantum uenerabatur seruos Domini, & omnis eius domus erat ecclesia Dei. Deprauatus autem est, & a ueritate deiectus per quendam doctorem pessimum magistrum, & principem Aegyptiorum Magorū, ut iustos & sanctos uiros persequi & interimi iuberet, tanquam qui aduersarentur magicis artibus, quibus se ipse subdiderat. Erant enim re uera, & sunt etiam nunc qui possent uirtute meritorum suorum restringere fallacias demonum. Nam ille ut impuros ritus & execranda mysteria, ac sacra incesta conficeret, pueros inuestes iugulari iubebat, & orbati liberis patres, atq; in teneris uisceribus humanas rimari per piaculum fibras, & uocem illic quarebat, ubi fugauerat uitam. Sed & multa alia huiusmodi de Valeriani piaculis memorans, addit etiam hoc, quod ipse a barbaris captus, & luminibus orbatus filios sceleris & impunitatis suae reliquerit successores.

De his quae Dionysius in persecutione passus est. Cap. X.

Dionysius Alexā. quid passus sit. Germanusepiscopus.

Ipse uero Dionysius, quanta in eius persecutione pertulerit, & quibus a se episcopum, qui quasi obrectator eius esse uidebatur, refert, ubi & acta confessionis suae insuerit, apud Aemilianum praesidem gesta. In quibus cum Dionysius unum solum Deum qui coelum fecisset & terram, diceret adorandum, ceteros autem neque esse deos, neque adorari debere, in castrum quoddam deserti, quod Cefro appellatur, in exilium truditur, ob hoc praecipue electum, quod loci incolae gentiles erant, & idolorum superstitionibus satis dediti, qui exulem Dionysium primo hostili animo & satis auersa mente susceperunt. Post uero cum paulatim per Domini gratiam uerbum Dei his seminare coepisset, pars maxima crucis ac barbari populi, relictae idolis conuersa est ad Deum uerum Christoque subiecta. Quo comperto, rursus eum ad alium locum, uicinum quidem Alexandriae, sed incolis desertum, ac penè habitatoribus uacuum translulerunt. Sed & ibi cum pro urbis uicinitate nostrorum populi eum frequentarent, & tanquam odore pastoris recepto, grex laetior & constantior agerent, redderetur, rursus missis cum Centurione militaribus uiris, ipsum Dionysium, & cum eo Gaium, & Petrum catenis costrictos & diuersis cruciatibus afflictos, in desertum quoddam Libyae pertraxerunt, ibique eos in loco squalidissimo, & omni usu humanitatis carente, a Paratonio trium dierum itinere in desertum protento nexos uinculis relinquerunt. Haec in diuersis suis epistolis supra dictus uir scripta dereliquit. In quibus memorat etiam Maximum praesbyterum, & Dioscorum, Demetriumque & Lucium, necnon & Faustinum, & Aquilam, satis claros & insignes titulo confessionis effectos. Sed & ex diacanis quosdam in insula post poenas confessionis esse defunctos, superuisse uero ex his Faustum & Eusebium. Quibus etiam refert tantum fiduciae & magnanimitatis per gratiam Dei datum, ut cum ad eos qui in carcere tenebantur fratres, nemo prorsus humanitatis & ministerij causa permitteretur accedere, isti tamen indefinenter reuiserent, & necessaria ministrarent. Et cum per dies singulos praesidis furor cresceret, iugulando alios, alios supplicij ac diuersis cruciatuum generibus affligendo, squalore carceris & catenarum ponderibus enecando, & super omnia praecipiendo ne quis ad eos prorsus accederet, ut & inedia quasi aliud tormenti genus adhiberetur, concessit tamen Deus supra dictis diaconis gratiam, confessoribus suis prouidens, ut inuitis omnibus, istis tamen non negaret ingressus. Sciendum tamen est, quod hic Eusebius, quem diaconum supra diximus, postmodum episcopus apud Laodiceam Syriae ordinatus est. Maximus uero, qui praesbyterum memorauimus, ipsi Dionysio apud Alexandriam successit in episcopatu. Fastus autem, qui cum ipsis tunc confessor enituit, usque ad persecutionem qua nostris temporibus facta est, grauiduus & plenus dierum perdurans, perfecto martyrio obtruncatione capitis consummatus est. Haec a Dionysio certissima fide memorantur.

Paratonium Maximus. Dioscorus. Demetrius. Lucius. Faustinus. Aquila. Faustus. Eusebius.

Eusebius diaconus, post episcopus Laodicensis.

Maximus presbyter, post Alexandrinus episcopus. Faustus capite obtruncatur.

De his

De his qui apud Caesaream Palaestinae martyres sunt. Cap. XI.

Igitur in Valeriani persecutionibus apud Caesaream Palaestinae, multa a discipulis martyria consummata sunt. In quibus tres quidam admirandi adolescentuli, quorum unus Priscus, alius Malchus, tertius Alexander uocabatur, cum suburbanum agellum supra dictae urbis inhabitarent, diuino fidei calore succensi, coeperunt semetipsos segnitiae atque ignauiae incusare, quod cum caelestes in urbe martyrij proponerent coronae, ipsi nec desiderarent, nec raperent: cumque Dominus & Saluator regnum caelorum uiolenter diripi debere testatus sit, ipsi inglorios & desides animos humi gererent. His igitur semetipsos alloquens incitantes, urbem petunt: & ad ortho iudice truculento, cur tantum in sanguinem piorum defauires, incusant. Ille continuo nobiles animos iuuenum, quam dignis remuneratur affatibus: Deuorandi (inquit) bestiis subrigatur, quibus non placet piorum sanguinem fundi. Sed & mulier quaedam supra dictorum iuuenum secuta fertur audaciae & magnanimitatis exemplum, similemque sortitur exitum poenae. Quam tamen de Marcionis schola fuisse loquebantur.

Priscus. Malchus. Alexander.

Feminam tyr.

De martyrio Marini. Cap. XII.

Marinum quoque uirum militarem Hierosolymorum ciuem, honore & diuitijs clarum, cum in supra dicta urbe inter collegas suos per ordinem gradus sui honor quidam cotingeret militaris (ut fieri solet) insequentem collegam suum subit inuidia, & exclamat, non posse Marinum adipisci superiorem gradum, eo quod esset Christianus. Interrogatur a iudice Marinus, si ita res se haberet. Ille ita esse, & uere se esse Christianum, clarissima uoce testatur. Tres ei deliberandi horae decernuntur a iudice, ut eligat utrum uelit immolare deos, & impatori, an Christianus interimi. Cumque a tribunalibus fuisset egressus, Theotecnus episcopus loci, apprehensa manu eius, perducit eum ad ecclesiam: ibique multis uerbis in fide confirmans, ad ultimum in interiora perducit altaris: gladiumque suum, quo praecinctus erat, ostendens ei, & rursus offerens Euangelium, quid e duobus mallet, interrogat. Marinus uero proptissima fide cum manu ad Euangelium tetendisset: Obrine, inquit Theotecnus, quod elegisti ostende, & contemnens praesentem uitam, aeternam sperato, confidens perge, & suam coronam quam tibi Dominus praeparauit. Regressus continuo ad tribunas patris, nec expectat interrogantem: sed continuo sibi & deliberatum asserit, et ex patris legibus confirmatum, quod Deo obtemperare oporteat magis quam hominibus. Quem iudex illico capite puniendum pro tali responsione pronunciat.

An. Do. 257. Marinus homo militaris capite truncatur.

Theotecnus episcopus Hierosolym.

Relatio de Asterio. Cap. XIII.

Sed inter eos cunctis clarior, & meritis fidei supra caeteros insignis memoratur Asterius, uir Romanae urbis senator, patricius, nobilitate, facultate, propinquitate etiam regia, & omni honorum fama satis clarus. Qui cum supra dicti martyris extremis interesset exequijs, & capite caesum cadauer subiectis humeris, & substrata ueste qua induebat, exciperet honorem quem martyri defulit, continuo ipse martyr assequitur. Sed & in multis alijs eum praeclearis gestis in fide Christi enituisse tradiderunt nobis hi, qui eum in corpore adhuc positum uiderunt. In quibus etiam tale aliquid per eum gestum memorabant: Apud Caesaream Philippi, quam Paenaea Phoenices uocant, a sunt sub radice montis qui appellatur Pantus, ex quo fluuius Iordanis prima fluenta profiliunt, cum aetate quadam daemones subito nusquam comparebat. Et erat hoc famosissimum miraculi genus, quo persuaderi adstantibus uideret in caelum hostiam inuisibilem esse sublatam. Accidit igitur dum haec gererentur, adesse Asterium, qui cum uideret omnes miraculi huius stupore constringi, humanos miseratus errores, cum gemitu & suspirio oculos ad caelum pariter tedit & palmas, Christum qui & super omnia Deus, tota fide profusus lachrymis inuocat, ut praestigias fallacis

Asterius martyr.

Caesarea Philippi, Paenaea Iordanis.

Praestigia de uictima nusquam comparente.



fallacis daemone arguat, miserisque mortalibus erroris huius soluat arcanum. Haec illo cum fletibus supplicante, subito uictima quae inuisibiliter credebat...

De signis quae uirtute Saluatoris apud Paucadam fiebant. Cap. XIII

Mulier quae Christus curauit, profluuio sanguinis uexatam, cuius fuit Caesarea Philippi.

Miraculum de herba medicam uim habente.

Icones Petri et Pauli ab Eusebio uisae

Vere etiam illud in ea, quod historia dignis du ximus. Mulierem quam sanguinis profluuio laborante, a Saluatore curatam Euagelista tradiderunt, huius urbis ciuem constat fuisse, domusque eius in ea etiam nunc ostenditur...

De throno Iacobi. Cap. XV

Denique & Iacobi cathedra, qui primus in terris episcopus ab ipso Saluatore, & ab Apostolis in Hierosolymis est electus, quemque fratrem Domini uolumina diuina designant, usque in hodiernum inibi conseruatur...

De pace sub Galieno reddita ecclesijs. Cap. XVI

An. Do. 261. Galienus Augustinus misit in Christianos.

Gregorius et Athenodorus ecclesijs in Ponto praeficiuntur, Domnus et Theotecno Caesarea, Hymeneus Hierosolym.

Galienus uero Valeriani filius, posteaquam rerum summam solus obtinuit, lenius ac moderatius erga nostros agere instituit: datisque decretis...

Qui episcopi tunc fuerint. Cap. XVII

Per idem tempus cum Romano adhuc sacerdotio Xystus praesesset, & apud Antiochiam Demetrianus, Firmilianusque adhuc Caesarea Cappadociae superesset, Ponti ecclesias Gregorius (qui prius Theodoros dicitur) ex Origenis discipulis, cum fratre Athenodoro suscepit gubernandas...

De his

De his quae apud Alexandriam acciderunt. Cap. XVIII

Sed & apud Alexandriam (& si nulla extrinsecus mali causa sit) eo ipso quod genus hominum ferocis, seditiosum & semper inquietum est, ciuiles inter se motus & bella, non uirtutis merito, neque ob defensionem, sed ob ne-

Alexandrini seditiosi. Dionysius Alexand.

Quomodo Dionysius de pascha statuit. Cap. XIX

Scribit autem de his idem Dionysius in epistola Paschali, quae solenniter per annos singulos legi solet, his uerbis: Alijs fortassis hominibus non uideatur tem-

Epistola Paschalis Dionysij Alex.

Exo. 12. Cedet martyrum. Bella intestina ciuili Alexandria. Pestilentia.

De morbis qui acciderunt. Cap. XX

Post haec persecutores nostri in semetipsos manus ac tela uerterunt. Sed ne sic quidem nostrorum festa turbata sunt. Insecutus est hic pestilens morbus, & plaga terribilis: sed illis multo terribilior & grauior, quos nec spes e-

Pestis Alexandria.

Fraterna Christianorum officia in peste. 1. Cor. 4.

Gentilium inhumanitas in suos.



pestilentiae rabiem etiam factor in sepulchrorum cadaverum iungeretur.

De Galieni regno. Cap. XXI.

R Efert idem Dionysius de Galieni temporibus, quod eo regnante ecclesiae Dei in pace durarunt, & quod medijs eius temporibus. Macrianus uelut nubes quaedam tenebrosa & atra, subito regni eius obscurauerit lucē. Quo rursus ad uicem aeternae nubis abolito, Galienus nouus (ut ipse ait) ex ueteri uniuerso mundo lumen effulsit: simul enim atrocem tyrannum & regno deturbauit, & uita. Designat autem etiam tempus, quod nono anno imperij Galieni haec scriberet. Extant & alia quam plurima, necessaria satis & admiranda Dionysij opuscula, quae utilitatis plurimum legentibus conferant. Inter quae scripsit etiam de repromissionibus futuris, existente causa huiusmodi.

De Nepote & schismate eius. Cap. XXII.

E piscopus quidam erat in partibus Aegypti, Nepos nomine. Hic Iudaico intellectu de futuris repromissionibus sentiebat, easque corporaliter exhibendas docebat, & mille annis in delicijs corporalibus in hac terra sanctos reprobos esse cum Christo. Huiusque sui dogmatis probamenta sumptis ex reuelatione Ioannis testimonijs conabatur asserere. De quibus etiam libellos edidit, interpretationes huiusmodi continentes. Igitur Dionysius de repromissionibus scribens adhuc Nepotem stilum suae intentionis obuertit: & in primo statim libro suam sententiam, quae ei de diuinis repromissionibus uidebatur, exponit. In secundo uero uolumine de reuelationis Ioannis differens, facit mentionem Nepotis, his uerbis: Et commentarios, inquit, quosdam proferunt Nepotis, quibus innituntur plurimum, & per quos putant inestabili quodam sacramento ostendi, qualiter regnum Christi futurum sit super terram. Sed in alijs quidem multis etiam ego amplector & diligo Nepotem, uel pro fide sua, uel pro eruditione & studio scripturarum, & praecipue pro exercitio psallendi, quoniam quidem plurimi fratrum libenter pro hoc eius elegit consortia. Est ergo etiam mihi erga eum multa reuerentia, & inde magis, quia iam praesens ad Deum. Sed reuera plus omnibus & amanda & praefenda est ueritas. Laudare oportet, & absque inuidia amplecti, si quid recte dictum est: discuti uero & discerni, si quid minus sane scriptum est. Et si quidem praesens esset is de quo sermo est, sufficeret solo sermone discutere quae minus recte dicta uidebantur, dum interrogatione praecedente responsio subsequens in concordiam, quod contrarium & discrepans uidebatur, adduceret. Vbi uero scripta edita sunt, & ut uidetur quibusdam, satis iustitia non ctores procedunt, qui legem & prophetas pro nihilo ducant. Euangelia non sequantur, apostolorum scripta despiciant, hos autem solos libros, atque istam doctrinam uelut magnum aliquod & occultum mysterium uenerentur, ac simplices quoque fratrum nostrorum doceant, nihil excelsum, nihil magnificum sentire de aduentu & praesentia Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, neque de resurrectionis gloria, & nostrae congregationis in ipsum ac similitudinis re promissae, sed parua quaedam & semper mortalia & non alia quam sunt ea quae nunc uidemus, sperare suadeant in regno Dei: necessarium uideatur ad haec omnia respondere fratri nostro Nepoti. Et post aliquanta rursus subiungit haec. Etenim cum in Arsenoite essemus, ubi multo iam tempore uolebatur ista doctrina, ita ut schismata inter fratres & discordiae fierent, conuocauit presbyteros & doctores qui erant in ecclesijs, & publice cepti tractatum habere. Tunc & cohortatus sum fratres, ut si quid eos moueret, obijcerent, nihil uerentes. Tunc mihi illi ut scutum ualidissimum, & murum inexpugnabilem, codice Nepotis obijciunt. Suscepi patienter, & tribus continuis diebus residens a prima luce usque ad uesperam cum ipsis, cepti singula eius scripta discutere, & unum quodque quid in se absurdum haberet, ostendere. Et uere satis admiratus sum patientiam & constantiam atque intelligentiam fratrum: quia consequenter & per ordinem

Dionysius Alexand. dogma Nepotis refellit.

ordinem de singulis quaestionibus proponebant, & ualidissime his quae a nobis respondebantur occurrentes. Post haec, cum quid esset in uero, patuisset, ac commodabant nihilominus absque contentione consensum, iudicantes hoc, quod non continuo si quid semel animo uisum fuerit, omni id studio et contentione seruandum est: sed esse rectius tunc mutare sententiam, cum eam melior & rectior superauerit. Patefactis etenim cordibus suis Deo, audiebant uerbum, cuius probatio non ex humana persuasione, neque ex eloquentiae fuco, sed ex diuinarum scripturarum assertionem ueniebat. Et ita euidenter fuit assertionis nostrae probatio, ut is qui inter eos maximus doctor, & uita meritis praestantior habebatur, Coration nomine, surgens in medio, cunctis audientibus proclamaret, & protestaretur, neminem debere ultra eius doctrinam facere mentionem: sufficere quod erratum est. De caetero non solum nihil horum tenendum, uel sequendum, sed ne commemorandum quidem de talibus: siquidem omnes uero reliqui fratres gaudio & letitia repleti corde, pro emendatione sui inexplebiles Domino gratias referabant.

De Apocalypsi Ioannis. Cap. XXIII.

P ost aliquanta uero ueniens ad Apocalypsim Ioannis, haec de ea scribit: & a canone scripturarum abijciendum putarunt, singula quaeque eius capitula arguentes: & dixerunt praetulatione libri non esse ueram, sed alienam scripturam, Ioannis tantum nomen impositum: unde neque Ioannis hunc esse librum, nec reuelationem uideri posse, quae crasso quodam uelamine ignorantiae contegatur. Addiderunt etiam haec, quod nihil dignum in ea, grauitate apostolica censeatur. Sed ne alicuius quidem ecclesiasticorum saltem uirorum scripturam esse dixerunt, sed Cerinthum quendam auctorem Cerinthianae haereses, uolentem dogmatis sui fidem, apostolici nominis opinione firmare, libello a se conscripto, Ioannis titulum praetulisse. Denique, inquit, Cerintho dogma hoc continet, in terris futurum esse regnum Christi. Et quoniam ipse carnis & libidinis amicitissimus dicebatur, ea in repromissionibus futuri regni sanctis praebenda censebat, quae sui animi libido dictabat: uentris & uoluptatis opera mansura, ciborum satietatem, & abundantiam poculorum, nuptias, & caetera quae horum consequentiam seruant. Et reparari rursus ad meam sententiam pertinet) spernere aut abijcere scripturam libri huius nullatenus audeo, maxime cum multi ex fratribus ita mecum sentiant. Sed hoc magis de eo iudico, quod excedant atque eminent quae in eo scripta sunt humanae auditionis modum, & sit in eo arcanus quidam & reconditus atque admirandus omnibus sensus, quae & ego admiror ac ueneror, etiam si non intellego. Et ita sentio, quod diuina aliqua sacramenta sermonibus contegantur humanis, non tam in iudicio meo discernens, quam fide credens: & ideo non reprobos quae non intellego, sed tanto magis admiror, quanto minus assequor. Post haec uero totius libelli edisserens corpus, & cingula quaeque discuties, atque euidenter ostendens, nullo modo fieri posse, ut secundum litteram dignus intellegatur intellectus appareat, addit etiam haec, dicens: Consummata igitur omnia propheta eos qui haec custodiunt. Sed & semetipsum beatus Ioannes qui audio & uideo haec. Vocari ergo eum Ioannem, & esse hanc reuelationem per Dei spiritum scripta, etiam si non sit ille apostolus Ioannes filius Zebedaei, frater Iacobi, cuius Euangelium secundum Ioannem scriptum est, & epistola catholica. Uritur ergo Dionysius plurima assertionem, diuinitus quidem inspiratam reuelationem, non esse dubitandum, & Ioannis esse: non ta-

Coratione Nepotianus per Dionysium emendatus.

An. Do. 288. Cerinthus auctor Apocalypsis quorundam uideat.

Admiror & ueneror, etiam si non intellego. Non reprobos quae non intellego.



non tamen sibi liquido uideri, quod illius sit Ioannis, qui Euangelium scripsit, quia ille nusquam nominis sui fecerit mentionem, ac se signauerit nominatum. Hic autem qui Apocalypsim scripsit, tertio ferme mentionem nominis sui facit. Sed & ex ipso scripturae stilo discretionem faciens, dicit potuisse fieri, in illis temporibus fuisse & alium aliquem Ioannem unum ex sanctis, cui haec reuelauerit Deus. Multa uero et alia instructionis ecclesiasticae monimenta nobis in libris digesta beatus Dionysius dereliquit, quorum lectio magnopere ab studiosis quibusque expetenda sit. Sed iam ad historiae ordinem reuertamur. Xysto Romanae ecclesiae per annos undecim sacerdotio procuratore, succedit Dionysius. Et Demetriano apud Antiochiam defuncto, Paulus de Samosata sacerdotium suscepit: qui Paulus abiecta satis & indigne de Christo sententia, traditionem doctrinae ecclesiasticae corrumperebat, dicens eum communis naturae hominem tantum fuisse.

Nomen Ioannis toties inculcatum. An. Do. 267. Dionysius Ro. Pont. Paulus Samosatenus haereticus. Dionysius Alexandrinus.

De epistolis Dionysij. Cap. XXIII.

An. Do. 266. Concilium Antiochie. Firmilianus Gregorius. Anthenodorius. Hetnus. Nicomas. Hymeneus. Theodocenus. Maximus.

Tunc Dionysius de Alexandria rogatus uenire ad concilium, & senectutis impedimento & incommoditate corporis inhibetur: per epistolam tamen praesentem se reddit, & quid fidei ac uenerationis erga Christum teneret exposuit. Caeteri uero ecclesiarum pastores diuersis locis & urbibus, uelut aduersum latronem quendam Christi gregibus insidiantem, conueniunt Antiochiam. In quibus insignes & ceteris praecellentes erant, Firmilianus à Caesarea Cappadociae Gregorius et Athenodorus fratres, Ponti prouinciae sacerdotes, Helenus Sardenis ecclesiae episcopus, & Nicomas ab Iconio, & Hierosolymorum precipuus sacerdos Hymeneus, & uicinae huius urbis Caesareae Theodocenus. Sed & Maximus Bostrensis episcopus dignus eorum consortio colerebat. Multi uero alij, quos longum est enarrare per singulos. Sed & preibiteri quam plurimi & diaconi ad supra dictam urbem causa compescendi imo dolendi noui huius dogmatis conuenerunt.

Paulus Samosatenus arguitur à patribus. Gregorius qui ante Theodorus, episcopus Necocasariensis.

De Paulo Samosatenis, & de Gregorio, & haeresi eius.

Higitur omnes saepius in unum coeuntes, Paulumque Samosatenum starentes in medio, atque eius haeresim, quam ille nunc occultare, nunc etiam dissimulare conabatur, frequenti tractatu & assiduus disputationibus denudantes, arguere blasphemiam & publicare nitebantur. Nec tamen uno id aut secundo tantum consilio ad finem perducere potuerunt, sed & conuenticum sepe est, & absque operaprecio discessum. Verum quoniam beati Gregorij historiae textus attulit mentionem, dignissimum puto tanti uiri gesta (quae sub Orientali & Septentrionis axe cunctorum sermone celebrantur) omnia nescio quo casu, huius narrationi ad memoriam posteritatis inserere. Stagnum quoddam erat in Ponti regionibus situm, piscibus copiosum, ex quorum captura praediuites redditus dominis praestabantur. Ista possessio duobus fratribus sorte hereditatis obuenerat, sed pecuniae cupiditas (quae penè omnium corda mortalium superat) etiam fraternam necessitudinem uiolauit. Coibatur à fratribus tempore captiois, non tam capiendos pisces, quam ad homines decipiendos: cades ac bella mouebantur, humanus sanguis pro piscibus fundebatur. Sed Dei prouidentia, affuit aliquando auxiliū aduentusque Gregorij. Vidit per lia & mortes uirorum, furentesque germanos: quid causa existeret, pro qua in exitio sui sitorumque fratres accederetur, inquit: nullam, nisi capturam piscium coeperit. Tunc ille cum pro honore aduentus sui utraque partes paulula silularent: Nolite (inquit) filioli, rationabiles animas pro mutis animalibus uiolare, fraternam pacem quaestus cupiditate dissoluere, Dei leges & naturae pacem ter iura temerare: & unam mecum ad ora stagni exitialis accedite. Ego iam uos per uirtutem Domini omni certamine cruentae contentiois absolua. Et cum haec dixisset, in conspectu omnium uirgam quam tenebat in manu, ad primas littoris undas defigit, & ipse positus genibus palmas tendit ad caelum, atque

Miraculum de stagno exiccato.

his uerbis excelso supplicat Deo: Tu Domine Deus patrum nostrorum, qui cum tibi primus homo Adam peccasset, & mandatum tuum praeterisset, peccatum culpae illius moderatus, ad terram maledictionis sententiam derorsisti, dicens: Maledicta terra in operibus tuis. Et nunc ergo miseratus horum inueni fratrum sanguinem, qui periclitatur, praecipere ut maledicta sint aquae in operibus eorum, pro quibus furore succensit, fraternae pietatis obliti sunt, ita ut nunquam in hoc loco, uel piscis appareat, uel aqua resideat, sed sit campus aratri patiens, & custos in aeternum fraternae concordiae perseueret. Simul ut ille finem orandi fecit, statim se unda subducens, & cursu uelociore refugies, à conspectu superno iussa discedere, abyssiis suis redierit, & arenam campum germanis iam concordibus dereliquit. Sed & in horum dierum frugum ferax esse dicitur solum, quod ante fuerat nauium ferax. Memoratur etiam aliud illustrius ab eo & diuinius gestum. In quodam loco ruris angusti, cum res posceret ecclesiam consitui, rupes quaedam uicini montis ex parte orientis obiecta, ex alia uero praeterfluens fluuius, spacium quantum ecclesiae sufficeret denegabat. Et quum alius omnino non esset locus, omnesque illi fide plenus, pernoctasse in oratione dicitur, & Dominum Iesum promissionis suae admonuisse fideliter, qua dixit: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Tolle te, & mitte in mare: & fiet utique. Cumque haec plena fide atque deuotione deposceret, ad lucem coeuntibus populis, inuenta est rupes importuna secessisse tantum, quantum spacium ad condendam querebatur ecclesiam. Traduntur eius & alia quamplurima. Sed ne in longum uideamur trahere sermonem, intermissis caeteris, unum adhuc de eius gestis adijciam. Iter ei fuisse quondam per alpes dicitur hyemis tempore: & quum peruenisset ad summum alpium iugum, niuibus repleta erant omnia, nullum usquam diuersorium, fanum ibi tantum Apollinis erat, cui succedens transacta nocte dilexerat. Sacerdos uero erat quidam fani eius, cui consulere simulacrum Apollinis mos erat, & reddere responsa poscentibus, ex quo ei etiam alimoniam quae huius esse uidebatur. Igitur post digressum Gregorij, offerre consulta & responsa poscere sacerdos accessit ex more, nihil inde responsi ueniebat. Repetit uicinas, silentium permanet. Iterum atque iterum litat, surdis ingerit fabulam. Cumque stupore noui silentij estuaret sacerdos, nocte ei assilens daemonium, dicit in somnis: Quid me illic inuocas, quod iam ueniri non possum? Perdatetur causam, aduentu se Gregorij dicebat expulsam. Quid nunc remedij daretur cum perquireret, ait non aliter sibilicere ingredi locum illum, nisi Gregorius permisisset. Quibus auditis sacerdos, occupat uiam, multa apud rium: adoratusque eum, atque animo recusante pertractans, peruenit ad Gregorium: admonuit, querelam depulsi numinis promit, ademptam facultatem sui querelam deplorat, ac reddi sibi omnia in pristinum statum deposcit. At ille nihil motatus, scribit epistolam in haec uerba.

Gen. 3. Miraculi de rupe mota pro sacello extruendo.

Mat. 17.

Apollinis oraculum obmutuit.

GREGORIVS APOLLINI.

Permitto tibi redire ad locum tuum, & agere quae consueuisti. Hanc epistolam sacerdos accipit, & ad fanum defert, positaque ea iuxta simulacrum affuit daemon, ac dedit responsa poscenti. Tum ille in semetipsum commisit, & ait: Si Gregorius iussit, & Deus iste discessit, nec potuit redire, nisi iussu Gregorij, cuius iussu Gregorio restitutus est: quomodo non multo melior sit ad Gregorium, cuius hic obtemperat iussis? Clausis igitur ianuis fani, descendit ad Gregorium, epistolam secum quam acceperat referens, omnemque apud eum rei gestae ordinem pandens simulque se ad pedes eius prosternens, rogabat ut illi se Deo offerat, cuius uirtute dijs gentium Gregorius imperabat. Cumque eni xius & pertinacius peristeret, catechumenus ab eo factus est. Et cum se uicem castissimae

Sacerdos Apollinis ad Christum conuertitur.



castissimae & abstinentissimae, derelictis omnibus, non solum erroribus de- monum, sed & seculi actibus, mancipasset, etiam baptismum consecutus est. Et in tantum uita merito ac fidei uirtute profecit, ut ipse beatus Gregorius in episcopo patu successor extiterit. Sed & ingenij sui nobis in parua maxima monumenta dereliquit. In ecclesiasten naep Metaphrasin idem Gregorius magnificenti- simile scripsit, & catholicae fidei expositionem breuiter editam dereliquit, quae pro eruditione ecclesiarum lociare his commodum duxi.

Metaphrasin Gregorij in Ecclesiasten. Profectio fidei Gregorij Neocaesariensis.

Gregorij martyris & episcopi Neocaesariae uides.

Vnus Deus pater uerbi uiuentis, sapientiae subsistentis, & uirtutis suae, & figurae, perfectus perfecti genitor, pater filij unigeniti. Vnus Dominus, so- lus ex solo, figura & imago deitatis, uerbum perpetrans, sapientia compre- hendens omnia, & uirtus qua tota creatura fieri potuit. Filius uerus ueri, & inui- sibilis ex inuisibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalis ex im- mortali, & sempiternus ex sempiterno. Vnus spiritus sanctus, ex Deo sub- stantiam habens, & qui per filium apparuit, imago filij perfecti, perfecta ui- uentium causa, sanctitas sanctificationis praestatrix, per quem Deus super om- nia & in omnibus cognoscitur, & filius per omnes. Trinitas perfecta, male- state, & sempiternitate & regno minime diuiditur, neque abalienatur. Idcirco neque factum quid aut seruens in trinitate, neque superinductum, tanquam antehac quidem non subsistens, postea uero superingressum. Neque itaque defuit unquam filius patri, neque filio spiritus sanctus, sed inuerribilis & im- mutabilis eadem trinitas semper. Sed de Gregorio satis dictum. Nunc ad li- storiam redeamus. Interea Dionysius apud Alexandriam quieuit in pace,

An. Do. 266 Maximus Alexandriae episcopus. An. Do. 270. Aurelianus Caesar. An. Do. 272. Paulus Samofatenus haereticus damnatur. Malchion presbyter Antiochena ecclesia.

duodecimo anno imperij Galieni, decem & septem annis functus sacerdotio. Succedit uero Maximus. Igitur Galienus, cum per annos quindecim Ro- manum gubernasset imperium, Claudio regni successore defunctus est. Qui solis duobus annis in imperio transactis, Aureliano rerum apicem dereliquit. Huius temporibus ultimum apud Antiochiam episcoporum concilium co- gregatur, in quo Paulus arguitur, manifesteque conuincitur haereticus, & damnatur ab omnibus quae sub caelo sunt ecclesijs Christi, insistente pluri- mum, & disceptationibus ualidissimis perurgente Malchione presbytero Antiochena ecclesiae, uiro fidelissimo, & omnibus uirtutibus adornato: cui accedebat etiam hoc, quod erat disertissimus, & potens in uerbo, atque in omni eru- ditione perfectus: denique oratoriam in eadem ipse urbe docuerat. Huic igi- tur ab omni episcoporum concilio permittitur disputatio cum Paulo, excipientibus notarijs, quae ita magnifice ab eo & accurate habita est, ut scripta ederet, & nunc quoque in admiratione sit omnibus. Solus etenim potuit dissimulante & occultantem se Paulum confessionibus proprijs publicare. Quibus ita ge- stis, communi concilio uniuersi pariter sacerdotes scribunt epistolam ad perso- nam Dionysij episcopi urbis Romae, & Maximi Alexandriae episcopi, quae per omnes mitteretur ecclesijs, per quam cunctis & suam diligentiam compro- barent, & Pauli haeresim confutaram esse, atque deiectam in uniuersorum noti- tiam peruulgarent. Simul etiam quae cum eo quaestiones habitae sint, indicant. Sed & uitam ipsius intemperatam pariter moresque describunt. Ex quibus pau- ca aliqua inferere huic operi nostro dignum iudicauimus.

Qui episcopi per illud tempus nobiles habui fuerint. Cap. XXVI

An. Do. 268. Epistola concilij Antiochena de damnatione Pauli Samofate- ni.

DIONYSIO ET MAXIMO, ET OMNIBUS UNIUERSIS SACERDOTIBUS, & COEPISCOPIS, UNA CUM PRESBY- TERIS, & DIACONIS, ATQUE OMNI ECCLESIAE CATHOLICAE QUAE SUB CAELO EST, HELENUS, & HYMENAEUS, THEOPHILUS, THEOTECNUS, MAXIMUS, PROCULUS, NICOMAS, HEL- LIANUS, PAULUS, BOLALUS, PROTGENES, HIERAX, EUTYCHIUS, THEODOTUS, MALCHION, LUCIUS, PRESBYTERI, & CAETERI OMNES, QUI NOBISCUM CONGREGATI SUNT, EX VICINIS URBIBUS & GENTIBUS EPISCOPI, & PRESBYTERI, & DIACONI, DILECTISSIMAE

dilectissimis fratribus in Domino, Salutem. Et post pauca addiderunt. MITTENTE hanc epistolam, deprecamur omnes, ut si qui forte tali doctri- na infecti sunt, curentur a uobis, sicut & beatae memoriae uiri Dionysius Alex- andrinus & Firmilianus ex Cappadocia, iam prius scripserant ad Antiochia- plebem: dedignati, imo potius declinantes ad personam ipsius scribere, qui erat autor erroris. ipse autem beatae memoriae Firmilianus, cum abhuc super- esset, secundo affuit, & praesens eum arguit ac notauit: sicut omnes nouimus & testamur, qui simul cum in illo ueneramus. Sed repromittente eo corrige- re errorem, credidit: sperans posse fieri, ut absque religionis nostrae opprobrio, & dissensionum nota res ueniret in melius: & ideo dissimulauerat, cum tamen Pau- lus dolo differret, & hominem quidem falleret, Deum autem negaret: ac fidem, in qua renatus fuerat, uiolaret. Denique & nunc beatus Firmilianus ueniebat Antiochiam, & cum Tharsum usque peruenisset, & nos omnes Antiochiae po- si, aduentum illius operiremur, nunciatus est nobis excessisse de mundo. Post aliquanta uero describentes eius uitam moresque adijciunt etiam haec: Postea ue- ro quam a doctrinae regula ad aliena se dogmata, & adulterina conuertit, non opus est enumerare actus eius priores, quomodo cum prius egens fuerit & pauperimus, & neque ex parentum successione, neque ullam quaestus occasione habuerit honesta, nunc ad summes diuitias peruenit, non aliunde nisi ex sacrile- gijs, et ex his quae fraudem diripiunt, concutiens fratres, uendens patrocinia, & fidem negotiorum susceptorum nec accepta mercede custodiens, existimans se- dum quod scriptum est, quaestum esse pietatem. Superbiam uero eius quis ter- re posset cum se magis Ducenarium, quam episcopum uideri uellet. Nam & incedens per plateas, tali quadam ambitione utebatur, publice epistolas rele- gens atque in auditu omnium & oculis dictans, assistentibus sibi in platea nota- rijs. Directio quoque praecurantium, & constipatio insequentium quam plurima querebatur: ita ut omnes qui uidebant, horrescerent, & detestarentur per illi- as arrogantiam religionem diuinam. Haec in publico. Intra ecclesiam uero tri- bunal sibi multo altius, quam fuerat, extruit. & thronum in excelsionibus collo- cat: habet secretarium quoque sterni & parari, sicut iudicibus seculi solet. Verbum ue- ro faciens ad plebem, iactare supra modum dexteram, ac palmam femori illi- nere, pede quoque subsaltare ac scabellum ferire cum sonitu. Ab auditoribus uero non fauorem neque plautum sperare solum, sed theatri more oraria mouerili- ti expectabat, & uocem tanquam de caueis dari. Haec non solum a uiris, sed e- tiam a mulieribus indecenter expectabantur. Si quis uero auditorum honesti- us & uerecundius agens, a clamore nimio temperasset, uelut iniuriam faciens, pattebat iniuriam. Sed & antiquis et defunctis iam tractatoribus insultabat: et il- lis derogans, suas laudes inuerecunde impudenterque iactabat. Rhetorem se ma- gis, quam ecclesiae doctorem, laudari cupiebat. Psalmos uero qui in Dominum nostrum Iesum Christum dicebantur, cessare facit, uelut neotericos & nuper in- uentos. In semetipsum uero compositos, diebus Pascha in medio ecclesiae ca- uentibus, ita ut horresceret, si quis audiret. Nam cum ipse filium Dei negaret de- scendisse de caelo, sed a Maria cepisse, & initium habuisse de terra, psalmi qui in ipsum dicebantur, & quibus in populo laudabatur, angelum eum dicebant habuisse de caelis. Et haec ipse assistens & audiens non solum dici non pro- curabat, sed elato supercilio delestabatur audire. De mulieribus uero quae cum ipso simul manebant, quas & uocantur Antiocheni appellat, quid opus est di- cere. Ex quarum societate & contubernio ut sibi nulla quaestio moueretur, etiam presbyteris & diaconis suis his duntaxat qui ei morem gerebant, habendi mu- lieres.

Paulus Sa- mosatenus quomodo ad diuitias e- merferit.

Scotus in li. de insignib. magistratu ad Theodosi- u Augustu. quem nuper ex Spretensi bibliotheca accepimus. indicat Ducenarium fuisse principem offi- cij, uel apud praefectum Augustalem, uel Comitum Orientis, uel apud alios quosdam praefectos, adsci- tu ex schola Agetti in re- bus, qui ado- rata clementia principali est in signib. exi- bat, is sub se habebat Cor- nicularium ad- iutorem, Com- metariensem, Ab actis, Nu- merarios, Ex- ceptores, & caeteros offi- ciales. Paulus Samofatenus uelut ange- lus a suis mulierculis predicaba- tur.

Hoc uocabulum mire erat deprauatum, non solum in excusis exemplaribus, uerum etiam manu scriptis. Et ualde me tor- se. Tandem ex uisigijis deprehendi legendum esse uocantur. Extat autem insignis sermo auii Chrysostomi in hoc uocabulo.



Exortae... In quo demonstrat... uxoribus esse, neque concubinas, sed tertium quoddam genus...

Aurelianus Caesar moritur. An. Do. 279. Probus Caesar. An. Do. 284.

clamur, sed quum probauerit ipse corripimur. Igitur sex annis Aurelianus quum gubernasset...

De heresi Manicheorum tunc exorta. Cap. XXVII.

Sed paulo antequam hic imperium sumeret, in urbe Roma defuncto Diocletiano...

De ecclesiasticis uiris nobilibus, quorum aliquanti etiam usque ad nostram memoriam perdurarunt. Cap. XXVIII.

EA tempestate apud Antiochiam sacerdotum post Dominum susceperat Timaeus, post Timaeum uero Cyrillus...

Carinus, Numerianus, Diocletianus, Christianorum persecutor.

An. Do. 286. Felix Pont. Rom.

An. Do. 277. Manes hereseos Manicheorum autor.

Manichei.

An. Do. 282. Eutychianus Gaius.

An. Do. 281.

An. Do. 282.

Marcellinus.

An. Do. 295.

An. Do. 272.

An. Do. 261.

Timaeus, Cyrillus, Dorotheus, episcopi Antiocheni.

Præpositura purpure, quæ Baphiorum uocant.

An. Do. 301.

Eusebius Alexandrinus, Laodice episcopus.

An. Do. 274.

Proueybiunt Anatolius.

Laodice episcopus.

An. Do. 278.

An. Do. 278.

Prudens factum Anatolius apud Alexandriam.

dem uobis nequaquam, cibi tamen necessario particeps est, exire portas sinatis. Consilium ab utraque parte gratanter acceptum est. Decernunt imbellem manum egredi castris debere. Data occasione omnes pene quos in eadem conlumebat, pariter cum imbellibus erumpunt, praecipue nostri quibus bellum gerere contra propositum erat. Quos omnes Anatolius suscipiens parentiam simul ac medici souebat affectu. Et ita multitudini salutem per cibum prope re contulit: reliquis uero, qui pauci remanserant, formidinem belli & desiderium pacis inculsit. Ita misericordia prudentique consilio urbem maximam fame pariter absoluit & bello. Hunc ergo secundum de Alexandria, Dei munere Laodiceorum ciuitas accepit episcopum, post transactum quod supra memorauius bellum. Multa quoque opuscula supradicti Anatolij magnifice composita ad nos usque uenerunt: ex quibus dignum mihi uideretur, de Pascha quid senserit, ipsius uerbis proferre. Est ergo, inquit, in primo anno initium primis mensis, quod est decem & nouem annorum circuli principium, secundum Aegyptios quidem mensis Famenoch uigesima sexta die secundum Macedones Dystri mensis uigesima secunda, secundum Romanos uero undecimo calendis Aprilis. In qua die sol inueniretur non solum consensens primam partem, uerum etiam quartam iam in eo die habere, id est, in prima ex duodecim partibus. Haec autem particula, prima ex duodecim, uernale est aequinoctium, & ipsa est initium mensium, & caput circuli, & absolutio cursus stellarum, id est, uagae dicuntur, ac finis duodecimae particulae, & totius circuli terminus. Et ideo non parum dicimus delinquere eos qui ante initium hoc nouem anni, Pascha putant esse celebrandum. Sed nec a nobis primis exordium uernae hae rationis antiquae iudaeis fuisse comprobata demonstratur, & ante aduentum Christi obseruata, sicut euidenter edocet Philo & Iosephus. Sed & horum antiquiores Agathobolus, & ab eo eruditus Aristobolus ex Paneade, qui unus ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fuerant a pontificibus ad Ptolemaeum regem, Habreorum libros interpretati in Graecum sermonem, quique multa ex traditionibus Moysi proponenti regi percontantique responderant. Ipsi ergo cum quaestiones Exodi exponerent, dixerunt Pascha non prius esse immolandum, quam aequinoctium uernale transiret. Aristobolus uero etiam hoc addidit in die Paschae non solum obseruandum esse, ut sol aequinoctium uernale transcendat, uerum etiam & luna. Cum enim duo sint aequinoctia, inquit, ueris & autumnii, quis spacijs dirempta, & quartadecima die mensis primis sit statuta solennitas post uesperam, quando luna soli opposita e regione deprehenditur, sicut etiam oculis probare licet, inuenitur utique uernalis aequinoctij partem sol obtinens, luna uero e contrario autumnalis. Legi in eorum libris multa alia de his ualidissimis assertionibus exposita, quae euidenter ostendant Paschae solennitatem omni genere post aequinoctium celebranda. Multa & alia praeterea non solum religionis uiris, sed & philosophis admiranda scripta Anatolius dereliquit, quibus salutaris eius eruditio scire uolentibus innotescat. Huic primus Theotecnus sacerdotum Caesareae tenes, in episcopatu manus imposuit, & uiuens ipse sibi eum successorem suae cathedrae statuit. Unde & aliquanto tempore pariter cum ipso Theodecno Caesariensi ecclesiae praesuit.

Anatolius de Pascha.

Primam partem, scilicet arietis.

Alias quartum in ea die.

Horum pro his Paneade.

An Do. 278.
Anatolius
Laodicensis
episcopus,
Stephanus
Laodicensis
Theodotus
Laodicensis.

De episcopis, martyribus & doctoribus eiusdem temporis. Cap. XXIX.
Sed qui in aduersum Paulum Samosatenum Antiochiam conueniret concilium, praetergradientem Anatolium, defuncto Eusebio, Laodicensis ecclesiae uisibi uendicauit episcopum, post quem ultimus usque ad persecutionis tempus ad Leodiceam Stephanus ecclesiam gubernauit, & ipse eruditio & eloquentia prioribus non inferior, sed fidei uirtute longe dissimilis sicut persecutionis ignis probauit. Nihil enim philosophiae in necessitate ostentationis ostendit: sed non continuo in illius infirmitate Dei paupertas ostenditur. Post huius namque occasum prouidit Deus ecclesiae illi in episcopum Theodotum

dotum nomine uirum non solum uerbis, sed rebus & uirtutibus ornatum. Hic arte quidem medicus fuit, sed ad animarum a Domino translatus est medicinam, uere incomparabilis, qui super omnes pene homines, fide, misericordia, studio, uigilantia, atque omnibus optimis institutionibus claruit. In scripturis quoque diuinis laborem quamplurimum gessit. Interea apud Caesaream Palestinae Theodecno cum episcopatu solertissime, peregrisset, Agapius succedit. Qui & ipse multo labore, multaque diligentia in gubernatione populi adhibita, & praecipue erga indigentes paterna prouidentia ferebatur, a quo uir per omnia prudentissimus, uita, eruditione, moribus, adornatus Pamphilus, ecclesiae presbyter subrogatur. Sed iste Pamphilus quisue sit, & quantus, & unde oriundus, quonia non erat dignum breuiter transcurrere, omnem eius uisiones pertulerit, quosque agones desudauerit, & qualiter super omnia coronam martyrii indeptus sit, proprio id opusculo comprehendimus. De hoc ergo, quam mirabilis fuerit, illa lectio docebit. Sed & alios quamplurimos per illud tempus admirabilis in presbyteris uiros, nostra iam memoria tenet, ut apud Alexandriam Pierium, Melitium uero apud Pontium, qui episcopus postmodum factus est. Sed Pierius quidem acer ingenio, in diuinis scripturis nobilitate eruditus, uita purissimus, atque ad Christianam philosophiam nudus & penitus expeditus, doctor ecclesiae incomparabilis, priuatum & publice mirabiliter disputans. Melitius uero tanta suauitatis in moribus, & tanta dulcedinis, ut mel Atticum a sodalibus uocaretur. In omni eruditione perfectus. In theoreticis talis erat, ut alijs studijs nunquam uacasse putaretur. In cunctis uero philosophiae generibus, quae in quinque diuiduntur disciplinas, ita erat per singula consummatus, ut cum in unaquaque quis experiri uoluisset, in hac eum sola a puero habuisse exercitium iudicaret. Cumque esset eruditionum praerogator habebatur. Quem nobis persequutionis tempore in fuga positum apud Palaestinam, diligentius & plenius agnoscere licuit. Igitur Hierosolymis post Hymenaeum, de quo paulo ante memorauius, Zabdas sacerdotum suscepit. Quo paruo tempore administratum, Hermoni post se tradidit. Hic usque ad nostri temporis persequutionem, Apostolicam inibi quam susceperat cathedram conseruauit. Apud Alexandria uero Maximo, qui successerat Dionysio, cum decem & octo annis sacerdotum transegisset, Theonas succedit. Cuius tempore Achilles, eiusdem ecclesiae presbyter, ecclesiasticae scholae magisterium tenuit, eruditione, fide, conuersatione, & moribus insignis. Theonas uero quum decem & nouem annis sacerdotum inculpabiliter ministrasset, sedem tradidit Petro uero inter praecipuos egregio. Hic duodecim omnes annos in episcopatu illius urbis exegit. Quorum tres ante persequutionem, reliquos uero nouem diuersis in tentationum generibus duxit. Cumque se semper in omni agone persequutionum positus, arctioribus uinculis continentiae dstringeret, & ad utilitatem atque instructionem ecclesiae in uerbo Dei nobiliter insisteret, satisque uigilanter erga omnem sacerdotum curam diebus desudaret ac noctibus, nono persequutionis anno, episcopatus uero sui duodecimo, martyrii coronam capitis a Domini et Saluatoris nostri natiuitate, usque ad tempus persequutionis, in qua ecclesiae quoque destructae sunt historiae mandauimus. De reliquo uero agones martyrum, quos ipsi per nosmetipsos uidimus, describentes, posteris ad memoriam relinquamus.

Agapius
Laodicensis.

Pamphilus
Laodicensis.

Eusebij lib.
de uita Pamphilii martyris.

Melitius.
Mel Atticum.

Zabdas.
Hermoni.

Theonas.
An. Do. 294.
Achillas.
An. Do. 302.
Petrus.



Postolorum successionebus intra septem libros a nobis conclusis, in hoc octauo uolumine digni credidi, etiam ea quae nostris temporibus gesta sunt, posterorum memoriae relinquere. Et hinc iam nobis sermo sumat exordium.

De nostri temporis, id est Diocletiani et Maximianet Maximini imp. persecutione. Cap. I.

Aperte licet esse Christianum.

Dorotheus aulicus. Gorgonius aulicus.

Oblivio Dei in prosperis.

Thren. 2. Thren. 3. Psal. 66. Psal. 78. Psal. 79. Psal. 80.

Psal. 88.

Tem ante nostri temporis persecutione, quae mirabiliter, quaeque magnifice per tu sublimitatis ascenderit, enarrare, uires nostras profecerit, et in qua possibile est, quod aliquanti exprincipibus. Romanis, et facultate regendi, iurisque dicendi nostris prehebant: et coniugibus, et ministris, atque uniuersis domibus, non solum credere in Dominum Iesum Christum, uerum etiam cum omni fiducia ac libertate in fide agere sinebant: ita ut illos sibi fideles ac familiares ducerent, de quibus certi erant, quod pro fide Christi nihil periculum scirent. Sicut fuit opinatus mus ille Dorotheus in cubiculo regum, qui propter fidem Domini fidelissimus in omnibus habebat. Unde et cunctis praeferrere honore meruit et amore. Cum quo et Gorgonius, ceterique cum ipsis in Domino fideles, uel qui intra palatium in summis honoribus erant, uel qui ad praefecturas gubernandas praeferrere ceteris fidei comitate merebant. Iam uero multitudines coeuntium intra ecclesias populum, et praecipue in diebus festis innumeras cateruas per loca singula confluentes, quis dignè poterit explicare? cum ne ipsa quidem antiqua receptacula sufficerent, sed quotidie orationum domus dilatarentur, ita ut amplitudo earum concludere instar urbium uideretur. Sic per tempus plurimum ecclesiarum status incrementis prosperioribus augebat, et gloria earum terris excedens, et cuncta superimens, festinate uidebat ad caelum. nulla enim occurrebat inuidia, nullus liuor nequissimi demons obuiabat: quoniam quidem coelestis dextrae fulciebat auxilio populus, etiam tum bene Deo pro pietatis cultu, et iustitiae obseruatione promeritus. Verum ubi ex multa libertate, multaque in dulgentia uitati sunt mores, et disciplina corrupta est, dum alter alteri inuidemus, et alter alteri derogamus: discipuli uicem mordemus et inculamus, et aduersum nosmetipsos intestina praesidia commouemus: dum uerborum iaculis proximorum corda terebramus, dum principes cum principibus, populi cum populis, seditiones et certamina concitamus: dum simulatio in uultu, dolus in corde, fallacia proferri in uerbis, et malorum per singula cumulus intumescit: diuina praesidentia iactura disciplinae populo suo illata, ex plurima pace et nimia sui lenitate prospiciens, aggreditur primo sensim refrenare lapsum, et integro adhuc ecclesiae statu congregationibusque manentibus, indulget in terim eos qui erant in militia tantum, genulum persecutione pulsari. Sed cum nullus ex hoc clementiae eius intellectus populis redderet, quin potius uelut ignorantes Deum, absque diuina prouidentia res agerent, et per hoc eo magis peristerent in malis suis, atque ipsi quoque duces populi uidebantur et principes, inimicorum effectum, aduersum se inuicem contentione, zelo, liuore, superbia, inimicorum atque odij inflamarent, ita ut tyrannidem potius quam sacerdotum tenere se crederent, Christianae humilitatis et sinceritatis obliti sacra, mysteria profanis mentibus celebrarent, tunc demum secundum uocem Hieremiae prophetae, Obscurauit Dominus in ira filiae Sion, et deiecit de caelo gloriae Israel, nec remoratus est bellum pedum suorum in die ire suae. Et sicut iterum dicit: Submersit Deus omnem de corae Israel, et omnes macerias dies destruxit. Et rursum sicut dicit in Psalmis: Destruxit testamentum serui sui, polluit in terra sanctificationem eius per ecclesiarum scilicet subuersionem, et destruxit omnes macerias eius, posuit munitiones eius timorem, diripuerunt populum eius omnes qui transierunt per dexteram quibus cunctis opprobrium facti sumus uicinis nostris: exultauit enim dexteram inimicorum nostrorum, et auertit adiutorium gladii sui, et non adiuuit nos in bello, sed et destruxit eum ab emundatione, et thronum eius elisit in terram. Paucos se

cit dies nostros, et super omnia effudit super nos confusionem. Summa namque malorum nobis affuit omnium, tunc, cum domus orationis et ecclesiae Dei uiuam ad solum deducte sunt, atque ab ipsis subuersae sunt fundamentis, diuina uero scripturae in medio platearum igni crematae sunt. Pro nefas, ipsi haec nostris uidimus oculis: Sacerdotes Domini et pastores ecclesiarum publice denudatos, inuerecunde et inhoneste huc atque illuc ab impijs trahi, ita ut compleret ille sermo propheticus, Effusa est contumelia super principes, et seduxit eos in inuio, et non in uia. Sed non est nostrum describere, quanta in sacerdotes Dei iniuriarum genera conlata sint. Sicut ne illud quidem nostrum duximus, exponere sigillatim, quanta prius insulto Dei iudicio, et necessaria correptione diuinam sensimus manu. Neque enim refert in medium proferre, pro quibus uel turbo persecutionis inuectus est, uel quos quosdam infidelitatis procella submersit: sed illa sola commemorabo, quae uel nos ipsos dicentes, uel alios edificet audientes. Propter quod hinc iam diuinos agones beatissimorum martyrum breuiter in quantum possumus, explicabimus.

De ecclesiarum subuersionibus. Caput II.

Nonus decimus agebatur annus Imperij Diocletiani, mensis Martius, et diuina solennis Paschae imminerebat, cum edicta principis per omnem terram promuebantur, ut cunctae quae usquam sunt ecclesiae, ad solum usque destruerentur, scripturae sacrae igni exurerentur. Si quis inter nostros alicuius honoris prerogatiua munitur, sublata hac maneret infamis: si quis seruorum permansisset Christianus, libertatem consequi non posset. Haec omnia his quae primo aduersum nos lata sunt, continebantur edictis.

De qualitate persecutionum. Cap. III.

Post non multum uero temporis additur et alia. lubetur ut omnes qui per loca singula ecclesiarum praesunt, primo quidem coniciantur in uincula, tum deinde omnibus supplicij simulacris immolare cogantur. Hic uero ingens spectaculum sacerdotum Dei effecti sunt huic mundo et angelis, et hominibus, cum persecutorum crudelitate ad supplicia raperentur, et agones mirandos omnibus desudarent. Illos autem, qui et multo plures fuerunt quos metus oppressit, et ante congressionem solus terror elisit, praeterire melius puto. Ceteri uero, quorum mens propior et firmior, alij ignitis tormeta patiebantur. Flagris alij discerpebant, alij unguibus fodiebantur, alij ignitis laminis urebantur. Ex quibus nonnulli quidem fatigati cedebant, alij uero ad finem patientiam obseruabant. Ex ipsis autem persecutoribus, quidam tanquam misericassent conclamabant, cum non sacrificassent. De alijs uero cum ne appropriatam quidem immundis hostijs, acclamabant ipsi, quod iam immolassent, et abscedebant in eo tantum culpabiles, quod crimen sibi obiectum cum silentio paterebantur. Alij semiuui sublatis, tanquam mortui proiciebantur. Alij pedibus tracti, inter eos qui sacrificassent deputabantur. Aliqui sane exclamabant ingenti uoce, et testabantur se non sacrificasse, sed esse Christianos, tali se gaudentes confessione decorari. Nonnulli etiam maiori fiducia, neque immolasse se, neque unquam immolatos esse testabantur. Quibus tamen ab assistentibus militibus, quam adque uisissent. Tanti erat impijs studij, ut propositum suum uideretur implesse. Sed non aduersum beatos martyres impune hoc facere licebat. Quorum patientiae et magnanimitatis uirtutem, quamuis nullus dignè proferat sermo, tamen mediocritate uerbum nostrarum quae possumus enarrabimus.

De martyribus. Cap. IIII.

Incipit primo omnium quoniam, sicut diximus, ignis huius exordium inter foetiles Christianos parua scintilla conflauerat, cum deligerent si qui essent inter mitemdam, plurimi ex ipsis militiam pro fide Christi, pauci etiam animas poluerat. Cum uero inde flamma sumens initium, tota per populos et sacerdotes exaggerasset incendia, possibile non est numero comprehendi, quanti quotidie

Christiana fides impugnatur.

Psal. 106.

An. D. 304

Edictum Diocletiani Caesaris aduersum Christianos.

Edictum aliorum.

Sacerdotes Christianorum.

Carnificina Christianorum.

Christiani ad incesta sacrificia.

Assus gentium.

Militum Christianorum poena.



die penè per singulas quasq; urbes & prouincias martyres efficiebantur.

Nicomediensis quidam. Augustus, hoc est Diocletianus Caesar, hoc est Maximianus.

De his que apud Nicomediam passi sunt. Cap. V.

TENIM apud Nicomediam uir quidam de nobilibus honore & dignitate seculi illustris, simul ut uidit aduersum cultores Dei in foro crudelia edicta pendere, calore nimio fidei ignitus, publice populo inspectante iniecit manu...

Dorotheus aulicus, à cubiculo principis.

De his qui in domibus regum erant. Cap. VI.

POST hunc ad unum ex Dorothei sodalibus, qui in cubiculo regis erat, quique semper in affectu habitus fuerat liberorum, intentionis transfertur infamia...

Petrus.

Gorgonius

An. D. 304

Anthimus episcopus Nicomediensis. Incendium palatii Nicomediensis impingitur Christianis.

Per regios pueros, Dorotheum Petrum & Gorgonium intelligit cubicularios ministros Cesaris pro Christo occisos.

poenas inciperent, & supplicia renouarent, sperantes ab eo elicere se posse conueniens: ille firmus in fide, & ouas in spe consumptis iam & igne resolutis carnibus suis, ultimum spiritum in fide lætus exhalat. Tali Petrus (hoc enim ei nomen est) martyrio decoratus, uere Petri extitit & fidei hæres, & nominis. Huius institutor in disciplina, & magister in officijs, quæ intra palatium exhibebatur Dorotheus erat, cubicoli regni Præpositus, habens secum officio, fide, et magnanimitate parem Gorgonium. Quorum institutionibus, optimis omnes pene cubicoli ministri in fide Dei uigilanter & libere perstebant. Dorotheus igitur & Gorgonius cum Petrum tam crudelibus uiderent atque in Petro mentis sententiam, quæ in nobis omnibus uiget: Ut quid in illo crimen ducitur, quod à nobis, omnibus confitetur. Hæc nobis fides, hic cultus & unanimitas eademque sententia. Quos ille cum in medium nihilominus uenire iussisset, simili bus penè ut priores supplicijs affectos, ad ultimam laqueos appesos necari iussit. Tunc & Anthimus ipsius urbis episcopus, in Domini Iesu Christi confessione perdurans, martyrii gloriam capitis obrucatione suscepit. Hunc autem tanquam uere bonum pastorem uiam martyrii præeuntem, uniuersa penè gregis sui multitudo prosequitur. Accidit namque apud Nicomediam in ipsis diebus parte aliquâ palatii incendio conflagrare. Hoc Imperator à nostris factum falsa suspitione præsumpsit, ex quo inestimabili furore succensus, iubet omnes nostros aceruatim collectos, alios quidem gladio obrucari, alios ignibus conflagrare. Sed in illis per diuinam gratiam maiori fidei ignis sardebat. Denique cum assisteret ministris in terrogaret singulos, si qui forte sacrificaturi uellent dimitti, tam uiri quam mulieres, ne interrogari quidem se patiebantur, sed ultro uel flammis irruere, uel cadentibus gladijs certatim obiectare ceruices. Cuius iam illis ipsis spectantibus, in medium pelagi adducunt, ibique in sententia fidei perstiteres, precipitabant in profundum. In tantum uero apud eos rabies crudelitatis exarsit, ut & regios pueros martyres effectos cum secundum humanitatis ordinem fuissent sepulture mandati, effoderent denuo, & corpora eorum piscerent in mare, hoc dicentes Ne forte dii efficiant Christianorum, & illi qui deos adorare nolunt, seruos nostros incipiant adorare. Putant enim quod diuinus apud nos honor martyribus hæc apud

apud Nicomediam gereretur, ubi cruentus & ferox autor ipse crudelitatis priorum carnibus inhiabat, haud segnius etiam apud Melitenem prouinciam Syriacam, omnes ecclesiarum principes carceribus retrudi, & in uincula conijci edictis principibus urgebatur, simulque cum his ex plebe uiri & mulieres nobilesque & ignobiles rapiabant, & fiebat ubique spectaculum miserabile ac foedum. Subito namque inueniebatur in urbe silentium, in carceribus constipatio, in urbe per plateas homo nullus migrasse uideretur ad carcerem. Cateneque homicidibus, adulteris, uenerarijs, & se pulchrorum uiolatoribus fuerant fabricatae, nunc episcoporum et presbiterorum, diaconorumque & lectorum, atque omnium religiosorum hominum colla constringunt, ita ut criminosis nec uincula superessent, nec locus ergastuli resideret. Verum cum peruenisset ad principem astuare carceres, et per innocentiū poenas locum deesse criminosis, noua rursus decreta mittunt, ut ex his quae concludi erant, si quis uellet immolare, lib. abscederet: qui uero abnueret, diuersis poenarum generibus interiret.

De Aegyptijs qui apud Phœnicem passi sunt. Cap. VII.

IN iam quantæ per singulas prouincias multitudines martyrum, & præcipue in Africâ ac Mauritania, Thebaidis quoque atque Aegypti regionibus extiterint, numero comprehendere quis ualeat. Sed ne illorum quidem, quorum agnos apud Palæstinâ, uel Tyrum, quæ est urbs maxima Phœnicis, præsentibus in specimus, ut dignum est, memorare sufficimus. Tanta enim ab eis uirtute peruenit aduersum illata supplicia pro pietate certatum est, ut nisi quis prius Dominum et Saluatore nostro credat, dicenti. Quia ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi: & eius uirtutem martyribus sciat esse presentem, rebus gestis derogeret fidem. At nos (ut dixi) non audita, sed oculis nostris inspecta narra mus. Exquirebantur diuersa tormentorum genera sibi inuicem succedentia. Flagris primò per omne corpus Dei martyres carpebantur, post hæc tradebantur ad bestias, adhibebantur leones, ursi, pardi, atque omne ferarum genus, apri quoque, sed & tauri, quibus ferro & igni feritas addebatur. Preparabantur hæc omnia aduersum cultores Dei, & omnis contra eos hominum bestiarumque, & elementorum crudelitas armabatur. Ad hæc Dei cultores denudati statuuntur in medio arenae loco addit adhuc arte intra caueas bestiarum furor, & ita se uiuiores semetipsis effectæ pueri claustris, replent subito stadium, circumdant ecclesiam martyrum in medio sitam, circum ab eorum corporibus, ascendent. Sed ilico furor qui reprimebatur in beluis, transit in homines. Nemo presentem Dei uirtutem, nemo diuinum, pijs adesse sentit auxilium, sed mittitur quibus hoc artis est instigare bestias aduersum eos, quos diuina dextera defendebat. Verum ille, ut ostenderetur omnibus, non feritatem deesse bestijs, sed diuinam Dei cultorum, adesse custodiam, illos ipsos qui ad instigandum mitantur, incredibili uelocitate discerpunt. Et cum iam nullus ex huiusmodi artificibus auderet accedere, iubetur ipsi sancti martyres comotis manibus, & uelut prouocantibus, incitare aduersum se beluas. Sed ne sic quidem pati aliquid poterat. Verum & si forte aliqua fuisset ex beluis concitata, cum peruenisset ad proximum, protinus in semetipsum conuersa repedabat. Tunc uero stupor ingens & pauor omnes qui in spectaculis considebant, inuaserat, uidentes homines nudos (in quibus plurimi primæ adhuc ætatis) in medio tot ac tatarum positos ferarum, in quibus Deo non solum nihil curare terrena, uerum ne carnem quidem suam magnipendere, & ipsis iudicibus, pauore tremantibus, reos læto & hilari uultu in medio persistere beatus, humana uero rabies nec ferarum mitescit exemplis. Sed tentat adhuc ab hominibus. Deus, iubent alij uere criminosis bestijs subtrigi, qui tamen illico ut aperuerunt, alius à leone, alius à pardo, ab ursis alius exelus, aut à tauro in aera dispersus est. Et ita omnes intra momentum temporis pereunt. Sed ne quidem incitate

Melitene Syriae.

Carceres replentur Christianis.

Martyres in uarijs locis.

Tyrum.

Carnificia na martyrum apud Tyrum.

Bestia non attingunt Christianos.

tatae bestiae cultoribus Dei aliquid molestiae generabant, diuino spiritu eos, uelut muris ualidissimis ambiente. Verax namque ille est qui dixerat: Vbi tunc erint ex uobis duo uel tres, ibi ero in medio eorum. Cum ergo nesciret quid egisset humana saeuitia, iubetur mutari feras: & ablatis prioribus aliae rursus dimitti. Quae cum & ipse similiter ut priores nihil triste Dei cultoribus intulissent, amotis etiam his, saeuiores feris martyribus homines mittunt, qui soli possint immanitate beluas, crudelitate feras, atrocitate bestias superare. Gladii igitur peragunt, quod bestiis nequiuertunt. Et ut in omnibus se ostenderent beluis esse nequiores, prohibebant etiam cadauera mandari terrae, sed iubebant fluctibus dari. Haec apud Tyrum uenerandi martyres, qui ad illam urbem de Aegypti partibus uenerant, mirifica certamina desudarunt.

De ipsa Aegypto. Cap. VIII.

Mart. 18.

Martyres apud Aegyptum.

IN sua uero prouincia apud Aegyptum innumerabiles alij non inferiori gloria tam uiri quam foeminae, sed & pueri ac senes pro fide Domini nostri Iesu Christi praesentem uitam paruipendentes, futurae gloriae beatitudinem quaerere. Quidam ex ipsis post uerbera, post uincula, post ungulas, post flagella, aliosque diuersi generis horribiles cruciatus flammis traditi sunt, alij in mare praecipitati, nonnulli etiam capite censi, ita ut sponte ceruices suas securibus darent, nonnulli inedia consumpti, alij patibulis affixi, in quibus quidam more peruerso capite deorsum presso, & pedibus in sublime sublatis.

De Thebaide. Cap. IX.

Martyres apud Thebaide.

Diuellibatur martyres inflexis opposita riu arboru ramis.

Aegypti martyres.

APud Thebaide uero omnem narrationem superat agitata crudelitas, pro ungulis testas fictilium uasorum adhibebant tortores, quibus omne corpus eorum lacerabant, donec totam carnis eraderent cutem. Mulieres quoque nudas, ita ut ne pudenda quidem contegerentur, arte quadam compositis machinis uno pede in excelsum suspensas, & capite in terram demersas, indignissimo spectaculo expositas, pendere per diem continuum sinebant. Alias sicubi uicinae sibi duae arbores inueniebantur, ut quadam ab utraque inflexis contra se inuicem ramis, eisque singulis singulos pedes martyris obligantes, subito ramos quos uel inflexerant relaxabant. Qui cum ad situm suum natura li impetu referrentur, discriptis despiciatisque uisceribus, auulla secum membra rapiabant. Et hoc non paucis aliquibus diebus, aut paruo tempore, sed per annos aliquot, quotidie, quando minimum decem interdum autem & centum in una die uiri uel mulieres, sed & paruuli supradictis poenarum generibus tradidantur. Verum & nos ipsi per idem tempus, cum in Aegypti partibus iter ageremus, oculis nostris inspeximus, ut sedenti pro tribunalibus, seuissimo Praefecti offerrentur innumeri fidelium populi, quos ille singulos per ordinem confessos se Christianos, capite plecti iubebat. Cumque hi certatim se & sponte gladio subicerent, confessione praemissa, ille inhumanus & crudelis, nec multitudine contemplatione, nec uirtutis eorum magnanimitate permotus, duci nihilominus omnes & caedi capite iubet. Egrediuntur cuncti pariter ad contiguum moenibus campum, non carnicum nexibus tracti, sed fidei uinculis colligati. Nemo defuit, cum nemo eos seruaret: sponte omnes, imo & alter alterum praueinentes, ceruices caedentibus odiebatant: defecerunt carnicum manus, & succedentes sibi inuicem fatigati sunt: hebetata est acies gladii. Videbatur se residere carnicum, uires resumere, animos reparare, mutare gladios, diem quoque ipsum non sufficere ad poenam. Nullus tamen ex omnibus, ne paruulus quidem infans deterreri potuit a morte. Sed hoc solum singuli pauerebant, ne forte dum properum sol uergens clauderet diem, separatus a consortio martyrum remaneret. Sic confidentia fidei constanter & fortiter cum laetitia & exultatione mortem presentem uelut aeternae uitae principia rapiabant. Denique dum priores quique iugularentur, reliqui non desidia aut torpori animos indulgebant, sed psallentes & hymnos Deo canentes, locum quicquid sui martyrii expectabat,

pectabat, ut haec agentes, etiam extremos spiritus in Dei iadibus exhalarent.

De Philea martyre. Cap. X.

O uere. pro qua uere. Phileas episcopus thmutaru.

VERE mirabilis, & omni ueneratione dignus grex illa beatorum, turma preciosior omnium lapis & gemma nobilior adornabat. Hanc sane coronam bar ductor illustrior, hunc gregem pastor nobilior decorabat. Phileas huic non minus est, qui erat episcopus urbis illius quae appellatur Thmuis. Hic nobilitate primi generis secundum animi uirtutem de caelestibus trahebat, de terrenis uero quantum ad seculum pertinet, primis in Romana republica fuerat honoribus functus, eruditione quoque liberalium literarum, & omnibus quae ad animi uirtutem pertinent exercitijs apprime eruditus: nouissimam hanc, quae prior est omnium, secundum Deum philosophiam ita suscepit, ut omnes qui praecellerant antea. Cumque plurimos propinquos & consanguineos nobiles uel in eadem urbe haberet, frequenter ad Praesidem ducebatur, eiusque monitis & contemplatione suadebatur suscipere liberorum, neque incepta praesumptione persequere. Ille uero uelut si saxo immobili unde alideretur, garrulentum diuina respicere, animum ad caelum tendere, Deum in oculis habere parentes & propinquos, sanctos martyres & apostolos dicere. Aderat tunc quidam uir aegens turmam militum Romanorum, Philoromus nomine. Qui cum uidisset Phileam circumdatum lachrimis propinquo, & praesidis calliditate fatigari, nec tamen flecti aut infringi ullatenus posse, exclamabat: Quid inaniter & superfluo constantiam uiri tentatis? Quid eum qui fidem Deo seruat, in hilem uultis efficere? Quid eum cogitis negare Deum, ut hominibus acquiescat? Non uidetis quod aures eius uerba uestra non auditur: quod oculi eius uestra edocilem gloriam aspiciunt & conuentur? Post haec dicta cunctorum ira insonat. Quibus libenter annuens, iudex uirumque plecti capite iubet. Verum quod Phileae fecimus mentionem, & ingenij atque eruditionis eius, studium praedicauimus, non uidetur absurdum, si aliqua ex opusculis eius in quibus de martyrum passionibus memorat, historiae huic quae ad rem uidelicet pertinent, in horum uero nobis honorum exempla praebuerunt beati martyres qui unam nobiscum in agonibus perdurantes, secundum quod ex diuinis scripturis fuerant inueniunt, oculum mentis suae in Deo habentes defixum, mortem pro pietate absternunt letum Christum, propter nos hominem factum, hoc nos docuisse, ut ustratus est esse se aequalem Deo sed semetipsum exinanuit, formam serui accipiens, & habitu repertus ut homo, humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem suscepit, ne fidei suae conscientiam maculareret. quonia quidem perfecta in eis charitas toras eiciebat timorem: Quorum si uelim toleratim enumerare uirtutes, & ex solis qui oculis suis intuebatur quae gesta sunt, uideri credibilia. Erant enim ex postis omnibus uolentibus, pro libidine inferre supplicia: & si quod aliquis per oculum excogitasset, nouum genus supplicij detulisset, licebat inferre: Verberabant etiam alij fustibus, alij uirgis, flagris quoque alij, nonnulli loris districti, uel funibus. Et erat studium per singulos penam nouum genus inuenire supplicij. Post terrena uero unguibus exarant, uetus & leue ducebatur. Quod & si forte hoc genus supplicij cuiquam fuisset adhibitum, non (ut latronibus & homicidis solet) tantum latera fodie.

Philorom.

Nona supplicia.



podiebantur, sed & uenter & femora ac tibiae, & usque ad ungues ungula perueniebat. Sed ne facies quidem ac uultus & frons a tormentis remanebat immunitis. Addebatur & hoc super omnia, ut posteaquam fuissent humana corpora absque omni humanitate laniata, exposita in publico, & nudata non solum ueste, sed etiam cute, crudele cunctis praetereuntibus spectaculum fieret. Quosdam columnis districtos, & post tergum distortis brachijs uinctos, derelictos habant. Iam uero hi qui ante praesidem suspendebantur, non id solum temporis, quo ab eo discutiebantur, sed totum pene diem cum alij actus agerentur, in oculis exigebant, si forte aliquis ex his, iugis poenae continuatione a proposito firmitate decideret. Tanta uero in his crudelitas erat, & in tantum ab eis omnibus penitus humanitatis sensus aufergerat, ut posteaquam omne corpus uel tormentis uel uerberibus fuisset absumptum, trahi nudum pedibus rursum iuberetur ad carcerem: atque ibi neruo pedibus conclusis, recentibus adhuc uulneribus recerentur in solum testarum fragmentis subterstratum. Interea quamplurimum usque ad mortem constantem & fortiter perdurantes, inuentoribus scelerum uim niter intentatae crudelitatis pudorem non minimum conferebant. Alij uero recepta corporis sanitate ad reparandos denuo agones, dispensatores poenarum sponte prouocabant. Quos illi erubescens rursum ad tormenta reuocare, ipsa eorum audacia perterriti, capite eos caedi iubebant. Iste sunt ueri in Deo philosophi beati martyris Phileg uoces, quas in uinculis positus, & in carcerem retrusus, commissis sibi ecclesiae scribebat, quibus una secum socios eos martirum, & consortes caelestium faceret coronarum.

De quadam ciuitate apud Phrygiam pro Christi nomine tota coronata. Cap. XI.

Ciuitas Phrygiae Christiana exusta.

Iam uero illud quod apud Phrygiam gestum est, quis audeat praeterire: in quo & communita humanitatis, & propria Romani regni iura uiolata sunt, ubi urbem quandam Christianorum ciuium, in qua & populus omnis, & honorati uiri, & curator ac magistratus, Christianos se esse, nec acquiescere ad criticandum faterentur, circumdari militibus iubent, cunctosque simul cum mulieribus uiros, cum paruulis senes, cum ciuibus ciuitatem, iniectione igne concremati, ita ut nullus penitus ex illa urbe, etiam cum optio uolentibus crudeliter scederet. Et hoc in ciues perpetratum est, quod in hostes egisse, notam crudelitatis habuisset. Verum beati huius numerosissimi martirij pariter ab uniuersis uel be suscepti, autor & dux extitit uir pietate & religione atque omni benignitate clarus, Adauctus nomine, patria & genere Italus, honoribus palatii per gradus singulos usque ad officiorum magistratum perfunctus: rationes quoque per illud tempus summarum partium administrans, in supradicta urbe degebat. Cuius in confessione Christi constantiam omnis populus secutus: boni ducis exemplo summarum uere partium per martyrium consecutus est palmam. Sed inde sufficimus propria uniuersiusque martyris per singulos enumerare supplicia: Quis enim possit uel illa repetere, quibus aequum Arabiam sancti martyris securibus caeli sunt? Aut quomodo quis retexat, quae in Cappadocia gesta sunt, ubi crura frangi Dei cultoribus iuebantur? Quis Mesopotamiae referat cruciatum, ubi Christianos sui tergoris more singulis manibus pedibusque suspendit, amarissimo fumo subtergesto, indignis cruciatibus, pedibusque suspendit, lento igne prope adhibito, tormentis longioribus absumebantur. Alios uero

Arabia Cappadocia Mesopotamia

De his quae apud Alexandriam & Antiochiam gesta sunt. Cap. XII.

Mira martyria carnis

Ulla autem quomodo replicem, quae apud Alexandriam gesta, etiam ueterum poetarum fabulas uincunt: ubi obruncatis auribus, atque inhoneste uulneribus, truncum abire sinebant derisum. Apud Antiochiam uero quomodo re cordabor craticulas prunis impositas, quibus Christiani superimpositi torrebantur? Sed inter haec nobilitate duorum iuuentum factum memorabile silere, aequum

scuole Christianorum.

aequum non puto. Qui cum comprehensi, simulacris immolare cogentur, aiunt: Ducite nos ad aras. Et cum fuissent adducti, manus suas ardenti igni superponentes, si subtraxerimus, inquit, sacrificasse nos credite. Et quoad usque caro omnis in ignem desureret, immobiliter perdurarunt. Alij cum ad sacrificandum quaerentur, sacrilegam pollutionem uitantes, uitam praecipitio finerunt: minore quidem tolerantiae fiducia, sed conseruanda fidei maiore cautela. In quibus admirabilis quaedam & ueneranda foemina, pulchritudine pariter & pudicitia formosa, genere nobilis, & copiosa facultatibus: cui erant duae filiae uirgines, honestae satis, & ad maternae pudicitiae regulam nutritae, specie simul & moribus aemula sibi probitate certantes, quas religiosa mater secundum praecceptum diuinum in timore Domini educauerat. Sed pro his quae supra diximus, uel institutionum bonis, prauorum hominum multo erga uirgines, earumque matrem contentio exagrabatur, & summo studio, summoque ut perquirebantur. Cumque declinandi turbinis gratia sui absentiam procurassent, agitur omni intentione, ut earum praesentia fieret: missi in hoc ipsum milites, repertas eas uenire Antiochiam cogunt. Sed cum perurgentibus militibus, uehiculo impositae iter agerent, talibus religiosa & pudica mater ad filias uti uerbis: Scitis dulcissimae mihi filiae, quomodo uos in disciplina Dei educauerim. Scitis quod a paruulis Deus uobis pater, Deus nutritor, Deus institutor, extiterit, & quod pudicitiae & castitatis bonum ita mecum pariter direxerit, ut nec oculus quidem uester unquam (sicut uobis conscius sum) lasciuio re fuerit maculatus aspectu. Quid igitur nunc agimus? Videtis quod ista omnia uis, aut a Deo nos studet aut a pudicitia separare. Prostituatur ergo publicis lupanaribus membra, quae aer pene ipse publicus habuit incognita? Ne quae sola filiae, quia nec tam parua nobis in Deo fides est, ut mortem pertimescamus: nec tam despecta pudicitia, ut uiuere etiam cum turpitudine cupiamus. Quin potius si placet quod in omnibus tenetis, etiam in hoc sequimini matris exemplum. Praeueniamus impuras carnificum manus, & impudicorum praeripiacionibus filias ad simile propositum uideret accensas, ad fluuium quendam in mare e positum uenerunt, ubi cum se humanae necessitatis causa descendisse simulassent, & paululum custodes cogente naturali reuerentia secessissent, ad ductis diligentius hinc inde uestibus, minacis se fluuij rapidis iniecerunt fluentis. Sed & aliae duae uirgines per omnia insignes sorores, genere nobiles, uita mirabiles, primae adhuc etatis specie pulchrae satis, sed anima pulchiores, ornatae moribus magis quam monilibus, studijs apprimae probabiles, non ferentes uiolati publicis edictis ac legibus castitatem, marinis se fluctibus demersere.

De his quae in Phrygia apud Pontum gesta sunt, alijs quoque diuersis uirorum ac mulierum passionibus. Cap. XIII.

Haec apud Antiochiam. In regionibus uero Ponti crudeliora gerebantur. Arundines acutae quibusdam sub unguibus digitorum infigebantur. Alij plumbum igni liquefactum, & dorso defusum, usque ad loca pudenda naturalis egestio procurari solet, infundebatur. Foeminis quoque faciam, quod appellaciones ipsae mihi in admisis facinoribus desunt, & gestorum scelerum, nec uocabula quibus enumerari queant, inueniri possunt? Sui iudices in eo solo sapientiam suam omnibus futuram in admiratione censebant, si aliquod nouae crudelitatis supplicium, nouique generis inuenissent. Sed quum aliquantulum iam non ratione aut humanitate, crudelitatis tamen nimietate lassati, respicere ad immanitatem sceleris sui coepissent, desolatas urbes ciuibus

Mater cum duabus filiabus amore castitatis in flumen se iniecit.

Due uirgines in mare profilerunt

Carnificina martyrum apud Pontum.

Ee bus



bus, & optimis ciuibus, rure nudata cultoribus, orbatos filijs patres, et patres a liberis, ad clementiam se humanitateq; conuertunt, edictumq; principale propo- nunt: Quonia fas non esset tot ciues, in quibus fidei suae esset obstinata persuasio morti tradere, placere de reliquo, ut hoc genus hominum nequaquam quidem subiret interitum: omnes tamen qui hanc speciem confessionis tenerant, dextris oculis ferro effossis, eisdemq; cauterio adustis, sinistro etiam poplite nihilominus cauterio debilitato, per singulas quasque provincias in feris ferrisque metalla, uel operis, uel poenae gratia deportandos. Haec fuit clementia principalis, qua optimis ciuibus consultum est. Sed illi quidem suis (ut uidebatur) uel moribus, uel uitijs agebant. Iustis uero & sanctis uiris corona uirtutis & patientiae parabantur, Domino & Saluatore nostro per haec uel explorante fidem credentium sibi, uel merita remunerante. Sed sicut omnes per singulos enumerare non solum difficilius, sed & impossibile est, qui tunc in passionibus carnis suae Deo gloriam dederunt: ita omnes penitus omittere, & ne paucorum quidem nominatum facere mentionem, satis uideretur ingratum. Paucos ergo memorabimus, & maxime ecclesiarum principes, per loca sua singulos martyrij gloria coronatos.

De praepositis ecclesiarum. Cap. XIII.

Anthimus. Lucianus.

Primus nobis in memorijs piorum fulgens in regno Christi martyr scribitur Anthimus Nicomediae episcopus, capite caesus. Post hunc uita & studijs semper martyr Lucianus presbyter Antiochenus, sed tunc apud Nicomediae Christi regnum rebus gestisque praedicans. Apud Tyrum uero nobilissimus in martyribus, & a prima aetate in Christi institutionibus enutritus Tyrannio eiusdem urbis episcopus, Zenobius a Sidone presbyter, & Syluanus Emisenorum ecclesiae episcopus, qui in sua ciuitate bestiarum morsibus sumptus, martyrum sociatus est choris. In Palaestina uero primus Syluanus episcopus apud Gazam, cum plerisque Clericorum. In metallo autem Fanensis quadraginta simul capite casti: Peleus uero & Nilus episcopi cum plurimis clericis igni consumpti. In eorum numero habebatur etiam Caesariensis ecclesiae flos nobilissimus, & fructus doni caelestis Pamphilus. Apud Alexandriam uero & per omnem Aegyptum, uel Thebaida primus uelut lucifer quidam inter astra consurgens Petrus eiusdem urbis episcopus, doctrina, moribus, & uita praecipuus, & cum eo presbyter Faustus & Dius, & Ammonius, nec merito, nec institutionibus, nec martyrio dispares, Phileas quoque & Hefychius: & Pancomius, ac Theodorus, episcopi ex urbibus Aegypti, caeterisque cum ipsis innumerabiles, nobilissima pertulere martyria. Quorum per singula agones describere, ne nos opus nostrum iusto longius dilatemus, suis ciuibus qui ad dicendum probe pollent, & praesentes tunc aderant, derelinquo.

Tyrannio. Zenobius. Syluanus duo. Peleus. Nilus.

Pamphilus.

Petrus. Faustus. Dius. Ammonius. Phileas. Hefychius. Pachomius. Theodorus.

De mortibus persecutorum. Cap. XV.

Interea perturbari statum nostrum, & crudeli ubique animaduersione uastari internum peruisumque illum non latuit oculum. Et quoniam Dominus quidem tradiderat familiam suam castigari paucis, cruenti uero immanitatis ministri deseruerunt in multis: adest continuo uultra Dei dextera, & illos qui primo dum pacem seruari ecclesiae, cum omni prosperitate imperium gubernauerant, in tantam rerum permutationem deducit, ut Augustus ipse in id uanitatis atque amentiae perueniret, quo depositis, cum collega pariter Augusto regni insignibus, priuati & plebei post imperium uiuerent. Ille uero qui ei se cundus in honore postmodum etiam in primis successor fuit, qui & incensor ac signifer nostrae persecutionis extiterat, tam multis uariisque morbis & corporis tate atque infania mentis afficeretur, ut post longos atque inextricabiles languores, scelerum suorum furis agitatus, sponte uitam nefariam proderet.

An. D. 108. Maximianus.

De his quae extrinsecus acciderunt. Cap. XVI.

Sed haec postmodum. Tunc uero in occidentis partibus, quod Maximianus (qui & Hercules) deposuerat, Constantinus regebat imperium. In duras namque

que procuraciones Romanum regnum fuerat diuisum. Sed his multa clementia erga homines, erga Deum uero religione maxima utebatur. Neque uero ex confortis rabie regnum suum piorum sanguine maculauerat, neque orationum domos & conuenticula nostrorum, imitatus Maximiani uesania, hostili uastatione destruxerat: quin potius cultores Dei uenerationi habuit & honorum: unde & merito religiosus pater, religiosior filium Constantinum regni bene parti reliquit haereditem. At uero Constantinus, statim ut Romani regni apice ex paterna hereditate suscepit, mira quadam Dei gratia ciuibus charus, exercitui acceptus, uiris fortibus imitandus, facinorosis uero & ignauis terribilis fuit. In obseruantia quoque religionis longe etiam patrem uincere studuit. Sed & Licinius communi omnium uentura sententia adscitus in imperium, Augustus pronunciat. Quae res Maximianum uehementer offenderat, quod is tunc solummodo Caesar in orientis partibus habebatur: neque id ultra ferens, ut raptum sibi met Augusti nomen assumeret. Maximianus uero, qui & Hercules, quem paulo ante collegam fuisse Diocletiani, & cum eo imperij insignia deposuisse memorauimus, cum a filio Maxenti in urbe Roma tyrannidem tenente fuisset expulsus, ad Constantinum tanquam ad generum miserationis causa confugiens, insidias ipsi a quo religiose susceptus fuerat molitur. In quibus turpiter deprehensus, turpius perit: ita ut post interitum statuae eius atque imagines auferrentur, & in edibus publicis uocabula eius nominis mutarentur. Huius igitur filius Maxentius, qui in urbe Roma tyrannidem ceperat, primo uelut inuitandae erga se plebis gratia, fidei nostrae ueneratorem se esse simulabat, & ob hoc persecutiones reprimi, omnesque iniurias a Christianis arceri iubet. Sed nihil in reliquis actibus suis, nihil in uita uel moribus, quod Christianis proximum uideretur, ostendit. In tanta enim flagitiorum & scelerum face, in tanto impuritatis caeno uersabatur, ut nihil prorsus facilius esset alienum. Denique senatorum, & maxime nobilium matronas publice abstrahi, atque ad suam libidinem deduci imperabat: & post contaminationem uiris suis reddere iubebat, non tam expleta adulterij libidine, quam immutata. Tantus uero metus Patres Plebemque opprimeret, uti ne hoc ipsum quidem quod metuerent, patiam ostendere auderent, sed ferebant insuetam feruitem gementes: et aliquid pro libertate cogitare metu prohibebantur, cum ille non iam ira, sed libidine caedes ageret. Denique quadam die imperat militibus suis, exire per plateas totius orbis, ut omnes qui occurrissent, cuiuscumque aetatis & cuiuslibet sexus, uel uelut telis deiectione sunt. Senatores uero, & si maxime qui uel honoribus, uel opibus clariores in curia uidebantur, confectis criminibus, tanquam rei puniti proscriptique sunt. Adit uero etiam hoc fastigium sceleribus suis, & artis magicae industriam summis studijs excolit, ad quae ministeria explenda perquirebantur mulieres nobiles grauidae, & adhibitae funestis sacris medicinae scindebantur. Rauebantur & paruuli infantes, eorumque extra uisceribus euulsa perferuntur. demoniaca arte compositis, bella dicebantur per haec arceri, & credebatur ius regni per nefas posse seruari. His uero malis omnibus, etiam illud additur, quod omnes qui per caeteras urbes uel agros fuerant tyrannica crudelitate deterriti, dum nihil sibi ad uitam tutum putant, relictis agris, per loca abdita & latebras eunt, omni studio arandi serendique cessante, tantaque fames urbem atque que omnia loca inuaserat, ut nihil reliqui ad uitae subsidium fieret.

Hercullius Constantinus.

Constantinus.

Licinius Caesar fit Augustus. Maximinus Caesar Augusti nomen usurpat. Maxentius.

De persecutionibus Maximini imperatoris. Cap. XVII.

In orientis uero atque Aegypti partibus Maximinus simili per omnia crudelitate & uesania tyrannidem gerebat, ita ut alter alterum, utpote in tyrannide socius, etiam in sceleribus uideretur imitari, & nescires cui potissimum daretur flagitiorum palmam deberes. Eo sane Maximinus praeter socii sceleris uidebatur.

An. D. 111. Maximini Caesaris sententia.



bae, quod etiam publicos honores & maximos magistris magorum & malorum ar-
tium doctoribus decernebat. Simulcarorum quoque cultui satis superstitiose dedi-
tus erat, ita ut ne ad paruum quidem motum sine augurijs & diuinationibus ac symbo-
lis adquiret. Unde & uehementior aduersum nos & grauior prioribus. per-
secutor fuit. Vetera quoque delubra, & olim etiam a studiosis cultoribus derelicta,
renouari omnia iubet, sacerdotesque his & pontifices, per singulas provincias,
nobiles quosque, & alios iam honoribus functos, ministris militaribus, & salarijs addi-
tis decernit. Nec mirum, qui & manifestos maleficos, uel rectores provinciarum,
uel duces militum promoueret. Sed ob huiusmodi uanitatis ministerium, quod plu-
rimae copiae auri argenti queerebantur. Ex quo accidit, ut omnes ubique provin-
ciae diuersis modis & occasionibus nudarentur: grauando censum, tributa multi-
plicando, locupletiores quosque exquisitis aut etiam coactis iniurijs condemnando,
alios uero etiam peribendo, omnes pariter bonis paternis auitisque familiaribus euol-
uebat. Unde & motes auri (ut ita dixerim, congregatos familiaribus suis ac fatelli-
tibus largiebatur. In conuiujs uere tam profusus erat, tamque temulentus, ut infans, &
mente captus uini furore putaret, et ea ebrius fieri iuberet, quae die postea se-
iussisse nesciret. Delitijs, luxu, atque omni dissolutionis genere fluitans, turpissima
suis militibus praebebat exempla. Denique quicquid lasciuiae, quicquid petulantiae,
quicquid luxuriose gestu a rectoribus uel militibus, uel provinciarum fuisse, in-
ultum cedebat ob imperatoris exemplum. Cui inter cetera hoc etiam singulare stu-
dium erat, ne ullam non dico urbem, sed uel breue oppidum, absque adulterio nobilitatis
matronarum quae per loca fuissent repertae, uel corruptione uirginum, praeteriret.
Talis hic tantusque uir, qui pudicitiae, honestatis, iustitiae, ac totius aequitatis ho-
stis publicus erat, quid ni etiam Christianorum hostis & persecutor existeret?
Aduersum quos tantum crudelitatis exercuit, ut praecessores suos uincere se-
stinaret in scelere, ignes, laminas, cruces, bestias, maris profundum, obtruncatio-
nes membrorum, effossiones oculorum, & singulis membris specialia inferre suppli-
cia gestiebat: quum tamen illi magis constantes & fortes inuenirentur in toleran-
do, quam iste ingeniosus & callidus in exquirendo. Vinceretur etenim sepi-
us non solum a uiris, sed etiam a foeminis, quae uerbo Dei & fidei calore succentae,
ut foeminae quidem comprehendebatur, sed ut uiri fortes in certamine coronaban-
tur: morte quippe proptius subire, imo uerbo & ultro expetere, quam corporis ma-
culam recipere malebant. Verum cum duobus grauissimis dominis libidine & cru-
delitate praecipue ageretur, fuit apud Alexandriam Dorothea quaedam satis no-
bilis orta familia, ingentibus diuitijs, & propinquis nobilibus pollens, quam
ingenij atque industriae bonum, ceterarumque honestarum artium studia magis, quam
haec uigebant. Formae uero & decoris gloria tanta ei fuit, ut mirum ac speciale
in ea Dei figmentum crederetur. Sed illa quae religione animi & honestate uitae
pulchrior quam uultu corporis esse studeret, exquisitissimo mentis iudicio, quod
pulchrum & decorum inter homines uidebatur, id potius Deo consecrare, quam
humano statuit indulgere, ut uirgo Deo sacra persisteret. At ille qui diuina
atque humana libidine simul & crudelitate foedaret, cognito solius formae, non
etiam ingenij ac propositi bono, ad contemnerandam uirginem, ac polluendam ei-
us castitatem animam intendit. Cognito uero quod Christiana esset, quae secum
diuina edicta poenae magis quam libidini subiicienda uideret, in ambiguo positus
aestuare coepit: & in quam se partem uerteret, ignorare. Sed ubi dubios ani-
mos libido, quae ei latius dominabatur, obtinuit, & expectantem uirginem pro
martyrio ad supplicium rapi, per occultos nuncios de stupro interpellauit, illa
que nefas sibi esse respondit, templi corporis sui quod semel Deo consecraue-
rat, idolorum cultu ac libidiniscotagione polluere. proinde se quidem ad mortem
paratam esse, a crudeli uero tyranno non decere blandum aliquid aut molle proferri,
nec esse dignum resoluere erga se truces animos, quos quotidie undatim Christia-
norum profusus cruor duraret. Ad quae responsa cum ille libidine accensus acci-

Dorothea
uirgo Alex-
andrina.

us incalcesceret: & nisi uerbis adquireuisset, ut agere decerneret: omnibus uirgo
pudicissima facultatibus suis, domoque ac familia derelicta, noctu clam cum pau-
cis fidelissimis famulis, & cum amicissima sibi comite castitate discedit, atque in-
ulsum tyrannum uanum amentemque dereliquit. Sed & alias plurimas nobiles
mulieres simul ac uirgines exemplo illius adortus, sed exemplo nihilominus
illius paratior ad mortem, quam ad seruitutem libidinis nactus, crudelibus
supplicijs affici iubet. Quae multo promptius & laetius quam ceteri omnes mor-
tem subibant, eo quod duplices sibi coronas a Domino praeparandas, non solum
pro pietate, uerum etiam pro castitate credebant. Sed in his relationibus positum,
silere aequum non puto, etiam nobilissimae foeminae in urbe Roma mirabile fa-
ctum Sophroniae, cuius uir praefectus urbis Romae sub Maxentio tyranno de-
gebat. Qui quum de supradictae foeminae pulchritudine cognouisset (ut ei mos
erat) missis ita prorum ministris, deduci ad se foeminam iubet. Illa rem ad ma-
ritum detulit. Qui quum comperisset, multa secum uoluens, ad ultimum alti-
us ingemiscens: Et quid, inquit, faciemus, quibus aut haec toleranda sunt, aut anti-
ma ponenda? Tum illa ut maritum uidit, metu mortis perterritum prodidisse
pudicitiam suam: Paululum, ait his qui missi fuerant, expectate, donec composita
(ut decet) & adornata procedam. Dehinc ingressa cubiculum, cum prius defixis
genibus, orasset, tanquam pudicitiam suam Deo immolatura, pectus ac uiscera
correpto mucrone transuerberat. Extremos huiusmodi nuncios ad tyrannum
per adstantes famulas mittens: Tales (ait) magis placeant Christianae foeminae ty-
ranni. Hoc modo in oriente simul atque in occidente, uelut uno demonis spiritu ar-
mati, & paribus eisdemque uitijs accensi, desaeuebant tyranni, cum tamen per haec Christia-
norum uirtus animi, & constantia fidei probatior & magnificentior redderetur.

Sophronia
Romana.

De his quae in melius conuersa sunt. Cap. XVIII.

Sed cum per decem continuos annos in Orientis partibus similis etiam Maxi-
miani principis erga Christianos fuisset grassata crudelitas, & innumera
hominum millia Deum uerum colentium neci dedisset: cumque uires crudelitatis
& libidinis suae indefinenter suggereret temulentia, & neque consilium, neque satie-
tas finem ullum aut modum imponeret, adest cultoribus suis diuina prouiden-
tia, & quos per ignem probauerat, educit rursus ad refrigerium. Ipsum namque
autorem sceleris ultio diuina corripuit. Et ille qui latis ac saginatis carnibus in-
cedebat superbus, inflatis subito uisceribus, suppuratisque dilentitur. In pro-
fundioribus de hinc pectoris partibus obortum uulnus totos intrinsecus uiscerum
secessus tabo serpente depascitur. Post etiam fistulis quibusdam in superficie
purulentis meatibus adaperitis, de interioribus putrefactis uulneris uenis ebullire
undatim coepit innumera uermium multitudo. Foetor uero tam intolerabilis
erat, ut nullus omnino ne medicorum quidem propius posset accedere, quod
carnes latis latis, & in omni luxuria nutrita, grauiorem ex corruptione nido-
rem putredinis exhalabant. Denique plerisque medicorum, quod nec morbo a-
liquod mederi, nec uim foetoris tolerare possent, interfici iubet. In quibus cum
quidam iugulandus potius quam medicaturus assisteret, inspiratus a Deo: Cur
(inquit) Imperator erras: & quod Deus infert, ab hominibus putas posse re-
uocari? Nec humanus est iste morbus, nec a medicis curatur. Sed recordare,
quanta in seruos Dei egeris, quamque in religionem diuinam impius & pro-
fanus extiteris, & intelliges unde tibi sint poscenda remedia. Nam ego quidem
mori cum ceteris potero, tu tamen a medicis non curaberis.

An. Do. 313.

Galerius
Maximianus incipit
egrotare.

De his quae rursus in idipsum uersa sunt. Cap. XIX.

Tunc primum se Maximianus hominem esse intellexit: & scelerum suorum
immanitatem recordatus, primum omnium errasse se, & impie egisse profitetur
& uelut satisfacere incipit Deo. Tum deinde conuocatis his qui in offi-
cio publico sibi parebant, legem scribi & confestim emitti iubet, qua non so-
lum Christianis desinat persecutio, & arceatur omnis iniuria, uerum & reddi
ficari

Maximianus per
morbum
admonetur
humane
conditione



Alia obseruationibus.

Edictum Maximiani Constantij Caesarum pro Christianis.

Conuenticula.

Ruffini interpretis uerba.

ficari eorum permitterent ecclesie, ut solitis cultibus & obsecrationibus uacarent, etiam pro ipsius salute excelso supplicet Deo. Quibus dicto citius procuratis, continuo per singulas quasque urbes edicta mittuntur, continentia hunc modum: IMP. CAES. GALERIVS MAXIMIANVS, INVICTVS AVGVSTVS, PONT. MAX. GERMANICVS, AEGYPTIACVS, THEBATICVS, SARMATICVS V. PERSICVS II. CARPICVS VI. ARMENICVS MEDORVM ET ADIABENORVM VICTOR, TRIB. POT. XX. IMP. XIX. COS. VIII. PAT. PAT. PROCOS. ET IMP. CAES. FLAVIVS VAL. CONSTANTIVS, PIVS, FELIX, INVICTVS, AVGVSTVS PONT. MAX. TRIB. POT. IMPER. V. COS. III. PAT. PAT. PROCOS.

Inter cetera quae pro utilitate reipublicae disponimus, nos quidem primo uolueramus secundum antiquas leges, & publicam Romanae obseruantiae disciplinam cuncta moderari, inter quae etiam hoc addere, ut Christiani qui paternam religionem reliquerant, ad eam rursus reuertentur. Verum quoniam iudicio quodam animi sui tanta eos obstinatio rei huius habuit, ut nullo modo redire uellent ad reditum religionis antiquae, quae a maioribus fuerat instituta, sed eo magis pro uoluntate sua unusquisque legem sibi ipsi constituit, & in locis diuersis plebs diuersa concurrat. Cumque pro his a nobis propositum fuisset edictum, ut ad patrias leges redirent & antiquitas constitutas, plurimi eorum periculis se potius subicere, mortesque innumerabiles tolerare, quam obedire praecipis talibus, maluerunt. Et quoniam multos adhuc in eodem animi iudicio durare uidimus, ita ut nec deus coelestibus honorem debitu redderent, nec suae religioni satisfacere uiderent, respicientes ad solitam mansuetudinem clementiae nostrae, qua consueuimus omnibus hominibus dare ueniam, libenter etiam erga hos indulgentiam nostram credidimus porrigendam, ut rursus sint Christiani, & conuenticula in quibus orare consueuerunt, extruant, & reaedificent, ita tamen ut nihil contra disciplinam publicam gerant. Alii uero epistolis iudicibus indicauimus, quod eos oporteat obseruare. Unde concessa hac nostra indulgentia, exorare debent Deum suum pro salute nostra, & pro reipublicae statu, ut omnimodo incolumi degente reipublica, etiam ipsi securi agere in propriis laribus possint. Haec de Latino in Graecum uersa, nos rursus transuulgimus in Latinum. Sed post haec quid consecutum sit, uideamus.

ECCLESIASTICAE HISTORIAE Liber nonus.

De simulata indulgentia. Cap. I.

An. D. 313. Maximinus in Oriente.

Sabinus praefectus.

Huiusmodi edictis Imperialibus per omnem locum Asiae Ponticae propositis, uelut ex ingentibus tenebris subitum lumen refulsit. Sed Maximinus, qui in Orientis partibus Caesaris tyrannidem sibi quam locum tenebat, tanquam crudelitatis suae materiam sibi subtrahi non ferens, cum ei displiceret edictum, nec tamen aude- ret obsistere, proponi publice legem, & omnibus in notitiam uenire non patitur, uerbo tamen iudicibus praecipit, inducias Christianis interim prouinciarum iudicibus scribens, & praeterea Imperatoris inferens legem, manifestum efficit cunctis id quod Maximinus obscurare tentauerat. Iudices uero per singulas ciuitates edicta mittentes, legemque praeferentes, relaxari cunctos qui tenebantur in carcere, quique in metallis, aut quibus liber uinculis asserebantur, omnes abscedere liberos iubent. Quibus ita gestis, uelut post nimiam tempestatem, si solis splendor caelo redditus fuisset ac terris, duces populi nostri per singulas quasque urbes frequentare conuentus, ecclesias instaurare, concilia agere, sacerdotia reparare, singulas quasque ecclesias, si cui quid deesse uidebatur, instruere. Quae cum ita gererent, stupor ingens habebat infideles gentium, de tanta tamque subita conuersione rerum, ita ut admiratione ipsa fateri cogentur,

tur, magnum & solum Deum uerum esse quem Christiani colunt. Nostrorum uero si qui in agonibus fideliter & uiriliter perdurauerant, cum omni fiducia & leticia agebant. Si qui uero languidius & ignauius egerant, cum omni humilitate & supplicatione medicinam poscere ab his qui incolumes persisterant propebant, & per eos repropitiari sibi omnipotentem Deum supplicabant. Iam uero illi qui de metallis fuerant relaxati, uenientes per urbes singulas, magnanimi sublimesque incedebant, & ineffabilem letitiam atque exultationem Dei ecclesijs exhibebant, toto itinere per plateas quoque ciuitatum & uicos cum psal- mis ac hymnis digredientes, ita ut stuperent & magnificarent Deum hi qui eos paulo ante uinctos & catenatos trahi in metalla uiderant, latos uero nunc atque exultantes cernebant ad propria remeare. Ex quo etiam ipsi qui prius infestibantur nobis, & aduersi, nunc subite conuersionis miraculo congratulabantur nobis, & communem sibi ducebant letitiam nostram. Verum cum haec ita in agris & uicis & urbibus agerentur, & pro reddita sibi pace Christianorum populi modesta exultatione gauderent, totius boni inimicus tyrannus ferre non potuit, quin insira sibi nequitiae rabie gaudia ista subrueret.

De posteriori Maximini Imperatoris peruersione. Cap. II.

Et enim Maximinus, quem in Orientis atque Aegypti partibus tyrannice tenere supra diximus, se non amplius mentes passus est nostros in pace persistere, & protinus quicquid ad obturbandam eam nancisci potuit, molitur. Igitur primo prohibere nostros per occasiones quasdam tentat, ne ad comiteria conuenirent. Tum deinde nequissimos quosdam Antiochena- rum uiros instigationem mittere aduersum nos, deposcentes ne in proprijs de- gere liceat Christianis. Cuius legationis initium facit per Theotecnum quen- dam curatorem Antiochena- rum urbis, prauum ingenij hominem, pessimumque proposi- tum. Sed & alios per singulas ciuitates similiter deterrimos ciues ad simile faci- nus impellit, & ex omnibus prouincijs huiusmodi legationem dirigi com- punit. Multaque alia aduersum nos speciali quodam odio & obstinata conten- tione machinatur, donec omni modo mala quae iam quieuerant, renouaret. Mala mens, malusque animus, uelut sitim quandam & famem se pati putabat, nulli carni carnis, & sanguinem eorum profundi uideret.

De simulacro quod nuper apud Antiochiam fuerat consecratum. Cap. III.

Interea reperisse se occasionem maximam ratus est ex eo, quod apud An- tiochiam simulacrum quoddam Iouis amicalis nuper consecratum, artibus quibusdam magicis & impuris consecrationibus ita compositum est, ut fal- leret oculos intuentium, & portenta quaedam ostentare uideretur, ac respon- sa proferre. Idque omnibus & ipsis Imperatoribus pro certo confirmatur. Quod posteaquam ab uniuersis creditum est, asseueratur item Deus ille dedisse re- sponsum, ne Christiani in urbibus habitarent, neque in uicinis urbis locis, sed quanto fieri potest longius fugarentur. Quibus cognitis omnes qui ubique erant sub Tyranni regno per urbes ac prouincias singulas, scientes gratum hoc esse apud eum, similem de Christianis sententiam ferunt. Et missis ad eum legatis, ea de Imperatore impetrant, quae ut peterent ab ipso fuerant in- uisitata.

De sententijs quae aduersum nos late sunt. Cap. IIII.

Immo uero rursus aduersum nos persecutionis rabies instauratur, & Maxi- minus interim summa instantia per urbes singulas & prouincias sacerdo- tes simulacrorum ac pontifices statuit, multisque eos honoribus & muneribus praeficit, & omnia prorsus diligenter agit, quatenus cunctos beneficijs suis praeueniat, ut per haec promptiores eos efficeret in odia & necem Christiano- rum. Idque eo magis obtinebat, quod gratiorem sibi duceret eum, quem erga no- stros faciliorem nequioresque sensisset.

De actis falsis. Cap. V.

Et quamuis ei agere cuncta ex sententia liceret, quippe qui iam sibi etiam Ec 4 Augu-

Christiani liberantur & metallis.

An. do. 313. Christiani prohibetur conuenire in coemeterijs. Theotec- nus curator urbis Antiochena.

An. do. 314. Iupiter Phi- lius, hoc est amicitiae praefectus.

An. do. 315. Sacerdotes templorum honoribus ornantur.



Acta Christi apud Pilatum cōficta

Hoc ueneno pueros infici cupit

Augusti incessam praelumpserat dignitatem: uideri tamen uult, quod aliquibus iustis hac rationibus agat. Confinuntur Acta quaedam, uelut ad Pilatum de Salvatore nostra habita, in quibus aduersum Christum omnis blasphemia conscribitur. Quae Acta per omnes regni sui prouincias prelati precipit, & per urbes singulas, per uicos, per agros etiam proponi: precepto tribus quoque puerorum tradi iubet, uti pro his quae ad meditando, uel ad edulendum dictare solent, haec tradant pueris memoriae commendanda. Cum uero haec ita per omnem locum diligenti nequitia gererentur, Dux Damasci, cognita Imperatoris sui erga Christianos libidine, et ei placere in talibus studiis, indignissimas quasdam mulierculas de truiuo conquisitas, sibi sibi facit, & agitari in plurimam quaestionem, per quam cogeret eas Actis profiteri, fuisse se quondam Christianas, & scire quod inter ipsa mysteria eorum, spurca quaedam & impura committerentur. Aliaque huiusmodi flagitia, quae nec audire quidem bonus quisquam pateretur, mulierculas actis prosequi facit: eaque conscripta ad Imperatorem refert. At ille proponi ea nihilominus per singulas quasque urbes ac prouincias iubet, quamuis Dux ille non in longum tali fraude gausus sit. Breui namque quadam insania desperationis incensus, in exitum uitae suae proprias sibi intulit manus.

De his qui eo tempore martyres existerunt. Cap. VI.

Sylvanus episcopus. Petrus Alexandrinus.

Luciani presbyteri oratio de Christo.

Nostorum uero rursus fuga, rursus persecutio, & supplicia renouantur. Iudices prouinciarum tanquam gratum aliquid ex hoc Imperatori exhibentes, in nostros atrocius desequere. Igitur apud Tyrum Phoenices urbes tres quidam iuuenes correpti, cum se Christianos esse confiterentur, bestiis subriguntur: cum quibus & Sylvanus episcopus quadraginta annis functus sacerdotio, uir maiestatis, et ipsa iam senectute uenerabilis. Per idem tempus etiam Petrus, de quo supra memorauimus, Alexandriae urbis episcopus, per omnia insignis, & omnibus uirtutibus adornatus, in scripturis uerbo diuinitis, & in uerbo Dei priorum nullo inferior, prudentia quoque singularis, & in omnibus perfectus, uere sacerdos & hostia Dei subito rapitur, & tanquam ex Maximini precepto capite obruncatur. Cum quo simul & alij plures ex Aegypto episcopi trucidantur. Lucianus quoque uir, moribus, continentia, & eruditione praecipuus, Antiochenus presbyter, cum ad tribunal iudicis fuisset adductus: Cur inquit ad eum Praefes uir rationalis & prudens sequeris sectam, cuius non potes reddere rationem? Aut si est aliqua, audiamus. Tu ille data sibi facultate dicendi, huiusmodi orationem de fide nostra habuisse dicitur: In occulto non est, quod nos Christiani quae colimus, Deus unus est, per Christum nobis annunciat, et per spiritum sanctum nostris cordibus inspiratus. Non enim sicut uos putatis, humanae alicuius persuasione errore constringimur, nec indiscussa (ut alij parentum traditione decipimur. Auctor nobis de Deo, Deus est. Neque enim posset sublimis illa maiestas sensibus humanae mentis illabi, nisi uel spiritus sui uirtute delata, uel uerbi ac sapientiae suae interpretationibus indicata. Fateor, errauimus etiam nos aliquando: & si mulacra quae ipsi sinximus, deos caeli ac terrae putabamus auctores: sed arguebat eos fragilis substantiae suae a nobis praestita consecratio. In quibus tantum uenerat, quantum decoris manus contulisset artificum. Verum omnipotens Deus ille, quem non nostris manibus fictum, sed cuius nos decebat esse signum, quae nos miseratus humanos, sapientiam suam misit in hunc mundum, quae nos doceret Deum, qui caelum fecisset & terram, non in manu factis, quae inuisibilibus requirendum. Vitae etiam nobis leges, ac disciplinae praecipua, quae uare parsimoniam, paupertate gaudere, mansuetudinem colere, studere pacis, puritatem cordis amplecti, patientiam custodire. Sed et omnia haec quae nunc ad uelut nos geritis, uentura nobis esse praedixit: educendos nos ad reges, et ante tribunal iudicum statuendos, ac uelut uictima iugulandos. Inde est denique, quod & ipse qui erat immortalis, utpote uerbum et sapientiam Dei, morti se praebuit, quo nobis in corpore positus, patientiae praerberet exemplum. Sed nec nos sua morte decipit, quibus

Acta Pilati aduersus Christum confictus libellus.

quibus post tertium die resurrexit: non ut ista quae nunc falso conscribuntur continentia Pilati, sed innocens, immaculatus et purus, ad hoc solum mortem suscepit, ut ea uinceret resurgendo. Quae autem dico, non sunt in obscuro gesta loco, nec testibus indigent. Pars poenae mundi iam maior huic ueritati adstipulatur: urbes in terrae autem in his aliquid suspectum uidetur, contestatur de his etiam agris et manus, ignara signum. Si minus adhuc creditur, adhibebo uobis etiam loci ipsius, in quo res gesta est, testimonium. Adstipulatur his ipse in Hierosolymis locus, & Golgothana rupes sub patibili onere disrupta. Antrum quoque illud, quod auulsi inferni ianuis corpus deiuo reddidit animatum, quo purius inde ferretur an caelum. Aut si adhuc uobis minus digna uidentur haec, quae in terris substantiam gerunt, accipite etiam ex caelo adstipulatorem fidelem. Solem uobis ipsum horum produco testem: qui, cum haec fieri per impios uideret in terris, lumen suum meridie abscondit in caelo. Requiritis in Annalibus uestris, inuenietis temporibus. Pilati, Christo patiente, fugato sole interruptum tenebris diem. Quod si terrae, si caelo, si sanguini eorum a quibus ueritatem per tormenta perquiritis, fidem non accommodatis, quomodo meis uerbis allegationibusque crederetis? Et cum pene iam his uerbis auditoribus suadere coepisset, arripit iudicem in carcerem, ibique quasi absque tumultu populi necari.

De his quae aduersum nos tabulis aereis conscriptae sunt. Cap. VII.

Sed & per alia nihilominus loca, tanta in breui crudelissimus tyrannus aduersum nos excitauit, ut longae saeuiores prioribus & diriora pararentur: quando etiam aduersum nos legationes prouinciarum uel urbium, quando tot et tanta imperia edicta uenerunt, ita ut etiam aereis tabulis incidi leges quae aduersum nos datae fuerant, iuberentur: quando pueris scholaris meditatio de Pilato et Iesu habere non decantaretur: in his uero legibus, quas aduersum nos esse incisas singulis quibusque ciuitatibus proposuerat uelut in aeternum mansuras, iactanter satis et superbe descripserat, quod ex quo Christiani sedibus suis urbibusque pellunt, et aeterno saeculo fati recte consuli ad deorum immortalium gratiam, quibus nulle ita acceptabili uisum maiestas colitur, pelleret. Addit quoque etiam illud: Ut quoniam tam pia, tamque religiosam petitionem haec ab Imperatore poposcissent, quicquid illud est (quod uis difficile uideatur) quod suis commodis estimant profuturum, pro hac gratia nihil sit quod impetrare non possent: tantum ut hoc diligentius obseruent, Christianis qualitercunque urbium concedatur ingressus.

De his quae postmodum acciderunt bellis, pestibus, fame, & de morte tyrannorum. Cap. VIII.

Tanta sunt, ut secundum illud quod scriptum est, in his scandalizari possent: etiam electi. Sed postquam nihil reliqui apud homines rebus nostris superesse uisum est, omnipotentis dei prouidentia imbecilles hominum mentes periclitari ipsa desperatione non patitur. Continuo namque, nec mora, dum adhuc per aliquas longae postas ciuitates impia mitterentur edicta, arrogantia tyrannice uocis repleat campos, imbres restringit in nubibus, & effoetas arida sterilitate seque dum, uerum etiam pecudibus pabulum negat, famemque tetra & obscena ubique grauat. Aeris quoque temperies, quam suis impijs actibus descriperat famulari, in tanta corruptione tersa est, ut humana corpora ulceribus pestilentis, quae ignis facer appellatur, nec non et his qui dicuntur Carbunculi replerentur, ita ut ora hominum atque oculos occuparent: ut si quis forte ex his effugisset mortem, ac mulierum immensa multitudine, & praecipue infantum, ac uenturim cadebant. Additur illud etiam his malis, quod Armeniorum gens olim & utilissima

Siccitas ingens. Sacer ignis Carbunculi. Armenij aduersum Romanos.



lissima & amicissima populo Romano, dum ab eo Christianae religionis ritum, (cui deuotissime uniuersa dedita est) in idolorum cultum mutare cogeret, & demones uenerari pro Deo, inimici pro amicis, & pro socijs aduersarij esse, manu se aduersum nefaria eius edicta defendere parant, ac sponte bella inferunt. Quae simul omnia coaceruata, stulte ab eo poenas arrogantis deposcebant, pro quo per fugam persecutionemq; Christianorum, pacem sibi mererentur omnium copias, atq; ipsius etiam aeris temperiem deseruire iactauerat. Igitur cum ipse & exercitus bello Armenico uehementer et acriter urgeret, pulos per urbes & uicos, quib. diuina atq; humana prosperè cuncta cessura legum suarum autoritate promiserat, fames dira absq; ulla miseratione uastabat. In urbibus uero tantè per dies singulos multitudines cadebant, ut nec loca ad sepulturas inuenirentur. In agris uel uicis plurimae domus penitus uacuae miserere. Quod & si aliqui imminentem uidentes stragem, filios ad urbem uenire daturi adduxerant, dum emptor moratur, aut retractat etiam ipse mortuus accedere cum liberis suis, quorum ex precio alios se sperauerat, interibat. Aliqui uero dum radices herbarum sectabant, earumq; succis animam sustinere tentabant, perurgente inedia, incaute letali aliquo hauitu corrumpébantur. Mulieres quoq; matres familias, & honesto loco natae, ut famis cogente, pudoris oblitae, ad publicum stipis petende gratia descendebant. Et quas uerecundia aspiciere in faciem hominum non sinebat, expetere aliquid sibi, uel etiam de manu rapere famis cogebat. Quamplurimi uerè ita exhausti incedebant, ut simulacra magis carere carentia, quam homines putarentur, colore tetro, luminibus in profundum demersis, huc atq; illuc corpore nutabundi, & iam tamq; lapsuri ingrediebantur, nec uoce iam stipis, sed ultimam trahendo spiritum deposcetes: ita ut nonnunquam si forte fragmentum panis aliquis, quo frui non liceret, aspiceret, dum manum conatur extendere, nec desiderium uires corporis consequuntur, in medio conatus inualidi ictu frustrate cõcideret. Quod si forte quis locupletum miseratione permotus, impietate aliquid cibi indigentibus uoluisset, constrictus et prolocutus multitudine eorum, in quibus nemo erat qui repellendus uideret, deserebat inceptum, ne misericordiae propositum per uim eorum quos inedia impudetes effecerat, ualebat explere. Inter ea per plateas omnes & angiportus erant omnia repleta cadaveribus, mortuorum, nec erat omnino qui sepeliret, dum et ipsi qui adhuc superesse uidebantur, morbo inualidi essent, et quasi continuo morituri. Ex quo fiebat spectaculum miserabile, ita ut quae plurimi a canibus deuorarent. Igitur dum pestes ualidissimae, famemes et lues, diuidebant sibi populum. Et pauperiores quosq; quibus quotidianus tractus opere manum querebat, uelut uicinos sibi et proximos populabatur inedia. Illos uero qui locupletes et referti opibus uidebantur, lues sibi uelut propriam uendicabat, ita ut uideres numerosae familiae domum intra breue tempus ex uno in alterum contagione currente, extinctis omnibus uacua derelinqui. Sic discretis quidam castris fames luesq; sed uno mortis exitu bellatae, urbes atq; agros uastabant. Haec exitit legum Maximini, ut elationis atq; arrogantiae eius, et iudicij de Christianis habitis remuneratio. Haec illius in Deum pietas, & religionis, ut assererebat coelitus traditae maiestas. Verum, ut superius diximus, cum & inhumana mortuorum cadavera, quos fames consumpserat, in plateis manerent, lues usq; ad unum interemerat, nihilominus insepulti in domibus manerent, qui uero superesse uidebantur, ut gererentur inedia: clamare omnes, & sponte Christianorum pietatem misericordiamq; imprecati: quosq; paulo ante extorres patria & domo egerant, nunc suppliciter exorare, ut more sibi solito uiuentibus alimoniam auxiliu deferant, mortuis insepultis sepulture iusta humanitatis sunt pietatisq; seruari. Nec tam ueram religionem, tam sanctam, tamq; in omnibus perfectam ullam esse, quae uniuersis hominibus consulere, tanq; propinquibus & proximis suadeat. Nec esse alium ullum praeter Christianorum Deum conhibentur.

Fames.

Fames. Lues.

Ethnici implorant Christianos.

bantur. Tum uero nostrorum populi, quibus reuera per Dei gratiam (quod maxime omnibus mirabile fuit) neq; fames in aliquo, neq; lues fuerat dominata, in nullo profus inuiri memoros, more sibi solito & ad misericordiam etiam inimicorum praecipis dominicis instituti, conferre certatim unumquodque prout poterat, cibos, & sustentare ac reficere pereuntes, & non solum cibos cum eis, sed & affectum participare. Et quo indigentibus etiam parua sufficere uidebatur, quo cum magna pietatis affectione prebebantur. Illos quoque qui morbi contagione laborabant, ad quos nullus gentiliu, ne propinquorum quidem introibat, sedula & frequenti uisitatione curare, nec pati omnino aliquid per contagium: quippe quos gratia diuina circudaret, cadaveribus quoque mortuorum sepulturam deferre, & quae sunt naturae, iusta complere. Ita breui, ingressu solo Christianorum per urbes & uicos malorum facies immutata, rebus ipsis atq; operibus ueram esse & piam religionem Christianorum in cordibus omnium scripsit multo tenacius, quam tabulis aereis, eam falsam esse tyrannus inciderat. Igitur cum haec a nostris ita gererentur, & per gestorum bonitatem tacita quadam praedicatione Dei nostri ueritas nosceretur, ita ut completum uideret illud quod scriptum est in Exodo: Quia Aegyptus erant tenebrae palpabiles & crassae, filijs autem Israel erat lux in omnibus habitationibus suis, pergit nihilominus Dominus Deus noster magnificari in sanctis suis, & ceptae uirtutis opus prosperioribus successibus propagare, atq; iterum nobis in obscuro positis, splendorem suae lucis accendere. Etenim secundum propheticum dictum: Cibauit nos panem lachrymarum, et potum nobis dedit lachrymas, sed in mensura. Haec est ergo correctionis eius, emendationisq; mensura, ut non in perpetuum indignetur, neq; in aeternum irascatur nobis, sed repropitiatur seruis suis sperantibus in se.

Christianorum officia in gentes.

Exod. 10.

Psal. 79.

De uictoria Constantini Imperatoris. Cap. IX.

Etenim cum religiosissimus Imperator Constantinus, Constantij equè moderatissimi & egregij principis filius, aduersum Maxentium urbis Romae praesentem bellum pararet, atq; exercitum duceret, erat quidem iam tunc Christianae religionis fautor, uerique Dei uenerator, nondum tamen (ut est solenne nostris initiari) signum Dominicae passionis acceperat. Cum igitur anxius, & multa secum de imminentis belli necessitate peruoluens iter ageret, atq; ad caelum saepius oculos eleuaret, & inde sibi diuinum deprecaretur auxilium, uideret per scoporem ad Orientis partem in caelo signum crucis igneo fulgore rutilare. Cumq; tanto uisu fuisset exterritus, ac nouo perturbaretur aspectu, adstante sibi uideret angelos, dicentes: Constantine, *in rotis uictoria* id est, in hoc uinculo uiderat, in sua fronte designat: & ita coelitus inuitatus ad fidem, non mihi illor: ego sum Iesus Nazarenus: nisi quia hic non adhuc persequens, sed iam conuersus inuitatur. Exin signum quod in caelo sibi fuerat demonstratum, in militaria vexilla transformat, ac labarum quod dicitur in speciem dominicae crucis exaptat: sed in dextera sua manu signum nihilominus crucis ex auro fabrefactum habuisse perhibet. Verum non puto absq; re uideri, si paululum excedentes, etiam quid pro polio religiosus dux in hoc bello gesserit, proferamus. Igitur ubi diuinae uirtutis auxilio certus de uictoria effectus est, alio nihilominus estu religiosi principis animus fluctabat, quod scilicet Imperator Romanus et pater patrie nominatus, et qui omnes, si fieri posset, qui ante se principatum gesserant, pietate & religione superet superare, non solum patrie, sed ipsi urbi Romae, quae Romani Imperatoris obsederat, reddere poterat patrie libertatem. Angebat hinc animus, et die noctuq; Deum, cui se iam familiarè senserat, precabatur, ne dexteram suam quam signo inuenerat saluari, cruore Romani sanguinis maculari. Haec ei die noctuq;

An. do. 319; Constantinus Augustus aduersus Maxentium. Modus initiationis Christianos.

Act. 9.

Labrum uexilli nomen.

Mulvius *pon.* *Maxentius perit in stuo.* *Exod. 15.* *Pfal. 7.* *Exod. 15.* *Exod. 15.* *Pfal. 67.* *Constantini triumphus.* *Statua Constantini.* *Licinius Caesar.* *An. do. 316.* *Constantini Licinijq; Caf. lex de colendo Christo.* *Lex Maximini fingentis se fauere Christianis.*

Et tunc poscenti praestitit diuina prouidentia. Et iam cum non procul a ponte Mulvio castra posuisset, ecce subito uelut uel diuina correptus Maxentius, agitur in occursum, & prouens urbis Romae portis, sequi se reliquum exercitum iubet, priorq; ipse obuius praecurrit armatus. Iusserat autem nauibus ad decipulam compositis, fluuium sterni, & superpositis fontibus exaeuari. Ut ergo ipse eques ac praecursor, oblitus operis sui, cum paucis aggressus est pontem, subidere naues: & in profundum demersus, totius belli futuras credet unius nefandi capitis sui diremit interitum, atq; impollutam religiosi principis dexteram a civili cruore seruauit. Tum uero nihilominus in hoc quam in Moese atq; Hebraeorum populo gestum uideres, ut dignè etiam super his dici deberet: Currus Pharaonis et uirtutem eius proiecit in mare. Electos ascensores, ternos stratores demersit in rubrum mare, ponto adoperuit eos. Ita namq; Maxentius, atq; hi qui cum ipso erant armati satellites, demersi sunt in profundis pontibusq; his deuolutus est, quos ad religiosi principis aprauerat exitum, ut & illud super eo competenter dicatur: Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam operatus est. Conuertetur dolor eius in capite eius, et in uertice ipsius iniquitas eius descendet. Haec impijs competenter aptantur, Constantino uero tanquam famulo Dei dignè illa iungentur, quae Moyses post uictoriam prostratis cecinit inimicis, dicens: Cateumus Domino, gloriose enim honorificatus est, equum et ascensorè proiecit in mare. Aduitor et protector meus est, et factus est mihi in salutem. Quis similis tibi in dijs Domine? quis si non uerbis, rebus tamen gestisq; Constantinus ipsi, a quo uictoriam meruerat, excelso concinens Deo, urbem Romam triumphaturus ingreditur. Tum uero leti omnes cum coniugibus ac liberis, Senatus Populusq; Romanus in genti peste liberati, & iugo tyrannicè immanitatis exempti, Constantinū uelut salutis autorem ac restitutorem libertatis excipiunt. Ille tamen nec in laudes acclamantis populi, nec in plausum tanta urbis ac talis, animos relaxabat, neq; suae uirtuti rem gestam, sed diuino muneri deputabat. Statim deniq; ubi imagines sibi ob honorem triumphantis Senatus erexit, uexillū dominicæ crucis in dextera sua iubet depingi, & subter adscribi. Quia in hoc signo singulari, quod est uerè uirtutis insigne, urbem Romam, Senatumq; et populū Romanum iugo tyrannicæ dominationis ereptum, pristinae libertati nobilitatq; restituit. Per idem tempus conspirante etiam tum secum Licinio (nondum enim in id uesaniae inciderat, quo postmodum delapsus est) scientes & profites autorem sibi honorum omnium Deum, una eademq; sententia legem statuerunt, in qua Deum Christianorum plenissimis laudibus prosequuntur, & ipsum sibi autorem totius uirtutis atq; operis profitentur, ipsumq; de tyranno profuturū uictoriam, & ideo ab uniuersis huic uenerationem cultūq; deferendū. Hanc legem etiam ad Maximinū, qui tunc orientis partib; dominabatur, amicitiasq; eorum experere uidebatur, emittunt. At ille ingentibus Imperatoratibus gestis perterritus, tamen quoniam quae scribebantur, contraria sibi et aliena mentis suae proposito uiderentur: tamen quoniam resistere nō audebat, & rursus altè auctoritati cedens, inuitus uideri in hoc uenisse erubescere, metu simul ac pudore usus miserimis consiliarijs statuit, uelut ex suo arbitrio atq; auctoritate legē pro Christianis similis sententiae promulgare, in qua asseueraret maioribus quidem suis prioribus Augustis, usum fuisse Christianorum gentem quam deorum cultui aduersam, penitus esse delendam: se quoq; aliquandiu ratum, simili debere uti sententia. Sed quoniam eo magis gens ista propagatur & crescat, quo maxime putatur inhiberi, uelle se potius, ut si quidem uelut cogatur inuitus, sed habeat in arbitrio suo, quo quisq; uelit ritu colere Deum; neq; pro hoc commotionem ullam, uel perturbationem prouincialibus inferendū.

inferendū. Haec Maximinus ad Sabinum praefectum scribit, cū tamen omnes scirent eum non id animo gerere, sed simulata haec humanitate decernere. De nique nostrorum nullus audebat uel cōsilia agere, uel in publico quicquam quod ad religionem pertinet commouere: id est, uel ecclesias reparare, uel si quid huiusmodi usus noster poscebat explere, quod fieri lex ad eum ab Imperatoribus missa censebat. Sed ille impius & mente ferox, hoc solum quod metu extorquebat, indulserat: nec in aliquo mutauit affectum, donec digna in eum uerba ultio diuina proferret. Etenim cum contra meritum & capacitatem mentis suae, uel nomē Augusti, uel Imperium praesumpisset, uir in quo nihil prudētiae, nihil sobrietatis aut moderationis inerat, arrogantia tumidus, & superbia inflatus, extolli & erigi etiam aduersum regni socios cepit, in quibus regulis institutio morū probitate, & sobrietatis ac religionis gratia refugebat. Audet igitur primò se inter eos honore cōstituere priorem, ac nō multo post rupto foedere, bellum Licinio conatur inferre: & breui omnia perturbationis, modo urbes quater, modò exercitum fatigare. Ad ultimum fretus decedit ad bellū. Sed uictoria illū qui Deo atq; hominibus inuisus erat refugies ad partem alteram transit. Et cum ferro cecidisset eius exercitus, pauci qui superstant uidentes eum militū copijs & diuino fauore nudatum, manū fortium uidet, detrahis imperij insignibus, quae nec decenter unquā gesserat, turbis se caloniū fugitantiū permiscens, turpiter atq; infeliciter bello exemptus, per agros ac uicos latitans, tandem ad ea loca quae hostibus carere uidebant, euasit: uanis suis persuasionib; illud multo uerius esse praesentens, quod diuina scriptura pronunciauerat, dicens: Non sit saluus rex per multitudinē uirtutis suae, nec gigas saluus erit in multitudine fortitudinis suae. Falsus equus ad salutem, in abundantia aut uirtutis suae non erit saluus. Ecce oculi Domini super timentes eū, sperantes super misericordia eius, ut liberet a mortē animas eorū. Legitur cum omni dedecore atq; ignominia tyrānus, posteaquā regressus est ad propria, primò tanquā furore quodā se digno accensus, plurimos sacerdotes deorum suorū, & diuinos quos antea mirabatur, & quorū responsis cōfidens, bella cōmouerat, ut deceptores fallacesq; et qui salutem suam regnumq; prodidissent, interfici iubet. Post haec gloriam laudemq; Deo Christianorū refert, & sera poenitentia conuersionem in ipsa uita suae damnatione meditatus, cū grauisimam mortē morbis erga semetipsum certantibus duceret, legem prouincialibus ac securitate Christianorū scribit. Cuius exemplum infra scriptū est.

IMP. CAES. GALERIVS MAXIMINVS GERMANICVS, SARMATICVS, PIVS, FELIX, INVICTVS, AVGVSTVS.

Indefinientem curam prouincialium nostrorū gerentes, & utilitatibus eorum uel cōmodis cōsules, quae ad cōmune & publicū bonū spectant, quaeq; animis cunctorū chara & iucunda sunt, nunquam desinimus prouidere. Vnde de cognitū esse omnibus hominibus nō dubito, manifesteq; cōpertum, ex eo fonte quo iustum fuerat, a diuis principibus Diocletiano & Maximiano patribus nostris, inhiberi cōuentus Christianorū, plurimas direptiones & praedae ab officialibus factas, idq; per dies singulos in detrimentū nostrorum prouincialium profecisse (quorū nos curam praecipuā habere gestimus) ita ut bonis suis pene ac patrimonijs euoluerent. Super hac re anno praeterito legē dedimus, ut si quis uellet genti huic uel religioni adherere, a nullo prorsus uolūret licentiā absq; ullo metu uel suspitione agere quod liberet. Verum ne nūc quidē latere nos potuit, quod quidā ex iudicib; tentauerint pmouere rursum prouinciales nostros, & uelut ex nostra eos auctoritate turbare, quo scilicet & pigriores

Sabinus praefectus.

An. do. 316. Maximinus aduersum Licinium.

Pfal. 12.

An. D. 314. Epistola Maximini pro Christianis.

pigriores erga religionem quam diligunt, redderentur. Igitur ut in posterum
omnis metus uel ambiguitas auferatur, huius edicti nostri lege sancimus, ut
cunctis innotescat, licere his qui Christianam sectam religionemq; uenerant,
hac nostra indulgentie largitate, ut unusquisq; quemadmodum uult, et prout ani-
mo libet, religioni huic solennitatisq; deseruiat. Sed & orationum domos, id est
Dominica sua, ut instaurarent pro uoluntate sua, permittimus. Sane quo in om-
nibus cumulator habeatur haec nostra largitio, etiam illud hac lege sancimus,
ut si quae domus, agri, uel quilibet praedia ex Christianorum bonis ante hac pa-
rentum nostrorum praecipis adfisci ius fuerant sociata, si qua etiam ibi ab ali-
quo competita sunt, uel si qua sunt distracta, aut dono in aliquem conlata, haec
omnia in antiquum ius Christianorum praecipimus reuocari, dominisq; pro-
prijs uniuersa restitui: ut & in hoc omnes pietatis nostrae beneficium capiant.

Talibus Maximinus nunc demum utitur legibus, qui ante annum non inte-
gram aereis aduersum nos tabulis, tanquam in aeternum permansuris, sanxerat
poenas. In quibus nos uelut impios, urbibus & agris exules, ac totius penes ter-
rae profugos effici iusserat. Verum ne nunc quidem erat eius integra & ex cor-
de conuersio, sed uelut precium quoddam, huiuscemodi leges offerebat. Deo &
quonia deorum suorum spes eum prius in bello deceperat, per haec tanquam muta-
tis patrocinijs, bellum tentabat adoriri, ignorans uanissimus, quod ab homini-
bus nequa ad prauum inceperat, neq; officijs, neq; praemijs potest redemi Deus.

De perditione ultima inimicorum nostrorum. Cap. X.

Igitur cum omnibus copijs instruxisset exercitum, bellumq; parauisset inu-
stam, doloribus interiorum uiscerum correptus, uehementer exagitari coe-
pit, ita ut ne stratis quidem recubare posset, sed exiliens e cubili suo, saepe pro-
nus illideretur in terram: tum deinde homo edax, & qui uino semper replere-
tur, nunc ne summis quidem labris degustandum reciperet cibum, aut odore tenuis

At. Do 315.
Maximinus
moritur.

uinum sumeret. In carnibus inedia & ariditate consumptis, hoc solum profecit
in se, quod in ultimis uitae positus, iustam esse uindictam Dei, & scelerum se poe-
nam profiteretur expedere. Ad ultimum tamen morbo prius luminibus amissis,
& tunc magis quid aduersum Christum impietatis admiserit uidens, uicem huius
nem fecit. Sed defuncto eo, qui erga Christianos nunc inaudita crudelitate,
nunc simulata uenia agebat, aperta indulgentia legitimorum principum, & absq;
ulla iam suspitione, ecclesiarum status multo etiam clarior quam prius fuerat repa-
rari coepit. Verbum uero Dei & doctrina Christi, longe gloriosius & liberius
propagabatur. Tum uero inimicis poenitudo ultima atrocitatis & crudelitatis
lux fiebat, ita ut puderet eos aspectus ipse publicus, nec eleuare oculos in ho-

Puderet
pro pudere
faceret, so-
lucisimus.

minum faciem auerent. Etenim cum primum ipse Maximinus imperialibus
edictis tyrannus & impius, & Deo atq; hominibus iniustus fuisset pronuncia-
tus, tabulaeque eius pictae, uel imagines aereae, aliae deijci ac praecipitari iuberent,
aliae uero atris fucatae coloribus obliterant: tanta subito rerum facta conuersio
est, ut eius qui dudum aduersum Christianos de poenae aternitate censebat, nunc
etiam nomen aut reuelleret de memoria hominum, aut eum opprobrio ac dedecore
feruaret. Iudices quoque eius, quos ille in tyrannicis dominationibus ministros
scelerum habuerat, legitimi principes uelut impietatis et crudelitatis eius satelli-
tes interfici iuberent. In quibus maximus flagitiorum eius signifer Peucedius, nunc
qui secundo ab eo et tertio consul puectus est, ac praefectura tenuit culmen. Sed
et Quintianus similiter primis apud eum honoribus functus, qui in Aegypti parti-
bus aduersum Christianorum sanguinem inaudita sequiticia et crudelitate grassatus
est. Sed et alij plurimi per quos Maximini impietas fomenta coeperat. In qui-
bus et Theotecnus ultor tandem profanorum actuum esse coepit Deum, qui
consecrati apud Antiochia simulacri gratia, etiam praesidialibus a Maximino
scibus fuerat honoratus. Sed eum Licinius uenisset Antiochia, & magis artis
studiosos ad poenam iussisset, ingri, sacerdotes illi atq; aruspices nouelli simulacri,

Peucedius.

Quintia-
nus.

Theotec-
nus.

horum uel socij uel etiam magistri deprehendunt. Cumq; ab his inquire-
retur, quo pacto uel responsa redderet simulacrum, uel prodigia quaedam face-
re uideret, dissimulare primo, postea tamen arctius interrogati: totius ludi co-
positam ac copaginatam machinam padunt, & arte Theotegni fatentur cun-
cta facta. Igitur primo omnium ipsum tantae deceptionis autorem Theotec-
num, tum deinde caeteros magicae artis ministros, quos ille sacerdotes nouelli dae-
monis atque aruspices collocarat, dignis excruciantos supplicijs duci iubet.
Quibus adduntur etiam filij Maximini, quos ille iam imperij socios assumpse-
rat. Sed & propinquos eius, qui se ob huiusmodi necessitudinem, molestissimos
erga ciues & prouinciales exhibuerant, paribus supplicijs afficit. Stulti & ue-
te confidere in principibus, neq; in filiis hominum, in quibus non est salus. Exi-
bit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in die illa peribunt omnes cogi-
& in rege omnium. Non autem quibus spes & salus in omnipotenti Deo consistit,
rum, & correptionem libenter ab eo suscipimus, & pacem ueniamq; ab ipso si-
militer expectamus. Igitur posteaq; repente Deo atq; hominibus inuisum (se-
cundum quod supra exposuimus) interijt impiorum hominum genus (ita ut
merito in his completum uideretur quod praedixerat spiritus sanctus, Vidi im-
pium super exaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non e-
rat: & quaesiu locum eius, & non inueni) omni nube deterfa, laetus iam dies &
solito clarior illuxerat terris, atq; ecclesijs Christi splendor sui solis effullerat.
nec usq; qui haec aliter aspiceret liuidus supererat oculus: sed cuncti mortales
tyrannicae quae praeterierat crudelitatis horrore, etiam nondum fide, uotis tamen
quae nostra sunt amplectentes, uniuersi pariter Deum uerum pijs esse fatebantur
auxilio, firmamq; esse spem in Christo sperantium comprobabant. Ex quo aderat
cunctis uelut diuino munere infusa laetitia, maxime uidentibus, ea loca, quae pau-
lo ante impijs tyrannorum machinis fuerant destructa, rediuita constructione
clariora & celsiora consergere, templaque excelsa pro humilibus conuentibus e-
leuari. Iuabat enim Christianorum principum fauor, & legislatione religiosa ala-
res nostrorum animos eo amplius animabat, dum & ad personam episcoporum
frequentius scriberent, & honorem sacerdotibus cum summa ueneratione defer-
rent, sed & impendiorum sumptus benignus largirent. Interea festiuitates a no-
stris frequentissimè gerebant, cum omni laetitia & exultatione per urbes & lo-
ca singula ecclesiarum dedicationibus celebratis. Congregabant in unum sacer-
dotes, nec pigebat etiam longe positos conuenire, quia nullum locum uidebant
spacium charitati. Concurrabant etiam populi ad populos, & tanquam uerè mem-
bra unius corporis Christi iungi sibi inuicem sociariq; gaudebant, ut uideretur
in eis compleri figura illa prophetica, quae cum sacramento quodam praedicata
est, dicens: Quia congregabitur os ad os, & iunctura ad iuncturam, quibus etiam
& una in omnibus fides, & unus ad omnibus colitur Deus, atq; ex uno ore hym-
nos omnes concinunt Deo. Iam uero ingens in sacerdotibus & ministris, atque
in omnibus, quae ad religionis obseruantiam pertinent, gratia refulgebat. Adsta-
bant hic psallentium chori, iuuenes & uirgines, senes cum iunioribus laudabant
nomen Domini: hic mystica ministeria ordinatis ac dispositis uicibus agebantur.
Pontificum quoque & sacerdotum confessus, ipsa canicie uenerabilis eminus pra-
fulgebat. Iam uero si quis per gratiam Domini inspiratus, sermonem proferret
ad populum, cum omni silentio ora cunctorum in eum, oculisque conuersi, tanquam
cuiuslibet sibi per eum denunciarum aliquid expectabant. Tanta auditorum reue-
rentia, tantus ordo in sacerdotibus seruabatur. Inde alius atq; alius, & non solum
duo uel tres, sicut Apostolus dixit, caeteris examinantibus loquebatur, sed &
quascunq; dabatur sermo in adaperitione oris sui, ut magis constaret in eis il-

Et a lud

er, horum uel socij uel etiam magistri deprehendunt. Cumq; ab his inquire-
retur, quo pacto uel responsa redderet simulacrum, uel prodigia quaedam face-
re uideret, dissimulare primo, postea tamen arctius interrogati: totius ludi co-
positam ac copaginatam machinam padunt, & arte Theotegni fatentur cun-
cta facta. Igitur primo omnium ipsum tantae deceptionis autorem Theotec-
num, tum deinde caeteros magicae artis ministros, quos ille sacerdotes nouelli dae-
monis atque aruspices collocarat, dignis excruciantos supplicijs duci iubet.
Quibus adduntur etiam filij Maximini, quos ille iam imperij socios assumpse-
rat. Sed & propinquos eius, qui se ob huiusmodi necessitudinem, molestissimos
erga ciues & prouinciales exhibuerant, paribus supplicijs afficit. Stulti & ue-
te confidere in principibus, neq; in filiis hominum, in quibus non est salus. Exi-
bit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in die illa peribunt omnes cogi-
& in rege omnium. Non autem quibus spes & salus in omnipotenti Deo consistit,
rum, & correptionem libenter ab eo suscipimus, & pacem ueniamq; ab ipso si-
militer expectamus. Igitur posteaq; repente Deo atq; hominibus inuisum (se-
cundum quod supra exposuimus) interijt impiorum hominum genus (ita ut
merito in his completum uideretur quod praedixerat spiritus sanctus, Vidi im-
pium super exaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non e-
rat: & quaesiu locum eius, & non inueni) omni nube deterfa, laetus iam dies &
solito clarior illuxerat terris, atq; ecclesijs Christi splendor sui solis effullerat.
nec usq; qui haec aliter aspiceret liuidus supererat oculus: sed cuncti mortales
tyrannicae quae praeterierat crudelitatis horrore, etiam nondum fide, uotis tamen
quae nostra sunt amplectentes, uniuersi pariter Deum uerum pijs esse fatebantur
auxilio, firmamq; esse spem in Christo sperantium comprobabant. Ex quo aderat
cunctis uelut diuino munere infusa laetitia, maxime uidentibus, ea loca, quae pau-
lo ante impijs tyrannorum machinis fuerant destructa, rediuita constructione
clariora & celsiora consergere, templaque excelsa pro humilibus conuentibus e-
leuari. Iuabat enim Christianorum principum fauor, & legislatione religiosa ala-
res nostrorum animos eo amplius animabat, dum & ad personam episcoporum
frequentius scriberent, & honorem sacerdotibus cum summa ueneratione defer-
rent, sed & impendiorum sumptus benignus largirent. Interea festiuitates a no-
stris frequentissimè gerebant, cum omni laetitia & exultatione per urbes & lo-
ca singula ecclesiarum dedicationibus celebratis. Congregabant in unum sacer-
dotes, nec pigebat etiam longe positos conuenire, quia nullum locum uidebant
spacium charitati. Concurrabant etiam populi ad populos, & tanquam uerè mem-
bra unius corporis Christi iungi sibi inuicem sociariq; gaudebant, ut uideretur
in eis compleri figura illa prophetica, quae cum sacramento quodam praedicata
est, dicens: Quia congregabitur os ad os, & iunctura ad iuncturam, quibus etiam
& una in omnibus fides, & unus ad omnibus colitur Deus, atq; ex uno ore hym-
nos omnes concinunt Deo. Iam uero ingens in sacerdotibus & ministris, atque
in omnibus, quae ad religionis obseruantiam pertinent, gratia refulgebat. Adsta-
bant hic psallentium chori, iuuenes & uirgines, senes cum iunioribus laudabant
nomen Domini: hic mystica ministeria ordinatis ac dispositis uicibus agebantur.
Pontificum quoque & sacerdotum confessus, ipsa canicie uenerabilis eminus pra-
fulgebat. Iam uero si quis per gratiam Domini inspiratus, sermonem proferret
ad populum, cum omni silentio ora cunctorum in eum, oculisque conuersi, tanquam
cuiuslibet sibi per eum denunciarum aliquid expectabant. Tanta auditorum reue-
rentia, tantus ordo in sacerdotibus seruabatur. Inde alius atq; alius, & non solum
duo uel tres, sicut Apostolus dixit, caeteris examinantibus loquebatur, sed &
quascunq; dabatur sermo in adaperitione oris sui, ut magis constaret in eis il-

Filij Maximini

Psal. 145.

Psal. 36.

Dedicatio-
nes ecclesia-
rum.

Chori psal-
lentium.
Psal. 145.
Mystica mi-
nisteria.
Pontificum
sacerdotum
confessus.
Concionans
ad populum.

lud quod Moyses dixerat: Quis dabit omnem ecclesiam Dei prophetare. Nusquam enim liuor aderat, nullum pulsabat inuidia, dona Dei populis administrabantur, unusquisque secundum quod scriptum est, ad edificationem ecclesiae strabatur, unusquisque secundum quod scriptum est, ad edificationem ecclesiae abundare quarebat. Et omnia haec in charitate gerebantur, ita ut se honore inuicem praueuerent, & alter alterum se duceret meliorem. Nam simplices quoque admirabantur, & suspiciebant eos qui per sapientiam uerbi populos instruebant. Sapientes uero & eruditi uiri praerebant eos, quibus pura uita & sincera simplicitas offerendi Deo hostias, maiorem fiduciam dabat, eis quoque immo landi sacrificij permittebat officium, quos familiarior uita simplicitas in cordis puritate seruabat. Sic summo studio perquirebat alter in altero quod praeteriret. Igitur cum tali simplicitate ecclesiarum gloria apud Deum homines praeteriret, & imago quaedam coelestium haberet in terris, super omnia quoque religionis princeps Constantinus exultaret in talibus ac per dies singulos fide ac religione crescens, inexplebili gaudio de ecclesiarum profectibus repleteret, sacerdotibus etiam Dei non credebatur sufficere, si se aequali preberet, nisi eos longe praereteret, & ad imaginem quandam ueneretur diuinae praesentiae. Cumque pro his omnibus non iam ut Imperator, sed ut pater coleretur à cunctis, non tulit infelix inuidia uel nostrorum pacem laetis successibus crescere, uel illius erga nos studia iniqua fata durare. Etenim Licinius, qui primo quasi probitate morum, & uitae integritate, ac merito uirtutum, non solum ab eo in societatem regni fuerat adscitus, uerum & in propinquitatem ex coniunctione susceptus (sororem namque Constantini in matrimonium acceperat) uidentem Imperatorem non tam uidebat & metu & amore & religione omnibus imperare, atque in summa ueneratione cum cunctis mortalibus, & praecipue Christianis, humano uicio pulsatus, imò inhumana inuidiae clade percussus, occultis insidijs primo decipere egregium principem parat, idcircoque maxime per familiares ac ministros molitur. Sed ille nihil quidem de eius dolis ac fraudibus suspicatus, tamen quia totus erat confidens in Deo, ad omnia se illo signo quod ei caelitus monstratum fuerat, muniebat, nec ullis per hoc insidijs fieri obnoxius poterat. Verum Licinius ubi neque beneficiorum memoria, neque affinitatis gratia reprimere immanitatem coepta secleris poterat, nec tamen ei per occultas machinas insidiae procedebant, ratus quod Imperator Christianorum precibus seruaretur, & ideo tutus permaneret stulta iracundia permotus, Imperatori quidem apertum bellum indicit, regnum quoque in quatuor partes committit. Nostros uero priuato ac speciali odio persequi parat, hoc in querelam deuocans, quod non ita pro se, sicut pro Constantino, Christiani in solennibus & ex praecocepto sibi traditis orationibus excubarent. Verum igitur uice, is qui paulo ante acerrime in eos uindicauerat qui tyrannorum tempore aduersus Christianos aliquid crudele moliti sunt, nunc in nostros tela conuertit, & tyrannidis suae prima sacrilegia nostrorum cruore delibat. Primo namque omnium de palatio suo, si quis Christianus esset exire iubet: tum & de omnibus stianos profiterentur, in carcerem tradi. Statim tamen inuenit in carcere, priores crudelitate superaret. Addit edicto, ut ne quis alicui missio in carcerem cibum uel potum deferat, dicens: Iniquum esse misericordiam fieri, atque humanitatem praebere his, quos ipse suis legibus condemnasset. Et ita multitudines in carcere retrusae, inedia necabantur. Sed per hoc putabat adhuc occultiore esse tyrannidem suam, uerum crescente animi sauitia, etià hoc parum uidebat: continuo in episcopos ceterosque sacerdotes Dei, rabiem crudelitatis extendit, & primo omnium nobiles quosque, & quos fama clarior extulerat, uel sapientiarum doctrinae opinio commendauerat, callida arte circumuenit, & eos aut iniuriarum reos fieri, aut cuiuslibet alterius ficti criminis percipiendi, nulla negotiorum solitione habita, puniri hoc solo quo deferebantur, iubebat. Iam uero post haec in audito omnibus seculis crudelitatis modo, omnes qui communitatis sacrificij ac

Rom. 12.

Officium im
molandi sa-
crificij.

Constanti-
nus fauebat
Christianis.

Licinius.

Licinius ad-
uersus Con-
stantinum
Aug.

Solennia Chri-
stianorum.

Licij edic-
ta aduersus
Christianos.
An. Do. 320.

quiescere nolissent, non tortoribus (ut praecessores sui tyranni faciebant) neque cruciatibus ac supplicijs tradi iubebat, sed lanionibus dari, ut eos porcorum more suspensos, despicatosque & codicibus superpositos, per frustra caderent: & in partes diuisos, in mare ad pabulum piscium proicerent. Ecclesias quoque quas suis iam temporibus communibus edictis extrui fecerat, rursum ipse subuertere, & per omnia satisfagere, quatenus cunctos qui ante se fuerant tyrannos, crudelitate superaret. Praeterea & leges, si quae apud Romanos bene & honeste à maioribus latae fuerant, in barbarum ritum conuertente, avaritiae quoque in inatrabili studio, census innouare, & agros cultoribus uacuos tributis replere. Praeterea si quos iniquis factionibus circumuentos in exilium miseret, horum uxores legitimis matrimonijs auulsas, seruis suis ac satellitibus iungere. Ipse uero etiam contra aetatis suae uires adulterijs & corruptione uirginum delectari. Verum ubi huiusmodi armis & uirtutibus instructus, tyrannidem ferocius cepit agitare, Constantinus, qui erat ueris uirtutibus adornatus, & perfecta in Deum pietate munitus, tot tantisque flagitijs ire obuiam parat. Nec difficultas aliqua uictoriae fuit, ubi & causa iustior, & fides purior, & uirtus eminentior habebatur. Deiecitque Licinio, atque omni memoria tyrannicae dominationis ablata, soliditatem Romani regni cum filijs solus obtinuit. Tunc uero status quidem reipublicae aequabili moderatione, & censura dignissima Romani nominis habebat, in nationibus barbaris metus ingens, in prouincialibus uero metu deuotio animi maior erat. Quia omnia & tranquilla ab hostibus bellisque civilibus, laeti securisque cuncti mortales pacem agitabant. Ecclesiarum uero gloria, ineditabile memoratu est, quanto religiosi Imperatoris studio adoleuerit, quantaque eius cura etiam erga sumptum indigentium fuerit. Ardens namque in fide Dei animus, & benignum ingenium atque clemens bonis operibus pascitur. In tantum uero praesentium rerum bonitas & tranquillitas obtinebat, ut obliuionem praeteritorum pareret malorum. Edictis namque frequentibus per omnem locum propositis, non solum tyrannicas aduersum Christianos depulerat leges, iusque ciuile reddiderat, uerum & priuilegia plurima ecclesijs, ac summos honores sacerdotibus detulit. Ita Deo atque hominibus charis, summam Romani regni, cum religione pura, tum etiam uirtute animi ac moderatione, supra omnes qui prius fuerant, procurabat.

EVSEBII ECCLESIASTICAE HISTORIAE
FINIS.

RUFFINVS LECTORI

Huic nobis Eusebius rerum in Ecclesia gestarum memoriam tradidit. Cetera uero quae usque ad praesens tempus per ordinem subsequuta sunt, quae uel in maioribus literis reperimus, uel nostra memoria attigit, patris religiosi praecipis & in hoc parentes, quam poterimus breuiter addemus.

Intelligit
Chromatium

HISTORIAE ECCLESIASTICAE
LIBER DECIMVS RUFFINO AQUILE-
IENSI PRESBYTERO AUTORE.

De Arrij haeresi. Cap. I



Quoniam apud Alexandriam post Achillam, qui Petro martyri successerat, Alexander sacerdotium suscepisset, quia pax nostris & quies à persecutionibus erat, atque ecclesiarum gloria confessorum meritis gaudebat, prosperitas rerum nostrarum domestica contentione turbatur. Etenim presbyter quidam apud Alexandriam, Arrius nomine, uir speciei & formae magis quam uirtute religiosus, sed gloriae laudisque et nouitatis improbe cupidus, parua quaedam de fide Christi profert, & quae antea in questionem nunquam uenerant, cepit abscindere ac separare ab illa aeterna & ineffabili Dei

An. D. 322.
Alexander
episcopus
Alexandri-
nus.

An. D. 323.
Arrius pres-
byter Alex-
andrinus.

Ff 3 patris



618 patris substantia uel natura filium conabatur. Qui res plurimos in ecclesia con-

Alia dissimularet a talibus plu. cons. Constantinus Aug. An. D. 327. Concilium apud Nicenam.

De concilio apud Nicenam congregato. Cap. 11.

Ed & in eo concilio admirabile factum principis non puto reticendum. E-

Constantinus Aug. ad episcopos.

Psal. 91.

De conuersione Philosophi Dialectici. Cap. 111.

Quantam uero uirtutem habebat fidei simplicitas, etiam ex his que inibi

Philosophi & dialectici item conueniunt apud Nicenam.

1. Cor. 1.

619 Simplicitas. Perstitit tamen senior, & hinc mouit sermonis exordium. In nomi-

Christia- nus illiteratus philoso- phum ag- grediumr.

Per signacu- lum huius fidei, cruce intelligit. Na sic olim inuitabatur Christiani.

De Paphnutio confessore. Cap. 1111.

Vit preterea in illo Concilio & Paphnutius, homo Dei, episcopus ex Ae-

Paphnuti- us.

De Spiridione episcopo. Cap. V.

Ex eorum numero (& si quid adhuc eminentius) fuisse dicitur etiam Spi-

Spiridion.



quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Sed & Athanasius eodem tempore Alexandriae diaconus, Alexandrini episcopi aderat consilijs, senem quam plurimis iuuans. Interea per dies singulos agitabatur conuentus, nec facile aut temere de re tanta statuere audebat. Eucabatur frequenter Arrius in concilio & assiduo tractatu assertiones eius discutiebantur: et quid aduersum hec tene-ri deberet aut statui, summa cum liberatione querebatur. Verum post diuina multumque tractatu placet omnibus, ac uelut uno cunctorum ore & corde decernitur *δυσωρο* scribi debere, id est eiusdem cum patre substantie filium confite-ri, id est firmissima omnium sententia pronuncietur. Decem et septem soli tunc fuisse dicuntur, quibus Arrius fides magis placeret, extrinsecus creatum consi- lium ex nullis substantibus, & non ex ipsa patris deitate progenitum consi- mantes. Defertur ad Constantinum sacerdotialis concilij sententia. Ille tanquam à Deo prolata ueneratur. Cui si quis tentasset obniti, uelut contra diuina sta- tuta uententem, in exiliu se protestatur acturum. Sex igitur soli cum Arrio se pa- tiuntur expelli, reliqui uero undecim consilio inter se habito, ad quiescunt ad scribendum manu sola, non mente. Cuius simulationis autor precipue exiit Nicomediae episcopus Eusebius. Interim quoquo modo alijs ueritate, alijs si- mulatione (sicut post exitus docuit) subscribentibus, et de singulis quibusque ec- clesiasticis obseruationibus certa statuta figentibus, conciliu diremptum est. Exemplum autem expositionis fidei eorum qui conuenerant, infra scriptu est.

Eusebius
Nicomedi-
ensis.

Exemplum fidei Nicenae, & statutorum eius. Cap. VI.

Exemplum
fidei Niceni
concilij.

Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, omnium uisibilium & inuisibilium factorem. Et in unum Dominum nostrum Iesum Chri- stum, filium Dei de patre natum unigenitu, id est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum uerum ex Deo uero, natum, non factum, *δυσωρο* patri, hoc est, eiusdem cum patre substantie, per quem omnia facta sunt, quae in caelis & quae in terra. Qui propter nos & propter nostram salutem de- scendit, & incarnatus est homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, & a- scendit in caelos, inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Et in spiritum san- ctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & antequam na- sceretur non erat, & quia ex nullis substantibus factus est, aut ex alia subsisten- tia, uel substantia, dicunt esse *ρηπαρο*, aut conuertibilem uel mutabilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Indicat li-
ber in quo
magistratu
um insignia
depicta sunt,
sub disposi-
tione uiri il-
lustris comi-
tis priuata-
rum, fuisse e-
tia rationa-
lem rei pri-
uate per ur-
bem & sub
urbicarias
regiones cum
parte Fau-
stinae. Et ali-
bi mentio Pi-
ceni subur-
bicarij in
eodem uolu-
mine.

- I. Statuunt praeterea obseruandum esse in ecclesijs, ne quis ex his qui semet- ipsos impatientia libidinis exciderunt, ueniret ad clerum.
- II. Et ne quis nuper assumptus ex uita uel conuersatione gentili, accepto ba- ptismo, antequam cautius examinetur, clericus fiat.
- III. Et ne quis episcoporum ceterorumque clericorum cum extraneis mulie- ribus habitet, praeter quam cum matre, uel sorore, uel *βασί*, uel si quae sunt hu- iusmodi necessitudinum persone.
- III. Et ut episcopus (si fieri potest) à totius prouinciae episcopis ordinetur. Si hoc difficile est, certe non minus quam à tribus, ita tamen, ut Metropolitanus episcopi maxime uel praesentia, uel autoritas habeatur. Absque quo ordinatio- nem irritam esse uoluerunt.
- V. Et ne, quem alius episcopus de ecclesia expulerit, siue clericum, siue laicu- suscipiat alius. Sanè ne hoc aut iracundia aliqua, aut contentione (ut fieri solet) in- iuste factu remedium non haberet, decernunt per singulos annos in singulis qui- busque prouincijs secundo ab omnibus episcopis prouincialibus concilia agi de- bere, & de huiusmodi negotijs iudicari, ut si forte ab uno iniquè aliquid ge- ritum est, à ceteris emendetur. Si rectè, ut ab omnibus confirmetur.
- VI. Et ut apud Alexandriam, & in urbe Roma, uetusta consuetudo seruetur, ut uel ille Aegypti, uel hic suburbicariarum ecclesiarum sollicitudinem gerat.
- VII. Et ut si forte in ordinando episcopo, duo uel tres pro aliqua contentio- ne dissen-

ne dissentiant, reliquorum autoritas, & praecipue Metropolitanum cum ceteris firmior habeatur.

VIII. Et ut episcopo Hierosolymorum antiquitus tradita honoris prerogatiua seruetur, manente nihilominus & Metropolitanum ipsius prouinciae dignitate.

IX. Et Catharos (ui apud nos Nouatiani sunt) si forte poenitentes ad eccle- siam conuertantur, confessos ecclesiastica dogmata, clericos in ordine quidem suo suscipi debere. Sed ordinatione data, sane si episcopus ipsorum ueniat ad episcopum nostrum, debere eum in presbyterorum loco sederi. Episcopi uero nomen manere apud illum solum, qui catholicam semper tenuit fidem, ni- si sua uoluntate ipse eum tali nomine honorare uoluerit, uel si placuerit ut quarat et episcopi locum uacantem, hoc sit in ipsius potestate.

X. Et ne in una ciuitate duo sint episcopi.

XI. Et si forte indiscerete sacerdotiu prouecti, postmodu uel ipsi aliqd de se criminolum cofessi sunt, uel ab alijs reuicti, ut abijciant: sed & si qui ex his qui lapsi sunt, & per ignorantia forte ordinati, recogniti fuerint ut abijciant.

XII. Et si qui absque tormentis in persecutionib. lapsi sunt, & ex corde agunt poenitentiam, quinq; annos in catechumenos faciant, & duobus annis post hoc fidelibus tantum in oratione iungantur, & ita postmodum suscipiantur.

XIII. Qui uero propter confelsionem militiam abiecerant, & rursum ad hanc abierunt, hos tredecim annis poenitentiam agere, & postea suscipi, si tamẽ ex corde poenitentiam gerant. Esse tamen in potestate episcopi moderadi facul- tatem si eorum fructuosam & attentam poenitentiam uiderit.

XIII. De his uero qui uita excedunt poenitentibus, decernunt, uacuũ nul- lum debere dimitti. Si quis sanè accepta comunione superuixerit, debere eũ tempora statuta complere, uel certe prout moderari episcopus uoluerit.

XV. De catechumenis qui prolapsi sunt, statuerunt tribus annis eos a ca- techumenorum oratione separatos, postea recipi debere.

XVI. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem ecclesiam transire quis ambiat, siue episcopus, siue etiam alius clericus.

XVII. Et ne quis clericus qui derelicta ecclesia sua nulla existente causa probabili uagatur oberrat per alias ecclesias, suscipiatur in communionem.

XVIII. Et ut nemo eum qui ad alium pertinet, subripiens, in sua ecclesia ordinet clericum absque consensu illius ad quem pertinet.

XIX. Et ne quis clericus aut uisuras accipiat, aut frumenti uel uini am- pliationem, quod solet in nouo darum, uel sesquiplum, uel etiam duplum re- cipit: quod si faciat, tanquam turpis lucrum abijciendum.

XX. Et ne diaconi presbyteris preferantur, ne ue sedeant in cofessu pre- byterorum, aut illis praesentibus eucharistiam diuidant, sed illis agentibus so- lus licere diuidere: aliter uero agentes, abijci iubent.

XXI. Et ut Paulianista, qui sunt Photiani, rebaptizentur.

XXII. Sed & diaconissas, quoniam quidem manus impositionem non ac- cepiant, etiam ipsas inter laicos esse debere. Igitur cum de his prout diuinaru- legum reuerentia poposcerat, decreuissent, sed et de obseruatione Pasche an- tiquam canonem, per quem nulla de reliquo uarietas oriretur, ecclesijs tra- didissent, omnibus rite dispositis, ecclesiarum pax & fides in Orientis atq; Oc- cidentis partibus una atq; eadem seruabatur.

Episcopi Hie-
rosolymita-
ni prerogati-
ua uideatur.

Diaconus eu-
charistiam nõ
diuidat pre-
sente episco-
po.

De Helena Constantini matre. Cap. VII.

Per idem tempus Helena Constantini mater, foemina incomparabili fide & re- ligione animi, ac magnificentia singulari, cuius iure Constantinus & esset si- lius, & crederet diuinis admonita uisionibus, Hierosolimõ petit, atq; ibi locu- in quo sacrosanctu corpus patibulo affixum pependerat, ab incolis perquiri- Qui idcirco ad inueniendu difficilis erat, quod ab antiquis persecutoribus si- mulacrum

An. Do. 325.
Helena ma-
ter Constanti-
ni Augusti.



Simulacrum uis Adrianū illuc posuisse, Paulinus auctor est. Adonidis autē in Bethleem. Tres cruces reperitur.

mulacrum in eo Veneris fuerat defixum, ut si quis Christianorū in illo loco Christū adorare uoluisset, Venerem uideretur adorare. Et ob hoc infrequē & penē obliuioni datus fuerat locus. Sed cū (ut suprā diximus) religiosa forma properasset ad locū cœlesti sibi indicio designatū, cuncta ex eo profana et polluta deturbās, in altū purgatis ruderibus, tres cōfuso ordine reperit cruces. Sed obturbabat reperti muneris letitiam uniuscuiusq; crucis indifferēta proprietās. Aderat quidē & titulus ille, q̄ Græcis & Latinis atq; Hebraicis litteris à Pilato fuerat cōscriptus: sed nec ipse satis euidēter Domini prodebat signa patibuli. Hic iā humanę ambiguitatis incertū, diuinū flagitat testimonium. Accidit in eadē urbe primariā quandā loci illius formā graui agritudinē cōfectā, seminecē iacere. Macarius per idē tēpus ecclesię illius episcopus erat. Is ubi cūctantem reginā, atq; omnes pariter qui aderant uidet: Adterre (inquit) huc totas q̄ reperta sunt cruces, & q̄ sit quę portauerit Dominum, nunc nobis adaperiet Deus. Et ingressus cū regina pariter & populis ad eam quę decumbebat, defixis genib; huiusmodi ad Deum precem profudit.

De cruce Saluatoris in Hierosolymis ab Helena reperta. Cap. VIII.

Precatio Macarij ad Deū

TV Domine, qui per unigenitū filium tuum salutem generi humano per passionem crucis cōferre dignatus es, & nunc in nouissimis temporib; adspirasti in corde ancillę tuę perquirere lignum beatū, in quo salus nostra pependit, ostende euidenter ex his tribus, q̄ crux fuerit ad Dominicā gloriā, uel q̄ extiterit ad seruire supplicium, ut hæc mulier quę semitrua decumbit, statim ut eam lignū salutare contigerit, à mortis ianuis reuocetur ad uitā. Et cum hæc dixisset, adhibuit primō unā ex tribus, & nihil profecit. Adhibuit sepeptis oculis mulier confurrexit, & stabilitate uirium recepta, alacrior multo quam cū sana fuerat, tota domo discurre, & magnificare Dei potentia cepit. Sic euidenti indicio regina uoti cōpos effecta, templū mirificū in eo loco in quo crucem repererat, regia ambitione cōstruxit. Clauos quoq; quib; corpus Dominicū fuerat affixum, portat ad filium. Ex quibus ille frenos cōpopuluit, quibus uteretur ad bellum. Et ex alijs galeam nihilominus belli uisibus aptā fertur armasse. Ligni uerō ipsius salutaris partem deculit filio, partē uerō thecis argenteis conditam dereliquit in loco: quę etiam nunc ad memoriā na uenerabilis: Virgines quas ibi reperit D. o sacratas, in uitalle ad prandiu, & tārta eas deuotione curallē dicit, ut indignū crederet, si famulorum uteretur officijs, sed ipsa manibus suis, famule habitu succincta, cibum apponeret, poculū porrigeret, aquam manibus infunderet, & regina orbis ac mater imperij, famularum Christi se famulā deputaret. Et hæc quidem Hierosolymis gesta. Interea constantinus pietate fretus, Sarmatas, Gothos, aliasq; barbaras nationes, nisi quę uel amicitijs, uel deditioe sui pacem preuenerant, in solo proprio armis edomuit. Et quāto magis se religiosius ac humiliter Deo subiecerat, tanto amplius ei Deus uniuersa subdebat. Ad Antonium quoq; pimum eremi habitatorem, uelut ad unum ex prophetis literas suppliciter mittit, ut pro se ac liberis Domino supplicaret. Ita nō solū maritis suis, ac religio- ne matris, sed & intercessione sanctorū cōmendabilem se Deo fieri gestiebat. Sanē qm̄ tantū uiri Antonij fecimus mentionem, de uirtutib; eius atq; institutio- nis, & sobrietate mentis, ut in solitudine uitā degens, usus solimodo confortio fuerit bestiarū, & de dæmonib; crebros agens triumphos placuerit Deo su- pra cunctos mortales, utq; institutionis suę præclara usq; in hodiernū mona- chis exempla reliquerit, uolentē me aliqua exponere, ille libellus exclusitq; ab Athanasio scriptus, etiam Latino sermone editus est. Propter quod nos, omisissis q̄ ab alijs iam dicta sunt, ea memorabimus, quę quamuis gestorum contineat fides, ab his tamen qui longe positi sunt, obscurior fama subtraxit.

Miraculum crucis Christi.

Clauis.

Lignum crucis.

Virgines monachæ.

An. Do. 316. Constantinus in Sarmatas & Gothos.

Antonius eremita.

An. Do. 330. Antonij uita ab Athanasio cōscripta Græcè, Latine uersa ab Euagrio.

De captiuitate Frumentij & Aedesij, & de conuersione Indorū per ipsos gesta.

IN eā diuisione orbis terrę quę ad prædicandū uerbū Dei sorte per aposto- los celebrata est, cum alię alijs prouincię obuenissent, Thomę Parthia, & Mattheo Aethiopia, eiq; adhærens citerior India Bartholomęo dicitur sorte decreta. Inter quam Parthiamq; mediā, sed longo interior tractu India ulterio- rior iacet, multus uarijsq; linguis & gentibus habitata, quā uelut lōgē remotā, nullus apostolicę predicationis uomer impresserat, quę tamen temporibus Constantini tali quadā ex causa semina fidei prima suscepit. Metrodorus qui- dam philosophus, inspiciendorū locorū, et orbis perscrutandi gratia, ulteriore dicitur Indiam penetrasse. Cuius exemplo etiam inuitatus Meropius quidam Tyrius philosophus, simili ex causa adire Indiam uoluit, habens secum duos pueros, quos liberalibus literis utpote propinquos instituebat. Quorum u- nus qui erat iunior Aedesius, alter Frumentius uocabatur. Igitur peruisis & in notitiam captis his quibus animus pascebatur, cum philosophus redire cœ- pisset, aque uel cæterorū necessariorū causa ad portum quendā nauis quę ue- niebat, applicuit. Moris est inibi Barbarorū, ut si quando fœdus sibi cū Ro- manis turbatū uicinæ nunciauerint gentes, omnes qui apud eos ex Romanis inuenti fuerint, iugulent. Inuaditur nauis philosophi: cuncti cum ipso pariter perimuntur. Pueruli reperti sub arbore meditantes, & lectiones suas parātes, Barbarorū miseratione seruari, ducuntur ad regem. Horum ille alterum, id est Aedesium sibi pincernam fecit. Frumentio uerō quem quasi perspicacem de- prehenderat & prudentem, rationes suas seriniaq; commisit. Ex quo & in ho- norē magno apud regem habiti, & in amore. At uerō moriens rex, uxore cum parulo filio regni dereliquit heredem: adolescentibus autem quid uellent, a- gens dedit liberam facultatem. Quos tamen regina suppliciter exorat, tanq̄ que nihil haberet in toto regno fidelis, ut secum usquequo adolesceret fili- us, regendi regni sollicitudinem partirentur: & præcipuē Frumentium, cuius prudentia ad moderandum sufficeret regnum. Nam alius fidem puram, & so- lam mentem simpliciter exhibebat. Idq; dum agerent, & regni gubernacu- lum Frumentius haberet in manibus, Deo mentem eius & animos instigante, requirere sollicitus cepit, si qui inter negotiatores Romanos Christiani es- sent, & ipsi potestatem maximā dare, ac monere ut conuenticula per loca sin- gula facerēt, ad quę Romano ritu orationis causa cōfluere. Sed et ipse mul- to magis eadem tacere, & ita ceteros cohortari, fauore & beneficijs inuitare, prætare quicquid opportunum fuisset, loca ædificijs, aliq; necessaria præbe- re, & omnimodo gestire, ut Christianorum inibi semen exurgeret. Sed cum regius puer adoleuisset, ut Christianorum inibi semen exurgeret. Sed cum & ex fide traduis, multum licet detinentibus & rogantibus ut manerent regi- na uel filio, ad orbem tamen nostrum reuertuntur. Et Aedesio festinante Ty- rum, parentes propinquosq; reuifere, Frumentius Alexandriam pergit, di- cens, æquum non esse, opus occultare Dominicum. Igitur rem omnem ut ge- neraliter episcopo, ac monet ut prouideat uirum aliquem dignū, quem congregatis iam plurimis Christianis, & ecclesijs constructis in Barbarico so- lerat) attentius & propensius Frumentij dicta gesta cōsiderans, in concilio sacerdotum ait: Et quem alium inueniemus uirum talem, in quo sit spiritus Dei in ipso sicut in te, qui hæc ita possit implere? Et tradito ei sacerdotio, redi- re eum cum Domini gratia unde uenerat iubet. Quiq; cū episcopus perrexisset ad Indiā, tanta ei data esse à Deo uirtutū gratia dicitur, ut signa per eū apo- stolice fierent, & infinitus numerus Barbarorū conuerteretur ad fidē. Ex quo cepit. Quę nos ita gesta, nō opinione uulgi, sed ipso Aedesio Tyri presbyte- ro postmodū factio, qui Frumentij comes prius fuerat, referēte cognouimus.

Metrodo- rus.

Aedesius à poculis, Frumentius à rationi- bus.

Frumentius sacerdos factus.

Aedesius Tyri presbyter. De con-



Iberi. Ispanis. Mulier captiua. γυνή δαπτὰ λωτορ. Hæc historiæ etiam Theodoretus narrat lib. 1.

Per idem tempus etiam Iberorum gens, quæ sub axe Pontico facit, uerbi Dei fœdera, & fidem futuri suscepit regni. Sed huius tanti præstitit causam mulier quædam captiua, quæ apud eos reperta, cū fidelem & sobriam fatis ac pudicam duceret uitam, totisq; diebus ac noctibus obsecrationes deo perurgiles exhiberet, in admiratione esse ipsa rei nouitas Barbaris cepit, & quid hoc sibi uelit, curiosius perquirebant. Illa, ut res erat, simpliciter Christum se Deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius Barbari præter notitatem nominis mirabantur. Verum (ut fieri solet) ipsa per se uerantia curiositate quandam mulierculis inferebat, si quid emolumenti ex tanta deuotione caperetur. Moris apud eos esse dicitur, ut si paruulus aegrotet, circumferat à matre per singulas domus, quo scilicet si quis experti aliquid remedij nouerit, cõferat laboranti. Cumq; mulier quædam paruulū suum per omnes circumtulisset ex more, nec aliquid remedij cunctas domus lustrādo cepisset, uenit etiam ad captiuam, ut si quid sciret, ostenderet. Illa se humani quidē remedij nihil scire testatur, Deū tamen suum Christum quem colebat, dare ei desperatam ab hominibus posse salutem, cõfirmat. Cumq; cilicio suo paruulum superposuisset, neq; ipsa desuper orationem fudisset ad dominū, sanū matri reddidit infantem. Sermo defertur ad plures, factiq; fama magnifici usq; ad aures reginæ perlabitur. Quæ dolore quodam grauissimo corporis afflictā, in desperatione maxima erat. Rogat ad se captiuā deduci. Illa ire abnuuit, ne præsumere amplius aliquid quam lexus sineret, uideret. Ipsam se regina deferri ad captiuę cellulam iubet. Quam similiter supra ciliciū positam, inuocato Christi nomine, continuo post precem, sanam et alacrem fecit exurgere: Christumq; esse Deū Dei summum illum, qui salutem hanc cõtulerit, docet: eumq; quem sibi autorem sue sciret esse se incolumitatis et uitæ, cõmonet inuocandū. Ipsum namq; esse, qui et regibus regna distribuat, & mortalibus uitam. At illa cum læticia domū regressa, marito percõtanti causam tam subitæ sanitatis aperuit: quicq; cum pro salute conuictis lætus, mulieri munera deferri iuberet, illa: Horum, inquit, o rex nihil capitiua dignatur: aurum despicit, argentum respuit, ieiunio quasi cibo pascit: hoc solum ei muneris dabimus, si eum, qui me illa inuocante sanauit, Christū Deum colamus. Ad hoc tunc rex senior fuit, & interim distulit, sepius licet ab eo uxore cõmonitus, donec accidit quadem die uenante eo in syluis cum comitibus suis, obscurari densissimis tenebris diem, & per terrę noctis horrore luce subducta, cæcis iter gressibus denegari. Alius aliō diuersi ex comitibus, obseruatis ipse solus densissima obscuritate circūdatus, quid ageret, quod se uerteret nesciebat: cum repente anxios salutis desperatione animos cogitatio talis ascendit: Si uerè Deus est Christus ille, quæ uxori suæ captiua prædixerat, nūc se de his tenebris liberet, ut ipsum ex hoc omnis omnibus coleret. Illico ut hanc nondū uerbo, sed sola mente deuouerat, reddita mundo dies, regem ad urbem perducit incolumem. Quicq; reginæ rem protinus ut gesta est, pandit. Euocari iam quædam captiuam, et colendi ritū ut sibi tradat, exposcit: neq; se ultra alium Deū quam Christum ueneraturū esse cõfirmat. Adest captiua, edocet deū Christū supplicandi ritū uenerandiq; modū, in quantū de his aperire fœminæ fas erat, pandit. Fabricari tamen ecclesiā monet, formamq; describit. Igitur rex totius gentis populo cõuocato, rem ab initio, quæ erga se ac reginā gesta fuerat, exponit, fidemq; edocet, & nondū initiatus in sacris sit sue gentis apostolus. Crepundunt uiri per regem, fœminæ per reginā, cunctisq; idem uolentibus ecclesia extruunt instanter: & eleuato iam perniter mirorū ambitu, tempus erat quo columnę collocari deberent. Cumq; erecta prima uel secunda, uentum fuisset ad tertiam, cõsumptis omnibus machinis, & bouum hominumq; uiribus, cum media iam in obliquum fuisset erecta, & pars reliqua nullis machinis erigeretur, repetitis secundo & tertio, ac sapius uiribus, ne loco quidem mouerentur

Regina se natur.

Rex fit Christianus

OPASBIBLIOTECA

tis omnibus potuit. Admiratio erat totius populi, regis animositas hebescebat: quid fieri deberet, omnes simul latebat. Sed cum interuentu noctis omnes abscississent, cunctiq; mortales & ipsa opera cessarēt, captiua sola in oratione pernoctans mansit intrinsecus: cum ecce matutinus & anxius cum suis omnibus ingrediens rex, uidet columnam, quam tot machine ac tot populi mouere nō quauerant, erectā & supra basim suā libratē suspensam, nec tamen superpositā, sed quantū unius pedis spacio in aere pendente. Tūc uerò omnes populi cõtuentes & magnificātes Deum, ueram esse regis fidem, & captiuæ religionem præsentis miraculi testimonio perhibebant. Et ecce mirantib. adhuc & stupentibus cunctis, in oculis eorum lenim supra basim suam nullo contingente, columna deposita, summa cum libratione confedit. Post hoc reliquus numerus columnarum tanta facilitate suspensus est, ut omnes quæ superuerāt, ipsa die locarentur. Postea uerò q̄ ecclesia magnificē constructa est, & populi fidē Dei maiore ardore siciebant, captiuæ monitis ad Imperatorem Constantinū totius gentis legatio mittitur: res gesta exponitur: sacerdotes mittere oratur, qui cœptum erga se Dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio & honore transmissis, multo amplius ex hoc latatus est, quam si incognitas Romano imperio gentes & regna ignota iunxisset. Hæc nobis ita gesta fidelissimus uir Bacurius, gentis ipsius rex, & apud nos Domesticorum Comes (cui summa erat cura & religionis & ueritatis) exposuit, cum nobiscum Palæstini tunc limitis Dux, in Hierosolymis fatis unanimiter degeret. Sed ad cœptum redeamus.

Bacurius rex Iberorū.

De Constantia sorore Constantini, & presbytero per eam fratri insinuato. Cap. XI. Ostea quæ religio si principis mater Helena summis Romani regni honoribus affecta, ex hac luce discessit, Constantia tūc Licinij relicta, fratris Augusti solatijs utebatur. Huic accidit presbyterum quendam uenire in notitiam principis aperire: ubi uerò multa familiaritas copiam tribuit, paulatim sermonē cepit aspergere, inuidiam dicēs Ario generatam, & pro simultatibus priuatis quod Arius apud plebem satis charus haberetur. Hæc atq; huiusmodi alia frequentius suggerens, animos Constantiæ furos efficit. Quæ cum diem obitura, uolueretur a tratre, atq; ab eo blandē religiosęq; cõpellaretur, extremā dicitur ab eo pro spe & salute suggererentur, audiret: se quidem iam ex hac luce discedentem nihil curare: pro fratris uerò statu esse sollicitā, ne forte pro innocentium poenis, regni sui pateretur excidium. Quibus ille monitis à sorore susceptis, & fidelem pro se germanę sollicitudinem credens, accommodauit aurem presbytero: & interim accersiri de exilio Arium iubet, ut quemadmodū de fide sentiret, exponeret. Tum ille fidem cõscripsit, quæ nō quidem sensum nostrum, tamen uerba nostra continere professionemq; uideretur. Miratus quidem est Imperator, & putauit unā eandemq; in ipsius et concilij dudum gesti expositione sententiā contineri, tamen in nullo relaxat animi uigorem, sed rursus eum ad cõtentiā contineri, quoniam quidem ad dedicationem Hierosolymorū ex omni orbe conire sacerdotes inuitabantur, hæc ad eos de nomine eius scribens ut si expositionem fidei eius probarent, & eum uel per inuidiam (ut asserbat) tunc circūuentū dignoscerent, uel nūc ab errore correctū, clementi erga ipsum iudicio uterentur, quando quidem tanta fuerit cõcilij moderatio, ut nō in perniciem eius, sed in dogmatū prauitatem lata fuerit sententia, si tamen & episcopus eius Alexandri accommodaretur assensus. Sed ab his quidem qui primò cœptis eius fauentes, cum simulatione subscriperant, facile receptus est. Cū uerò Alexandriam perrexisset, ibi omne eius frustratur inceptum, quoniam quidem dolis apud ignorantem locum est, scientibus uerò dolū intendere, non aliud est quam ritum mouere. Interea dum hæc apud Alexandriam frustra agitantur, Gg uenerabilis

Constantia soror Constantini.

An. Do. 340 Arius uenocatur per Constantinum de exilio. Hierosolymorum dedicatio celebris.

An. Do. 349 Constantini Aug. mors & testamentum.



uenerabilis Augustus Constantinus in suburbana uilla Nicomediae tricesimo & primo imperij sui anno defunctus est, liberis de successione Romani orbis testamento haeredibus scripsit. Quo in tempore quoniam quidem Constantius, cui Orientis regnum decreuerat, praesens non erat, dicitur secreto accersiens presbyterum, quem a sorore commendatum supra diximus, & exinde familiariter habitum, tradidisse ei testamentum quod scripserat, & obtestatus sub sacramento, ne ulli nisi Constantio cum uenisset, in manus traderet. Cui etiam quod eunuchi qui erant in palatio fauebant, arte indicio de Imperatoris morte suppresso usque ad Constantij praesentiam, multis noua tentantibus opprobriis, res tutae integrae remansere. Cum uero Constantius affuisset, depositum presbyter restituit. Cuius beneficij gratia Imperator regni cupidus, ita ei deuinctus est, ut qui imperare cunctis ambierit, ab alio sibi imperari aequanimiter pateretur. Ex quo, deuincto sibi Imperatore, coepit de Arij restitutione fugerere, & nolentes ad quietem sacerdotes, uti cogeret, persuadere.

De Alexandri, & Eusebij, atq; Arij consilio. Cap. XII.

Alexander Alexandrinus. Alexander Constantino politanus. Eusebius Nicomediensis

EA tempestate apud Alexandriam Alexander, in Hierosolymis Maximus confessor, apud Constantinopolim eque Alexander, ut ex Athanasij scriptis comperimus, sacerdotioungebatur. Sed Eusebius qui apud Nicomedia erat, de cuius simulatione in subscribendo supra diximus, amplam temporis oportunitatem, & principiper presbyterum familiaris effectus, reuolueret. Et in irritum reuocare Concilij gesta molitur. Arium nequicquam apud Alexandriam commorantem uenire facit, & imperialibus edictis Concilium denuo Constantinopolim conuocari. Quo conuenere illi maxime, qui Arium ut atque Eusebium sectabantur, quique sepe cum Alexandro congressi ut Arium ut sciperet, nec tamen aliquid profligantes, ab iniurijs quidem eius temperabant. Ad ultimum certam ei diem statuentes denunciant, ut aut ipse Arium susciperet, aut si reniteretur, se ecclesia pulso & in exilium truso, ab alio eum suscipere dum sciret. Tum ille nocte, quae ad constitutam intererat diem, causam Alexandri in oratione & lachrymis totam peruiabilem ducens, ecclesiae causam Alexandri commendabat. Cumque lux fuisset exorta, nec tamen ab oratione Alexander cessaret, Eusebius cum suis omnibus, uelut haeretici belli signifer, domum Arij matutinus ascendit, eumque propere sequi ad ecclesiam iubet, protestatus quod Alexander, nisi praesens ad quietem cederet, expulsus cederet loco.

De probroso Arij in exilio. Cap. XIII.

Arius cecandoperit.

IGitur omnium summa expectatio, quo uel Alexandri perseverantia, uel Eusebij Arijque instantia declinaret. Cumque cunctorum animi essent, ut in tali expectatione suspensi, Arius ad ecclesiam pergens, episcoporum & populorum frequentia constipatus, humanae necessitatis causa ad publicum locum declinat. Vbi cum sederet, intestina eius atque omnia uiscera in secessus cuniculo defluxerunt: ita tali in loco dignam mortem blasphema ac foetida mente exoluit. Quod postea quam in ecclesia nunciatum est Eusebio, atque huius qui una secum sanctum & innocentem uirum Alexandrum de Ario recipiendo fatigabant, superati pudore, & ad aperti confusione discedunt. Tunc completus est sermo ad gloriam Domini, quem Alexander in oratione sua ad Deum proclamauerat, dicens: ludica Domine inter me & Eusebij minas atque Arij uim. Sed haec ad praesens quidem paululum pudoris habuere. Conuenientes uero inter se haeretici, ueriti ne forte si, sicut res gesta est, integre ad Imperatorem Constantinum peruenisset, non solum a perfidia eorum, in qua callide inretitus tenebatur, abscederet, uerum & in autores deceptionis suae seuerius aliquid ex regia auctoritate decerneret: componunt per eunuchos quos iam perfidia deceptos reuoluerat, uti de Arij morte Imperator quam fieri posset compositae & communiter nosceret: neque aliquid quod Dei uindictam indicare uideretur, audiret. Quibus ita gestis, de causa huius ut coeperant, prosequuntur.

Eunuchi castris.

De Arij.

De Athanasij episcopi principijs. Cap. XIII.

IGitur apud Alexandriam, defuncto Alexandro, Athanasius susceperat se uigilans, satis iam tunc haeretis innotuerat, cum ad Concilium Nicenum cum episcopo suo sene Alexandro uenerat: cuius suggestionibus haeticorum doliac fallacie uigilanter detegebantur. Statim ergo ut eum episcopum factum cognouerant, rati id quod res indicabat, sua negotia per illius sollicitudinem non facile processura, omnibus modis quaerere aduersus eum machinas deceptionum parabant. Verum non mihi absque ordine uidetur pauca de huius uiri origine supra repetere, & cuius a puero institutionis fuerit, sicuti ab his qui cum ipso uirtutis diem Alexander episcopus agebat, cum post expleta solennia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret in loco mari uicino, uidet emittens pueros supra oram maris ludum, imitantium, ut fieri solet, episcopum, atque ea quae in ecclesijs geri mos est. Sed cum intentius diutius pueros inspiceret, uidet ab his geri quaedam etiam secretiora & mystica. Perturbatus illico, re eos, & comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cumque adessent, quis eis ludus, & quid egissent, uel quomodo, percunctatur. Illi, ut talis habitus a se esse quosdam catechumenos contentur per Athanasium, qui ludum illius puerilis episcopus fuerat simulatus. Tum ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, quidue responderint, simul & ab eo qui interrogauerat, ubi uidet secundum religionis nostrae ritum cuncta constare, collocutus cum consilio clericorum, statuisse traditur, illis, quibus integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea quae a sacerdotibus mos est. Athanasium uero atque eos quos ludus ille uel presbyteros habere uisus fuerat, uel ministros, conuocatis parentibus, sub Dei obtestatione tradit ecclesiae suae nutritum. Paruo autem tempore, cum a Notario integre, & a Grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus, continuo tanquam fidei Domini commendatum, a parentibus restituitur sacerdoti, ac uelut Samuel quidam in templo Do mini nutritur. & ab eo per gente ad patres in senectute bona, ad portandum post se Ephod sacerdotale deligitur. Sed huius tanti in ecclesia pro fidei integritate agones fuerunt, ut etiam de hoc uideatur dictum esse illud quod scriptum est: Ego enim ostendam ei, quanta eum pati oporteat pro nomine meo. In huius terrarum persecutiones uniuersus conuocatus orbis, & commoti sunt principes regna, exercitus coierant aduersus eum. Ille autem diuinum illic cor meum illi insurgat in me praelium, in hoc ego sperabo. Verum quoniam tanta ac talia eius gesta sunt, ut magnitudo quidem rerum nihil me praeterire patiatur: multitudo uero gestorum quamplurima cogat omittere, incertus aequat animus, dum deliberare non ualet quid teneat, quid omittat. Et ideo pauca nos quae ad rem pertinent memorabimus, reliqua eius fama narrabit sine dubio minora iterum nunciatura. Nam nihil quod addere possit, inueniet.

De Constantij Imperatoris errore. Cap. XV.

IGitur ubi Constantius Orientis regnum solus obtinuit, Constantino fratre non longe ab Aquileia apud Alsam fluuium a militibus interfecto, Constans uero germanus Occidentem satis industriè gubernabat. Nam Constantius natus in Africa regio, dum primis illis regni sui fautoribus satis indulget, per eum in perfidiam decipitur a peruersis sacerdotibus: et intento satis studio praui eorum contentionebus obsecundat. Sed illi ueretes, ne forte ad eum regis copia quando fieret Athanasio, et per eum de ueritate fidei qua peruertebant,

An. Do. 333 Athanasius Alexandrinus episcopus.

Ludus pueros imitantium episcopi mysteria.

Non rebaptizentur eam ioco baptizati.

AA. 7.

Psal. 26.

Constantinus occisus An. Do. 343 Constantinus Aug. in Oriente, Constantinus in Occidente. An. Do. 344

Gg 2 uertebant;



ueriebant, secundum scripturas edoceret, omnimodis insimulare eum apud principem, & uelut omnium scelerum ac flagitiorum adgrediuntur exponere, usquequo humani corporis brachium loculo delatum, Imperatori ostendunt, quod ab Athanasio excisum magicae artis gratia de Arsenij cuiusdam corpore constituebant. Sed & alia quam plurima criminosa simul & flagitiosa componunt.

De concilio hereticorum apud Tyrum contra Athanasium congregato. Cap. XVI.

Quibus ex causis Imperator iubet conuocato concilio Athanasium conueniri. Idem apud Tyrum (missio est latere suo uno ex comitibus, adueniente quoque Archelao tunc Comite Orientis, necnon & eo qui Phoenicem uinciam gubernabat) congregari iubet. Eo deducitur Athanasius, loculus cum humano brachio circumfertur, inuidia & horror non solum religiosas, sed & uiles animas peruadit.

De exciso brachio Arsenij, ceterisque dolis hereticorum in concilio relictis. Cap. XVII.

Hic Arsenius, cuius brachium dicebatur excisum, lector aliquando Athanasij fuerat, & ob culpam correptionem ueritus, frequenter sese subtraxerat. Cuius latebras opportunas sibi ad huiusmodi commentum flagitiosi homines rati, initio compositi criminis occultatum eum apud quendam, quem fidelisimum sceleribus suis crediderant, retinebant. Peruenit tamen ad hunc in latebris positum, quid suo nomine criminis intentaretur Athanasio. Et siue eum ipsa humanitatis contemplatio, siue diuina perpulsi prouidentia, clam per noctis silentia euadens clausuris, enauigauit Tyrum. Et pridie quam causae dicenda adesset, edocuit. Ille domi esse hominem, nec innotescere cuiquam de eius praesentia iubet. Interea concilium cogitur, in quod aliquanti concinnatae calumniae conscripserunt, omnes penes infenso animo aduersum Athanasium praedicatorum conueniunt. Per idem tempus Paphnutius confessor (de quo supra memorauimus) aderat, Athanasij innocentiae conscius. Is eum uidisset Maximum Hierosolymorum episcopum, qui una secum effosso oculo, & poplite succello, confessor extiterat, uerum pro nimia simplicitate nihil de sacerdotum scelere suspicantem, conuersum ad ceteros quos factionis macula sociauerat, medium consessum adire sedisse eum ceteris quos factionis macula sociauerat, medium consessum adire non ueritus: Te, inquit, Maxime, cum quo mihi unum atque idem confessionis insigne est, cum quo mihi pariter mortale lumen effossum, clariorem diuini luminis conciliauit aspectum, te, inquam, non patiar sedere in concilio malignatorum, ac de singulis instruens, perpetua de hinc Athanasio communionem conuenit. Sed interim causa dicitur. Prima introducit accusatio mulieris cuiusdam, quae se diceret aliquando hospitio Athanasium suscepisse, et ab eo nocentem nihil suspicantem, uim correptionis esse perpeffam. Introduci ad haec iubetur Athanasius, ingreditur cum Timotheo presbytero suo, eumque monet, ut postea quam mulier dicendi finem fecisset, se tacente ad ea quae dixerat, responderet. Cumque mulier ea quae edocita fuerat, perorasset, Timotheus conuersus ad eam: Verum, inquit, mulier ego mansi apud te aliquando, aut uim tibi, ut asseris, feci? Tunc illa (ut mulierum se talium procacitas habet) obiurgans Timotheum: Tu, inquit, mihi uim fecisti, tu in illo loco comaculasti castitatem meam. Simul & conuersa ad iudices, obtestari fidem Dei coepit, uera se dicere. Tum omnes ridiculosus pudor habere coepit, quod tam facile docente eo, factio composita criminis patuisset. Nec tamen permitti sunt iudices habere de muliere quaelionem, unde haec, uel per quos, aut quomodo fuisset aptata calumnia, quoniam iudicandi libertas penes accusatores erat. Hinc transitur ad aliud crimen. Proferatur facinus seculis inauditum. Hoc est, inquit, ubi nemo possit uerborum praesentibus decipi, res oculis agitur, uerbis cessantibus: Brachium hoc te, auant, Athanasij

Maximus admonetur a Paphnutio.

Calumniatur Athanasius.

Nasi accusat excisum. Haec est Arsenij dextera, quam tu quomodo, uel ad quos uis excideris, indicato. Tum ille: Quis enim, inquit, uestrum Arsenium nouerat, ut hanc ipsius dexteram cognoscatis? Exurrexerunt aliquanti, qui se dicebant optime scisse Arsenium, in quibus nonnulli erant absque conscientia factio deponeret, iubeant introduci. Cumque introductus esset Arsenius, eleuato eius uultu, Athanasius concilio & iudicibus ait: Hic est Arsenius. Et alleuans eius nihilominus dexteram: Haec est, inquit, etiam dextera eius, haec est & sinistra. Haec autem quam isti offerunt, manus unde sit, uos requirite. Tunc uelut nox quaedam et tenebrae accusatorum oculis infuse, quid agerent, quod se uerterent, nesciebant. Ipsi enim esse Arsenium, testes qui paulo ante scire se dixerant, confirmabant. Verum, quia non iudicandi, sed opprimendi hominis causa concilium gereretur, fragor omnium repente attollitur, magnum esse Athanasium, et decipere intuentium oculos conclamatur, nec debere ullo modo ultra talem hominem uiuere: factioque impetu, suis eum discerpere manibus parant. Sed Archelaus, qui ceteris ex precepto Imperatoris concilio praesidebat, ereptum eum de dilectum monuit commendare. Concilium tamen rursus conueniens, tanquam si nihil omnino deprehensum fuisset, ut confessum de intentatis criminibus Athanasium condemnat. Et gesta in hunc modum facta per orbem terrarum mittentes, ad secleris sui consensum Imperatore cogente, ceteros episcopos perpulerunt.

De fuga & latebris Athanasij. Cap. XVIII.

Hic Athanasius toto orbe profugus agitur Athanasius, nec ullus ei tutus ad laterum supererat locus. Tribuni, Praepositi, Comites, exercitus quoque ad inueniendum eum mouentur edictis imperialibus. Praemia delatoribus proposita regni uiribus frustra aduersum eum, cui Deus aderat, certabatur. Interea totis continuis annis ita latuisse fertur in lacu cisternae non habentis aquam, ut uolem nunquam uideret. Sed cum per ancillam, quae sola conscia dominorum consessum qui ei latebras praebuerant uidebatur, indicatus fuisset, tanquam Dei spiritu admonitus, ipsa nocte qua ad eum comprehendendum cum iudicibus ueniebatur, post annos sex migravit ad alium locum. Ita illi qui uenerant frustra, dominisque in fugam ueris, de ancilla ut falsa indice poenas sumunt.

De Constantino Imperatore pro Athanasio, fratri Constantino scripsit, eumque ecclesiae suae reddi iusserit. Cap. XIX.

Verum ne graues alicui latebrae suae fierent, & occasio calumnie innocentibus quereretur, nihil sibi ultra iam tutum in Constantij regno presumes, ad Constantiam partes profugus abscessit. A quo satis honorifice religioseque susceptus est. Quae causa eius quam fama compererat diligentius cognita, scribit ad fratrem pro certo se comperisse, quod sacerdos Dei summi Athanasius, iniuste fuerat & exilia pateretur. Hunc itaque recte facere, si absque ulla molestia loco suo reuertetur: si id nolle, curae sibi futurum, ut id adimpleret, regni eius intima penetrauerit: & poenas dignissimas de autoribus sceleris sumens. Quibus scriptis persimulata benignitate ultro uenire ad se Athanasium iubet, & leui increpatione ab impijs consiliarijs: Non est, inquit, magnus Athanasius, quod episcopi poscunt de te, ut una ex multis quae sunt apud Alexandriae ecclesijs, concedas populis eam qui tibi communicare nolunt. Tum ille, Deo sibi suggerente, paratum in tempore consilium repperit: Et quid est, inquit, Imperator, quod posceti tibi liceat denegari, qui potestate omnium habes iubendi? Sed unum est quod oro, ut mea quoque petitiuncula libenter admittas. Cumque se omnia quae uellet, quamuis essent difficilia, promitteret praestaturum, si hoc unum cederet libens, ait Athanasius: hoc est

Gg 3 quod

Archelaus praesidebat in concilio.

Athanasius condemnatus fugit.

An. Do. 346 Athanasius fugit ad Constantiam.



quod rogo, ut quia etiam hic (nam apud Antiochiam res agebatur) sunt nostri populi qui istis communicare nolunt, unam eis tenere concedas ecclesiam. Ac quisimum sibi uideri, & ualde praestandum, laetus spondit Imperator. Sed cum rem detulisset ad eos, quorum consilijs utebatur, neq; ibi se uelle accipere ecclesiam, neq; hic dare respondent, quia plus sibi singuli quicquam absentibus consulebant. Ita Imperator admiratus eius prudentiam, properare ocyus ad suscipiendam suam ecclesiam iubet. Sed cum Magnentij scelere Imperator Constantis regno simul et uita fuisset exemptus, rursus in Athanasium ueteres illi incentores principis odia resuscitare coeperunt. Fugatoq; de ecclesia, in locum eius Georgium quendam, perfidie & immanitatis socium, mittunt. Nam prius quendam Gregorium miserant. Rursus fuga, rursus latebrae, & edicta aduersum Athanasium principis per omnem locum ponuntur, praemia & honores delatoribus pollicentia. Ipse quoq; cum ob uindictam necis fraterna, renumq; recuperandum ad Occidentis partes uenisset, & extincto tyranno, regni solus arce potiretur, fatigare Occidentales episcopos, & per deceptionem ad consensum Arianae haereseos cogere aggreditur, Athanasij prius condemnatione praemissa, & uelut obicis ualidissimi objectione sublata.

Athanasius rursus exulat.

Gregorius Athanasio suffectus.

Constantinus in Occidentem uenit.

De concilio apud Mediolanum habito, & exilijs Eusebii, Luciferi, ceterorumq; episcoporum Catholicorum. Cap. XX.

OB hoc apud Mediolanum episcoporum concilium conuocatur, plures decepti: Dionysius uero, Eusebius, Paulinus, Rhodianus, & Lucifer, doctum in negotio esse proclamantes, asserentesq; quod scriptio in Athanasio, non aliam ob causam, qm destruendae fidei moliretur, in exilium trahi sunt. His etiam Hilarius iungitur, ceteris uel ignorantibus, uel non credentibus, fraudem.

Concilium Mediolan.

Hilarius.

De Ariminensi concilio. Cap. XXI.

SED tali concilio gestum fuisse negotium, rei exitus docuit. Illis namq; de medio sublatis, continuo synodus apud Ariminum congregatur, ibi secudum ea quae Orientales apud Seleuciam composuerant callidi circumueniunt, hoc modo proponendo eis: Quem magis colere & adorare uellent, uelut in factum? Illisq; uirtutem uerbi quid significare ignorantibus, uelut in factum quoddam & execrationem sermo deductus est, Christo se credere, non in uerbis confirmantibus. Sic multorum, praeter paucos (qui scientes prolapsi sunt) animi decepti, contra ea quae patres apud Nicaeam conscripserant, uenientes, quasi ignotum & a scripturis alienum sermonem auferri de fidei expositione decernunt, communionemq; suam haereticorum societate commaculant. Ea tempestate facies ecclesiae foeda & admodum turpis erat. Non enim sicut prius ab externis, sed a proprijs uastabatur. Fugabat alius, alius fugabatur, & uterq; de ecclesia erat. Ara nusquam, nec immolatio, nec libamina; praeparatio tamen & lapsus erat, ac ruina multorum. Similis poena, sed impar uictoria. Similiter cruciabantur, sed non similiter glorificabantur; quia dolebat ecclesia etiam illius casum, qui impellebat ad lapsum.

An. Do. 361 Synodus Ariminensis.

De Liberio episcopo urbis Romae. Cap. XXII.

IGitur Liberius, qui post Iulium Marci, quem Syluester praecesserat, successore rem, in urbe Roma per idem tempus sacerdotio fungebatur, in exilium trahitur. Inq; eius locum Felix diaconus suus ab haereticis subrogatur, & non tam sectae diuersitate, quam comunionis et ordinationis conuenientia maculatur.

Liberius pontifex Romae. Felix.

De Hierosolymorum & Alexandriae episcopis. Cap. XXIII.

HIEROSOLYMIS uero Cyrillus post Maximum sacerdotio confusa iam ordinatione suscepto, aliquando in fide, sepius in communionem uariabat. Apud Alexandriam uero Georgius satis procaciter ut raptum episcopatum gereret, ita ut magis sibi iuris dicendi creditos fasces, quam sacerdotium ministrum dum religiosi officijs altimaret.

Cyrillus Hierosol. Gregorius Alexand.

De ambitione episcoporum apud Antiochiam. Cap. XXIII. Pud Antiochiam sane diuersis temporibus multa & admodum confuse gesta sunt. Nam defuncto Eudoxio, cum multi diuersarum urbium episcopi ad illam sedem summa ambitione niterentur, ad ultimum Meletium de Sebastia Armenia ciuitate, contra decreta concilij illuc transferunt. Qui tamen ab ipsis rursus in exilium trahitur, quod contra opinionem ipsorum non Aris, sed nostram fidem coepit in ecclesia predicare. Quem magna plebs sede depulsum secuta, ab haereticorum societate diuellitur.

De schismate Arianorum, quod in tres partes diuisum est: & quidem eorum Eunomiani alij Macedoniani, alij uero permanserunt Ariani. Cap. XXV.

INTEEA ut aliquando etiam in semetipsam praediues malitia defauiet, faceret denuo sectas partesq; finditur. Nam illi quos paulo superius dixeramus non adquiescentes Eusebii ceterorumq; simulationibus, cum Ario exilium perulisse, postmodum nec ipsi Ario regresso de exilio communicare uoluerunt, eo quod simulata confessione communicasset ijs, qui de ipsa substantia Dei patris filium confiteretur, quia ipsi ea quae primo docuerat Arius, ex nullis exantibus creatum & factum, non natum filium, satis libera, seu potius impudentibus blasphemis confirmabant. Quod & post illorum obitum Aetius quidam, post Aetium ualidius & latius asserbat Eunomius, uir corpore & anima leprofus, & interius exteriusq; morbo regio corruptus, arte tamen dialectica praepotens, plurima contra fidem nostram scripsit, & disputandi leges sectatoribus suis dedit. A quo etiam nunc Eunomiana haeresis appellatur. Alius quoque Macedonius quae nostris expulsis, uel potius necatis, apud Constantinopolim statuerant episcopum, quia similem patri filium fatebatur, licet spiritum sanctum aequae ut illi blasphemaret, tamen ab illis expellitur, quia similis de spiritu sancto diuersa sentiret. Ita pestifera illa bestia, quae per Arium primo quasi de inferis extulerat caput, subito triformis apparuit: Per Eunomios, qui dicunt per omnia dissimilem filium patri, quia nullo genere simili possit esse factura factori: Per Arianos, qui dicunt similem quidem posse esse filium patri, sed largitatae gratiae, non proprietate naturae, in quantum scilicet quidem filium per omnia patri, sanctum uero spiritum cum patre & filio nihil habere commune. Haec quidem inter illos ita gesta sunt. Sed sicut de talibus scripta est: Dissili sunt, & non sunt compuncti. Plurimi sane eorum qui uidebantur attentiores uitam gerere, & monasteria permulta apud Constantinopolim, uicinasq; prouincias, & episcopi nobiles, macedonij magis errorem sunt secuti.

De fine Constantij imperatoris, & ortu Iuliani. Cap. XXVI.

SED Constantius Imperator, dum Iuliano (quem Caesarem apud Gallias reuocauerat) dignationem sibi Augusti sponse praesumentis, armis ire obuia parat, uicelimo & quarto post occalum patris imperij sui anno, in oppido cilicij Moplocrene uita defunctus est.

De episcopis, de exilio relaxatis. Cap. XXVII.

POST quem Iulianus, praesumptum prius, deinde ut legitimum, solus obtinuit principatum. Is primo uelut arguens perperam gesta Constantij, episcopos iubet de exilijs relaxari. Post uero aduersum nostros tota nocendi arte confurgit. Interim q; superfuerat episcopi, de exilijs relaxantur. Nam Liberius quae uenerit uoluntati suae adscribendum, an ad populi Romani grauiam, a quo proficiscens fuerat exoratus, indulserit, pro certo compertum non habeo, Lucifer autem cum exoraretur ab Eusebio, quia uterq; in partibus uicinis Aegypto fuerat

Constantinus moritur.

An. Do. 336 Fos Mops.

Iulianus Augustus.

An. do. 364 Liberius de exilio relaxatus.

Meletius

Tres sectae ex schismate Arii.

An. do. 350 Aetius Eunomius.

An. do. 344 Macedonius.

Eunomiani Ariani. Macedoniani.

Constantinus moritur. An. Do. 336 Fos Mops.

Iulianus Augustus. An. do. 364 Liberius de exilio relaxatus.



relegatus, ut ad uidentum Athanasium Alexandriam pergerent, communique tractatu cum his qui super fuerant sacerdotibus, de statu ecclesie decernerent, praesentiam sui abnegans, legatum pro se diaconum suum mittit. atque ipse intento animo Antiochiam pergit: ibique dissidentibus adhuc partibus, sed in unum tamen reuocari posse sperantibus, si sibi talis eligeretur episcopus, erga quem non una plebs, sed utraque gauderet, propter catholicum quidem & sanctum uirum, ac per omnia dignum sacerdotio Paulinum episcopum collocauit, sed tamen in quem ad quietem plebs utraque non posset.

De concilio apud Alexandriam sanctorum episcoporum, & Luciferi ab his disidio. Cap. XXVIII.

Conuentus confessorum Alexandriae. An. do. 356.

Pergit interea Eusebius Alexandriam, ibique confessorum concilio congregato, pauci numero, sed fidei integritate, & meritis multi, quo pacto post haec reticentium procellas, & perfidiae turbines tranquillitas reuocaret ecclesiae, omni cura & liberatione discutunt. Alijs uidebatur fidei calore feruentibus, nullam debere ultra in sacerdotium recipi, qui se utcumque haereticis communionis contagione maculasset. Sed qui imitantes Apostolum quaerebant, non quod sibi utile esset, sed quod pluribus: uel qui imitarentur Christum, qui cum esset in unum uita, pro salute cunctorum humilians se descendit in mortem, quo feliciter inueniretur & in mortuis uita: dicebant melius esse, humiliari paululum propter deiectiones, & inclinari propter elisos, ut eos rursus erigeret, nec libimet solis puritatis merito caelorum regna defenderent, sed esse gloriosius, si cum pluribus illic mererentur intrare. & ideo rectum sibi uideri, ut tantum perfidiae auctoribus amputatis, reliquis sacerdotibus daretur optio, si forte uelint, abiurato errore perfidiae, ad fidem patrum statutaque conuerti, nec negare aditum redentibus, quin potius de eorum conuersione gaudere: quia & ille euangelicus iunior filius paternae depopulationis substantiae, sed in semetipsum reuersus, non solum se seipsum meruit, sed & dignus paternis complexibus deputatus, & annulum fidei recipit, & stola circumdatur: per quam quid aliud quam sacerdotij declarantur insignia: nec tantum meriti habuit non delinquendo, quantum notae contraxit non indulgendo germano.

De his quae in eodem concilio statuta sunt. Cap. XXIX.

An. do. 366. Asterius presicitur Orienti, Eusebius Occidentem.

Cum igitur huiusmodi sententiam ex Euangelica autoritate prolatam, ordo sacerdotalis & apostolicus approbasset, ex concilij decreto, Asterio ceterisque qui cum ipso erant, Orientis iniungitur procuratio. Occidentis uero Eusebio decernitur. Additur sane in illo concilij decreto, etiam de spiritu sancto plenior disputatio, ut eiusdem substantiae ac deitatis, cuius pater & filius, etiam spiritus sanctus crederetur, nec quicquam prorsus in trinitate, aut creatum, aut in se sermo eis per scripturam motus est. Graeci uero & uulgares uocant, quidam etenim dicebant substantiam & substantiam unum uideri: & quia tres substantias non dicimus in Deo, nec tres substantias dicere debeamus. Alij uero, quibus longe aliud substantia quam substantia significare uidebatur, dicebant, quia substantia ipsa rei alicuius naturam rationemque qua constat, designet: substantia autem unicusque personae, hoc ipsum quod extat & subsistit, ostendat. Ideoque propter Sabellianam haeresim, tres esse substantias consistendas, quod quasi tres subsistentes personas significare uideretur, ne suspitionem daremus tanquam illius fidei sectatores, quae trinitatem in nominibus tantum, & non in rebus ac subsistentiis confiteretur. De incarnatione Domini comprehensum est, quia corpus quod suscepit deum, non minus, neque sine sensu, neque sine anima suscepisset. Quibus omnibus caute modo de atque compositis, uniuersisque itinere suo cum pace perrexit.

De Eusebio & Hilario, atque ecclesiarum per eos restitutione. Cap. XXX.

Sed Eusebius cum redisset Antiochiam, & inuenisset ibi a Lucifero contra pulsationem ordinatum episcopum, pudore simul & indagatione com-

pulsus abscessit, neutri partium communionem suam relaxans, quia digrediens inde promiserat se acturum in concilio, ut eis ordinaretur episcopus, a quo pars neutra descenderet. Ille namque populus, qui Melitium dudum de ecclesia pulsum, quasi pro fide recta fuerat secutus, non iunxerat se ad priores catholicos, id est, qui cum Eustathio episcopo fuerat (ex quibus etiam Paulinus erat) sed suum principatum, suumque conuenticulum tenuit. Hos ergo cum in unum reuocare uoluisset, nec tamen praesentibus a Lucifero) potuisset, abscessit. Tunc regressus Melitius de exilio, quia cum eo numerosior populus erat, ecclesias tenuit, & ex eo iam propria synodus cum ceteris orientalibus episcopis habuit, nec tamen Athanasio iunctus est. Interim Lucifer in iuriam dolens, quod episcopum a se ordinatum apud Antiochiam non recepisset Eusebius, nec ipse recipere cogitat Alexandrii decreta concilij, sed contrungebat legati sui uindictam, qui in concilio ipsius autoritate subscripserat. Abijcere namque eum non poterat, qui auctoritatem eius tenebat. Si uero recepisset, omne suum frustrandum uidebat inceptum. Diu ergo de hoc multumque deliberans, cum ex utraque parte concluderetur, elegit, ut legato suo recepto, erga ceteros sententiam distemperet, sed sibi placitam custodiret. Ita regressus ad Sardiniae partes, siue quia morte praesentibus, tempus sententiae mutandae non habuit, etenim temere coepit corrigi spacio solent: siue hoc animo immobiliter federat, parum firmaverim. Ex ipso interim Luciferianorum schisma, quod licet per paucos adhuc uoluitur, sumpsit exordium. Eusebius uero circumiens Orientem atque Italiam, medici pariter & sacerdotis fungebatur officio. Singulas quasque ecclesias ab iurata infidelitate ad sanitatem rectae fidei reuocabat, maxime quod Hilarium, quem dudum cum ceteris episcopis in exilium trusum esse memorauimus, regressum iam & in Italia positum, ac eadem erga instaurandas ecclesias, fidemque patrum reparandam reperit molientem.

De scriptis Hilarij. Cap. XXXI.

Nisi quod Hilarius uir natura lenis, placitus simulque eruditus, & ad persuadendum commodissimus, rem diligentius & aptius procurabat. Qui etiam libros de fide nobiliter scriptos edidit, quibus & haereticorum uisitas, & nostrorum deceptiones, & male credulam simplicitatem ita diligitur exposuit, ut & praesentes & longe positos, quibus ipse per se differere uel uoce non poterat, perfectissima instructione corrigeret. Ita duo isti uiri, uel ut magna quaedam mundi lumina, Illyricum, Italiam, Galliasque suo splendore radiarunt, ut omnes etiam de abditis angulis & abstrusis haereticorum tenebrae fugarentur.

De persecutionibus Iuliani blandis & callidis. Caput XXXII.

Sed Iulianus postquam ad Orientem Persas bello pulsaturus aduenit, & publica (quam prius occultauerat) erga idolorum cultum fieri coepit infania, blandior ceteris persecutor, non ui neque tormentis, sed praemijs, honoribus, salte, elulit. Studia autorum gentilium Christianos audire prohibens, ludos literarum illis solis qui deos deasque uenerarentur patere decernit. Militie cingulum non dari, nisi imolantibus iubet. Procuracionem prouinciarum, iurisque diuini gladio uti uetuit. Et proficiebat quotidie in huiusmodi legibus exquirendis, quibus & si quid uersutum uel callidum, tamen quod minus uideatur crudele, decerneret.

De seuitia Iuliani erga Athanasium. Cap. XXXI.

Sed non erga Athanasium fictae philosophiae tenere imaginem potuit. Et enim cum uelut tetri serpentes de cauernis terrae obullientes, ad eum profana, tollendum uelisset magorum, philosophorum, aruspicum, augurumque manus profana, tollendum omnes suadent,

Melitius.

Eustathius.

Lucifer.

Luciferianorum schisma.

Hilarius. An. do. 359.

An. do. 365. Iuliani Au. callidum con filium.

Aruspices Athanasium.



omnes pariter allegant, nihil suis artibus successurum, nisi prius Athanasium, uelut omnium horum obstaculum, sustulisset.

De fuga rursum, & latebris Athanasij. Cap. XXXIII.

Iterum mittitur exercitus, iterum duces, iterum oppugnatur ecclesia. Cumq[ue] eum moesti & flentes populi circumstant, prophetico apud eos usus sermone perhibetur: Nolite, inquit, o filij conturbari, quia nubecula est, & cito pertransit. Cumq[ue] discelsisset, & nauis per Nilum fluuium iter ageret, comes qui ad hoc ipsum missus fuerat, cognito eius itinere, instanter eum insequi cepit. Et cum forte applicuisset Athanasij nauicula ad quandam locum, comperit a praeireuntibus, post tergum esse percussore suum, & iam iamq[ue] nisi prospiceret, imminere. Conterriti omnes qui simul aderant socij, eremum suadebant ad fugae praesidium petendam. Tum ille: Nolite, inquit, o filij deterreret, eamus magis in occursum percussori nostro, ut sciat quia longe maior est qui nos defendit, quam qui persequitur. Et conuersa nauicula, iter agere obuiam ei qui se infectabatur, adgressus est. Ille qui nullo genere suspicari posset in occursum sibi uenire quem quereret, tanquam praeirentes aliquos interrogari iubet, ubi audissent esse Athanasium. Cumq[ue] responderat in uanum, se eum non longe euntem, tota celeritate pertransiens, properat in uanum, se stinans capere, quem ante oculos positum uidere non potuit. Ille uero Dei uirtute monitus, Alexandriam redit, ibiq[ue] tuto latebras usquequo persecutio cessaret, exegit.

De sepulchro martyris Babyle. Cap. XXXV.

Edidit & aliud Iulianus uicordie suae ac leuitatis indicium. Nam cum Daiphnis in suburbano Antiochia iuxta fontem Castalium litaret Apollini, & nulla ex his quae querebat, responsa susciperet: causasq[ue] silentij percontaretur a sacerdotibus daemone, aiunt Babylae martyris sepulchrum prope adire, & ideo responsa non reddi. Tum ille uenire Galilaeos (hoc enim nomine nostros appellare solitus erat) & auferre sepulchrum martyris iuberet. Igitur ecclesia uniuersa conueniens, matres & uiri, uirgines iuuenesq[ue] immensa exultatione succincti, trahebant longa agmine arcam martyris, psallentes summis clamoribus, & cum exultatione dicentes: Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui confidunt in simulachris suis. Haec in auribus prophetae principis per sex millia passuum tanta exultatione psallebat omnis ecclesia, ut clamoribus resurreret. Vnde & illam in tantam iracundiae rabiem deductus est, ut altera die comprehendi Christianos passim & trudi iuberet in carcerem, ac poenis & cruciatibus affici.

De Theodoro confessore apud Antiochiam. Cap. XXXVI.

Quod Salustius Praefectus eius non probas, licet esse gentilis, tamen iustus exequitur: & apprehensum unum quendam adolescentem qui prius occurrit, Theodorum nomine, a prima luce usq[ue] ad horam decimam tanta crudelitate, & tot mutatis carnificibus, torisit, ut nulla aetas simile factum meminerit. Cum tamen ille in eculeo sublimis, & hinc inde lateribus instate tortore, nihil aliud faceret, nisi quod uultu securo & laeto psallit, quem pridie omnis ecclesia cecinerat, iteraret. Cumq[ue] se omni expensa crudelitate Salustius nihil egisset perspiceret, recepto in carcerem iuuenem, abiisse ferit ad Imperatorem, & quid egisset nunciasset: ac monuisse ne tali aliquo tentare uellet & caetero, alioquin eum illis gloriam, & sibi ignominiam quareret. Hunc Theodorum ipsi nos postmodum apud Antiochiam uidimus. Et cum requireremus ab eo, si sensum doloris habuisset ex integro, dicebat se quidem dolores parum sensisse: adstitisse autem quendam iuuenem, qui sudanti sibi, linteo candidissimo & sudores abstergeret, & aquam frigidam frequenter infunderet: & ita se esse delectatum, ut tunc moestior factus sit, quando deponi de eculeo iussus est. Cominatus igitur Imperator post uictoriam Persica melius se Christianos debellaturum quidem

Iulianus oc-
cisus.
An. do. 356.

Salustius.
Praefectus.
Theodorus

Babyle mar-
tyris sepul-
chru trans-
fertur.
Psal. 96.

Galilaei.

quidem est, sed nullus redit. Ibi namq[ue] incertum, a suis, an ab hostibus confossus, post annum & octo menses praesumpti Augustalis imperij, finem uitae fecit.

De Iudeorum conatibus, qui a Iuliano decepti, templum in Hierosolymis re-
aerificant. Cap. XXXVII.

Tanta uero eius ad decipiendum subtilitas & calliditas fuit, ut etiam infelices Iudeos uanis spebus illectos, ut ipse agitabatur, illuderet. Quos primo omnium conuocatos ad se interrogat, cur non sacrificaret, cum eis lex sua de sacrificijs imperaret. At illi occasionem se inuenisse temporis rati: Non possumus, inquit, nisi in solo Hierosolymorum templo. Ita namq[ue] praecipit lex. Et accepta ab eo reparandi templi licentia, in tantum insolentiae peruenerunt, ut aliquis eis prophetarum redditus uideretur. Igitur ex omnibus locis atque prouincijs conuenerunt Iudaei, locum templi olim igne consumpti aggredi coeperunt. Comite properandi operis ab Imperatore concessio, sumptu publico & priuato res omni instantia gerebatur. Interea insultare nostris & uelut reparandi sibi regni temporibus, comminari acriter, ac saeuitiam ostentare pro suis immani tumore & superbia agere. Cyrillus post Maximum coesellorem Hierosolymis episcopus habebatur. Apertis igitur fundamentis, calce cementoq[ue] adhibitis, nihil omnino deerat, quin die postera, ueteribus deturbatis noua iaceret fundamenta: cum tamen episcopus diligenti consideratione habita, uel ex illis quae in Danielis prophetia de temporibus legerat, uel quae in Euangelij Dominus praedixerat, peristeret, nullo genere fieri posse, ut ibi a Iudaeis lapis super lapidem poneretur. Rex erat in expectatione.

Tremotu inibi & igni diuinitus accenso, Iudaei ab illicitis disturbantur
in captis. Cap. XXXVIII.

Ecce nocte quae ad incipiendum opus iam sola restabat, terrae motus ingens oboritur, & non solum fundamentorum saxa longe lateq[ue] iactantur, uerum etiam totius loci penae aedificia complanant. Porticus quoq[ue] publicae, in quibus Iudeorum multitudo, quae operi uidebatur insistere, commanent, ad solum deductae, omnes Iudeos qui reperti sunt, oppressere. Luce uero uera, quum se mala crederent effugisse, ad requirendos eos qui oppressi fuerant, reliqua multitudo concurrunt.

De signis & uirtutibus terrificis, quae in exitum conuersa sunt Iudeorum.
Capitulum XXXIX.

Aedes erat quaedam in inferioribus templi demersa, habens aditum inter duas porticus, quae fuerant complatae, in qua ferramenta, aliaq[ue] operi necessaria seruabantur, e qua subito globus quidam ignis emicuit: & per medium plateam percurreret, adustus & exanimatis qui aderant Iudaeis, ultrò citroq[ue] ferebatur. Hoc iterum saepiusq[ue] & frequentissime per totam illam diem repetens, pertinacis populi temeritate flammis ultricibus coerebat. Cum interim pauore ingenti & trepidatione omnes qui aderat deterriti, solum uerum Deum Iesum Christum confiteri cogebantur inuiti. Et ne haec casu fieri crederentur, in sequenti nocte in uestimentis omnium signaculum crucis ita euidentis apparuit, ut etiam qui diluere pro sui infidelitate uoluisset, nullo genere ualeret abolere. Sic deterriti Iudaei atq[ue] Gentiles, locum simul & inaniter coeptra reliquere.

Templum So-
lomonis a-
pud Hiero-
solymam re-
paratur.

Terrae motus.

Globus ignis.

Note crucis in uestimentis.

OPAVSRAE

OPAVSRAE



De ortu & religiosa mente principis Iouinianii, & de fine eius. *Cap. I.*

Iouinianus
Caesar.
An. do. 360.
Is fuit rex
Persarum.



ost Iuliani necem tandem ciuile nobis per Iouinianum reparatum imperium. Is namq; sub uno eodemq; tempore Imperator, & confessor, & male illati extitit depulsor erroris. Nam cum in prociectu esset exercitus, & urgeret Barbarus, ductores nostri de summis rebus consilium trahentes, Iouiniano calculū dederunt. Cōspicū apprehensus ad suscipienda imperij traheretur insignia, ad exercitum Iuliani sacrilegijs prophanatum, dicitur proclamasse, non se posse imperare eis, quia esset Christianus. Tum omnes pari eademq; uoce respondisse perhibentur, Et nos Christiani sumus: nec priusquam hanc uocem audiret, adquiescere ad imperiū uoluisset. Deniq; statim astui ei diuina clementia, cōtraq; omnem spem cum clausi undiq; hostibus tenerentur, nec euadendi facultas ulla supererit, subito emissos à Barbaris oratores adesse uidēt, pacemq; deposcere: exercitū quoq; inedia consumpto, cibos ceteraq; necessaria in mercimonijs pollicentur, omniq; humanitate nostrorum temeritatem emendare. Sed ubi in uiginti & nouem annos pace composita, ad Romanum regressus est solū, clariorq; lux nostro se orbi ex Orientis partibus oborta diffudit, rempublicam uero enimias procillas omnimode ratione aggreditur reparare. Ecclesiarum uero curam non in secundis habere. Nec tamen incaute ut Constantius egerat, sed lapsu predecessoris admonitus honorificis & officiosissimis literis Athanasium requirit, & ab ipso formam fidei & ecclesiarum disponendarum suscipit. Post octo etenim menses ortus sui apud Ciliciam diem obiit.

Iouinianus
Caesar Athanasium
consulit
de reparandis
ecclesijs
Iouinianus
moritur.

De ortu valentiniani & ualentis. *Cap. II.*

Post hunc Valentinianus imperium suscepit, qui pro fide nostra à Iuliano militia fuerat expulsus. Sed cōpleuit in illo Dominus quod promisit plus etiam quam centupla in praesenti seculo restituens ei. Nam quia militiam pro Christo reliquerat, recipit imperiū. Is in consortiū regni assumpsit fratrem Valens, & sibi quidem occidentales partes delegit, illi autem orientales reliquit. Sed Valens fauendo hereticis, abiit in uiam patrum suorum, Nam & episcopos egerit in exilium, & presbyteros & diaconos, & monachos (Tatianus Alexandriae praesidente) usq; ad tormēta deduxit, & ignibus tradidit. Multaq; nefanda & crudelia in ecclesiam Dei molitus est: sed haec omnia post Athanasij obitum. Nam illo superstite, uelut diuina quadam uirtute prohibitus, cum debarcharetur in caeteros, in illum nihil ausus est triste committere.

An. do. 367.
Valentinianus
Imperator
in Occidente.
Valens in Oriente.
Tatianus
praefectus
Alexandriae.

De dormitione Athanasij, & persecutionibus Lucij heretici. *Cap. III.*

igitur ea tempestate cum quadragesimo & sexto anno sacerdotij sui Athanasius, post multos agones, multasq; patientiae coronas quietus in pace, sciscitatus de successore, Petrum tribulationum suarum participem & socium delegit. Sed Lucius Arianae partis episcopus, continuo tanquam ad ouē aduolat lupus. Et Petrus quidem nauē protinus cōscendens, ad urbem Romā profugit. Lucius uero tanq; materia sibi crudelitatis oblata, seuior erga caeteros efficiebat. Et ita ibat in sanguinē, ut ne specie quidē aliquā religionis seruare sciret. Cuius primo ingressu tanta & tam turpia in uirgines & cōtinentes ecclesiae gesta sunt, quae nec in persecutionibus gentiliū memorantur. Inde post fugas ciuitū & exilia, post caedes & tormenta, flammisq; quib. innumeros cōfecerat, ad monasteria furoris sui arma conuertit. Vastat eremū, & bella quiescentibus indicit. Tria millia simul (aut eo amplius) uiros, per totam eremum secreta & solitaria habitatione dispersos, oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitum ac peditū manū. Tribunos, praepositos & bellorum duces

An. do. 373.
Athanasius
moritur.
Petrus.
An. do. 378.
Lucius
com
petitor.

duces, tanquam aduersum Barbaros pugnaturus elegit. Qui cum uenissent, notam belli speciem uident, hostes suos gladijs obiecare ceruices, & nihil aliud dicere nisi, Amice ad quid uenisti?

De uirtutibus & mirabilibus sanctorum qui fuerunt in Aegypto. *Cap. IIIII.*

Per idem tempus patres monachorum uitae & antiquitatis merito, Macarius & Isidorus, aliusq; Macarius, atq; Heraclides, & Pambus, Antonij discipuli per Aegyptum, & maxime in Nitriae deserti partibus habebantur uiri, qui conforium uitae & actuum, non cum caeteris mortalibus, sed cum supernis angelis habere credebantur. Quae praesens uidi, loquor: & eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui. Hi ducebant exercitum Domini, non mortalibus telis, sed fide religionis armatum, exercitum moriendo uincentem, & qui sanguinis sui profusione uictor Christum sequeretur ad caelum. Quicq; dum in tabernaculis positi, & orantes expectarent interfectores suos, delatus est ad eos homo olim membris omnibus, & praecipue pedibus, aridus. Sed cum ab eis in nomine Domini oleo fuisset perunctus, statim confirmatae sunt plantae eius. Et dicentibus eis, in nomine Iesu Christi, quem Lucius persequitur, surge, & sta in pedibus tuis, & redi in domum tuam: & continuo exurgens & exiliens, benedixit Deum, ostendens quia uere erat in eis Deus. Ante aliquantulum uero temponis caecus quidam rogabat deduci se ad cellulam Macarij, quae erat in deserto, timere trium dierum. Quod posteaquam caecus multo ductantium labore peruenit, Macarium non reperit domi. Contristatus ualde, nullatenus mitigare molestantiam poterat, sanitatis solatio carens. Tum uero feruore fidei concallescens: Deprecor, inquit ad eos qui deduxerant, applicare me ad illam partem parietis, ubi curare senior solet. Et cum fuisset admotus, parum luti aridi unde paries oblitus uidebatur, assumens, palmae suae superposuit. Rogat etiam ut aquam de puteo, ex quo bibere solebat, haurirent. Qua resoluens glebulam, eodemq; luto oculos suos superungens, & lauans de aqua quae hausta fuerat, repente recepit uisum, ita ut nullo indigens adminiculo rediret ad sua. Sed ne secundum leprosos illos ageret, quos a se curatos in Euangelij ingratos Dominus notat, cum omni domino sua regressus, & Deo gratias referens, rem ut gesta fuerat indicauit. Idem ipse Macarius leaenae speluncam habuit cellulae suae uicinam. Et quadam die catulos illos caecos ad eum bellua producit, & ante pedes eius ponit. At ille cum intellet pro caecitate catulorum bestiam supplicare, rogauit Dominum, ut eis redderet uisum. Quo recepto, matrem sequentes redeunt ad speluncam. Et paulo post ipsa cum catulis suis regrediens, pelles ouium lanatas plurimas, uelut murus abscedit. Verum si singulorum mirabilium gesta prosequi uelimus, excludimus. Sed in his omnibus Lucius non erubuit, nec aliquid reuerentiae uirtutum mirabilibus detulit: quoniam iubet patres ipsos ablatos à grege suo, imò clam raptos, in insulam quandam Aegypti paludium deportari, in qua compererat neminem profus esse Christianum, quo per hoc uel absq; solatijs, uel absq; consuetis actibus uiuerent. Senes igitur cum duobus solis pedissequis noctu ad insulam deducuntur, in qua erat templum quoddam summa ueneratione à loci incolis obseruatum. Cumq; primum nauicula senum oram soli illius contigisset, ecce subito fauoratus usq; ad caelum datus, agi per medios populos cepit, & crebros ducens moribus stridens huc atq; illuc rabida ora uibrare. Cumq; ad spectaculum tam inuentus erat populi conuenissent, per auras eam raptam sequentes, perueniunt usq; ad nauiculam senum. Ibi uero proiecta eorum pedibus & prostrata, clamare ceperunt: Quid uenistis huc o serui Dei summi, antiquis nos & ueternosis euoluere domibus? In hoc loco depulsi undiq; latebamus, quomodo uos nequaquam late

An. Do. 379.
Antonij
discipuli.

Macarius.

Macarius.

MACARIUS



tere potuimus? Cedimus antiquis sedibus: populos uestros terrasque recipite. Cum haec diceret, increpitus ab eis erroris spiritus, effugatur. Et puella sana una cum parentibus suis iacebat ad pedes nostri temporis Apostolorum. Qui talibus exordijs praedicantes fidem eius Domini nostri Iesu Christi, in tantum conuersio nem repente eos perduxerunt, ut statim manibus suis antiquissimum templum, & in summa ueneratione habitum destruerent, & ecclesiam confestim adifica rent. Nec ad deliberandum spacio temporis egerunt, quibus fidem rerum fece rant, non uerba, sed uirtus. Sed hoc cum fuisset Alexandria nunciatum, uentus Lucius, ne forte etiam suorum in eum odia iusta confurgerent, qui aperte iam bel lum non hominibus, sed Deo indiceret, occulte eos reuocari, & in eremum remitti iubet. Dum haec in Aegypto geruntur, ne alijs quidem locis persecutionis flama cessabat.

De persecutione quae fuit apud Edessam. Cap. V.

Edessa ciuitas.

Edessa namque Mesopotamiae urbs fidelium populorum est, Thomae Aposto li reliquijs decorata. Vbi cum per se Imperator populos uidisset ecclesijs cie ctos in campo habere conuenticulum, tanta dicitur iracundia accensus, ut prese ctum suum pugno percuteret, cur non fuissent inde quoque (sicut iusserat) deturba ti. At ille licet esse Paganus, & iniurijs ab Imperatore affectus, tamen considera tione humanitatis altera die ad uastatum populum processurus, facit hoc ipsam ciuibus per occulta indicia clarescere, quo scilicet cauere sibi possent, ne in ueni rentur in loco. Mane processurus terrorem solito maiorem per officium mouer, agitque omnia quo quam minimi, uel si fieri posset, nulli periclitarentur. Videt ta men frequentiore solito populum tendere ad locum, currere precipites & festi nare, tanquam uererentur, ne qui deesset ad mortem. Inter ea uidet quandam mu lierculam ita festinam & properam domo sua prorumpere, ut ne clauderet ostium, nec operire se, ut mulierum habitum decet, diligentius potuisset, infantem quoque paruulum secum trahentem, cursuque rapido, irrupto etiam officij agmine, festinan tem. Tum ille ultra non ferens: Apprehendite, inquit, mulierem, & huc deducite. Cumque fuisset adducta: Quod, inquit, mulier infelix properas tam festina? Ad cam pum, ait, quod catholicorum populus conuenit. Et non, inquit, audisti, quia prese ctus illuc pergit, ut omnes interficiat quos inuenierit? Audiui, inquit, & ideo festi num, ut tibi inueniar. Et quod, inquit, paruulum istum trahis? Ut & ipse ait, mar ty rium consequi mereatur. Quae cum audisset uir moderatissimus, redire officium, & conuerti uehiculum ad palatium iubet. Et ingressus ait: Imperator, subire mor te si iubeas, paratus sum. Opus uero quod precipis, implere non possum. Cumque edocuisset cuncta de muliere, reprehsit Imperatoris infantiam.

De Moysse quem regina Sarracenorum gentis suae poposcit episcopum. Cap. VI.

Maania regina Sarracenorum Moysen eremitam petit, ut sit episcopus.

Per idem tempus ecclesia uelut persecutionis igne confluente, purior auri metallo resplendebat. Non enim in uerbis uniuscuiusque fides, sed in exilijs & carceribus probabatur: quia non honori erat catholicum esse, sed poenae, praeci pue apud Alexandriam, ubi ne sepeliendis quidem corporibus mortuorum libe ra facultas fidelibus erat. Quae dum Lucius omni arrogancia & seueritate gereret, Maania Sarracenorum gentis, uehementi bello Palaestini & Arabici limitis oppida atque urbes quater, uicinasque simul uastare prouincias cepit. Cuius frequen tibus bellis Romanum attriuit exercitum, & plurimis peremptis, reliquos uer tisset in fugam, orata pacem non aliter se amplexuram promittit, nisi Moyses uer dam nomine, monachus, genti suae ordinaretur episcopus. Qui in eremo parti bus suis propinqua uitam solitariam ducens, meritis & uirtutibus ac signis quae faciebat Deus per illum magnifice innotuerat. Petitio eius principi indicata Ro mano, sine ulla dilatione iubetur impleri a ducibus nostris, qui tibi infeliciter pu gnauerant. Captus Moyses ad sacerdotium suscipiendum Alexandriam ex mo re deducitur. Adest Lucius, cui ordinandi ferebatur officium. Quo uiso, Moyses pra-

ses praesentibus ducibus qui perurgebant, & populus ait: Ego quidem me non esse dignum tanto sacerdotio iudico: ueruntamen si aliqua in me, licet indigno, diuina dispensatio putatur explenda, Deum nostrum coeli ac terrae Dominum te stor, quod Lucius sanctorum sanguine pollutas & cruentas super me non iniiciet manus. Cumque Lucius tam graui nota inustum se uideret in oculis plurimorum: Quare, inquit, o Moyses tam facile condemnas eum, cuius fidem ignoras? Aut si tibi aliquis de me aliter indicauit, audi fidem meam, & tibi ipse magis quam alijs crede. Tunc ille: Desine, inquit, o Luci dolosis tuis me quoque imaginibus aggre di. Bene mihi nota est fides tua, quam protestantur serui Dei per metalla damna ta, episcopi in exilium trusi, presbyteri, diaconi extra Christiani nominis habita cula relegati, bestijs alij, alij etiam ignibus traditi. Numquid potest uerior esse fi des quae auribus capitur, quam oculis peruidetur? Apud me certum est, quod qui Christo recte credunt, ista non faciunt. Et ita maiore dedecore deformatus (quo niam perurgebat necessitas reipublice consulendi) compulsus est ad quiescere, ut ab episcopis quos in exilium truserat, sacerdotium sumeret. Quo suscepto, et gen tis ferocissimae pacem tenuit, & fidei catholicae custodiuit intemerata consortia.

De Didymo Alexandrino uidente. Cap. VII.

Verum cum apud Alexandriam populos & urbem nebulosi doctoris tetra perfidiae caligo suffunderet, uelut lampadem quandam diuina luce fulgen tem Didymum Dominus accendit. De cuius uita atque institutis (quoniam ad ec clesiae gloriae Dei munere concessus creditur) licet in transcurso, necessario tamen commemoranda nobis pauca uidentur. Is namque in parua aetate, cum adhuc etiam prima literarum ignoraret elementa, luminibus orbatus, maiore desiderio scien tiae ueri luminis inflammatur: nec desperationem cupita adipiscendi passus est, cum audisset scriptum in Euangelio: Quod apud homines impossibile est, pos sibile est apud Deum. Hac igitur diuina pollicitatione confisus, indesinenter Do minum deprecabatur, non ut oculorum carnalium uisum, sed ut illuminationem cordis acciperet. Miscebat tamen precibus studia ac laborem & iuges continua tasque uigilias, non ad legendum, sed ad audiendum adhibebat, ut quod alijs uisus, hoc illi conferret auditus. Cum uero post lucubrationis laborem somnus (ut fieri solet) legentibus aduenisset, Didymus silentium illud non ad quietem uel otium tantum ducens, tanquam mundum animal ruminans cibum quem ceperat, ex inte ro reuocabat: & ea quae dudum percurrentibus alijs ex librorum lectione cogno uerat, memoria & animo retexebat, ut non tam audisse quae lecta fuerant, quam descripsisse ea mentis suae paginis uideretur. Ita in breui Deo docente, in tantam suauitate doctrinae eruditionem ac scientiam uenit, ut scholae eccle siae Dei admodum probatus: sed & in ceteris, siue Dialecticae, siue Geometriae, Astronomiae quoque uel Arithmeticae disciplinis ita esset paratus, ut nullus unquam philosophorum aliqua ex his artibus proponens, obtinere eum uel concludere quiuerit, sed statim ut responsiones eius acciperet, magistrum eum etiam illius de qua proposuisset, crederet disciplinae. Huius aliquanti dicta, uel communiter di scipulata, uel proponentibus responsa, adhibitis notarijs describere: quae etiam nunc in magna admiratione habentur. Nos autem qui & uixit uocis eius ex parte ali qua sumus auditores, & ea quae nonnullis dicente eo descripta legimus, longe maioris gratiam, & diuinum nescio quid, ac supra humanam uocem sonans, in beatus Antonius cum fidei Athanasij testimonium laturus aduersum Arianos de Thebaide Alexandriam descendisset, magnificis consolatus est uerbis. Nihil te, inquit, offendant o Didyme, quod carnalibus oculis uideris orbatus. Desunt e nim tibi oculi illi, quos mures & muscae & lacertae habent. Sed laetare quia habes oculos quos angeli habent, & quibus Deus uidetur, per quos tibi magnum scien tiae lumen accenditur.

Ant. Do. 467 Didymus Alexandria nus.

Matth. 19. Marc. 10.

Didymus praeficitur scholae.

Uixit uocis energia.

Antonius ad Didymum.

Quot ex discipulis Antonij etiam tunc in eremo habitantibus uirtutes & signa fecerint. Cap. VIII

An. Do. 379

Benedictio.

Rom. 3.

Florebat igitur Aegyptus ea tempestate, non solum eruditus in Christiana philosophia uiris, uerum etiam his qui per uastam eremum commanentes, signa & prodigia apostolica, simplicitate uitae, & cordis sinceritate faciebant. Ex quibus interim quos ipsi uidimus, & quorum benedicti manibus meruimus, hi sunt: Macarius de superiori eremo, alius Macarius de inferiori, Isidorus in Scyri, Pambus in cellulis, Moyses & Benjamin in Nitria, Scyrius & Helias & Paulus in Apeliote: alius Paulus in Focis, Poemen & Ioseph in Pispiri, qui appellabatur mos Antonij. Sed & alios quamplures huiusmodi uiros in Aegypti partibus habitare, fidei comperimus auditu, ut uere completeretur Apostoli dictum: Quia ubi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Habuit autem per idem tempus etiam Mesopotamia uiros nobiles, isdem studijs pollentes. Quorum aliquantos ipsi per nos apud Edessam & in Cararum partibus uidimus, plures autem a uisione didicimus.

De Gregorio & Basilio episcopis.

Cap. IX.

An. Do. 371

Gregorius Nazianzenus. Basilus Magnus.

Vnde petenda intelligitur diuina scriptura.

Sed neutra harum infecundior Cappadocia fuit, imo aliquid latius Gregorium nobis cum Basilio germinauit. Tulit igitur & ipsa multorum sanctorum segetem satis letam, produxit copiosam purorum uineam, oliuarum quoque Domini geminavit nouellam. Sed isti praecipue uelut duo filij pinguedinis asistentes dextera laeuaeque candelabro, infra duorum caeli luminarium resplangebant. Vnde dignum puto de his pauca supra repetere. Ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collega, ambo de auditorio digressi ad profitendam Rhetoricam rogabantur. Quod opus magnifice quidem implebat Basilius, Gregorius uero magnificentius contemnebat. Quicquid cum se totum de seruitio mancipasset, tantum de collega amore praesumpserat, ut sedentem Basilius de doctoris cathedra deponeret, ac secum ad monasterium manu iniecta perduceret: ibique per annos (ut aiunt) tredecim, omnibus Graecorum secularium libris remotis, solis diuinae scripturae uoluminibus operam dabant: earumque intelligentiam non ex propria praesumptione, sed ex maiorum scriptis & autoritate sequebantur, quos & ipsos ex apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat. Quorum praecipue in prophetas commentarios discutientes, thesauros sapientiae & scientiae reconditos in uasis fictilibus perquirebant. Verum cum iam ipsi sufficienter instructi, diuina dispensatione ad imbuendos populos uocarentur, & alius alio itinere, ad idem tamen opus uterque traheretur. Basilius Ponti urbes & rura circumiens, delides gentis illius animos & parum de spe futura sollicitus cepit abolere: subegitque abiectis inanum rerum & secularium curis, suimet notitiam recipere, in unum coire, monasteria construere, psalmis & hymnis, & quae adibus docuit uacare, pauperum curam gerere, eisque habitacula honesta, & uitam omnibus penes desiderabilem facere. Ita breui permutata est totius praesentis uisionis, ut in arido & squalenti campo uideretur seges fecunda, ac laeta uinea surrexisse. Gregorius uero bonum semen non patiebatur aut super spinas facere, aut inter saxa dispergere, sed bonam terram cordis sui iugi cultu & exercitijs indigentibus excolebat. Et multo amplius hic in semetipso, quam ille in ceteris proficiebat. Suscipere ille, quae renunciantes seculo deferabant ad pedes suos, & diuidere ut quisque egiisset, curam gerebat. Iste nihil habendi, & omnia possidendi, contentus sacramento, erga solas sapientiae diuitias auarus & multum cupidus inharebat. Ille coire plures in unum, & sui inuicem in necessarijs habere sollicitudinem docebat: hic sui exemplo quod erat absolutus & liber, cunctis sermone apostolico praedicabat: Ego autem uolo uos sine sollicitudine esse, & Dominus in

1. Cor. 7.

proximo est, nihil solliciti sitis: sed tanquam serui Christi, hoc solum estote solliciti, quando redeat Dominus de nuptijs. Ille delinquentibus misericorditer condolere, & a delicto reuocare: hic per diuini eloquij gratiam delinquendi incitamenta preuenire, nec sinere labi eum qui difficulter erigeretur elisus. Ille in fide purus, hic in praedicatione liberior. Ille Deo humilis, hic etiam hominibus erat. Ille arrogantes contempit, hic ratione uincebat. Sic in utroque diuersa gratia unum opus perfectio nis explebat. Igitur Basilius non multo post Caesareae Cappadociae episcopus, cum Valente in exilium pro fide coegeretur, exhibitus est ad tribunal praefecti, terroribusque (ut illi moris est potestati) & minis maximis agi coepit, ut nisi praecipitis principis obediret, interitum sibi iam iamque speraret impendere. Tum ille intrepidus, & absque ulla animi perturbatione haec sibi minitante praefecto respondisse fertur: Atque utinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem huic, qui matrem ad spaciū deliberandi, respondisse denuo perhibetur: Ego crastino ipse ero qui nunc te utinam non mutares. Et illa quidem nocte uxor Imperatoris uelut tortoribus tradita cruciatur: filius uero qui eis erat unicus, extinctus paterne impietatis creditur exoluisset supplicia. Ita ante lucem missi, qui rogarent Basilius, ut praesentibus suis intercederet pro eis, ne etiam ipsi, & quidem multo iustius similiter interiret. Sic accidit, ut cum omnes catholicos expulerit Valens, Basilius usque ad uitae exitum intemerato comunione sacramento in ecclesia perduraret. Gregorius uero apud Nazianzon oppidum in locum patris episcopus subrogatus, haereticorum turbam fidem tulit. Reddita uero pace, Constantinopolim ad ecclesiam docendam uenire exhortatus, non abnuuit. Vbi breui tempore tantum ad emendandum populum uetustis haereticorum infectum uenenis proficere, ut tunc primum doctior sibi fieri uiderentur, & nouellam lucem ueritatis aspicere, cum religionis scriptis aliquid imperari, quod non prius ipse fecisset. Sed ubi gloriam subsecuta inuidia est, obniti quidam, & proscriptionibus minus sanis uti coepere, ut ipso ad praesentem ruminari, ipse profert, quod dicere ei nullus audebat: Absit (inquit) ut mea causa aliqua simulas in Dei sacerdotibus oriatur. Si propter me est ista tempestas, tollite, & mittite me in mare, & desinet a uobis quassatio. Tunc regressus, in ecclesia sua quod superfuit uiae tempus exegit. Et quonia iam fessatae, & corpore inualidus erat, successorem sibi ipse delegit, quo ecclesiam gubernante debilitatis & senectutis ocio frueretur. Extant quoque utriusque ingenij monimenta magnifica tractatus, quos ex tempore in ecclesijs declamabat. Ex quibus nos denas ferme finchorum orationum transstudimus in Latinum. Basilius praeterea instituta monasteria praeterea fratres duo Basilio, Gregorius & Petrus. Quorum alter in uerbo doctrinae, alter in operibus fidei fratrem ita exaequabat, ut uterque uel Basilius, uel Gregorius redderet. Extant etiam ipsius Gregorij iunioris aliqua opuscula ualentia. Sed de his satis dictum. In Occiduis uero partibus Valentinianus fidei regionis illaesus, ueteri Romani Imperij censura rempublicam gubernabat.

De Damaso episcopo, & Vrsini subreptione. Cap. X.

Damasus post Liberium per successione sacerdotum in urbe Roma suscepit. Quem praesentem sibi non ferens Ursinus quidam eiusdem ecclesiae diaconus in tantum furore erupit, ut peruerso quodam imperio & egressi episcopo, collecta turbulentorum & seditiosorum hominum manu, in Basilica quae S. Petri appellatur, episcopum se fieri extorqueret, legibus & ordine & traditione peruersis. Quo exacto tanta seditio, imo uero tanta bella coorta sunt, alterutrum defendentibus populis, ut repleantur humano sanguine orationum loca. Quae est Maximi praefecti saeuus hominis, ad inuidiam boni & innocentis ueritatis: Deus affuit, & in caput eorum qui intenderant dolus, poena conuersa est.

Hh ; De

Luc. 12.

Contentio.

An. Do. 372 Basilus ad tribunal sistitur.

Gregorius Nazianzi episcopus.

An. Do. 368 Damasus Pontifex Romanus.



OPERA VSBIBLAE

OPERA VSBIBLAE



Auxentius. Interea defuncto apud Mediolanum Auxentio haereticorum episcopo, utriusque partis populi diuersis studijs ferebantur. Dissensio grauis & periculosa seditione urbi propriae maturum parabat exitium, si pars utraque cum diuersum uellet, nequaquam quod proposuerat, obtineret. Ambrosius tunc consularis eiusdem provinciae falces regebat. Is cum perniciem ciuitati uideret impendere, pro loco atque officio suo cōfestum ecclesiam, seditionem populi mitigaturus, ingreditur. Cūq; inibi multa secundum leges et publicam disciplinam pro quiete & tranquillitate perorasset, pugnantis inter se & dissidentis populi subitō clamor & uox una consergit. Ambrosium episcopum postulantem, baptizari hunc protinus clamant. Erat enim catechumenus) & sibi episcopum dari: nec aliter unum populum fore atque unam fidem, nisi Ambrosius sibi daretur sacerdos. Obluctante illo & plurimum resistente, ad Imperatorem relatum populi desiderium, omni maturitate impleri. Dei enim ait esse, quod discordantem populi fidem, & animos dissidentes conuersio subita in unum consensum, atque in unam sententiam reuocaret. Moxq; Dei gratiam consecutus, & initiatus sacris, & sacerdos effectus est.

De Valentiniā fine. Cap. XII.

Valentiniā = nus Augu = stus moritur Interea cum ad bellum Sarmaticum Valentiniā de Gallia partibus uentus in Illyricum, ibi uix dum cepto bello aegritudine subita oppressus die obiit, relictis haeredibus in imperio filijs, Gratiano Augusto, Valentiniānoq; admodū paruulo, & nondum regijs insignibus initiato. Quem tamen necessitas eorum, qui tanquam uacuum imperij locum conebantur inuadere, compulit etiam absente fratre purpura indui. Probo tunc praefecto fideliter rem gerente.

De Gothorum per Thracias irruptione, & Valentis nece. Cap. XIII.

Valens. Per idem tempus in orientis regno Gothorum gens sedibus suis pulsa, per omnes se Thracias infudit, armisq; urbes et agros uastare feraliter cepit. Tum uerō Valentis bella quae ecclesijs inferebat, in hostem cepta conuertit, seraq; poenitentia episcopos & presbyteros relaxare exilijs, ac de metallis resoluī monachos iubet. Ipse tamen ab hostibus circumuentus in praedio, quō ex bello trepidus confugerat, impietatis suae poenas igni exustus dedit, annis in imperio cum fratre primo, & post cum filijs fratri quatuordecim pariter exactis. Quae pugna initium mali Romano imperio tunc & deinceps fuit. Igitur Gratianus cum fratre admodum paruulo, post patris necem Orientis quoq; suscepit imperium. Is pietate & religione omnes penē qui ante fuerant principes superabat. Vsu armorum strenuus, uelox corpore, & ingenio bonus erat, sed iuuenili exultatione plus se relictus quam sufficere; & plus uerecundus, quam reipublicae intererat.

VI Gratianus imperator Theodosium regni participem asseruit, & post multa religiose ac fortiter gesta, Maximi tyranni insidijs succubuerit. Cap. XIII.

Gratianus Ang. Quis uidens utile uirum annis maturum in tantis regni curis habere participem, & quia, ut sermo diuinus monet, Melius duo quam unus, confortem asciscit Theodosium: eiq; Orientis procuratione permissa, partes sibi ac fratri occidentas reseruauit. Verū is postquam multa religiose ac fortiter gessit, a Maximo tyranno apud Britannias exorto, per Andragathum ducem, Lugdunensi suorum magis prodicione quam ui hostium, peremptus est.

De Valentiniāno puero, utq; mater eius Iustina Arianam haeresim defendentem, ecclesia perturbare conata sit. Cap. XV.

Gratianus occiditur. An. Do. 386. At Valentiniānus in Italia degens, fratris nece atq; hostis metu perterritus, simulatione oblatam pacem a Maximo, simulās ipse quoq; libenter amplectitur. Cum interim Iustina mater eiusdem Arrianā haereseos alumna, impietatis suae uenena, quae uiuente uiro suppresserat, filio facile decepto fidē aperuit. Igitur apud Mediolanū posita, conturbare ecclesiarū statum, cōminari sacerdotibus depulsionis exilia, nisi Ariminēsis concilij decreta, quib. fides patriū temerata fuerat, reuocarent. Quo bello ecclesiae murum & turrim ualidissimam pulsabat Ambrosiū. Eumq; minis, terroribus, atq; omni oppugnationis genere fatigās, primū

sibi aditum debellāde rimabat ecclesiae. Sed quāuis illa Iezabel spiritu pugnaret armata, resistebat tamē Ambrosius. Helix uirtute repletus & gratia, ipsa autē in ecclesijs garrire, strepere, animare, & inflāmare ad discordiā populos, sed quod minus ex exsententia cederet iniuriam putare, & pro hoc apud filijs conueniri. Vnde adolescentulus pro contumeliae inuidia, quam falso confluauerat mater, accensus, armatorum globum ad ecclesiam mittit: cōfringi ianuas, oppugnari sancta, sacerdotem petrahi, atq; in exilium mitti protinus iubet. Sed tanta fuit perseuerantia fidelium populorum, ut animas prius amittere quam episcopum mallent.

De Beneuoli magistri memoriae fidei constantia. Cap. XVI.

Beneuolus a memoria. Intermittenda aduersum fidē patrū imperialia decreta mandant Beneuolus, tunc memoriae seruijs psidenti. Sed ille cui ab incunabulis sacra fides & uenerabilis fuit, abnegat se impia uerba posse pferre, & cōtra Deū loqui. Tū uerō ne inceptū reginae frustrari uideret, cellior et honor promittit, si impleret inuncta. Illeq; ui nobilior in fide esse quā in honorib. cuperet. Quid mihi ait, p impietatis mercede altiorē promittis gradū? Hunc ipsum quē habeo tollite, tantum mihi conscientia fidei duret illaesa. Haec dicēs, ante pedes impia praecipitium cingulum iecit. Ambrosius uerō aduersum regine sororē, non se manu defendebat, aut telo, sed ieiunijs cōtinuatisq; uigilijs sub altari positus, p obsecrationes defensorē sibi atq; ecclesiae Deū parabat. Dūq; haec in longum diuersis machinis, & oppugnationibus nequā Iustina moliret, Maximus, q se exuere tyranni infamia, & legitimum principē gestiret ostēdere, datis literis impiū prestat inceptū, fidē Dei impugnari, & statua catholicae ecclesiae subruī, & inter haec appropinquare Italiae cepit. Quo Iustina cōperto, hoste simulatq; impietatis conscientia perurgente, in fugā uersa cum filio, ex illa quae Dei sacerdotib. praeparabat, prima fortitur.

VI Theodosius necem Gratiani ultus de Maximo triumphante. Cap. XVII.

Anno Do 390. Theodosius unius iniuria, morte multorum ulciscitur. Adfuit tamen Theodosius ppter regni fidē, bonitatisq; ac beneficiorū Gratiani memor: & in uindictā, totius uirib. Orientis insurgēs, ultus est sanguine iustū. Valentiniāni quoq; impia inter haec matre defuncta, fidē catholicae Romae illustri triumpho inuectus est, ad propria rursus regna remeauit.

CA. 18. Per idē tempus subreptione quadā demonis turpis macula religioso principi iniusta est. Etenim cū apud Thessalonica seditione exorta, quidā ex militibus, impetu fuisset populi furētis extinctus: repentini nunciū atrocitate succensus, ad ludos Cireenses inuitari populū, eiq; ex improuiso circumfundi milites, atq; obtundari passim, ut quisq; occurrisset, gladio iubet, & uindictam dari non cimini, sed furori. Ob hoc cū a sacerdotib. Italiae argueret, agnouit dilectum, culpat: & in hoc sibi tēpus adscriptum, absq; regali fastigio patiētior impleuit. Quibus omnib. istud quoq; mirabiliter adiecit: Lege sanxit in posterū, ut sententiae principū super animaduersione prolatae in diē tricesimū ab executorib. differretur, quo locus misericordiae, uel (si res tulisset) poenitentiae, non periret.

De resurrectione ecclesiarum, quae per ipsum iam catholicū in Oriente restituae sunt. Cap. XIX.

Theodosius us sauct Christianis. Titur ad Orientem regressus, ibiq; (ut ab exordio principatus sui) summa cura summoq; studio pulsus haereticis, ecclesias catholicis tradere: idq; ea moderatione agere, ut uluone cōtemptra, tantū catholicis de ecclesiarū restitutione eō summo exhibere. Accessu facilis & absq; imperiali fastu ad colloquiū se humilibus praehere hortatu eius & largitionibus, ecclesiae plurimis locis ornatae satis magnū cultus, qui Constantini institutione & deinceps negligi & destrui ceptus fuerat, eodē imperante collapsus est. Pro quib. in tantum Deo charus fuit, ut spe uale ei munus contulerit diuina prouidentia. Etenim in Thebaidos partib. mo-



IOANNES MO
nachus.

nachum quendam Ioannem nomine spiritu prophetico repleuit, cuius monitis atque responsis pacem retinere, an bellum gerere esset melius, sciscitabatur.

De Apollinare & heresi eius. Cap. XX.

Anno Do.
379. Apolli
naris hereti
cus dandatur

INterea apud Laodiciam Syriae ante idem tempus Apollinaris episcopus, uir sane in ceteris instructus: sed dum contentionis uitio nimis agitur, & aduersum omnem quod quisque dixerat, ire obuius delectatur, iactatione ingenij male fortis, haeresim ex contentione generauit, asserens solum corpus, non etiam animam a Domino in dispensatione susceptum. In quo cum euidetibus Euangelij testimonijs uteretur, quibus ipse Dominus & Saluator habere se animam profiteri, & ponere eam quando uult, & iterum assumere eam: quaeque turbata et triste dicit esse usque ad mortem, ut ne ex toto uinci uideretur, ait eum quidem habuisse animam, sed non ex ea quae rationalis est, sed ex ea solum qua uiuificabat corpus: ad supplementum uero rationalis patris, ipsum uerbum Dei fuisse perhibebat. Quae assertio primo in urbe Roma a Damaso & Petro Alexandrino episcopo concilio congregato tam sententia depulsa est, ut decernerent, si quis filium Dei, qui sicut uere Deus, ita & uere homo fuit, uel humanitatis aliquid, uel deitatis minus diceret habuisse, alienus ab ecclesia iudicaretur. Quae sententia & apud Alexandriam confirmata est, & apud Constantinopolim decreto concilij. Ex illo Apollinaristae ab ecclesia delinantes, & episcopos sibi suae partis, & dogmata propria ecclesiae defendunt.

De episcoporum successionibus per Orientem. Caput XXI.

Anno Dom.
386. Syri
us, alius vr
sinus.

IGitur in urbe Roma post Damasum Syrius ecclesiae suscepit sacerdotium. Apud Alexandriam uero defuncto Petro, Timotheus: & post hunc Theophilus. In Hierosolymis autem post Cyrillum Ioannes, apostolicas reparant sedes. Apud Antiochia uero defuncto Melitio, substituitur Flauianus. Sed quod Paulinus adhuc supererat, qui in catholicorum semper societate permanerat, multa ibi iurgia & multae controuersiae saepe commotae: nec tamen summa uis uictibus alijs, alijs obnitentibus, ipsisque in hoc elementis terrae marisque fatigatis, paruit aliquando pacis ullus obtineri modus, cum utique fide iam nulla uideretur subesse concordia. Hoc idem apud Tyrum fuit. Vbi cum Diodorus, unus sane ex antiquis catholicis uir, & tentationum documentis probatus, Athanasij testimonio esset a confessoribus episcopus factus, modestia eius contempta, alius a Melitij partibus ordinatur. Sed & in multis alijs urbibus Orientis, huiusmodi confusiones contortio genuit sacerdotum. Apud Constantinopolim uero Nectarius ex praetore Urbano catechumenus, & nuper baptisma consecutus, sacerdotium suscepit.

De seditione paganorum contra fideles. Cap. XXII.

Diodorus
apud Tyru.

INter ea apud Alexandriam noui motus & contra temporum fides aduersum ecclesiam concitantur, ex occasione huiusmodi oborti. Basilica quaedam publici operis, uetusta & admodum neglecta fuit, quam Constantius Imperator donasse episcopis perfidiam suam praedicantibus ferebatur. Quae longa incuria nihil ualidum praeter parietes habebat. Visum est episcopo qui per idem tempus gubernabat ecclesiam, hanc ab Imperatore deposcere, ut crescentibus fidelium populis, orationum quoque crescerent loca. Quamquam cum acceptam ueller excolere, reperta sunt in loco antra quaedam latentia & terra defossa, latrocinij & sceleribus magis quam ceremonijs apta. Igitur gentiles, qui regei criminum suorum latebras & flagitiorum cauernas uiderent, non feretes opera tot seculis ma la & tenebris oblecta referari, uelut draconum calice potato, insanire omnes ac palam furere coeperunt. Nec uocibus iam & seditionibus, ut solebant, sed manu ferroque decertare nituntur. Crebros conflictus agere in plateis, belloque aperto uterque populus inter se coire. At nostri numero & potentia multo plurimum, sed minus uulneratis, aliquantis etiam interfectis, ad templum quasi ad arcem quamdam refugiebant. Quo nonnullis ex Christianis captos secum abducentes, accensis aris immolare cogebant: renitentes nouis & exquisitis supplicijs excruciatos necabant, alios patibulis affingentes, alios contractis cruribus, in speluncas

precipitantes, quas ob sacrificiorum sanguinem, ceterasque impuritates delubri recipiendas, uetustas curiosa construxerat. Verum haec per dies singulos primo cum metu, deinde cum fiducia & desperatione gerere, atque intra templum clausi leris & audaciae suae deligunt Olympum quendam, nomine & habitu philosophum, quo antesignano arcem defendere, & tyannidem tenerent. At hi quibus Romanarum legum custodia iurisque dicendi cura permilla est, cognitum quae gesta fuerant, turbati atque perterriti ad templum conuolant, causas audaciae percontantur: & quid sibi uellet ille concursus, in quo cum tanto scelere ante aras sanguis ciuicum facti nullam, sed clamorem reddebant. Missis tamen ad eos nuncijs, de Romanorum Imperij potestate, de uindicta legum, & de his quae talia solent subsequi commonebant. Cumque loci munitione nihil auersum uasana molientes agi, nisi ui maiore, res mallet emendare quam perdere, rescribit illorum quidem uindictam, quos ante aras sanguis effusus martyres effecit, non esse poscendam, in quibus dolore meritis superauerit gloria meritorum. De cetero uero malorum causam radicemque discordiae, quae pro simulachrorum defensione ueniebant, penitus debere hinc scripta uenissent, & uelut post inducias parui temporis ad audiendum uterque populus conuenisset ad templum, statim ut primae epistolae pagina referata est, in cuius exordio uana gentilium superstitio culpabatur, clamor a nostris immensus attollitur, stupor ac pauor Gentilium populos inuadit. Latebras uniusquisque querere, angustos fuge calles rimari, aut nostris se lateat immergere, ut ab omnibus qui aderant nosceretur, praesentia Dei populo audaciam retribuente, furorē demonis qui in illis prius debacchatus fuerat, effugatum.

De situ templi Serapis, & subuersione eius. Cap. XXXIII.

Serapis apud Alexandria templum auditum quidem omnibus, puto, plerisque uero etiam notum. Locus est non natura, sed manu & constructione per aeternum, aut eo amplius gradus in sublime suspensus, quadratis & ingentibus spacijs omnino ex parte distinctus: cuncta uero quo ad summum pavementorum euadat, opere iustitiae in semet distinctis, uelut diuersis ministerijs & clandestinis officijs exhibenda. Nam uero in superioribus, extrema totius ambitus spaciola occupant ex herede & spastophoria, domusque in excelsum porrectae, in quibus uel editi, uel hi qui appellabatur *synagoga*, id est, qui se castificant, commanere soliti erant. Porticus quoque medio totius spacijs des erat, preciosis edita columnis, & marmoris saxo extrinsecus ample magnificeque constructa. In hac simulachrum Serapis ita erat uastum, ut extra unum parietem, alterum laeua perstringeret: quod monstrum ex omnibus geminis primis aureis uestiti, super has argenteis, ad postremum aereis habebantur, quae munimento preciosioribus metallis forent. Erant etiam quaedam ad stuporū admirationemque uidentium, dolis & arte composita. Fenestra per exigua ab oritur solis ita erat aptata, ut die qua fuerat institutum simulachrorum Solis ad Serapim salutandum introferri, diligenter temporibus obseruatis, ingrediente simula chro radius solis per eandem fenestram directus, os & labra Serapis illustraret, ita ut inspectante populo, osculo salutatus Serapis uideretur a Sole. Erat & aliud fraudis genus huiusmodi: Natura lapidis magnetis huius uirtutis esse perhibetur, ut ad se rapiat & attrahat ferrum. Signum solis ad hoc ipsum exferre, uelut diximus, desuper in laquearibus fixus, cum temperate sub ipso radio adhibeam, fuisset positum simulachrum, & ui naturali ad se raperet ferrum, assure xille

Olympus
dux seditionis
forum.

Serapis tem
plum.

synagoga

Magnetis
natura.

OPAEVBAE SRI

OPAEVBAE SRI

*Destruitur
simulachrum
Serapis à
Christianis.*

xille populo simulachrum, & in aere pendere uideretur. Et ne hoc lapsu prope-
roderetur, ministri fallaciae surrexit aiebant sol, ut ualedicens Serapi, discedat ad
propria. Sed & multa alia decipiendi causa à ueteribus in loco fuerant constru-
cta, quae nunc longum est enumerare per singula. Verum ut dicere coeperamus,
rescripto recitato, parati quidem erant nostrorum populi ad subuertendum ero-
ris authorem: persuasio tamen quaedam ab ipsis gentilibus fuerat dispersa, quod
si humana manus simulachrum illud contigisset, terra dehiscens ilico solueretur
in chaos, caelumque repente rueret in praecipitium. Quae res paululum stupore quen-
dam populis dabat. Cum ecce unus ex militibus, fide quam armis munitus,
corruptam bipennem, insurgens omni nisu maxillae ueteratoris inlicit. Clamor
attollitur utrorumque populorum: neque tamen aut caelum ruit, aut terra descedit.
Inde iterum atque iterum repetens, putris ligni fumosum genu cedit: quo deiecto,
igni adhibito, tam facile quam lignum aridum conflagrauit. Post hoc reuulsum
ceruicibus, & depresso modio trahitur caput, tunc pedes aliaque membra caesa se-
curibus, & rapta funibus detrahuntur, ac per singula loca membratim in conspe-
ctu cultricis Alexandriae senex ueternosus exurit. Ad ultimum, truncus qui se-
per fuerat in amphiteatro concrematur. Vanæ superstitionis & erroris antiqui se-
raps, hic finis fuit. De cuius origine diuersa fertur opinio Paganorum. Alij louem
putant: cuius capiti modius superpositus: uel quia cum mensura modoque cuncta
indicaret moderari, uel uitam mortalibus frugum largitate praebere. Alij uirtutem
Nili fluminis, cuius Aegyptus opibus & fecunditate pascatur. Quidam in hono-
rem nostri Ioseph formatum perhibent simulachrum, ob diuisionem frumenti,
qua famis tempore subuenit Aegyptijs. Alij repertum in historijs Graecorum ue-
teribus ferunt: Apin quendam patrem familias, seu regem in Aegypto Memphis
positum, cum famis tempore frumenta apud Alexandriae defecissent, ex proprio
assati ciuibus alimēta praebuisse. Quo defuncto, in honorem eius instituerunt
apud Memphis templum, in quo bos quasi iudicium optimi agricolae nutritus,
habens quaedam coloris insignia, qui ex nomine eius Apis appelletur, uero
id est, sepulchrum, in quo corpus eius inerat, Alexandriae deduxerint, & foron
Apis primo ex compositione Sorapin, post uero per corruptionem Serapin no-
minarint. Quod an uerum sit, aut nihil omnino, de his Deus uiderit. Sed ad in ce-
ptum redeamus.

De fraudibus quae in templis Paganorum delectae sunt.

cap. XXXIII.

Post haec capite ipso idololatriae deiecto, studijs uigilantissimi sacerdotis que-
cunctis fuerant per totam Alexandriae portenta potius quam simulachra pa-
ri exitu & simili dedecore publicantur. Horret animus dicere, qui miseris mor-
talibus laquei à daemonibus praeparati sint, quae funera, quae scelera in illis quae
dicebant *à uera*, tegeantur: quot ibi infantium capita delecta inauratis labris
inuenta sint: quod miserorum cruciabiles mortes delecta. Quae cum proderen-
tur in lucem, ac sub auras prolata ferrentur, licet confusione ipsa gētilis & pudori
re diffugerent: tamen si quis adesse potuit, mirabatur tot seculis se illis tam nefas-
tore, & tam pudendis fraudibus irretitum. Vnde & plurimi ex his condemnato et
Nam ut omnia cetera flagitia, quae in alijs locis ui necatis paruulis, despiciatisque
ob fibrarum inspectionem uirginibus gerebantur, unum solummodo quod in
templo Saturni geri, ad omnium uenit conscientiam, memorabo, ex quo etiā ce-
tera quae omisimus, perpendantur.

De Saturni sacerdote Tyranno, totius pene Alexandriae adultero.

cap. XXXV.

*Tyrannus
Saturni sa-
cerdos qui
gesserit.*

Sacerdos erat apud eos Saturni, Tyrannus nomine. Hic quasi ex responso
Seminis, adorantibus, templo nobilibus, quibusque & primarijs uiris, quorum sibi
matrone ad libidinem placuissent, dicebat Saturnum praecipisse, ut uxor sua per-
noctaret in templo. Tum is qui audierat, gaudens quod uxor sua dignatione
numinis uocaretur, exornatam comptis, insuper & donarijs onustum, ne u-
cua

qua scilicet repudiaretur, coniugem mittebat ad templum. In conspectu omnium
conclusa intrinsecus matrona, tyrannus clausis ianuis, & traditis, clauibus disce-
debat. Deinde facto silentio, per occultos & subterraneos aditus, intra ipsum Sa-
turni simulachrum patulis irepebat cauernis. Erat autem simulachrum illud
à tergo exesum, & parieti diligenter annexum. Ardentibusque intra aedem lumini-
bus, intentae supplicantiq; mulieri uocem subito per simulachrum aeris concaui
proferebat, ita ut patiore & gaudio infelix mulier trepidaret, quod dignam se tan-
ti numinis putaret alloquio. Posteaquam uero quae libitum fuerat, uel ad costet
nationem maiorem, uel ad libidinis incitamentum disseruisset numē impurum,
arte quadam linteolis obductis, repente lumina extinguebantur uniuersa. Tum
descendens, obtupefacta & confernata mulierculae adulterij fucum profanis
commentationibus inferebat. Haec cum per omnes miserorum matronas mul-
to iam tempore gererentur, accidit quaedam pudicae mentis sceminam horru-
ille facinus, & attentius designantem cognouisse uocem tyranni: ac domum re-
gressam, uiro de fraude sceleris indicasse. Ille de iniuria coniugis, imò potius sua
ardentius inflammatus, inscriptum tyrannum ad tormenta deducit. Quo conui-
cto atque confesso, caecisque fraudibus reuelatis, pudor omnis & dedecus Paga-
norum peruaserat domos, adulteris matribus, incestis patribus, liberis spurij de-
prehentis. Quibus diuulgatis & proditis, raptum cum simulachris & edibus ex-
citabantur crimina.

De Canopi interitu & initio. cap. XXXVI.

Iam uero Canopi quis enumeret superstitionis flagitia: ubi pretextu sacerdo-
talis erat pene publica schola. Quem locum uelut fontem quendam atque origi-
nem demonum in tantum uenerabantur Pagani, ut multo ibi maior celebritas,
quam apud Alexandriae haberetur. Sed de huius quoque monstris errore, cuiusino-
di originem tradant, absurdum non erit paucis exponere. Ferunt aliquando Chal-
daeos ignem Deum suum circumferentes, cum omnium prouinciarum dijs ha-
bitis conflictum, quo scilicet qui uicisset, hic esse Deus ab omnibus crederetur. Ignis, Deus
Chaldaeorum
Reliquarum prouinciarum dijs, aeris, aut auri, argenti, aut ligni, uel lapidis, uel
ex quaecunque materia constabant, que per ignem proculdubio corrumperetur.
Ex quo fiebat, ut ignis locis omnibus obtineret. Haec cum audisset Canopi sacer-
dos, callidum quiddam excogitauit. Hydriae fieri solent in Aegypti partibus fi-
giles, indiq; crebris & minutis admodum foraminibus patulae, quibus turbida
aqua desudans, defecatio ac purior redditur. Harum ille unam cera foramini b-
obturatis, desuper etiam uarijs coloribus pictam, aqua repletam statuit in deum.
Et excisum ueteris simulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput de-
super positum diligenter aptauit. Adfuit post haec Chaldaei: ut ad conflictum:
circa hydriam ignis accenditur: cera qua foramina fuerant obturata, resolutur:
sua dente hydria ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Chaldaeorum ui-
tor offeditur. Vnde ipsum Canopi simulachrum, pedibus per exiguis attracto
collo & quasi sugillato, uentre tumido in modum hydriae cum dorso aequaliter
tereti formatur. Ex hac persuasione uelut Deus uictor omnium colebatur. Sed
Dei Theophilo, nullus profuit ludor, nec ceris fraus obiecta subuenit. Vastata
sunt omnia, atque ad solum deducta.

De ecclesijs & martyrijs quae in idolorum locis constructae sunt. cap. XXXVII.

Et nihil non gestum est, quod in squalorem uerteret locum. Flagitiorum ca-
uerna, ac ueternosa busta delecta sunt, & ueri Dei templa ecclesiae celsae con-
struata. Nam & in Serapis sepulchro profanis aedibus complanatis, ex uno
latere martyrium, ex altero confluit ecclesia. Occasio autem martyrij constru-
diunde data sit, dignum arbitror memorare.

De



Iohannis Baptistae sepulchrum uiolatum. Anno. Do. 377.

Valiani temporibus uelut relaxatis frenis efferbuit in omnem feritiam feritas paganorum. Ex quo accidit, ut apud Sebasten Palaestinae urbem sepulchrum iohannis Baptistae mente rabida & funestis manibus inuaderent, ossa dispergerent: atque ea rursus collecta, igni cremaret, & sanctos cineres pulueri immixtos, per agros & rura dispergerent. sed Dei prouidentia factum est, quosdam de Hierosolymis ex monasterio Philippi hominis Dei, orationis illuc causa per idem tempus uenisse. Qui cum tantum nefas humanis quidem manibus, sed ferina mente fieri uiderent, mori gratius habentes, quam huiuscemodi piaculo funestari, inter eos qui ossa ad exurendum legebant mixti, diligentius in quantum res patiebatur, ac religiosius congregantes, furtim se uel stupentibus, uel insipientibus subtraxere, & ad religiosum Philippum uenerandas reliquias pertulere. Ille supra se ducens tantum thesaurum proprijs seruare uigilijs, ad Pontificem uicium supra tunc Athanasium, hostiae immaculatae reliquias per Iulianum diaconum summum, post etiam Palaestinae urbis episcopum mittit. Quas ille susceptas paucis bitris sub cauato sacrarij pariete inclusas propheticis spiritu profuturas generationi posterę conseruauit, quibus nunc deiectis & prostratis idololatrię uestigijs, in aedibus quondam profanis aurea teeta consurgerent. Sed post occasum Serapis, qui nunquam uixerat, quae iam alterius demonis stare delubra poterunt: Paru dixerim, si omnes qui erant Alexandriae per singulas penę columnas cuiuscunque daemones aedificulae insultae ceciderunt. Sed per cunctas Aegypti urbes, per castella, per uicos, per omne rus, per ripas fluminis, per eremum quoque qua sana uel potius busta reperi poterunt, instantia uniuscuiusque episcopi subruta, & ad solum deducta sunt, ita ut denuo rus culturae redderetur, quod iniuste fuerat daemones deputatum.

De Thoracibus Serapis apud Alexandriam abrafit, & signo Christi in loco eorum reddito. Cap. XXIX.

Thoraces Serapis abrafit.

Sed & illud apud Alexandriae gestum est, quod etiam Thoraces Serapis, qui per singulas quascumque domos in parietibus, in ingressibus, in postibus etiam in fenestris erant, ita abscissi sunt omnes & abrafit, ut ne uestigium quidem uel uel nominis appellatio, aut ipsius, aut cuiuslibet alterius demonis remaneret. Sed pro his crucis Dominice signum uniuscuiusque in ingressibus, in fenestris, in parietibus, columnisque depingeret. Quod cum factum esse hi qui superfluerant ex paganis uiderent, in recordationem rei magne ex traditione Domini met antiquitas commendata uenisse perhibentur. Signum hoc nostrum Aegypti crucis inter illas quas dicunt in parietibus, id est, sacerdotales literas habere. Cuius literę seu uocabuli hanc esse asserunt interpretationem, Vita uentura. Dicebant ergo hi qui tunc admiratione rerum gestarum conuertebantur ad fidem, ita sibi ab antiquis traditum, quod haec que nunc coluntur, tam diu staret, quam diu uiderent sinum istud uenisse in quo esset uita. Vnde accedit, ut magis hi qui erant ex sacerdotibus uel ministris templorum ad fidem conuertenterent, quam illi quos errorum praestigie deceptionum machinae delectabant.

Ut mensura aquae Nili fluminis, quam nunc uocant, ad ecclesiam deferatur. Cap. XXX.

Signum Domine crucis.

Anē quoniam moris erat in Aegypto, ut mensura ascendentis Nili fluminis ad templum Serapis deferretur, uelut ad incrementum aquarum & inundationis auctorem, subuerso eius simulachro, ignique consumpto, omnes simul regabant Serapin iniurię memorem, aquas ultra ac affluentia solita largiturum. Sed ut ostenderet Deus, non Serapin, qui multo erat Nilo posterior, sed se esse qui aquas fluminis temporibus suis iuberet excrefcere, tanta, ex eo & deinceps fuit inundatio, quantā fuisse prius etas nulla meminerat. Et ideo uita ipsa, id est,

id est, aquae mensura, quam nunc uocant, ad aquarum Dominum in ecclesiam cepta deferri. Sed ubi haec gesta religioso principi nunciata sunt, extensis ad caelum palmis, cum ingenti fertur exultatione dixisse: Gratias tibi Christe, quod absque urbis illius magna pernicię tam uetustus error extinctus est.

Theodosius uox.

De Valentiniani iunioris interitu, & ortu Eugeny. Cap. XXXI.

Interca Valentinianus in occiduis partibus, animis (quantum aetas patiebatur) ardentibus rempublicam gerens, causis etiam nunc latentibus laqueos uitam finit. Sed hoc quidam dolo ducis sui Arbogasti factum confirmabant: idque quam maxime publica tenebat opinio. Alij quidem a commissi scelere ducem alienum dicebant, sed causas praestitisse, quibus in hoc adolescens animi indignatione cogeretur, quod minus ei tanquam per aetatem nondum ualido, libera de omnibus indulgeret imperia. Fuere tamen nonnulli sacerdotum, qui pacis ab eo qui post creatus est legatione suscepta, immunem esse ducem a mortis scelere apud Theodosium testarentur.

An. Do. 394. Valentinianus Aug. perijt laqueo. Arbogastus dux.

De responsis iohannis monachi. Cap. XXXII.

Sed ille nihilo segnius inflammatus ad ultionem, arma contra Eugenum, qui in locum defuncti substitutus est, corripit, primo Dei uoluntatem per iohannem monachum (de quo supra memorauimus) sciscitatus. Tum ille qui primam de Maximo ei uictoriam praedixerat incruentam, etiam hanc licet non absque plurima utriusque sanguinis inundatione promittit.

An. Do. 398.

De apparatu belli aduersus Eugenum Theodosij, & de uictoria eius, orationibus magis, quam uirtute parata. Cap. XXXIII.

Itur preparatur ad bellum non tam armorum telorumque, quam ieiuniorum orationumque subsidijs: nec tam excubiarum uigilijs, quam obsecrationum peroratione munitus, circumibat cum sacerdotibus, & populo omnia orationum loca, ante martyrum & apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus, & auxilia sibi fida sanctorum intercessione posebat. At Pagani, qui errores suos nouis semper erroribus animant, innouare sacrificia, & Romam funestis uictimis cruentare, inspicere exta pecudum, & ex fibrarum praescientia securam Eugenio uictoriam nunciare: superstitiosius haec agente & cum omni animositate Flauiano tunc praefecto, cuius assertionibus (magna enim erat eius in uictoriae praerogatiua) Eugenum uictorem fore pro certo praesumpserant. Sed ubi uere religionis fretus auxilio Theodosius, alpium fauces coepit urgere, prius illi, quibus nequicquam litatae sunt tot uictimae, de fallaciae conscientia trepidum Flauianus, plus pudoris quam sceleris reus, cum potuisset euadere eruditus admodum uir, mereri se mortem pro errore iustus, quam pro crimine ipsi pugnam in descensu montis expectant. Verum ubi ad primos uictum est, & illico se legitimo principi tradiderunt, cum caeteris imis uallibus deprehensur auxilia Barbarorum, terga iam hostibus dabant. Stetit aliquandiu anceps uictoria, fundebantur acies uincere, sed ne per Barbaros uincere uideretur. Tum ille ut conuersas suorum acies uidit, stans in edita rupe, unde & conspiceret & conspiceri ab utroque exercitu Dei: Tu, inquit, omnipotens Deus, nosti quia in nomine Christi filij tui uictoriam iuste, ut puto, praelia ista suscepisti secus, in me uindica. Si uero cum caeteris, ubi est Deus eorum: Quam supplicationem pij principis, certi a Deo susceptam, hi qui aderant duces, animantur ad eadem: & praecipue Bacurius, uir sine pietate, uirtute & animi & corporis insignis, & qui comes esse & socius Theodosij mereretur, proximos quosque conto, telis, gladio passim sternit, agmina

Theodosius ad Deum. Psal. 113. Bacurius rex Iberorum.



Eugenius et
puit.
m. Do. 306.

mina hostium conferta & constipata perrumpit. Iter per milia ruentium ad-
psum tyrannum ruptis agminibus & aceruatim fufis stragibus agit. Vix for-
tasse ab impijs credantur quæ gesta sunt. Etenim compertum est, quod post il-
lam Imperatoris precem quam Deo fuderat, uentus ita uehemens exortus est,
ut tela hostium in eos qui iecerant, retorqueret. Cumq; magna ui persistente
uento, omne iaculum missum ab hostibus frustraretur, fracto aduersariorum
animo, seu potius diuinitus repulso, Arbogasto duce nequicquam fortiter fa-
ciente, Eugenius ante Theodosij pedes, uinctis post terga manibus adduc-
tur. Ibiq; uitæ eius & certaminis finis fuit. Tum uerò religioso principi glorio-
sior uictoria de frustratis opinionibus Paganorum, quam de tyranni interitu
fuit, quibus spes uana & falsa diuinitio minus interituj contulit pœnæ, quam
pudoris seruauit in uita.

De sine Theodosij post uictoriam, & Arcadio atq; Honorio liberis eius &
hæredibus regni. Cap. XXXIII.

Arcadius &
iust. Hono-
rius.

Cumq; post hæc, ut futurorum præcius Imperator, disponendæ reipubli-
cæ sollicitudine stringeretur, ad Orientem protinus mittit, ubi uentura
ad bellum tuta liberos custodia commendarat. Ibiq; Arcadium Augustum re-
gnum sibi adudum traditum seruare præcepit. Honorium uerò pari dignatio-
ne præditum, ad Occidentis imperium uenire ocypus iubet. Quo suscepto, &
paternis oculis complexibusq; constricto, traditis Occidentalis regni guber-
naculis, ipse Romano imperio per annos decem & septem feliciter
gubernato, ad meliora migravit, cum pijsimis principibus
percepturus præmia meritorum.

Theodosij
mors.

Historiæ Ecclesiasticæ Libri undecimi, Ruffino Aquileiensi
presbytero autore, Finis.

AMPLISSIMO VIRO, IURISQVE CÆSAREI SIMVL
atq; Pontificij experientissimo, D. P. Remonio præfidi summo
Rhotomagensi Ioan. Portesius S. P. D.

Superiore anno cum familia tua, Præses integerrime, rus concesseram, tum grassante morbo longius
atq; indies austiore, tum uerò liberorum tuorum consuetudine mihi lucidissima adductus: ut arbi-
trarer ægra maxime ac propè deposita reipub. nostræ, animo obsequendum: præsertim cum auctores hu-
ius essent aliquam multum literarum amanissimi, qui primos etiam ordines in hac urbe duxerant. Hi missi
hospitium quanquam inuiti renunciauerant, elegantiore suppellectilem, non ex arte Corinthiacam de-
liacæ, aut argenti benefacti, sed antiquitatis ingenio tornatam opere Achaico & Romano religio-
rant. Hic quum improviso castra mouebantur, ego quoq; uasa minime collegi, & ne tui quidem posse
memini litare. Verebar enim tempore difficilimo, ne si ad diem casus affuisset, non eximerer ex ro, qui
me, ut assolet, ad iniurias euentus existimabam esse datum. Festinanter itaq; Lutetia proscelus, uicioria
sum sesquimensim animo sollicitiore semper sui maxime, quia ad iter ingressurus Eusebij librum historiæ
rum uersabam in manibus excusam recens, & quæ ille quinq; uoluminibus ediderat de Constantiniana
Romani imperatoris, institueram conuertere de Græcis, atq; ad eò cooperam, inierat uerò dum neq; de ca
leritate redutionis agi uiderem, neq; statarios ullos in urbe esse posse intelligerem, tanquam nauem agens
in euripo, hoc est neq; sedatè, neq; compositè curarum aestu fluctuabam. Sic habui tamen aliquando cum
animo statutum ac deliberatum, uti genio loci quem ego puio amoenissimum, & auspicio tuo diligentia
mea consignata iudicalem tabellam erudito cuiq; datam experiretur. Equidem fortunam infamularem,
& inique tractationis æquissime postularem, nisi mihi uel animi uel ingenij tui expectatio temporum
thurijs anteuerteret. At qui neq; solum uertisse pœnitet, & isto genere me tuum animum demereri posse
iudico. Tyrocinium ætatis id esse uere dices, in quo si totæ & non pœnitet diebre habebis presentes
ne propitios, ad ingressionem aliam festinabo. Vale. Lutetia, Cal.
Ostobribus. M. D. XLVI.



VIT haud ita pridem quum homines omne genus ad festas
epulas anni cuiusq; decimi secundum iam & tertium recur-
rentis, Imperatori magno nundinum habuerunt. Fuit nuper
quum & ipsi nos medio cōfessu deprehensum, medijsq; Dei
ministerijs annali carmine uictorem ornauimus, seculares e-
tiamnum coronas illi dictione cōcinnauimus, ac sanctum ca-
put in ipsa regia paulo ante reuinximus. Nunc autem hæret oratio consilij in-
ops ex cōsuetudine quum uult proloqui, quam uiam insistant incerta est, unius
duntaxat rei miraculo propter insolentem speciem percussa. Nam quam par-
tem cumq; fortibus oculis inspectarit, siue qua sol oritur, siue qua præcipitat,
siue terrarum orbem uniuersum, siue cœlum undiq; et ubiq; nusquam per bea-
tus ille rex abesse dispicitur. Liberos enim ille uidet tanquam de splendore suo
recentes faculas toti terrarum orbi illucescere, se cum uiuere, tum hominum ui-
tam moderari, multo quem ante melius. Auctum prole Cæsarū honores ade-
pta dudum, & nunc primū ubi se in illius pietatem induisset & uirtutem Im-
peratoris augusti, rerum domini nomen, & quicquid erat paterni ornamenti
consequuta. Enim uero mortali conditione uiuentem modò, cum ex hac uita
migravit uti consuetudine præter omnium sensum nostra, quādo natura quic-
quid est accessionum inutile, conuincitur alienum: eisdem illis honoribus, re-
gio palatio, laudum cumulis, id respectans obstupuit oratio. Iamq; distenta ad
cœli fornices illic animum beatum informat cogitatione, Dei fruentem cōsor-
tio: liberum omni terreni sæpe stolacq; præfulgida collucentē. Sentiens por-
rò uoluentis anni longissimis spacijs nequaquam distineri perenne frondenti
diademate donatum & immortalitate uitæ, a uicq; felicissimi perpetuitate, ne
hiscet quidem obstupida ut uocem edat: ac ipsa quem imbecilla sit conscia, di-
scissionem eo faciet, ut sileat de ea re, concedatq; præstabiliori meritis lauda-
tiones addicendi dignitatem. Cui soli immortalis Deo, qui et ipse sermo sit, suis
altitudo fidem uocibus licet. De his illum gloriosa celebratione ueneratos be-
nificij uicissitudinem recipere, qui se maluerint aduersarios, & hostilem an-
tros, iam inde reliquit omnibus expendendum, quam ea fidem minime fluxam
gereret, quæ esset pollicitus. Impios & numinis oppugnatores exitu uitæ pro-
palam exhibens auersandos, obseruatorem sui consecranda præter uitam atq;
laudabili morte memorabilem. Columnis illa quidem nullas æui timentibus
inuitas æstimata. Videlicet natura hominum sortis fragilis & caducæ cōmen-
ta solatium, imaginibus edendis, maiorū memoriā colere se putauit honore
permansuro: partim adūbratione picturæ cera delibutæ, partim è materia scul-
ptum & dolatum expertè motus simulacrum machinata. Sunt, qui pilas et cip-
pos inscriptos sempiternam commendationem uirtutis eorū quos habent au-
notatos conferre crediderint: quæ nihilominus ab interitu uindicari nequeūt,
suntq; tempore omnia consumenda: nimirum fluxi corporis effigies, quæ spe-
ciem immortalem minime repræsentent: sed erat tamen illud satis ijs qui secun-
dam hanc uitam nulla boni expectatione ducerentur. Contrā, seruator, uniuersa
bona dispensans religionis amatoribus, primordia quidem & quædam quasi
prætorum præcurrentici ex his relinquit arrhaboni, qui paulatim hisce peri-
uris oculis confirmet immortalem spem. Hæc antiquæ uaticinationes literis
mandatæ eadem præsensere, hæc uitæ cursus eorum atq; ratio, quorum officia
H : obser-

OP. A. V. S. B. A. E. S. R. I.

OP. A. V. S. B. A. E. S. R. I.

obseruantiamq; dilexit Deus, commemorata posteris affirmant. Sunt eadem istis nostris temporibus euicta, quibus omnium regi Deo Constantinus in his qui Romanam repub. iure suo gesserunt, unus ex animo amicus uite sanctis sima degede prebuit omnib. hominibus exemplum. Is uero que coluit Deus, eam rem aperte planeq; commostrauit, dum altitit a dextra apicem honorum ineunt, nec medio regno desinente ue destituit homine, disciplina loco numis excolendi generi humano datum. Itaq; solum illu ab hominibus natis imperatorem extulit quoddam uelut amplissimum luminare, praconeq; fixa & manentis religionis uocalissimum, ab ea quam illi contulerat in omni genere uirtute, regnum eius ad tres totas annorum decades, & amplius annuos recurxit: uita uero spacium cum hominibus uiueda duplices horum annuos recursus. Singularis aut luq; potestatis imaginem istuc conferens, impioru atq; adeo tyrannici generis expugnatorem effecit. Hi mente ceci, nefarium tumultu contra Deum decreuerat, & saga sumpserant. Ac illi quidam quum uix dum prodississent, repente sunt extincti. Clientem uero suu Deus unus, in multos unum diuinitus obarmauit, instruxit: & expurgata per ipsum destructis impijs hominum uita, magistrum obseruationis erga se, qui predicabatur etiam bonorum omnium studio illum qui semper esset Deum nosse, et ab eorum errore longē diuertisse qui nusquam sint. Hoc ille faciebat bona frugi famulus, et edicebat, seruum se non dissimulante asseuerans regis omnium Dei. Que ille rependens ocyus esse regem, fecit in his qui fuerunt unum et inexpugnabilem & inuictum semper, ubiq; uero trophais exornatum, ac tantum quantus ne auditu quidem ullus fuit, cuius aliqua extet memoria recordatio: tam numini ac ceptum ac beatum, tam pium & undiq; foelicē, ut nullo negotio gentes quam prius omnino plures contineret, imperiumq; nulli graue ad hoc qui perditur ret. Cyrum de Persis inueterata fama dilaudat, ut pra reliquis ubiq; gentium omnibus insignem, sed illum turpis & ominusus, quiq; non uacaret contumelia mulieris opera manebat uita exitus. Macedonem decantat Alexandru uerla Graecia subegisse gentes infinitas: at celerius omnino quam uiro illi liceret esse per etatem, sublatum fuisse de uita, comporibus id temporis ad saluatoribus operam dantem. Duos annos supra triginta toto uita curriculo contempuit, eorumq; partem non amplius tertiam regni partes exegerunt. Ille, sanguinis sitiens citra discrimen urbes uniuersas & gentes nullo delectu etatis feruore compellebat instar fulminis. Mox paulum modum cum uigere coepisset, ut gēs fatum uehementer, orbem Iberis, nulla firmum sobole, nullo lare, peregrinae dictionis excursorem, ne quod erat illi uotiuum, gentem humanam peruastaret, cum ipsis delicijs succidit. Regnum subinde contruncatum, & in familiam diuulsu est, dum sibi quisq; studeret ex raptu. Talium ille uirtutu stipatus choro ceterur egregius. Inijt autem hic noster qua deposuit etate regnum Macedo, duplumq; quam ille uixit & regni tergeminu habuit spacium. Temperantem ac plane sobriam militiam nactus, Britanniam, & qui medio sit sunt Occidentem uersus Oceano, cunctos adduxit ad partes: Scythiam insuper quae ad Septentriones est, in nationes effertatas dissecta barbari nominis innumera biles: productis ad meridiem sinibus imperij, Blemmyes & Aethiopes, neque uero quae ad Orientum sunt a se auersa putauit esse: ipsos autem orbis terrarum limites Indos extremos usq; terrae undiq; circumiectos, quicquid est usquam luce suarum rerum illuminans, dicto quidem habuit audietes locorum praesides, gentium praefectos, satrapasq;. Et erat in eo quamquam barbaro populo, qui sponte lubenterq; coleret. Ab ijs honoraria legationes onusta donis, nihil prius illa amicitia notitia ue statuentibus, ut imagines ederent, & statuas eius collocarent, ut unius Constantini regnum non modo cognitum omnibus, sed in ore etiam esset in omni populo, cum ille regia liberaq; uoce praedicaret quem esse sibi Deum profiteretur. Nec uero plus pratione quam reuoluit,

luit, qui se in uirtutem ipsam totam immergens, uariumq; preclare uite fructu dispiciens, in eo molliter & delicate conuiescebat, beneficentia omnes suos sibi deuinctos animo magno retinebat. Victor benigna lege facilem et desiderabilem unicuiq; maiestatem & auctoritatem praestitit, donec senio longo confectum, quem ante uictum de regno ad momenta temporum inclinante suospenderat, & tot annos bratio immortalitatis designator Deus honorarat, ad regno succederet liberis illi suscitatis. Ad hoc sane regium decus paterno iure accesserat, ordineq; natura soboli remanserat, ut duraret in reuū hereditas. Ergo sublimen uereq; foelicem honoribus apud nos, morientē omnibus quae ab ipso sunt beneficijs & conditionibus exornatum, depinget apte Deus, et ipsas res gloriosas in tabulas coelestes curabit incidendas. Mihi profecto et si nō suppet, ut pro beatitate tanta dicam, hac praesertim securitate silentij: tamē est necesse insequuto picturam in umbratam tanq; imagine, hominis pij memoriam consecrare literarum monumentis, eoq; delidis & locordis animi reprehensionem detestari, perpuderet enim nisi quantum in me est ingenij, quod leue exiguumq; sentio, tamen in eum conferem qui numen sollicitiore semper animo & Deo gratas scripto coeprehendi. An uero turpe non sit in scriptores indefectos recordationem Neronis incidisse, & eoru qui scelere longē post se Neronē reliquerunt, & hanc consilij rationem rerum turpitudine deformem polito dicendi genere turgidam ineuntes, historiae uolumina texuisse illos: nos ad eum regem adductos a Deo, qualem ante nulla etas uiderat, et colloquia dignatos, in ea causa conticescere: Proinde non ab re si quis alius, auditionē tantae rei largi coferam, maxime illis qui bonis insequendis ardore mentis ad Deū rapiuntur. Nam alij quidē res ad mores informados inuitiles & humiles, adducti graua uel odio concitati quorundā: nonnulli ut dicendi specimen ederent, doctrinae uel se uenditarent, homines lingua celeri & exercitata, quam par erat apparatusq; sempiternas promerentur, alijs interpretes fuerunt. at mihi si oratio laboret, minusq; ut ad earum rerum magnitudinem sustinēdam robusta erit, certe uel earum nuda recensio se sustentabit illuminata. Neq; uero futile uel contemnendum hoc genus, cum et animū non dissolutum instruat, et ad uitam coeuiat. Plenā igitur historiam, quoties collatis signis sit ab eo decertatū, quoties de suis hostibus & trophais exultatum, quoties triumphatū: qui pro utilitate omnium in republica ordo, quae legum in id ipsum confectaru descriptio, reliquos illos quidē uarios & regios tamen labores ab omnib. expositos hinc amandabo, cum mihi sit ex co pacto in eam rem incumbendū, ut illa sola referam quae pertinent ad bene beateq; uiuendum: atq; ea cum propē sint infinita, steris opportuna iudicabo. Breuiter id quidem & tēpore, quod est reliquum, uere beati laudationem facile coedente uel etiam deposcente. Nam nec ante licuit, qui nondum excessisset e uita conditionis, instabilis (qua de re sumus ommes admoniti) foelicē diuulgare. Vocetur uero auxiliariis Deus, atq; nos seruatur in hunc modum. Constas & antiqua fama obtinuit grauissima diuersaq; tyrannide populum Hebreum oppressum fuisse. Tum clementē erga afflictos Deum paruulum atq; adeo infantem Mosē medijs tyrannorum atrijs educauisse, utq; sapientiam quae esset apud eos indispiceret, prouidisse. Cumq; illum tempus ad etatem solidam perduxisset, & oppressorum uindex ultio iniustis pone instaret, tum egressus domo tyrannoru Dei prophetas nauabat operam inceptis altissimi, tyrannos educatores dictis & factis respuens, fratres & genitales coiuictos pro necessitudine colēs. Eo gentis uniuersae praetore designato, Hebraeos

to, Hebræos inimici populi seruitute liberavit Deus, & genus illud exosum tali necessitate suppliciorum exercuit. Fama quidem illa uetus, cui quasi fabuloso commento multitudinis aures patuerunt, cum in hæc nostra tempora extulit ipse ille Deus, ijs quæ miracula feruntur in fabulis, & oculo submisit theatrum rerum penitus excellentius admirabilitate, quod quavis sit auditione uerius. Deum enim aggressi bello nostri seculi dominatores, eius ecclesiâ conficiebant. Quum mollis adhuc & etatem eâ desinens, quæ tenui lanugine iam ac luculenta forma reliquisset adolescentem, imò qualem oportebat esse Deo seruulum, medio illorum creuit iste, post paulo tyrannicida Constantinus, notam rem in eos moliens. Nec erat tamen hoc ætatis moribus, acq; ad deratus. Subtraxit enim inde illum diuinitus afflatum natura, acq; ad omnem religionem traduxit. Quem incederat etiam ad studium honesti patrum decus. Pater ei fuit (hoc enim loco reuocare in memoriam decet) Imperatorum ab æuo nostro præstantissimus. Quo de Constantio strictè, quæ filio laudari esse possint, & necessariè tamen dicemus. Quatuor enim fuere communicatione imperij pares, solus hic alijs non intellecta sua se ratione contemnit, cum Deo summo percussus fœdus est. Illi ecclesias depopulati, ad ruinam extremam disturbabant, ut ne reuulsa quæ idem templorum fundamenta ab ullo dignosci possent. Hic execranda puras impietate manus abstinuit, illorum nunquam similis, qui ciuium sanguine sanctissimorum prouincias polluebant. Hic animam illibatam semper habuit eo maxime genere. Illi omne scelus in uinum deriuantes, simulacrorum cultum, uoces illicitas se primum, deinde subditos, malorum demonum in errorem introducti, seruitute condemnarunt. Hic princeps pacis æquissimæ suis, quæ Dei erant ordinabat agebatq; nulla suorum molestia. Vitam alij grauitate tributorum deprecandam hominibus & posteriorem morte compararunt: imperium æquabile Constantinus atque patritiæ diligentia nihil expetens instituit, tuos ipse de se alleuauit. Emulos multis ijsq; peruulgatis unam rem atq; alteram præclarè gestam ubi dixerit, quæ silentio præteruehat, hinc censerit posse ratus ad ea quæ negotij huius sunt transibo. De Constantio rumor increbuerat, pium et probum uirum esse, Deo charum præter alios & acceptum, subditorum ditionis, ut nihil supra, parcitem, nullis thesauris incumbentem. Qui tum primaria dignitate rex erat, missis adeo qui id agerent, cum eo tãquam deposuisset, omnem publicam curam exposculabat, exprobrabat egestatem, eo ad faciendam fidem abusus, quia nequaquam thesaurum defodisset. Ille, qui uenerant à rege commorari iussis, in dicit omnibus imperij sui populis, ut quisq; fortunis erat amplissimis, optibusq; affluebat (quasi sibi pecuniæ opus essent) celebre concilium. Id tempus ad unum quemq; pertinere conspersionem animorum erga regem non aliter na sponte conceptam explicandi. His auditis ac si de illa ipsa re uota iam dicta fecerint, ut id eueniret quo se probare possent alacres ad omnem aleam, uero argentoq; & si quid est in pecunijs aliud, impleuisse fiscum liquet. Multa uero donandi largius atq; profundendi contentio subiit, hilariter omnibus aperto uultu oreq; leniter aridente. Quæ cum essent facta, spectatores admittit eos ad thesaurum, qui à magno illo altero rege uenerant, dimittisq; fidem & testimonium imperauit huiusce rei quam ipsi uiderint. Tantum nunc sibi esse confectum: iam pridem apud dominos, ut satellites & administratos, custodituri. Vehementer illi obstupuerunt, quibus iter ingressis uocatos ad se possessores omnibus suis receptis & laudatis insuper ob animi beneuolum, & parentem, ut est fama, dimisit domum. Hoc unum est humanitatis argumentum: in cetera mentis erga Deum, id erit alterum quod sequitur. Nam ubiq; locorū edicto imperatorio, prouinciarum presides pium quemq; diuexabant. Omnium primi regnijs domibus exciti, charissimi Deo martyres nomine pietatis ad concertationem aggressi sunt: ferrum, ignem, maris gurgites, omnem denique solertiam

solertiam tormentorū promptissimo animo aducentes, ut breui quæ fuere tum palatia pro tormentorū genere sint exhausta. Quo maxime factum est, ut apud sanguinarios nullam habuerit Deus inspectionem in præsidijs, qui nõ genus solum, sed eius ergo nuncupationem etiam uotorum insectabantur. Soli autem Constantio uenit in mentem quidam rationis sensus, & rem fecit inopinam sane auditu, sed pro facto tamen præcipue demirandam. Quotquot illi regi fuerunt, ne illis quidem exceptis qui futuri erant propositæ conditionis arbitri, cunctos ad pactum adeptis, apud se commemorandi libere, & honores suos cuiq; retinendi, si demonibus immolarent: nisi agerent, excludi penitus, & ablegari, illic nulla dignitate aut familiaritatis aut amicitia esse posse. Ergo dissipatis & iam hinc & inde segregatis, quam sibi quisque uitam instituerat, est agnatum. Ceterum præstans ille turæ rechina explicata, illos timidos & nimium de se meritos iudicauit. Horum conscientia in Deum mirum quam suauiter excepit, utq; numinis proditores illos ne regia sua dignauit. Qui fiat enim ut hic permaneat in fide, qui sublimiore se fellerit loco? Quapropter longè summo uendos regio palatio existimauit, atq; adeo lege sanxit. Qui Deo digni fuerat ad ueritatem exquisiti, similes eos sui fore circa regem dicēs, imperij custodes & corporis esse iussit. In amicis & maxime necessarijs hosce in primis excelsos, plusq; dixit esse faciendos thesauri quamlibet magni abacis. Constantio qualis pater exiterit ex hominum memoria, hætenus expositum à nobis est. Quis uero uitæ finis hominem, quo ostendi ingenio, subsequutus est, quidue discriminis eum inter & regis sella confessores aperuit Deus, facile dignoquerit is qui ad res ipsas animum diligenter attenderit. Postquam enim ingenij regi fideliter explorandi facultas in longinquitate temporum uertebatur, omnium auctore Deo recepto, dijs antè gentium reprobatis, suam domum, uti composita frugalitq; perseverares, sanctorum supplicatione uallatum. At tritum illud usu, nec habere sibi, nec alteri negotium faceßere, per beatum isthuc fuit. Constans igitur auræq; lenissima bene sedatum sui regni securum, uxorem, liberos, ipsam familiam cum focis, uni regi Deo deuouit, ut hilarem multitudinem palatii prorsus ecclesiam diceret. In eo consortio fuere Dei ministeria, quæ in causa regis, cultui cõtinenter instarent, quãdo apud multos uiliter omnia silebãt. Quæ omnia proximè insequit compensatio cœlitus. Orbenim terrarū imperij quæ primæ deferrentur in his fuit, cum qui ius habebant temporis, nescio quo pacto se regno subtraxerunt. Tanquam istam antemuram mutationem, quæ anno præueterat ecclesiarum oppressio inuexisset. Hinc primus & solus Augustus appellatus est, initio quidem insignis imperatorio Caesarum diademate: sed accessit ad decus, illum accepta dignitate præcessisse. Ab hac nota, quo nullus est antiquior Romano populo delatus honor illi est: primusq; ex his qui quatuor postea sunt creati, Augusta sella ius dixit. Postea quoque multum antecessit alios, ipsa sexus utriusq; multitudine. Ita discessurus, hic denuo mirum opus à Deo, qui de liberis maximum natu Constantinum moribundo patri consultè proximauit. Erat enim cum his qui fuerat paterni imperij collega, quo modo ille propheta, ut antea dixi. Et usque à puero pubertatem ingressus, apud eos honore primario fuerat. Quem ipsi uidimus, cum Palestinam obiret regum seniori comes. Huius ad dextram conspicuus omnibus, iam tum regium quendam sensum callere uidebatur. Nam forma corporis, & ut erat ætas, proceritate nullus ad illum æquo iure accessit. Robore tam ualebat, ut terribilis esset æqualibus. Sed animi tam quàm corporis dote incendebatur acrius. Eum primum fouens egregie temperantia, disciplina, deinde ingenitq; prudentia, tum diuinitus accedente sapientia. In plati rerum domini, commixta cum inuidia formidine sibi internectione cau-



tionem decreuerant. Quam ille rem perferens semel atq; iterum certa fan-
 ratione insidijs explicatis, cōsuluit sibi fuga, prophetā Mosē hic quoq; con-
 seclatus: sed illi numen omnia concesserat, ut illam præsens hereditatem cer-
 neret. Mox elapsus insidiatorum molitione, properē quidē ad patrē accessit,
 ac interuallo longo tandem adfuit, ubi iam uitæ illius pensum nouacula con-
 tingeret. Quem inexpectatum pater astantē intuitus, stratis desiluit, auidē com-
 plectitur, tantumq; proloquutus se cura animum liberasse, quæ alioqui mon-
 turō reliqua erat de absentia filij, præceps effudit ad Deū gratiarū actionis &
 lætitiæ plenas. Hoc amplius, immortalitate sibi iucundiorē interitū esse dixit,
 & testamentū inde cōscripsit: simul liberis, instar chori, lectū cingentibus, ex
 cōmentario distribuit hereditatem. Illi, qui anteibat etate, regni sorte iuxta na-
 turā demādata. Ita demū diem obiit, nec incuria tamē est iactatū imperiū. Nā
 insignis purpura patricia Constantinus, ibat paterna domo, patrem quasi reu-
 xisse cunctis in se monstraturus. Interim elatum funus est illo ductore. Quos
 amicitia patris illi adiunxerat, partim præibant à fronte, partim à tergo seque-
 bantur, usq; dum maxima pompa numinis amantem eō loci perduxit, ubi fau-
 stis acclamationibus acceptus, & reuerenter est habitus ille uiribi omniū uo-
 ce regressus in uitam de mortui hominis successore filio dicebatur. Ibi regem
 & Augustum quanquam iuuenem omnia perspirepere, quæ laudes erant oma-
 mento patri, uicissimq; filius eo parēte foelicissimus habebatur. Porro autem
 populi omnes huius imperij gaudio lætitiæq; inestimabili exultarunt, qui ne
 momento quidē temporis administratione regia caruerant. Finis hic à Deo
 generi hominum æuo nostro morū honestissimorū & plenorum pietatis, est
 in rege Cōstantino patefactus. At qui uitæ fuerit exitus, ijs qui sunt ecclesiam
 incendijs & ferro prosequuti, in hac serie non putauit inferendum, neq; probō
 tum memoriam hoc genere contaminandā inquinandamq;. Nam periculum
 fecisse satis est ad eos castigandos qui uiderūt ipsi, acceperūtq; insuper euen-
 tum integram historiam. Eo patre ducem imperatoremq; Constantini prin-
 ceptis uniuersi, nullius cōmendatione aut gratia ex se designauit, id sibi laudis
 aliās arripiente aliquo. Stabilito regno quos in ditione populos habuerat pa-
 ter, obibat omni benignitate, tantisper ipsi paternæ sorti prospiciens, hos gu-
 bernabat, Rhēni barbaros accolat & occidenti maris qui turbulenti erant, ac pri-
 uis intraclati, facile cōpescēbat subijciebatq;, reprimebat alios & abigebat do-
 mo, quos tanq; beluas ad uitę cultū lenem magis allici posse desperabat. Hæc
 illi cum euenissent ex sentētia, imperiæq; orbis terræ in animū induxisset, tum
 in Britannia transit. ibi subactis interiori habitantib. ad mare populis, percur-
 rebat animo quibus præterea subueniendū esset auxiliij egentib. Inde quasi im-
 mensum aliquod corpus orbē ipsum terræ mēte cōuersans, Romamq; demū
 imperij uniuersi caput atq; gentiū dominā tot annis tyrānidi feruente, uindi-
 cta cedebat illis atate prouectiore partium aliarum dominis. Postq; aut impa-
 res huic oneri sensit esse, atq; rerū euentū foedo aliquos istud enifos discesisse,
 minimē sibi uiuēdum duxit urbē regiā ærumnis exercitatā si negligeret. Ergo
 demolitionem tyrānidis apparabat. Ibi quod uidisset rem militarem manu ne-
 quaq; confici, imō nec profici tantis artū præstigijs apud tyrannum, solerteq;
 magorū imposturā hominū studijs exulta, adiutorē Deū implorabat. Omni
 no cura militiæ illi posterior erat: numen autem cum quo se coniunxerat, non
 modō infringi, sed allidi nullo modo posse confidebat. Ille uidelicet optime
 norat quo potissimū nomine inscribi oporteret hoc auxiliij genus. In ea nego-
 tiorum procuratione, cogitatio quædā existentē occupauit. Nā qui rerū sum-
 marū inhauerat antea, quorū à dijs expectatio pēdebat, iustitias ac propitiates
 donarijs, elusi primū lenocinio prædictionū, & omnia secūda pollicentib. ora-
 culis, tandē sunt infelicissimē perditū, nec astute quoq; deorum usi sunt, nepa-
 culari contabescerent interitū. unus eius pater diuersam uitam ingressus, &
 errationis

errationis intelligens, cui uitæ curriculo primus semper obseruantia dignatio
 neq; fuerat Deus, imperij custodem & defensorem habuerat. His apud se diu-
 putans ac discussis ut uidit, quod illi ad pestes & strages appulissent qui erant
 deorum copia confisi, ut nulla generis radícula, nullus stolo, nullum nomen
 nulla usquam memoria superesset: ē diuerso quot argumentis se prapoten-
 tem paternus illi Deus approbasset: qui in tyrānum delectus antē habuissent,
 & castra potuissent, adductis nequicquam dijs excessisse turpiter intuens, al-
 tero re infecta priusquam uentum esset ad manus cum ignominia reuerso: iu-
 gulo altero medijs cohortibus, ut fati quædā accessio crederetur. Hæc cum
 in mentem conuexisset, inaniter ea numina iactare quæ nusquam sint, & in re
 plana aberrare spontē, dementiam arbitratus, quem iam inde à patre Deum ac-
 ceperat esse colendum sibi sanxit. Votis igitur appellabat, & precibus, ut quis
 nam esset ediceret, manum ad se suaq; porrigeret. Quæ contenta precantē ora-
 tione, diuq; quiritatē, prodigium inuasit. Hoc credibiliter ab auctore diuer-
 so uix adduci poterat, aut recipi: sed ipso rege longis temporum spacijs, mihi
 ex codice quæ conscripseram referenti, quando in eius notitiam & familiariti-
 tatem sum introductus eadem predicante, etiam attestante iureiurando uehe-
 mentius, ecquis de rei fide ambigat: cum præsertim posteriora tempora illud
 ipsum confirmant. sub meridiem, inclinante iam die ipsis oculis, cœli plaga
 uisibile aiebat positum supra solem trophæum crucis: id lumine coluisse, pro-
 pinqua in hanc sententiam scriptura. Eo tunces, perplexum uiso diu stetit o-
 mniem simul exercitum spectatorem, qui tum ad iter ingressum aliquo forte
 fortuna sequebatur, & incertum fuisse quid ea sibi ostenta uellent: sed ani-
 mum tamen illuc intendentem, & ad omnem partem conuertentem, nox ex-
 cepit. Hic somnum capienti sibi Christum cum ostento illo cœlesti uisum esse
 & commonescisse, ut exemplar imitatus illius signi, idem in bellicis conflictū
 bus amuletū circumferret. Ut autem dies illuxit, arcanum exposuit amicis:
 accersitisq; subinde redemptorib. operum ex auro & gemmis affabre magis
 incisorum, medius sedit, signi speciem indicauit: quantū sua interesset, de gem-
 mis auroq; sibi excusum redderent, quod ipsi aliquando uidimus in hanc ferē
 figuram operis absolutum. Præcelsa sudes instar crucis obliquum cornu ipsa
 regens auro comprehendebat. Supremā partē insidebat conferta auro & lapil-
 lis diuisa corona, in qua tessera salutaris inerat duplici uersiculo. Nam pri-
 mis quibusq; dictionum literis Christi nomē uidebatur punctum mediū de-
 cussis incumbente, R, quod deinceps in caeside descriptum sibi imperator u-
 tendum accepit. Qua inhærebat publica obliquum cornu, hac depēdebat ue-
 xillum, regum protus, ad artem accedente gemmarum excitatis circū radijs
 uarietate preciosissima, qua conspersum erat, auro insuper abundē intertexto,
 mirabilis ac immensa pulchritudinis uniuersum opus. Hoc amiculi longum
 fatumq; moderate fuisse sudes ab imo in uerticem procerius adaucta sub ipsam
 erucem ad extremum limbum uexilli circumiecti, pñ regis usquequo thorax
 desinit aureas, atq; liberorum pariter habebat imagines contra hostiles copi-
 as hoc signo semper est usus: ad similitudinem alia conflata ante legiones fe-
 rebantur. Verū ista aliquāto post. Tum autem grauiter affectus ob ostenta,
 nulla præterea religione probata initiatos his sacris euocat ad sese: Rogat ec-
 quis ille esset Deus, ecquis ostenti respectus, illi Deum esse responderant, uni-
 uersusq; Dei filium unigenitum. Notā immortalitatis esse, quod ipse uide-
 derat signum, hoc de morte de uicta trophæum esse positum, cum adhuc in or-
 be terræ uersaretur. Interim causam aduentus edifferentes, totam generis hu-
 mani rationē exacte suggererāt, & eorum oratione sanē promouerat: sed diut
 ni tamen spectaculi miraculo arreptus, istic erat donec ad ea despiciens ipse si-
 bi ostēti fuit interpres ex dictis: ac se cōstituta iam sentētia cœlitus edoctū faci-
 ratas, ad scripta sacra mēte intēdere cogitabat. Hic Dei sacerdotes numero
 habens

OP. AVS. B. A. S. R. I.

OP. AVS. B. A. S. R. I.

habens confessorum accingebat ad obseruantiam omnē & cultum conspecti
 numinis relinquam expectationē & spem in eo collocans: indeq; se communi
 ens animum induxit ut tyrannicum ignem restingeret. Hic sane multus Ro-
 manam urbem ijs maleficijs inuaserat, eoq; scelerum robore, ut ad præsidē
 impure ac nefarie uiuendi licentiam nihil esset omnino reliqui: seductas ma-
 tronas remittebat ad uiros non ita proiectos aut obscuros, temulentia hanc su-
 am in senatum adeo atq; principes senatus exercebat. Sexcētis igitur acceptis
 omni cōtumelia matronis, impurum & effrenatum animum nihilo magis ex-
 pleuerat. Tentatis perinde Christianis non itē cupiditati suppetere. His enim
 uitam profundere satis erat, quam pudorem prostituere. Quædam senatorij
 ordinis, cuius uiro præfectura obtigerat, illis intellectis pro foribus adesse qui
 ad tyranni libidinis erant facti (nomen ista Christo dederat) & ita uirum libi-
 timentem annuisse uti abduceretur, impetrata mora tantisper dum mundum
 sumeret, ingressa est in conclaue. Ibi remotis arbitris ense confodit pectus, oc-
 cumbensq; lenonibus cadaueris copiam fecit. Opus autem edidit omne uoce
 uocalius, in expugnabilem rem esse atq; exitij nullius Christianam modestā
 posteritati presentibusq; adeo testata. Sic illa fuit. Eo uerò progressam audaci-
 tiam plebs, ipsi magistratus & nobiles & fordidis exhorrentes, languebant ty-
 rannide infelicitissima. Nam quietē & compositē seruitutem aculeis exarmatam
 perferentibus, nil dum remiserat sicaria tyranni crudelitas, & leuissima iam ali-
 quando reperta quidem illa de causa in cædem populi hastatos suos laxaue-
 rat, mediāq; ipsa urbe cecidit infinita multitudo nō Scythicis aut barbaris, sed
 domesticis armis ac gladijs. Quanta autem per insidias senatorij clades, ut ce-
 iusq; bona illexerat ad occasionem quemlibet passim cæsis, haud in promptu
 est percerere: sed (scelerum apex) ad artium præstigijs & magorum uetia in-
 uenta perrexit. Hic utero rescisso mulierum prægnantiū, uiscera mox infan-
 tium indagans, iugulans leones, conceptis obscœne uerbis dæmonum cōpel-
 lationes ad tumultum belli instantē depellendū adiecerat. His se confidebat ui-
 ctoria potiturum, ista Romæ tum dominatio: quæ omnium libertatem quot
 & quibus modis temerauit, dicere mihi non licet, penuriam annonæ post homi-
 num memoriam cōstabat urbi tantam non fuisse. Quapropter iclus misericor-
 dia Constantinus, omnes expugnandi machinas contrahebat: ipse post prin-
 cipia, nempe regnatorem Deum, implorabat opem Christi, uexillum illud in si-
 gne uictoriæ collocabat ob armatos: deinde omnes copias adducebat, tanq̃
 auitam libertatem Romanis stipulatus. Ergo Maxentius artium ludibrio po-
 tius quam suorum uel consensu, uel coitione ductus, haud iam portis excede-
 re: copijs armorum, legionum, manipularibus insidijs opportuna loca, re-
 cio numine religatus acie tyranni primū, secundū, & tertium uno impetu
 compulsa ad deditiōnē, ipsam usq; promouit Italiam, cumq; proxime urbem
 esset, ne tyranni causa prælium committeret cum Romanis, istum uelut locus
 ab urbe longius asportauit Deus: & quæ uulgus fabulæ loco acceperat, aduer-
 sus impios euenisse (sunt in codice sacrosancto tanquam in columna delcri-
 pta) omnes adduxit ut crederent ea, seu fidis seu diffidenter hebetibus oculis
 intuiti. Quemadmodum enim Mose pium Hebræorum genus dirigente,
 currus exercitumq; Pharaonis in mare proiecit, ipsos satellites honorarios o-
 mnem adeo delectum unda rubri maris obruit: ita Maxentius, eiusq; armati
 & hastati, quasi saxum dimersi sunt ab eo funditus. Siquidem numinis uim
 stantem à Constantino fugiens, ubi transmitteret ea fluentem amnem, quem
 ipse nauigijs iunxerat, atq; ponte stabilili uerat suo sibi cōmento pernicijs cō-
 pacta extitit. Quæ amicum Deo uirum captum tri credebat, illi nihilo secus
 dexter Deus affuit. Iste miser has sibi struxit insidias, ex quo dicere par est: Eff-
 fodit euniculum, ac quam foueam ipse struxerat, in eam est delapsus. Quod
 enititur,

enititur, in eius caput recider, atq; in uerticem illius sua corrueat iniquitas: scilicet
 et annuere Deo quæ erant ad pontē machinæ in inuolucro, non qua sperabat
 occasione, subfiderūt, ut transitus esse posset: scaphæ onusta uiris mēgebatur:
 omnium ille primus: deinde satellites clypeatq;, quatenus id oracula prædixe-
 rant, aqua rapida quasi plumbum sunt obruti. Idcirco non abs re, si minus uer-
 bo, re certe similem uictoriam consecutos atq; egregius ille Moses, eadem illa
 quæ tyrannum olim contra, decārare ac dicere: Incinamus Domino, laudibus
 enim honorificis cumulatus est. Equum & ascensorem disciecit in mare, prote-
 ctor auxiliarisq; ipse mihi fuit ad salutē. Equis in dijs similis tui Domine: ec-
 quis in quā similis tui, in sanctis honoratus, insigniter mirabilis, edensq; prodi-
 giæ: His in principem cui referebatur accepta uictoria, ut olim ab illo præsta-
 bili Mose, sic à Constantino reapte iactatis, reportata laurea de cōflictu domi-
 nam urbem infectus est. Conferre illum SPQP. ac quicquid in urbe nobili-
 tum fuit, ut si uinculis & carcere soluti essent, oppidō quā hilares animis & uul-
 tu recepere. Confusa sexus & conditionis uox, uiri, fœminæ, pueri ingenui, in-
 finita multitudo familiarium, tridicem conseruatorem, bene merentē, ut qui
 contra tenderet nihil ageret, appellare. Nihil ille religione uir insita, aut laudi-
 bus antaplausu commoueri, neq; meliora de se sentire: quin diuinæ benefi-
 centiæ conscientiam gratiarum in primis, & uota, uictoriæ datori Deo
 persoluit. Tum pictura ampla colūnisq; media urbe trophaum de hostib; insi-
 gne salutis erigens, in omnem gentem differebat. Atqui palam inscripsit lite-
 ras quæ nequirent aboleri. Hoc salutare signum, Romanorum dissonis & to-
 nentem manu frequentato loco ponentibus, scripturam inscribi hanc iussit
 Romanis uerbis: Hoc uno fortitudinis examine insigni salutis urbem uestrā
 iugo tyrannidis ereptam liberaui, SPQR. authoritati pristina dignitariq;
 restitui. Ita serē amans numinis Imperator splendida confessione artificeis uin-
 cendi crucis, liberē quidem huc rei dabat operam, uti Romani Dei filiū agno-
 scerent. Omnes autem loci incola, nobiles popularesq; uelut à graui domina-
 tione respirantes, luce frui mollioreq; purioreq;, tum autem inuitam denudō uitam
 calamitate libera frequenti nundino lætari, authoritatem, pietate primum, ser-
 uorem continenter exclamare una uox, unum os omnium, emeruisse bene-
 ficio Dei Constantinum generi humano commune compendium. Exposi-
 ta erat ubiq; regium edictum, quo sua illi recuperarent, qui concesserat an-
 tura tyrannidis periculo obnoxios aut uinculis habuisset, soluebantur ea cu-
 ra: Dei uerò ministros ad se accessitos semper honore præcipuo censebat,
 & omni officio prosequeretur, nihil circa deuotos addictosq; numini beni-
 gnitatis aut humanitatis omittebat. Homines quidem de uultu ornatuq; te-
 nues, alia tamē apud eum nota cōuictores erant, haud asseclæ: quo sibi cumq;
 eundum esset, homines illuc sollicitabat, ratus illū dextrum assistere, quem co-
 lebant. Et de se sanē perquā abundē suppeditauit ecclesijs, tum adaugens, tū
 rigens altius, ipsa sacraria speciosa donarijs, efficiens, multa insuper mendi-
 catione & egenis hominibus erogata stipe: qui adibant ad eum, humaniter atque
 benefice sentiebant: foro emendicantes (quod est hominum abiectio-
 nis miserabilium quæ plurimum genus) non ad uictum solum necessaria
 miserabant, sed uestiti commodius etiam abibant. quorum natales & incur-
 mutata fortuna primum amplioris, cum maligniore deinde fuissent, com-
 mutata, ijs dispertiebat largius, regiam magnificentiam & opes in loco signi-
 ficans, ijs agrum designabat, illos excolebat honoribus, horum orbitatem
 pro patre se gerens alleuabat. Interruptam uiduis fortunæ indulgentiam resat-
 tiens, propriam curationem interponebat. Iamq; destitutas cura parentum
 uirgines



uirgines notis desponderat, & opulētis uiris, idēq; non antē, quā in dotē sui fecisset omnia de sponsis. Atq; ut exoriēs solis iubar radios locis undiq; omnibus immittit, haud secus ille ubi diluxerat egressus, ortu quasi cū coelesti face promiscuo, corā aduentibus integritatis et probitatis lux tēdam lucebat. neq; ullus accessit qui nihil inde quicq; adiutus abscellerit, aut spe decidit, qui sibi aliquid ab illo promiserat. Eius ita erat aduersum omnes ingeniu. Ar se adiuu gens ecclesiae, illucq; animum uehementius attendens, q; uarijs locis quorundam inter se altercationes orientur, non aliter atq; praesidijs inuigilare iussit à Deo, concilium eorum conuocabat, disputationiq; interesse minime recusat, ut autor pacis uniuersae esse posset. Excusso planē satellitio, & armatorum turba, utiq; priuatus absidebat, cum uestitus Dei timore, tum sociorū beneuolentia stipatus. Hic sententiae meliori obsequentes, & consensum atq; coitionem animorū meditados exporrecta fronte, quod omnium conspiratio fieri accipere: discordantes auersari, modestē ferre si qui asperē se gererent: & leni sermone alloquio castigare, ne partes inter se committerent admonere. Quorum partim adhortationem reuerenti discedebant, partim qui cogitationē sobriam sumere nulla medicina potuissent numini commendabat, nihil unquā iniquius erga quenquā excogitans. Vnde profectō dissiidjs Lybiae lues eo perualit, ut temere multa niterentur. Inuidētia nimirum dæmonis in tanta bonorum sœcunditate, quo facilius in eos animū regis accēderet, ad rerum insolentiam inuicabat: illi tamen sua consilia non euenere. Nam ridēda non obseruanda esse dixit Imperator, quia illa nequā istum cōcitasse intelligeret. etenim in se dæmonij mali percito. Quorum misereri quā pro infania corripere aut esse fatuus aut de corū malis humanissimū indolere. Quo pacto Deum in omni actione praesidem uniuersi concilians, adhuc absq; uulnere procurauerat eius ecclesias: sed non sine mercede istud. Nam barbaros omne genus ad imperiū adduxit: trophaea ubiq; gentiū de hostibus erexit, inimicis aduersarijsq; formidolosum esse fecit. Et si ingenio diuerso fuit, id est placido, mansucto, ad benignitatem & humanitatem praeter alios propensiore. Interea eorum alter qui se ante imperio abdicarant, obijt infami mortis genere, cum ille uita Imperatoris inlidari deprehensus esset. illius imagines & statuae deiectae, quicquid depressa positum erat. Deinde propinqui alij ad idē scelus aggressi, itidemq; deprehensi. Perdita enim consilia multorum, ostento numen explicabat: nam istum dignauit saepe aliās spectaculo sui, uisis inopinatē conuolantibus specie sacrosancta, & futuri praesensiones permultas afferentibus. Ac illa quidē gratia collata, neq; comprehendere oratione rerum miracula, neq; satis effari possum. in quibus inclusus æuū deinde securē transigebat: conspiratione suorū tenebatur in primis & ornatu, quo rerū statu totum regni decēniū elapsū est. Tum festis publice supplicationib. exolutis sacrificia absq; ignibus & fumo, hoc est & praecationes & uota Deo regi fundebantur. Illae lux deliciae, sed quib; inaudisset de his qui ad Orientem afflictabantur, haud ita tulit æquo animo. Totū enim oram truculenta quidem ecclesijs atq; prouincie insidebat fera: nempe dæmon ille spurcissimus hoc agebat, ut quam orationē iniret uir bonus, contrariam sibi ipse assumeret: & quae duas in partes dissecta erat populi Rom. diuitio, lucis ac tenebrarum similis esset, Orientem obtinente caligine, partem alteram die serenissima illuminante. quibus populis tam pingui congiario donatis coelitus, inuidētia honesti semper aduersaria, theatrum in hoc minime omnium ferre poterat. Ita qui reliquam partem orbis terrae occupabat, antea re gno tranquillo Constantini gener expectatus, isti impiorum institutum morē resq; quam optimi uiri potiores, isti inquam prior illorum sententia, quorum exitum uitae non ignorabat insequenda, quā boni probiq; amicitia tentanda. Igitur

da. Igitur bellū atrox, nullaq; fœderis spe, contra bene merentem inceptat, neq; habita ratione legum, neq; necessitudinis, nulla iurifuradi, nulla pactae fidei mentem agitante memoria. Clementissimus enim Imperator inuēns beneuolentiam non confictam isti sorore desponsa, cognationis & auiti regū sanguinis in partem aduocabat: si quis esset contra sortitus, nihilominus impetulentia permansura: Verum longē diuersa istius ratio, pestem nefariam machinabatur, aliās genere alio comminandi reperto, ut cum his beneficia compensaret. Officij primū & amicitiae specie nihil non enitebatur, modo si latere consideret: quae etsi tenebris immersa erant, ilico siebant autore Deo manifestaria. pergebat ille tamen ad sequentes prioribus interceptis insidijs, nunc dextram tendens, nunc se obstringens sacramento: mox isdem abrogata, deinde precatio per legatos se redimens, isdēq; rursus usus mendaciorū ostucijs, tandem bellum indixit, & spe desperatissima aciem educere Deū cōtra regi, ut probē nouerat obseruatum intendebat. Initio qui apud illum Dei militi nulla in re unquā deliquerāt, de his quaestione decreta curiose cauerem uenabatur & maleficia. Cum neq; ita proficeret, neq; reperisset quam obrem queri posset, legem promulgauit. ea uetabat episcopos inter se quicquā agere promiscue, uel ad uicina ecclesiam uentire. Concilia tollebat: ac si quid publice conduceret, hac de re omnem considerationem auferibat. Id profectō erat pretextū aucupari insurgēdi in nos: etenim aut egressos legem oportebat plecti, aut obsequentes ecclesiae infringere fundamenta. Qui enim illa magni momenti cōsilia nisi conuentu constitui queant? Hoc osor numinum alterius ab illo rationis qui cultum hunc instituit, edicebat: cogit enim hic honoris causa collegia sacerdotum, ad concordiamq; adducit: ille dissipari, & omnem honesti sensum dissoluere inuentis aggreditur. & quum in regiam aditū. Firmissimos atq; sibi maxime beneuolos exturbabat in exilium, qui altitua dignitate istie erant, quia uiriliter aliquid obijissent: alijs inserrere, famulari, denique seruiliter omnia praescribebat. Ereptis bonis, & in lucro positus, mortem iam imitari audebat, quisquis nomen salutare profiteretur. Eiusdē animus affectibus incitatus, nequaquam coercitus, adulteria infinita, totidem foeditates obscenas, decore uirili longum ualere iusso, naturae turpem de se notam inurens perpetrabat. Ergo alteram legem tulit, uiros ad preces adesse cum mulieribus inhiens: illas ad ludum uentitare, uel esse sacrorū interpretes is episcopos, sœminas sibi sœminae haberent illarū rerum magistras. Quibus apud omnes irrisus hoc aliud ad demolitionem ecclesiae reperit, extra portas inquietans lustrata regione conuenticula populi de more fieri debere: nam longe puriorem auram inibi quā in sacellis urbanis esse. Cui cum pareret nemo, praetorianos milites exauthorari iussit, nisi dæmonib. immolarent. sic ubiq; hac uisiorū eiusmodi dignitate militaris ordo caruit, imō ipse legis autor optimi cuiusq; uotis sese priuauit. Quidē dicēdūne illud est quod carcer defatigatos, ne cibo quidem refici ac recreari uoluit: fame cōfectos in uinum culis misereri uetuit. Bonum & probum esse neminem, aut cōmiserationem naturam ingenitam nulli indulsit. lex illa mediūsidius & impudentissima et omnium maximē exlex, omnem transilens naturam, quae pari poena damnata ad misericordiam delapsos, ad eandem illam expectaturos qui nō totam excussissent humanitatem & clementiam. Hec Licinij tabula. Quid autem auinet nouū ius nubendi recensere? quid ea sunt ab isto de instituto uniuersa uita confundendo innouata? quib. certē ordine politas olim Romanis leges circūscribere & expugnare aggressus, barbarum agrestemq; morē inuestit, animaduerso contra suos perfugio, inde agrorum dimensiones ut censetur auētius, etiam contractissimi, ac inexplabilem exigendi ardorem allegeret, inde relationes agrorum in commentarios, ubi iam pridem posses.

fores mortem occubissent, infami compendio. Nam neq; sordibus modus, neq; cupiditati satietas accedebat, ut cum auro argentoq; omnia oppulisset, etis de mendicitate quereretur, animumq; tanquam sorte Tantali affligeret. Sed que quantaq; de innocentibus uindicta, quae bonorum proserptiones, quae deportationes patriciorum & nobilitum, quorum uxores illibatas selessto cuique mancipio per iniuriam substernebat: quibus ipse, licet senio excoctus, matronis uirginibusq; se polluerit: haec ideo protrahenda non sunt, quia postremis animum infigat, prima nugas esse putet. Hac finem facit infamia, hominem arma uersus episcopos, ad eosq; potissimum deduxit, ut hostiles & aduersarios, ut quisq; regi erat amicior notiorq;, ex quo ille nobis insane fuit offensior, quum non illorum meminisset, qui quouis ex loco Christianos exterminassent, non eorum (qua modo impietate dixi) quos ultricibus poenis examinaret, non ipsius antesignani malorum, quem uiderat oculis adfustuarium diuinitus arripi. Postquam enim hic obsidionem ecclesiae auspicatus, sanguine uirorum bonorum animam conspurcauit, facta uindicta miserum indidem ex ipso oriunda ad animi sedes usq; exercuit. Ecce enim reperiuntur abscissus medium pudendorum locum occupat: inde faste fistulosum uldici nequit sprans pestiferum uirus scaturire. Moles enim nimia educatione cariola, succulentus adeps in hoc genus facile comeabat. itaq; putris aditum intolerabilem horribilemque spectaculo faciebat. Illius aegritudo inueterauerat, quum ad se tandem rediit, ea cogitans que olim coeperat in ecclesiis, remp ingenuè delicta confiteri: compescere contra Christianos iracundiam: rempla renicere, legibus, edictis, ad ea festinare: sua causa preces ex more funderet, ad hortari. Impegit ad hanc dicam princeps ecclesie persequenda, quae noster hic expertus probe suis occisis edoctus, obliuione omnia disperdiderat: neq; reminiscens multae prioris atq; secundi uindictae, qui suum auctorem superare nil sus illo in genere suam artem suppliciorum inuentendorum ostendebat. Non ignes illi satis aut ferrum, non pangendi clauis, non feræ, non abyssi maris. Ad hęc castigatorem inauditam afferens, oculos effodere constituerat. Hinc luxata uirorum, adolescentum, mulierum corpora, dexter oculus extinctus chalybe ignito, mutili poplites, ipsi demum immoriturum metallis. Quocirca de isto non est in longa diem iudicium extractum. nam uana demonum spe inflatus, quos esse deos arbitrabatur, ac copijs infinitis aciem explicauit. Tum desertis a numine regum ornatum male sane aptum deposuit: animo uecordissimo multitudini immixtus, illaq; se tutatus: deinde seruili habitu per agros palatus existimabat satere posse: sed prouidentiae per omnia pertingentis oculos minime fugit. Vbi enim securè uitam traducere confidit, ictus igne de cocloia cuit pronus. Illa plaga, diuina profectò, corpus exesum est, nulla pristini uultus specie, siccis ossibus, idolorum instar, impense attenuatorum emaciatorumq; re liquis. Cuius uires intendisset plaga, statim exerti, atq; loco pulsi oculi cecum hominem dimiserunt: equisimo suffragio dante poenas a se repertas in eos qui Deo testimonium dicebant. inerat tamen adhuc in eo quidam uita spiritus, & quanquam serò, coram confessus est Christo, suamq; numinis expugnandi uoluntatem publicauit. Palinodia eòtexenda similis alterius fuit: legibus & institutis suum errorem in deorum professione scriptore soluit, Christum uicium Deum testatus experientia dignouisse. Quam rem edoctus ipso sensu Licinius, haud acceptam ab alijs, isdem adharebat, tanquam turbulenta nocte mentem obuoluens,



le ille in gurgitem impietatis preceps abiit, ac stragē cladēq; similitum hominum intuitus, amulabatur: tamen illa maleuolentiam suo magno malo, Christianos huc illuc agās extorres. Sopitum ignem dudum, longe quidem excitauit acrius, & asperiore quam ante flama exarsit nefas. Sanè tanquam immanis fera: aut sinuosus anguis in se contractus, iracundia tumens, gigantumq; minis inflatus, nodum aperto Marte ecclesiam tentabat, quod à Constantino metueret. Verum occulto flagitij ueneno singillatim imminerebat episcopis. ex his qui gentilem praefecturam adepti erant, interficiebantur ab isto laudatissimi, noua cadis inauditaq; cuiquam mortaliu ratione. Quibus ad Amaleam urbem Ponti confectis, nihil aut crudelius aut atrocius esse potuit, ubi iam secundum ab obsidione, prima partim ad aquabantur solo templo, atq; cessaret legitimus ille Dei cultus. Nam huius quicquid fieret, causa sua fieri minime existimabat: prauis enim conscientia adductus, ita iusserat. Costantini causam interuenire semper, & nos illi numen propitiare non dissidebat. Cui palpum obtrudere qui norant adulatorem, sciti rem explorare gratissimam impuro isti peragentes, approbato ecclesiae praesides obtruncabant. Damnantur indicta causa uelut scelesti sicarijque nulli unquam hominum iniurij. nonnulli minutim laniato & discisso corpore deperibant, postq; tam immanem exitum, horrore tragico longe maius, esca pilcium futuri detrudebantur in mare: quam obrem, ut paulo antè, religiosi homines exularunt. Ijs agri, solitudines, opportuna exilio loca. Tyranno, cum non parum ista proceisissent, ad instigandam fugam bonorum animum adiecit: obtinebat que sententia, cum iam nihil obstat, quin ad rem aggredieretur, nisi praeuertisset euentus opacantem, illum inasisset ut lampade praegrandi suo imperatore, quem prehensum manu isthuc appulerat. Ille haud ferenda ratus quae audiebat, rationem colligit: securitatem cum ingenita benignitate coniungens, iniuriam oppressorum persequi destinat, unum amoliri pro conseruatione generis sanctum ac pium iudicans. agentem enim humaniter hominis que indigne miserentem nihil consequi: hunc studio iniquitatis defungi nunquam, crederet rabiem in subditos, prorsus eos desperare de salute. Horum enim cum uelut in mentem magnopere dextram intedere extremè exercitis instructa milita cogitabat. phalanx equestris, atq; pedestres copiae conuenerant, illa, ut dixi, expectandi meliora de Deo nota preunte. Votorum autem nuncupatio esse festinabat, atq; securissimum animi praesidium. Ergo alter uisus tyrannide propugnatrice, cum audiret haud aliter quam praesentia numinis uincere, hinc eleuans & irridens. Vates ascieuerat, & circulatorum Aegyptios deorum optatione sua sacrificios, & prophetas. subinde quorum ea erat prouincia demullos hostris deos, interrogabat de belli euentu. Illi uero rebus integris trictorem fore, bellumq; in manibus eius esse, concordissimè dicere. Praelongi centoniam uolatum auium protendere aruspices: idem extispices, salientes fibras ad aciem dirigebat. Enim uero orsurus bellum, selectos ex amicis ac satellitibus & egregie opacum. In eo signa deorum lapidaria sculprura uariè dispositaq;



OP. A. V. S. B. A. S. R. I.

collocata: ibi litato de more cereis incensis, ita illos affatus esse dicitur: isti sunt
 o socij & amici, nobis patrij dij, quos a maioribus in hoc acceptos annorum lo
 ga serie colimus. hostis autem, uolato ritu patrio, sensum habet dijs alieni,
 peregrinum nescio quem unde uis amplexatus, impostura signoq; tanti Dei
 turpissimo exercitum commaculat: quod illi animos in nos non facit, sed
 quos armis assumptis offendit, deos. Cuius in sententia error, inerit desinator
 hic dies illius atq; nostrarum partium dijs, edocebit. aut enim si uincemus, ad
 iutores proculdubio, meritoq; salutare deos istos exhibebit: aut si ille mul
 tos uicerit, numero quidem adhuc potior es, is quicūq; est, & undelibet nemi
 ni dubium esto quem par sit obseruare Deum: dederit se uictori, premiumq;
 illi tradere, & peregrinus aut irrisus usq; licet fuerit, si plus poterit & cogno
 scendus & uenerandus nobis est, ijs diu ualere iussis quibus cereos neque
 quam incendimus. si uictoria (de quo non ambigitur) iterit a nobis, ibimus
 in impios, postquam uicerimus hoc loco. Hæc ille serè disseruit. Nobis autē
 qui historiam deposcimur, impertiuertunt intelligentiam eorum non ita mul
 to post, qui intererant ipsi cum dicerentur, secundum quæ signum dedit cō
 serendi manus. Interea uerò dum isthuc geritur, ostentum quam dici posset
 omnino sublimius aiunt esse uisum circa tyranni ciuitates. Nā armatorū Cō
 stantini uarias turmas uictoria uelut potitas obire urbes, cum nullus usquā
 re uera uideri posset, ipsa nimirum imagine ostenti diuiniore quodam inge
 nio futura premonstrante. Ut uentum ad manus est, & bellum seditragus
 inchoauit, isthuc ope numinis implorata, similisq; argumenti tessera data, pri
 mum hostium aciem fregit. Instaurata quoq; pugna superior, plusquam opi
 ma spolia retulit cruce præeunte testudinem. Ex quo insequuta hæc sunt, lu
 ga diuersa partis effusa, ugens a tergo autor exercitus. Is sicubi laborabat, in
 tellecta re, trophæum idem admouebat, atq; presentissimum aliquod reme
 dium. Itaque redire uires, iterumq; subsistere diuinitus. Quocirca suis halta
 tis cum robore corporis, tum animi uirtute & religione obseruantia præcla
 ris instare soli ministerio crucis indixerat. Erant illi minimum quinquaginta,
 quibus id oneris incumbere, uti frequentes orbe factō stiparent, ac uicissim
 humeris cōportarent. Hæc imperator longo interuallo postquam erant a cæ
 per ocium explicabat his qui sibi id negotij sumpserant. Hoc addebat insu
 per commemoratione dignum. contigisse aiebat conflictu medio, cum tur
 ba confertè exercitus ac fragore teneretur, qui gestabat in humeris insigni,
 detractans præ ignauia certamen ut alteri traderet euadendi spe. Cumq; alter
 accepisset, hic tutelam reliquisset, excussum telum eius utero excepti, uitam
 ocyus abstulisse: perfidiae dantem poenas & animi pusilli, decubuisse conte
 ctum: illum sibi uitam conseruasse, misilibus appetitum frustra que suble
 uigebantur signifero intacto, quod admirabiliter inter alia multa factum esse
 breuissimo pali cuiusdā orbiculo sagittas omnes quasi collineatas constitit.
 sed erat ab interitu tutus, quisquis unquā munus illud inibat. Cuius ego au
 ctor non sum: at ille ipse imperator, ut plurima alia, nostris auribus infudit.
 Hic edita aliquanta hostium strage, promouit ordines. quem impetum pri
 mipili non ferentes, proiectis armis se ad pedes Imperatoris prouoluerunt. Il
 le de cōseruatione hominum exultans, omnes recepit saluos fore. Alij perui
 lacius explorata fortuna, conflictui dabāt se, uocibus amicis incassum appel
 lati. agnita deinde pertinacia regis, immisis dederit terga: partimq; ut assolet,
 se præsidio non dissimulans, uanos delectus auxiliorum exercitusq; uanam
 deorum expectationem expertus, fugere inhonestè non dubitauit, euasit cer
 te, tutoq; loco fuit insequi prohibente rege, quem salutem cōsequi uolebat
 etenim putauit intelligentem ubi loci fortunæ suæ forent, insanam audaciam
 cum sobriij hominis mente cōmutaturum aliquādo. Atq; ille quidem homo

perhumanus ac malorum tolerans, isti non merenti ueniam nihil inuidens.
 Atqui scelus minimè compescuit, auxit etiam, animūq; ad maiora appulit,
 præstigiatoribus operam dedit. ex qua peste denuò reuocauit audaciam, ut
 quod de uetere tyranno usu tritum est, in eum consimiliter iactare non in
 congruè posses: Durauit Deus cor ipsius. ijs distringens sese præcipitem de
 dit de saxo interneccionis. Rex alterius apparatus esse rem opinatus, interim
 Seruatoris nomine agebat ferias. Tabernaculum crucis in recessu positum
 erat, illic frugaliter & sanctè degebat, Deoq; supplicabat, quo modo illū acce
 pitus prophetā ex fide scripti sacrosancti extra castra tentoriū habuisse. A de
 rant religionis obseruatione atque fidei probati apud illum admodum pau
 ci. Hoc illi consuetum erat, ubi alia acie cum hoste dimicandum foret. Fuit il
 le præ securitate lentus, & qui nihil absque consilio numinis ageret, capto in
 eam rem tempore supplicationibus indulgeret, ac deniq; aliqua Dei fretus
 imagine recederet. Exinde tanquam diuinitus afflatus, contubernio relicto
 omne moram tollere, copias educere, ipso momento gladios distringere iu
 bebatur. Hic tum collecta multitudine, legionarij ingressi campum, cedere la
 sciunt usq; dum uictoria accepta puncto temporis trophæum ponerent.
 Hæc Imperator et delectus omnes ad militiam pridem comparauerat. Huius
 oculi mæus in uultu numinis semper habitabant, ad aliquid agendum eò di
 uentebant, omnia illius consilia. Ne multi interirēt, diligenter ab eo pruden
 terq; cauebatur. Tam enim inimici quam salutem sui exercitus auebat, & fir
 mius uictis parcerent hortabatur. Aequum esse natos homines conditio
 nis hæud disparis meminisse. Quorum uidebat animos incontinenter uti ui
 ctoria, frenabat auro. Nempe cōstituerat auri pensum, cui se hostis uiuus de
 didisset: atque ita escam generis continendi seruandiq; prudenter inuene
 rat. que cum sepe alias & horum similia permulta non grauatè faceret, tum
 uerò nulla contubernij cum quoquam necessitudine antequam prælium cō
 miteretur, uotis operam nauabat: omni animi mollitudine alienus atque cor
 poris, ærumna, seiu ijs macerabat sese. hac uia sibi numen adiugebat, id actū
 nis quocunq; propitius opitulatoq; Deus in mentem immisisset. Ve
 nim ille communem uigilemq; curam induerat. æque suorum causa & ad
 uersariorum anxie preces fundens, postquam autem iste modò fugax ad dis
 simulantiam reuersus, & cœdus icere, legesq; sibi dari deposcibat, & eas non
 nisi ad uitam utiliter cuiq; accommodatas admisit Imperator. Hic planè in
 bebatur armatorum, ac ad bellum denuò accingebatur. barbaros externaq; au
 xilia accersebat, etiam ad deos fideliores adibat ambage longa uiarum ex
 quisitos, quia priores illi sefellissent. Omnium erat oblitus quæ de ijs ipse dis
 seruerat. Debellatorem Constantini Deum aspernabatur, ac recentes multo
 plures ridicule inquirebat, attamen iste aliquando perdidit, quàm arcana,
 quàm celestis insit in trophæo salutari uis, ex quo uincere nouerat alter ex
 citus. Ergo admonuit suos non contra tenderent modò, sed nec inconside
 rate dispicerent. etenim robore feroc, imprimisq; hostile atq; aduersarium.
 Hic cauendum esse illum conflictum: quibus imperatis, dimicatum ibat
 in eum adeo qui istius necem usque antea distulerat atq; reiecerat. Prodic
 re pro deorum copia feroculi multa simul militum manu exanguia, uitaq;
 & sensus expertia simulacra depromentes. Igitur homo pius, signum uitale
 certum mali propugnaculum ueluti terrorem opposuit multitudini immen
 se, tam diu modicè usus, dum iura fœderis nō resoluere prior. Ut subsistere
 hostem armaq; commouere sensit, agrè tulit, & sublata uoce totam ocyus a
 tem diuersè partis inclinauit, deq; dæmonibus & hostibus abiit uictor: olo
 rano numinis & assecras recepto belli iure meritis supplicijs addixit. Ita cū ty
 ranno deducti multatūq; tumultus nefarij sualores. Alij modò sublimes ex
 pectatione

LIBER SECVNDVS.



pectatione uanissima, unum ipsi Deum agnouerunt. Hic deleta impietate lu-
men Solis expiatum, imperiumq; pop. Rom. Oriente ad partem alteram ad-
ducto coaluit. Vna potestas, atque uno quasi capite bene digestū corpus e-
mergit. Religionis splendor in caligine & umbra mortis sedentibus luculen-
tos afferre dies, nulla esse malorum memoria. omnes imperatorem laudare,
Deum unum Seruatorem que unum confiteri. Ille uero Dei præclarus ob-
seruator, atque gentium uictor (hoc enim cognomentum ex re proprium as-
sciuerat, data ubicunq; sibi diuinitus in hostem uictoria) recepit Orientem:
unumq; iam more prisco ad se transtulit imperium. Fuit tam diuina potesta-
tis explicanda omnibus princeps, quam uitæ hominum maiestate imperij
gubernator. Terrorem illum excusit urgentis antea calamitatis, uiciter
los uti serena fronte & oculo hilari dudum solliciti mœstitia respicerent inter
se. Qui carmine & choro Deum, in primis tum ipsum, deinde ac filium, Cæsa-
res appellatos, effuse dilaudabant. Impietatis & antiquæ miseræ obliuio frui-
tio presentium bonorum, atq; futurorum expectatio. Publicabant ut ut ante
apud nos aliosq; orbis terræ incolæ humanitatis à rege atq; officij plenæ tabu-
la, sanctissimæ leges omnia genera bonorum pollicentes, utilia ad uitam per-
mittentes plebeculæ. Ecclesiæ autem excipientes uicissim alia expulsi alio cõ-
mum reuocati sunt ij qui ne simulacra reuerent a prefectis muneribus soluti
migrauerant. Qui eadem de causa translati erant ad curias, ad metalla conse-
rantes ipso iudicij tempore illustrati cœlitus se gesserant, & ad metalla conse-
cūti se descenderant, aut fuerant deportati in insulas, aut seruire publice co-
acti, toto illo genere liberi recedebāt. Postremo qui religionē obstinate defen-
dentes exauthorati erant, ab hac contumelia uindictati cõcessione regia uito
frui mallēt optio illis fuit, uel receptis focis ea qua prius dignitate esse, uel ex-
pedito uitæ quietoq; modo contentos nulla munerum offensione permane-
re: sed illi etiam noxa & nexu liberi qui muliebres operas ignominiose præ-
stiterant atq; ancillati erant ad ludibrium iudicatio. Rescriptum ad eos potissi-
mum attinebat qui similes iniurias erant perpessi: at de illorū bonis plenè in-
terdictū fuit lege: sanctorū enim Deū professorū in morte bona adire genere
proximos, si nulli essent, ecclesiæ deferri cauebat. q̄ publicè ex erario uenerat
uel largitione profusa, quicquid itē esset reliqui, redire ad priores dominos.
Magna certè copia donorū ecclesijs, sed q̄ eorū multitudine uinceretur, quæ
populis & nationib. magnifico animo dispertiebat. Ideo nostri homines rem
uotiuā prius arbitrati, q̄ hebāt in portioe altera imperij illorū similia frui uole-
bant uideri. Inaudita uirtute prorsus atq; luci solis incognita prius Imperato-
rē esse persuasi erant: quorū, ut ea mens extiterit, at omnibus tamen ad partes
suas fato adductis, edissererebat huiusce felicitatis adeo, ueriq; boni principē
illū laureæ auctore, se uerò minime restatū experebat. Hoc ipsum differebat
in scriptis, tū Græco, tū Romano ore diplomatīs ubiq; gentiū dimissis. Quod
orationis robur tū intelligas, si uidere cōtingat. Duo illa sunt: alterum ad ec-
clesias, ad populos ut urbib. erant dissi: alterum, quod ut hic adscribam, ui-
detur ad hoc institutū meā opinione maxime pertinere, quo posteritati deleri
ptio remaneat ex historia, & nostris inde accedat fides. Est autem de illa ipsa
lege regia descriptū, q̄ seruabatur apud nos ob signata ad rei fidem Imperato-
ria manu. Vict. Const. Max. Aug. prouincialibus Palæstinae. Olim atq; du-
dum præstantia bene recteq; de potiore sentientium omnem scripulum in-
hibebat. Eo uerò disidet obseruatio exacta Christianæ pietatis ab infestis ijs
hominibus, quib. ipsa despiciatissima est. Nūc illud dilucidius rebusq; amplio-
rib. cõsummatis ostensum, & que quantaq; Dei uirtus agnita: legem enim
sanctā fide colentib. & nihil prætergressis abundè omnia suppetunt, robur in
adeundis

adeundis periculis bonorū spe firmisimū sensum contra impium habentes,
similis instituti euentus insequet. Nā qui boni aliquid adeptus, eius neq; prin-
cipatū aliquid agnoscat, nec quem colere oportet in animo habet, his quæ dici
mus asseret fidē. Quisquis igit superiora, quæq; dimanarunt ad nos tēpora ani-
mo uerfabit, resq; gestas mente intuebit, reperiet ex a quo & bono ad aliquid
agendū aggressos id fauste pduxisse ad finē, ac quasi de mollitula et delicata
radice fructū dulcissimū collegisse. Quorū aut in iusticiæ comes, audacia nul-
lū cogitatū hominis præ se ferre, relegare, deicere de gradu, pseribere, iugula-
re, nullius unq; duci pœnitentia, nec aciem animi cōuertere ad præstabiliora
fecit, aqua uicissim fuisse cõsequutos. quæ non ab re euenire cõsendum est.
Nā qui meditatū ius asserit ad actiones reorū, quorū semper est in oculis po-
tentis metus, illi seruata fide quod impēdet aut formidinis aut periculi nō ha-
bent expectatione futuri prius atq; potius: nō si necessitatē tēporis adesse in-
telligant, quia maiore expectant & gloriā & dignitatē. Nō tulerunt ægrè for-
tūne iniurias, imò quo nomen celebratius est, incidere in casus eo grauiore
difficilioresq;. A quo uisus est contēpta iusticia, illi melioris in noticia nō uene-
re: qui fidei plenī persequerent, id intēperanter eos ad opprobriū castigant.
Haud se propter iudicata & causam puniēdi miseros, aut eos esse foelices qui
religionē in tāto discrimine retinerent, estimarū: quorū toti exercitus cecide-
re plurimi fugere, nullū absq; summa clade preliū. Inde orta bella, prædæ, per-
niciæ, inde necessariorū mendicitas, ingruentiū malorū cōgeries: inde impie-
tatis uniuersæ principatus, in q̄ aut falsi extrema sunt, aut inhonestā uitā agē-
tes, illa morte grauiorem sensere. Ita ferè cū pœna cōpensarunt iniurias. Tan-
tum em miseriarū quisq; pertulit, quantū ad legem subuertendā infania pro-
mouerat: ac nō graues modo uitæ casus, sed timor etiā angebat horribilis sub-
terra carnificina. Cum tanti pōderis impietas homines circumstaret, pericu-
lū requireret, ne ueluti pestilēte morbo omnia laberent, & iam industriam sum-
ma molestia artulit. Porro illud esse numen cogitandū modo qd unū est,
omnis molestia artulit. Porro illud esse numen cogitandū modo qd unū est,
nō uigens ad omnem temporū aternitatem p̄inet. Atqui fatui est ex quo be-
neficentiæ cõfessio sit expressa, illū dicere uelle sublimius. Meam em operā ad
sua cõsilia req̄siuit, atq; idoneā iudicauit. Omnē primū formidinē dissipauit, a
uari adeo quod Britaniā alluit (hac se necessario quodā ordine mergit sol)
admirabili potestate adorsus, ut edoctos homines intercessore me alliceret ad
obseruationē legis sanctissimæ: ac cū præiret potēs, incluta ipsa fides augeret.
Ingratus em esse nō possum gratia accepti muneris. Quæ ego liberalitatē usq;
deputabo. Hac uicina Orienti loca adire mihi licet. Orta uerò illa calamitate
durissima illigata, maiores, id est nostras operas exposcebat. Planè quā animā
edo spiroq; & si quid intus est mentis, summo Deo deberi à nobis necessariō
adducor: est nō ignoro hominū officio minime indigere illos qui spem cœli-
tatis cõstituerunt in se quendā: ipsam munito diuinitus loco seorsum depo-
nentes, utētesq; eatenus honorib. quatenus se uindicare possint à nature ter-
restis iniuria: difficultates attamen temporum ipsis iniectas inquisitionesq;
cum neq; tenerent, neq; argui possent absurdas, hinc lōgissimè arcere nostra
inire esse puto: nisi si ineptum nō sit, agnitā illorū tolerantiam atq; cōstantiam
animi fuisse ijs qui propter religionis cultum hosce alacriter agitabāt, & acer-
tine diuexabāt, clientē altissimū, gloriā illorū & decus haud extulisse, ut es-
set omnino præstātius & oprabilius. Omnes itaq; siue patrium solū uerterant,
quia diuinos honores & fidē cui se consecrauerant, ad aspera iudicia deducti,
suo quisq; tempore minime cōtempserant: siue ad ius respondendum censi e-
rem cōsuetudinem, Deo liberatori gratiarum actionem danto: qui priuati
suis, & direptione fortunatum enecti ferè, uitam adhuc abiectissimam con-
tempf.



tempus illamque traduxere, focis, familia, bonis denique recuperatis, beneficentia altissimi hilares fruuntur. Quotquot infulas inuiti habitant, hac provincia nostra uti ius esto: ut impediti montibus & salebrosa uia, marique circumfluo conclusi, in hunc diem, ab immani solitudine euadant, se restituant amicis, aliquid diu optata. Qui sordide tenuiterque egere longum tempus, illi rediit quasi raptum habentes, omni sollicitudine uacui sunt: nobiscum intrepide, cum nos Dei seruos & iactamus & credimus, agunt. Atque utinam temere aut adire aut credere nihil accidat alienos errores emendanti mihi. Qui damnati iudicio metallici summa aerumna ut essent, aut suas operas publice locare necesse habebant, commutata cum ioculari ocio in ieria, expeditam eorumque quibus licent omnia uitam adepti, defuncti operum fastidij: aut qui liberum os & gradum amisere, tanquam longa peregrinatione dignitatem interceptam resumentes animo laeto, in patriam cursum accelerant, se deuitate militari olim elati, nunc insolentia iudiciorum deieci de loco, quod illis fuit assertionem religionis & assensionem posterior, ijs aut militiam nomine latius, eodem esse ordine, aut secundum honorariam missionem in nullius esse potestate, liberum esto. Consequens enim est, illa patientia atque animi magnitudine quae fuerit, qui tot pericula adierit, deinceps eligat oci donec an dignitate frui malit. Quibus autem nobilitas erepta per uim, & iniusta iudicij nota huiusmodi est, ut in conclauem muliercularum uel linariam tabernam protrusi, miserandum ac deprecandum laborem sustinerent, aut aerario prius gradu honoris accepta dignitate sese libere oblectent. Qui ciuis hanc de se desperanter inuenit rationem, ut seruiret abiecta libertate, seque pro libero mancipium remittentes fecerit, ex edicto nostro pristinam ingenuitatem assumens adito ad pauperes, pulsus seruitij legibus, etsi sponte susceptis, munera liberorum obliuio. Neque uero exhibendum illud est, quae quisque de causa fortunis euerus est. Nam siue gloriosum certamen ingressi animo imperterrito, dum sibi immortalem spem facerent, ea in confessione bonis spoliati sunt, siue fide nunquam prodita istis sectoribus, ignotas sedes habitauerunt, suaeque reliquerunt: siue qui minimè capitis accesserant, eandem tamen fecere iacturam bonorum, hereditatem necessarij adeunt. Legibus autem est prouisum, qui propiores internosci possint, ad quos attineat fors, neque intestato uocantur. Ium itaque utus retinere, si defuerint, neque ullus sit haeres, eorum dico, uel qui testimonium dixere Christo, uel profelsi illum sunt, uel quauis eod pertinet de causa pulsi loco, alio commigrarunt. Huiusmodi loci ecclesia ex alle substituitur, quam rem ego non spero grauem fore uita functis. Nam pro qua tot aerumnas adire, non possunt haeredi non omnia bene uelle. sed hoc insuper esse oportet explicatum, ut si quid ab his legatum erit, illi sit integrum petere in quem collatum est, atque ne quid errationis inesse possit in edicto, iusque ut sit peruium omnibus, intelligant omnes, seu fundum domicilium uel, seu hortos, aut quae uniuersa depacisci, tametsi enim iure nullo plurima multi habeant, arbitratur ea merito non esse repetenda. Illi dignoscentes quot, unde uel congerierint, ad nos adeant, & delictis indulgeri postulent, quo prior auaritia animaduersione frangatur, & Deus animae poenitentis id esse iudicans, mitior sit in uersione. Sunt enim fortasse qui in eas possessiones inuaserunt, ut se tuentur allaturi (quod haud scio, uere ne dicendum est, istos ita possidere) nam haud se quenquam tum abstinere potuisse, tam uario casuum difficillimum theatro. Cum hasta opes tantas innocentium disperderet atque dissiparet, nulla que esset proferendi & exterminandi fatietas. Hi si perhibent, nos que de suo iure instruendo morabuntur, non inultum ferent postica. Cum praesertim istam Deo Optimo Maximo nauemus operam.

Idcirco

Idcirco quae necessitas exitiosa coegit ut adirentur, illa modo recinere minimum est, & curamus alioqui rationibus & exemplis auaritiam omnino imminuendam esse. Nam si quid ex his aerarium habeat, non obtinebit uti possideat: atque contra ista dicere non audens quae iniurie tenuit interuallo, iure concedet ecclesijs. Ita quod ad ecclesiam pertinere constiterit, hortorum, domiciliorum, fundorum, & aliarum facultatum integra republica & legibus edicimus condicenda. Veruntamen ipsa loca decora martyrum corporibus & praestabilis ab hac uita secessionis monumenta ecquis ecclesiarum esse ambigat. Ecquis auctoritate sua secus iubeat: ubi neque donum melius, neque acceptior labor, & ad uitam conducibilior, quam hortatore spiritu isthuc omnem diligentiam studiumque conferre: & quae iniqua ratione ademerunt scelestissimi homines, exhibita denuo ecclesia conseruari. Quoniam autem id esse putato perfectae rationis, ut neque de his taceam, qui ex aerario quaequam licitatione redemerunt, aut ne quicquam donatum abstulerunt insatiabili desiderio, uel intelligant, etsi huiusmodi rerum auctione benignitatem nostram ab se alienauerint, quod esse tamen poterit, hac minimè desitutum iri. sed haec haec tenus. Enim uero quia luculentis apertisque signis altissimi uis innotuit, eoque quod egit mea causa adhortando subinde atque adiuuando, (nam temporum difficultatem prementem undique genus humanum, quocumque sol intuetur, excussum esse constat) singuli uident: ac collato capite uniuersi, quae nam illa uis potestas, quae seminarium sceleris aboleuit atque perdidit, honorum omnium reditorem laeticiam omnes in terras largissime diffundit, & legem iterum diuinae maxima obseruatione & reuerentia excoli facit. Qui se deuouent ad ea colenda quae decet, ijs omnia licere. Verum illi tanquam de tenebris obscuris intolentes caput, & scriptorum noticiam assumentes, cetera uita reuerenter obseruantia cultuque Deum prosequuntur. Regium rescriptum ad nos primam dimissum, ista sic digesserat, ac mox ex lege apud omnes fieri omnia tyrannidis atrocitati & audaciae modo deletae contraria. Munere regio illi frui inciperat. Primum singulos duces in prouincias dimittebat, illosque plurimum fidei nostrae deuotos, si qui Graeciae aemuli essent, ijs erat inhibendum litare. Quae lex in alios etiam priores honorum gradus, ipsamque adeo licentiam praefecturae trahebatur: aut enim Christiani appellatione praestare oportebat: aut quibus aliter uideretur, abstinere ab simulacrorum cultu. Duae postea emille leges non ita dissimili argumento: interdicens altera, consuetis inde iam ex more antiquissimo ritibus exofa statuarum adorationis. Hoc cum in agro, tum in urbibus, ut neque signa magistrum artis erigere fas esset, aut oraculis, & quod est in superstitiosa sedulitate reliquum, opera nauare, neque penitus immolare litare uel. Altera tollere altius addicta precationi delubra & facella, longitudinem producere, diducere latera, quasi futurum esset, penè ut omnes homines insana illa de multitudiue deorum opinione dirupta dirutaque modo necessitate dinem cum Deo contraherent. Nam ista esse mente, ceterisque locorum principibus uti essent praescribere, ad hoc uero compulsi Imperatorum animi integritas erga numen. In lege id erat, quo nulla pecuniarum erogandarum patrimonialium subesset, de regio thesauro facta tecta locarentur. Sed istae ab eo sunt in hunc modum, VICT. CONST. MAX. AVG. EV. Adhuc mi charissime frater, impuro consilio & tyrannide huc illuc actis ministris Dei, speraui, imò plane sum adductus, ut credentis metu minus molitiones aut incuria dilapsas, aut incumbente iniusticia publica dracone illo deieci prouidentia, quidem altissimi, me uero totius rei ministro, quantum inesset roboris in numine, puto neminem esse

esse qui non senserit. Lapsum inconstantia aut formidine quod uerè est intelligentes, rectam uitæ rationem confido ingressuros. Tu igitur quibus ecclesiis præses, aut episcopos alios, & presbyteros, & diaconos ubi propositos nosti, ut in id incumbant sedulo uelim commonefacias, incepta procurent, alia corrigant atque adaugeant. Sicubi ex usu sit, noua faciendæ locent. petes ipse & alij per te quæ oporteat à ducibus & prætorio. Quibus ut tibi subseruiant in his quæ pro tua probitate & sanctitate dixeris, est rescriptum. Te mi frater conseruet Deus.

Eadem omnibus omnium ecclesiarum præfectis in prouincia, singuli duces hoc ipsum agere iubebantur. Itaque excreuit opus illic. Imperator uero acriter disciplinam diuinam exigebat, & in prouincias ubique disseminabat, ad eam respiciens errationem in imaginum cultu positam, ijs qui rerum summam antea tenuerant. Subtilius insuper hortari subditos, Deum agnoscerent, & Christum quem Saluatorem palam inscribi uolebat. Id rescriptum (scripsit autem ipse manu sua) de Romana lingua sumere est necesse, ut illum ipsum uideamus exaudire proclamantem in hæc uerba:

VICT. CONST. MAX. AVG. INCOLIS ORIENTIS.

Quæcumque summis atque præcipuis legibus sunt à natura cõprehensa, sensum quendam non obscurum præbere mihi uidentur ordinis instituti quæ diuini. neque uerò dubitant ijs quorum mens ingressa intelligendi uitam ad illum finem perducitur. Etenim uehemens animi defecati consideratio, atque ipsius speciei idonea comprehensio, sincera uirtutis impulsu ad ipsius nominis intelligentiam rapit. Ideirco studia contraria multorum existimator doctus & intelligens haud committet, si uideat ut se conturbent. Esset enim uirtuti splendor incognitus, nisi extulisset peruersam uitam desperatamque prauitas. Itaque extat corona proposita uirtuti, iudicij autem arbiter altissimus: sed ego quam fieri poterit apertissimè enitar explicare de me quid expectem, & quam in manibus habeam spem. Qui me præcessere Imperatores, sorte cecidere propter immanitatem naturæ suæ, cum meus pater omnia benignè gereret, unusque Deum cum summa religione, quam rem cunctis niteretur, appellaret. Illi certe quorum ægrotus animus feritatem quam clementiam præoptauit & educavit, hisce temporibus ad rationem uerè euertendam abusus: denique ad robustioris sceleris uim ita perrexit, ut altam pacem diuinis humanisque rebus, ad ciuile bellum inflammaret. Illi uerò dixere Apollinem de quodam antro uel opaco penetrali, minime per hominem respondisse, quo minus uerax esset, in causa esse æquitate summa uitos in terris. Proinde falsa uaticinatio Tripodas. Eadem capillo passu afflatu percita sacerdos, & lamentabatur hominum mala. Hoc quorsum euasit, inspicere oportet. Te supreme Deus appello, qui puer admodum hæc inaudiui. Nam e Romanis Imperatoribus qui tum primas habuit, omnium homo proculdubio miserrimus, animoque errorem inuoluto seiscitabatur ab hastatis, illudque curiosius, qui nam in terris boni probique essent, cum unus in sacrificiis nimirum inquit Christiani. Quæ responsione mellis instar auidè uorata, gladios iniquitatum uindictas ad reprehensionem uacantem innocentiam traduxit. Hic tum protulit edicta quæ ad sicam aspiciere dices cruentam multa cæde, simul ad tormenta procliuem iudiciorum naturam intendere, uires que inueniendis exercere commonuit. uidere tum, uidere sanè licuit ista lasciuia crudelitatis, atque licentia quas in dies iniurias & contumelias ipsi authoritati pietatis attulerit. Hic quem nemo unquam læsit aduersarius, iratæ ciuium temulentia contumelia patuit. Quæ flamma, quæ quæstiones, quæ species equulei citra discrimen ætatis non erat infesta corporibus. His certe illachrymata est terra, ingemuit uniuersa complectens orbis sanguine inquinatus. Ipsa dies obuoluit se rei nouæ luctu. Verum quid ista commemoro? Quæ est Barbarorum gloria, qui no-

qui nostros illo tempore fugituos & receptos & mactatos humaniter non conseruarunt modo, sed & seueritatem morum, ut tuto esse posset, effecerunt. Hæc notam Romana gens æternam obtinebit, quam pulsi imperio Romano Christiani atque Barbarorum transfuga illi inuulerunt. Et quid in mentem mihi uenit illius fletus & luctus orbis terrarum sunt illi sceleris autores uita defuncti turpiter, atque ad Acherontem abiire, daturi pœnas sempiternas. Etenim cum ciuili dissensione commisti, genus nomenque perdidere. Neque uerò sic euenisset, nisi prædictiones illæ nefaræ Pythij fecissent imposturam. Tuam opem optime maxime nunc imploro, ut clemens & mansuetus sis ecclesiæ Orientis: ut tuis prouincialibus diuturna calamitate exercitis, per me curationem adhibeas. Equidem, ô sancte Domine, nihil huius ab te postulo. Nam ego duce & inter prete negotium tractaui absoluique salutiferum, ubique sigillo tuo protectus, erant prætor laureati exercitus: & si me respublica uocauerit ex usu suo eandem uiam insistens consilij tui ducam ad hostes. Propterea animum tibi meum amore & metu purissimè temperatum consecraui: nomen enim tuum unice amo & diligo: potentiam tuam ueneror, à te mihi saepe stabilimen fidei meæ demostram. Itaque festino, ipse meos humeros substerno, qui sanctissimam ædem tuam instauram, quam profligauit impurissimorum hominum importunum scelus. Bene sedatum populum tuum pace frui cupio, quantum orbis terrarum hominum generis interest. Aequali ocio latentur hi qui aberrant, & fideles: hoc enim uinculum coniunctionis deducere in uiam potest, ne quis offensus quonquam, ut cuique lubitum erit, ita facio. sed persuasos esse oportet qui sapiunt, solos illibaram uitam acturos eos, qui uti in lege tua sancta conquiescant, appellant: qui se subtraxerint, isti mendacij lucos habeant, domum ueritatis illam tuam luculentam inhabitamus. Hanc tu nobis à natura dilargitus es, hoc ipsum precamur nomine istorum, ut amicitia suauitatem communis atque concordie persentiant. Nam quod ad nos attinet, rerum nouarum nihil effidimodo curabo faciendum ex quo omnia cõposita & digesta esse mihi constat. Homines quidem porro acti multifaria deerrant. Tu ne malum serperet longius, illuxisti per filium tuum, & memoriam tui refricasti. Hoc tuæ res faciunt uerendam, de tua potentia fideles & innocentes sumus. Sol & luna sui cursus habent orbitam constitutam, neque uagantur astra reuolutione acta. Redeunt omnino temporum uicissitudines, sermone tuo stabilita terra consistit. Ex tempore enata necessitate status excitantur, aquæ decurrunt, & uasta mole fluctuant. Mare limitibus haud refixis astringitur. Quicquid terris extat, & Oceano, cuiusdam ergo miserrimi compendij factum & inuentum est, iudicio illa tuo si non fierent, tanta rerum discrepantia atque licentiæ discretio, res uitæque hominum iamditu peruertissent. Cum enim ab ijs fuissent inter se cõcursum homines multo expugnassent iniquius: utique re non intellecta sic agunt. Tibi gratias habeo omnium potentissime, & maxime singulares. Etenim quantum iudiciorum diuersitate humanitas agnoscitur, eo consistunt magis in his qui ueritatem ueram amplectantur, & recta mente sunt diuini sermonis disciplina. Qui se curari uerit, id cum alio putare non debet. Nam medendi ars omnibus exposita remedia pollicetur. Quisque præstet hoc integrum modo quod euentum rei respondeat. Quocirca nos utemur accepti boni sorte, hoc est ipsum pacis ocio fruemur, nullusque præuaricationis conscij erimus, nisi quam libi re quisque peperit ac persuasit: eo ne lædito proximum quod ab alio animaduertat, sum est. Illud dum licebit adiuret, alioqui dimittat. certamen enim immortalis sponte ingredi, aliud est atque adiecto supplicio cogere. Hæc fortasse quæ pro mea probitate recitata plixius. Atqui fidem ueritatis abscondere nolui, prætestatem cum ut audio, nonnulli dicant esse deletam lucrorum consuetudinem, & potestatem caliginis exoleuisse. Cuius quidem autor esse possem uniuersis, nisi grauis error & pullulasset, & explodenda resurrectioni communi in animis aliquorum



aliquorum infedisset. Talia Imperator instar eximij præconis, & optima late-
rum ut in scriptis edicebat, officias istas demonum inhibens, & ad pietate il-
liciens. In quibus animum suum cum oblectaret, ibi de quodam in ecclesia tu-
multu relatum est, quo transulit cogitationem ut succurreret. Istud autem sic
habebat, inflata Dei gens erat, obçp res bene gestas uenditabat sese. nullus ali-
cunde terror ingruebat, undiq; pax & ocium Dei munere ecclesiam obtine-
bat. At inuidia collocarat insidias: intrò iam irrepserat, & colloquia sanctoris
oblidebat. Ipsi uidelicet episcopi, dum nugas unusquisq; placito diuino præ-
textit (inuidientia tantum poterat) quasi aciem contendendo direxere: ac cum
de scintilla flamma subito exarsisset, ab Alexandrinorum ecclesia totum Ae-
gyptum, & Lybiam, & ipsam usq; Thebaidem remotissimã certè, prorupit.
Iamq; in prouincias urbesq; dispergebatur. Hic non ecclesie tantum magi-
stri concertare uerbis, sed etiam in partes abire pedes, his illuc, istis huc incli-
nantibus. ergo eo uentum est his ineptijs, ut in circulis impiorum disciplina
diuinæ autoritas irrideret. Alexandri de rebus maximè arduis strenuè dis-
ferebant. Isthæc autem Aegyptij, quiq; Thebaidam habitabãt, quia iam olim
aliud imberant, aspernari atq; ab his abhorrere. Vbiq; sic ecclesie discissio la-
bem inde ut ab affecto corpore Libya uniuersa traxerat, & reliq; prouincia
rum partes ualitudinarie. Nam ab Alexandria legatio frequēs ad episcopos
hi ad factionem pellecti, studia partium sequebantur. De quibus ut est allatū
summo dolore principis hūc casum proprium arbitrati, protinus hominem
de contubernio, probatum fide, frugiq; præter alios & prædicatione religio-
nis illustrem, pacis arbitrum ad Alexandriam misit, adiecit epistolam maxi-
mè necessariam ipsis nugarum principibus, ex qua extaret de se omnino di-
gnum memoria testimonium, suę curę aduersus ecclesiam. epistola sic habet.

VICT. CONST. MAX. AVG.

Alexandro & Arrio. Rationem contigisse duplicè eorum quæ pro rei ne-
cessitate sustinui peragenda, testis ipse mei motus omnis & conatus adiutor
Deus. primùm nationū omnium de religione sententiã in unam uelut habi-
tudinem adducere, tum orbem terræ tanq; agrotum corpus curare. Quorū
alterum animi oculo tacitus agitabam, militaribus alterum copijs emitebar.
Istud enim peruideram, immutatū iri ita facile ad religionem adducta mente
omnium reipub. necessitates, ubi Dei familiam fecissem uniuersam consenti-
re, uotorumq; pro me isto nomine nuncupationem expressissem. Sane Afri-
cæ furor intolerabilis, & quorundam leuitas imprudens, ritum populi disci-
dit audacissimè in sectas: atq; effecit, ut cum agritudine illam uellem suppri-
mere, nullaq; alius generis idonea curatio uideretur, quàm sublato de terra
communi hoste, cuius animus impurus in confessu uestro sanctissimo ac discor-
na semper est intercessor, mitterem qui uestris hominib. abiuncto ac discor-
dabili inter se ingenio auxiliares ad concordiam fierent. Posteaquam enim lu-
minis uis, id est sacrosancta lex, altissimi beneficentia quasi de linu quodam
Orientis est data, atq; orbem terrarum sacræ instar lampadis illuminat, ego
uos atq; salutis gentium principatū habituros oculis intentis inuestigabam,
animosq; perquirebam. Igitur à uictoria illa celebri & triumpho præcipuum
hostib. hoc scrutari primùm intēdi, quod mihi uisum est honore præcipuum.
Sed (o numen, pulchritudinisq; istius prouidentia gubernatrix) que mihi res
aurem, imo uerò præcordia perculit. Ipsa uestra dissensio longe mihi tristior a-
nimaduerso illis rerum statu. Nam curandi regula seueriore indigetis, &
ij tamen estis à quibus remedium alijs expectaui: tamen si totius initium rei,
& rationem cum putassem, per mihi uisã tenuis est atque indigna conten-
tione tanta. Ideo compulsus ad scribendum unanimi solertie uestre, me
operam huc suam conferente Deo, uel in dissidio maiore posse bene
uertere

uertere tradita uiris bonis prouincia, id cum exiguum & leue est quod totū
distinet, non explicabo dirigam ue facilius. Hinc igitur audio primordium
questionis extitisse. Nam cum tu percontareris Alexander unumquemq; se-
norum de quodam loco in lege scripto, uel de uanissima questione potius
sententiam rogares, tu quod omnino cogitandum non erat, aut perpetuò silē-
tio damnandū, si cōprehendisses Arri, istuc animum inconsiderate induxisti.
Quamobrem quod erupisset ista uestra dissensio, conflatū concilium est, &
sancta plebs integri cōpage corporis absoluta discessit in partes uestras. Igitur
utrobq; parata uenia, quã rem cōseruus ex æquo & bono censebit esse, præ-
cipiatis. Illud uerò quale tandem est, eiuscemodi nec initio quidem seiscitari,
neq; de his interrogatū respōdere fas erat. Questiones em̄ istas nulla neces-
sitate legis adductas, ab ocio cōtentioneq; profectas, etsi pro cōsuetudine qua-
dam atq; exercitatione fiant, tamen intra conceptū mentis includendæ & reti-
nendæ sunt, neq; statim uulgi auribus nullo consilio committendæ. Quotus
em̄ quisq; est qui rerum tantarū tamq; arduarū uim & facultatem intueri di-
lucide aut dignè satis interpretari possit? Hoc ut unus aliquis agat ac pertra-
het facile, quantã uulgi particulã attrahet ad sese: uel quis exquisitã, hoc in
genere differendi rationem lubrica præsertim atq; præcipiti uia consectet. Er-
gosto erit oratio cohibenda loco, ne uel imbecilla nostra natura, propfita re,
cum inde se nequeat explicare, uel auditorū ingenium tardius q; ut rei com-
prehensionem exactam ferat, utrauis de causa malè cogitare populus aut di-
uidi discindiq; cogat. Quapropter incauta percontatio & respōsio improuisa
ueniam uicissim ne renuant: haud em̄ de principe quodam edicto legis occa-
sio contentionis uestre emerfit, aut secta noui ritus ac religionis à uobis indu-
dere integrum sit. Nam uobis inter uos in re pertenui dissidentibus, immen-
se cū non decet, tam nefas esse planè credit. Atqui mihi placet exemplum ue-
stræ prudentie suggerere. Philosophorum (cuius ignari non estis) unum cō-
mune placitū est. & quanq; in effatis enunciatisq; discordant, ac longè distant
inter se facultate scientie, nihilominus uno placiti uinculo colligantur, & de-
uò cōspirant. Hoc quando est ita, uos Dei magni famulos in tali uitæ institut-
o simili mente esse non ne multo est æquius? Hanc rem diligentius expendā
mus & prudentius. An bene se res habet intercedere fratrem fratri: cōcilij re-
uerentiam dissidio impio secari per nos stultamq; uerborum pertinaciam: q;
de minimè necessarijs tenuibusq; rixamur. Ista uulgi potius sunt, atq; puerili
amenuæ, quam sacerdotum & prudentum naturæ aptiora. discedamus à ten-
tatione demonij lubenter. magnus est Deus noster & seruator: ille lucem ad
omnes communiter extendit. Eius numine, quod studium mihi capessere a-
nimus fuit, hoc per uos conficere maxime liceat: ut plebem alloquendo, tum
inferuendo quædam, tum deniq; cohortando ad societatem concilij reducā.
Nam postquam, ut dixi, fides una nobis est atq; hæresis nostræ cognitio, præ-
ceptumq; legis in id omnibus partibus incumbit, ut in unam animam uniter
sum concludat: qua de re subtili nimis etiam nimium exarsistis. Illud quia ad
eum facultatemq; totius minimè attinet, alieniore animo ut sitis inter uos, fa-
cere non debet. quod ego non eo dico, ut necesse uobis sit qualis qualis est il-
la questio depacisci quicquam in eam rem. potest enim concilij maiestas asser-
uari uobis illibata, ac per omnia societas atq; coniunctio custodiri, etsi aliqua
ex parte leuissimè discordetis. neque enim una uoluntas omnium in omni-
bus, neq; singulare ingenium consilia nostra dispensat. Itaque de numine fi-
des una esto, unica noticia, unū de Deo placitum. quæ autem de minimis ad
subtilissimam rationem inter uos expendere libuerit, hic si diuersa opinione
eritis, intus sunt continenda, atq; arcanis obseranda. Vis amicitie in primis ac

ueritatis fides, ipsa legis obseruatiā, ne fluctuatur apud uos. Redite precor in
pristinam gratiam, & complexum uterq; pro se populo reddite uos, atq; de-
mum lustratis animis inter uos cognoscite. sit enim secundum dies & noctes
sit amicitia iucundior, omni depolita simultate: mihi tranquillos dies & noctes
curris absolutas adducite, quo sit aliqua lucis atq; adeo reliquæ uitæ iucunditas.
Ingemiscendum aliās, & profundendis lachrimis indulgendum: ac ne sine mo-
destia quidem uitæ spes adeunda. Nam qui fiat ut animo bene firmo esse aut
consistere mente queam? populo Dei, meis cōseruis inquam, tam praua, tam
exitiosa concertatione disiunctis? Inde uero mœroris mei summam accipite:
Dudum cum Nicomediæ essem, cōstitueram in Orientem ad uos. Equidem
iam bonam partem eram uobiscum, quando festinantem me hoc nūcium de
cursu meo reuocauit auertitq; ne oculi percipere cogentur, quod neq; ad
aures putassem admitti posse. Quare uiam mihi sternite in Orientem conor-
dia uestra, quam obstruxistis importuna discordia: facite ut possitis & uos &
plebes exultantes aspici, proq; sociali amore & fœdare gratias elegātes excel-
so Deo reddere. Sic homo pius ecclesiæ pacē hac epistola procurabat, cui nō
solum fauens, sed uit ex animo dimittentis etiam probus, utq; est dictum, re-
ligiosus operam deuinxerat. at erit, quā ut quicquam possent literę, malam
omnino robustius, & iam decertantium rixa auctior, cum scelestus impetus
omnem prouinciam Orientis peruadebat. Hic inuidentiæ cuiusdam & mali-
gni dæmonis ecclesiæ labor.

DE VITA CONSTANTINI IMPERATO-
ris, Liber tertius.



Ta genius ille peruersus, osor recti, ecclesiæ fœlicitatem præ ini-
diā minime ferens, procellam temporis atq; turbinem pacis, ciui-
lem tempestatem excitauit. Etsi non commisit ille Deo charissi-
mus Imperator, ut eorum quæ pertinerent ad se, non satageret:
quin contra quam antè paulo inceptasset inclementia duritasq;
tyrānidis omnia molitens, nullo aduersario, nullo hoste abiret inferior. Nā qui
longè aberant ab eo qui solus est, ui & necessitate inductos adstringebant il-
lorum deorum cultui qui nusquam sunt. Ille nullos esse penitus ostēdens, ad
huius intelligentiam qui esset appellabat. Hi sermonib; exhorrendis de Chri-
sto cachinnum sustulisse non negant. Ille gloriabatur ea maximè cruce, totusq;
erat in tutela eius quam figebat impietas maledictis, familiam Christi diuexa-
bant nulli uel iare uel focis relictis, in quos ille reduces conuehebat. infama-
uerant hi, uiros ille singulares imitandosq; proponebat: bona publicabant, &
fortunas euertebant hominum proborum, ille cōgiario cumulatā restitui cu-
rabat. Hi calumnia usi sunt aduersum episcopos, at eorum ille uirtutem ad-
mirabilem honoribus, ipsos ad eō consultis & tabulis omnino splendidiore
effecit. Hi solo adæquarūt omnia puluina, aras, ædículas à culmine prostra-
uerunt. Ille in sublime tollere magnificē, locare nouas ex ærario suo manda-
bat. sacrosancta uolumina flammis abolere illi, cum multiplicabilem eorum
feriem iste redimi de suo iuberet. Illi conuentum pontificum uspiam esse ue-
tuerant. Iste omnium gentium episcopos ad sese conuocabat, interiore palatii
domo frui, & mensæ comites esse dignabat. Illi uenerabant imaginum mune-
re dæmonas: iste errorem nudabat, & syluam inutilem donatorum ijsq; uis
esset ex usu perpetuo dispertiebat. Illi domicilia deorum ambitiosius excole-
bant, iste ea potissimum destruebat quæ precij quantius esse superstitiosus at-
bitratur. Flagitioso cruciatu Dei familiam perdebat: hos ipse maleficos
quantum pro nūminis lenitate coercebat, huic martyrum memoria recolen-
da nihil antiquius. Illi piū genus hominum palatii abigebant, hic eō præ-
sidiens erat, ex sententia beneuolos & amicos fore intelligens. Hi sordibus
obnoxij

obnoxij, morbo Tantalico animum subegerant: expansis ille magnificē & re-
gie thesauris, omnia largiter abundeq; diuidebat. confectæ cœdes ab ijs infini-
ta, aspiciebantq; ad hastam solum, & proscriptionem cum Imperatore Con-
stantino iudiciorū ensis usq; pependerit intactus. Etenim in sua quæq; muni-
cipia distributa nationes, paterna magis necessitudine quam necessaria iuris
regula tractabant. ad quæ respiciens aliquis, haud immeritō dixisset iniri no-
uella uitam sibi uideri, luce inopinata illumināte caliginem, tamen opus a-
gnosceret deificum, confertis impijs ex æquo Imperatorem unum immissum.
Nam postq; neq; uisa neq; tradita ex hominū memoria in ecclesiam ausi sunt,
exempla noua inauditaq; per ipsum Deus edidit, ut par erat, atq; miraculum
uirtutis Imperatoris nuperū nouiciumq; dici poterat. apud omnes Christū
Dei censebat in primis. Id liberē, nec appellatione salutifera occulta. Namq;
lepide sciteq; de se in eam rem dicens, in uultu modō impresserat insignem il-
lam notam. Modō se oblectabat illo trophæo: sed in tabula quoq; editiore lo-
co in uestibulo palatii posita prostiuit omnū oculis incumbens (ut in pictu-
ra licuit) capiti suo salutare: feram autem hostilem & ecclesię Christi operaty-
ranidid oppugnatricem, specie draconis in præcipitium delabentis. Ipsum e-
nim flexu multiplicabili uel anguem uel draconē oracula nostra dicitant. Id
est, quam obrem infra pedes missili traiectū atq; in profundū ruentē pictatio
cerato prodiderat, innuens quamuis occultē, nostri generis aduersariū occi-
dione occidisse, cum ui trophæi supra collocati ad caput in præcipitem interni
acumen iret. sensus hic erat in imagine atq; florido colore latens. Me sane tanti
ra uates ipsi proclamauerunt: nempe admoturū Deum gladium magnū & horri-
bilem draconi, hoc est serpenti fugituo, disperditurūq; de mari draconem.
Hanc imitationem ueri, pictorū umbris in imagine depromebat, hocq; cum
summa animi uoluptate agebat. Illum uero oppido comouit ecclesiæ Alexā-
ndriæ, Thebaidis, Aegyptiq; pestifera turbatio, malignitati quidē & inui-
diæ perfecta. Nam in episcopos episcopi, plebes in plebem ibat in urbib; ac pa-
rum absuit quin & coirent & cōrunderent sese, quidam mente capti & despe-
rati conari nefanda, regias imagines moliri audere. Quæ nō tā impulerunt ad
perat, exulcerarūt. Hunc morbus alius prælongus difficilisq; præuenterat de
feris paschæ antiqua discordia: partim aiebant insequendā consuetudinem lu-
dæorum: partim non esse committendū, ut hora non obseruaret exactē illorū
errore, qui Euangelij gratia alieni essent. Proinde longo iam tempore nusq;
dem sentiente populo, magna confusione diuini ritus, istam peruersionem re-
porum maximos afferre motus his qui festū solennemq; diem agerent: alijs,
cum se ieiunio & labore macerāt, alijs laxantib; ad ocia, & se remissioni traden-
tibus. Ex quo factū est, ut adæquato diuortio malū esset insanabile. soli uero
nil nō facile potenti Deo paratū ad ea subsidiū erat uno in terris beneficen-
tiaz ministro Constantino. Qui cū de his allatū est, & se cognouit infecta re ne-
quitq; rescripsisse, colligens animū, nisi debellato cum hoste, quamuis obscu-
ro, totam ecclesiam perturbante, quiescendū negauit. Inde quasi agmine qua-
drato diuinitus ad eum ducturus agere cōuentum orbis terræ, frequentiam
episcoporum honorarijs literis cōparare atq; eniti. Neq; uero simplex erat ius-
sum, adiuncta regia uoluntate & nutu. Hos em publice dimitti fecerat, illos
instratorum iumentorum multitudine adiuuerat. Vrbis isti concilio designa-
ta non incongruē, Bithyniorum gentis una, de nomine uictoriæ Nicea appel-
ta, quo igitur loci primum conuolarat mandatum, omnes ut à carcerib; ala-
tes accelerare cursum. Nam traherat siue boni spes, siue cōmunio pacis, &
rei nouæ illius domini uultus. Vbi conuetū est, illic diuinum opus aspici: si-
quidem non solum animis, at etiam locis & regionib; abiuncti, quantum po-
puli

puli remoti inter se distant, illuc conuere. Hic una ciuitate quasi corona im-
 mensa sacerdotū uarie conferta florib. habebat. Ergo tota Europa, Libyes, &
 Asia, quibus ecclesiis referre erant eorum in unum locū uiri primarij, hoc est
 ipsa ministerij Dei primitiæ uenerant. Tum ædícula precaria quodam ueluti
 numine capax, admittere & Syros, & Cilices, & Phœnices, & Arabes, &
 Palestinos, Aegyptios insuper, & Thebanos, & Afros, & à fluminum diuor-
 tijs interiecta patria profectos. Persa aderat episcopus, & Scythachore non
 deerat: electos emisere Galatia, Pamphylia, Cappadocia, Phrygia, Pontus &
 Asia. Verum isthuc etiam uenere obuiam Thraces, Achæi, Macedones, Epi-
 rota, atq; multo ijs siti remotius. Spano ille percelebris unus erat isto loco cō-
 sessor. Attamen senio impeditus episcopus Imperatoris ciuitatis adesse non
 potuit, sed illius ordinem presbyteri suppleuerunt. Talem post homines natos
 uno concordia nodo alligauit unicam corollam seruatori Christo, quam sin-
 gulare monumentū gratiæ de uictis hostib. & exemplū Apostolici chori secu-
 lo nostro posuit: sic enim accepimus, horum tempore coisse religioſos ex o-
 mni gente homines, in quibus Parthi, Medi, & Elamite, quicq; Meopotamij,
 Iudæam, Cappadociam, Pontum, Asiam, Phrygiamq; & Pamphyliam incole-
 rant, Aegyptū etiam, & Libyæ partes ad Cyrenen. Huc peregrè profecti ade-
 rant, cum Romani, tum aduenæ Cretenses & Arabes. Isthuc modò non ade-
 rat, tantus ex ministerio Dei cōuentus ut appellari posset. Hoc in cœtu fuere
 episcopi supra ducentos quinquaginta: quos qui seceſtabant presbyteri, diacono-
 ni, & uniuersi ordinis asseclæ, si ad alios adiungas, uix numero cōprehendes.
 Ibi qui diuinū munus obiere, doctrina alij disciplinisq; præstabant, alij mode-
 stia, abstinenterq; & toleranter acta uita. Horū mediū nonnulli, quidam ætate
 uenerabiles, iuuentute uegetaq; mente præstabiles alij, & in ordinem ascritti
 nuper alij, quibus ab Imperatore cōmeatus largè omnibus suppetebat. Cum
 dies affuit ad cōcilium præscripta, in qua rescindenda erat opinionū ambigui-
 tas, in ædem palatij mediocriam cum magnitudine tum potione sublelliorum
 ad utrūq; lacus, atq; ordine multiplici ornatiore, aduocati cōuenerant, ac suo
 quisq; loco cōsederant. Postquam aptè sessum est, taciti omnes ingressum re-
 gium expectare operitiq;. Venit intro primū unus atq; alter ex regijs, tum
 deinde alius. Etiam præiere nonnulli non armati uel haſtati, sed amici præci-
 pui & fidelissimi Imperatoris. datò subinde signo aſurgentibus uniuersis, ut
 aliquis à Deo nuncijs ibat meditullio spaciū, fulgore muricis ardentissimoq;
 lumine collucēs: auro præterea, gēmisq; prælucidis illustris, ut e corporis or-
 natis, rubore in uultu, & ipso ingressu unusquisq; poterat aſtimare. Idem spe-
 rat, ac cum nemine conferēda proceritas astantium dūtaxat, idem pulchritu-
 do oris, idem membrorū decor, idem robur inexpugnabile prædicabat: quæ
 cum morum modestia & facilitate cōiuncta, nobilitus ingenium q; dici posset
 afferebant. Ut uerò constitit ad initium primi ordinis, sella quadam ex auro
 modica parata, nō prius in ea sedit, quam annuissent episcopi. Quod secunda
 Imperatorem ab omnibus est factum. Itaq; primas habens dextri episcopoſ
 ordinis surrexit, regemq; modica oratione alloquens, ad extremum singula-
 res hymno gratias egit omnipotenti Deo, qui quamprimū sedit, in eodem
 silentio tenuere omnes in regem oculos. Ille demum aspectu lepido serenoq;
 dispiciens, coacta intus ad se mente, sic est leni & benigna uoce exorſus: Mihi
 quidem id postremum uotum erat amici, uestro choro aliquando uti sui li-
 ceret. Hoc cum sum assequutus, uniuersitatis huiusce regi gratiam illam fa-
 teor debere, qui mihi rem præstitit omni expectatione meliore. Vos, inquam
 uno loco eandēq; sententiam omnium uidere. Iabē igitur inuidia dignitati ue-
 stre minimè asserat, neq; deleta funditus impietate atq; tyrannide prædicio nu-
 minis, conspergat opprobrio legem diuinā genius improbus. Mihi ita uidet
 omni

omni pugna grauiorem & acerbiorē, tanquam ciuilem in ecclesia dissensio-
 nem, profususq; tristiora hæc esse, quam quæ foris eueniunt. Itaq; superatis ad-
 uerſarijs ope cœlesti, hoc reliqui mihi faciebam, gratiam Deo referrem: quo-
 rumq; eius causa uindex extitisset, hisce demū gratularerer. cum de uestro
 dissidio præter spem audiuī primū. Quod ego nuncium alteri secundū nō
 feci. Verū istam prouinciam curationis hercle precariam deposcens, ocyus
 accersui cunctos: qui me cœtus ualde reficit & recreat. Tum autem mihi ui-
 ta contigerit ex uoto, si uidebo consensum atq; conuenientiam animorū, unū
 pacis & concordie omnia dirigentem concentum. Vos huius esse laudatores
 oportuit, qui consecrati Deo estis. Rem igitur amici ne protrahite, causam di-
 scordia inde iam tollere occipite, quomodo ministros altissimi oportet, nodū
 paci noxiū resoluite. Quod a Deo constitutum est, hac una ratione instite-
 rit, & mihi gratum præcipue feceritis. His Latine dictis usus est interprete,
 suamq; rationē concilij præfatis explicauit. Quo initio partim accusare pro-
 ximos, partim querelis admixtis sese purgare. Hæc utrobique primū dicta,
 quamuis obliquè, magnaq; totius negocij obscuracione, tamen benignè pa-
 tenterq; audiuit, & inuentionem singulorum pedetentim accepit. Atq; uices
 alternans ab his cum modò staret, nunc contra faueret illis, adduxit paulatim
 conuente altercantes. Nam alloquens unumquemq; Græcè (cuius eloquiū nō
 erat expers) atq; modicè, suauis ille quidem & dulcis est habitus: hos persua-
 sos, exoratos alios, aliosq; laudatos, omnes impellens ad concordiam. Vtq; dū
 una mente & sententiā, de quibus antea controuersum erat uti conspirarent,
 uti fides unica minimè discors, uti unū tempus apud omnes esset in paschate
 peruenit. Consultum ad auctoritatem & uim uniuersuiusque manu subinde
 obſignatum est: hisq; transactis, alteram uictoriam de hoste ecclesiæ repor-
 rare dicens, ea causa solennem diem atq; triumphalem egit. Tum se regni ui-
 ces ille annus absoluto cursu retulerat ad idem caput. Hoc temporis &
 populi frequentia, & nūdino celebre fuit. Episcopis Imperator ipse conuiuia-
 tor & cōpotor, ac si per eos dignum Deo sacrificium persolueret. Episcopus
 aberat à conuiuio regio nemo. Cuius illud explicari satis nulla oratione po-
 test. Armatorū corona ense nudo in uestibulo regie stationem habebat, inter
 quos ingredi secure domum usq; interiorē poterant. Ibi discumbere non-
 nulli, quidam se ad quietem componere: profectō basilicæ Christi species ali-
 qua atq; somnium, quod plurimum à re abesset, apparebat. Ac postquam in
 conuiuio cuncta magnificè, omnes amplexatus Imperator, ad priorē ma-
 gnificentiam hoc adiunxit, ut ordine suo quemq; munere donaret hospitali.
 Qui non aderant, huius senatus ut meminisse possent effecit epistola, quam i-
 sto rerum commentario quasi cippo descriptam apponemus.

CONST. AVG. ECCLESIIIS.

Ex facili reipublicæ nostræ cursu, quanta benignitas insit in diuino poten-
 tate, perdidici. Idcirco putauit mihi ante omnia id enitendum esse, ut in eccle-
 sia fides una scelicissimi populi, sincera charitas & religio aduersus autorem
 omnium Deum nusquam discrepans obseruetur. Hoc quia nisi titubāter &
 incertè si nō omnes aut plurimi simul episcopi coissent, essetq; de his dijudica-
 tum, quæ ad sanctissimum ritum spectant, esse nullo modo poterat: eam ob
 rem ego tanquam de uobis aliquis ubi frequentissimi conuenere, affui. Nec
 enim insicias eo, quæ res est mihi multo iucundissima, uester esse cōseruus. Ita-
 que de omnibus est quæsitum sedulo, donec eluxit illud uniuersorum cōsen-
 sione quod inspectanti numini probatum est, ut ambigui uel illius generis
 quod dissidium inuehar, reliquum nihil sit. Hic cum esset agitatū de festo
 die Paschatis, in eam sententiā itum est, omnes ubiq; gētium hoc nomine ce-
 lebrem habere diem unum eundemq; bene esse. Quid enim pulchrius, aut
 grauius accidere nobis possit, quam aperta ratione & uno ordine constanter
 LI ; obserua-



observare illū diem, ex quo immortalitatis expectatio tradita: Primum istud indignum visum est, hanc ferias ex cōsuetudine Iudæorū agere, qui manus suas impurissimo scelere polluerūt, & animo caeco pro merito oberrāt: cum præsertim liceat abiecta gente ista rectius, quem primū diem ex tormēto crucis adhuc observavimus, ad eandem rationem in futurum omne tempus ex- porrigere. Postea nihil nobis cum inimicissima Iudæorum natione cōmune lit, à Servatore nostro alterā viam accepimus. Et sunt ritui sancti decentia & legitima curricula: ad quæ aggressi, istā conscientiam turpitudinis ablaque- bimus d̄ fratres. Est enim profectō absolum, istos ita iactare, nō doctrina sua prætermisā, servare isthuc non posse. Quid autem isti demum recti videri queant, qui trucidato hero, flagitioso parricidio admisso, lymphari, nō ratio- ne, verum impetu potius incitati, quocumq; perduxerit innata rabies, hac se- quuntur: Vnde veritatem etiā hac in parte non vident, atq; errore inemen- dato eodem anno alterum pascha celebrant. Ergo sequamur isto morbo an- mi aberrantes illos? Quia precor isthuc gratia: Nam uno veritate anno bisel- studio, voto deniq; semper incumbere debeatis: integritatem vestram cum moribus improbiſsimorum hominum nullo cōmercio coniunctam videri. Præterea considerare hoc oportet, ut in tanta re atq; die festo singulari, quic- quam interuenire diuortij nefas esse. Nam ferias unas huiusce nostræ liberta- tis & tormenti sacrosancti ipse ille tradidit assertor, ac unam collectam mini- meq; disſitam ecclesiam suam voluit. Eius partes quamquam locis abiuncta sunt, uno spiritu quod est cœleste numen, nihilominus incalescit. Hoc vero pro uestra prudentia cogitare quam graue, quam minimè decens est, alios in- dulgere conuiuiorū delicijs, alios id ocij dies eisdem ieiunijs addicere: secun- dum pascha, festæ alios remissioni sese dedere, cum alijs esuriales ex cōstituto ferie sunt agenda. Quare uoluit hoc emendari prouidentia, & ad unū exem- plum reuocari: quā rem à nemine existimo ignoratā. Istudq; ita corrigendū est, ut cum parricidis heriq; interfectoſib. omnino nulla communio lociceta- tis esse debeat. Est aut̄ elegans institutio, quam ad Occidentem, Meridie, & Aquilonem, quibusdā etiā locis ad Orientem in ecclesia esse constat. Pro- pterea ad summā pertinere omnes arbitrati sunt, egoq; nihil horum mihi dis- plicere sponondī, quo ista libentius acciperentur à uobis, quæ Romana urbs, Africa, Italia uniuersa, Aegyptus, Hispania, Gallia, Britania, Libya, tota Græ- cia, Pontus, Asia, Cilicia, iudicio uno, una conspiratione retinent. Ea loca non modò ecclesiarū multitudinem superare, verum etiā eandē cōmunemq; uo- luntatem animorū esse uelle, rem sanctam existimare debetis. Hoc profectō uidetur recta ratio postulare, atq; nullum cum perfidia Iudæorū conjunctionis uinculum habere, ut semel dictum sit, ita omnibus est uisum, sacri diem Paschatis eundem esse: necq; enim oportet illam sanctitatē aliqua discrepantia infici. Cui sententiæ astipulari satius est. Hæc cū ita se habent, hancce gratiam & cœleste mandatum recipite æquis animis. Nam episcoporū consensu uene- rabili, quo quidq; cōsilio sit, omne acceptum numini refertur. Ideo fratribus, ut acta sint hæc exponere, nostramq; diei sacrosanctæ rationem atq; obserua- tionem admittere debetis, ut eū uenerim ad uos, & instituta uestra diu mihi desiderata uiderim, unum diem, hoc est hanc ferias celebrem & acerbitatē genere uobiscū etiā censear. Illud enim intelligā, atrocitatem & acerbitatē diaboli, cœlesti potestate, mea quidem interueniente opera deletā, fidem ue- stram atq; concordiam apud omnes maximè uigere. Vos dilectissimi fratres cōseruet. Deus. Huius pōderis epistolas singulas dedit in unamquamq; pro- uinciam, ut tanq; in speculo sinceritatem mentis inspicerēt. Cum autem erat concilium dimittendum, uerba fecit ex compolito ad episcopos uno om- nes die appellatos. Hoc consilium eius fuit, uti pro se quisq; pacē eniterent, contra-

controversias ablegarent, atq; omnem ubi quis existimatione doctrinæ præ- staret inuidenciam: in unius uirtute publicū bonū esse, modò insignes illi de se modice sentirent: quicq; natura essent imbecilla, benigne cederent ijs: quia qd absolutū, idem ubiq; rarissimū sit: uicissim ueniā darent impingentib. ad- mitta quædam & humana, quæ sane multa sunt, hunc concentum discor- dia expertem maximi pendētes. Nimirum ut cachinni occasio tolleretur ab- his qui legem sanctam uexare maledictis usq; paratissimi sunt. Tamen enim omnes saluos fieri maximè oporteat, (si nostræ rationis æmuli sint) cōsiderēt, haud omnibus ex equo fore disciplinis imbui. Quidam mensarū affectū nihil amittere tempestiuū: prensare alij malunt, & honorib. obreperere: iungere dex- teras alij, resalutareq; lautitijs alij delectant, ac omnino pauci literarū amato- res, amicitq; ueritatis. Idcirco medici instar, ut quidq; cuiq; accommodatū erit, hoc salutis causa tribuere, quò plane doctrina salutaris inter omnes ubiq; flo- rat. Horū plurimum admonuit, atq; ita desijt loqui, supplicarēt obnixè Deo, precesq; pro Imperatore diligentissimè funderent. Quib. digestis, ad sua redi- re quæq; permisit, omnesq; lætati animo ad iter ingressi sunt. Cæterum mens- una omnium ad concentum intenta corā Imperatore, tanq; singularem mo- lem corporis homines ad eò disſitos habebat. Exultās igitur optime atq; sceli- tissimè administrata re, literas ad eos dabit, qui senatui non interfuerāt, ut ij fructum longe fecundissimū legerent ipsi plebi, ne exceptis quidē agricolis amplissimum & uberrimū congiariū diuidebat. Hoc ille modo uicelimum im- perij uertentem annu excolebat. at qui pacificis uniuersis, inter Aegyptios illa cōtentio erat, in qua nihil æqui inelle posset, atq; Imperatorē si nō incende- ret ad iram, tamē admodū perturbaret. Itaq; patres appellatos, & altissimi pro- phetas, honore deniq; præcipuo semper habitos iterū aduocauit, toleratēq; ut antea intercessit: orauit etiā munerib. iterum: diariū per epistolā misit, atq; placita senatus a se confirmata obſignauit. Postremò obsecrauit, uti con- sentionē tenerent, ecclesiā ne cōtruncarent, extremiq; iudicij recordationem relumerent. Hæc omnia rescripto singulari. Sed infinita generis huiusce de- die alia plurimis epistolis, illa dispensans ordinansq; admonitis episcopis, ec- clesie quæ cōmodare possent. Plebem etiā num alloquebatur, esse fratres illos & conseruos ecclesie homines dictabat, homo ipse beatissimus. Istæc autem instituto peculiari persequēda alia, ne quod agimus, hoc est historiā cōuellant. Aliud in hominū memoria multo maximū postea exequutus est. hoc uero est eiusmodi. Dominicæ resurrectionis eximium scelicemq; illum locū uenerabilem omnibus, atq; preciosum in primis esse reddendū sibi du- xit. Adem porro sacram moliri, haud impie istud, at impulsus ab ipsius spiri- tu assertoris. Impurissimi quidam, aut omne demonū genus eorū usu & ope- ra potius id sibi negotij dederunt, insigne monumentum illud immortalitatis obliuione sempiterna, tenebrisq; obruerent: in quo, radiatus angelus, ille qui summo cœlo uenerat, lapidem reuoluit ab illorum mente qui durauerant in silicem, utiq; tēmq; in mortuis adhuc esse crederāt. In quo mulierib. ea re tulit, pro quibus euangelia debent fatendū est. Omnino lapidem amouit ab animis illarū, ex quo hinc esse cœperant ad honorem gloriamq; requisiti. Salutis antē quidam impij celestiq; ex hominū memoria depellere parum erudito cōsilio, atq; obtegere ueritatē decreuerant. Ibi multis erumnis alicun- de importata terra locum operiunt, atq; attollunt. Exinde stratum lapide- rum, sic quasi confectō negotio, infame animarum sepulchrū extruxere su- pra, seculum umbrarū tenebricolum salaci genio Veneris addicentes, impu- quæ si tam ominosa, tam spurca ritū lege specū illam salutis opprimerent. Nam miseri nō intelligebāt se aduersari nature, eū putarent illū qui de morte

lauream est reuinctus oculum sinere, id pertractat à se confectum & admiratum: uel ipsum terras illustrantem solem ueterem uiam ingressum generi uniuerso incognitum relinquere: praesertim cum inde animos illuminet, atque mundum repleat ardore & splendore diuina uis. Etsi impiorum ille contra ueritatem machinationes diutissime permansere, nec imperator aut praetor usquam idoneus habitus est, hoc excepto uno amantissimo Dei regnatoris, afflatuque tum incitato. Qui quem locum praediximus infidijs & cogerie hostili non passus est immergi, obliuioni & ignorationi tradi. In tanta quidem perditorum malitia nunquam praeruptus est: at appellato & implorato numine, illustrari locum iubet. Videlicet eius ratio ita erat. Id inquinatum perditae aduersaria manu sentire opere ipsius debere. simul ac imperatum, machinae de summo prouoluntae coequari solo, solui rumpique daemonum imagines atque erroris ades. Atqui praecipuus aut extremus ille minimè fuit labor. Mandat enim de nouo Imperator longissime reliquias huiusce loci ligna, lapides amandari, ut est pene cum dicto consummatum: uerum neque illud satis. Nam solum in auguratum & alte defossum exportata, quasi daemonum colluue sordere, humo, curauit, & ilico absoluit: hic cum diuersum subinde pateret aequor effusa terra, praeter spem ipsum extitit, excellens sanctumque resurrectionis salutis testimonium, cuius simile specie accepisse antrum uisum est, quia tenebris immersum rursus in lucem prodisset. Vbi qui spectatum adirent, explicite sermone miraculorum ostendebat, & omnino melius quam ut ulla uoce fiat resurrectionem Seruatoris asseuerabat. Postmodum edicto pio, regio tamen iam ad antrum construere templum iubet, ut si futuri certus, ad hoc agendum iam diu animum appulisset, tum praefectis in Oriente mandat opus erogatione largissima cum sublimi diuitijs, tum magnitudine insigni. Episcopo tenentem Hierosolymis ecclesiae gubernacula rescripsit, ut insequitur. In quo saluberrimam fidei rationem clarissima uoce significat.

VICT. CONST. MAX. MACARIO.

Tanta est Dei nostri benignitas, nulla ut uerborum officia praesente miraculo digna satis esse queant. hoc enim admirationem omnem stuporem praerit, indicium tormenti sacratissimi tot annis humo sepultum, usque dum interfecto communi honeste liberę familie apparuit ignorari. Ac si quae sunt in orbe terrarum hominum opinione bene docti congruere uelint, atque pro re dignè proloqui, suum tutari locum ne momento quidem poterunt. Nam omnem mentem capacem humani cogitati admirabilitas huiusce rei, tanto superat, quanto ceteros lestes ad consistendum humanis instructiores sunt. Ob id ille primus & summus est scopus, ut quantum in dies admiranda nouitate se ueri fides explicat, tanto animi nostri legis atque temperatę studiosiores sint. Quam rem aut incognitam puto nemini, cupio ut quisque exillimet ante omnia mihi cura esse locum angustum iussu diuino illustratum à me, atque inani simulacrorum pondere exolutum, uti faciam molimine aedificij illustriorem. Nam primum numine sacer est, & ex inuicta fide etiam nobilior. Itaque oportet agere te solerter, & necessaria prouidere sigillatim, ut non basilicam digniorem modò omnium, uerum ita rem comparare que urbium uniuersarum totam eo in genere pulchritudine superet. Ac de tollendo pariete uenusteque & affabre faciendo, Draconianus ille noster qui prouinciarum partes agit, atque isti prouinciae praesidet, istam mihi respicit omnimodam curam. Ego pro mea religione iussi que de te rescissent, ut respicerent inquam, & operarios, omniaque ad aedificandum necessaria dimittri procurarent. de columnis ac marmore que praestare iudicabis, etsi spectata à nobis sint perscribas, ut que quotque opus sunt edocti per te, qui unde ue perferri possint, uideamus. Basilicę fornicem renidere lacunari aut alio opificij genere, tuam in ea re iudicium requiro. si erit laquear, eleganter inaurari poterit ipsa spacia. tu quantum uirtute tua potes, illi facito intelligat operis arbitri punitus, & quibus operis

operis & magistris, & quibus impensis opus est, sed ad me uideas uti non solum de marmore coluntisue, sed etiam de laqueari, si putabunt esse pulchrius, afferat. Te charissime frater conseruet Deus. Id rescripsit, & statim in rem itum est. Ad testem salutis nostrae locum designata noua Hierusalem ueteri aduersa per olim celebri, tum Dominica caede uastata late in solitudinem extremam uenerat, & pro ciuium impietate poenas dederat. Igitur e regione ducebat opus ingens atque magnificum, triumphumque de morte prodigè collocabat. Est illa fortasse noua Hierusalem, de qua permulta diuinitus & dicuntur, & cetera tur oratione bene longa in uaticinijs & respōsis. Primum totius operis caput ille specus exornatus est, in quo angelus ominoso splendore alteros à seruatoris natales ostensos annūciabat. Ornatu uario & columnarum delectu ceterum in primis illud exegerat, animus ad gloriam excitatus. Inde ad locum transiit expositum foelici aure laxissimum, què excellenti lapide instratum amplissima porticu in triangulum posita comprehendit. antro aduersum latus (id aspiciet ad ortum solis) habebat adiunctam aedem Imperatori consecratam, in qua modici nihil immeditare altitudinum, latitudinum, longitudinum. Intus incrustatum uarie materiae marmoris opus, expositi foris ad unguem lapides, illi quidem polituli, atque illam speciem praebentes, ut ornatum marmoreum nemo quereret. Extra ad cōtignationem posita plumbi copia tempestatis hybernæ uindex. Interiorem partem insignitam laquearibus, & sculptura, tanquam ingens pelagus expansam toto domicilio, complexu particularum inter se continente distentam, inauratam, resplendentem undique perfecerat. Aequata longitudini aedis utrinque bina uestibula, testis a quo auro distinctissime aspersis: apposita cum subterraneis ad eundem tum inuisendis editioribus. Illa pro domo columnas insitebant: intus assurgerebant adiecta pila specie admirabili exornata. Porta tres ad ortum multitudinem aduentum capiebant. In conspectu harum corollarium operis ad umbilicum palatii, erat orbe dimidiato, cincto duodecim columellis (hic est apostolorum Christi numerus) argenti fimbria in uertice honestatis. Id donarum perpulchri, Deo suo faciendum locauerat. Vnde progressis ad aedis introitum, spaciū subdiale excipiebatur, tum per gula porticusque, deinde portę atrij, postremo forum ipsum latissimum. In quo uestibulum descripte cōpositum foris in ambulantijs, interiorem magnificentiam admirabilem ostendebat. Hoc igitur ornatu sumptuque regio cōstruxit, expositum Dominicę resurrectionis exemplum: sed huc accessit aurearum imagine argentearumque uis infinita. Adde gemmarum materiam, quarum concinne elaboratum decus ipsa mole multitudine & uarietate, persequi stylo perocis non licet. Insuper alta duo loca specibus singulis reuerenda, studiose diligenterque auxit. Nam quo primum loco uisus & humane genitus est Christus, honorem illi debitum tribuit. Vnde uerò in caelum est assumptus, huiusce collis aut tumuli recordationem celebrè fecit. Hac autem omnia ad obtinendam matrem suę toto tuo memoria, quo de ea mentio superesset, egit. illa enim non praeritendendam operam in re tanta summo hominum bono porrexerat. Nam cum illuc intendisset animum religiosi peccatoris usuram, ut omnium regi penderet, atque saluum tanto nomine, & liberos eius Augustos, id est nepotes suos precariam gratiam refundere debere cogitaret. Anus acceleratione iuuenili, abiit Orientem illustratura, populosque in uisura, certè regia meditatione, ubi limine salutis adorato, iuxta illam uaticinationem congenulabimus ad locum in quo steteret pedes eius: frugem religionis suae posteritati reliquit. Ergo ad quem salutatum uenerat, bina templa dedicauit: hoc ad natale antrum, illud ad montem ascensionis alterum. Nasci quidem subterraneo loco (Bethleem Hebraeis appellatur) in rem nostram pertulit is qui nobiscum est Deus. Quamobrè suspiciendo monumento partem deipare excultum regina illustrauit, atque eum non ita multo post aulicis, statuit, aut ea argenteaque suppellectile matris incitatum animum stimulas, Imperator ipse decorauit. Illa iterum uiam seruatoris in caelum in olluarum more alia machinatione sub-

tionem sublimauit. In uertice qua montis uniuersi fastigiū est, aedem sacram posuit. Inibi uerissima fama constat hominū redemptorem inuiauisse cōiuias suos sacris sacrificiis in specu: cui neq; industria regia defuit adornādo & uenerando. Duo sacraria uberiori cultu perpetuā recordationē merita Helena Augusta in antris mysticis extruxit, intendente dextram, atq; licentiā filio Imperatore concedente: q̄ argumenta religiosi animi esse possūt. Ex quo fructū legit haud ita multo post uetula. Scilicet illa honorū fecūditate, uite curi culo usq; extremū gradum senectutis, exacto, frugē cum officio, tū uerbis eximia diuini mandati esserens, ac cōstāte corporis animaq; sensu uacantem uitam mœstitia exoluens. Hunc exitū pietate dignissimū ad humanā illa scilicet citatem in uita adūxit Deus. Orientē enim imperatoria celsitate licenter obibat. Ad quā urbem cumq; appulerat, infinitā pecuniam cōferre multitudine, atq; singillatim aduentibus effundebat: equē ordini militari erogabat, opus stitūtis omnino multa, hominibusq; nudissimis stipē, & ad integendū corpus abūde suppetebat. Alios aeterna accisos, a uinculis metalisq; absoluebat, augebat fortunis, alios ab exilio reuocabat. In quib. officijs excelluit: & ea tamē q̄ religionis erant minimē neglexit. Itare ad ecclesiam uidisses, aedulas & sacella diuini suppellectile cōponere, ne tenuissimorū quidē oppidorū templa omittere: uenerabili & frugali tamen habitu se cū cœtu hominū sociare: quē ad obseruationem cultūq; numinis attinerent, omnia studiose & amāter exequi. Cæterū post aui lōgi cursum (tenuerat annos circiter octoginta) ad optabilem sortem accersita, cum uentū ad extremam lineam est unigeno filio, singulari orbis terrē moderatori, nepotibusq; eius liberis Augustis, ultimū iudiciū p̄finitens, ad tabulas perrexit. Hisce quicquid usquam possideret, assignauit atq; dispersiuit. Hoc pacto in re sua testata filio Imperatore presente qui astabat ipse, & manū cōtingebat, ita discessit ē uita, ut nō mori illi quiretē sentiret, sed ad celestem uitā de terrena cōmigrare uideretur. Proinde naturam ab interitu liberam atq; angelicam profectus ad autorem suū animus induit. Ipsum corpusculū sedulo asseruatū, multa manu in urbem allatū est, & amplissimo sepulchro conditum. Ille matris obitus indelebili memoria dignissima, cum propter res gestas, tum ob mirandam supraq; hominū opinionem plantam consistam. Quam isto nomine maternæ sanctitatis esse p̄dicandam puto. Nam obseruantissimā numinis antea minimē talem effecit, ut ab ore Dei alicuius edocta ab ineūte puēritia crederetur. Illā regia maiestate & dignitate semper habuit, ut a militib. Augusta ac regina putaretur, as aureus eius imagine percussus ederet, aeterni potestatem fecit, ad utendū ipsū auctoritatē atq; cōmendationē filius addidit. Ea propter hoc inferre uisum est in quo honorificentissimē habita & tractata genitricē legē impleuit, ex quo & bono de parentū honorib. agentem. studiū uero sedulitasq; Imperatoris in Palaestina ita exarsit, ut in prouincijs alijs aedificaret templa lōgē quidē alijs et precio & dignitate p̄stantiora. urbē cognominē eminente fastu sacellorū, aedificijs amplissimis ornatissimisq; martyriū monumētis intra murū, at in suburbio illustrauit. in quib. exulta memoria sanctorū Deo ciuitatē uniuersam dedicabat. Omnino diuina sensa callens expurgatā imaginū cultu equū esse duxit ex se appellatā ciuitatē: ut ibi nusquā signa deorū superstitione exculta uiderent, aut altaria maiorib. hostijs ingnata, Geniales feriē et cōsuetudo uentus abrūperetur. Media fori platea, qua fons emanat insigne boni pastoris agnouisses ihs bene familiare, qui a sacra pagina recentes sunt. Etā in aere cum leonibus efformatū Danielem auri bracteis egregiū opus. Ille certē inuaserat in animū regium celestis amor, ut alta regū palatia quo p̄sertim domicilij eminentia loco parebat, ad summam laquearium contignationem sigeret. In quo crucis in explicata latē tabula, gemmisq; in auro dispositis discessit luculento.

luculento. Nam istae bono uiro excubiae palatij firmissimae uidebantur. Ita ille urbem accurabat. In Bithynia templū rarā molis & artis priua impensa prima riq̄ cōfecit, in oppido qd̄ uniuersae gentis est caput, atq; illic itidem praemia de profligatis hostibus excelsa posuit. Aliarum nationū urbes quasq; praecipuas hoc ipso genere illustrabat, quo pacto metropolim Orientis de Antiochi nomine appellatā. Nam quasi in capite quodā gentiū, singulari magnitudine & pulchritudine aedem sacrā fecit. Primū ingenti muro locus ab eo designatus est: tū intus aedes immensa celsitate, figura sessuū octonorū. In his edicule plurimae, sellae circumpositae, editi ac subterranei secessus undiq; frequentes. Postremo ipsi toti molis auri magnā & aeternae, deniq; quicquid esse in precio potest, aspersit. Ita illius insignia maximē donaria. Verum ennuero qui nuper hominū uitae diluxerat, eundē seruatorē in Palaestina homini probo uisū esse ante multa cōperiens (huic loco Mābrae quercus est nomen) illic inaedificari facillū iubet, et p̄fectis auctoramentū ad p̄sequenda uisa rescripto Imperatoris in quincias est datū. Et mihi ad historiam accincto scripsit uberiore disciplina: id descriptū adeo intelligēde penitus diuini hominis sollicitudini apponā. Mihi ergo de his q̄ fieri hisce locis acceperat subiratus in haec uerba rescripsit.

VICT. CONST. MAX. AVG.

Macario ceterisq; Palaestinae episcopis. Hoc unum summum curae meae sanctissimae beneficium est erga uos, hominum nequam ad haec usq; temporis desperationem ignoratā a me annunciari, totumq; uigilantia mea non tam sero quam utiliter emendatum: delituerat enim error incuria, quae uehementer est iniquitas, sacrosancta loca spurcissime contaminari. Quid nam igitur aut quale fratres esse possit qua de re percussus animus haud reticeat unquam propter illam aduersus Deum reuerentiam: locus est nomine Mambre queream, olim uti didici sedes & lares Abrahami, illū superstitione quorundā seculum esse aiunt. Erigi simulacrum pestiferum, extare aram, cōtinenter atq; impure quidem litari. Quod cum est imperio nostro alienū, lociq; sanctitate perindignum, sic habete. Me dedisse literas ad uos Acurio comiti praestabili, nec amico minus, ut ne minimā dilationē tēporis ad ea quae isthic erunt idola conremenda, aramq; solo adaequandam, poena uindicandū sit, impiē quod a genti illa religione contra iustum. Basilicam adornari mandauimus, ut ibi sit hominum honorū curia quaedam elegans: si quid aliter erit atq; praecipimus huiusmodi literis, oppidū cōmoneheri me oportet, ut qui deprehendit ex lex, ille seuerissime puniatur. Isthic Abraham uidisse principē uniuersitatis, & cum eo colloquūtū cōstat. Inde esse legis atq; sacrosancti ritus initū. Eo loco primum cum duob. angelis Abrahamo uidentū se Deus exhibuit, ibi ab hominib. agnosci cepit, ibi de futura sobole praedixit atq; pollicitis stetit, ibi gentium plurimarū patrem fore Abrahamū declarauit. Haec cum ita sunt, ad me pertinere iūme puto, euerri culū adhiberi, maculamq; omnem detergi, se abhorres. Hoc autem curae uestrae sit, ad meamq; rationem religiose institutam manū detis. Atqui integritatem uestram nō defuturam esse spero, uos clarissimi fratres cōseruet Deus. Omnia ista imperator maximo Dei ornamento cōtrahebat, hac obseruantia perseverabat. Hominū animos superstitione exortos arguebat, unde templorū in urbib. uestibula exui foribus, atq; exitū nudari, dirumpi tecta, solaria cōuelli: quicquid ex ere propter antiquitatem cōmendatum in quo ueterū erratio, toto foro prouolutū est in urbe regia, turpe theatrum fuerit isthic Pythij, illac Sminthij. In circo Delphici triones, Heliconides in palatio erant. Planē quae gentibus asseruabantur aenea ligna miraci magisterij Constantinopolis eo genere tota rescriebatur: hisce deorum titulo cum hecatombe frequentissima holocaustū datum est, in ualente annos innumeros in postura, donec aliquando cōceptum est, ista cum ludifica.



ludificatus esset Imperator ad meliorem mentem deveniri. Alio autem tradu-
 ctæ sunt aureæ statuae. Nam agnita multitudinis infantia larvas aureas atq[ue]
 argenteas miserè extimescentis amoliri tanquam lapidum offensacula ingre-
 dienti viam caligine & tenebris: simul iter ad regiam bene munitum, neq[ue]
 nimè salebrosum oportere esse credidit. Huius ubi illi uenit in mentem, neq[ue]
 militiæ, neq[ue] graui armatura deprehendendis ijs opus esse arbitratus est. Vn-
 modo atq[ue] alterum ex amicis adiunxit, in omnemq[ue] gentem oculari nutu di-
 misit. Illi cum singulari pietate regis incitati, tum religione sua in conspectu
 nationum populorumq[ue], in oppidis, in agris errorem antiquissimum euer-
 bant. Elegantes illos antistites atq[ue] rituum sacerdotes adducere ex adytis & an-
 gulis ad lucem non absq[ue] risu, deos etiam cum ignominia proripere iussim
 erat. Vbi deposita persona, turpitudine formæ deorū uelabatur in oculis om-
 nium. Postea iustitiantes, aut alias arte fusoria quod in rem erat asseruantes,
 si quid reliquū erat, turpitudinis esse monumentū facile patiebantur. Atq[ue] pra-
 da facta de simulacris umbrarum preciosa materie, similiter ad alia perrexit
 ænea. Hi tum uincti dijs, sed in fabulis illis uetustate cariosis, obductiq[ue] rege-
 tib. ex pilo uehebantur. Interea ueluti luminosam faciem incendisset omnem
 in partem oculo contendit, num quæ superstarent reliquie erroris. Ac quem
 admodū delapsus ales è caelo clarissima firmissimāq[ue] acie peruidet ab alto se-
 iuncta loca longissimè: sic in administratione populari quū esset, atq[ue] in regia
 uersaretur, ut è specula tendiculas & animorū pestem latentem in Phœnicia
 prospexit. Locus erat & templū haud aperta regione uel foro, qualia urbes
 ambitiosæ ponere: nullus eò callis aut semita, nō triuuijs aut angiporū nota se-
 des: sed in tumulo quodam libani, Veneris genio impura sacra. Loco nomen
 est Aphaci, schola malitiæ & libidinis in exugendo corpore sibi indulgentib.
 Tanquam mulierculæ uiri certi, sed qui plurimum à uiro aberant, neglecta
 maiestate naturæ, muliebri prurigine demonem placabant. Vbi infamis mu-
 lierum susurrus atq[ue] matrimoniorū fraudes, actus & uituperabiles & nefan-
 di, q̄ secessui referenda sint accepta: nempe summotis arbitris, audientēq[ue] nul-
 lo, nisi si omnis abesset authoritas, adire. Verūtamen ista illū non effugerunt.
 Intuitus enim qua maturitate Imperatorē decet, indignū luce solis esse tem-
 plum iudicauit, uniuersa obrui imperauit. obruta dirutaq[ue] sunt omnia regio
 nutu. Coacta manu lustrata regio est, exterriti minis ad temperantiā libidino-
 si impudiciq[ue] diuertere. Quo modo Greci illi prudētes opinione hominū (su-
 perstitiosos intelligo) quanta sua leuitas erat, aliquando percepere. Nam cū
 pleriq[ue] sapientū habiti loco, demoni cilicio dantes operā hallucinarētur, atq[ue]
 medico salutari nunc in somnis apparente decubentibus, alias aggritudinē di-
 pellente, qui uerè animos profligabat, à Deo auerrebant, ut erat ad errationem
 quisq[ue] propensior adducebat. Huius adytū euerit seruatorē ac amatorem De-
 um opponēs ex more iussit. Ad q̄ uultus speciem exequatū solo monumentū,
 tū, una philosophorū miratio decāta, cæcū mali genus erutum de latebris,
 animorū scopulus annos sexcētos ad errorem cōpositus. Ita pollicens aliene
 calamitatis expulforē fore se, tutari non potuit ex re magis quā olim, ut est
 fabulose proditū, fulmine ictus. In his autē Imperatori nostro felicissimè cadē
 tibus, ut ipse Deo gratificaretur, inest fabulæ nihil. Imo aperta ui numinis sic
 euulsū templū est, ut ne festigiū quidem prisce dementiæ remaneret. Om-
 nes addicti genijs antea intuitu manifestariū lapsū, atq[ue] solitudinem lucorū,
 aut istam nostrā rationem salutis accedebant: aut, si nō id agerent, at infaniam
 tamen illi maiorū inculabant, ac receptos antiquitati deos irridebant. Aliet
 aut qui sentire poterant imaginum fucū tantum sceleris illa machina conclu-
 sisse dignoscentes: Nam aut suberant ossa cadauerū capitūq[ue] rudis (ita præ-
 stigiæ magistri factitabāt) aut tritissima lacerna colluue oppleta, aut de sceno
 uel arundine storea. Quæ quū in motu experte materia cōgesta cernerent,
 antiquitatem

antiquitatem stultam dementemq[ue] astimabant. Ideo sanè maximè quod in a-
 dytis & angulis, atq[ue] ne in ipsa quidem dæmonū mole, non genius aliquis aut
 oraculi interpres, aut Deus, aut uates inspicere possit, ut erant antè semper arbi-
 trati, imò nec hebetis spectri aliqua species opinio. Quapropter omnis siue
 secessus, siue specus, à rege missis & patebat, & calcabatur à militē sacratiores
 interioresq[ue] adyti: ex quo patere possit, aberasse gentem innumeris prope se-
 culis, & mente minime constitisse. Effusi in libidinē suas appellatione tenus
 uxores filiasq[ue] pudicitiam prostituere permittebant. Sed ab Imperatore nu-
 per ea castigata sunt, & emendata lege. Conscripsit in hanc etiam rem sollicitè
 causa potissimū numinis, ut homines omnes ad studium temperantiæ cōuer-
 teret, edicta & decreta, quanquam alloquutione sua per epistolam minime
 dignatus est, eoq[ue] ad ueri cognitionem incitauit. Et hic orationi consentaneū
 opus, amplissimam eadem sacram extruxit. Inaudita res, ab orbe condito nus-
 quam gentiū cognita, nunc enata recens: urbem occupatam à demonum cul-
 tu, Dei templo, presbyteris & diaconis exornari, sacratum episcopum eo loci
 considere: porro cogitans ut adire plures in animo haberent, ad leuandā ege-
 statem optimè prouidit. ac cum prætermisum ab eo nihil esset, hūcce libenter
 insequi uoluisset, qui siue prætextu siue fiducia ueri esse prædicandū Christū
 dixit. Igitur hilarè uiuentib. omnibus, ubiq[ue] auctiore ecclesia, denuo inualit
 infelicitatem nostram inuidentiā, arbitrata Imperatorem fastidire posse dissi-
 dia isthæc, alienioremq[ue] fore. Incensa enim prægrandi face, tragicam sortē ec-
 clesie. Antiochiensium immisit, & penè urbs ipsa est uastata funditus. Abie-
 rat plebs in partes, optimates & legiones ensem distringere tanquam hostes,
 atq[ue] manum cōserere uelle uidebantur, nisi timor ab Imperatore furiosos im-
 perus euertisset. Atq[ue] iterum illa regis æquabilitas medici animorū instar, di-
 cione curationem ingressa, legationem fidelissimo homini in toto ordine co-
 mitum ultro credidit. Ad pacem inclinarent, & ea quæ piè sunt ad eunda mu-
 nera, frequentibus literis admonuit atq[ue] adduxit. Nam epistolis excusauit, au-
 tari mali sibi cognitum asserans. Ego literas eruditionis atq[ue] compendij
 recordationem referant, cautio est. His uero intactis inseram quæ de fœdere
 perpensa & cogitata rescripsit. In quibus hortatur, alienum in exequenda pa-
 te ducem ne requirant, sed ecclesie instituto pastore deligere, qui a Deo desi-
 gnatus est, ad plebem episcoposq[ue] excellenter rescribit, ut sequitur:

VICT. CONST. MAX. AVG.

Populo Antiocheno. Huius uniuersitatis altitudini sapientiæ & prudentiæ
 concordia uestra gratior, ac ego fratres immortalē amicitiam amplecti uos e-
 quum puto estimare, cum uita institutis & legē, tum uerò studijs uestris ad-
 monitus, is enim demū bono frui mihi dicitur, opinione recta iudicioq[ue] sano
 quisquis erit. Ecquid ea re uobis aptius? equidem admirror, ad inuidiā quā
 ad salutem apud uos plus ueritatē posse. fratribus autē ad unum larem focūq[ue]
 ex studijs coniunctione, & uia ingredienda pariter ascriptis. Ecquid unquam
 melius aut accomodatū magis, quā de sorte conditione cōsentire? cū
 pferim animi uoluntatē uitæ norma, lex, emendatrixq[ue] late castiget, atq[ue] noti-
 tum erit quid isto principio mihi uelim. Atqui non recuso dicere. Legi com-
 mentariū, in quo Eusebiū episcopum Cæsareæ, quem propter eruditionē &
 religionem iam dudū familiarē mihi feci, suffragio laudū blandientes hominē
 traducere ad uos entimini. Qua me tū fuisse mente creditis ad inquisitionē
 boni fatū quā de studio uestro sollicitudinem cœpisse. O sacrosancta fides
 illa, si p te uitæ curricula darent, in quib. essent impressa Christi uestigia. Ipla
 quidem molestè peccatis obsisteres, nisi denegares operā promercalē, sanè ar-
 bitror ab eo stare uictoriā, q̄ paci firmus adherēbit, & qua in re cuiusq[ue] deo
 Mm rum uer.

OPA AVS B (A) S R

LIBER TERTIVS



OP. AVS. B. (A) S. R. U.

rum uertitur: hoc uero qui non amet, esse nullum dixerim. Quid oro sumus eo consilio potius, ex quo nisi contumelia nihil alijs afferamus: uel qd illa atra hamus qua nostram fidem labefactent? Dilaudo profecto hominem, quem dispensationem & gradum promereri existimatis. et si debilitari illud minime oportet, quod ubiq; integrum firmumq; esse par est. Atq; ad ea dijudicanda quae stant utrobique uiribus suis, arbitrium unius haud aequum tanta rei fore certum est: idcirco iudicij istius alij collegae assumendi. In tranquillo nihilq; conturbato reru statu uideo p omnia equabiles ac uotiuas in ecclesia dignitates. Istud aut nullam rationem habet, auctoritatem unius ita crescere, ut illam inspectionem, ad cuius normam quouis euentu placita sacra redigenda sint, immittunt alioru de comuni lege iudicio teneat. Ego quidem sic interpretor, infringi magis eo dignitatem, quam retineri homini locum: atq; uigerenda esse rem, non aequitate, utrauis obrinente sententia. Dicam audacius, atq; plane profitebor, quod querele semen, hoc atrocioris initium dissidij fore. Nam dentiu fabricatam ingeniumq; arietes grandiusculi, cum iam pastoris anti qua uigilantia labafcit, atq; tractatio cui prius insuerant, expronunt explicantq;. Quo loco, si non fallimur, & dicuntur ista uere fratres, hoc primum dispicite, quo de maxima commoda sentietis. In primis ingenua liberalisq; dilectio isthuc, non erit aliqua in re deterior, deinde si considerate & consulte dimissus isthuc, in tergra que diuinitus illi obtigit esse dignitate queat. Etenim suffragii probitatis existimabit esse beneficium aduersum se uestrum. Ad haec qua opinio ne fui semper) adhibete diligentiam & studium omni seditione expulsa in e uiro perquirendo qui uobis ex usu sit. fuit enim adhuc, eritq; diuersoru inter se collatio, de qua flamma prorupat. Ita uero, me bene Deus amet, ut uos fratres, atq; uestrae mansuetudinis stationem deamo: Cuius exanclata colluue, morib. inducite concordiam, metam ponite, stadium ingredimini in conspectu, clauum (sic enim dicam) ferreum habete. ita quidem caducum dicitis in mortale. Nam quib. rimosa erat nauis, illa sentina tandem constat exhausta. Quaeso prouidete singula quo pacto monui, ne temere quicquam attentasse, aut omnino factitasse uidear. Vos charissimi fratres conseruet Deus. Epistola Imperatoris ad me episcopatum ecclesie Antiochenae abrogantis.

VICT. CONST. MAX. AVG.

Eusebio. Plenissime episcopatum noui, quaeq; facta sunt ad amulsim ecclesiasticae doctrinae omnia intellexi: propterea uelim in his insistas quae sunt accepta Deo, uidenturq; traditionis apostolicae similia. Te beatu esse certo scio, qui orbis terrae iudicio fere dignus habitus es uniuersae ecclesie cura. Nam si tui desiderio omnes aequae tenentur, illi proculdubio tuae felicitate adaugere. Tua uero sapientia diuinum institutum atq; apostolicam normam apud se libatam esse uolens, optime Antiochenis episcopatum deprecata est: & quae a numine primum accepit, huic immori cupiuit. Ea de re ad populum referpsi, tuosq; illic collegas, quod ad me hac ipsa de te mississent, quae tu cum lege ris, ut es animo casto, intelliges facile me hortatore Deo fecisse, quia reclamabat equitas. Illorum consultationi tu interesse debebis, ut in ecclesia Antiocheni id fiat. Te charissime frater conseruet Deus.

VICT. CONST. MAX. AVG.

Theodoro, Theodoro, Narcisso, Aetio, Alphazo, reliquisq; episcopis agentibus Antiochiae. Legi literas uestras, & Eusebii uestri initioru socij, consilia probaui: & cum partim epistola uestra omnium essem quae facta sunt admonitus, partim ex Aetij comitis in contubernio nostro nobilissimi, ratione aequa inuissem, rescripti ad populum Antiochenis, quod Deo non ingrati, & ecclesiae conducibile futurum est. Hoc ad umbilicum huius epistolae inseri iussi, ut me nisi boni & aequi consulentem id egisse possitis arbitrari. si quidem hanc in sententiam litera uestra fuerant, ex populi iussu & consulto uestro, Cysares praefectus Eusebius

fectus Eusebius certe uir integerrimus, ecclesiam Antiochenam uti accuraret, atq; illi pssideret. Eusebius omnia longe secus, & ad ecclesiam tamen instituta retinenda faciens. Etiam mea uoluntatem uos ignorare minime decebat. Ad me uenerunt Euphronius, & ciuis & presbyter Cysares Cappadocum, & Arthustiorum Georgius, in hunc ordinem ab Alexandro episcopo Alexandriae cum fide probata essent, ascripti. Itaq; prudentiae uestrae fuit, sanotari designatos ad obeundum munus istud opinione uestra parum idoneos, ut apostolicae traditioni respondeat omnis ista actio. Nam ita comparatis ijs ex ecclesiae regula atq; apostolica norma, uocare comitta poteritis, ut ecclesiasticae disciplinae ratio premonstrabit. Vos charissimi fratres Deus asseruet, Posteaquam edixit episcopis hinc in modum, omnes uti numini fauerent agebat. Expulso dissidio, atq; ad unum concentum ecclesia reuocata, conuertit alio animu, quod dam genus impioru quasi toxicu ex hominu uita ut tolleret. Ista lues specie aliqua uastabat urbes. Hosce pseudoprophetas sacra pagina rapacesq; lupos appellat his uerbis: Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intus autem lupi sunt rapaces: a fructibus eoru cognoscetis eos. Eiusmodi gentem exegit edicti seueritas emissi ad singulos nationu gubernatores: sed ad legem addidit uite disciplinam, quae homines illos ad poenitentiam prouideret: nam portum salutis ecclesiam Dei fore ostendit. Verum tute ipse potius audias qui per literas istos affatur.

VICT. CONST. MAX. AVG.

Hereticis. Ex promulgatione edicti accipite Nabatiani, Valentini, Marcionis, Pauliani, quicq; Phryge cognomento noscimini, omnes summatim qui sectas in conuentibus habetis, agnoscite, quantis est mendacis immerfa uanitas ista uestra, ac quato ueneno doctrina constat: ex qua ualere dinarij de factores, omnia penes uos inimica ueritati uitio consonant, ineptiarum & scelerum similia. Quibus adornare mendacia, simplices opprimere, negare lucem si delib. aspectu religioso fallere, delinquere, spurcissima reddere omnia soletis. Conscientiam uniuersiu scq; pudicissimi innocentissimiq; plaga letali percussis. Diem (si dijs placet) ab oculis hominu eripitis. Vbi me singula persequi tum nolim, tum aduersus impudicos & procaces ista dicere, neq; more breuioris est, atq; ocn nostri multo minus. Ia enim ille nugae deformes et immo-dicae, tam uecordiae plene, ut dicere instituentem dies uniuersus desituat. & aurem etiam substrahere talibus, atq; oculum auertere conducit, ut ne fidei nostrae sinceritas aliquid sceleris imbibat exponendo singillatim. Quid ista ne tandem ferenda diutius? auiditas ipsa prolixior tanquam pestilente morbo uel bene ualentes inficit. Cur ergo ope populari non euellitur, atq; radicitus excinditur illhaec malitia? Certe quia internecionis huiusce uestrae ratione ultra ferendam non puto: idcirco uobis in posterum interdictum est omni conuentu. Domos etiam in quib. senatu habebatis eueri non si publica modo, nam illuc euasit ista cura ne uel in priuatis adibus, aut omnino secessu malitiose sectae infania cogeretur. Quandoqdem hoc longe fatius est quib. religio uera cordi sit ad ecclesiam catholicam descendere, cum eius integritate comertu habere, sic illi ueritate consequent. Nostri huius seculi ab optabili cursu animi contorti error absit, haereticorum, inquam, ac quorum ad seditione uitor beatitudinis esse quam numine fruimur eos qui expectatione meliore ducuntur, ab errationis insolentia ingredi tramite rectum, lucem a tenebris, a uanitate ueritatem, salutem a morte distinguere, atq; adipisci. cui procurationi eula, nullae prorsus ad quas adoretis (haud scio facella ne dici promerentur: a des, sed e uestigio tradatur ecclesiae singula. Intercessio ne esto. Reliqua loca

Mm : popul

populi sunt, ne qua uobis uspiā coeundi facultas esto. Ne autē publice aut priuatim ex hac die nefarij congressus esse aliquis princeps audeat. Edictum ita esto. Ita diuersę factionis explicati et resoluti principali edicto cuncti, pulsa belug, principatus ille dissipatus est. Hi quib. impositum fuerat, alij degenerate sentu, cōpulsū minis, ecclesiam adire, tantisperq̄ tēpori inseruire. Nam scrutari libros erat ipsa lege cōprehensum, uetitisq̄ nonnulli maleficijs operam nauantes adstringebantur. Ex quo omnia simulatę salutis causa fieri quibusdam. Alij forte cogitatione synceriore ducti, desierunt ad spem meliorum. Quibus apte dijudicantis ecclesię presides incumbere, agere animo quo, atq̄ agni uellere coopertos experiri tempore, deinde concriptos annotare, ad populum referre: sed ea dū fiunt in prauę opiniosos homines, admissi illi facile quorū expers erat impietatis eruditio, tamenli ob cōciones olim turbulenta a communione defecerant. Itaq̄ gregatim, quasi colonia profecti, redire in patriam, recognoscere ecclesiam parentem a qua diutius abfuerant, illa postliminio reuerli iucundissime frui. Ita demum cōpacta membra centum singulari totā molem reddiderunt, & ecclesia conuersa in sese tota uis quam hęresi seditione ue relixit. Id uerō unicū ab orbe condito factū homini Dei tutela preclaro, cum acceptum etiam relatum est.

EVSEBII DE VITA CONSTANTINI IMPERATORIS, Liber quartus.

Hęc negotijs ad exornandam ecclesiam ædificiorum uarietate distinctus, utq̄ minimē petulans haberi Christi disciplina posset omnia connixus, alia tamen externa non ita iacere sinit. Vbi prædictum frequenter officium populis, atq̄ paterna sollicitudo demonstrata. Vbi si consuetudo hominum ferret, honores allati multis, excelsosq̄ animo nihil non impertitum est omnibus. Imperatorem qui postulando frustra tentauerit esse nemo dictus est, a scopo nullus aberrauit in expectanda gratia. Stipem illi, alij possessionem, fasces alij consulares, aut honorem patricium erogabat. Hi tribuni, alij primō comites, secundo nonnunquam, uel etiam tertio ordine. Pleriq̄ gradibus honorificentissimis. Quo enim plures excoleret, adinueniat ille genera permulta. Veruntamen ad hominū uitā molendam quid quantumq̄ attulerit exemplo non plus uno repetito nulli intellectu aui huiusce, perē quidem estimatio facilis. Quadrantem uectigalis annui quod appendi fisco certum est, integrum remisit, ut si rectam rationē in eas quarto demū anno reperias immunes uti frui suis reb. id lege sancitum & translatum interuallo ad heredes, Imperatorem gratiosum etiam apud posteros effecit, atq̄ eius memoriam a temporū malignitate uindicauit. Quod autem institutis antiquorum principum agrarijs opprimi locum suum non nulli dictitabant, ex æquo iterum decempedatores ab eo missi, qui de iure suo cuiq̄ uti cautum esset, agerent. Vbi considerat ad dicendum ius, esse detriore iorte neminē oportebat, uictio quantum decesserat apponebat aut signatam pecuniam aut fundū, ut eodem regio aspectu dignati, pari gaudio & fortuna triumpharent. Etenim a tanto rege delecto ac tristi uultu discedi nefas. Igitur uterq̄ fronte ad hilaritatem cōposita abire iudicio, demirari uehementer omnes Imperatoriam maiestatem. Quid attinet hoc loco subactam Barbariem dicere? Nam Scythas atque Sauromatas antea seruitutis ignaros, inuitos quidem illos appulsi ad iugum, Romanūq̄ dominum agnoscere coegit. Scythę olim moderatores exigere tributum, atq̄ annum uectigal a Romanis accelsioni solebat esse Barbarę genti. Quę semper odij plena ratio Imperatori uideri, sed ad æquas illum uictorem pensiones adigi flagitium esse posse. Quapropter ope celesti fidentior insigne salutis admouit, ac momento debellauit. Imperiū si qui detrectarent, exercitu castigauit, reliquos facundia lega-

tionis flexit, a fero immaniq̄ uiuendi genere ad urbanā, id est ipsa lege coercitam consuetudinē adduxit, atq̄ Romanis inseruire tandē a Scythis est decreta. At Sauromatas ad Constantini pedes factū aduoluit exultantes, et audacia quadā barbara sublimes. Aggressorib. Scythis, illi uocauere ad pugnam seruitia, quibus ubi primum euenit iisdē ancilibus, in dominos inuasere atq̄ de larib. & domo deiecere omnes. Iis portus unicus Constantini fides extitit. Nam generis conseruandi non insuerus, hosce Romano solo accepit, idoneo tū delectū ad suppleudas legiones habuit: alij agros ut excolerent, atq̄ necessaria ad uitam cōpararent, addixit. Vnde bene uertisse casum opinati, Romanā libertatē pro barbara feritate capellebant. Exterę nationes sic ad imperiū adiunctę. Harū legatione regiā frequentari, donis oppleri superbissimis. Ego profecto cū adirem aliquando ad Imperatorem, incidi forte fortuna limē ingressurus in ordinem barbarorum astantium uultu honesto, proceritateq̄ speciosa: quorundam uariis erat habitus, horum in persona decorum aliud: in coma barbaq̄ non paruum discrimen inerat. Oculi torui & minaces, sed admiranda tamen præcipue corporum id etatis immensitas. Aliorum in aspectu rubor, aliorum niue candidior, & aliorum modicus. Etenim Blemmig, Indi, bipartito positi, Aethiopes, hominum deniq̄ ultimi theatro minime desere, qui suo quisque loco, hercle tanquam in tabula regi munus afferebant ex facultate gentis: illi coronas aureas, hi diademata uniuersa de gemmis, alij xanthocomos & uestes uarie textas, equos, hastasq̄ nonnulli non absq̄ sagittis & arcubus, in quibus illi societatem & operam Imperatori non inuito despondebant. Ille uerō cū ijs ita sua compensabat, ut qui uicissim reciperent, omnes essent horę momento ditissimi. Nobiliores honore aliquo imperij demerebatur. Inde patrij soli quidam obliuisci penitus, eiusmodi uotitas habere sedes, has ex animo complecti. Enim uerō familiaritatis istius rex Persarū cupientior, amicitia notam, munera cum legatione dimisit. Hunc autem quam principem fœderis, eo studio longē post se reliquit accepta lege. Vestiana audita fœcunditate Pelicę regionis, ibi uidelicet innumerabiles in Christiana caula stabulari, hoc inter nuncio lætior, ut omnium tutor ubique loci, denuo quę prouidenda illic erant, prouidit. Epistolę ad regem Persidis exemplum.

SACROSANCTAM FIDEM

obseruans, ego ueritatis indispisco lumen. Illo uiam premonstrante, fidem sacrosanctam agnosco. Religionem optimam sicut ipse res declarant, hęc esse duo iudico. Magistrum numinis intelligendi, obseruantiam istam habere me profiteor. Huius auxilio & ope Dei fretus, incipiens ab Oceanis finibus orbē terrę ad spem crexi, cuius undiq̄ accisę opes a constante tyrannide prope itā exoleuerant. Indelebili memoria Deum colo uenerorq̄: suspicio casto pectore sublimis incolentem: congenulans appello. Ominosum sanguinē, odores insuaues execrandosq̄ fugio: omnem terreni desiderij scintillam uito, quibus innoxum nefas uniuersos orco populos, nationesq̄ mancipauit. Nam quę sunt a Deo prouisa necessarię pro benignitate ac clementia sua, hęc unum quęq̄ rapere ad cupiditatē minime feret. Immaculatū animum atq̄ illibatū profectis ab homine exigit, ex quo pietatis & uirtutis officia perpēdat. Humanitate atq̄ mansuetudine capitur, odit improbos, amplectitur humiles, fidem amaret, illius hostem punit, omnem fastum similemq̄ potentiam demolitur, uel tibi inuicias, superbia elatos deiecit, angustis & minutis omninoq̄ tolerātib. aponit. Ille plurimi faciens imperij æquitatem, corroborat ope sua, atq̄ regiam prudentiā continet aura paciis. Ego me labi frater, unum Deum omnium parentem, cum esse dico non existimen, etsi erroribus impediti nostrorum Imperatorum pmulti id denegarunt. Exitus autē uindex, in eos edidit exempla quę posteritas ijs opponat, qui sibi istos ad imitandum postea assume-

rent. Eorum unum credo satis iratis actum hinc, turbine deportatū ad uos esse, qui tropheum nostrū huius ignominia generis nobilem prædicaret, hocce nimirū sumptā uindicta de pestifero illo seculo triumphare. Vidi equidē ipse paucis his diebus, astringentem se Deo plebem illicitis & nefandis qui exercebant. Ea propter habeo gratias altissimo, quod apud omnes una diuina lex, adiuncta pace regnet, uniuersi gaudio dililiāt. Inde secuta nobis omnia confido fore, liquidem phato ritu cōcordes adducet omnes ad se. Illa nomenclatio, Christianorū inquam hominū, oro te, quā audiēti mihi suauis est: Ore uestrē bonā partem adornatā ut optauit, quod equidem tibi illisq̄ optimum fore constat uniuersi conditore propitio. Tibi quando tantus es atq̄ pietate notus, istos credo, tradōq̄. Dilige quam potes arctissime. Nā ita fueris mihi amantissime gratificatus. Hoc pacto quasi populorū omnium gubernatore uno, cum nemo non gratanter acciperet, institutam uero probo tempus, nusquā imperitū fluctuaret, hominum ubiq̄ uita iactari desinit. Hic Imperator autem aduertens pro se facere priorū uotā, corrogabat ipse necessarie, supplices ad eadem sacrā adorabat: idemq̄ ut sua causa facerent ecclesiæ præsidēs, admonēbat. Eius autem in animo fidei uis insita, quæ quātū uel fuerit, inde maxime cōficiās. Aurei nummi tum percussi illum deformatū erecto uultu, sursum aspicientem supplicis in modū, & intenti Deo, gerebāt. Hicq̄ orbe Romano uniuerso uulgares erāt: In limine regiē ad ipsas fores in editore uestibulo piagē batur, in cœlū cōtrens, & elatis, ut adorātī mos est manibus. Ergo supplicem se uel in tabula prædicabat. Etia lege interdixit, ne quis eius signa dedicaret in lucis & facellis idolorū, ne uel adumbratā delineatione speciem inquinarent. Ista uerō quanto grauiora uideri debent, in palatio uelut ecclesiā esse, Imperatorē huius studiū principem & autorem domesticis: ipsi afflatu cōscriptis oraculis appellere animū, uersare libros, subinde ut in lege dictū est, adorare ad templum cū familia: Dominicū diem supplicationibus habilem ac præcipue aptū designauit. Erant editi regiæ, diaconi Deo sacri, dignitate probitateq̄ bene cognita. satellitium nisi fide atq̄ beneuolentia discinctum, Imperatore morū magistro addicebat, eundemq̄ ipsum diem nihilo secius obseruabat, excolebat, & amicissima regi uota nuncupabat. sollicitissimū relictos homo diuinus, ac si nouisset id humanū genus equi obseruantissimū redere. Propterea dies altissimo cognomines imperio populi Rom. uacare iussit, & sabbata similiter agere: cōmemorationis uti puto illorū gratia, quæ Deum fecisse illa die referūt. Insequentem uerō salutarē lucē solūq̄ dedicatā, honore quoq̄ præcipuo militibus esse uoluit, indulgentēq̄ fidelibus, ut diuinā rem nullo obsistente facerent. Si qui nondū initiati erant, illi Dominicā diem in suburbio regione iustrata ex altera lege recolebāt, allatasq̄ graui armatu uno omnes ore tessera data fundebāt. Nam neq̄ hastis uti, neq̄ graui armatura, neq̄ uerō suo robore ad confidentiā, Deū se nosse boni datorem atq̄ uictorix, cui supplicare sublatis in atherem manibus, obtutuq̄ mentis altius eiualato par sit. Illū custodem, illum seruatorem, illum auxiliariū implorare. Vnūq̄q̄ in super auctor eiusdem rationis, assuefecerat isti latinæ orationi. Vnūq̄q̄ te Deū esse nouimus, unū te regem intelligimus, appellamus adiutorem, nobis abs te uictoria cecidit, ex te aduersariū fudimus: innotuisti nobis cum præteritæ beneficentiæ gratia; tum futurę liberalitatis expectatione. En supplices adsumus, atq̄ regem nostrū Constantinū ut diuinitimē ualentem, uictoremq̄ protegas oblectamus. A pratorianis in ipsa die lucis facitari salutis illa uoces edere adorādo docuerat. Ecce autē in armatura notā publicę salutis illa sepe dictam inscribi fecit: instructū uero palū nullo iam ferculo, licet antea, comitatū præcedere singulariter. Idem tanq̄ orgiorum arcaniq̄ misterij particeps hora diei cuiusq̄ destinata, se in aliquo penetrali cōcludēs, unū alloquū unū, genuq̄ incuruato obtestari quæ uellet, exorare deniq̄, terijs sacris hanc-

ce meditationem intentis animi neruis atq̄ corporis, ad agendam rem diuinā ingredi, isto genere alios inuistare. Peruigilium in diurnam lucem cōmutauit uniuersa ciuitate, cerea columna passim de compacto incensa, lampades erāt omnia late collustrantes igne. Nusquā sudum gratius, aut illustre magis mystica illa nocte. Cum diluxerat, erogare plebi magnifice, ac beneficiū salutis æmulari. Ita se Deo suo integrum deuouerat. Vniuersa populis atq̄ militib. ditione Romana imaginum adorandarum oclusa fores, sacrificia uetita, præfecti gentiū legem diei Dominicæ obseruandæ accepere nutu principis. Illi martyrum quoq̄ ferias agebant, sollemnemq̄ cœtum ad eas opportunitates adhibebant, Imperatore nimirum gratē omnia & religiose admittente. Quare non immerito mihi uidetur hoc aliquando lauto conuiuium cum exciperet episcopos, hisce fere dixisse uerbis, episcopum etiam nū se esse nostris aurib. Atqui uos intus, inquit, episcopi, ego uerō foris adeo possum dici episcopus. Ita subditos haud aliter atq̄ dixerat inspicere, ad pietatem quātū ipsius intente instigare. Imaginum cultum legibus identidem repetitis abrogare, eleuare uaticinia, statuas atq̄ mysteria furtim obeunda tollere: ne gladiatorum cōpositionibus urbes inficeretur, agere. Noua lex Alexandriam, imō in Aegyptum omnem missa, quia Nilum per utriusq̄ sexus una mole nescio quos homines obsequio deliniret. Adulterinū genus ē uita resecandum penitus, nullūq̄ libidinis atq̄ intemperantiæ morbum nusquam patiendum esse. Vnūq̄q̄ cū superstitiosa natio fluuium de more terras adhuc inuadere desperaret, huius edicti cōlumen Deus omnium expectationem sefellit. Etenim ita aetate erant illæ urbium pestes, & Nilu fluenta uberrima quasi sibi factū eoloci iustrum esset, omne uerū actum ut ante nunquam irigabant, ac uersandam nequitiam eiusmodi hominum re ipsa declarabant, omniaq̄ accepta referenda largitori honorum cōclamabāt. Diffuat ille ocio oportet, qui singula exequi quæq̄ prouincia quotidie factitata uolet: ut sunt ab illo sanctissime ueteres interpolatæ leges: & facile tamē est hoc ipsum dicere cōprehensius, steriles antiquo iure, atq̄ omnino liberis orbatq̄, succedere parientibus inhabitantur. Rigida lege istud, ac si grauius aliquid in se admittissent. Illa abrogata, ad hereditatē quos oporteret, appellauit: ciuile ius ita corrigēs, ut cōsul est a natura soboles, et si precibus imbecillitatem istam naturæ plurimis superant. Alij uehementi philosophiæ studio correpti, non odio prolis aspernati plebem societatem, caruere liberis. Castitatē uirginalemq̄ modestiā amplexatē quedam, corpus atq̄ animum, uitam etiam illibatam consecrāuere Deo. Cur autem publice uindicandū hoc, cum admirandū ac receptum omnibus est: magnus ille quidem & præstans animus: opus, ingenium naturæ superauit. Imbecilla natura & tenuis, si qui desiderio posteriorū nullo sint, op primenda lege minimē fuit, imō deploranda potius, ut ea refixa belie docuit. Cui delicta numerū est, ille suspici, non coerceri promeret. Ad hæc ex uetere formula cum factum testamentum erat ad omnes uerborum angustias, & lite rarum angulos ibatur. In uerbis & uoce modī certī: qua de re circūscriptio se te ut testari, describere tabulas arbitrio suo quæq̄ permitteret. Aut si mallet instrumentum nullum esse, coram perspectæ fidei testib. illud ipsum liceret. Christianum hominem ancillari ludæo interdixit: nempe nefarium id esse, redemptos a Domino seruire eius atq̄ prophetarum interfectoib. Vbi aliter esset, illum multa, libertas alterū sequebatur. Placita synodi obliuiscens ad inuiriā prouincialū principum summouendā: quandoquidem iudicis supreni sacerdotēs esse iōgē firmiore certioreq̄ iudicio. Profectō huius nota alia penē innumera uniuerso imperio descripta sunt, in quibus ad intelligendā sapientia regis otio peculiari opus sit. Etiam ne dicere audeam, pertinentē per-



omnia, ac quasi cum Deo copulatam, atq; annexam curam ab ortu in occasum. Videlicet hoc eo prospectu disquirebat, homo æquabilis in beneficiando, cui mortaliū succurrendū opitulandumq; esset. Ecclesijs infinita pstitit, agros, annuam stipem egeno, pueris, orbis, & uiduis miserè iacentibus sollicitus etiam de nuditate plurimorum, pallia mox & uestem imperabat. Illos autem mirificè solebat honorare, qui in Christiana philosophia uitam reclinarent. Vnde uirgineum chorum solū nō adorabat. Isthic habitare Deum quise puella deuouerant, arbitraba. Animum diuinis exercendo, noctem inuoluenem trahebat, & q̄sita scribendi diuerticula per ocium frequentabat. imperium oratione cōtinendum, & disciplina ratus ipse uelut ad comitium uocabat: ibi cursum ingredi multitudo regiē philosophiē cupida. Cum se forte didisset occasio de sacris disserendi, erectus, ad seueritatē fronte cōtracta, summis sioreq; uoce, initiare cœtum eruditione cœlesti uidebat. Vbi cōclamaū & applausum esset, intueri in cœlum iubere, illum moderatōrē honorib; auctus esse reuerendū, atq; admirādum, supercilio annuere. Distributione interdum usus, semina quēdā argumentorum ad cōuellendū errorem de turba deorum aspergebat: huic impietatis esse fucum & propugnaculum in superstitione gentili. Tū moderatricem diuinitatem singularē illam esse re prouidentiam, & cetera deinceps exequi. post ad dispensationem salutarē transire, huiusq; necessitatem ac cōsiliū æquisimū aperire, tum ad locum iudicij potestremi sermonem traducere, cū maximè percelleret auditorem, stringeretq; furem notans, auariū, deniq; hominum cupiditates insatiabiles. Sic ille fulgurabat & tonabat, ut è familiarib; etiā nōnulli ueri cōscientia territi, uultu suspensio & incerto essent. Apta uerò laterū cōtentione disceptabat, aliquando referendas supremo quæstorī probandasq; rationes. Ita aliquis semel interfectus, Et quo precor usq; inquit, avaritiam propagamus? ibi Imperator humo inscripta, quantū homo lōgus est, hastili quod in manu fortè uersabat. Si terax, inquit, orbē acquisiueris, hoc agelli nihilo plus auferes. Quod nemini nō sape dixit, & res certe tanq; ab oraculo relatas, agi & perfici suadebat. Enim uerò quia mortis horror improbos à scelere minimè auertit, Imperatore benigniore prorsus ac clementiore, cum p̄sides ad pœnam delicta nō exigent, id uerò toti reipublice altissimū uulnus infixit, etsi liberam ea de re uincuiq; sententiā relinquo. Mihi sanè referre uera dabitur. Latine ediderat Imperator, hoc alij uerterant. Vnū inferius subiungā exempli causa, ubi tractationem hanc expediuero, quod de concilio inscripsit, & ecclesie dedicauit. Arrogās, n. aliquis, esse institutū nostrū fortasse c̄stimauerit. Est hęc quoq; memorabilis actio, quæ licet ad me respicit, ab eo uniuersa dimanat. Eius, n. ego religione fretus, audientiam mihi fecit precariā de salutarī monumento relaturus. Eo cum frequentes adissent, atq; priuatus aliquis assurrexerat ad audiendum: hic tū ego obtestari, sederet in regia sella. Cōstanter ille renuere, contentaq; agitatione animi orationem dijudicare. Placitorū cōfirmare ueritatē. Quoniā autē lōgum tempus, atq; oratio multa reliqua, mihi cessandū esse cogitabam. Ille uero intercedere, utq; pergerem adhortari. Diu multumq; ad sedendum inuitatus, & reluctari, & hisce de reb; audire dissolutè dicere esse nefas. Postremo sibi sic usum esse, p̄sertim cū erectū hęc accipere sanctum sit. Vbi cetera perorata, domū reueni, meq; ad mea studia retuli: sed ille ecclesie causam uersans, ad me de sacrorum uoluminū serie instauranda rescripsit, & de festo paschatis etiam adiunxit. Equidem applauserā illius rationi in his scrijs. Quem honorem quam large repoluerit, ex literis addiscendum.

VICT. CONST. MAX. AVG. EVSEBIO.

Ardua medijs fidius, & quam pro dicendi copia multo uberior ingresso, mysteria Christi digne referre uelle, cōtrouersia de pascale, simul institutionem, atq; rei sacre faciūde cōducibilem rationē satis explicare. Nam inter

pretari cœlestia, pro re dicere, nō est in homine uel intelligēdi magistro. Quāquam tūm discendi studium ualde admiratus, & ipse librū legi lubenter, & plurimis ex sententia tua iussi tradidit bonis probisq; uiris. Ergo quod intelligis illa tui ingenij munera mihi esse quam gratissima, tamen si stilo rem tantā cōprehendere, aut consequi non sit huiusce naturæ: tamen oblecta me frequentibus, amabo, generis eiusdem literis. Deus te charissime frater asseruet. Hęc fere sic erat epistola: sed de sacris instrumentis altera fuit hoc sensu.

VICT. CONST. MAX. AVG. EVSEBIO.

In urbe mihi cognomine multitudo immensa ecclesie se consecrauit aliqua fati prouidentia. Quapropter incresecētib; alijs, etiam noua quaedam edificia templorum surgere cōuenit. Age uerò cōsiliū meum, & quid agere in eare & uelim, audi. Mihi uisum est hoc esse cum tua prudentia cōiunctū uti quinquaginta pellib; adornatis & succinctis, ut legi & portari facile queant, ea delcribi prouideas è sacro uolumine, quorum in ecclesia magnum usum atq; necessarium esse cognosces. Id autem ab architectis scribendi totū redimi uolo. Quæstorī nostro quę necessaria erunt, in eam rem p̄stet, ego ipse rescripsi. Nam quo citius absolui possint, hoc unam diligentia tua fuerit: ut afertur, cura nostræ. Cuius autoritate publicis operis ad exportationem duab; uere. Quo pacto ad nos illa pulchre descripte nullo negotio perferent, hanc proniciam aduente de tuis diaconis aliquo, qui postquā uenerit, humanitatem nostram sentiet. Te charissime frater asseruet Deus. Protinus imperatoris iussu agi coeptū est. Ego ternas ac quaternas armamentis singulis affabre quæ se gaudere plurimū dixit, & totū recipere quod inaudisset in urbe Constantia nostrate, quæ superstitione antea scatebat, ad pietatem atq; religionē errore diuertit. Quare constantia Palæstina, dato nomine ritui sacrosancto primariæ dignitatis erāt in regia. Primum accepto urbis nomine. Deinde cogitamento regiē fororis ante alias pig, quod est à pluribus exinde factitatum, ut in Phœnicia ab appellatione Constantini oppidum. Illius municipes infinitum numerum simulacrorum incendere, & accepere legem nostram. In prouincijs alijs ad intelligentiā ueri quasi transfugæ descitebant. Imagines, & ipsas sacras in urbe, in uicis ut res nihili eueriebant. Altissima deorū templa dirumpēbāt opinione uel erratione ueteri potius omissa, ponebant ecclesias. At qui res istas hominis optimi recēdere sigillatim, eorum magis interest, quæ illius consuetudine perpetua usi sunt. Equidem quæ breuib; assequi potest, nō grauātē scripsi, ad umbilicū uitę pergo. Tricesimus annus erat ipso. Tum altera secundo, qui nomen aui Constantij habebat. Promptum & uigentem Constans appellatione sua innuebat. Hic ad honores eosdem terminatus deductus est. Eo ternario liberorum ternas annorum decades imperij cōmunicacione celebres effecit. Hic tum gratiarū agendarū gubernatori summo opportunū locum esse duxit. Igif opera sua perfectæ martyrum ædis Hierosolymæ, attinentē ad se dedicationē exoluere cōstituit. In quo honesti semper hostis inuidentiā, tanq; nubes aut caligo solem occupās, aliquid turbatū moliri conabatur. isdem scilicet Aegyptum nugis agitās. Ille uero Dei pupillos episcoporū denuo senatum, quasi delectum aliquem dirinum genio praesens opposuit. Ex Aegypto Libyæq; & Asia, primum ad dijudicandā litem, deinde ad consecrandam ædem. In metropoli Phœnicum obiter adimi cōtrouersiam iussit: utiq; diuersis & iniquis animis adorare numen illicitum esse, cōmūgenam amicitiam eundem prius, quam aræ donum opponas. In eiusmodi uolūta & cogitatione cohortandi salutariter ingenium uersatum, eadem re uolūta mordicus hac epistola demonstrat.

VICT.



Sacrae Tyri Synodo. Consentaneus erat isto seculo, nisi fallor, ecclesiam u-
niter iam uacare seditione, atque familia Christi conuicio defungi. Porro qui in
sani iurgij uerbera agitati uehementer (haud. n. dicā dignitate istorū uitā u-
modo respōdere. misera cuncta nonnulli tentāt, idēq; mihi uideretur ipso calami
tate magis esse calamitosum, idcirco uos oro & obrestor inspectio, quod recte
atque ordine fieri debeat ocysime ecurrere, senatū habere, leuate oppressos.
Adhibete remedium periclitanti fraternę necessitudini. Disita membra lo-
gus adducite, luxa reponite dū tempus est. prouincijs ijs multis opera uestra
cōsensio redeat illa, (pro singulari inepitias) hominū paucorū superbia depe-
riit. Quod uos si facietis, gratū altissimo fore, uobisq; etiā uotiuū et initiū ra-
rae famae toti cōcilio, neminē puto esse qui neget. Mora per uos nulla sit, ubi
p̄sentissimis animis opus est ad rē trāsigendā oportune, si neq; gratia ualebit,
& apostolica regula uigebit. curatio diligens eorū qui deerrant, excogita-
bit. Ita probis ecclesiā liberabitis, atque solitudinē meā dispelleris. Ac deniq;
fœderatis hisce partib. egregiū nomen acquireretis. Vos charissimi fratres con-
seruet Deus. Hęc unusquisq; dum enitit, occupat alius imperatorio libello.
His Hierosolymā eundū esse prope dixit. Ita Phœnicia profecti, opera pub-
lica ad cursum usi sunt. Igitur omnium gentiū episcopi maximē illustres Hie-
solymę pulcherrima atque amplissima corona regionē expleuerunt. Ab urbe
metropoli misere Mæcedones, ac quicquid in contubernio Dei speciosum
Pannonij Mijstiq; Persidis episcopus affuit, auctoritate & doctrina sacra pra-
cipue mirabilis. Thraces aderant, & Bithyni. Cilicū primi nō abfuerunt. Cappa-
doces eruditissimi tota cōcione p̄signes. Uniuersa cum Syria, tum Mesopo-
tania, Phœniciaq; & Arabia, Palestina insuper, Aegyptus atque Libya, quicq;
Thebas incolunt, ad illā chorē adiuere. Hos innumera plebs undiq; conse-
ctata: regius administrat eo loci frequens, aliquam multi praeterea nobiles, ut
Imperatoria largitata concinnitudo quaedam feriarū esset ad summam nego-
tij officijs Imperatori serendis homo natus, atque diuinarū rerū intelligēs inipe-
ctabat. Hic adeo tyrannorū seculo cognita probitate uir, hanc tractationem
dei sua creditā meritō acceperat. Ille animo Imperatoris apud se cōsiderato,
synodum humaniter habebat, & cōuiujs, & comestationū lautitia. Mendicis,
obnoxie multitudini tempestatū iniurijs, omnium aliquib. egenis, omnia ab
unde ab illo suppetebāt. Hinc uniuersam ad eum uarie exornare donarijs, atque
pro suo se munere gerere. Administrat autē caelestes adorando & disserendo
testum honoratissimē agere. Nonnulli interpretari sacra uolumina, cōsidera-
tionem arcanam explicare: Quorū minime fuit istac ire, si uero sine cruore la-
crificare mysticē, implorare opem numinis, ecclesiae causa & Imperatoris eti-
am liberorū uota dicere, supplicare Deo. Tum ego dignitate meliore q̄ era-
promeritus, excolui publice disputando serias, explanando q̄ literarū monu-
mentis essent Imperatoria accurata: interdum ad rem p̄sentem accommoda-
tas speculationes in prophetijs. Ita decēnij tertij exacti imperio peracta festi-
uicū dīsimē. Templū uero quod, antrū quale, diligentiam Imperatoris & sua-
uolumine pro ingenij uirib. exequutus sum. Hoc secundū p̄sens institutū
euulgandū curabimus, opportunē simulq; triginta annorū annales adiunge-
mus. Illos ego ad urbem profectus audiente Imperatore legi, cum iterum in
regia laudes altissimi dicerem. Profectū lætari uisus est omnium homo longe
optimus, atque celare me cōuiujs episcopis immodicē dilaudans, haud sane po-
tuit. Alteram istam synodū Hierosolymę frequentissimū habuit, ex illa prima
Nicaeae celebrata: quae anno regni uicelimo contigit, ad huiusce urbis optatā
cōtra aduersarios. Hęc anno tricesimo circa monumentū Salutis, eodemq; Pa-
tris. In dedicatione templi martyri, Imperatore tenente postem, sic est aliquis
effatus:

effatus: Hic quia terre orbem moderatus esset, uo secundo regni Christi fo-
re collegam. qd inimicē audiens, ominari melius hominē iussit, aut orare sup-
pliciter, eadem clientela iugi nō indignus haberet. Anno tricesimo despōdit
uxorē: etate media filio. Nā maximū natu celebrauerat antea multo nuptias.
Vbi obsonari lautius, Innubo gnato se Imperator auspiciē adhibere, cōuiujs
cōdicere, epularem accubationē instaurare. Virorum hic erat epulū, alibi ma-
tronarū: urbib. atque populis uniuersa cōgiarium aspersum amplissimē. Ecce
autē ab Oriente legati Indi accessere. Attulere dona, lapidū precij fulgorisq;
eximij omne genus: harū nostrarum lōgē dīsimiles animantes. Illi Imperato-
riam ditionem isto munere claudī Oceano denotabant. India uiri principes
aditū uiam cōserabant, & dominū agnoscebant. Ineunte regno primi occidit
Britāni, sed exacto fere Orientales Indi cōditiones eius acceperunt. Porro im-
perij fines iidem cum essent, atque orbis terrarū, haeredib. amantissimis accitis ad
unum quasi patrimoniū, tripartito imperiū diuisit. forte auita maximo natu,
alieri dominatione Orientis, intermedia portione tertio celsit. Semina uero
uultus, quae est animi hereditas, eruditione & disciplina informās, unice pios
homines adstringens, ad eam rem peperit. Alios impense doctos eruditionis
externae interpretes addidit. Alios in re militari, ciuiliū negotiorū experien-
tia aliquot & legum, supplex unicuique regia, satellites armati, legiones, ha-
tumq; manipulares, & duces, & centuriones experte industriae patri in bellis
cōsilijs habuit. Tenella Caesarū indoles hac aetate cognitores ad rem suam ne-
ad eandē paternā probitatē religionemq; pergerent. Edocens p̄ epistolā pra-
cepta instituta q̄ uita, cū aberant. Hoc identidē ueluti potissimū inculcabat.
Illius uniuersitatis illū principē colere. Cognitionē ueri pietatemq; diuinitijs
omnib. atque adeo imperio anteferre. Cōmiserat eorū iudicio rempub. sed ec-
clesiam in primis alleuare, coramq; uelle Christianos esse deposebat. Illi ue-
ro quancq; admoniti, tamen cohortationē patris adire spōtē, etiā agere plura.
Nempe ad sanctimoniā animum appulerant, legem ac familiā implebant ipsi:
uenim hoc a patre prouisum erat antē; familiam qui liberis & religiosam
& piam daret. Ordines ad summam rempub. designati hanc uiam insistebāt,
hinc munitionib. omnes aditus obfirmati. Quae postq; acta sunt ab Imperato-
re, praemiorū Deus arbiter occasionem esse censens illam adipiscendae fortu-
nae dignioris equabilem, fatum exequit. Anni duo (paucis & dieb. & mensib.
in uicē) ac triginta maiestatis, omnino uita plus minus sexaginta quatu-
or in quib. eandem temperatio uigens, ac minime soluta. Vegetum corpus,
ac qualibet adolescentia praesentius, aspectu decoro, ualentissimum robore
cōseruauit. Exercere uires, equū agere, uiam ingredi, cum aduersario cōgre-
di cominus, opima reportare, citra sanguinē uincere solebat. Idem ille acerr-
ne exerere animum commentando, in omni studio praestare, sed humanitatis
appetire, quae uel est eō reprehendenda, quia uidebatur alere improbos hac
patientia. Nos in temporum difficultatem unam atque alteram incurrimus,
scelere hominum improbissimorum labefactantium humanam uitam. eorū
insuper qui dissimulanter in ecclesia pedem ponere, Christianum morē pro-
le lingere didicerant. Ut enim crederet, humanitas, amor recti, fides integer-
tima, ingenij ueritatis amantissimū faciebat, atque beneuolentiam confictam
admittebat. Isti generi se cōmittens, ad turpitudinem impingere, & allidere
pererat, inuidia in eius reb. inferente maculam, nisi aliquo fato prope cōci-
disset. Verum enim illius animus intelligendi ratione eoulsq; ualuit, ut ad anti-
quam postremam cōmentandi proeundiq; institutum, ac dicendi cōfuerit
nem nō intermiserit, omnia cōmodissimē exquisiuerit hominū uita: de iure et
uicaciliū responderit. Operae precium meminisse, ubi ad extremam lineam
uenim esset, epicediū de subgesto dixisse, in quo sententia densissima, quae
ad anti-

ad animorum aeternitatem pertinebant, & eos ubertate caelestium bonorum commemorata) qui bene recteque uixerint. Orationem contra bene longam in altera parte. Quis impiorum uitae exitus, asperè quidem adiunxit, ut ex suis adeo perstringere aliquos putaretur. Vnū de uultu sapientem rogauit, ecquid illa ipsi probarent. Homo uel inuitum ea se uera dixit existimare, uehementerque laudare contrariam deorum multitudini disciplinam. Agitatione ista uerborum antequam moritur, habita apud amicos, sibi uiam munitè uidebatur. Id non omittendum, per idem tempus audito Barbarorum ad Orientem motu reliquam illam esse uictoriam exclamasse, belloque instituto contra Persas exercitum inspexisse. Episcopis ea de re consilium suū aperuit illi ad societatem pietati ualde necessarios homines: at ipsi ultro consequi, neque abesse uelle, precibus atque adoratione pugnaturi. Quāobrem latior expeditione, quae eorum intererat, apparuit. Interea praeterea aedes inuisas ab imo usque summum tectum tate resplendentes, & eodem genere inuisas ab imo usque summum tectum inuicatas. Tenuissimo laqueari contignatio elegans, ac quantum eminebat in aurata, desuper imbricibus aeneis ad iniuriam aeris inhibendam, spreto lateri, protegebatur opus, in qua parte auri quoque multum despicientibus, eminens, aliquid ut refractaria contrarios soli radios emittebat. Aes aurumque postulatam optima celatura, totas aedes opere reticulato in orbem comprehendebat. Ad quas opera & industria Imperatoris aedificatas atque consummatas subdialis aera adiuncta spacio laxiore, & aura defecatisima, quae porticibus undique cingebatur in quadrum. Ibi cubicula, balnea, diuersoria stationibus, opportunissima. Dedicauit autem apostolorum memoriae, sed intentione tamen animi diuina id ageret incognita, ipse rei finis unicuique derexit. Etenim illum locum sepulchrum ut obsecrationum precumque plurimarum particeps esse posset, apostolico muneri debitarum. Duodecim sepulchra fecit apostolici chori cippis excelsis. Vt nam suam medio collocauit, utrinque senis apostolis. Istud, ut dixi, prudenter ac sobrie cogitans, ubi non iaceret ablatum ab hac uita, longum tempus hoc alta mente condiderat, antequam aedem uouisset opinione sua animi adiumentum, ipsi allaturam ex eorum uotis qui adoratum uenissent. Expectationem sibi me fecellit Deus. Hic enim primus Imperator adorauit. Atqui moriendum sibi peruidens, expurgandi quae in uita commiserat hominum more, tempus illud esse ratus est in primis appositum. Illa esse abstergenda cum arcani sermonis uis atque facultate, tum ratione lauari salutariter. Qua mente & cogitatione genua reclinans orabat ille supplex in aedibus. Vbi manibus impositis eius causa primum oratum est. Inde transiit ad suburbia Nicomediae, quo aduocatos episcopos hoc ferè modo est alloquutus: Ista mihi in pridem sitienti precanti salutarem operam a Deo perequid optata lux: & sigillo uirga nos aliquando frui demeremur, atque esse uita participes. Ego Iordani uada coepitandem inducere in animam, in qui bus isto more nostro seruator ablutus esse traditur. His me Deus utiliter et callidus aestimator, inde iam dignari uult. Nulla ratio consilij alterius aditari, uota dicere communiter, affari omnes ex instituto pergam. Nunc uita legem non indignam Deo, mihi praescribere constitui. Sic ille. mox addidit sacrum omnem ritum implere, priusquam (re congruenter explicata) secretum eligi. Itaque solus a uero uniuerso regentis Imperator, atque sacris initiatus est in Christo. Qua sigilli dignitate plurimum gloriari, lucis gratiaque diuina plenius innouari, fide exultare, aut aliquo certe numine siderari uisus est. Absoluta rite negotio, ueste lucidam regis induit, & se in strato candidissimo reclinauit, purpuram auersatus. Deinde contentius inelamans adorando, gratias egit. Hic, ego me per beatum, inquit, esse minimè diffido. Nunc immortalis uita dignus habitus sum, accepi diuinum lumē. Ibi miseros illos & infelices appellabat, hisce

bat, hisce bonis aeternum carituros. Postquam Centuriones ducesque affuere caelesti, quod iri destitutum dicerent, a uero quoque longius Imperatori exposcerent: adeptum se respondit esse uitam ueram, ac quod ipse boni accepisset, intelligere solum probe. Festinanter igitur ingredi ad iter, abrumpere omnes moras. insuper alia ordine suo quaeque fecit. Homini Romano ciui donationem annuam legauit. Imperium liberis attribuit: omnia descripte suo tamen ipsius arbitrio. Tum festa Pentecostes erant, ut sanctitatis, ita religionis omnino primariae. Septem hebdomades aguntur: unaque die demum obsignantur, in qua seruatores assumpti in caelum, immisit hominibus spiritum sacrosanctum proditum est. Imperator ille tanti aestimatus, ea postrema die quae festa inter festas appellari iure debet, ad Deum circa meridiem abiit relicto mortalitatis affluente. quod enim uere illius erat, hoc est animum religiosissimum cum Deo coeuixisse liquet. Ille Constantini uita finis, caetera ipsi obeamus. Hastam atque satellites ilico uestem rumpere, prouolere humi sese, contudere capita, genere, ululare, Imperatorem appellare dominum, haud secus atque patrem liberum. Centuriones ipsi manipuli, duces identidem uociferari hominem de se bene meritum, ac seruatores prorsus. Illud ipsum legiones agere, quo modo armenta pastorem desiderant: uulgo urbes obire populi, dolorem intestinum, atque luctus ille priuatus unicuique tanquam erepto suo cuique de uita bono, pretoriani milites in urnam auream coniecere corpusculum, obiectamque purpuram ardentissima Constantinopolim deportarunt. Illic exposito regie loco, deponere in gradibus editis, accensis circum facibus in aureo quaque loculo: quod theatrum hercle admirabile fuit, ab auro iubari solis antea non aspectum. Nam ipso in mediotallo palatii cadaver Imperatoris impositum aureo feretro, regio ornata, atque diademate preclarissimum. Nocturni diuque plurimi circumdabant, aduigilabantque. Principes exercitus, ordo comitum & ducum, quibus antequam erat prius salutatam adire, nulla re immutata consuetudine, quam appelleret hora, progressi, Imperatorem in urna, quasi uiuentem salutabant, genua incuruabant. Insequeretur ordo senatorius, atque uniuersa nobilitas. Aderat autem uariarum gentium frequentia cum liberis & uxoribus. Quae diuissimè consilio militari facta: donec enim filij astuissent, esserentque patrem honorifice, ita fieri decreuerant. Itaque imperabat ipsum demortui corpusculum, & ordinem singula gereretur, ac si uiueret. Istud uni ex hominum memoria concessum. Nam etsi ille unus imperator, altissimum eiusque officiose Christum ueneratus omni ex parte, merito adeptus est imperij maiestatem inter alios, etsi animam si quis animum contra penitus obdurauit. Tribuni militum hisce illo ferè modo coeuctis, homines antiqua fide atque probitate emiserunt ad Caesares istam re nem seriem explicaturos. si se negotio exoluerunt. Omnes autem exercitus ueluti caelestis afflati, audita morte summi ducis, uno ore Imperatorem nullum, nisi illius magni liberos agnosci debere sancit. Haud ita multo post, Augustus administrare rempublicam dignauerunt, omisso tantum caesarum titulo: quae maxima atque praecipua totius imperij nota. Illud studium legionum datatim actum est, unoque penè momento cognita omnium militum consensio. Romani cives & senatus, intellecto regis interitu, extra aeternam calamitatis hoc esse quequid ad uitam agendam iucundius homini comparatum, nusquam esse. Macti prodire munditiarum proceres. Acceptissimum Deo uirum omnes, ac teque appellare, proculdubio imperium promerentem. Verum non huiusmodi uocibus et iulatuque solum, sed etiam re ipsa illius honorem persecuti, qua si uideret ad statuum contulerunt. Etenim depicto caeli globo, regione aeterna ad orbiculi summam testudinem quiescere uidebatur. Huius appellauere

liberos Imperatores Augustosq; alterius præterea nullius meminere. Bussu uero corpore deportato Romam, sui Imperatoris isthic esse, clamore supplicii expetebat. Hæc honorum summa erat apud eos. Cum filius ille secundus heres ad cineres paternos affuisset, ad urbem princeps efferendi funeris aduexit. Omnium primi cunei militum, decem millia armatorum funus obibant. In templum apostolicum nominis ut uentum est, urna deponitur, et quieti traditur, que fuit in adolescentente Constantio pietas erga parentem cum presentia, tum officijs illi sanctissime persolutis. Eo secedente cum militari manu, sacerdotes atq; populi religiosa frequentia progressi sudere preces. Hic tunc editore loco politus esset, laude homo beatissimus. Hic admixto gemitu lachrymis à plebe et ordine initiatorum, suscipi uota causa Imperatoris, quo nihil ipsi gratius esse poterat, aut optabilius obseruatisimo numinis. Hic se Deus aduersum famulum periculis ostendit, imperio primum restituto liberis ubi iam fato concedendum illi erat. Tum deinde quod omni studio concupiuerat, apostolica memoria, dignato animæ scelicissimæ cõtubernio, cum apostolico nomine gloriæ indepto, cõorte religiosi populi ac mystici ministerij, postremo cõmunionem precum sanctissimarum, atq; societate fretum. Quid apprehendit à morte regnum, ut si reuixisset ad eandem illam maiestatem obtinendam. Augustus, uictor maximus orbe Romano, secus ac auis Aegyptiaca, quam singulari ingenio esse tradit, & in atomatum cumulo emori suæ necis aruspice: porro ipsam refici cineribus, emergentemq; simili figura euolare, iuxta uero Christi sententiam, grani tritici alsimilis, atq; ex uno multiplex, spicam extulit, orbemq; terræ his frugibus, uniuersum referat. Nam beati hominis soboles uni succedens, eodem loco fuit: etsi nomen etiam Constantini mortui cõseruatum est, ad cuius gloriam statua posita ut libertis. Nummus excusus est eo typo, ut parte altera caput occulto priore, quadrigæ insistentem, posteriore inteta instar aurigæ dextera manu. Que Deus aperiens oculo nostro, in quo Christianorum Imperatorum Constantino designans, ille quantum excelleret intelligi uoluit, ut ad eos aspicias, qui Deum atq; eius Christum adorant, aut aduersæ partis homines, ecclesiæ inquam hostes. In se Deo inimicè hostiliterq; opposites, suum contra numen odium manifeste in morte declarant. Eccontrario quantum pietas ualeat, apertum reliquit dies Constantini ultimus, unius Romani Imperatoris & pietate & religione præstantissimi disciplinæ Christianæ egregij præconis & auctoris, ubiq; liberi laudatoris, unius ante omnes alios à natis hominibus ecclesiæ defensoris, antiqui erroris in deorum copia solius euerforis, antiqui ritus in statuis adorandis emendatoris, unius ea cõsequenti in uita & post uitam, que ne tota quidem antiquitas obtigisse mortaliu cuiquam in Græcia aut orbe Barbarorum non in toto Romanorum stemmate quamlibet excellenti post orbem conditum meminit.

CONSTANTINI IMP. ORATIO

QUAM SACROSANCTO SENATUI
rescripsit.



Sanctissimum diei solisq; iubar, initium resurrectionis, & delectæ olim molis ad calamitatē noua cõpages, appetitio promissis, ducensq; ad immortalitatem uia, feræ tormētū adsum, o charissimi institutores, amiciq; omnes uiri: Multo autē beatior ipse religiosorum numerus, ac qui numen adeo religiosum implorat interiore sensuum modulo continentem laudationem ferens. At tu parens uniuersi natura cõtulisti unquam quicquam huic simile mundo? Imo quod tuum opus est, ubi qui singula, uires etiam num tuas agitat. Ille te exornauit: etenim ordo atq; pulchritudo nature, uita est ad naturam accommodata. Nam equidem in hominum animis atq; in naturæ

nature aduersatur, ut adorare numen & excolere nemo uelit: arbitretur omnia nullo fato prouidentiaue gubernari: fortuna uero magis & casu quicquid est, temere extitisse. Tamen cœlitus afflati uates ista singillatim edixere, qui merito audiendi erant: tamen impietas iniustissima restitit, atque tenebras obsecurores amplexata, ueri lucem usq; illa detrectauit. Illud autē atrocitate usq; minime iracuit, inconditam multitudinem & dispersum uulgus optimatum iudicio adiuuante. Nisi sanè totius illius insanie erat magistra potius eorum opinatio. Ex quo multis annis illa ratio uiuendi firmata ijs hominibus maximas miseras attulit. En uero domini uideri uultus ex improviso quum ex iniustitia equitas, e procella tranquillitas affuit. Tum uaticinationes omnes impletæ. Postea sublimis ad patriam sedem euectus, orbe terrarum ad pudorem, & modestiam eius opera conuerso, uirtuti ædem sacram posuit: ecclesiam mirum sempiternam in terris, & ab interitu securam, in qua summo patri pro suo iure atque filio religiosè omnia fierent. Vnde gentium malignitas imprudens aliam rem machinata, tollere beneficium Christi, pro cõseruatione horum superstitionem adduceret. Inde flagitiosa rursus altercatio, bella, tumultum, incepta morum, coitio, sordes. Id extra prauam naturam positum aliquando concinnata quadam spe delinuit. Etiam perterrefecit aliquando. Igitur huius proiecta iaceat, expugnata ab uirtute peruersitas. Hanc infringi pœnitentia oportet, & ea seruari à nobis quæ legi sacrosanctæ consonant. Itaque audite nauiculatores atq; uirginitatis inclitæq; sanctimonie compos. Audi ecclesia, tandem iurgi riuo salutare aquæ defluunt. Audite uos ex animo qui Deum sincere adoratis, & idcirco illi curæ estis, animum non ad eloquendi uim magis atrendentes atque omnium minime ad me, quam ad rei ueritatem atque religionem inuictorum. Nam qui possit orationis esse iucunditas incognita persona dicentis & ingenio perspecto nemini? Quo sim fortasse præsentio, quod ego acceptum refero ingenitæ erga numen charitati, quæ uel ipsum pudorem impellat. Ideo rerum sacrarum experientes, adiutores adiungo mihi uos, ut si errare aut labi accidat, alleuetis, exactam disciplinam minime desideretis, huiusce denique fidem ingressionis nostræ approbetis. Inspiret aurem ista dicentem pater atque filius, ut in os & animum ueniant inde profusa diuinitus. Qui enim ad artem rhetoricam aut aliam facultatem aggressus, absque ope supera efficere suum munus absolute putat, ille frustra laborasse reperitur. Illi tamen cessandum non est, aut amittenda cura, quem Deus aliquando inspirauit. Ego omni prorogatione temporis hinc amandata, scopum collineare tentabo. Quod quidque bonum appetit ortus (etenim perpetuo Deus erat expers, & idcirco principatus, ipsum eorum quæ oriuntur initium est. Ab eo qui procedit, illi denuo coniungitur: & interuallo minime distat, aut aliqua spacijs ratione coit. Id uniuersum apprehendi mente constat, etenim quod est genitum, nulla uiscerum paternorum iactura substitit, ut que semine gignuntur animantes. At ordine quodam fati atq; dispensatione cõseruator auctorisq; datus est huic undiq; corporato mundo: ac quicquid in eo machinari constat, illinc omnia uim nature sue & uite acceperunt. Illinc animadatur oratio: uidelicet existimat unum præsidem esse, in cuius manu cuncta que cœlum habet atq; tellus, ea seu nature cõsilio, seu huius artificis extiterunt. Horum enim infinitorum domina si pluribus, at uni minime obtemperare, omnino sortes elementorumq; distributio sicut est in fabulis: affectus ipse præcellendi, consentum harmoniamq; uniuersitatis agitasset, atq; perturbasset, obeunte munus suum multitudine dissimiliter. Quod si eodem modo semper ac nulla procuratione mundus extitisset, ecquis agnouisset autorem ortus?



ad cuius erat aras adorandum supplicandumque. Cui primum aut ultimum? Atqui me unius observatio libera impiū erga ceteros ex industria faciebat. Erat aliquid impetrandum ad uitam? gratiam afferentem beneficē suppetias, ad uersantem odium sequebatur. Ad me aspicere meamque fortunam a quo peterem, aut ista calamitate defungi? sed oraculis atque responsis est a Deo satisfactū, quia tanti non eramus ut hæc ad se pertinerent. Ergo misericordia quæ uabit, idque uolentē, cum quo nulla sibi necessitudo intercedit. Ita, dissensio, cōiūctia, cum agere suas res, seque suis continere propter auiditatem non possent: postremo omnium cōfusio fuisset insequuta. Quid tum postea? nempe discordia cœlestiū inferiora peruertisset, ordine tempestatum euerso. Nulla temporum frugumque uarietas emerisset, nulla dierum atque lucem intercipientium noctium ratio. De quibus esto modus, & ad eam orationem que reprehēdi nequeat, aduertamus. Id omne cuius est exitus aliquis inuitum aliquid habere necesse est. Quod si erit temporis, ortus appellabitur. Huiusmodi inuenerunt, & tēpore marcescunt. Qui fiat igitur, ut orti ac geniti perennent? Di manauit à sece plebis hæc opinio, Nubere deos, operamque dare liberis. Huius perpetuū erant, idemque studium remanebit, exundet aliquādo necessariē genus oportet. Ac cū accessurū semper aliquid sit, ecquæ cœli moles atque terræ examen accipiet? Quid de hominibus, dicas ad thalami societate, eodem pariter natos agentibus? adulterium exprobrantibus? ego liberè adiciam: quos honores & que premia dijs offerunt, iniuriæ scelerisque plena esse. Nam sculptor aliquis eruditus animo uersans speciem quādam, ad artem se refert, & imaginē conceptā exprimit. Interim quasi obliuione obrepente, suo muneri adulari, ut immortalē aliquem deum excolit, etsi opificem caducū se illius affuerat. Illorum aliorum æternitatem adeptorum sepulchra urnasque ostendunt. Vita functos honore prosequuntur, id quod ex sese beatū, atque permanens ista ope mortali nihil indiget ignorantes. Id animus ipse dispicit, ac apprehendi mente potest, expers figurationis, expers forme qua dignosci debeat, expers imaginis, & omnino notę. Porro illa fiunt in eorū gratiam qui e uita migrarunt, ut tum fuere homines amicti corpore. Equidē quid in mētē mihi uenerit, ignoreo, cum Deū alloqui laudaturus insicō linguam spurca ratione dicendi. Iam uelim elicere ori salustiginē optima portione que fuit eodē perenni tuo dilaudandi mihi numinis. Hoc erit in uita meum munus hymnū Christo dicere, ut immensa beneficia illius saltem hac opella mea rependam. Inuitio imprimenda gratia, qui de condenda uniuersitate hominis causa rationē inijt, atque primum traduxit aduertantē, omniūque fructuū uarietate durissimū locum nuper editos in lucem, inscientes illos primum boni & mali esse uoluit. Deinde ad incolegendum regionem cōmodissimam rationabili animanti dedit: inde iam notitiam boni malique permisit, ut ad intelligentiam genitos atque scientiam. Tum augeri gentem iussit nulli morbo obnoxia, quantum olim obibat Oceanus. Artes inde necessarias ad uitam inuentæ sunt. Animantium reliquarum nihil lo fecius incrementū uniuerso genere erat, lbi naturæ quadā insigni facilitate benignitas hominum cicuribus, feris uelocitas & robur ad declinādos impetus tributa sunt. Mansuetorum procurationem tutelamque homini tradidit: in animates ceteras aliquod odium aut certamen. Postea uolucrum genus omnine conditū est immensum numero, & natura genteque uariē distinctū, insignem coloribus, atque ingenua musicæ gratia celebre: breuiter omnia que ubique extant ordine digessit, ijsque legem uite præscripsit, atque tandē absolutissimū omnium parte quod instituerat expleuit. Hominum bona pars inanis & stolidi per se e hritudinis huiusce causas ad naturā adducit, traduxere alij ad fatū, aut fortunam, hunc omnē potentatū necessitate metientes. Hi cum fatū dicunt, haud intelligunt in re nulla subiecta uersari orationem. Que sit enim illa per se fatuorum

torum series, ubi fuerit à natura quicque productū & genitum? Aut quid est ipsa de natura putandū, si fati lex erit ea que refigi nullo modo possit? Atqui fatalem esse normā dicere, sancientis aliquod opus innuere uidetur. Ergo factum, siquidem sanctio aliqua erit, atque cœlesti cogitatum, ut eō redeant uniuersa, nihilque immune sit illius autoritatis, ut hæc a Deo necessitas exeat, admitterimus hæresim. Verū iustitia, temperantia, uirtutes omnes ea lege si dicentur esse, unde iniustitiæ uis aduersaria: unde totius libidinis? Planē à natura sit, ubi factum non erit, est necesse, uirtus officia morum continet, optinuum consilium siue bene cadat, siue eueniat aliter, ut assolet, aut casu, aut necessitate sit: æquum unicuique datum quantum merebitur, ita ne demum facto consterit: ipsum ius, atque impulsio ad honestum, dissuasio turpitudinis, ac eorū que minime decent, uituperia, laudationes, scelerum uindicta, que (dicam enim breuiter) ad uirtutem rapiunt, & ab improbitate retrahunt: ea non peculiari iustitia prouidentis omnia numinis exeūt: an uero casu fortunæque potius existūt: aut ex quo uita genere tot incōmoda malaque impendant: aut re pestilentis inquam, seditionum, tenuis annonæ. Contra copię frugū, que palam modō suppressa uoce testantur? Hæc, eorum similia, cur aspecta uitæ nostrę propenso animi affectu erga se Deus exultat, abhorret ab impietate, modestiam complectitur, audacem æquē & arrogantem odio prosequitur. Hanc rerum si ponantur ob oculos argumenta, nihil erit euidentius. Et quoties animo collecto, inque illa re illigato putamus eorū causas apud nos? Quā obrem ita censeo, modicē suauiterque uiuere, nequaquam prætergredi naturam, denique tanquam omnia que sunt inspectet ille cogitare. Quo pacto uidere etiam licet, utrum casu fortunæ uel ordo, pulchritudoque rerum concedere debeat, an ego ita credam cœlum, astra, maria, tellurem, ignem, uentos, aquam, aerem, temporum uicissitudinem ætatis atque hyemis esse temere, aut unquam fortuito euenisse? Num artificis hæc esse omnium longē præstantissimam potius? homines enim ingenio nullo plurimi sic aiunt, ea fere que ex usu possent, sibi mortales inuenisse. Valet autem opinio, & aliqua ratione se tuteripotest, omnia suppetente natura largiter, illa que tellus alit atque procreat hominem reperisse. Num quid etiam æterna diuinaque nulli fortunæ obnoxia? illorum enim similitudinem omnium rerum que sensum ingredi nequeunt, & animo uidentur æterna Dei natura procreatrix intelligenda mente nō ista graua materia uita. Re uera digerēdi consiliū prouidentię opus est. Illucescere diē illustratū radijs à sole, excipere noctem, cum ille se primum oceano immerse luna, cuius orbis ex aduerso corpori solis opponit, ut accedit ac coire gestit imminutus? Ipsi solis igneis accommodati frugibus educandis: anniuersarij status belle ad uitam comparati. Molle imbrūm frigus, atque apta recreatio, non ne solertiam mirificā designant? Iugis errantium astrorum cursus à tempore constituto nihil aberrans, edictum numinis, atque absoluta siderum locorum obseruatio legis illius est. Iuga mōtium, depressæ ualles humilesque, quorum non modō aspectus, sed etiam iucundissimus est usus? Aquæ & terra dimensio cum idonea cultui, tum exportandis importandisque necessarijs tractum atque æquabile consilium denotat. In colle aqua sidit: hinc excepta se recipit ad mare, sensimque Oceano redditur. Que fortuito aut temere esse se an audeamus, ipso de casu qua figura sit & specie, qui subsistet, intelligendō la significanda circumsonat. est enim profectio hominis inconsiderati, atque stultitiam cuiuspiam illa uox, eorumque insuper qui aliter acceperunt atque oportuit. Imbecilla uidelicet intelligendū uis sic ea rata iudicauit esse, que quo modo

sint, ratione consequi non potuit. Alte prorsus immerfa naturæ consilij in-
 haret accurata rerum quarundam comprehensio, quæ sunt ipsæ ingenio mi-
 rabili: quales aquæ natura calidæ. causa enim feruoris admodum uehemen-
 tis in promptu dicere nemo posset. Atqui circūiecta frigida insitam natura
 caliditatem non egreditur. In orbe terrarum amplissimo rarum exemplum,
 id est, ex quo nisi me fallit opinio, facilis apud unumquemque erit eiusce pro-
 uidentia cognitio, duas aduersissimas res esse calidum atque frigidum, quas
 una eademque percolari alia re iusserit. innumera sunt homini quæ fruatur uti-
 turque data diuinitus, in primis oleæ fructus, item uitis. hic animi nostri rela-
 xandi causa, ille reficiendi & tutandi corporis. Aquarum autem cursus lu-
 gis interdiu noctu que, & continens, æternitatis aliqua nota, miraculum lon-
 gè primum est. Hoc ipsum intempesta nocte deprehendas artificium admi-
 rationis. Porro ego hæc dixi confirmandis ijs qui fieri singula ratione, nihil
 inconsulte, præterea illam rationem atque prouidentiam Deum esse contra-
 dunt. Ille metalla, aurum, æs, alia sua, quod que natura quantum esset o-
 pus inuexit. Quorum multus usus in hominum uita abundè suppetere uo-
 luit. Alia luxuria deliciisque peropportuna magnificè quidem illa, parçè ra-
 tate poterant artifices auaritia ducti, quæ pertinent ad agrum excolendum, uil-
 lam ædificandam, molienda templa, ferro & ære neglecto industriam inte-
 gram ad alia conferre, quæ ne quicquam essent, atque usus nullo solum orna-
 menta luxus. Itaque ferunt argentum & aurum maximi laboris esse, tum in
 uestigando, tum fundendo & ducendo, ut infringere cupiditatem, & obtin-
 dere ualeat. Extant infinita largiter ad huiusmodi uitam nostram implendam
 prouidentie tributa, quæ ad honestatem impellent, & uirtutem, ab immodi-
 ca rei faciendæ uoluntate abducant. Horum persequi uestigia dicendo, sanè
 plusquam hominis est: acquis enim ueritatem perfectè cōsequatur? imbecil-
 lè & fluxa animantis animus ab initio purè Dei consilia peruideat? ergo & ad
 aggrediare, uersandum pro uiribus, estque insequenda natura: siquidem ille
 dialogi lepos homines abstrahit à cognitione ueri porro permultos. Ita con-
 tigit in inuestiganda natura philosophis, ijsce percuriosis importunaque loqua-
 citate grauibus. Illorum enim quoties artem atque studium indagandi rei ma-
 gnitudo uicerit, ambigua tractatione ueritatē inuoluunt. ex quo fit, ut diuer-
 se sentiant, ac inter se repugnent, et si probe sapientiam atque prudentiam affi-
 gunt. Vnde populi seditiones, atrociacque magnatum iudicia, dū patriam mo-
 rem illo genere aboleri posse censent, hoc in ipsorum perniciem sæpe uerit.
 Inflatus enim differendi uti Socrates, & quæ probabilia minus essent, ea simi-
 liora ueri conficiens: perinde quasi ludicrum in euertendis opinionibus a-
 liorum illi esset à suis ciuibus inuidia conflata sublatus est. Ipse Pythagoras e-
 gregiè modestiam silentiumque præ se ferendo, tamen insimulatus atque men-
 daci conuictus est. In Aegyptum lustrandi causa profectus antiqua uaticinia
 tanquam sibi diuinitus aperta Italicæ genti attulit. Omnium Plato lenissimus
 hominum, animos ab ijs quæ sunt in sensus opinatione posita, primus ad id
 quod unum atque idem semper est, intelligentiaque apprehenditur, attraxit.
 Oculos erigere iussit, alta & sublimia docuit, interpretes omnium primæ puriss-
 imæque mentis extitit. Hoc scire & rectè. subiecit illi alterum, duoque membra ac-
 tulit eius quod est, uno tamen amborum ac eodem genere: quādo emanat à
 primo, fluitque illud alterum. Ille nimirum administrator atque opifex huius
 uniuersitatis altissimo loco sedet. Hic ut administrator insequens omnè cau-
 sam machinationis alteri accepta refert. Vnus ergo dicendo absolute, quidque
 prouidens & procurans hancce qui tornauit atque digessit, unus in qua, Deus
 sermo. Qui ipse Deus est ac Dei filius. Nā qui aliter appellare possis, nisi flagi-
 tium grauissimum in te admittere uoles? Vniuersorum patens etiam uerbi
 sui patet

sui pater æquo iure dicendus est. Huc usque Platonica sapientia. In cæteris ple-
 nissime à ueritate aberrat, aduecta deorum multitudine, uno quoque forma sin-
 gulari uultus. Inde uero multam errationem rudibus infirmisque hominibus
 expandit ad altissimi Dei prouidentiam nequaquam aspicientibus, imagines
 humana, animantiumque reliquarum specie reuerenter adorantibus. Idcirco
 summum ingenium, dignissimum laude, errore implicatum, minimeque since-
 rum ac expurgatum fuit. Idem se reprehendere mihi uideretur, atque emendare,
 inspiratam coelitus homini rationem, eumque animum nostrum esse profitens.
 Omnino quod est, in duo genera ab illo distribuitur. Alterum intelligi, perci-
 pi sensu alterum debet. Tertium utriusque est compages. Illud intelligentia
 atque ratione comprehenditur. Hoc opinionem sensus affert. Igitur illud ex-
 pers materia sacrosancti spiritus aliquid habet. Id esse simplex & æternum
 constat. Hoc undique diffluit: & qua primum conditione ortum est, æternita-
 te careat esse necesse. Deinceps mirificè explicat animos hominum, modò se
 probe gesserint in uita, integracque fide fuerint, post hæc à corpore secessionem
 celo qua eminet pulcherrimum æuum acturos. Visiter id quidem, nam
 quis in istam sententiam illectus expectatione foelicissimi seculi iusticiam ne-
 gligat, atque modestiam non amet? quis iniquitatem & uicia non detestetur &
 aueretur? His adiunxit dissolutorum animos fluentis Acherontis, atque Py-
 riphlegethontis instar reliquarum naufragij cuiusdam iactatū iri, tametsi nō
 nulli sunt obliquo iudicio uiri, qui cum ista perlegunt animo, nec affici, nec in-
 horrere, sed illudere magis ac despiciari subit, ut aliqua fabularum commeta-
 gant, et si poetarum offucias admittunt. Hi personant uniuersa Græcia, Barba
 Deonatos, esse iudices animorum ubi discesserint è uita, poeta dicunt, hos,
 inquam, iudicia & atria laudare, tanquam censores manibus dare uides. Iidē
 bella demonum, conflictus atque bellandi leges afferunt: eorum sortes, eorum
 fata perstreptunt, hos acerbos, hominum curatione alienos, supra modum mo-
 lestos illos, atque tractatione difficiles alios, producunt autem miserè discer-
 uantes se ob suorum liberum eadem, quasi tantum absit, ut subleuare alios
 possint, ut maxime necessarijs opem ferre nequeant. Hominum consuetu-
 dine fortunam utramque experiri cogunt. Itaque percuti, depugnare, tri-
 umphare gaudio, gemere, canere. Nihilominus accepti sunt, in manibusque
 uersantur: profectò si adeant ad artem poeticam numine afflati, parendum
 ijs, atque credendum est instinctu aliquo adactis ad ea contexenda, motus
 animi deorum demonumque referunt. Igitur eorum affectus ut erunt, ita dicen-
 tur. Dicat aliquis, sanè poetae mentiri licet. Etenim animū delinire si quis au-
 test, esse artis munus affirmant. Vbi aliter esse quàm dicitur nullo modo po-
 tesse, esse necessariò uerum oportet. Hoc arti concedamus, amandare nōnun-
 quam ueritatem. Atqui se mendacem esse frustra nemo uelit. Aut enim gra-
 tiant, in quibus absque impietate falsa dicere uerum est ommissa natura, de qua
 exequi uoluerit. Enim uerò qui minimè esse frugi meretur, atque sibi magni cri-
 minis esse conscius, ille si cōsiliū mutabit, & ad intuendum numen attendet,
 optime secum actum existimabit, quamuis ætate adulta propensior erit ad fa-
 pientie studiū purgata acie mentis, institutoque uiuendi peruersissimo remoto,
 nulla prorsus humanitatis institutio: nobis omnia de celo data, ea quæ de
 moribus homini probantur. Equidē habeo amuletum, atque circūfero machi-
 nis inimici dimouendis habile. Is umbo, noticia uidelicet eorum quæ Deo gra-
 tiantur opportunus, ad ea differenda propellit atque inuitat. Ego uerò non citra
 dilectū ingrediar uniuersi parentē laudaturus, istudque studium meum & di-
 ligentiam ueluti excitabo. Christe omnium seruator ades, atque de tua uirtute

orationem istam depingito, dicendi uim arbitrio tuo indulge. Nemo autem lepores expectet, & implentem aures eloquentiam. Conciones illas elaboratas, ad uoluptatemque optimè concinnatas, intelligo placere non posse prudentibus, ubi sonitus a dicente, quam ratio modicè dicendi potior habebitur. Aiunt homines impuri toti facti de scelere iustificatum fuisse Christum, autoremque uitæ caruisse uita. Quos ad impietatem semel aggressos improbitatem, neque tegere, neque reformidare quentem mirum non est. Hoc uero hominis est insigniter amentis atque stolidi, credere se ea de re fecisse fidem: uim moralitatis benignitatem adeo excussum: nec id habere potius, animi præstantiam illam perseverantiamque non immutari contumelia, non deici de sententiam ledictis, imò feritatem persequi, frangere maiestate sensus atque magnanimitate, fuerat eo consilio Dei bonitas, ut induceret iniusticiam, honestari & reprobilitati restituendæ incumberent. Ea propter hominibus undecumque doctissimis coactis, excellentem utilemque ad uitam doctrinam instituit, æmulatricem illius ordinis atque diuinæ providentiæ, quod hominum bonorum reproborumque interest. quo quid esse potest amplius aut uberius in serie bonorum uniuersa? Virtutem unam excellentissimam Deo largiente, suique permissis addicente eos qui digni doctrina illa essent, ut ad omnes integritate atque probitate diffusa liceret esse æternum beatos homines. Insignis ista uictoria: cum maximum, tum uero præcipuum opus emendatio ac castigatio populi, quo numero sumus etiam, qui tecumque laudamus, omnium seruator. At tu contumeliæ plena petulantia, procacitatis morbus, inflata rumoribus atque mendaciorum copia iuuentutem eludis, imponis adolescentiæ, qui facile capiuntur, hac quasi sint ætate homines à ritu sacro auocas, comparas imaginibus ludibria ad quæ adorent, & uota dicant, ut hebetes sensus idem maneat auro ramentum, Christum boni originem fontemque, Dei filium, accusant: illum uero quæ gens in qua modò aliquid falsi insit, atque modestiæ, quæ natio Deum non existimat obseruatque. Ille potentatum omnem adeptus est, ea ratione perstat esse, neque tantillum pristinam humanitatem imminuit. Hinc inprobi pedem, qui ipsi permittitis ob impunitatem uobis admouere sacro maiores hostias: comessatum ebrietate festa, religione ergo dissimulanter itur. Ibi palam uoluptas atque libido conqueritur. Id sacrificio cui nomen est falsi palam appellandum satellitium uoluptatis. Apud uos ignoratio boni penitus, altissimi Dei mandatam omnium primùm minime tenetis, in quo lex est humani generis astricto filio ad illam prouinciam administrandam. Nempe uis arbitrio qui uitæ curricula emensi fuerint sobriè & honestè, ut non demum beatissimam felicissimam que uitam sortirentur. Equidem decretum scilicet tumque Deo de mortalibus exposuit: uerum non qua permulti inscientia, nō similitudine coniectura uel ductus. Verum enim roget aliquis, unde nuncupatio filii, quis ortus si Deus unus est alienus omni temperatione, permittitque dissimilibus ex rebus expers. Ergo generationem duplici modo atque ratione intelligi licet. Illam uulgarem & tritam cum foetura, alteram perenni quadam efficientia. Vim huius inspicere nisi numine aut aliqua propiore necessitudine ne illi adiuncto nulli contigit. Istius enim causas uniuersitatis homo doctus & experiens agnoscat. Et cum nihil absque causis sit, omnino fuisse quendam principatum ortus. Itaque cum mundus est, atque eius partes, & usque salua uniuersa maneant, autorem tutoremque necessarium antecessisse. Ita salutis in Christo causa erit, atque adeo ipsa rerum salua ac conseruatio. In parte efficientia et antegressa causa cuius est ille filius effectio. Ac ab initio quidem extitisse, à nobis explicatum abundè est. Ad homines autem cur adijt, terrasque inuisit: Est una certe ratio communis, curatio atque tutela omnium rerum iuxta prophetarum placita. Nam artificem sui muneris oportet esse curatorem. Postquam igitur illi huc appellere, temporibusque necessarijs, terrasque inuisit, aliquan-

aliquandiu certum illi esset, ortum machinatus est, incognitum ac peregrinum. Conceptio absque nuptijs, sine congressu, integra uirginitate Lucina id est ipsa Dei parens atque uirgo, naturæ iugis initium temporale, sensus eius ce rei quæ solo animo percipi debet: denique sylua lucidissima minime corporati. Cætera totius ostenti consequutio, cum re maximè coniuncta est. Ex arce enim uerbi columba pennis excita uirginis finibus allabitur. In cuius inquinatum, tora castitate atque temperantia potior em. Illum Iordanis lauari præbitor reueritus est, insuperque unctio, regia quidem, & ad omnem scientiam comparata. Potestas, educatio, cuius effectus mirabiles, in primis hominum deploratorum curatio. Petitionum ocyssima concessio ne utiquam impedita. Prorsus humani generis optato & uoto integrum uiuendi institutum. Doctrina erat non prudentiæ animaduersio, sed docens adeo sapientia. Neque uero gubernandis urbibus idoneam artem uirtutemque auditores exercebant. Hoc agebant uti permanens & stabile genus intueretur, altissimi patris accipere tandem noticiam possent. Hercle beneficentia est summa pro cæcitate uisus, habito bona pro languore corporis & egestate, pro morte uita denuo reddita. Prætermitto sciens apparatus solitudine media penè luxuriosum, et si cæcitate & obsonia rara erant, omnigenam tamen abundantiam immensa multitudine. persoluo tibi grates istas ere mea quantulacumque Christe, Deus atque protector, altissimi consilium patris expugnator aduersa calamitatis, optabiliorisque disciplinæ princeps. Ego enim præconiū non dico, sed instituo gratiarum actionem. Quis enim te homo digne laudabit? Omnia te quæ uidentur de nihilo fecisse constat: tum illuminasse molem elementorum rudè & indigestam, adduxisse ad istam ordinis pulchritudinè. Vnam excellentissimam uirtutem homini, ut qui natura illa sint, si beatam uitam imitetur, aspiciantque tribuisse, ut tabernaculum exerceant in qua bona insunt omne genus, unicuique forsitas imperiant. Acquisitæ inquam prudentiæ, ex qua frugè de uirtute coluntur, quæque miserationem habeant, expectatione fidei suæ conseruent, erubescant amplectent, atque uirtutem penitus, in quam uita hominum antegressa, inuaserat: à qua supremo totius administratori standum fuit. Exurgentis enim illius huius temporibus iniusticiæ gentemque peruadentis oppugnator atque medicus ex usu nemo erat. Ergo hæc intentata prouidentia quicquid in iuria & libidine peruerti potuit, adornare incepit haud occultè. Namque inter aspiciere. Nonnullos animantium brutarum nullo sensu rationis asimiles in sensibus ob euidentiā immorantes. Hic ea quæ nemo dubie accipit, indigent etiam uersans, atque ingenio hebes ob oculos mirabilem, sceleratè beatitudinem que posuit: iterum inire uitam pollicens ista uita defunctis, & in uita aggressus, ut attraheret homines ad constantem fidem euolauit in celum, quod nisi Dei nullius esse potest egregium numinis opus. Quanquam occupata lux diurna à nocturna caligine tenebris interceptus est sol. omnes ubique gentium populos horror agitabat. uniuersitatis esse postremam lineam, aut certe aduentare cogitabant: antiquum chaos obtinere, qualis ante cõditam mundi machinam omnium facies erat: has illius esse uires. Habita anxie tantum hæc questio, unde esset, ecquid in deos à mortalitate admissum grauius, usque dum leniter iniurijs impiorum insita magnanimitate despectis, & nihil ductis, suum luxuriam celo retulit, astraque digesta reposuit. Ibi cœli uultus atque species intervallo



uallio mœrens pristina hilaritati luculentè reddita est. Instet aliquis & afferat, eius inuertere consilia, rationesq; Deū potuisse facile, qui contrā procax atq; petulans esse principio maluisset. Oro quæ accommodaturq; oratione illius, dum uia paratior, ut improbi resipiscerent, emendareturq; oratione illius, & consuetudine inter homines; ea si nihil efficere cum adesset ille potuit (est enim mundum adhortatus, ac pro concione frequente sæpe dixit) absentis, inauditiq; gratia ualeat; honestam uiuendi uiam inculcare, identidem uisus infectare desistit. Etsi in omnium oculis est uersatus, illud ab eo iam diu profectio requiratur. Illam eximiam disciplinam obsecro quis auertit? Iners hominum fatuitas, etenim cum ea quæ pulchrè decenterq; admonemur, accipimus iracundè, quicquid usquam sobriæ mentis in nobis euanescit, atq; emoritur. De industria factum est, ut aures à lege sancta abstinere, admoniti refragarentur, atq; dicta denique negligenter. Quod nisi egissent, auerterent quidem præmia dignissima reportauissent in secundam etiam uitam (quæ uere sola dicitur) haud in usum modo præsentem. merces enim animi Deo obsequentis æterna ac minimè fluxa uita est. Hanc adipiscuntur ij qui Deum sciunt, & ita uitam insitunt, ut imitanda posteris æqualibus admirabilis, atque tanquam uitæ exemplar omnibus. Eo tradita est ueri agnitio sapientibus, ut quod illi dixerint obseruandum publice, in animis inhaereat. Illam ens integra & caelebs, obseruatio præceptorum diligens, ex qua robur aduersus aculeum mortis, ex qua securitas enascitur, si de Deo uniuersum addixeris, pura illibataq; fide fueris. Obsistit huiusce mudi tempestatibus, in expugnabili uirtute, atque se dicendo testimonio Dei causa comparat. Vnde formidiosi ingenitum animose debellatrix ad lauream accersitur ab eo, qui uiam ardua ingressa, tamen nihil assumit arrogat uel sibi. Videlicet hoc ego illi perspectum esse puto, datum esse cœlitus uti subsisteret, obiret que alacriter omne diuinum munus. Quam uitam memoria sempiternaperennes honores & immortalitate decus atque gloria non immerito sequitur. Namque uita modestiæ plenam & nobilitatem excitat. Proinde hymni, carmina, præconiaq; aduersus illum designatorem summum. Quæ gratijs agendis apposita sacra absque sanguine, absque uisum hominibus illis, ubi neque desideratur incensa pyra: neque uero aromata & odores. Adest enim castissima lucerna, quantum aduerant sufficit. Frugalissima conuiuia plurimorum, ad egestatem subleuandam, & ad eos qui fortunis euerli re sua cecidere fulciendos adiuuenta. Quæ si quis illepida existimet, secus atque cœlestis institutio sentiet. Iam reperiunt ingenium exercentes aliquos in numine inculcando. Cur enim ea quæ existunt inter se discrepantia, tantumq; dissidere maluit unam atque simplicem uitam & tam contrarietate nulla potius effinxisset: unde morum, instituendæ uitæ & degendæ, maxima uarietas apud nos. Atque fortasse præstabat ad ipsam intelligendum, & animo informandum: ad implendum mandatū retinendumq; mordicus, ad uniuersumq; etiam fidem confirmandam abesse ab homine mortali, ita abiunctos atq; instituta uiuendi. Atqui uno esse ingenio singulos optare, per absurdum est, idq; non animaduertere, mundi machinandi rationem, ordinem, ac eorum quæ in eo sunt eandem esse non oportere. Nam quæ natura subsistunt, illa cum moribus ita coniuncta non sunt, ut nihil inter se, animi affectiones ipsæ plurimum absunt à corporis affectibus. sanè omnem mundum terrestres animantes ad interitum destinata, natura sua quo nobilior atque diuiniore est, exornant, hominumq; genus in primis, etsi non omnium, neque temere, sed in quibus apparent aliqua uestigia boni summi: qui cœlestem naturam persequuti, uitam sic instituerunt, ut in ea degendæ cognitio numinis anteiret. Ita uero quæ generantur ac intereunt, extremæ dementiæ cum illorū genere conferre, quæ perpetua sempiternaq; sunt, initium illorum

illorum nullum, exitusq; nullus: ista sicut orta & facta sunt aliquo principatu temporis, omnino deperire necesse est. Ista illi principi fabricæ totius operis exæquari nequeunt, utq; uanitatē aut stoliditatem esse iudicet atq; censet, ego imperauisse ut essent, haud arbitrer. Verum orbes ipsi machinæ uolubriorum ad animalium sensum factum primario illo per uio solis animis. Porro autem confusio ridicula emerget, ubi diuinitatem internoscere nequeas à ceteris animantibus, atq; brutis æquali esse cum humanitate loco facias. Oportet isthic esse potentiam ue quæ Dei magnificentiam adæquare possint, in fa beatitudinem si nancisci uolumus, ad ipsa cœlestia mandata uita dirigenda tota est. Parcarū uolentia potiores erimus, hoc est à lenio liberi, cum præsertim ponere possimus immense potentia, simplex aduersus eum obseruadi & excolendi uia, consideratio illius, ac quæ eius stomachi sunt. Cernuum minimè esse terram ue cōtuentem, sed animum illuc inducere quantum queas ad ardua. Ex quo studio, inquit, erit anteferenda uictoria omnibus. Causa igitur dissimilitudinis in rebus, & dignitate, & facultatum uicissitudine sic habet. In quā sententiam pedibus ire prudentes, atq; gratias immortales habere mimentur. Ingrati (qui nisi stolidi amentesq; nulli sunt) arrogantiam ac contumaciam non inultā ferent. Enim uero Dei filius omnes ad honestatem hortatur, se magistrum, censoresq; morum ijs qui sano cerebro sunt adhibet. Aut egregie opinione labimur, & ignoratione praua ducimur, si compendio nostro peregrinationem illā constituisse in orbe terrarum ambigimus. Hic tum accersitis ad sese bonis illius seculi hominibus, hinc rebus instruit, iusticia dico & fide, quæ uitæ curriculo temperantis esse medicina animi possent. Inter ea enim iudicio eius inuidentiæ plurimum relictar, cui simplices ac minime malos irridere uotiuum est. Inuisebat infirmos, afflictosq; agritudine alleuabat, & morbi uolentiam compecebat. Alios ad ultimam egestatem adiuuabat, optime solabatur. Modicitatē sensus in ratione positi ualde approbabat. In uicibus fortunam apparatus esse, iniuriæ contumelias accipere toleranter; admonerat atq; nihil putare. Fatum quoddam paternum esse, ut ille perpetuo uincat, & ubiq; loci qui fortunæ casus animo adhibet. Nam hoc esse boni q; intelligentia orta est. Illa consuetudinem inuehit, ut ij qui iusticiam luculentam habent, sua minus opulentis humanè impertiant, hancq; societatem boni nemini inuideant. Opes atq; potentiam prohibet, ostenditq; se dimissurum modicos. Etenim ita principio se modicis adiunxerat, sic fide suorū percontata, & probata mirifice obtinuit ingruentium tempestatum, non modò contemptores, uerum etiam fidei suæ uerissimos sectatores. Vnum aliquando nimium indulgentem iracundiæ, duriter admonitum oratione flexit. Ille in quendam inuadebat ense districto, suam operam hero uenditans isto genere. Quem otiose iussit esse, enseq; recondere, criminis insimulans, eodolibet, aut eum qui se comparasset aduersus iniuriam, & ad arma recurrisset meritorium male. Quæ profectio prudentia cœlestis est iniuriam contumeliam pati quam inferre uelle, cum necessarium tempus incidat, habere præsertim. Nam cum aggredi scelus est ingens atq; capitale crimen, ille qui patitur, leuabat abstinere se à danda contumelia, neq; mali quicquam accipere presentis, suane etiam adiutoris, & ope fretū in quo ne familia læderetur, inerat adiuuenti suus, suane etiam causa id egit, inceptauit. Atqui duellū erat in quo uictoriæ uentus anceps & improuissus. Atq; ille uere sapit, qui certis fixisq; dubia nō antepo-



anteponit. An esse presentem Deum & opitulatorem potuit ambiguum illi esse, q̄ toties acie periculi expertus, antea semper integer ac bene sanus Christi nutu pugna recesserat? qui pedibus altum mare emensus erat? qui iubente hero tranquillum & sedatum ingressus, fluctuanti plebi iter in aquis exhibet? Hoc ut ego censeo preclarum fidei sustentaculum atq; fundamentum animi belle persuasi, quæ supra fidem sunt opinionemq; posita, cum intelligimus ab eo confecta absolutaq; esse. Inde est, ut te fidei tuæ non poeniteat. Vbi de veneris in aduersum aliquem casum, immutabilem in Deo spem collocaueris, illo sensu insidente in hominum animis incolit humanum peccus. Ipse uero à nullo uinci superari ue potest, animusq; inexpugnabilem uirtutem complexus, nequaq; debellari poterit à fortuna. Dicimus insuper ex insigni Christi uictoria ita fore, qui procuratione totius uniuersitatis in se recepti, cum ludibrio fuisset impio generi, cum acceptus ubiuis contumaciter, in patibulo nullam sui iacturam fecit. Eximiam uero laudem retulit, atq; de peccato lauream sempiternam. sic est ad umbilicum perducta consummataq; illius ratio, sic iniquitate atq; atrocitate deleta charitate pijs ostendit tormentum à prophetis, & illa crux ante presentatione sua fuerat annotata: predictus ortus hominum more, predicta natiuitas humana: ipsum ferè momentum corporatae Dei naturæ predictum: nempe libidinis & iniusticie semina profligatum ita, redire consuetudinem antiquam atq; uim, orbem terræ sapientie, temperationis, animos occupante lege sacrosancta participem fore, plurimum operæ precium religioni futurum, superstitionem prope totam inductū ita. Ex qua non animantium modo brutorum, uerum etiam hominum sanguine ritu hostiarum nefario litatum est: execranda aræ inuenta sunt: inualuit Aegyptius Assyriusq; mos immolandi ad ereas statuas animam iustam. Proinde frugem isti religioni debitam abstulere. Babylo frequentata, solitudo fiet. Mēphis stabitur, atq; patrij dij. Quorum non auditor tantū, sed etiam spectator illa senbo, qui miserabile casum urbium inspexit. Vastitas est atq; solitudo Mēphis, quam Moses admonitus à Deo, cū Pharaonis esset æuo illi potentissimi (quæ tamen despicientia idem fregit, exercitumq; uictorem gentium multarum ad dimicationem instructum) non aggere uincis ue, non missilibus aut arte iaculandi, sed oratione simplicissima, suppliciq; uoto suberit, nulla usquam foelicior ea gēte natio fuit, erit ue, nisi suas aures à spiritu sacro abstinere maluissent. De Mose quid est quod pro merito dici possit? hic inordinatā & inconditā multitudinem ordine distinxit, autoritate animos & pudore ministris. Equidē eousq; fouit homines suos, ut illa sorte nimium diuersa, & euerterum beatissimo elati, contumaces ac fastidiosi fierent. Tantū uero prudentiam maiores suos antecessit atq; excelluit, ut aliarū preconio gētium cognitū, eruditiq; istius sapientia amantes, hominē amulari constituerint, admirati sagacitatem. Namq; solertiā Pythagoras illius imitatus est. adeo temperantia uelut exemplar claruit, ut omnium Plato maxime sobrius istā animi moderationē uelut exemplar assumeret. Daniel ille futurū æuū dimensus, ille præ ceteris ingenio sublimi uir, ille honestate morum facile in uita primus, quam laboriole, quam acerbe dimicauit aduersus imperantem Syriæ tyrannum: Ipse Nabuchodonosor appellatus est. Euulla progenie radicitus ingens illa uis atq; dominatio in Persas abiit, usq; in hodiernum diem gaza tyranni decantata, & studium inuestigatum profligatae religionis extat. Delubra nota, deorum templa fastigiis proceritate cælo proxima, copia metallorum omne genus ad hoc ipsum diliquisita, leges huiusce ritus horribiles, ad crudelitatemq; facta. Quas omnes, ut erat optima fide, Daniel aspernatus, importunam ea in re tyranni diligentiam portendere magnū malum prædicabat. Adducere tamen ad se hominem non potuit: opes enim atq; diuitie animum distinent, ac faciunt uti iaceat. Itaque

OPA. HVSB. CA. SUR. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

immanem mentem & efferatam statim Imperator aperuit. Aequissimum uirum belij exponi dilacerandum iubet. Etiamnum strenua in obeunda morte fratrum cogitatio eadem, quos studio summo posteri prosequuti fidem celebauerūt, extuleruntq;. Igni in fornace traditi, quæ summo cū dolore depalesci corpora oporteret, intacta conseruauerunt. Exacta aut̄ dominatione populi Assyriæ Daniel ad Imperatorem Cambysem in Persiam abiit, iterato nō absq; numine iactu fulminis. sed illic inuidia atq; insidiae Magorum promptissimi exitij, difficultatum plurimarum accessio, à quibus omnibus adiutrice Christi seruatoris opera saluus in omni uirtute nullo demum negotio precelluit. etenim Magi Persici, quod ter supplicaret interdū altissimo Deo, resq; memorabiles adire foeliciter, & absolueri uideretur, inuidiose preces aliō uerte re, nimirum periculosam imperio sublimem atq; immodicam potentiam esse. Quæ ratione factum est, ut auxiliator ille Persarum publicus adiutorq; toties immitium leonū esca fieret. At ille diuaticatus atq; deligatus exitio suo non est. Inde immortale decus gloriæq; attulit, inde nomē & honorē. Ergo uersatus in acie ferarum hæc māsuetas atq; adeo cures, efferatos illos qui iei perditum uoluerant, esse sensit: siquidem omnes uoto & modestia demulsi, etiam naturæ conditio ferebat aliter. Quæ perspecta regi Cambysi (neq; enim seripoterat, ut admirabile diuinumq; opus in tenebris & caligine uersaretur) iei animum rei nouitate perculerunt. Adductum esse se calumnia Magorum admodum poenituit. Hic audacior effectus, eundem locū ipse adiit, et omnia dispexit. Ibi hominem manibus intentis hymnum dicentem Christonem illi subiectos, ac quasi uestigium reuerentes intuitus, arripi Magos ocyus auctores iniquitatis indicit, atq; leonibus apponi. Qui modo tanquam laniant, & adulatores insita naturæ ferocitate profligant, ex more corpora de Christi diuinitate aliquod testimonium comimemorem. Siquidem eo fieri, ut improbi mortalium animi petulantia morbo grauati Dei filium, Deumq; modo sua admittant & fidem adhibeant, intelligant. Igitur Erythrea Sibylla, quæ seculo sexto à diluuiio fuisse dixit Apollinis sacerdotem se, ac corona fortasse propterea habuit insigne caput illius Dei ritus obseruatricem. Antiquum tripodem circa quem uerlabatur anguis amplexata, qui seiscitatum adissent oracula edebant amentia parentum, qui religioni deuouerant, ex qua impudici animi, frugi nihil euenit unquam, ut ijs quæ de lauro feruntur omnia cōsonent. Illa igitur aliquando medijs adytis importuno superstitione religionis sibus. In eorum serie literæ quæq; primores (Acrostichis à Grecis appellatur) aduentus Iesu historiam significant. Acrostichis hæc est:

I E S U S C H R I S T U S D E I F I L I U S , S E R U A T O R C R V C I S .

Versus autem hi qui sequuntur.

Iudicio telluris erit sudoribus omen.
Erumpetq; alto carnem qui iudicet, atq;
Suspensum (tanti est regis presentia) mundum:
Viderit inde omnis uel si perspecta fides est
Sive hæc nulla Deum sanctosq; in sinibus æui.
Carnis amans & pulpa uestitus amica,
Hic animis alta è sella ius dicet eritq;
Perum campus inops, tribuli nascentur, opesq;
Inuisæ sient homini, atq; iacebit imago.
Tum quoduis ista gaudet luce cadauer.
Vir facer atq; exlex flamma dignoscitur, atq;
Sicut integrum quicquid tamen usq; latebat:



OPA. F. V. S. B. C. A. S. R. A.

Ducet enim lampas referatis frontibus intro:
 Et multi plangent, multi ringentur, & astra
 Inducent choreæ legem, facies tum solis opaca.
 Flexum erit & cœlum, nulla quoq; luce Diana.
 Implebit ualles, & casta cacumina reddet.
 Labentur colles hominum fastidia: toti
 Incipient æquor fieri montes, mare demum
 Velivolam nulli cum tellus fulmine arefcerit.
 Sublidet fontes, & nusquam fluminis horror.
 Suspectum cœlo sonitum dabit ære recuruo
 Eiuulans tuba perniciem mundiç labores,
 Recludetç chaos immensum terra dehiscens.
 Vndiq; conueniunt reges, sedemç uidebunt.
 A cœcio riuus flammæ, undæ sulphuris atrii.
 Tum bene factandum indicium mortalibus atque
 Optatum cornu, lignum cum gente fideli,
 Res æque una pijs uita, orbic; insitus error.
 Clara duodenis illustrans fontibus unda,
 Roboremç pedum toto dominabitur æuo.
 Veribus exscriptus Deus his primo relicita est
 Xenophilus nostra causa rex ultima passus.

Ita diuinitus in animum uenit edicere uirgini, quam ego profectio beatissimam esse iudico, delectamç a Deo Opt. Max. consilij sui uaticinatricem de nobis. Et si plurimi seuerè negant hæc esse digna fide, cum tamen Erythream Sibyllam fateantur. Atq; illi quidem aliquem suspicantur, huiusce ritus obseruatore[m] hominem poeticæ non ignarum confecisse uersus, subinde Sibyllæ nomine circumferri quædam quasi uaticinia, quæ reuera adulterina sint, & tamen ad instituendam probè uitam conducibilia, cum excidio uoluptatium homines ad honestatem arripiant & temperantiam. Ad exquisitam autem rationem ueritatis, hominum nostrorum diligentia annotatis interuallis repositum, iam nemo posset aliqua de re ambigere, post aduentum Christi poemata composita & tãquam uersus essent a Sibylla dicti, ita falso tenuisse. Nam certum illud est, incidisse in poema Ciceronem, idç factum ab eo Latinum cum suis elucubrationibus annueruisse, qui tenente Antonio terum summam sublatus est. Iterum Augustum Antoniano bello superiorem euasisse. Ille sex & quinquaginta annos imperauit. Insequutus est Tyberius, quo secundo aduentus illuxit, atq; sacrosancti ritus inualuit ubiq; loci mysterium. Tum noua populi successio conspirauit, de qua sapientissimum poetarum Italicæ duntaxat intelligere puto, cum dicit:

Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
 Rursus alio quodam Bucolicorum loco:
 Sicelides Musæ paulo maiora canamus.
 Quid esse possit apertius: etenim subiunxit:
 Ultima Cumæi uenit iam carminis ætas.

Subobscurè nimirum Sibyllam innuens.
 At minimè contentus eo libentius progressus est, quia sursum hac in re testimonium desiderari existimat. Hoc uero quale tandem est? Magnus ab integro seclorum nascitur ordo, iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna.

Quæ nam illa uirgo per deos aduentare dicitur, an non illa luminis & spiritus sacri plenissima: atqui nihil aduersatur ea quæ uirgo sit uti afflatu diuino texta uideatur. Iterum ille ueniet, atq; orbem terræ alleuabit. Addit poeta:
 Tu modo nascenti puero quò ferræa primum

Desinet

Desinet, ac toto surget gens aurea mundo.
 Casta faue Lucina.

Quo duce, si qua manent sceleris uestigia nostri
 Irrita, perpetua soluent formidine terras.
 Agnoscimus autem intelligimusç manifestè, quæ allegoria occultantur. Nam qui uim carminis altius esse repetendam putant, illis se diuinitas explicat atq; aperit. Eadem uia poetæ consultum probè est, ut cum primates in urbem regia inculcare nequeant, aut insimulare impietatis aspernantè leges à maioribus acceptas, omnino religionem conantem circumscribere & euertere. Propterea ueritatem inumbrat, & opinione mea illustrem, optandumç oblitum Seruatoris intellexerat. Ut autem declinaret immanes illos atrocitatis oculos, auditorem à nostra dicendi cõsuetudine noluit auertere. Ait ipse potestas aras, delubra facienda, in lucem edito nuper litandum esse. Porro cetera ordine annectit ijs qui sapiunt. Inquit enim:
 Ille delum uitam accipiet, diuisç uidebit
 Permissos heroas, & ipse uidebitur illis:
 Pacatumç reget patrijs uirtutibus orbem.
 At tibi prima puer nullo munuscula cultu
 Errantes hederas passim cum baccare tellus
 Mistaq; ridenti colocalia fundet acantho.
 Sanè uir admirabilis ac undecunq; doctus, ille seculi sui crudelitatem completam habens, ait:

Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
 Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
 Et certe se ita res habet, haud enim regio potentatu fides exterreri poterit.
 Ipsæ tibi blandos fundent cunabula flores:
 Occidet & serpens, & fallax herba ueneni
 Occidet, Assyrium uulgo nascetur amomum.

His neq; uerius esse quicquam potest, neq; ad præstantiam Dei optimi accommodatus. ipsa Christi cunabula nouum germen, odoratq; flores à Pneumate sacrosancto, occidit uenena, occidet serpens, atq; illius os impudens, ex quo primis hominibus imposuit, ab insitisç honestatis igniculis ad uoluptatiam uitam auertit, exitium uti præsentissimum sibi adesse prouideret. Nam antequam Christus aduenteret causa immortalitatis hominum meliorum, percellerat omnium animos ignoratio, nulla boni cuiuspiam expectatione erant. Hic cum passus esset, interualloç separatus à corpore, sensere homines quantum in ea resurrectione solidarum uirum inesset atq; roboris: iniusticiæque reliqua lex erat, tota lauacro expungebatur. His paucis diebus animo bono esse iussit, excellentis illius, & adeo celebratæ resurrectionis similem expectare. Proinde merito dicitur occidisse herbam ueneni fallacem: mortem ipsam demortuam iugulatamç esse, testata ac consignata resurrectio est. Assyria gens internecone periit. Vnde fides impressa ferè est. Amomum igitur apellat ipsum uulgò natum, multitudinem quæ se ritui nostro consecrarit. tanquam enim una radice rami undiq; erumpentes, eximio florum germine uentime, quæ simili deinceps ingenio conscripsit:
 At simul heroum laudes & facta parentis
 iam legere, & quæ sit poteris cognoscere uirtus:
 Heroum laudes, opera proborum actionesç nuncupans: orbis autem maturationem & structuram, integerrimè toto æuo domicilium futurum parentis acta: forte leges etiã, quibus ecclesia iusticiam amulata, atq; reparationem uitæ utitur, absurdi accipi nihil est, aggeratio uehemens certè & admiranda, at de soluto uitæ genere bonorum inter & malorum limites, in qua repenti-



num confertumq; omnem motum deprecatur,
 Mollī paulatim flauescet campus arista:
 Quæ Dei fruges erunt, & ipse legis usus.
 Incultisq; rubens pendebit sentibus uua:
 Quod esse ex lege uita nostra nullo modo posset:
 Et duræ quercus surdabunt roscida mella.

Depingens seculi illius stoliditatem atq; duritiam morum. Equidem nihil
 obest eo uersu Dei labores accipi, qua de re auditor erudiatur, & tolerantie
 fructum mellitissimum legat.

Pauca tamen suberunt priscae uestigia fraudis,
 Quæ tentare Tethyn ratibus, quæ cingere muris
 Oppida, quæ iubeant telluri infundere sulcos.
 Alter erit Tiphys, & altera quæ uehat Argo
 Delectos heroes, erunt etiam altera bella,
 Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

O poetarum lepidissime & doctissime, omnino poetice licentia non abu-
 sus, effectisti quod oportuit. Id enim planè instituisse te, non arbitror, ut oracu-
 la ederes, præsertim cum esse te uatem nolles. etiam periculum quoddam te-
 nuit in eos erutum maximè qui sancta maioribus esse reprehendenda iudica-
 rent. Tamen si admodum cautè minusq; temerè pro moribus se interpretem
 ueritatis, his saltem qui aliqua mente animi sint ostendit. Ille cures, ille bella
 confinxit, ea quæ nunc etiam tota uita nostra uersantur. Ad aciem Troianam
 accingi Seruatorem nostrum optimè subindicat. orbis est terræ immensus illa
 Troia. Itaq; bellum gessit aduersum copias sceleris iniquitatis audaciae terras
 occupantes, eam ob rem ut ab altissimo parente cui rationem propriam ad-
 iunxerat emissus. Quid poeta præterea ait:
 Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas.

Id est, ubi radicitus humanam uitam quæ circumstant euulserit adulta iam
 ætate uir, ubi terras uniuerse foedere sanctissimo expoliuerit,
 Omnis feret omnia tellus.

Non rastros patietur humus, non uinea falcem.
 Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator:
 Nec uarios discet mentiri lana colores:
 Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
 Murice iam croceo mutabit uellera luro.
 Sponte sua sandix pascentes uestiet agnos,
 Chara deum soboles, magnum Iouis incrementum.
 Aspice conuexo nutantem pondere mundum
 Terrasq; tractusq; maris, coelumq; profundum,
 Aspice uenturo latentur ut omnia seculo.
 O mihi tam longè maneat pars ultima uitæ,
 Spiritus, & quantum sat erit tua dicere facta,
 Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus,
 Nec Linus, huic mater quæuis, atq; huic pater adsit,
 Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.
 Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,
 Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum.

Dispice porro, inquit, elementorum læticiam. Quæ rudis aliquis homo aut
 sanè male doctus ad natales humanos exigenda censebit, homine parente ui-
 delicet. At absq; rastris & sementi rationem non habet. Aequè illud est, falcis
 aciem uinea respuet, atq; omnem procurationem reliquam. Quæ de nato ho-
 mine quomodo possint accipi, non uideo. Quandoquidem administra fatina
 tura est, hominumq; nutum nihil obseruat. Et exultantes uniuersi partes ad-
 uentantem

uentantem Deum, non hominem editum iri in lucem prælagiunt. Ipsius ora-
 tio poetæ uehemens sibi uitæ finem protrahi obsecrantis est animi cœlitus in-
 finiti nota. Quod enim assolet, à Deo uitæ atq; fortunarum tutelam non ab
 homine petimus. Erythrea uerò Sibylla Deum sic affatur: Here cur ad cam
 me necessitatē uaticinandi adigis? Illum incertum diem potius suspensumq;
 humanitati sineres, usquedum incipies aduentare. Quæ sequuntur, adiunxit
 ad illa superiora Maro:

Incipe parue puer risu cognoscere matrem,
 Marti longa decem tulerunt fastidia menses.
 Incipe parue puer, cui non risere parentes,
 Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Qui sit enim ut illi parentes arriserint? Horum ille deus est immunis à qua-
 litate potentatus. Nulla deformatione corporis exprimi, describi ue nisi cer-
 te humani potest. Thalamum incomprehensum esse Pneuma sacrum, ecquis
 addubitare audeat? Ecquæ appetitio desiderium ue toto genere honorum
 quo ab omnibus accurritur, aut quid omnino uoluptati cum sapientia com-
 mune est? sed ea missa faciamus, ipsæ tractanda relinquamus humana qui sa-
 pere uolent. Alij sunt ingenij excultores, animiq; hisce de factis & dictis ex-
 purgari appetunt. Ego uero tuam opem ad ea quæ mihi dicta sunt, religio
 pietatis & castimonie lex imploro: nulla mihi spes, aut expectatio optator.
 Non est illa subarata pollicitatio, quam à doctore immortalitatis accepimus.
 Adoro uos o pietas & humanitas. supplex aternam gratiam merito uelstro de-
 bere confiteor. Incogitans autem uulgus atq; expers auxilium uestrum, imo
 Deum ipsum propter antiquas in uos inimicitias aspernatur. Ignorat egre-
 gie rationem uiuendi & causam, esse se quicquid, ac quātus est omnes etiam
 improborum uisus & causam, esse se quicquid, ac quātus est omnes etiam
 na quæcunque in ea insunt. Meæ felicitatis & omnium meorum, nobilitati
 causas ascribo, testimonio esse poterunt, euentus illi uotiu, facta præclara ui-
 goræ trophæa de hostibus. Horum conscia magna ciuitas acclamat, atque
 celebrat: eadem est uoluntate urbis amicissima, populus etiam incerta spe dece-
 plus hominem indignum prouincia sibi præfecit. Ille oppido quàm facile suo
 merito deprehensus ingressionem audere, de qua facere uerba nefas illi præ-
 sertim qui te alloquitur, & ope summa nititur, ut ominari absit, omniaq; no-
 mine bono dicere peroptet. Ego profectò aliquid habeo, nec informe, nec in-
 decorum dictum. Bellum desperati foederis atrocissimum, o religio & pietas
 sacrosancta ecclesijs a tyrannide inductum est. Nulla tempestate defuere orbi
 Romano qui non publicis istis incommodis exultarent, ac gaudio dissiliret.
 Instructus ad ineundam pugnam campus erat, & tu pedem obfirmasti, fidemq;
 in aciem descendens es tutata. Crudelis & acer animus improborum incita-
 tus atq; late diffusus, insignem tum attulit tibi & perennem gloriam. Hoc i-
 tum erat quam obrem tenerentur reuerentia aliqua spectatores, cum torto
 res & carniſices affligendis omni genere cruciatus horerent ipsi ac fathisce-
 rentur quum remissa uincula, dissolutus & mollis eculus, ignis hebes: cum ne
 momento quidem repressa, uel etiam minimam labefacta dicendi libertas est.
 Quid igitur impurissime adiumenti tibi audacia attulit? cur repente lympha
 tus exitisti? an quia deos honore prosequeris? Amabò quos esse mihi di-
 ceſillos, aut tibi unquam in mentem uenit aliqua de natura diuina cogitatio?
 deos esse tibi iratos putas? Qui si essent, eorum demirati consilia magis atque
 rationem, quam obsequi impudentiæ iubentium iugulum peti optimorum ho-
 mine oporteret. etiam ne mihi dicturus es, ita maiores habuisse illa in opi-
 nione perstitisse? concedam etenim, hæc leges illorum uitæ persimiles erant, ea-
 dem utrobique uersabat. fortasse arbitrare in artificum munere fa-
 horum, inquam, & sculptorum facultatem inesse quandam præcipuam atq;
 uim.

OP. A. F. V. S. B. C. A. S. R. A.

uim. Proinde fouisti imagines: omnis illa tua cura, omne studium ne sordibus opplerentur. Ita magni primarijque diu humana se ope sustinebant, istam diligentiam requirebant. Quæso nostram modo religionem cum hisce compara. Hic omnium conspiratio, clementia perpetua, lapsus inuestigatio. Nam adhortatio exilio ante fertur. Hic salutis non atrocitatis clientela, optima fides primum Deum contra, deinde ad hominum societatem natura comparatam assumpta. Hic eorum miseratio quos a natura prostratos esse constat. Vita genus simplex, & minime callidum, intelligentia Dei maximi, quæ uerissima pietas, atque religio sanctissima nullo fuce inquinata. sapiens institutum uitæ est, quod ingressi tanquam uia publica ad immortalitatem transeunt: id qui instituit, ille animum liberum a commercio corporis habebit, ille nunquam desinet, & implere munus suum potius, quam errare dicitur. Qui Deum confitebitur, in eo se minime exercebit iracundia: genereose toleranterque necessario temporis sustinendo sese dabit. Is erit animi bene preparati comitatus. Humanam quidem honestatem diligit a Deo, nullus ambigit. Est enim præclarum homines aliquo gradu dignitatis etiam infimo, clientum officia atque merita uel beneficentia rependere, Deum rerum autorem negligere penitus: id autem uitam nostram maxime comitatur: ac quoties agere bene uolemus, adesse tum intelligemus. Ille cum primum accepit, ex merito reponit estimationis aut fortitudinis, absolutum uero beneficium distert. Hic uniuersa uitæ ratio putanda, quæ cum recte & ordine fuerit, immortalē uitam adipiscimur. Improbi scelus suum quisque luunt. Ego te bone uir interrogo, qui in ualenti in labores alienos, qui ecclesiam odisti, qui probe uisentes ad supplicium & poenam adegisti, qui te secundum uitam facis? Quæ te porro & quanta uigent mala, quamque uaria? cum nondum animam egisses, & in uitis tamen haud iam esses, interea loci compertum de tua beatitudine. Cum Scythicis agris ad internecionem Romanus exercitus, atque adeo imperium celebre deperit, estque duce te contemptum a Getis. Bandem eadem in ecclesia cum exercitibus, supremum iudicium, Valeriane sensisti. Ibi turpe mancipium regali purpura imperatorio ornatu deprehensus es, & a Saporo tandem Persarum imperatore excorari iussus & scissus, æternam de calamitate propria trophæum permanebis. Et tu seminarium iniustitiæ, nunquid Aureliane cum Thracia furiose decurreres, insigniter occisus, impio sanguine uix fulcos referasisti? Diocletianus a proseriptione & cæde suo iudicio reus in ignobili quodam hospicio quasi carcere conclusus est, atque poenas dedit. Illi uero quantum fuit indicere bellum Deo nostrorum Commodi. Nicomedia, quo timorem fulminis omni uita minime, inquit, apponeret. Id antistites historia non tacet, in quibus esse non nego. Regiam depopulatus est ignis, atque uallē flamma de coelo tanquam lambendo serpebat. Quorum nihil ab intelligente euentum non antea multo prædictum est. Nam neque reticere, neque ludum tantam indignè factis compescere poterant, quin aperte sua publice liberius exprobrantes in congressibus exclamabant: Quæ tanta per fortunas infantiæ quæ arrogantia potestatis? homines aciem explicare Deum contra, procerue illudere sanctissimæ religioni & ritui purissimo. Nulla causa multitudine uitrorum optimorum de compacto trucidare. Pro disciplina militari atque modestiæ magistrum. Proh sollicitudinem in ciues administrandi exercitus. Gentiles suos aduerso uulnere cadebant, qui iusta pugna nunquam uiderant aduersariorum terga. tandem probe uita est, incommodo tamen aliquo reipublicæ prouidentia, quicquid unquam factum erat impie. sanè exilis atque sanguinis tanta uis fuit, ut si Barbarorum esset, ad otium sedususq; sempiternum sufficeret. Omnis istius Imperatoris exercitus in mauium uenerat: hominis inepti, qui Romanum regnum arripuerat, isque innumeris prelijs urbem protegente Deo confectus est. Atqui oppressorum uoces, appellatio numen-

nis, ingenuitatis amor retinendæ aut reuocandæ: laudes ubi primum euenire desideria, atque libertas affuit, ubi ærumna auulsa, charitatem altissimi Dei erga mortales optime demonstrant. Hi cum administrationem meam laudant, hoc afflati numine faciunt, in primis autem Deum optimum maximū actio num mearum principem esse confirmant. Illius est agere bene singulariter, hominum audientes esse dicto. Multo autem sententia mea ingressio pulcherrima cuiusque muneris, si quis antequam incipiat, ita premuniat ea quæ fieri summe cupit, atque prouideat, ut in utramque demum (quod aiunt) autem se cure dormiat. Atque nemo nescit harum manuum sanctam esse prouinciam, uigere fide, contendere precibus, & efficere quod publice omnibus, ac priuatim singulis uisum sit. Hæ pugnas atque prælia conscripserunt, ipsæ uiderunt quum populi non absque fato uictoria fuit. Annuisse precibus altissimum norunt. Namque est illa precandi uis inexpugnabilis ab animo æquo profecta, cuiusmodi si qui sunt, a scopo non aberrant. Alias enim repulsam ferre mundum nemo uidit, nisi cum titubanter accederet. Adest eternum propitius, hominumque equitatem Deus accipit. Itaque tibi quidem humanum est, huiusque ad illum causa minime pertinet. Omnes homines qui se student excellere pietate, Deo seruatori confiteri, quæ salutis ergo tum reipublicæ secundi curæ, oportet insuper obsecrare assidue atque obtestari Christum, qui suam beneficentiam retineat erga nos: ille socius æquiritatisque tutor, ille a nullo superatus, idem iudex optimus, immortalitatis iudex, æternæque uitæ dator.

ZENOBI ACCIOLI ORDINIS PRAEDICATORVM, PROLOGVS

ad magnificum uirum Laurentium Petri filium Francisci Medicem, in opusculum Eusebii Casariensis episcopi à Greco sermone in Latinum conuersum.

Non sine consilio factum arbitror Laurenti, quod in Eusebii Casariensis episcopi uolumen nuper inciderim, quo Philostrati libri octo de Apollonii Tyanei uita & moribus refutatur: quanquam enim suspicari uix licet ex Philostrati lectione bonum uirum delirare, graueque posse, cum sit ille doctorum consensu maximus fabulator, eiusque Tyandel Lucianus Rhetor in Alexandro, cum tota eum familia detestetur: quia tamen non omnes æque prudentes sumus, & in ea tempora incidisse uidemur, quibus studiosi adolescentes iuxta Pauli sententiam, non inuiti ad fabulas conuertuntur, uotis est omnibus expetendum, ne qua detur occasio cuiquam id agendi, quod Alexander olim Mammææ filius Imperator, & Hierocles philosophus factitarunt: quorum alter suo in larario Tyaneum Christo, Abrahamque adiunxit, quæ pro deo ueneraretur. Alter uero ex Philostrati monumentis rem multo nequiorē aggressus, Philalethē in Christianos librum conscripsit, nil in eo aliud struens, quam ut Apollonium Tyaneum Iesu Christo conferret. Probe igitur Eusebius non solum ille quidem pro nobis semper acerrimus propugnator, non quibus alios struere, scilicet libro ad utriusque leuitatē tollendam maxime facto, qui si ad manus olim Alemanni Rinuccini uenisset, utriusque linguae studiosi ciuis nostri, qui temporibus his Philostratum Latinum effecit, puto equidem in hoc potius uertendo laboraturum fuisse, aut illi saltē moderatorē hunc fuisse, correctorēque adiunctum, ut sicut ibi officiosus uir doctis auribus multarum rerum cognitionem, et coram illi quidem comparabat, ita faceret quoque ad euitandos scopulos pertulisset. Verum illi quidem, quod pro rei argumento nullo malo consilio profuit, laus est danda: necque uero ceteris, si qua maioris boni datur occasio relinquenda. Cum itaque librum hunc in bibliotheca genitris uestræ multa uetustate quasi abolitū reperissem, meum esse partes existimaui, per me ut Latine loquens prodiret, quod nuper in sacrum diuini Dominici ordinis ascitus essem, pro tuenda Christianæ fidei ueritate

OPERA EUSEBII CAESARIENSIS

modis omnibus excubantem, atque his ceu religionis nostrae primitiis, bonis
iuribus, studiosisq; prodessem. Neque enim uerendum, quin si non infei-
ritiam quidem meam, sed disputantem Eusebium contemplantur, Philostratus
tum sumere tuto in manus possint, cum per Eusebii librum hunc exarmatus
iam sit ille, atque extinctus. Praecipua uero mihi ratio illa fuit uni tibi potissi-
mum nuncupandi, quia cum tu me & fraterne habendo, & in bonis literis ad-
iuuando, magnos diu feceris sumptus, ita mea tibi omnia deberi intelligo, ut
si qua etiam posthac sim ceteris dicaturus, tui tamen illa quoque futura sint
iuris. Cape igitur humanitatis erga me tui fructus aliquos Laurenti, quos ti-
bi & nostra necessitudo, & Eusebii autoritas dulces scio, gratosq; praestabit.
Sed & tu perge aliquid de Deo opt. Max. meditari, ut sicut hic charitate ma-
gna uincimur, ita bonis operibus incumbendo, Dei misericordiam prouoca-
tes, simul quoq; caelesti patria perfruamur.

EUSEBII CAESARIENSIS EPISCO-
PI LIBER CONTRA HIEROCLEM, QUI EX
Philostrati historia comparauit Apollonium Tyaneum
Saluatori nostro Iesu Christo.

IN amice illa quoq; suspicere dignum est, quae modo hic Hierocles
Paradoxa iactabat magistro, ac Saluatori nostro Tyaneum componens.
Nam si reliqua ipsius Philalethis delirania contemplantur (pulchre enim ueritatis inscriptione cessant
putat suis contra nos libris) haud ita magnum operae nunc
pretium fuerit, in eo duntaxat uersari me, ut ostendam quae
illius feruntur scripta, non esse quidem sua ipsius, sed ex aliorum non senten-
tias modo, uerum dictionibus quoq; ipsis, ac penè syllabis impudenter sub-
ducta, non indigna nimirum quae & ipsa sua quandoq; refutatione damnen-
tur. Tamen si re quidem ipsa iam pridem, licet non destinato contra se stilo, sa-
tis illa euerfa uideantur, uoluminibus octo ab Origene conscriptis in Celsi
orationem, quae uera inscribitur, uel Philalethe ipso arrogantiore multo,
iactantior emq; ibi enim rationes ille omnes abunde conscriptis in Celsi
in eam rem cuiquam uel disertum est unquam, uel disseretur omnino, quasi
praecipua dissolutione dissoluit. Eo nos igitur ablegantes, si qui paulo maiore stu-
dio detinentur, nostra ex fide noscendi, age solum hoc tempore contemplantur,
ex Philalethe ipso Dominum nostrum Iesum Christum Apollonio compa-
ratum, inutilem profus operam deputantes, si de ijs cum eo digladiemur, q-
aliunde is compilauit. Merito enim quae ad Apollonium spectant primam a
nobis, ac totam operam postulare uidentur. Quod unus hic omnino, praeter
ceteros omnes qui contra nos stili aciem dirinxerunt, singulare malum in-
uexit, imputi scilicet hominis ad Saluatorem nostrum commisionem. Admi-
ratur ergo hic & penitus confitetur Apollonium Tyaneum, non ueneficis
quidem ullis, magicis uel uestigijs, sed arcana quadam sapientia diuinarum
rerum, mirabilium operum effectorem, temeraria quadam fide, nulla tamen
demonstratione in hanc sententiam demersus et confirmatus. Audi uero qui
bus increpat uerbis: Suscepit deq; nugantur, inquit, Iesum tollentes, ut qui cecis
uidendi reddiderit facultatem, & alia id genus admiranda praestiterit. Tum ex
paulo mox ita rationibus colligit. Videndum porro ne dijs gratissimi hominis
facta latere Christiani contendant. Haec ipsius Hieroclis uerba sunt in oratione
contra nos scripta, cui titulus Philalethes: Damis igitur qui cu Tyaneo pluri-
mum uixit, peregre cum de Assyria comitatus, ubi & illi primum congressus
est, ex illo coepit inter se amicitiam historiam confert. Nam Maximus quidem
particularia quaedam hominis huius facta parca admodum breuiterq; perscri-
git. Atheniensis uero Philostratus, & utriq; complexus, & aliorum quoq; se feri-
pta colle-

pta collegisse affirmans, exactissimam sane ab incunabilis inde ortus, obitu
quoq; tenuis historia texit. si quando igitur licet, nostram quae so (ut isti) aiunt le-
uem simplicitate, contraq; Philalethis acre illud comparandis rebus omnibus,
firmiterq; iudicium disquiramus. Non id quidem hoc loco inspicientes, uter
maior praestet diuinitate, plura uel miracula, & illustriora effecerit, neque
quod de uno tantum redemptore nostro, ac Domino Iesu Christo in humani-
tatem uenturo diuinitus inspirati prophetae à seculo uetustatis Hebraice pra-
dixerunt, non quod multo plures idem Iesus caelestis doctrinae uerbo ad se
conuertit, non quod ingenuis ac legitimis discipulis clare paratis ultro pro il-
lius doctrina mortem subire, non quod frugalis uitae ludum solus aperuit fu-
turus quoque seculis fructuosum, non quod uirtute suae diuinitatis orbi terra-
rum salutaris affulsit, hodieq; multa hominum millia undiq; adhaustrum di-
tinae sapientiae suae trahit, non quod unus ab omni hominum genere tot iam
seculis oppugnatus, contra tamen hostiliter impellentes, siue illigentium
reges, siue subiecti, inuictus, ac inexpugnabilis durat, robore quodam diui-
nitatis occulto sacrae relictantibus doctrinae sese insinuans. Quam uero se-
mel ipse uerbi sapientiam pectoribus inleuit, atq; transfudit, per immensa se-
cula terrae ambitus ditione magna conseruans, non denique quod uirtutis en-
thuse uim nunc quoque plane testatur improbos daemones uel corporibus
hominum, uel animis insidentes, sacrosancta duntaxat nomini sui compella-
tione extrudens. haec enim secum de Apollonio cogitare, summe cuiusdam
lae ne dum alios sciscitari, dementiae. Quae nos omnia post habentes, unam mo-
do Philostrati pensitentis historiam: ex hac enim certis rationibus conuince-
mus, Apollonium non inter philosophos locum, ac ne inter medioeris qui-
dem ac usitate probitatis uiros dignum sortiri, nedum sit illi Saluatori nostro
ratione aliqua conferendus, quatenus inquam colligere de ipso Philalethis au-
tore, eruditione quidem magna referto, ueritate uero ipsam etiam probro affi-
siente: huius enim nota Philostratus ipse est cum alijs omnib. apud illum scri-
ptoribus. Ex quo nobis plane constare potest, ceteros quoq; quos ille auto-
r habet, cognitione quidem multa rerum magnaq; fuisse, minus tamen in eo
elaborasse, ut Apollonij uitam fideli historiae commendarent, his itaq; ad dif-
finitionem collectis satis puto constabit, & Philalethis huius indicia simul
cuncta, testimoniaq; complexi, acre illud in Christianos, rerumq; omnium,
ut de se ipse ait, iudicium consultissimum, nostraeq; uicissim quos ille pro tar-
tis ac deceptis habet (ut eiusdem uerbis utar) inepta leuitas, & stoliditas pate-
bit. Neque uero me later alium quidem audacter statim à maledictis scriben-
di initium fuisse sumpturum, uelut hosti insultantem, contra quem scripturum
se nosset. Ego uero amice alia mihi ratione agendum censeo. Nam Tyaneum
quidem magna olim rerum humanarum sapientia fuisse hominem credidi.
Velimq; nunc etiam modò liceat eadem in sententia permanere. Denique si
de Tyaneo quid sentiam plane me rogas, ego sic statuo: Si quis hunc in philo-
sophorum albo repositum uelit, ita sane ut fabularum figmentis a quos natu-
rae fines minus conturbet, nullam fore nobis inuidiam, quin magnifice de il-
lo & sentiat, & loquatur. Sin uero quis terminos euagari, supraq; philoso-
phi se ferre ausit, siue ille Assyrius Damis, Atheniensis uel Philostratus, si-
ue magis hominem deprimens, qua oratione attollat: hic sane uelut egregie
personatus Pythagore disciplinam fronte effringens, se quidem nobis philoso-
phum ostendat, alius tamè erit leonis pellè superindutus, neq; aliud plane
quam euulsiu spectabilis circulator, ac clamorosus sophista, magusq; pro philo-
sopho, ac ueneficus deprehendet. Vnde uero in hanc sententiam ducar, quae so
arrende. Naturales termini quidam sunt substantiae uniuersae principia, mediū
haecq; circumplexi, modos scilicet rerum omnium, legesq; quibus ex reb.



OPAS BIBLIOTECAE SARUM

quantacūq; hęc mundi machina & structura perficitur: hi uerò termini sol-
dis legibus disponuntur, nexibusq; firmissimis coherentes, prouidentie gu-
bernantis, sapientissima decreta custodiunt, & asseruant. Haud igitur unquā
temere loco moueat, ordinemue cōmutet eorum quicquā, que ita semel dis-
posita atq; instituta sunt. omnis enim quem cupido paulò audētor subit, ul-
tra naturę leges se ferre, quo minus id facere possit, nōdē legib; coerceat. Neq;
enim est aquatilem piscē degere in terras trahatū: neq; terris innutritū animal
sic urinabit, ut absidū sub aquis diligat morā: nō exultim ita solo tolletur, ut
cœlo pensilis (quanquā id ualde appetat) queat aquilis interesse. Cum tamen
uolatiliū sit ad terrā descensus, alarū prepetē illā uim cursūq; sistentiū. ita e-
nim diuinis legib; sancitū est, ut summa imis per descensum cōmunicent, nō
tamen q̄ humile ac terrenū est, in sublime cōtinuo sese tollat. Eadem ratione
mortalis homo cū sit ex anima & corpore cōstitutus, ipsē quoq; terminis co-
erceat, ita ut nec aērē graui corpore peragrare quisq; cōtendat, ceu terrestres
semitas aspernatus, quin ad terrā cōtinuo deuolutus, meritis infantie pœnas
exoluat: neq; uana opinione mentē suffectus, inaccessas uias animo peragra-
bit, nisi qui atre bilis morbo corripiatur. Sapientius ergo fecerit, ac modestius
multo, si cōgruentib; uestigijs terra incedat, animūq; doctrina, ac philosophia
subnixus, uotis exposcat, de supernis domicilijs adiutorē sibi aliquem, colu-
mēq; adesse, à quo de cœlesti scēlitate instrui, edoceri q; possit. ut enim excē-
plo iam cōstat, par est egrotis medicū adhiberi, preceptorēq; disciplina suam
butis, pręsto esse discipulis. Neq; minus eos qui supernas incolunt sedes, con-
gressus hominū quāuis infirmorū, nō dedignari, uicissim uerò fieri nullo mo-
do. Ex quo intelligi uobis datur rationē nullā aduersari, quin natura ipsa diui-
na cū benefica salutarisq; sit, rerū præsertim omnium curā gerēs, in cōmmercium
sefe hominū, familiaritatēq; demittat, diuinę prouidentie lege ita maxime per-
mittente. Bonus est enim Deus, ut inquit Plato, bonū uerò nulla rei cuiusq;
aliquādo inuidia. Nō igitur bonus ille cū sit rerū omnium gubernator, ac pater,
unius modo corporis curā geret, quin multo et animarū magis, utpote quib;
æternitatis munus, ac liberę uolūtatis arbitriū cōtulit. Hic inquit uniuersę di-
spolitionis autor & magister, habiles suapte natura animas cōspicatus ad ea
bona percipiēda, quorū ipse bonorū uim illis gratificat, eisdem quasi luminis
sui radios ubertim infundet. Angelū quempiā de maxime sibi adiūtis ad eo-
rū q̄ in terris degūt, salutē quādoq; usumq; demittens. Quod si quē tanto ma-
nere fortunari contingat, tam ille mentē animūq; purgatus, mortalitatis labe
omni depulsa, diuinitati facile transcribet, ac ueluti magni cuiusdā imaginem
moueat, & cōuertat, mundūq; sole ipso splendidius illustrabit, monumentali
bi insitę diuinitatis posteris quoq; suis de se relinquens, neq; minus opificis
ullis q̄ ex inani materia cōstat, entheę naturę preferet argumentū, atq; hac de-
mū ratione particeps homo fiet naturę sublimioris. Secus uerò imbutum, ne
quaquam fas sit metas finesq; transire, nō inuoluci inquā corpore uias aut
affectare: neq; humanę conditionis oblitū, q̄ ad demonas spectant curiosus
indagari. Quę cū ita se habeant, quid tantopere nobis Apollonis circūducis
scriptor egregie? Siquidem hunc diuinum censerit fas est, philosopho q; maio-
rem, & ut semel dicatur, excellētis cuiusdā supra hominē facultatis, inspicat
sanē totius quę de illo scribitur historie argumentū. Tum si quod ex illo su-
perest opus diuinitatis, age depromito. An nō quæso absurdū maxime est, ar-
chitectorū quidē opera & fabrorū, uel ips ipsi uita perfunctis, in longinquā
sanē tempus extare, unde illorū nomen æternitati mandetur: diuinā uerò era-
tura inter homines splendescentem, ita angusti tēporis interuallo obscurā eta-
nuisse, neq; in seculū uirtutis sue monimēta testari, nō Damidis quidē necio
cuius aliorūq; breui dilabentiū hominū, testimonija mendicātem, sed utilitati
ipsa in

ipsa, in multa hominū millia, neq; horū modò, à quib; dignoscatur, sed ad po-
teros pertinente, lōge lateq; diffusam: hoc proculdubio pacto, cōstat uete-
res sapientes uirtutis suę imitatores quā plurimos, successoresq; reliquisse,
stabili ad bene uiuendū tradita illis norma. Quod si hominem nūc mortalitati
acribis, caue ne plus illi ad gratiā tribuens quā par sit, pœnas uiolata ratio-
nis expedas. Atq; diuinus quā homo à Philostrato nobis adducit, sub ipsius
genitura die marini dæmonis figurā, faciēq; indutus. Matri enim adhuc uen-
tem ferētī, species marini dei est ante oculos obuersata. Proteus ipse scilicet
uertilis apud Homerū in figuras omnigenas deus. ea uerò nihil pterrita, quid
paritura esset, cū interrogauit. Me ipsum paries, inquit ille. Quis tu autē? Pro-
teus ille, inquit, Aegyptius sum. Tū florido in prato cygnos, ait, nescio quos
parietī illi pro obstetricib; affuisse. Nullo tamē unde hoc hausit, citato autore.
Neq; enim puro fabulę huius narrationem scribet Assyriū Damid. Tametsi
haud multo post eadē historia scribat Apolloniū, quali diuinitate iā præditū
sefe Damidi adiūtū xisse, his ferme uerbis illi cōgressū: Ego amice uocū omnium
& linguarū cōsciū sum, licet nullas didicerim: quoq; minus mirere, potis e-
go sum latentes cogitatus, captusq;prehendere. Cultū quoq; Apolloniū
scribit in Aesculapij tēplo, Deo id maxime approbāre: neq; uero doctū fuisse,
seab infantia præditū naturali quadā rerū præfensione. Deniq; ab ipsa protē-
nas genitura Apolloniū sine artis impendio uelut homine potiore tota hi-
storia nobis effugit. Sed tū præcipue in custodia aliquādo detētus, se sua spō-
te pedicis exoluisset, planē se aduertisse Damid affirmat Apolloniū supra cō-
munem hominū sortē diuinitate quadā præditū esse. Neq; enim tunc sacrorū
ministerium ullo adiūtū. (Quomodo id enim in custodia potuisset?) sed ne sup-
plicante quidē aut immurmurātē uincula tñ & cōpedes pro rīdiculo habuiff-
se. Cū uero de illius extremo die mētionem facit, nusq; gentiū scribit ac loco-
rū sepulcrū eius aliqd, uestigiūq; extare, sed uiuentem ad superos ascendisse,
nō sine choris hymnisq; nympharū. Meritō igit talem ac tantum uirū affirma-
re potest, multo q̄ Pythagoras & Empedocles ac Plato fuerit ex philosophia
diuiniorem effectū. Reponatur itaq; ex tam claris operib; inter deos. Neq; in-
nihil prosequamur illam uocū omnium & linguarū naturalem, ac sine præce-
ptoris opera cognitionem. Sed enim cur illū quæso ad præceptoris ludum ad-
ducit illius partes attentans, quem nullo paulo antē didicisse uocem ostēdit,
quasi Atticā aloquentiā, nō natura quidem duce, sed usu magistro, ac exerci-
tatione perceiverit (inquit enim, cum primū ad ætatem processit literarū in-
ro profectus, memorie quoq; tris, ac exercitationis studiū uiguit, lingua ue-
ro Attica utebatur. Natus porro annos quatuordecim, à parente Tarlos de-
ductus est ad Euthydemū Phœnicē, qui præcellens ætatis illius rhetor eū in-
eloquentia erudit. fuit itaq; apud hūc dicendi artificē Tyaneus. Vnaq; cū il-
lo philosophię utacabāt Platonis et Chryssippi sectatores, Peripateticūq; nōnul-
lit etiam & Epicurei dogmatis auditor. neq; enim penitus ab illius secta
abhorritenā Pythagoricā quidē inestabili quadā mentis ui cōprehēdit. Hęc
neq; omnia per magistros edocuit esse ille, qui creditur uocem nullam un-
quam didicisse, tacitosq; hominū cōceptus solitus præsentire. Cæterum Phi-
lostratus quasi per interualla respirans, in admirationem rursus erumpit, sapi-
entiam latidatus Tyranei, uel in ipsis animantium uocibus dignoscendīs. Ait
ergo ad scientiam quoq; Apollonius uenit, qua brutorū intelligeret anima-
tionis huius, sicuti re ipsa uidere est, bene consultos. Etenim ex cygnis Ara-
bes auibusq; cæteris diuinationem, ut ex oraculis colligūt, brutorūq; callere
sensu existimāt, hepar draconū, siue ut alijs putāt cor ipsum depasti. Ergo Py-
thagorę seclatorē illū ab esu carnū penitus abhorrentem, nec dis quidem ip-
si per eadē, ac sanguinem litare ausum, uelci draconum corde, hepate ue-
oportuit,

oportuit, ut per hæc Arabū sapiētīe particeps fieret. Cū enim sub ijs magistris hanc doceretur, quānā alia ratione proficere potuisset, nisi eorum præceptis institutisq; paruisset? Ergo ad enumeratos Apollonij præceptores, Arabū quoq; sapientes in augurandi facultate accedent: ex hac enim fertur passere subinde intellexisse, crebro pipillatu reliquas suæ speciei aues ad pastum con-
 cire, magnamq; ea de re admirationem astantibus præbuisse. Eadem ratione cum in Assyriam proficiscens moribundam media in uia legnam offendisset, catulis simul octo iuxta porrectis, ilicō ex disciplina coniectans, spacium tem-
 poris intellexit, quo sibi apud Persas commorandum esset. Sed & Philostratus idem narrat, quædam illum in Perside aggressum, non multum sane ab ijs dissidētia, quæ in Arabia prius effecerat. Nam cum Damis accessurum se ad Magos negaret, qui unus alioqui discipulus illi erat, comesq; fidissimus, ad eos tamen incomitatus se contulit, ne magicæ mysteria facultatis aspernanti ea socio patefierent. Magis itaq; Tyaneus die medio, ac nocte in tempesta ope-
 ram dabat. Bardani uero Babyloniorum regi congressus, his ferē uerbis utus perhibetur: Samij Pythagoræ sapientia mihi est. Is me Deum colendorum i-
 tus edocuit: & qui nam sint ex ijs uisibiles, inuisibilesq; cognoscere, neq; mi-
 nus eorum colloquijs perfrui. Sed enim quis hoc illi concedat? Cū Pythago-
 ras hac de re nullum prorsus reliquerit monumentum, non abstruse quidem mysticeq; conscriptum, cuius iste doctrinam sequi potuerit, adhuc quillum in Pythagoricis erudiuit, nihil ab Epicureis dissidebat, ut Philostratus ipse meminit. præceptorem enim in Pythagoricis, inquit, habuit, hominem parū sane officiosum, minimumq; re ipsa philosophantem, utpote qui gulæ ac Ve-
 neri deferuisset, magisq; ad Epicuri uitam formatus esset. Is porro Euxenuse-
 rat ab Heraclia Ponti ciuitate, Pythagoræ dogmata non secus tenens, quam sciunt aues ea referre, quæ ab hominibus didicerunt. ò rem fatuam & insul-
 sam Tyaneum dicere ab eiusmodi præceptore deos alloquendi rationem e-
 doctum. Sed concedamus, ab alijs ea præceptoribus accepisse: tamen noster historicus hoc ne innuit quidem. Sed quis horum promissi tam gradis auro-
 extabit, ut & ipse deorum uisibilibus & qui inuisibiles sunt congressum, ue-
 lut à Pythagora edoctus tenere se dicat, & facultate præditus sit, rem ean-
 dem ceteros edocendū? Neq; enim puto clarissimus ille hominum Plato, qui Pythagoricæ præter cæteris omnis disciplinæ particeps factus est, neque Ta-
 rentinus Architas, neq; qui Pythagoræ dogma Philolaus conscripsit, neq; si-
 qui alij sunt ex eadem secta, illustres, qui senta illius, opinionesq; literarū mo-
 nimentis mandarūt, tali unquam sapientia uiguerē. Apollonius ergo noster aliunde quidem, non autem ab ipso Pythagora hæc edoctus, nomen tamen ti-
 tulumq; Pythagoræ ad autoritatis speciem sibi ascribit. Ut autem manifesta-
 rium quis illi mendacium pro uero concedat, haud tamen scio quo pacto hæc de Samio præceptore acceperit, cū Pythagoram constet infinitis ante annis ui-
 ta perfunctū. Ergo ad Arabes Apollonij præceptores Samius ne quælo Py-
 thagoras ipse accedet, unde scientiam hauserit diuinarū rerum? Atqui si quis diuino præditus ingenio fuit, historia de magistris planè mentitur. Sin hi-
 storia uerax est, falluntur sanè qui de illius diuinitate & loquuntur & scribunt.
 Neq; uero mihi est animus diligentius nunc quicquam de Proteo indagari, ullam uel super hoc portentum quæstionem habere: neq; ad cygnorum cantus comprobandos, quos ridicule nimium parienti Phyllostratum matri obstrati-
 catos affirmat. Multoq; magis etiam indignū puto super fabulam demissi coe-
 lo fulminis eodēq; regressi, citare testes, neq; enim Damis, ut ante dixi, hæc se rerum conscium dixerit longo post tempore, ex quo hæc acta dicuntur in Nino Assyriæ urbe Tyaneo adiunctus. Equidem modò certa signa non de-
 sint, unde probabilis fiat fides, planè adducar, ut pro ueris admittam, si qua e-
 tiā per excessum paulo maiora in boni uiri laudem dicantur, monstris tamen exem-

emptis, & quæ scæntia nugis deprehenduntur. Non igitur inuidebo, si pro-
 das historicus genus esse Apollonij nobile & antiquum, & quod in condito-
 res patriæ referatur. Diuitem fuisse concedam supra incolas regionis luxæ. Ab
 adolescentia eruditum fatebor sub ijs præceptoribus quos antea memorauit:
 neq; hoc tantum, sed magistrum alijs ipsum præceptoremq; fuisse. esto, his om-
 nibus acer plurimum sagaxq; fuerit. Ita sanè ut eum qui ad Aesculapij curadus
 accesserat, per prudentiæ suæ uim a gritudine liberarit. Fertur enim aqua inter
 cure laboranti salubrem continentia normam indixisse, eumq; in sanitatem
 pristinam reuocasse. Tanta uero prudentia adolescentem fuisse planè admitti
 potest, cum & inhibuisse diuitem quendam, ne luxuriose nimium atq; affluen-
 ter sacrificaret, utpote minus Aesculapio litaturum, qui ex famosa uita turpissi-
 mus haberetur: huius autem mores Apollonium latere non poterant, quod e-
 rit homo regionis illius maxime diues, maximeq; cōspiciuus. Castitatis quoq;
 laude Tyaneum ornari inuidia nulla sit, quodq; pulchritudinis suæ nefarium
 amatorem grauitè obiurgatum repulerit, seq; a muliebri contagione impol-
 lutum usq; seruarit. Credatur quoq; ex Pythagoræ disciplina lustro illum per-
 pueno tacuisse, neq; merita laude fraudentur quæcumq; opera per silentij tem-
 pus effecit. hæc enim, & quæ huiusmodi sunt, humana omnia, & ut uerè di-
 cam, neq; à philosophia, neq; ab ipsa porro ueritate seiuicta, quæq; ego non
 inuitus admiserim, magni sanè quicquid ingenuè, ac uerè scribitur faciendum
 putans. At uero humanitate sublimius quenquam asserre, argumentiq; prio-
 ris oblitum, sibi penitus non constare: hæc qui faciat scriptor, meritam puto
 eum & sibi ipsi, et multo illi magis, de quo scribat calumniam comparare. Atq;
 hæc sermō sunt, quæ uolumine primo refellenda occurrunt.

CONFUTATIO LIBRI II.

AGē uero secundum quoq; aggrediamur. Iter enim Apollonij de Perside
 in Indiam usque factum narrat historicus. hoc autem in itinere insolens
 sibi quiddam paradoxumq; contigit, dæmonis scilicet occursum, quam empu-
 ram uocant. Quam tamen multis conuictis impetitam procul à se & Apollo-
 nis & comites abegerunt. Tum uero permisisse Damidi fertur, ac reliquo co-
 mitatu appositis ut carnibus uescerentur. Neq; enim uidere se ait, quid nam il-
 li prodesset carnibus abstinere. Sibi uero profere hoc aiebat, ob eam quam
 uel à pueris profiteretur philosophiam. Sed quis hoc loco nō iure optimo ad-
 miretur, cum Apollonium uideat ne illi quidem quem unum imitatore suū
 delegerat, Pythagoricisq; decretis imbuendum susceperat, damnatas Pytha-
 goræ animalium carnes ut dilectissimo inhibere, tum nescio quā sanis ratio-
 nibus colligentem, sibi quidem uesci animatis fore perniciosum, non tamen se
 uidere, quare ijs & comitibus quoq; suis interdictum oporteat. Sed uide que-
 so quæ præterea ueritatis exempla nobis Philostratus prodat. Ille inquam Phi-
 lostratus, quem Philaethes studiosum ueritatis appellat. Apollonium liqui-
 dem scribit, cum iam in Indiam penetrasset, interpretē sibi hominem asciuisse,
 per quem Phraotem Indiæ regem alloqueretur: hoc enim is nomine uocaba-
 tur. Ergo quem paulo superius linguarum omnium conscium facit, eundem
 interpretis indigum nunc ostendit: & qui mentes hominum quasi Deus illis
 interpretem seiscitatur, surdi concipiens animum, pariterq; tacentis, nunc per
 quem petit ad Brachmanas dari. Rex uero ipse, licet in Barbaria summa natus,
 interpretē summoto, Græcè Apollonium compellauit, multū doctrinæ, scien-
 tiæq; testatus. At uero noster hic non modo se Indiæ linguæ minus ignarum
 fuisse (quod oportuit) non ostendit, sed & Indo Græcè loquente obstupuit, ut
 Philostratus ipse testatur, qui pulchre sibi hoc pacto per historiā constat, unde
 enim tantopere stupuisset, nisi antea barbarum lingua regem opinatus esset?
 eundemq; Græcè mox scire præter expectationem percepisset? ideoq; ueluti



noui quidpiam rex afferret, obstupuit. Causam preterea nondum tenens, Vnde ait rex, Græcè didicisti. Vnde uerò & hoc sapientiæ tibi est. Neq; enim puto hanc magistris acceptam refers, cum nullos Indis magistros sapientiæ rerum dignæ nimirum uoces, quæ ab homine proferantur præsentationem omnium proficiente. Cui rex & habuisse præceptores se ait, & qui nam illi fuissent, aperuit, & de rebus Indicis particulatim edocuit. Cumq; idem rex de thesauro in agro quodam reperto sententiam laturus esset, utri scilicet adiudicandus, emptori ne, an uenditori prius, hic philosophus ille rerum omnium solers, ac dijs ipsis homo gratissimus, sententiam interrogatus, thesaurus emptori ad dicit, ratione hac utus, quod nequaquam diuenditorum ipsam, & agri possessione & thesauro priuatum pariter uoluisset, nisi homo flagitiosus ac nequam esset: neq; rursus emptori boni tantum impensuros fuisse, nisi uendente meliorem sciuisset. Ut ex illius uerbis colligi possit, qui ceteros diuitijs præstant, quamquam scdissimis moribus idem sint, habere se eos tamen pro maximè beatis, Deoq; dilectissimis, infelices autem eos esse duntaxat, qui pauperum sunt. Vel si Socratem, ac Diogenem, ipsumq; etiam Pythagoram in his esse cõtingat, quempiam eorum, qui frugalissimi uiri, & egregiæ probitatis censentur, hæc qui sequatur rationem, paulatim eò deducetur, ut dicat: Deos quidem ipsos egenis illis, sed claris tamen uirtute, ac sapientia uiris nequaquam necessaria quandoq; ad uictum adepturos fuisse, nisi eosdem flagitios obrutos iudicarent. Neq; fuisse licentiosos ac perditos hominibus superflua congesturos, nisi prioribus meliores sciuisset. Quam insula esse, ac fatuam deductionem, facile constare omnibus potest. His de secundo libro ad examen depromptis, tertium quoq; uersemus, in eo de celeberrimis Brachmanibus inspecturi.

CONFUTATIO LIBRI III.

PRimum quidem sic statuo, si quæ de Thyle insula præter fidem narrantur, quæque multa portentorum plena, poetæ nobis finxerunt, his prodigijs comparentur, iam quasi procertissimis habeantur, harum magnitudine, ac splendore nugarum, uelut obducta penitus euanescunt. Quibus sane adhibenda mens est, ut insolentia præsertim Philalethis eluceat. Quando hic nobis fatuam ubiq; leuitatem obiectat, sibi uerò ac suis mentis sanitate uendicat, diligensq; iudicium. Vide igitur quam sibi rerum nouitate uendicat, diuinum Philostratum sacris Euangelistis, ut qui non eruditionis modo plus habeat, sed ueritatis maiore studio teneatur. Ac primum quidem Apollonio iter ad Brachmanas faciente, mulierem colore spectabilem Philostratum inducit, & summo uertice sium tenuis albens, reliquum uerò corpus nigerimã. Tum eadem uia magis progressi montes inuenerunt piper ferentes, cuius ueluti custodes, atque agricolæ, simiæ sunt. Draconesq; magnitudine immensa perstodes, quorum de capitibus ignei fulgores scintillant: hos si quis dracones permat, admirandos in eorum capite inueniat calculos, qualis Gyge illius fuisse lapis narratur, de quo Gyge Plato mentionem facit. Et hæc quidem antequam ad Brachmanum tumultum peruenirent. Ut uerò & hunc attigerunt, Sandaracinus illis puteus est oblatu, qui aquam uisu mirabilem contineret. Iuxta uerò puteum uorago ignem eructans, ex qua plumbei coloris flamma emitteretur. Tum & dolia duo lapidis nigricant, alterum imbrium, alterumq; uentorum, inde Brachmanes indigenis amicis suis uentos ac pluiam impertirent. Statuas præterea scribit apud eosdem esse Poliadis Mineruæ, Pythij Apollonis, & Bacchi Delij, aliorumq; quorundam deorum, quos Græci colunt, ibi qui omnium magister esset larcam dici, cuius residentis species satrapæ magis esset, quam philolophi. Altissimus illi thronus ex are nigro, quem aureæ statuæ exornabant, quales fabrorum more par est sapientes Brachmanas igni, ferroq; excudere, aut præstigiatorum ritu sponte sua, ac repente consummata ostendere. Cæterorum nitem Brachmanum sedes greg quoq; erant, signis tamen carentes,

carentes, minusq; elata. oportuit enim sacre philosophiæ magistrum tyranni co quodam habitu statuarum scilicet prerogatiua, atq; auro insigniri. Sed larcham Philostratus inquit, ubi Apollonium primum conspexit, nominatim ac Græcè illum salutasse, petiisseq; reddi sibi epistolam, quam de Phraote afferre mira quadam præsentatione rem omnem edoctum, qua scire etiam potuerit epistolæ scriptorem literæ unius defectu, hoc est, d. peccare. In primo autem statorem cõgressu fastuosum nimium ac insolenter larchas, ut facere diuitiarum ostentatores solent, diuinationis suæ uim patefecit, utrumq; Apollonij parètem nominas, & eiusdem generis, educationem, disciplinamq; recensens, tum peregrinationum tempora & euentus, & postremo illius ad se profecti sermones. per uiam habitos, factaq; omnia, refert etiam egregius scriptor, Brachmanas cum Tyaneo, pharmaco prius electrino delibutos, lotosq; in orbem ac chorum cõstituisse, terram ipsam scipionibus succussantes, eam uerò ad huiusmodi ictus in gibbum resilientem. Brachmanas altitudine bicubita uanum in aerem extulisse, penilesq; eos aliquandiu uisos esse. Sed illos quoque affirmat ignem sibi de solis orbe utcunq; libitum sit, non reluctantem subducere. Ad quæ portenta & alia complura fabulator adducit, ut scilicet Pythij tripodes quatuor sponsum mouentes in medium processerint, quos Homericis perlimiles esse ait. Pincernas insuper areos quatuor, qui pocula ministrarent. Terram uerò sponsum discumbentibus gramina subitruisse. Nam tripodes quidem duo uina fundebant, reliqui duo aquam, gelidam scilicet alter, alter uerò calidam: ex quibus arei pincernæ uinam contiuuis, aquamq; sumebant, sed & calices actos in gyrum quasi uorticoso flumine impellebant. hæc sunt quæ Hierocles pro ueris excussor, cui facilitas Christiana seu leuitatem dici hæc inuult, quam maxime aspernabilis est. Is itaq; Philostrato fidem habes, uerbis huiusmodi sese iactat: Videamus, inquit, quanto nos melius hæc atq; prudētius admittamus, & quæ de præclaris uirtute uiris sententia nostra sit. Tam celebri itaq; conuiuio narrat Philostratus interfuisse Indiæ regem, ipsiq; Brachmanibus compositasse, sed contumelijs, ac furore uinolæto in philosophiam inuectum, merocq; apud eos largè incaluisse, ac insolentia magna, uel in ipsum quoq; solem insurrexisse. Apollonium uerò per interpretem quædam ab eodem rege accepisse, quem ipse contra allocutus sit larcha uicem interpretis exhibente. Quis autem nõ admittetur, hoc à Philostrato ut concinne factum admitti, ut iniurius homo, maximeq; insulsius inter tantos uiros mentem uino alienari, quem ne philosophorum quidem, nedum & semideu conuiuio interesse oportuit. Quo enim peruenit Tyaneo appellare, si dignitatem magis onere quam honore afficias. Et inquit. Idem uerò conuiujs præsidens non digno quidem philosophis ritu, multoq; dijs magis indigno, quorum se in numerum reponerat phiala cõcrepans, comotationem incepit. Phiala uerò ipsa, sicut historicus narrat, ubi cunctis Brachmanibus potum satis exhibuit, mirabilium fontium more aqua haurientibus iugem sufficiebat. deinceps uerò sermones inter se habiti, sericq; philosophorum disputationes narrantur, docente larcha quo pacto sua ipsius animo fuerit, aliud quandoq; regiæ fortunæ corpus induta, quæq; tunc opera demum egerit, explicante Apollonio se nauis Aegyptiæ gubernatorem fuisse, interrogatus, responsaq; fuerint, dignum est tam sapientium dictorum memoria non extingui. Interrogasse ergo Apollonium refert, aureane apud Indos aqua inueniretur. o admirabilem, o plenam sapientiæ quæstionem. tum de Troglodytis & Pygmæis quæsisse, de quibus hominibus qui umbripedes appellantur. Nunquid etiam apud eos Mantichora quadrupes animal nasceretur, quo humano esset capite, corpore leonino, caudamq; haberet cubitalibus spinosis se-

tis horrentem, quas ueluti sagittas in uenantes iacularetur. Ad hæc Apollonij
 quæ sita respondit larchas, Pygmaeos quidem subterraneas specus inhabitare
 ad Gangen fluuium: cætera uerò quæ ille quæfisset, irrita prorsus ac nulla esse.
 Sed lanam tamen Philostratus narrat terra apud illos prouenire, quæ sit uesti-
 bus conficiendis accommoda, ipsis sibi philosophis telam inde ad uestiendi
 usum concinnantibus: neq; enim muliebrem sexum admittunt. Nisi iam & la-
 nam dicat sponte sua transformari in uestes, atq; transire. Scipionem uerò sin-
 gulis refert, annulumq; uirtutis occultæ atq; admirandæ gestari. narrat etiam
 Brachmanis larchæ miracula, qui dæmone malo correptum missa ad eum epi-
 stola liberarit: claudoq; cuidam, solo attractu luxatam uertebam conseruit. In-
 captum oculis uidere fecerit, ualentem alij manum pro torpida reposuerit. In-
 gentia uerò bona scriptori egregio comprecemur, qui nos ista commentis
 magno ambiguitatis nodo exoluit. Quis enim dubitet quantæ ueritatis & il-
 la sint, quæ præterea multa asserit? Nam qui fulmina & uentos scribit apud
 Brachmanas in dolijs asseruari, tripodasq; lapideos sponte sua morantes, &
 ab grecis pincernis calices in gyrum agi, satis puto ex ijs, quæ ut uerissima recen-
 sentur, cæterarum quoq; rerum nobis ipse arguit, ac patefecit signenta. Idem
 scribit Philostratus Damini testari se quidem minus admissio Tyaneum cum
 larcho secreto philosophatum esse, minusq; ab eo tulisse annulos septem, toti
 dem planetarum nominibus dictos, quos singulos gestaret per subiectos pla-
 netis dies. Hæc modò cum Philostratus dicat, ille apud Philalethen ueritatis
 assertor, paulo tamen post, ut qui magicen Brachmanum nō probet, statuatq;
 hoc crimine Apollonium liberare, hæc ipsa uerba subnectit: Videns itaq; Apol-
 lonius tripodas apud Indos, pincernasq; illos, & quæ præterea sponte sua
 mouentia discernimus: neq; interrogauit, neq; edoceri dignum duxit, quibus
 illa præstigijs fierent. Laudauit hæc, inquit, sed tamen æmulari ducum Brach-
 manibus diuerfari: An qui fidissimum sibi hominem celandum putauit, non
 & illa fecit permagnit: cum & annulos inde planetarios tulerit religione qua-
 dam astrictus, singulatim eos dum uiueret per planetarum dies gestandi, & e-
 rant illi quidem, ut scribis, arcanæ cuiusdam reconditæq; uirtutis. Quod si tibi
 concedatur, non illa Tyaneum imitanda duxisse nimirum non imitatum di-
 cam, quia miseros esse cognouit. Quomodo igitur eosdem laudauit, aut si tan-
 quam diuina operantes laudauit, qui nō & imitatu, quos & laude dignos exi-
 stimauit: Sed enim post factam apud Indos moram, narrat Philostratus reuer-
 tentem Apollonium cum comitatu omni ad Oritarum regionem uenisse, qui
 bus areæ petra, arena area, fluuij quoq; ipsi ramenta aeris deuoluerent. Hæc
 de uolumine tertio sumpta sunt. Nos autem quo cœpimus ordine ad reliqua
 inspicienda pergamus.

CONFUTATIO LIBRI IIII.

Regressum ab Indis in Greciam refert quasi deorum consortem quendam
 uel ipsorum testimonio declaratum. Varijs enim morbis affectos illi curan-
 dos potissimum destinabāt, iamq; ut augustū ac diuinum hominem de Arabia,
 de Magis, deq; Inois uenientē nobis ostensurus, nouis quoq; miraculis senten-
 tem historiā exorditur, hic autem recte quis illud obijciat, Si diuiniore hic na-
 tura, supraq; humanam præditus erat, multo antequam ab alijs doceretur, mi-
 rabilia per se aggressum oportuit. Superflua enim diuino homini fuerit illa A-
 rabum, Magorumq; & Indorum magno studio conquisita doctrina. Quod si
 erat huic aliqua prius tatarum rerum cognitio, prout tota in historia traditur,
 Philalethe tamen autore, nō nisi tot exhaustis magistris sapientiam patefecit.
 Ac primò quidē ueluti qui auguradi uim ex Arabia detulisset, astantibus mul-
 tis exposuit pipilantem passerculū cæteras sui generis aues ad pascuum cœcere.
 Tum uerò cum appetentem pestilentia præsentiret, ciuibus illa Ephesijs an-
 prædixit, huiusq; præsentionis causam, mox ipsemet apud Domitianum reus,
 sua in

sua in Apologia exposuit. Rogante enim Domitiano, unde is pestilentia præ-
 sensisset: Digta, inquit, magis tenui, magisq; sobria quam ceteri mortales usus,
 ita primus omnium qualitatem aeris uitiumq; deprehendi. Tertium porro mi-
 raculum narrat remedium fuisse, quo is pestem Ephesijs euit. Quod factum
 tamen minus exponit Philostratus in fine ipso accusationis, cum tamē expo-
 ni maxime oportuerit, quia fortasse non sibi potis uidebatur tantum criminis
 Apologia purgare: nos tamen ipsi factum hoc explicantes iudicio hominum
 proponamus, ad rectæ rationis examen sicut reliqua reuocantes. Si cui enim
 minus constet figmentum hic quoq; imposturæ plenum adduci, magicisq; ni-
 mirum obductum præstigijs, ipsa totius facti ratio, modusq; manifeste osten-
 det. Pestilentiam narrat in figura mēdici senis, laceri ac pannosi se spectabilem
 præbuisse: quem quidē senem cum Tyaneus iussisset lapidibus cædi, primū
 ait pestilenti ob tutu flammam luminibus ei aculatam, tum uerò coniectis ob-
 ritum saxi, in effigiem obsceni canis se transformasse, cui etiam rabidorum
 more, terræ circa rictum spumæ undarent. de hoc autem sene intelligere Apol-
 lonium, sua apud Domitianum Apologia scribit Philostratus. Pestilentia e-
 nim, inquit, sub habitu mendici senis Ephesum peragrabat: hanc ego conspi-
 catus, comprehendi, litem ciuitati non modò sistens, uerū penitus tollens.
 Quis non igitur liberè cachinnetur ad præstigiatoris huius miracula? cum pe-
 stilentia, quæ ut tradit ratio medicinæ, nihil aliud planè est, quam corruptio cir-
 cumfusa aeris, uitiumq; ex putrido uaporatu in morbosam qualitatē uergen-
 tis, nunc tamē audiat oculis intuentium, ac saxorum iactibus obnoxiam esse,
 prostratamq; mortalium manu, spumas etiam rictu effundere? Alio quoque ar-
 gumento monstrum hoc, magicumq; præstigium discuti ac perpendi poterit.
 Quoniam scilicet unam modò Ephesiorum urbem, nō autem & finitimas ab-
 to pestilentia affectas narrat historia. Quod nequaquam ita celsisset, si circum-
 fusus aer ac proximus uitium contraxisset: neq; enim lues illa angustis ita spa-
 tijs coarctata, solis Ephesijs incubisset. Quartum porro miraculum est Achil-
 lis umbra, cubitorum primò quinque, mox & duodecim suo de busto chlamy-
 data asturgens. Quæ cōtinuò Thessalos accusauit, quod sibi assoliti ritus sacra-
 facere ac iusta deliuisent. Videbatur etiam tunc ira in Teucros efferuere ob ea
 que in se admiserant. Quinq; uerò tantummodo quæstionum Apollonio fa-
 cultatem præbuit ex sua uidelicet, Parcarumq; sententia. Hic Tyaneus ille re-
 tenditur, funeratus ne sepulchro Achilles fuerit, Musæū illi, ac Nereides la-
 menta profuderint. Deq; his illum rebus percunctatur, neq; minus an Polyxe-
 na illius ad tumulum cæsa fuerit, Troiamue Helena ad nauigari. Sunt enim e-
 iusmodi quæstiones sanè quàm graues, ad philosophi instituta maxime perti-
 nentes, dignè studio ac diligentia singulari. Admiratur præterea, qui tot nume-
 ro Graeci heroes ætate eadem esse potuerint. Sciscitaturq; num simul cum ijs
 Troiam Palamedes ad nauigari. Hæcine ignorare hominem, qui deorū col-
 loquio uisibilem fruatur, inuisibilemq;? De iisdem uerò etiam rebus interro-
 gare, quomodo non turpissimum censeatur? Nisi fortè, quia res illi cū mortuis
 esset, idcirco frigere eius quæ sita, ac ineptire Philostratus facit, ut hac commo-
 ditate suspicioni occurrat, quæ oriri meritò poterat, illum scilicet ultra licitum
 bono uitro supersticiosum uideri. Cum eundem facit in Apologia pro se affir-
 mantem, nulla se ad Achillis congressum necromantiæ opera usum esse. Neq;
 enim, inquit, Vlysis more serobe defossa, aut cæcis agnis Achillem euocans, in-
 uos colloquium ueniat Tyaneus, sed ea precatus quæ Indi censent precari he-
 re oportere: & in huiusmodi ceremonijs Damidi sese iactat, qui Philostrato
 aurore, nihil ab Indis penitus didicisse, paruiq; eorum sapientiā fecisse creden-
 dus est. Sed heus paucis ego te. Nisi in hoc Achillis congressu praua inesset ac
 detestabilis superstitio, cur tu in participatum mirabilis huius spectaculi ac ser-
 monis,

monis, ne fidissimum quidem tibi comitem illum legitimumque uel solam Da-
midem ascitisti? Cur uero non & interdum factum hoc licuit. Sed nocte in-
pelta, sed abs te solo? Cur ad ipsos etiam gallorum cantus Achilles umbra eua-
nuit? Abijt Achilles, inquit, modice fulgurans: iam enim galli primos dederat
cantus. Erit itaque hæc hora malo dæmoni ad nefarios sermones euocando eua-
ueniens magis, quam heroinæ animæ. Illam siquidem immunem crasse huius
corporeæque compagis, candidam prorsus esse, & liuore omni carere oportuit.
At uero dæmon hic, qui Tyaneo se obtulit, inuidus iracundusque describitur, &
terisque uilissimis eius generis morbis obnoxius. An non enim talis habendus
sit, qui Antisthenem officiosum adolescentem se Apollonio, ut philosopho ad-
iungere cogitantem, quo minus id faceret, impediret: cuius sive disciplina
cens, iussit, inquit, Apollonio ne Antisthenem in participatum sive disciplinæ
admitteret, propterea quod is quasi Priamides foret, a canendo Hectore nun-
quam cessabat. Sed cur non etiam iracundi ac pusilli ingenij conuincatur, qui
Thesalis suis succenset non sibi legitime operatis, & qui ne tot quidem anno-
rum spacio deuoluto, Troianis odium belli, offensarumque remisit, quamquam
libantibus illis, & ad eius tumulum rem diuinam continue facientibus? Con-
tra uero Palamedis sepulchrum unâ cum illius statua negligenter disiectum,
reponi instaurarique mandari? Quintum porro sextumque miraculum haud in-
magna opera indigebunt, ad facultatem, qua effecta sunt, arguenda. Pellebat
enim dæmonas (uti ferunt) alio alium. Nam ex adolescente lasciuo dæmonem
pepulit, alium quoque fugauit muliebri forma effigiatum, quem lamiam & Em-
pulam sapientissimum autorem appellat. Nam quod præterea puellam Romæ de-
functam ab obitu reuocari, cum sit factum hoc uel ipsi Philostrato incredibi-
le, nos quoque a nobis penitus excludamus. Ratiocinatur enim dubitando Phi-
lostratus, num uitalis auræ scintilla intra puellam compressa medicos delitue-
rit, quæ mox pluuia ingruente reuiuiscens atque excitata, in uultu respirantis
puellæ prodita sit. aiunt enim, cum puella ad se rediret, excoelo pluuia leniter in-
rasse. Neque enim si uere puellam hanc Apollonius uitæ restituisset, tam egre-
gium facinus non Imperatori primum ipsi innotuisset, alijsque subinde primo-
ribus apud illum diuersantibus uiris: præsertim uero philosopho Euphrate qui
ea tempestate Romæ agebat, moxque Apollonio infensus, eundem magis ac-
cusasse narratur. Quin etiam factum hoc si modo plane constituisset, cæteris
quoque calumnijs, quibus Apollonium urgebant, proculdubio adiunxissent
accusatores: & hæc quidem dicere occurrebat, quæ particulatim Apollonio,
speciatimque gesta sunt. Infinita uero & alia erant, quæ ad prædictiones rerum,
diuinationesque pertinent. Fertur enim Athenis quondam initiaturus Eleusi-
nijs sacris, à Cereris sacerdote prohibitus, affirmante nefas initiari magum ho-
minem, patereque illi Eleusinia sacra, qui dæmonum consortio impurus esset,
quique Romæ inhonestus circulator uenali uoce Neronis carmina ad lyram de-
cantasset: eiusdemque Neronis metu, sodalibus cæteris dari precium suaderet,
qui eodem canendi studio tenerentur. Atque hæc quidem sunt, quæ uolumine
quarto Philostrati continentur.

CONFUTATIO LIBRI V.

Q Vinto autem libro, ubi quedam de Tyanei præfensionibus attulit in ad-
mirationem hominis uersus, ita ferme concludit: Præfensisse autem hæc
Apollonium diuinam quadam uirtute, planeque falli eos qui magum fuisse illum
opinantur, satis arbitrator constat per ea quæ dicta superius a nobis sunt. Sed hæc
tamē amplius afferantur magi ipsi, quos equidem miserimos esse hominum
puto, aut idolorum tormentis, aut barbaris sacris, aut cantando, aut corpus præ-
gendo operari dicuntur. At uero noster hic Parcarum ordinem sequens, præ-
dicebat quæ necessario uentura erant, nihil magicè operatus, sed exijs diuinis
quæ dij persanctè significabant. Cumque apud Indos uidisset tripodas, ac
pincernas

pincernas sponte sua mouentes, ne interrogauit illos quidem quo id pacto ef-
ficerent, nedum edoceri uoluerit. Laudauit quidem, sed imitatu tamen illa di-
gna non celsit. hæc itaque cum Philostratus dicat, plane deprehenditur celebres
illos Indorum philosophos inter magos ueneficosque reponere. Nam quo lo-
co de magis, eodem & de Indis mentionem facit, perosum Apollonium nar-
rans, quæ superius miracula recensuimus, quasi illiberale quoddam genus præ-
fugiorum. Si ergo quos paulo ante detestatus est, eos tamē idem Apollonius
alibi deprehenditur deorum nomine, ac præceptorū dignari, nihil aliud plane
superest, quam ut eisdem is quoque quibus & præceptores sui criminibus sit ob-
noxius. Inducit ergo apud Gymnosophistas Aegyptiorū philosophos uerba
hæc loqui: Nihil indecorū mihi arbitror contigisse philosophiæ studia admi-
ratio liberalis ac permodesta, quam scilicet Indi ad utilitatem ipsam contra-
hentes, in diuina ac sublimi materia complectuntur, hos iure sum admiratus,
eosque sapientes esse ac beatos existimo. Sed ad rem fuerit ea nunc inspexisse
quæ paulo mox dicit: Hi enim Dei sunt, inquit, & Pythiæ testimonio exornā-
tur. Domitianū quoque Imperatorē huiusmodi uerbis inducit allocutus: Quæ
nam tibi cōtentio est cum Indis, Iarcha & Phraote, quos ego solos hominū di-
gnos puto, qui dij & uocentur, & habeantur? Alijs item locis eosdem Brach-
manas Apollonii præceptores ac deos cum dicat, & cum faciat, planetarios in-
dicannulos septem tulisse: nunc porro superiorū oblitus, non sentit stolidus,
uero discipulo præceptores quoque ipsos in columniâ a se protrahi. Procedente
uero historia, tibicinam quandam inducit, tum & Apollonium scribit de facul-
tatis eius modis ac nominibus omnibus, ut de maxima ac grauissima re, ora-
tione longa differuisse. Vespasianum quoque Cæsare narrat Apollonio perim-
de ac deo cuidam supplicasse, quasi precario petiisse, uti se Imperatorē faceret:
Apolloniū uero respondisse, iam feci. Et quis non iusto odio persequatur in-
sipientiæ plenam proximamque infantiæ uocem? si hic iam quali Deus, Impera-
torumque creator tibi placet ac tremis, olim nauis Aegyptiæ gubernator? (hoc
enim se fuisse paulo superius in sermone cum Indis habito Apollonius ipse
asseruit) Cuius ab eo quæreret Imperator, quosnam philosophos in gerendarū
uiri, Dionē, Euphratemque significans: nondū enim cum Euphrate in discepta-
tionem uenerat. Pauloque mox idē Cæsari inquit: Notissimi tibi homines Im-
perator, rerumque tuarū solliciti, Dion & Euphrates, ad fores præstolant admitti
hæc Vespasianus: Sipientibus, inquit, uiris nostræ semper fores patuerunt. O-
mnis Semidei præfensionē, sapiēs ille est ac uir bonus Euphrates, quia nulla dū
inter eos orta cōtentio. Sin uero aliqua oriat, (iam uero id fiet) uide quæso,
quibus ille apud Domitianū uerbis accuset: Quæcumque, inquit, philosophi po-
tentium uirorū aduatores cōlequi solent, ea nunc statū fortunamque indicant
Euphratis. Plurimis ille de numulariorū trapezis est sermo, caupo est, cupedi-
factus, publicanus ac fœnerator, homo ad mercatū uenditionemque promiscuè
inuitores, quin illis sepe custodiendis quasi lucernarius quidam canis à ianitoribus
ipse relictus: neque uero drachmā saltem philosopho unquam cuiquam erogauit. Et
quæ uires ac uere, opes suas huiusmodi amicis circūuallat ac munit. Ac de Eu-
phrate quidē integrū tibi esto, qua re dignus sit, iudicare. Nisi enim tibi adula-
tores sunt cordi, multo peior em illum testimonio nostro inuenies. Qui ergo
apud Vespasianū patrem laudauit Euphratē, ut philosophum, ut uirū bonum
testatus, & nunc apud Domitianū filium eundē accusat, plane arguitur eius-
dem uiri & laudator esse, & reprehensor. Ille ne igitur, qui præfensione tanta re-
tum præditus est, ignorabat qualis tunc esset, qualis uē in posterum Euphrates



OP. A. F. V. S. B. C. A. S. R. A.

futurus: Neq; uerò nunc primùm, quin & apud ipsum quoq; Vespasianũ carere Euphratem ut scelestum hominem uoluit. Quæ uerò leuitas atq; inconstantia rerum hæc est, cum idem commendatione sua apud Vespasianum Imperatorẽ egerit angustas fores Euphrati philosopho referari: Sed enim ut ce- cis iam perspicuum sit, quod ad diuinationẽ spectat, probro magis à Philostrato Tyaneũ quàm honore ullo affectũ esse, in cæteris aut officijs laude dignissimus inuenitur. Antiquum enim illi erga amicos liberalem se præbere, ubi licet nullum suum periculum facerent. Euphratem quoq; intra Augustale ad mitti curauit. Mox tamẽ contra eundem disceptationis gratia, quæ superius dicta sunt oblocutus. Sed hæc obiter dicta sint. Neq; enim id mea nunc agit oratio, ut Apollonium ex hac potissimum re accuset, quod philosophum tempestatis suæ celeberrimum Euphratem, & quem hodie quoq; laudat, qui philosophiæ studio detinẽtur, criminatus sit. Tametsi magna hæc esse occasio cui uis possit Apollonium accusandi, si enim Euphrates omnium iudicio philosophus excellens habetur, non leuis occasio datur probitatis eius laudandæ, qui Apollonij malefacta damnarit. Neq; uicissim leuior Apollonij detestandi, propterea quod illius mores tali ac tanto philosopho displicerent.

CONFUTATIO LIBRI VI.

Idem Philostratus sexto uolumine fabulas & porteta adducit. inquit enim Apollonium camelis inuectũ unã cum comitatu ad Gymnosophilas Aegyptios peruenisse. Quo in loco iubente, inquit, uno ex sapientibus nudis, uel mus Apollonium uoce articulata & muliebri affata est, hisce nugis Philalethes equum putat haberi à nobis fidem. Ultra uerò Gymnosophilas Pygmeos esse ait. Anthropophagosq; & umbripedes, Saryrumq; ipsẽ in locis iustis Apollonij ebrum esse redditum. Inde autem Apollonius in Græciam rediit, ubi prædictiones quædam, sermonesq; cum Imperatore Tito habiti referuntur: & quo pacto adolescens quidam à rabidi canis morfu curatus sit: cui uerò diligentia singulis historiæ partibus inhaerendũ. Nam si maxime uera esse quæ Philostratus narrat, miracula concedamus, non alia tamen ratione, quàm dæmonis auxilio, atq; opera facta esse constabit. Quod enim pestem Ephesii appetentem primus Apollonius deprehendit, ne hoc quidem fortasse maleficæ superstitionis erit immune, si quemadmodum ipse ait, ex pura ac tenui qua utebatur digita, præsentire hanc potuit. Fortasse autem & hoc dæmon illi prædixit. Nam cætera sanè omnia quæcunq; ab illo diuinata ac præuisa sunt, esse si refelli ac redargui ex Philostrati uerbis abundè possint, ut ea quoque euenisse concedam: dixerim tamẽ non credi quidem omnia oportere, sed comm nonnulla quæ magis admittenda uideantur assistente illum dæmone prædixisse. Hoc aut plane hinc constat, propterea quod Apollonius non ubiq; perpetua diuinatione usus deprehenditur: nam plurimis de rebus futurorum magis pender, aliosq; interrogat. Quod neutiquam facit homo futurorum maxime conscius. Satis uerò ostẽsum puto, quo in actu fabulæ reponẽda sit compressa ab illo pestis Ephesiorum, cum nihil aliud à dæmonis prestigio fuerit. Sed enim cur & Achillis umbra, relictis beatorum insulis, ad proprium tumbalum diuersari maluerit, nõ intelligo. Nisi uerè & hæc impuri dæmonis umbra censenda sit. itẽ sentio, qui ab incontinente ac lasciuo adolescente depulsa est, dæmonẽ proculdubio fuisse. Neq; minus & iamiam illam siue Empusam dici malis, quæ Menippum infano amore torquebat, dæmonem affirmari maiori alteri ac potentiori demoni cõcessisse, fortè etiam hoc pacto, & adole- scentem de rabidi canis morfu mente alienatũ curauit. Canemq; nihilo fecit ipsam

ipsum dæmone malo imbutum. Patere itaque quod saepe à nobis est dictum, cuncta illius miracula dæmonis ministeria esse. Nam quod ad puellã spectat ab inferis reuocata, siue ad semianimem potius, quod & Philostratus sentit, quæ consopitam uitalis aura scintillam, dum efferretur, in se haberet, irrorante mox pluuia excitatam. Totum sanè est de illius miraculis amouẽdum: non enim, sicut & antè dixi, tam grande facinus, si modò uerum fuisset, ita pressum silentio euanuisset, cum præsertim Romæ, ubi tunc Imperator agebat, factum dicatur. Infinita uerò generis eiusdem colligi de Philostrato queant, facileq; omnia ut fabulosa, parumq; sibi constantia refutari. Verum quia haud ita magno studio opus est profligare hominem hunc uolenti, cum non modò inter deos admirandosq; uiros locum non habeat, sed non inter philosophos quidem ab aliquo uiuentiũ reponatur. Idcirco ijs cõtenti quæ dicta sunt, ad examen libri septimi accedamus.

CONFUTATIO LIBRI VII.

Veneficij Tyaneus ac magiæ insimulatur. Dehortanti uerò Demetrio philosopho Romam proficisci, non auscultans ille, insolenter ac superbia de se locutus narratur: Ego mortalium cunctorum scio plurimum, atq; sapio. Scio enim omnia, quorum alia studiosis accepta refero, sapiẽtib; alia, mihi alia, dijsq; ipsis immortalibus alia. Sed enim qui magnifice ita se iactat, historia procedẽte ignorare permulta conuincit. Subinde autem Damis ipse apud Philostratum mortis merum dissimulat, quasi Apollonium læto surriperatque oculere studens. Sed audi quibus Herodes uerbis partes Damidis tuatur. Probabilis, inquit, ratio fuit cur Damis à Pythagoreorũ ritu deflexit, neq; enim malitiam illi inesse ait, aut de Damide sententiam mutat, sed purioris uiri potius artem collaudat, q̄ subeunda illi fuit, ut sese ad utilitatẽ temporis accommodaret. Ad hæc Philostratus quatuor crimina testatur Apollonio fuisse obiecta, quæ facile per Apologiam solui posse existimat, totidem ab alijs quoq; collecta & enumerata affirmans. horum primũ erat, Qua tandem disciplina non communi ueste cæteris mortalibus uteretur. Alterum porro, unde hoc esset, ut passim deus ab hominibus putaretur, Tertium, Quãnam ratione pestem Ephesijs imminẽtem prædixerit: præterea, cuius ergo in agrum noctu profectus, Arcadem ibi puerum in frustra discerpserit. Contra huiusmodi quæstiones ait Philostratus Apollonium sese egregie defendisse. Primum uerò tradit in uincla coniectũ, ne ibi quidẽ sine miraculis se gessisse. Nã cum Damis grauer angere, ut præceptore in discrimen adducto, Apolloniũ nar- rat leuandi doloris gratia, sponte sua uinclis exemptum crus Damidi ostendit: cuius lenito dolore, rursus idem crus uinclis inseruisse. Post hæc à Domitiano Imperatore accessitum esse in iudicium Apollonium scribit. Obiectisq; nem quo pacto, sed importunè nimirum in huiusmodi uoces proclamasse, Dã & mihi si libet Imperator abeundi locũ. Sin hoc minus concedis, immitte qui corpus uinciant meum, quando quidẽ collegari animam est impossibile. Imò uerò ne corpus quidem meum cõprehendes: Nec tibi fas leti exortem me per- dere Cæsar. Quibus dictis repente eũdem ait e conspectu hominũ euanuisse, magnamq; fabulæ suæ partem circa hæc porteta consumit. Vbi uerò miraculo agit exempti pedica cruris, cui nimirũ per sententiam dæmonis gesto, Da- nis ipse interfuit, ait Philostratus. Tum deniq; primũ Damis persensit diu- nam Tyaneum natura supra hominis facultatẽ præditum esse. Neq; enim tunc illum ueneficè operatũ. (Quomodo id enim in uinclis potuisset?) Sed ne im- muniturante quidẽ aliquid, aut loquentẽ, pedicas tamen contemptui habuisset, rursusq; cruore illis inserto, colligatorũ habitũ, statũq; resumpsisse, mea ue- ro sententia nunq; sanè tarditatis accusandus Damis, si plurimũ uite cum Ty- ano uersatus, quia non nisi per maleficia superstitionesq; miracula eundem perpe-

perpetrasse cognouerat: idcirco nihil eū à mortali putabat forte differre. Sed nunc quoque post tantam portentorum uim, quid de illo sentiendum sit, nescit. Iure ergo optimo angitur Damis, ac timet præceptoris suo ut in scilicet hominum permultorum, ne quid illi aduersi præter uoluntatem contingat. Quod si tamen nunc primum Damis post tantum consuetudinis diuinum esse Apollonium sensit, atque homine potiorē, inspiciendum sanè est, quānam ratione id præsentire potuerit. Neque enim recitet hanc Philostratus. Vidit, inquit, Tyaneum cruce pedicis exoluisse, non sacrificijs peractis, non precibus, non arcanis mysterijs ullis prolatis. Ergo quæ præterea multa prius effecit, malefica superstitione sunt facta. prorereatque dum illa fierent, neque expauit, neque admiratus est Damis: nunc autem iure primum exhorruit, ut qui hospes interesset rei præter consuetum illi ritum, moremque effecta. Sed enim cum hoc Tyanei prestigio, quod ad pedicas totum spectat, cumque euanida illa de conspectu hominum fuga, sermones eiusdem cum Domitiano habitos libens sanè cōtulerim. Nam cum illum Imperator colligari iussisset, perargute quidē atque ad rem ita ratiocinatus narratur: Si me arbitraris magnum, quānam ratione deuincies? Sin uincere me quibus, quomodo esse magnum putabis? Attamen ex ijs quæ posita sunt, ita retundi uicissim queat: Si tu magus non es, quomodo tibi cruce perpeffus magus nō est, at eadem egressus est magus. Ad hæc dicit & illud potest: Si nō est magus, qui iudicium subiit, at quia & iudicium & Imperatorem & circumfusos illi speculatores effugit, est magus. His rationibus mea quidē sententia, sanius accipietur, quod ad prodigium pertinet nullis cātationibus præuijs, sacrificijsque effectum. Sed ut Philostratus garrir diuina quadam supra hominem facultate, uerū non ita multo post, iterum merus homo arguitur. Illico enim quodam renunciantē, soluit te Apolloni uimcitis Imperator, permittitque liberius quā antea, caueam inambulare, hic ille hominum sorte, superiorum, futurorumque præsentor, surdi concipiēs animum, sensusque tacentis, præ nimio fortasse, ut par est, gaudio, præsentionis oblitus nuncium rogat. Quis me hinc uerō exoluet. Idem ego te soluo, inquit: ducem me sequere. est uerō opere præcium insperasse, quā prudenter hic noster uates Apologeti cum pro se scripserit. Vbi ignoralle primum conuincitur, inanem se operam desumpturum. Putabat enim se ab Imperatore audiendū, eamque ob rem summo studio concionem instruxerat. Cæsar tamen hanc audire non pertulit, iri tamque hoc pacto Tyanei lucubrationē cessamque reddidit. Audi uerō quomodo se Philostratus ipsum redarguat. Quando, inquit, orationem Tyaneus cōscripsit, quasi ad aquæ tempus dicturus, compulsetque eum tyrannus ad quatuor positas quæstiones respondere, explicetur & hæc à nobis oratio.

CONFUTATIO LIBRI VIII.

Vide quæso, quid ille sapiat futurorum longè antè præcognitor. Ille uir utique quoque diuinus, quanta marina potuit cura uelut ad aquam dicturus Apologiam conscripsit. Sed accedamus ad hanc quoque discutiendam, quā & frustra iam elaboratam fuisse ostendimus. Nam cum multis per eam locis Domitianum compellet, etiā in id arrogantia procedit, ut dicat, Te quidē Vespasianus pater, ego uerō illum Imperatorem feci. o arrogatissimam uocem, quā ne uulgaris quidem, ac gregarius quisquā, nedum uerè philosophus, humanamque excellentis naturā proferre amisit, non meritas insanie pœnas, prudentibus expensurus. Subinde uerō Apollonius ita expurgat subortam de se magis suspicionem. Equidem magos, inquit, pseudosophos cenfeo esse. Nam & quæ non sunt, ut uideantur esse efficiunt: & quæ sunt, fallaci arte obducunt. plene igitur constare cuius potest tum ex historia uniuersa, tum ex ijs quæ in ea particulatim narrantur, utrū hic in diuinos, ac sapientes uiros, an inter magos prius, ac deceptores locandus sit: uel ad ipsa quoque animū referēdo, quæ de ma-

is de magis uidetur, uel ad ea non minus, quæ à Philostrato explicantur. Nam quercus, ulmiq; articulata, ac muliebri uoce Tyaneum affata: Tripodes etiam illi sponte sua mouentes, æreiq; pincernæ discubentibus ministrantes, imbrū quoque dolia, ac uentorum, aque præterea Sandaracina puteus, & quæ sunt fabule generis eiusdem apud deos Brachmanas, quos non ueretur Apollonius præceptores uocare, quid demū nobis indicare uidentur: an non illos quæso, qui ea quæ non sunt mentiunt, & ea quæ sunt, prestigiose subducunt: hos autem cum idem magos appellet, pseudosophos, ac planos manifestè constituit. Aut igitur ex tot numero rationibus diuinis hic, omniq; uirtute excultus, ipsiq; dijs homo gratissimus, quippe cui licuerit sapiētie brauium coronare, censendus erit ipso quoque Pythagora, & quæ postea fuerunt, diuinius multo, ac sapientior. Aut contra pseudosophie damnatus, miserorū multo erit miserrimus. disputasse & illum cum in lonia uersaret de Parcarum potētia scribit Philostratus, ita ferme sententem, quicquid illi sci licet semel nouissent, adeo stabile esse, certumque futurum, ut si cui imperium decreuissent, quod tamen ipsum penes alium cerne retur, nunquam sic is aboleri atque interiri poterit, quin debitam sibi potestatem plane arripiat. Vel uita enim functus reuiuiscet Parcarū decreto. Quæ sententiā his ferme uerbis concludit. Cui fato decretum est architecto esse, uel si manus ambas truncet, euadet in architectum. Si quem etiam currendo uincere olympia sancitum est, ne si abscisso quidem is claudicet crure, uictoria fraudabitur. Cui rursus in sagittandi arte palmam Parca decreuerint, hic uel captos oculis sagittā in scopulum destinabit, hic præmissis rationibus Imperatori adulas, & hæc subnectit: Quæcumque à me de imperatoribus dicta sunt, omnia protuli in Acrisios & Laios, Astyagemque Medum & complures alio reges animum referens, qui uidebant sublatis de medio, à quibus sibi metuebant, ita rebus suis bene consuluisse. Namque horum alij filios, nepotes alij peremptos esse, sicuti ipsi mandauerant, opinantes, ab ipse illis quasi renatis, fataliq; mox lege de imperio assurgentibus, regno deieci sunt. Quod si adulandi studio detineret, dicere utique iam tum inde futurum te Cæsarem præsentisse, cum te captum Vitellius detineret, templumque louis optimi in supercilio urbis conflagraret. Ille uerō se rein bene gesturū diceret, nisi tu eius manus euassisses. Atque adolescens tunc plane eras, neque dum talis, ut in te ulla imperij uestigia apparerēt. Verū quia Parcis aliter uisus est, Vitellius quidem suis consilijs male perijt, tu uerō in illius sortem fortunatus celsisti. Sed quoniam adulatorius mihi sonus ingratus semper fuit, ac permolestus, (uideat enim mihi dissonus, ac discors) idcirco missa hæc quæso faciamus, chordaque hæc nobis ne male perstrepat, succidatur. Neque uerō me arbitraberē de tuo isto sublimi statu ac potentia unquam aliàs cogitasse. Ex his autem maxime uerbis & adulator, & mendax, & quiduis aliud à philosopho, ipsa historia fide conuincitur. Nam qui olim in lonia tam multa contra Domitianum effudit, nunc eidem generosus, ac fortis uir adulatur, planeque dissimulat, quasi ea quæ quondam apud lonas de Parcis, & necessitate tractauit minus quidem contra Domitianum, sed pro illa potius habenda sint. Tuam hic historiam Philostrato cōpellamus. Age ueritatis fonte dilutam repete hanc clara & ingenua uoce, nihil eorum inde subducēs, quæ fecit Apollonius, dixitque, cum Ephesios Domitiano auertens, pro cōmuni omnium salute inualecebat. Neque tutū putabat, quæ contra Domitianum per epistolas agēda susceperat Ephesijs omnino cōmitti. Sed ex alijs ut ingenuū quæque, ac modestissimum nactus erat, alius aliu seuerè ad colloquiū diducēs, Magni te, inquit, secreti ministrā facio, oportet Romā ad hūc & illum proficiscere. Hæc atque illa dicturus, deque Parcis ac Fati necessitate multa illos in hanc sententiā edocebat. Quod uidelicet ne domini quidē rerū Parcarum seriem cogere, ac immutare ualeant. Quin ad aream Domitiani statuā, quæ ad Meletē fluuium sita erat, auditores couertens, Insane, inquit, o quanta Parcarum Fatiq; igno-

tatione

iusmodi errores ad sapientiae participatum aliquem peruenisse, in scientia referetur, neque studiosis Tyaneus accedet. Meritoque admirari illum desinemus, cum sapientia illi non studio, sed necessitate aduenerit. In eadem trutina collocari & Pythagoras ipse poterit, & foedissimum quodque uilissimumque mancipium, nihil etiam a Socrate ipso distabunt, qui Socratem capitali iudicio condemnarunt: quamquam Socrates mortem pro philosophia pertulerit. Non Diogenes ab Attica iuuentute, non, ut semel dicam, stultus a sapiente, iustus ab iniusto, la sciuis a continente, tumidus a forti uiro distabunt, si horum omnium mores Parcarum ludo, Fatique proueniunt. sed enim contra haec praeco ueritatis clama uunt: Heus homines, mortale & pollutum genus, quoniam nos incontinentiae ducit uini meri potatio? desinite demum ebrietatis, merumque diluite, rectamque mentis aciem intendentes, ueritatis angustam faciem contemplantini. Fas enim non est, sibi ipsi repugnare ueritatem, ac dissentire: neque duobus inter se maxime contrariis datis, eandem utriusque causam esse. Dei certe prouidentia omnia complectitur, ac continet, legibusque diuinis machina totius mundi disponitur. Visque animae rationalis, ac hinc hominem sui ducem, ipsius dominum, iudicemque constituit. Docentque nos naturae leges, ac sapientum dogmata philosophorum, rerum alias penes nos esse, alias uero non esse. Penes itaque nos illa esse censentur, quae ex electione, actuque proueniunt, quaeque natura libera sunt, ut impediri ac inhiberi non queant. Quaecumque igitur iuris nostri non sunt, inharma dixeris, seruientia, prohiberi facilia, aliena, cuius generis ea quae circa corpus se habent, externaque sunt, animae simul & rationis expertia: & quae demum substantiam habent, a peculiari hominum, propriaque natura longe seiumstant, rursus autem & ea quae nostri sunt iuris propria nobis inest uoluntas ad alteram partem scilicet, uel uirtutem uel uitium, delectu libero declinandi. Deus porro dominus rerum omnium, princepsque recta ratione singula transigit, secundam naturam per omnia circumcurrens. Hunc iusta semper ultio comitatur, graui eos qui diuina lege discesserint, supplicio punitura: motus uero lapsos, quibus ad agendas res incitantur, non Parcarum Fati ue necessitas patitur. culpa certe omnis ab electione est nostra, Deus ipse culpae immunit. Quod si quis huic sententiae aduersus, quae iuris sunt tollere ausit, iam hic pudore nullo detentus, suam manifeste fateatur impietatem: pascimque praedicet non prouidentiam esse, non Deum, nec quicquam aliud praeter irati necessitatem, & quae huic proxima sunt, nuda fronte pronunciet, id est, non sapientem dari, non stultum, non aequum, non iniquum, non prauum, non magnum hominem, non diuinum ad hominis ingenium naturaeque pertinere. neque uero philosophiam esse aut doctrinam ullam, non artem penitus, non scientiam, non mali boni ue discrimen a natura constitui, sed consule omnia circumuolui necessitate dominum, & Parcarum fatis. Nihilque sit iam rei, quin atheus hic, profanusque in sapientum numeros, ac piorum hominum reponatur. Si quis autem caetera quidem dissimulet, prouidentiam uero diuinam fateatur, & colat, ita tamen ut Parcas quoque ac Fati necessitatem unam admittat, is cum pugnantibus, ac maxime contrariis dogmatis, flagitiosisque teneatur, meritis insaniae poenas expendat. Atque haec quidem ita ut tradidi accipienda sunt. Si quis igitur, cum haec ita se habent, inter philosophos Tyaneum reponat, hoc sibi praedictum sciat, si quidem illi adimat superfluum laudis apparatus, quali scilicet hunc Philostrati historia amicitia, nullam fore profus a nobis inuidiam: sin autem quis eum insuper ueritatis metas egressus, supra facultatem philosophi Deum asserere, & per imprudentiam magiae nota hominem infamabit. Sicut & haec ipsa, quae de illius uita ac moribus fabulose scribuntur, non aliud sane a prudentibus uiris quam calumniae argumenta censenda sunt.

EUSE

LIBER, IN QVO VETERVM PHILOSOPHORVM DE mundi fabrica rebusque naturalibus lites ac dissensiones ex uarijs autoribus breuiter adducuntur: qui de Euangelica preparatione est in Graeco codice xv. adeoque ultimus, Latinus haecenus nulli uisus,

MARCO HOPPERO

Interprete.

PROOEMIUM TOTIVS HUIVS OPERIS

Argumentum continens.



Omnem hunc omnibus gentibus de deorum multitudine errore in principio statim Euangelicae preparationis confutasse magni fore momenti existimas, pro detentionis quoque constitutione huius causa ab illis discessionis, qua recte nobis consulimus: non solum fabulas, quas theologorum poetarumque quos secum habebant, pueri de dijs suis ueluti in proquisitiones, ad coelum usque sursum, & per omnes mundi partes per nobile philosophiam translatae, primum omnium in tribus prioribus libris pertractauit. Est nihil omnino in his approbandum ipsum et eorum theologi dicant. Aduertendum igitur, quod theologorum, quos habuerunt uetustissimi, nullam scientes historiam, solis autem fabulis inherentes sua testati sint. Vnde merito quidem in omnibus & urbibus et pagis, quod ueterum habet narratio, sacri deorum ritus & mysteria haud dissona praedecessorum fabulosis traditionibus administrantur. Quemadmodum etiamnum deorum nuptias & liberorum procreationes, iustus et gaudia: praeterea errores quoque eorum, horum quidem amores, nihil diuersum ab his quae a uetustissimis commemorantur, in ceremonijs suis et hymnis, nec non alijs, quae dijs suis consecrarunt, canticis celebrant. Ad haec pro ueriori ratione, penes tragicas quoque eorum, quas in physicis suis explanationibus facere consueuerunt, exclamationes, nec non sophistarum philosophorumque disceptationes inspiciendas proposui. Hanc uero de deorum responsis captandis rationem, atque de Fato multis sane factatam hanc falsam opinionem in tribus alijs, post priores sequentibus libris firmis argumentis aperui: ubi non tam proprijs rationibus, quam ipsorum quoque, praesertim uero, quos Graecia aluit, philosophorum testimonijs ad conuincendum eos usus sum. Quibus postea logiam in Hebraeorum oracula conuersus, breui quadam ratione legalem theocos testatam contentam, necnon totam eorum historiam apud ipsos quoque Graecorum perstringens mores, quod uidelicet a Barbaris omnia acceperint, nec uelam bonam domi suae natam disciplinam induxerint: quod temporum quoque habita collatione, quibus apud Graecos quidem eorum sapientes, Hebraeos uero prophetae extiterint, palam faciens, rursus tribus post hos libris celeberrimum quorundam apud Graecos philosophorum cum Hebraeorum constitutione consensum, eorum similiter ipsorum testimonijs usus, ostendi. Quin aliter quoque a nobis sentientes quosdam apud Graecos philosophos, imo non solum a nobis, uerum etiam cum domesticis quoque suis discrepantes, adeoque a familiaribus quoque suis confutatos in hunc praecedenti libro produxi: ut per ea omnia incorruptum nostrae sententiae iudicium lectoribus ostenderem, firmiter demonstrans, non inconsiderate nos, sed probe meditato ac prudenti consilio Hebraeorum ueritatem, ita quoque ueram philosophiam religionemque praegracorum elegisse. Quemadmodum id etiam constat Graecanicorum quoque testimoniorum allegatione.

Q9

allegatione.

OP. A. F. V. S. B. C. A. S. R.

allegatione, cuius quod reliquum est huc hinc ultimum aggredientes librum, qui decimus quintus est nostrae, quam prae manibus habemus, institutionis, ut quae tractanda hic sunt adijciemus, etiam nunc sancta illa nobilis Gregorij philosophiae in lucem proferentes, & omnium ante oculos inanem eorum opera apponentes. Ac primum quidem omnium illud affirmantes, nihil nos eos curasse, non propter ignorantiam rerum earum quas ipsi ut magnas admirantur, sed ut neglecto hoc inutili eorum studio, rerum multo magis utilium exercitio, ingenia eorum foueremus. Hoc igitur nobis, Deo duce, per ueritatem absoluto, hinc his que de preparatione instituta fuerunt, imponam. Conuersus autem ad perfectius illud de Euangelica demonstratione argumentum, principium secundae illius tractationis, quod nobis ab illa, quae reliqua est de accusatione nostrae, commentatione sumitur, fini prioris coniungam. Erat autem hoc nobis uicio ab illis daturum, quod uidelicet Hebraeorum oracula quae paterna sanctius amplexantes, non etiam uita Iudeorum similem imitantes referremus, cui obiectioni, finito praesenti hoc libro, per diuinam gratiam occurrere tentabo. Sic enim fore puto, ut posteriora cum prioribus, illis uno ueluti nexu contenta, unam quoque in uniuersum totius nostrae disputationis quasi intentionem absoluant. Quantum itaque ad praesens, quoniam appaeruit in praecedentibus libris Platonis philosophia, Hebraeorum oraculis partim consona, partim uero ab ipsis dissentiens, in quibus conuoluta sunt & ea que eorum placitis ipsius discordant, & aliorum, quos physicos cognominant, philosophorum opinioniones, nempe Xenophantis, ac Parmenidis, Pyrrhonisque, nec non aliorum deinceps omnium, quorum opinioniones praecedens disputatio adhibitis eis ex opposito Hebraeorum oraculis, ac Platonis dogmatis, imo ipsa ueritate, confutauit, quin suis ipsorum telis conuicti sunt. Expecta nunc alium quoque factum eorum quae ab Aristotele & Stoicis philosophis desuper uelut ex scena inspicere, et totam reliquam physiologiam horum superciliosorum hominum intueri, quo cognoscamus ea quae ueluti magna ipsi admirantur, nec non ea in quibus, uel familiares eorum eis contradixerunt. Sic enim nullus quoque accusationi locus relinquatur, quam intentant nobis discessionis ab ipsis causa, intelligentes nimirum probe non ob ignorantiam rerum suarum occultarum, sed praemeditato atque examinato probe iudicio, barbarorum recte institutorum ueram religionem praeter omnium Gregorum gerimus. Initium uero sumam ab ijs quae de Aristotele feruntur. Aliqui, qui & ipsi quoque haud obscuri philosophi sunt habiti, uitam quoque uiri calumniari sunt. Ego autem id non solum faciam, sed inuitus etiam audio uirum hunc sic a notis & familiaribus suis tractatum esse. Quapropter defensiones eius potius exponam ex Aristotele Peripatetico, qui in 7. de Philosophia libro talia de eo scribit.

Quae Aristoteles Peripateticus de Aristotele scripsit, et quae de ipso narrantur, ex septimo de Philosophia. Cap. 1.

Quomodo possibile est, quemadmodum Epicurus in epistola de uitendi ratione tradit, iuuenem cum paterna bona dilapidasse: postea uero in militiam profectum esse: ubi quum malo successu usus esset, ad pharmacopoliam rediisse: postremo autem aetate iam prorsus confecto & languido Platoni, in studio eius successisse: Aut quis nam uerisimile tanquam admitteret Timaeum illud Tauromenitem, qui in Historijs suis dicit eum uergente iam aetate claudendis ac recludendis ostijs, in ignobilis cuiusdam medici officina praefectum fuisse? Quis praeterea Aristoxeni musici illius quae in Platonis uita habentur, uerbis credat, qui dicit eum dum erraret hinc inde & peregrinaretur, uerbis commouisse, ibique tum peregrinos quosdam Peripatum ei extruxisse. Quae uerba de Aristotele dicta esse aliqui putant, quum tamen Aristoxenus honorifice semper Aristotelis mentionem faciat. Sed & haec ridicula quis non merito dicet, quae ab Alexino Eristico commemorantur. Fingit enim Alexandrum filium cum patre suo Philippo differrentem, & Aristotelis rationes plane contententem, Nicagoram uero (quem Hermem cognomine dicunt) recipientem.

Eubulides

Eubulides quoque in libro quem contra eum scripsit, aperte mentitur: primum quidem frigida quaedam poemata proferens, tanquam ab alijs quibusdam composita, de coniugio et familiaritate cum Hermia ei contracta: postea Philippo eum maledixisse affirmans: nec denique Platoni eum morituro aduuisse, & libros eius corrupisse. Quid uero attinet hic Democharis contra philosophos criminationes recensere: non enim Aristotelem solum, sed & alios quoque philosophos maligne perstringit. Equidem si quis istas probe consideret calumnias, negari locutum hunc esse dicet. Ait enim epistolas se Aristotelis inuenisse contra Athenienses: nec non Stagiram patriam suam Macedonibus eum tradidisse: praeterea subuersa iam Olyntho, ditissimos quoque Olynthiorum Philippo eum ad spoliandum eos prodidisse. Cephalodorus autem Ilocratis discipulus stultitiam eum calumniatus est: qui delicatum eum & uoracem, nec non alijs quibusdam eiusmodi nominibus appellauit. Haec uero omnia stultitia longe uincunt quae a Lycone, qui seipsum Pythagoricum nominat, dicta sunt. Ait is Aristotelem uxori suae defunctae tale sacrificium, quale solent Athenienses Cereris & oleum, in quo calido lauisset, uendere solitum. Quum enim Chalcidem nauigaret, eos qui ad telonium sedent, reperisse in naui septuaginta quinque aereos urceolos affirmat. Ex his igitur qui Aristotelem criminati sunt, isti ferè praecipui habentur, quorum alij quidem coeui Aristoteli, alij uero post ipsum paulo fuerunt: omnes tamen aut sophistae, aut Eristici, aut rhetores, quorum nomina & libri simul cum corporibus interierunt. Ablegandi autem prorsus isti nobis sunt, qui aut diu post haec fuerunt, aut talia & talia ab illis dicta commemorant: aut de quibus in primis hoc dictum uolumus) qui in libros illorum nunquam inciderunt, sed ex seipsis tales sinxere contumelias, quales sunt hi, qui trecentas tum ollas habuisse affirmant, quum tamen nullus eorum apud quenquam qui non. Is enim (ut antea dixi) septuaginta quinque urceolos inuentos fuisse asserit. Non solum autem ex temporum collatione, et ijs qui calumniati sunt, colligere quis potest, omnia haec quae dicta iam sunt, falsa esse: sed uel ex hoc ipso quoque, quia non omnes eadem dicunt, sed singuli eorum peculiare aliquid. Quorum sane si uel unum uerum esse, non semel tantum, sed millies ab ijs qui tum fuerunt, perijisset. Est igitur manifestum, idem Aristoteli accidisse, quod multis alijs quoque solet: nimirum propter amicitiam quam cum principibus habuit, nec non admirabilem illam, qua excelluit, sapientiam, odio a sophistis, qui tum erant, habitum esse. Oportet autem candidos non tam ad calumniatores respicere, quam etiam eos qui laudes eius magno imitandi studio decantarunt, quorum multo plures & meliores inuenire est. Alia igitur omnia manifeste falsa sunt, praeter duo haec quae uidentur probabilia, ob quae uituperant eum aliqui. Vnum quidem, quod Hermiae quasi adulans sororem eius, quod attinet naturam, filiam autem adoptiuam Pythiadem in uxorem sibi duxerit. De quo Theocritus ille Chius tale epigramma conscripsit:

Hermiae eunuchi pariter & prudentis serui

Monumentum inane desipiens posuit Aristoteles.

Qui propter incontinentem uentris naturam elegit habitare

Pro Academia coeni in stercoribus.

Alterum uero, quod ingratus fuerit Platoni. De Hermiae quidem & Aristotele quam inter se habuerunt amicitiam, alij quoque multi scripserunt: inter quos & Apellicon, cuius libros qui legerit, desinet nimirum criminari hos. De numero uero cum Pythiade ipsemet in epistolis ad Antipatrum multa satis exposuit. Mortuo enim Hermia, propter singularem beneuolentiam, qua erga eum semper affectus fuit, hic illam duxit, modestam alias, atque frugi foeminam, infortunatam tamen propter calamitates fratri eius acceptas. Inter alia quoque ait: Post Pythiadis autem Hermiae filiae obitum Aristoteles Herpyllida Stagiritam

Qq 3 duxit,

duxit, ex qua filius ei natus est Nicomachus. Hunc aiunt orphanum à Theophrasto educatum, postea uerò in bello admodum iuuenem obiisse. Hæc hætenus Aristoteles in loco citato. Nunc uerò tempus est Aristotelis quoque dogmaticam philosophiam considerare.

De Aristotelis dogmatibus, quatenus ab Hebræis & Platone discrepant circa finem bonorum. Cap. 11.

MOyses nec non cæteri Hebræorum prophetae finem felicitatis esse dicunt, Dei totius uniuersi cõditoris & cognitionem & amicitiam expiæ tate perfectam. Pietatem autem ueram esse docent summum illud omnium uirtutis studium, quo in gratia apud Deum manemus: hanc enim esse bonorum omnium causam: in solo enim Deo sita esse omnia, & donari ab eo Dei amatoribus omnia. Consona hæc Plato quoque dicit, qui felicitatis finem definiens, uirtutem esse ait. Aristoteles uerò diuersam ab his ingressus uiam, non posse a liâ ratione felicem aliquem fieri, nisi corpus quoque bene sit affectum, & per rerum externarum abundantiam, sine quibus ne uirtutem quidem ualere. Cuius falsæ opinionis quantum se Platonis intimi confutando opposuerint, ex his quæ sequuntur intelligere est.

Atque Platonici contra Aristotelem dissentientem à Moyse & Platone, in oratione de Fine bonorum. Cap. 111.

QUUM tota philosophia, communi philosophorum sententiâ, humanam felicitatem promittat: trifariam autem sit diuisa, secundum actiuam rerum uniuersarum distributionem: tantum aberrat in ijs quæ Plato docuit, ut Peripateticus uideatur, & inter eos qui Platoni aduersantur, omnium maximum ac ualde proprium est, à Platone discrepat, non uidelicet obseruans felicitatis terminum: nec uirtutem sufficientem ad eam esse concedere uolens, sed auferens aliquid huic secundum uirtutem potentia, indigere eam fortunæ quoque bonis arbitratur, ut ueram quis consequatur felicitatem: solam enim sumptam non posse prestare felicitatem contendit. Huius igitur opinionis indignitatem ac turpitudinem tam in hoc quam etiam in alijs ostendere, temporis huius non est. Illud autem manifestum esse puto, quod quum finis felicitatis non idem sit secundum Platonem & Aristotelem (ille enim hunc felicissimū prædicat ubique & proclamatur qui sit iustissimus: hic uerò, non sequi ex uirtute beatitudinem, nisi quis generis quoque nobilitatem & pulchritudinem, nec non alias eiusmodi dotes habeat, astruit) necesse sit iuxta hanc finis diuersitatem, ipsam quoque philosophiam quæ de fine differit, plurimū discrepare. Qui enim uiam aliquam unam natura sua incedit, quæ per exigua & humilia ducit, non potest ad maiora & in alto posita peruenire. Vides rupem hanc præruptam, asperam & inaccessam, in qua uis illa enixa sedet, in hæc profectio rupem fera quantis crudelis & uafra ascendere non potest, ut uidelicet ad uis huius pullos perdendos astuta uulpes deueniat, nisi forte mala illi fortuna aliqua usi, in terram eos decidere cum pernicie eorū contingat: aut celeres alas, quas tamen natura ei non producit, sibi accomodet: quibus à terra leuata, super altam hanc rupem uolitet. Donec autem in propria utrinque constitutione manserint, terra stria certè cum aereis animalibus in consortium sursum uenire non possunt. Et post alia subiungit: His igitur ita se habentibus, & Platone iuuenū animos ad diuinum sursum pertrahere attentante, atque sic uirtuti & pulchro cohabitante, cæteras uerò res uniuersas despiciere suadente: dic nobis o Peripatetice, quomodo hæc nos edocebis? quomodo eò deduces eos qui adhaerent Platoni: aut ubi tanta tibi sermonis eminentia, ut furientium pene animos occupare, & in cælum uiam inquirere coneris, quam illi quidem montium continua impositione effici posse putabāt. Sed hoc nimirum fiet sublati e medio humanis studijs, ut inquit Plato. Quod igitur auxiliū ad hæc iuuenibus peruenien-

di præstas: aut unde sermonis uis ea quæ uirtutem in hoc certamine iuuet? ex quibusnam Aristotelis libris: aut cuius eorum qui ab ipso docti sunt testimonio: uel aliorum qualibetnam scriptis? Concedo enim tibi, quamuis fallere uelis, uel saltem iuuenile quiddam. Sed non habes quod dicas: non enim sectæ tuæ principum ullus committeret id tibi. Aristotelis igitur de hac re libri, in primis uerò magna Ethica quos inscripsit, exiguum quiddam & humile, imò uulgare prorsus de uirtute tenuit, nec amplius quam idiora aliquis & homo indoctus aut adolescens siue mulier aliqua sentiret. Cum enim diadema (ut ita dicam) & regium illud sceptrum quod à Deo uirtus accepit, immutabile & perpetuum sit (nam quicquid capite suo annuerit, irritum id fieri nequit) adhuc tamen auferre id ei audent, concedere enim uolunt, quod sola ipsa felicitatem præstet: sed similem eam faciunt diuitijs, gloria, generis nobilitati, sanitate, pulchritudini, nec non alijs eiusmodi rebus, quibus inconstantia malum coniunctum est. Quemadmodum enim (inquiunt) quodcumque horum absque uirtute præsto sit, sufficiens ad felicitatem possidendi esse non potest, ita nec uirtus sine his habenti felicitatem unquam præstabit. Quid igitur? an non hoc patet uastatur et corrui uirtutis dignitas? equidem. Sed multo bonis alijs omnibus præstare uirtutem dicunt. Quid tum postea? quippe sanitas quoque diuitijs præstat, hanc tamen sine alijs ad felicitatem non sufficere, cõmunis est omnium sententiâ. Si quis igitur qui hæc sequatur dogmata, & huius fuerit secta, doceat omne bonum humanum in ipsa anima esse querendum: is felicem nunquam rotæ summitatem conscendere ait, non certe si uel Priami quis fortunis splendat, felicem eum & beatum esse posse: huc uerò qui uirtute sit præditus inter tales referte haud dedecet. At ex his sequitur, quod nec plenè felicitas uirtute præditos sequatur: nec, etiam si fiat, perpetuò ea duret. Folia etenim uentus humi deiecit, at alia sylua germinans producit: sic quoque hominū se habet generatio: hæc quidem plantatur, illa uerò perit. Sed heus o poeta, exiguum adhuc & infirmum hoc exemplum tibi est. Veris etenim mox sequitur uentus, nec non longum deinceps tempus, cui finis non est. Si exactius uelis humanæ uite uanitatem & instantiam exprimere, Aristotelis compara ei felicitatem, facilius quippe folijs ipsa & plantatur, & perit, non anni circumuolutio nem expectans. non unius anni bonum, non unius mensis, sed eo ipso die, ea ipsa hora qua cœpit, corrui saepe rursus ac perit. Pleraque autem inter necionem obnoxia, & omnia à fortuna pendent. Mortis mille formæ corpus sequuntur: est paupertas, est ignominia, sunt denique eiusmodi alia multa, quorum nulli amata illa uirtus succurrere potest. Infirmitas enim est quam quod uel pellere in felicitatem, uel conseruare felicitatem possit. His igitur instructus aliquis & acquiescens rationibus, quomodo uel ipsemet Platonis accedet sententiæ, uel alios ad eam conuertet unquam? parum enim oblectabitur quicumque persuasus ab illis, egregia hæc & diuina dogmata receperit: quod uidelicet tam potens quiddam sit, & omne superans pulchrum uirtus, non quoquam ad felicitatem indigeat, nec eam auferri ab ea unquam posse, sed ingruentibus uel paupertate, uel morbo, uel ignominia, uel pice cum cruce, uel simul uirtutis, quas ob oculos nobis ponunt tragediæ, calamitatibus, adhuc tamen illius, felix & beatus erit. Magnificè equidem preconio, ueluti athletam aliquem uictoria clarum, commendat iustum: quod hic sit felicissimus ille, qui ex ipsa iustitia felicitatis fructum capit. Diuide igitur, si uoles, & distingue triticiam uel quadrifariam, uel etiam multifariam bona partiens: nihil etenim ad propriam. Quid enim? etiam si bonorū, quemadmodum dicis, alia quidè sunt honoranda, quales sunt dijs: alia uerò laudanda, ut uirtutes: alia potentia, ut diuitiæ & robur: alia denique utilia, ut famulitiū? Quid tum porro, si uel arctiori partiens diuisione, dicas, bonorū alia esse fines, alia non fines. Fines quidem ea

appellans quorum gratia reliqua sunt: non fines autem quae illorum gratia fuerint sumpta. Quid denique, si docet aliquis quod bonorum alia quaedam simpliciter bona sint, alia uero non omnibus. Vel quae alia animae bona sint, alia corporis, alia extra utrumque: uel rursus, quod bonorum alia quaedam sint potentiae, alia dispositiones & habitus, alia uero actiones: uel denique, alia fines, alia materia, alia instrumenta. Aut, etsi quae secundum decem categorias decies secare bonum doceat, quod obsecro haec ad Platonis sententiam faciunt. Quam diu sane tu quidem, siue equiuoce, siue quocumque modo uelis, uerteris bona uocās, quaedam ad felicitatem ut necessaria sumptis, sublata uirtutis sufficientia. Plato autem non nisi ex abundantia de ceteris quaerat: ipsam uero felicitatis plenitudinem soli uirtutem acceptam ferens: nunquam equidem in hoc nobis contentus, sed semper diuersa tibi a Platonis ratio sit necesse est. Quemadmodum enim leonibus cum uiris fidum iusiurandum non est, nec lupi & oues unanimes redduntur unquam: sic nec Plato & Aristoteles circa hoc, quod maximum & praecipuum est, felicitatis dogma unquam conuenient. Omnino enim quae utrinque dicuntur, contraria uidentur.

*Eiusdem contra eundem disidentem à Moysse & Platone, in sermone.
de Prouidentia. Caput. IIII.*

Moysse rursus & alijs Hebraeorum prophetis, & cum his Platone quoque recte de prouidentia, quae in rebus cunctis cernitur, sententibus, Aristoteles non nisi ad lunam usque porrigere se diuinum existimans, reliquas mundi partes omnes à diuina gubernatione excludit. Propter quae redarguit per ea quae iam antea à nobis utcumque exposita sunt. Quam enim haec de prouidentia persuasio, maximum sit et praecipuum eorum quae ad felicitatis perfectionem adhibentur, ea quippe est quae quam maxime humanam uitam secundum rectum instituit: nisi praeterea ignorare uelimus, fortuitone, an ex alto consergat & oriatur genus humanum. Plato eadem ad Deum omnia, & ex Deo refert. Ait enim principium eum esse, medium, & finem rerum quae extant omnium: omnia ipsam secundum rectum gubernare, à uia aberrantem ipsam admodum. Ait praeterea bonum eum esse, cuius bono inuidere nemo possit. Quod bono ipse efficiat alia extra se posita omnia: quod quae sine ordine sunt confusa, ad ordinem reducat: omnia curet, omnia secundum potentiam suam quam maxime ornet, & in primis humano generi prouideat, post pauca deinde sit iungit: Et sic quidem sentit Plato. Ille autem diuinam hanc naturam tollens, spem illam animae rescindens, ac denique praesentis huius commutationem nobis auferens, quam, obsecro, cum Platone communionem habebit: aut quomodo nam Plato quae uult uel alios docebit, uel fidem asstruere dictis suis unquam poterit: omne quippe hic contrarium est. Ille siquidem adiutor & patronus eorum qui iniqua perpetrare uolunt esse uidentur. Nam merus aliquis homo existens, & humanis obnoxius concupiscens, si deos despexerit, nec sibi ipsi recte uiuendi legem aliquam praescripserit, is dummodo, quandiu uixerit, celare iniquitatem suam ab alijs possit, mortuum se nihil curaturum existimat. Haud enim fieri non potest ut is qui clam iniquè agit, fidem quoque inter homines consequatur, tantum latere homines omnes possit. Nec uero per omnem uitam latere necesse est, modo eorum uincere suspicionem possit, qui obseruare alia solent. Est igitur prouidentiae abrogatio, magna quaedam ad iniquitatem incitatio. Ille enim ualde bonus est, quisquis uoluptatem bonum tanquam nobis proponens, & à diuina ultione immunitatem promittens, adhuc tamen uitam se ad iniquitatem praeccludere putat. Simile uero faciens medico, qui uiuente adhuc aegro, auxilium pollicetur: post mortem uero aliquas demum parare medicinas mortuo ad salutem conatur. Proximè, inquit, huic accedit Peripateticus. Non enim sic uoluptatis studium, quae admodum diuinitatis, quod nos curet, incredulitas iniustitiam confirmat. Quid igitur dicit mihi aliquis

aliquis, Aristotelem cum Epicuro eundem facis: Profus equidem, quantum ad propositum. Quam enim nos differentiam dabimus inter eos quorum hic quidem deos ex mundo profus excludit, nec ullam nobis cum diuinitate communionem relinquit: Ille uero, etsi deos in mundo esse concedat, omnem tamen eorum curam & prouidentiam rebus humanis penitus subducit. Pariter enim uterque deorum erga homines negligentiam asserit: aequalem quoque uterque iniuste agentibus, à diuina ultione immunitatem promittit. Quod autem utilitatis quiddam & nos ex ijs quae circa caelum mouetur, capiamus: id certe commune maximè est brutis quoque & rebus inanimatis. Quin & Epicurus tale quoddam desuper auxilium hominibus desinit. Ait quippe meliores superiorum corporum influxiones magnorum, ijs quibus contingunt, bonorum causas existere. At nec hoc, nec illud prouidentiae ascribere, rationi aequum est. Si quidem & iuxta Epicuri sententiam cessat prouidentia, quantumuis deos omnem adhibere curam pro bonorum priorum conseruatione concedat: & secundum Aristotelem finem habet prouidentia, licet quae sub caelo sunt, suo quoque ordine & ornatu singulari disposita dicat. Nos autem quaerimus prouidentiam quae omne superet eum: quam certe non habet is, qui nec daemonum, nec heroum, nec in uniuersum uelut sempiternas esse posse animas concedit. Illud tamen maiori Epicurus uerecundia fecisse uidetur. Vt enim negauit profus posse deos ad hominum descendere curas conuenientes cum ipsis, tanquam in peregrina quadam regione habitare eos finxit, & extra mundum eos alicubi collocauit: sic eorum cum hominibus consortium per longinquam illam distinctionem, & rerum omnium, quam habent, communionem, abrogans. Hic autem uir multo nobis praestans, naturae quasi inuentor unicus, & diligens reum diuinum speculator ipsi deorum obtutui res humanas proponens, ad huc tamen neglectas eas, nec ulla deorum cura prouisas relinquit: naturae quoque ordine, nec diuina ratione conditas eas atque dispositas esse affirmans. Vnde merito sane ipse quoque hanc reprehensionem haud effugiet, quam in Epicurum aliqui instituerunt: quod non sponte nostra, sed propter hominum timorem locum dijs in rerum uniuersitate, tanquam in theatro spectaculum, constitimus. Hanc autem esse uiri sententiam indicio sunt: quoniam eorum erga nos potentiam & efficaciam planè sustulit. Hoc idem quoque Aristoteles facit. nam soli uisui restituens ac commendans fidem, nullam uero esse posse propter tantum interuallum, eorum in res illas efficaciam, mox utique impulsus uerecundia, deos illic esse dicere uidetur. Quam autem nihil extra mundum relinquat, nec ijs quae in terris sunt, deos admittat: necesse profecto est, ut aut profus deos tollat, aut opinione tantum eos colat, alicubi eos esse: quod tamen nec ipse crederet. Haec Atticus contra Aristotelem, omnem euertere de prouidentia sermone. His autem quae dicta iam sunt, idem ille subnectit contra eundem conseredere nolentem coepisse aliquando mundum.

Eiusdem aduersus eundem disidentem à Moysse & Platone, in hoc quod concedere non uult genitum esse mundum. Cap. V.

Quam porro dicat Moyses coepisse aliquando mundum, & totius uniuersae factorem & conditorem Deum constituat, atque Plato similia Moysi in philosophia sua doceat: contrarium rursus hisce Aristoteles astruit, qui redarguit a Delothente historico sic ad uerbum scribente: Primum equidem de mundi generatione speculationem instituens, nec non magnam illam atque perutilem de prouidentia doctrinam, omnes homines quaerere debere existimans, ac denique consulta ratione colligens, quod nec factore nec curatore opus sit illi, quod est nunquam coepisse. Postulamus autem nunc, ne impedimento nobis mundum nunquam coepisse. Postulamus autem nunc, ne impedimento nobis deinceps sit. Eiusdem omnes illos farinae esse, quibus placet, etiam secundum Platonem

Platonem nunquam cepisse mundum. Aequum enim est, ueniam nobis dari, si quae Platoni uisa sunt, credamus: de quibus uidelicet Graecus ipse ad nos Gregos aperto & disertis ore locutus est. Deus enim, inquit, assumpto & sine ordine quod sub aspectu uenisset, nec a motu quiesceret, sed illegitime & sine ordine certo moueret, ad ordinem ex confusione reduxit, hoc multo melius illo esse existimans. Praeterea quod nec in aenigmate, nec clancularia aliqua ratione mundi generationem ceperat, multo magis declarat illa quam pater omnium de hoc post uniuersi constitutionem loquitur. Quoniam enim, inquit, facti estis (ad deos autem haec dicit) immortales non estis, nec per omnia aeterna. At immunes a corruptione eritis, donec uoluntatem meam feceritis. Sed quia, quemadmodum dixi, cum nostris nobis utrinque sermo sit, qui & nostri amici sunt, amice quoque & cum tranquillitate mansuetis rationibus disceptare utique conuenit. Videtur enim Aristoteles quoque praeterire hos, qui opponere se reluctando dogmati non possunt: sed ut existimationem tamen sibi parent, quasi qui falsum admittere nolint, Platoni totum negotium committunt. Quemadmodum igitur nos quidem audiimus, astruente ceu uerum Platone, mundum omnium operam tanquam pulcherrimum a prestantissimo opifice factum esse, nec non potentiam eam totius uniuersi factori tribuente, per quam mundum, quia antea non extitisset, fecerit: nimirum quem fecit, integrum quoque, si uolet, in perpetuum seruabit. Nam concessio secundum eum, quod & factus sit mundus, & incorruptibilis sit, quis non Peripateticorum haec quoque nobiscum confirmabit? Horum autem praemonere concertatorem oportet, quod uidelicet non necesse omnino sit corrupti aliquid, propterea quod factum est: neque rursus, si quid non corrumpitur, tanquam ingenitum id existimare oporteat. Non enim sola incorruptibilitatis causa putanda est, quae ab ingenito pendet: neque quod genitum est, quo se ab interitu uindictet, auxilio semper carere concedendum est. Quomodo ergo ex Aristotelis libris auxiliu aduersus haec petemus, quum uir ille non leuiter, nec exercitij solum gratia de his rebus sermonem instituerit, sed recta Platoni se oppugnat, dicens: quod quae facta sint, ex necessitate rursus intereant: quod uero ab interitu sit immune, id permanentiae suae causam inde solum petere, quod esse quidem nunquam ceperit: haud sane tanquam potentiam Deo relinquens, qua usus boni aliquid fecerit. Quod enim iam ante non extitit, id, inquit, non utique generabitur. Tantum quoque abest, ut per haec defendi Platoni ratio possit, ut aliquos etiam Platonis studiosos terrens, ijs dixerit: Absterruit a dogmate eos quod intelligere non possent, quod secundum ipsarum rerum naturam, si quis sine Dei uoluntate & potentia eam consideret: nec quod coepit aliquando, incorruptibile sit: nec quod fieri nunquam potuit, generabile esse. Si uero quis optimam esse causam constituerit eam quae ex Deo pendet, non oportet propterea hanc uelut alijs deteriori causam censere. Ridiculum etenim est ob id quid corrumpi, propter quod factum est: si autem Deus nolet non corrumpi, & ob quod quid generari non potest, id eum ei contra corruptionem praestare: Dei autem uoluntatem inferiorem, quam ut eorum quae facta sunt, a corruptione conseruare aliquid possit. Et architectus quidem extruendam domum, quae antea nulla fuerat, sufficit. Et statum aliquis quae prius nusquam comparebat, ut sit efficere potest: alius similiter nauim a se ex rudi materia fabrefactam, ijs qui opus ea habent, exhibeat. Haec aliter omnes quotquot factiuas illas artes exercent potestate eam habent, ut eorum quae non sunt, efficiant aliquid. Rex autem ille totius uniuersi, & artifex optimus, non tantam quantum humanus aliquis architectus potestatem habet. An expers nobis erit omnis generandi artis? Non, siquidem diuinas causas perpendimus, sed ad faciendum etiam quae uolet pulcherrima satis potens est. Est etenim bonus. Bono autem circa quoquam impossibile nihil est. At conseruare & custodire ea quae facta iam sunt, potens non est: Nam alij artifices utique

facere utriusque horum possunt. Architectus enim & nauipagus non solum nouas extruere domus & naues, sed & uetustate iam attritis, & tantum non corruptis succurrere quoque possunt, refarciētes uidelicet partes eas quae collapsae sunt. Multo magis ergo de Deo quoque id concedendum omnino erit. Qui enim potens est ipsum totum & uniuersum facere, quomodo in parte aliqua fabricandis uires eius deficient? Ceterum de nouo quoque factu aliquid oportet, si quis totius eius opifex conseruare perenniter opus suum pulchrum uelit: Velle enim quod effectum probare est, destruire, mali id nimirum est. Fortius autem ad rerum conditarum conseruationem, quam Dei uoluntas, uinculum aliud non est. Non enim multa opera, gentes, & urbes, accedentibus hominum studio & uoluntate conseruantur, quae tanto antea tempore, dum nemo, qui uellet esset, intacta manserunt: quae uero Dei sunt firmata sententia, quaeque per ipsum & ab ipso facta sunt, ea ne praesente etiam opifice cessabunt, nec perissent: quae nam causa tanta, quae Dei impedire uoluntatem possit: num aliqua quae ex ipsis rebus conditis promanat necessitas? At ea ipsa Dei testatur in rebus creandis & ordinandis solertiam. Aut extra rerum circulum aliqua causa opponit se Deo: nihil uero est, nec in ijs quibus effectus & ornatis elucet diuina maiestas, tam dignum quod impedire aliqua in re Deum possit: nisi prorsus nosmetipsos decipiamus, de maxima & diuina potentia differentes. Sed prompti probeque praesentati, de ueritate sermonem instituisse uidemur. Pater igitur ex his quae iam adducta a nobis sunt, quod de mundi creatione doctores ueri haud extiterint illi, qui coepisse aliquando eum negant. Ceterum de quinta quoque corporum essentia, quam induxit Aristoteles, ponenda nobis haec sunt.

Etiam contra eundem, quintam corporum essentiam astruente: de qua neque Moyses, neque Plato quicquam nouerunt. Cap. VI.

Quantum igitur ad elementa quae uocantur, ex quibus omnia primum corpora conflatata sunt, Plato quidem euidetem quae in ipsis cernitur rationem secutus, quemadmodum & alij qui ante eum fuerunt, quatuor esse certos statuit: ignem uidelicet & terram, aerem & aquam: quibus inter se concretis ac commutatis, reliqua omnia generentur. Aristoteles autem, sicut uidetur, existimantem de se auctam fore sperans, si quod insuper corpus hisce adijceret, quintam essentiam quatuor illis quae apparerent corporibus annumerauit: splendidam naturam & magnificam naturam usum: non uero intelligens haud decere eum qui re re debet. Contra demonstrationem itaque, qua quatuor esse primas corporum naturas Platonici probant, non solum nihil efficere poterit Peripateticus, sed & solus propemodum contrarius ei erit. Quum igitur dicamus nos, quod omne corpus sit uel calidum, uel frigidum, uel humidum, uel siccum, uel molle, uel durum, uel leue, uel graue, uel rarum, uel densum: & inueniamus nullum aliud praeter quatuor illa esse, quo horum aliquod participet. Si enim calidum fuerit, erit aut ignis, aut aer: si frigidum, aut terra aut aqua. Rursus, si siccum fuerit, ignis uel durum, aqua uel terra, postremo si leue & rarum, ueluti ignis & aer: si graue & densum, aqua & terra. Et ex alijs simplicibus potentijs omnibus intelligamus aliquid praeter haec corpus non esse: solus hic se nobis opponit, dicens, posse aliquid esse corpus horum omnium expers. Corpus autem quod neque sit graue, neque leue, neque molle, neque durum, neque humidum, at nec siccum, tantum non dicitur corpus non corpus. Nam nomen rei reliquit: potentias quibus tale corpus uel constet, uel natura generetur, penitus tollit. Aut igitur nos quae suademus ipse dicit a Platone auertens sententia, aut Platonis confirmans, a sua opinione absterrebitur. Quare nihil quicquam contra Platonem utilis est. Porro Plato quidem uult omnia corpora, quae in una aliqua simili materia cernuntur, conseruare, & commutare inter se inuicem. Hic uero nullum ab alterius substantia

stantia affici, sed incorruptibile unum quodque & immutabile profus manere autumat. Ne uidelicet contemnendæ alicuius rei autor esse uideretur: non sane quicquam excellenter uel singulare dicens. Quæ uero à Platone sunt commutabilia animaduersa, ea pulchre ad res dissentaneas transtulit, quemadmodum quidam qui postea secuti sunt statuarij. Hi enim seorsim laborantes, aliis quidem statum caput, alius pectus, alius rursus cinctum, res sæpe inter se componentes haud equidem consentaneas, persuadent sibi quod aliquid fecerint singulare: & reuera ipsum quidem totum, quod licet quis ceu incongruum reprehendat, eorum est: ut quæ in ipso sunt concinna, & pulchre se habeat, horum ea non sunt. Sic quoque Aristoteles audita Platonis sententia, quod sit aliqua substantia intellectuua per se incorporea, nullo penitus colore tincta, à motu nunquam quiescens, nec facta, nec corruptioni obnoxia, non mutabilis, nec à loco suo unquam cedens, sed in eodem semper & similiter permanens: rursus autem de coelestibus quoque audiens, corpora esse diuina, incorruptibilia, atque omnis passionis expertia: ex utrisque composuit & conglutinauit res haudquaquam sibi inuicem conuenientes. Sumptis enim ab his quidem corpus esse, ab illis uero passionibus nullis obnoxium esse, corpus equidem composuit. De statutis quidem, et si totum quod ex partibus præstantibus constat, pulchrum non sit, fieri id haud non potest: quemadmodum & Homerus idem docet: Oculis (enim inquit) & capite similis est Ioui fulmine gaudenti, Marti uero cincto, pectore at Neptuno.

Corpus autem passionum expertum nullum sanè erit. Quod enim passioni ac mutationi obnoxio est coniunctum, id nimirum, natura sic postulante, necesse habet compati cum eo cui coniunctum fuerit. Si quod uero apathes est, id oportet disiunctum ac liberum à patiente sit, atque adeo materiae quoque expertis, à qua separatum incorporeum utique fateri necesse erit. Plura sunt præter hæc in quibus à Platone diuersum quoque Aristoteles sentit, quæ adijcere huic libet.

Eiusdem contra eundem diuersum à Platone circa coelestium quoque rerum speculatiuones sentientem quæ non adeo curauit Moyses. Cap. VII.

Sequuntur hæc multa alia, circa quæ sententijs hi discrepant. Hic enim autem suam coelestia corpora præcipuam formam ab igne habere. Ille uero contra haudquaquam cum igne coelestibus conuenire. Et rursus astruit hic Deum supra terræ orbem lumen incendere, ut in primis totum illustret coelum: nimirum de sole id pronuncians. Ille uero, quippe ignem esse solem admittere nolens, lumen autem ignem esse purum, aut aliquid saltem ab igne profectum sciens, haud concedit lumen ab ipso incendi. Hic porro æternitatem coelestibus corporibus omnibus secundum species tribuens, decessiones quasdam eorum & accessiones iuxta proportionem fieri affirmat. Putant autem eum hæc uelle dicere, decessiones quidem radiorum solarium, necnon caloris secundum de fluxionem eius factam diminutionem: accessiones uero, quæ est æqualis magnitudini eius apparitio. Non enim æqualia semper persistere uult, ita ut nec quæ autem omnino ea in eadem semper substantia persistere uult, ita ut nec quæquam eis uel decedat, uel accidat. Præterea hic quidem præter communem astrorum motum quo in sphaeris contentæ omnes mouentur stellæ tam fixæ quam erraticæ, alium insuper motum ipsis tribuit: qui alijs quoque pulcherrimus esse, & corporum ipsarum naturæ maxime conueniens dicitur. Quum enim sphaerica illæ sint figuræ, uero consentaneum profus est, sphaerico quoque motu uel namquamque earum circumuolutam agitari. Ille autem uel hoc quoque motu eas priuare non dubitat, quo uelut animatæ mouentur: solum autem cum eis relinquit, quem ab ijs quibus continentur, tanquam anima carentes fortiter. Dicit insuper imaginationem illam, quæ nobis circa stellas, quasi moueantur, esse solet, uacillantis nostri ac titubantis uisus passionem quandam esse, ipsam autem ueritatem non esse: quasi Plato per hanc solum imaginationem fidem huic

huic motui astruxerit: nec rationem subiecerit aliam, quæ necesse fore doceret, unamquamque earum uita præditam, & animam habentem, nec non corpoream proprio moueri motu. Omne quippe corpus cui aliunde motus accedit, anima caret. Quod uero propria quadam natura ac ui insita mouetur, animam habere id censendum est. Stella autem mobilis, quippe quæ diuina est, præstantissimo merito mouetur motu. At præstantissimus habetur is qui in orbem fit. Hoc ergo ipsam moueri constat. Quod igitur ratione prius constabat, id etenim sensus quoque postea testatur. Ipse uero sensus per se fidem huic motui non facit. Quæritur porro ad uniuersum totius motum, quod non in orbem fiat, uictus ille rationis euidentia, quod contradiceret Platoni, non habuit. Plato etenim quum quatuor sint corpora, quæ sua natura omnia recto ac simplici mouentur motu, & ignis quidem extra alia omnia, terra uero in medio, reliqua inter hæc duo: circula rem motum ipsi animæ tribuit. Hic uero sicut alij corpori alium motum, ita circula rem ueluti corporeum quendam quinto corpori attribuit, seipsum profus decipiens. Nam ijs quæ recto mouentur motu, motus eius principium præstant nunc grauitates, nunc uero leuitates. Ac quantum corpus nec grauitate nec leuitate participat, sed magis immobilitate, quinimo nec circula rem motus causam in se habet. Siquidem ijs quæ recto mouentur motu, non figura motus causam præstat, quippe in libripende: corpus simile iuxta simile positum non causam habebit inclinationis, siue ad dextram se inclinet solem uel orientem, siue ad sinistram, siue ante, siue retro. Præterea alijs quidem corporibus delatis ex proprijs suis locis, motus argumento est eorum in eadem loca reditus. Quantum uero corpus illud quum ex loco suo nunquam cedat, quiescere nimirum id necesse est. Caterum quod ad reliqua corpora, sublato tam quinto illo, contentioni solum studere uidetur, eo quod non eadem cum Platone dicat. Quum enim quaesiuisset Plato, an sit corpus aliquod natura sua uel graue uel leue: & quoniam hæc secundum habitudinem quæ est sursum ac deorsum dici uidentur, considerasset probe an aliquod sit sursum uel deorsum natura, an non: nec non euidenti demonstrasset ratione, quod secundum proprias corporum naturas quibus ad loca feruntur, illud deorsum unicumque dicatur ad quod fertur: sursum contra singulis id à quo cedunt, ac eundem denique habitum utique ita et quod graue, quam quod leue tribuisset: ad hæc demonstrasset quod nec medium, nec circula rem, sursum uel deorsum recte dicatur. Hic se ei opposuit, omnes eius ueluti absurdas rationes reiiciendas esse existimans. Et quod per medium fertur, graue esse censendum: quod uero in orbem, leue docet. præterea locum qui est in medio, deorsum: qui autem circum circa, sursum dici ait. De mundo igitur, ex quibus is constat, & ijs quæ in caelo uidentur tantum illi inter se dissident. Et hæc quidem illi, Moyses uero & Hebræorum libri non minus hæc curauerunt: nec immerito, ut quæ parum ad uitæ emendationem conducere ipsis uisa sunt.

Eiusdem contra eundem circa animæ quoque immortalitatem à Platone, nec non Hebræis dissidentem. Cap. VIII.

Quin de anima quoque aliquid dicamus: Manifestum etenim est, non solum philosophiæ studiosis, sed & ipsis propemodum idiotis, quod immortalitatem Plato animæ tribuat, nec non multos super ea re sermones retulerit, quibus firmiter & omnino probat quod immortalis sit anima. Magna dogmata eius defenderet. In hoc enim tota sermone uiri huius facta fundata fuit. Nam & mortalium illud constitutionum opus ex animæ immortalitate secundum est: hic inquam uirtutis splendor atque præstantia, propter animæ diuinam naturam qua seruari potis est: & omnia naturæ opera secundum animæ dispositionem disponi pulchre & gubernari recte possunt. Anima enim omnis, inquit, omne carens anima curat: hæc totum uoluit coelum aliter & aliter secundum

dum species facta. Quin denique ipsam quoque scientiam ac sapientiam Plato animam immortalitati accepta refert. Omnes etenim disciplinae quaedam sunt quasi reminiscuntur: nec aliter seruari posse putat uel questionem, uel disciplinam, ex quibus scientia constituitur. Si autem anima non fuerit immortalis, nec reminiscuntur erit: qua sublata, nec disciplina amplius erit. Quum igitur omnes Platonis doctrinae magno iudicio constituta, ab anime diuinitate & immortalitate dependant, totam oportet Platonis philosophiam is subuertat, qui concedere id nolit. Quis igitur primus ille demonstrationibus suis opponere huic audebit? Quis inquam alter ille fuerit Aristoteles? Ex alijs enim hi quidem permanere animam concedunt: illi uero, etsi hoc minime concedant, potentiam tamen quae in corpore est, & motum, nec non operationes, & actiones ipsi animae attribuunt. Hic autem quantumuis magnis Platonis praeconijs animae opus celebrari, nunc generationis principium, nunc Dei disciplinam, nunc uero rerum omnium basim ac fundamentum eam appellans: contendere adhuc non dubitauit, quod corpus subuertat, ac perimat animam: tantum non dicat, nihil prorsus esse animam. Non enim spiritum esse, non ignem, non corpus ullum, sed nec ueluti incorporeum quiddam per se & subsistere, & moueri. At nec, quatenus corpori subiaceret, immobile, &, ut ita loquar, inanimatum quiddam. Quomodo hic dicere hoc ausus est, aut ad tantam processit uelutiam, ut primarios quoque ab anima auferret motus: ueluti sunt, consultare, intelligere, sperare, meminisse, & ratiocinari? Nam non sunt haec animae motiones, inquit ille naturae scriba, non enim, ait, anima, sed homo est qui unquamque horum operatur: anima uero immobilis est. Si hoc sequitur, iustitiae ille princeps, adeoque ad speculandum sufficiens, totam iam animam substantiam e medio penitus sustulit. Quod enim inuisibile quiddam anima sit, & nostrum effugiat aspectum, manifestum est, ut non sit contendere mediante sensu animam esse, sed ipsius latentis motiones cogere nos uidentur, ut esse aliquid animam fateamur. Omnis quippe sentire uidetur animae haec opera esse, nempe consultare ac speculari, & quodammodo intelligere. Quoniam enim uidemus corpus & potentias eius, nec non eiusmodi potentias non corporis esse animaduertimus: constituimus equidem aliud quiddam in nobis esse consultants, at illud ipsum animam esse dicimus. Vnde nam alias de anima quicquam crediderimus? Si quis igitur ea, quibus maxime anima esse apparet, auferes alij alicui rei tribuat, nec certe unde esse animam constare possit, relinquit, nec ullus anime esse usus uidebitur. Est ne igitur aliquod auxilium anime immortalitatem astruenti, plus quam animam necanti? nunquid sanior est doctrina de motu, quo per se moueri ipsam dicimus, quam eorum qui plane nullum ei motum tribuant, equidem. Verum quod ad mentis immortalitatem, dicit aliquis, cum Platone conuenit. Etsi enim non omnem animam immortalem esse dicat, mentem certe diuinam & incorruptibilem fatetur. Quid igitur secundum substantiam & naturam sua mens sit, aut unde sit, quodue hominibus indita sit, uel quod denique exiens ab homine euanescat, ipse nimirum scit: siquidem, quemadmodum de mente loquitur, sic quoque sentiat, & rei huius perplexitatem non obscuriore sermone confundens, reprehensionem fugiat, sepium more extra tenebras locum sibi, quo difficulter capi possit, eligens. At in hoc quoque omnino a Platone discrepat. Hic enim mentem ait sine anima consistere non posse. Ille uero mentem ab anima quoque separat, praeterea hic quidem menti immortalitatem simul cum anima coniunctam tribuit, ac si fieri alias non possit. At ille soli huic ab anima etiam seunctae contingere affirmat: nec animam ex corpore migrare, eo quod Platoni placuisset, ceu uerum admittere noluit. mentem uero ab anima decidere, ad credendum quasi compulit, quoniam ut impossibile id Plato iudicasset. Et haec quidem haecenus Atticus. His nunc subiungam Plotini haec quae sic se habent.

Plotini

Plotini ex secundo de anime immortalitate libro contra Aristotelem, qui entelechiam esse eam affirmat. Cap. IX.

Hic mihi entelechiam quis consideret, quomodo de anima ijs dicatur, qui teriam animam aiunt se in composito ut speciem habere, quemadmodum ad materiam corpus animatum, non autem omnis corporis species, neque quatenus corpus, sed physici, organici, potentia uitam habentis. Si igitur, cui comparata est, similiter se habet ut ad aera forma statuae, & diuiso corpore ipsam quoque in partes unam secari animam: & recisa aliqua a corporis parte, cum abscissa particula, animae quoque partem esse, nec in somnis secessum eius fieri: siquidem innatam est, cuius est, esse entelechiam oportet: imo, quod uerum est, somnum nunquam accidere. Entelechia quippe existente non aduersa rationi per concupiscentiam, sed unum atque idem omnino pati ipsum totum, nec disidere secum ipsum. Sensus autem solum fortasse possibile est fieri, intellectus at impossibile. Vnde quoque ipsam animam, mentem uidelicet, introducunt, quam immortalem statuunt. Rationalem igitur animam aliter quam hoc pacto entelechia esse necesse est, si nomine hoc uti oportet. Non autem sensitiua, siquidem & ipsa rebus sensibilibus iam amotis, typos ipsos retinet, cum corpore sane non habitura. Si autem non, sic inerunt quemadmodum formae & imagines. Sed impossibile aliter suscipere, si sic insint. Non igitur inseparabilis entelechia est. Praeterea nec concupiscentia, non dico cibi uel potus, sed aliarum quam ea quae corporis sunt, reum, non ea inseparabilis entelechia est. Ceterum si uegetabilis fuerit natura, controuerti fortasse poterit, num eo pacto inseparabilis entelechia sit. At nec eam sic se habere apparet. Si enim omnis plantae principium circa radicem est, & alio saepe crescente circa radicem, & imo plantarum loco, corpore, anima nimirum relinquens ceteras partes, in unum saltem quoddam constringitur. Non igitur quae in toto, ceu inseparabilis, entelechia est. Prius enim augeri partem ex mole plantae uidemus. Si igitur ad paruam ex maiori redigitur planta, & minus ex paruo principio ad ipsum totum, quid quae prohibet omnino separari eam? Ceterum, quomodo quae impartibilis est entelechia, partibilis corporis partibilis fiet, quae eadem anima aliud ex alio animali sit? quomodo enim quae prioris est, posterioris sit, si unius tantum entelechia sit? Apparet autem hoc ex illa animalium in alia transmutatione. Non sane quod species alicuius sit, esse habet, sed est essentia, quae esse suum non ab eo quod in corpore collocata sit accipit, sed prius, antequam hoc gigneretur, existit, quemadmodum animalis non corpus generabit animam. Quae igitur essentia eius est, si neque corpus est, neque corpus aliqua passio: actio ne & factio, siue alia aliqua, quae multa tam in eam quam ex ea, essentia praeter corpora existit, est: aut constanter ipsam, quemadmodum diximus, uere essentiam esse? Omne quippe corporeum quod & generatur, & corrumpitur, generatio quidem, essentia uero non dicitur, quum ens uere minime sit: entis tamen firmitudinem assumet, quatenus cum eo participet. Posteaquam uero quae a Plotino tradita sunt exposuimus, absurdum haud erit intelligere ea quoque quae a Porphyrio aduersus Boethium de anima dicitur.

Porphyrij de eodem, ex ijs quae ad Boethium de anima scripsit. Cap. X.

Dicendum est contra eum qui entelechiam animam esse ait, & prorsus imobilem ipsam moueri asserit: undenam istae sint animalis impulsiones, quod nec quae uidet, nec quae loquitur intelligit: quum uero anima futurum animalis constitutionem, animalis ueluti animae consilia, speculationes ac uoluntates, quae anime, non certe corporis inclinationes sunt. Hisce consequenter subiungit: Velle autem animam grauitate efformare, nec non unius formae & animalibus corporeis quibusdam qualitatibus eam exprimere, hominis est anime dignitatem prorsus subuertentis, nec perspicientis animalis corpus anime praesentia animale factum esse, quemadmodum ignis praesentia apposita

Rt 2 aqua



OPERA SEBASTIANI

aqua sua natura frigida calefit: et orto sole aer, qui sine huius reluctentia obscurus per se est, clarescit. At aqua calor, qui ignis antea calor fuerat, non ignis est: nec aerea illa lux solis lumen est. Similiter quoque haec corporis animatio, quae grauitati, & corpori adhaerenti qualitati assimilatur, anima illa est quae in corpore disposita est, per quam corpus animalis cuiusdam spiritus particeps fit. Deinde post alia quaedam subiungit: Reliqua igitur quae alij de hac dixerunt, sine pudore magno proferre non possumus. Quomodo etenim non turpis sermo ille uideatur, qui animam entelechiam corporis physici organici esse ait? Quomodo autem hic non turpitudinis plenus sit, qui spiritum ipsam quodammodo habere affirmat, uel ignem intellectiuum, refrigeratione ac ueluti aeris afflatu incensum ac corroboratum? praeterea qui atomorum collectum acceruum eam ponit, aut profusus a corpore remotam generari ipsam censet? Quis sane sermonem in legibus impiorum impium esse pronunciauit. Omnes igitur hi turpitudinis pleni sunt sermones. Si quis uero substantiam eam esse dicat per se mobilem, haud equidem, ait, turpiter se dabit.

Contra eundem a Platone quoque discrepantem circa uniuersalis animae rationem. Existem. Cap. XI.

Quum porro dicat Plato, omnia animam exornare peruadentem omnia, & hanc illam esse, a qua, quod & alij concedunt, res singulae disponantur: nec praeter animam naturam quicquam aliud esse, & sane animam haud irrationalem: ex quibus deinde colligendo inducit, quod omnia ex prouidentia fiant, siquidem secundum naturam, in nullo horum nobiscum Aristoteles sentit, negat enim naturam esse animam, & ab una omnia, quae circa terra sunt, natura disponi: esse enim rebus singulis alias & alias causas tribuendas. Nam coelestibus quae semper in eodem & similiter se habent, Fatum ut causam eorum describit: his uero quae lunam infra habentur, naturam: rebus denique humanis prouidentiam ac prouidentiam, animamque causas ponit. Ipsam quidem rerum uenustatem eiusmodi diuisionibus nobis exhibens, ac necessitatem non respiciens. Nisi enim una fuerit animata potentia quae peruadat omnia, colligeri atque contineri, haud equidem rerum illa uniuersitas habere se uel recte, uel pulchre poterit. Eiusdem namque caecitatis est, sperare pulchre ac probe constitui posse absque societate ciuitatis: & uniuersum illud rerum conseruari in pulchro erantegro suo statu posse putare, nisi unius alicuius similis communiione inter se coniungantur, ac conectantur, qualem quidem rem esse ait quae singula disponat, ac ueluti motus esse principium. Illud autem animam esse confiteri non uult: esse uero motus anima sit. Et hic quidem, quod animae est rationalis ac prudentis, nihil uidelicet temere uel frustra facere, id naturae opus imponit: animae uero nomen ipsi non tribuit: quasi ex nominibus, non autem potentibus res ortu suum habeant.

Contra eundem Platonis ideas uidentem, quas tamen haud ignorasse se Hebraeorum quoque iam antea libri testati sunt ex Attico. Cap. XII.

Quod caput et cardo ueluti est Platonice sectae, illa uidelicet de intellectu uis substantijs traditio, mirum est quantum apud Aristotelem non solum commota, sed etiam nullis non conuicijs explosa sit. Quum enim intelligere non posset, quod quae magna, diuina et excellentia in rerum ordine sunt, simili aliqua potentia ad sui cognitionem indigeant: sed suae tantum tenui ac exiguae eruditioni credens, qua perlustrare se res super terra omnes, & ueritatem earum perspicere posse sperabat (qua tamen turpiter spe frustratus est) nec non seipso tanquam canone & iudice rerum captum eius longe superantium usus, negauit profusus quosdam esse proprias naturas, quales esse Plato affirmauit: sed deliria, anilesque fabulas ac nugae, haec quae summa atque praecipua in rerum natura sunt, appellare ausus est. Principium igitur & finis eorum quae Plato per philosophiam tradidit, in hoc cernitur, quod de intellectiua illa & sempiterna idearum substantia habetur. Et sic

tur. Hinc enim maximus animae labor & certamen dependet. nam qui huius sic particeps, et eam consequitur, felix is per omnia est. qui uero contra relictus ab hac, nec spectator eius fieri potis est, expers is omnis felicitatis manet. Ob quam sane rem Plato summo contendit studio, ut harum demonstraret ac corroboraret naturarum praestantiam. Non enim rerum ullarum causas reddi commodè posse ait, nisi harum participatione: nec ueri ullius cognitionem contingere, nisi ad hanc relationem: imò ne rationis quidem participes esse, nisi harum substantiam commiscantur. Hinc quoque illi qui eadem quae Plato statuit approbarunt, praecipuum contentio suarum studium in hoc necessario omnino intendunt. Nam nisi quis primas illas atque praecipuas naturas istis pro Platone defendendo concesserit, omne simul Platonice subuertitur. Haec enim sunt illa quibus, omnes alios longe superat. Ipse namque quum intellexisset, Deum esse rerum omnium patrem & opificem, Dominum ac gubernatorem: nec non ex rebus ipsis cognouisset prius artem mentem concipere & intelligere, id quod facturus est: deinde uero quam apud se constituit rebus similitudinem inducere. Et hoc illud est quod dici solet, Dei conceptions rebus ipsis seniores esse: ut quae sint eorum quae sunt exemplaria incorporea, intellectiua, in eodem semper & similiter se habentia: et in primis quidem, quum ante omnia existunt, rebus alijs omnibus autores & causae sint, quo singula secundum eam fiant similitudinem. Haec Plato uidens haud esse intellectu facilia, nec clario satis sermone explicari posse, ipse quantum quidem dicere pro his atque sentire, componereque licebat, quo qui secuturi essent, ipsum imitarentur tractato hoc negotio, ad quod ueluti scopum totam quoque suam direxit philosophiam. Praeter alia, inquit, harum substantiarum intellectum eam esse & sapientiam & scientiam, per quam finis ille humanus & uita beatissima contingat. Haec Atticus. Licebat quidem plura his addere ex uiri huius scriptis. Sed his haecenus expositis contenti, ad Stoicorum sectam transeamus. Socrates itaque auditor fuit Antisthenes Heracloticus quidam uir, qui tristitiam gaudium uel meliorem assererat. Unde suis quoque suadebat amicis, ne uoluptatis gratia uel digitum tollerent. Huius auditor fuit Diogenes Cynicus, qui & ipse peccatum magis uitam insituit, multos suae opinioni adduxit. Hunc Crates secutus est, Cratem uero Zenon Citiens, qui Stoicorum sectae philosophorum princeps fuit constitutus. Zenonem hunc excepit Cleanthes, Cleanthem uero Chrylippus, hunc postea Zenon alius, & reliqui qui hunc ex ordine sequuti sunt. Dicuntur hi omnes magni semper uitae austeritatem fecisse, & dialecticam in primis operam dedisse. Huius itaque sectae dogmata sic quodammodo se habent.

De stoicorum philosophia, qualem Zeno de principijs rationem tradat, ex septimo de philosophia Aristotelis. Cap. XIII.

Elementum eorum quae sunt ignem esse dicunt. In qua sententia Heraclitico. At illi ambo corpore esse aiunt, nempe & agens, & patiens: quum hic dicat primam causam, quae uidelicet agit, incorpoream esse. Praeterea mundum hunc uniuersum statutis quibusdam & a fato praescriptis temporibus exuri, postea uero suo nitore restitui. Et primum quidem cedere ac si semen quoddam sit rerum omnium, rationes continens & causas eorum quae & facta sunt, & fiunt, & futura sunt. Hanc uero horum cohaerentiam & consequentiam esse eorum quae sunt & fatum & scientiam & ueritatem & legem quandam sempiternam ac inextinguibilem. Atque propterea quae in mundo cernuntur disponi omnia quam rectissime, tanquam in republica aliqua optimis legibus constituta.

Qualem Stoici de Deo ac uniuersi totius constitutione opinionem inducant, Ex epitome Arij Didymi. Cap. XIII.

Totum mundum unam cum partibus eius Deum appellant, atque hunc unum solum esse aiunt, & circumscriptum, & uiuum, & sempiternum, & Deum. In illo enim contineri corpora omnia, nec uacuum esse in eo quicquam. Quod

enim ex tota emergit substantia, quod inquam se secundum eiusmodi dispositionem ordinationemque habet, quale id appellari. Quapropter iuxta priorum quidem traditionem sempiternum esse mundum aiunt: secundum uero ordinatam dispositionem, generabilem eum atque mutabilem, per infinitos circuitus tam præteritos quam futuros. Et ipsum quidem ex tota substantia quale mundum esse sempiternum atque Deum. Dicit autem mundum, illam ex coelo, aere, terra & mari, nec non alijs quæ in his continentur naturis constructionem. Dicit quoque mundum, deorum hominumque atque eorum quæ horum causa facta sunt, habitationem. Quemadmodum enim ciuitas bifariam dicitur, uno modo quatenus est habitatio, altero, ciuium cohabitantium collectio: sic mundus quoque ueluti ciuitas quædam ex deorum hominumque collectione constitans: deorum quidem, penes quos imperium sit: hominum uero, tanquam subditorum. Conuenire autem eos inter se ratione, quam ueluti naturæ legem sequi putandum est Deum, ut qui cuncta gubernet atque disponat, providere hominibus: Deum inquam beneficum, optimum, humani generis fautorem, atque iustum existentem, nec non omnes in se uirtutes habentem. Hinc quoque *pro* mundus dicitur, quod nobis uita causa sit. Quatenus uero, quemadmodum dictum est antea, omnia ab æterno disponit, ratum appellari: Partem autem, quod iudicium eius præterfugere nemo possit. Providentiam denique, quod ad utilitatem cuncta administrat. Cleanthi uero solem esse mundo præsertim placuit, eo quod astrorum sit omnium maximum, & plurimum ad rerum omnium constitutionem conducatur: ut qui diem & annum, nec non alia tempora, conficiat. Alijs autem quibusdam huius sectæ, terram dominium in mundo tenere usum est. At Chrysippus æthera purissimum ac simplicissimum, ut fecit. Hæc quidem ex Arii Didymi epitome posita nobis sint. Contra Stoicorum autem de Deo opinionem, hæc Porphyrii uerba ascripisse sufficiat, quæ aduersus Boethum de anima sic sese habent.

Porphyrii aduersus Stoicorum de Deo opinionem. Ex his quæ contra Boethum de anima. Cap. XV.

DEVUM ignem intellectiuum dicentes, non uerentur sempiternum eum relinquare, atque corrumpere eum omnia depascique dicere, quasi talis esset ignis, qualem qui penes nos est, esse uidemus: nec contradicere Aristoteli eos pudet petenti, Æthera ex tali igne dici. At illi respondent, eiusmodi quodammodo permanet ignis, non alium ignem esse dicunt, sed talem eum dicentes, fidem sibi habendam esse putant, quum tamen, quæ hic coniungunt, omnem fidei rationem euertant, quod uidelicet sempiternum esse ignem ex parte, & ætherium illum nunc extinguui, nunc accendi rursus possunt. Sed quid nam addendum insuper quis censet, quod hominum horum circa hæc cæcitate, atque ueterum inertiam stultitiamque prodere magis possit?

Quod ens non sit corpus secundum Stoicos. Ex primo de bono Numenij. Cap. XVI.

Sed quid nam est ens? nunquid quatuor hæc elementa sunt, terra, & ignis, & aqua, & aer? Hæc igitur entia sunt tam coniuncta inter se quam separata? Quomodo autem hæc quæ & generari & corrumpi rursus possunt? Videre etenim est hæc ex se inuicem generari & corrumpi, nec elementa simplicia esse, nec ex his connexiones. Ens igitur, quum hæc ita se habent, corpus non erit. At quum hæc non, materia ens esse potest? Ut hæc certe sit, multo minus fieri potest, propter infirmam resistentiam corruptioni naturam. Fluuius etenim materia est fluida, celeriter præterlabens, latitudo atque profunditas, longitudoque infinita & immobilis. Post pauca

A pauca deinde subiungit: Recte igitur sermo se ille habet, qui dixit: Si infinita sit materia, infinitam eam esse oportere: si infinitam, irrationabilem: si irrationabilis, cognosci non posse. Si uero cognosci non potest, ipsam materiale dispositam esse necesse est. Quæ enim ordine suo probe constant, cognitu utique profus facilia sunt: quæ uero disposita ordine non sunt, persistere ea nequeunt. Quod autem persistere nequit, ens id certe non fuerit. Hoc sane licet esse hæc cum ente coniungi. Placeto hoc utinam omnibus: sin minus, at mihi. Non igitur dico uel materiam, uel corpora ens esse. Quid ergo aliud? Si quid præter hæc aliud in rerum natura est, dicere id esse, alienum certe non fuerit. An uero tale quid sit, primum quidem in nobis ipsis, instituto de eo colloquio, experiamur. Quoniam autem corpora sunt uelut occisa & mortua languidaque, nec in suo statu permanentia, nunquid quod contineat ipsa, & conseruet, opus aliquo habent: permaxime. Si uero tale quid eis non contingat, num permanere poterunt. Nihilominus. Quid igitur, quod conseruat illud est? Si fuerit & ipsum corpus, per loquem uidetur mihi oportere id ipsum quoque corruptioni ac dissolutioni obnoxium esse. Siquidem ergo abesse procul a corporum passionibus id oportet, quo & illis ægre affectis, quam esse uidetur nisi solum illud incorporeum. Hæc enim inter naturas omnium uel sola persistit, & reliquarum ueluti uinculum, nec a corporis mole procul remota. Nec igitur generatur, nec augetur, nec ullo alio motu mouetur. Ac propterea quidem iustum & æquum uidetur, hunc incorporeæ naturæ honorem tribuere.

Quid Stoici de uniuersi exustione sentiant. Cap. XVII.

Placet huius sectæ antiquissimis, in aërem omnia conuerti per maximos quosdam circuitus, & in ignem postea æthereum resolui omnia. Deinde de uero inducit: Ex his autem manifestum sit, quod Chrysippus non rerum hanc confusionem pro essentia acceperit: fieri enim id non potest: sed quæ pro mutatione hac dicta est. Non enim pro hac mundi per maximos circuitus facta corruptione, proprie sumunt corruptionem, qui in ignem omnium resolutionem, quam exustionem uocant, docent: sed corruptionis uocabulum pro hac, quæ secundum naturam sit, mutatione usurpant. Placere enim Stoicis philosophis, in ignem uniuersam essentiam tanquam in semen soluatur. Hoc sane dogma sectæ huius uetustissimi astruxerunt: Zenon uidelicet & Cleanthes, nec non Chrysippus. nam huius discipulum & scholæ successorem Zenonem prohibuisse hanc de uniuersi exustione doctrinam perhibent.

Quid Stoici de uniuersi regeneratione sentiant. Cap. XVIII.

In tantum progressa communis ratio, & communis natura maior ac plenior reddita, omnia, & in seipsam recipit, sit, ad pristinam reuersa formam, atque restaurationem, illam quæ maximum autem conficit: in quo ex seipsa sola in seipsam rursus fit restitutio. Reuertens autem ordine, eundem nimirum, quod rationi consentaneum est, progrediendi per circuitus tales qui ab æterno indefinenter sunt, modum tenet, quam quum disponi primum atque perfici cepit. Neque enim principij causam uel omnibus, si liceat sic dicere, fieri, neque perficientis ea. Nam & essentiam ipsæ quæ sunt subsistere oportet, quæ natura sua ad suscipiendum eiusmodi omnes mutationes apta sit, & illud ipsum quod ex ea est, operaturum. Qualis enim in nobis natura quædam est operans, tale quoque necesse est in

Re 4 est in



OPAEVSBIBLIOTECA

est in mundo esse ingenerabile quiddam. Generationis enim principium nō, sic dicendo, sub ipsa esse natura. Quemadmodum uerō ipsa nec generari, nec corrumpi potest, non inquam uel ipsa à seipsa, uel alio quoquā extra accedente corrumpi potest.

Quid stoici sentiant de anima. Cap. XIX.

Semen quod homo effundit, ait Zenon esse spiritum cum humido cōiunctum, animæ partē & auulsionem, adeoq; seminis parientalis utriusq; mixtionem, animæ partiū coitū uocat. Illud enim eandē cum toto rationē habens, quando in matricem demittitur, cōprehensa iam ab alio spiritu pars illa animæ fœminæ, nec non eiusdem cum illo nature facta, absconditaq; creta scit mota agitataq; ab illo: & assumens semper humidum, ex seipsa augetur. Et paulo post subitūgit. De anima uerō Cleanthes quidē Zenonis dogmata adducens * alios physicos ait quod * sensum aut exhalationem ueluti * Volens enim ostendere quōd animæ exhalatæ in intellectu semper existant, fluminibus eas comparat, dum sic ait: Fluminibus ipsæ & aliæ affluxione aquæ ingeruntur. Sed & animæ ab humido exhalantur. Exhalationem igitur, sicut & Heraclitus, animam Zenon pronunciat. Sensitiua autem esse eam propterea dicit, quōd imprimi in eam per sensoria instrumenta possit magnitudo, pars, & quicquid rerum tum existentium, tum subsistentiū, ipsam antecedit: nec non figuras illas, uarias precipiat. Hæc enim quali propria animæ sunt. Et post alia dicit, animā esse totū illud quod æthera & ærem uocant: qui terram, mare, & quæ ex his ascendunt exhalationes in orbē circumdat. Reliquas uerō animas quotquot uel in animalibus, uel cōtinēti hoc sunt, huic esse agnatas. Permanere enim defunctorū animas. Quidā uerō uiculi totius animam esse dicunt sempiternum illud. Reliquas uerō commiseri rursus post mortem cum illa. Præterea habere unamquamq; animæ dominantis quiddam in se, qualia nimirū sunt, uita, sensus, & naturalis ille imperus. Et paulo post: Animā & generari & corrumpi dicunt: non uerō statim discedentem à corpore corrumpi, sed ad temporis aliquod spatium per se cōsistere & permanere: sapientum quidem, donec in ignem cuncta resoluantur. Quantum uerō ad tempus saltem breue aliquod. Hoc autem nempe animas permanere dicunt, quoniam nos animæ facti permanemus exuti iam corpore, & transmutato in minorem animæ substantiam corpore. Rudium uerō & animalia brutorum animas unā cum corporibus interire. Hæc & eiusmodi Stoicæ philosophiæ dogmata ex his quæ apud * dicta sunt. Contra hanc uerō absurdam horum hominum de anima opinionem sufficere hæc Longini nostri, quæ aduersus hos breuiter scripsit in hunc modum.

Longini aduersus Stoicorum de anima opinionem disputatio. Cap. XX.

Vtreuiter dicam, longē mihi abesse à ueri ratione uidetur omnes quotquot corpus esse animam pronunciant. Quomodo enim quæ per se esse, similem esse elementorum alicui possibile est: ubi uerō temperamentis & mixtionibus adhibetur: quæ multis sæpē facte modis, innumerabiliū aliorū corporum ideis gignendis causa & principium sunt: in quibus etsi non cōtinuo, ali quando certe uidere licet elementorū causam, & primorū de secunda & tertia auxiliū. Eorum uerō quæ ad animā, uestigiū certe nullum, nullum quoque signum in corporibus reperitur: & si quis omnem mouere lapidē satagat, quod quidē fecerunt Epicurus, & Chrysippus, & omnem perferretur potentia ad constituendum corpus ex ijs quæ anima sunt actionibus, nunquid spiritus illa tenuis substantia ad phantasias nobis & ratiocinationes propria est: Quid uero: num atomorum figura tantā præ alijs uim & potentia habet, ut prudentiam generet, quando cum alterius forma corporis cōmixta fuerit: non equidē putato, si uel ex Vulcani aliquis tripodibus & ancillis faceret: quorum ait Homerus illos quidem sua sponte in certamē progredi: has uerō cooperari dominæ, nec quicquam

nec quicquam potiorum partium post se relinquere, non certe scobis aliquid sua sponte fluentis. Sed & lapillis per littora sparsis assimulat, quo excellentius quiddam, & sensui magis apertum facere posset. Zenoni & Cleanthi quis non merito succenseat: qui ignominiose admodum de anima disseruere corporis esse animam euaporationem ad deorum communionem prorsus exhalabit huius uerō conceditur, qui putauerunt huic similem esse & nostram & aliorum animalium substantiam. Hoc quidem ut phantasias et memorias conseruet utcunq; diuturniores: illud uerō impulsionem & uoluntates rerum ad intellectum conferentiū. Equidem & deos, & rerum hoc tam cœlestium quā terrestrium uniuersum theatrum ad exhalationem, & fumum, nec non similes nugas referemus, nec poetas reprehendemus, qui etsi exquisitam deorum mentem non teneant, partim tamen ex communi hominum sententia, partim uerō ex Musarum instinctu (qualis quædam uis ipsos ad hæc permouēs eis innata est) honestius maioribus uerecundia his de rebus loquuti sunt: non certe exhalationes, non aeres, non uentos, nec alias eiusmodi stultitias esse dixerunt. Hæc tibi Longinus. Audi nunc Plotinum in hos eosdem talibus inuehentem.

Aduersus stoicos, quōd non possit corpore esse anima. Ex Plotini de anima. Cap. XXI.

Vtrum uerō immortalis sit unusquisq; nostrū, an totus intereat, an partim quidem sit caducus, partim uerō perpetuus, qua scilicet parte ipse sit, in hunc modum quis discere poterit ordine quodam nature cōtemplans. Homo profecto non est aliquid simplex omnino, sed habet animam, habet & corpus, siue tanquam instrumentum, siue aliqua quauis conditione nobis adiunctum. Omnino uerō proponendum est atq; cōcedendum, ita potissimum utriusq; naturam essentiamq; distingui. Corpus igitur quum ipsum quoque compositum sit, tum ratione monstratur perpetuo permanere non posse: tum sensu deprehenditur dissolui prorsus & dissipari, cum quodlibet eorū quæ in ea sunt, reuertatur ad suum: & aliud interimat aliud, commutetq; in aliud, atque disperdat: præsertim quando anima, quæ conciliare solet, molibus iam non adsit. Atqui si corpus quodlibet relinquatur solum, nondum tamen prorsus est unum, cum solui adhuc possit in formam atq; materiam, ex quibus necessaria est simplicia etiam corpora esse composita. Præterea corpora omnia quum necessariò habeant quantitatem, consequenter in minima quæque redacta disperseunt. Quamobrem si corpus pars est nobis, non sumus undiq; immortales. Sin autem nostrum est instrumentum, oportet ipsum ad tempus tributum nobis, tale esse natura. Ipsum uerō principale, atque ipse homo esse utique, uel tale ad corpus, quale est species ad materiam: siquidem hoc ut instrumento quodam, ceu materiam. Vel erit uelut utens corpore tanquam mo. Hoc ipsum igitur, quod nomine animæ nuncupamus, quam potissimum naturam habere dicendum: profecto si corpus est, omnino est resolutura diuersè, oportet hanc quoque naturam uel eodem modo, uel alio perferuari. Principio querendum est, in quodnam corpus resoluere corpus hoc, quod uocant animam, debeamus. Nempe quum ubique animæ insit ne cessariò uita, necessariū est, si id corpus quod fingitur anima, ex duobus plurius uel corporibus cōponatur, aut ambo, uel cuncta simul, aut etiam quomolibet singularitatem uitam insitam possidere: aut hoc quidem habere uitam, illud uerō nequaquā, aut neutrum hanc habere. Si igitur uni tantum insit uita, uicū hoc erit anima. Sed quodnam corpus hoc est, quod uitam possidet ex seipso? Sanè ignis, aer, aqua, terra suapte natura carent anima: & cuiusque horum adest anima, hoc uita utitur peregrina. Alia uerō præter hæc nulla sunt corpora

corpora. Tum uerò quicunq; præterea elementa quædam horū introduxerūt
 alia corpora, ea tamen esse animas non dixerunt, neq; uitam eis attribuerunt.
 Si quis autem dixerit, nullo eorum habente uitam, congressum tamen cuncto
 rum uitam constituisse, absurda loquetur. Item si unum quodq; uitam habet,
 unum iam sufficit. Omnino uerò impossibile est, confluentiam corporum ui-
 tam facere: & quæ intellectu carent, facere intellectum. Atqui nec quomodo
 cunque mixta hæc dicent, uel intellectum uel saltem animam procreare.
 Oportet itaque esse quod ordinet, mixtionisq; sit causa. Hoc igitur potius
 auctoritatem gradūq; animæ obtinere. Iam uerò nedum corpus compositum,
 sed neq; simplex quidē, corpus erit in ordine rerum, nisi in uniuerso sit anima.
 Siquidem ratio seminalis accedens materiæ facit corpus: ratio uerò ipsa non
 potest aliunde quàm ab anima proficisci. Si quis autem non ita dicat, sed atomos
 uel inuidia quædam concurrentia corpora animam unione conficere: is profe-
 ctò ipsa passionis cōsensione naturæ copula refellet. Quippe cū nō ita fiat per
 totum unū uel cōpatiens ex corporib; non patientibus, nec ullam admittē-
 bus unionem: ipsa uerò anima sibi met cōpatiens est omnino. Quin etiam ex
 indiuiduis neque corpus neq; magnitudo fieri potest. Præterea si corpus sim-
 plex adducat in mediū, certè quantum in ipso est, materiale nō dicit ex se ipso
 uitā habere. Materia enim qualitatis est expers: sed asseret potius quod in eo
 uicem gerit formæ uitam asserre. Si ergo speciem hanc esse dicat essentia, certè
 non utriq; sed horum alterū erit anima. Quod quidem non amplius corpus
 existit: non enim hoc est etiā ex materia, alioqui eodem rursus modo resolu-
 re cōpellemur. Sin autem subiiciat, eiusmodi speciem nō essentiam quidem esse, sed
 quandā materiæ passionē, reliquum erit ut uobis assignet undenam hæc pas-
 sio uitæq; descenderit in materiā. Non enim ipsa materia seipsam format, neq;
 sibi met comparat animam. Oportet igitur aliquid esse quod huic suppediet
 uitam, siue ipsi materiæ, siue cuius corporum suppedietur: suppediet in quā
 foris extans, corporeaq; omni natura superius. Iam uerò neque corpus omni-
 no erit ullum, nisi animæ uis extiterit: nam fluit semper, & in motu ipsa corpo-
 ris natura uersatur, citoq; periturum est uniuersum, si quæcūq; sunt in corpo-
 ra, quāuis etiam alicui corporum quis animæ nomē accōmodauerit. Sic enim
 anima eadem prorsus atq; alia corpora patiet, cum eadem cunctis materiæ in-
 sit: imò uerò nihil alicubi fiet, sed omnia in materiā residebunt, ubi non adsit
 formator ipse materiæ: forte etiam nec ipsa quidem materiæ erit omnino. Solue-
 tur & hoc uniuersum, si quis salutē eius corporis connexioni cōmittat, huic at-
 tribuens ipsum animæ ordinem, uidelicet usq; ad nomina solum aeri cuiusdā &
 spiritui penitus dissipabili, unionemq; ex se ipso nullam prorsus habēt. Cum
 enim corpora omnia sint diuidua, si quis alicui corporū cōmittat hoc uniuersum,
 necessariò fateri cogetur demens id totum esse, ac temere nimium agitari.
 Quis nam ordo esse potest in spiritu ceu uento quodam tantum ab anima or-
 dinem expetente, uel ratio, uel intellectus? Ceterum si adsit anima, hæc omnia
 huic protinus subministrant ad constitutionē mundi animalisq; reliquorum:
 dum alia passim ab alio uis cōducit ad totū. Absente uerò hinc anima hæc reli-
 qua nedum ordine careāt, sed neq; omnino cōsistere poterūt. Ipsi etiam natu-
 ræ corporeæ assertores ueritate cōpulsī fatentur atq; testantur, oportere speciem
 quandam rerum ad animā pertinentē præcedere corpora corporibus cunctis
 præstantiorē, quando spiritū intelligentiæ cōpotem, & ignem intellectualem
 adducat in mediū, quasi gradus ipse naturæ summus absq; igne atq; spiritu in
 ordine rerum esse non possit, & locum quendā quo stabiliatur naturaliter exi-
 gat, cum deceret potius locum querere ubi corpora collocaret: quippe quum
 hæc reuera sit in ipsis animæ uiribus collocanda. Proinde si uitam & animam
 nihil aliud esse dicant præter spiritum ceu uentum, querendū est ab eis, quid nam
 sibi uelit illud apud eos tritum, quando scilicet dicunt: Anima est spiritus cer-
 to modo

to modo se habens. Ad id enim confugere solent, quoties naturam aliam præ-
 ter corpora efficacem introducere cōpelluntur. Si ergo non omnis spiritus est
 anima, quoniā innumeri spiritus sint inanimati, sed spiritus quidam certo mo-
 do se habens, interrogabimus, utrum quod dicitur certo modo se habens, & e-
 iusmodi habitudo res aliqua sit, an nulla: si enim res nulla sit, certe solus exte-
 rib; spiritus. Quod uero adiungitur, se habens, nomen erit solum. Ex quo effi-
 cietur, ut nihil aliud præter materiā esse cōcedant animam uerò et Deum, &
 similia omnia esse dūtaxat nomina fateantur: sed reuera tantum corpus existe-
 re. Sin autem habitudo illa res quædam est, & aliud quiddam præter subiectū
 atq; materiā quod quidem sit in materia, sit tamen immateriale, propterea
 quod ex materia rursus non componatur, certè non erit corpus, sed altera pror-
 sus natura, et ratio quædam. Præterea non minus ex his apparebit, animā cor-
 pus esse nō posse. Sic enim haud calidum esset aut frigidū, aut durum, aut mol-
 le, aut compactū, aut fluidum atq; laxum: item uel nigrum, uel album, simili-
 terq; de cæteris corporū qualitibus proponetur. Et profecto si calidum tan-
 tum est, calefacit solum si frigidū, frigefacit tantū, si leue solum, eleuat reddiq;
 leuia ubicunq; adest: ac si graue, grauat, ponderosaq; facit: similiter nigrum ni-
 gra, et album alba proprie parit. Neq; enim ignis est frigefacere, neq; frigidi ca-
 lefacere: uerū anima tum in alijs animalibus alia facit & alia, tum in eodem
 contraria parit: partim quidem cogens, partim uerò fundēs, atq; liquefaciens:
 item alia densa, alia rara, alba, nigra, leuia, graua pariter efficit, tametsi non alia
 per aliam, se unum duntaxat secundum qualitatem corporis unam fieri oportet
 atq; colorem similiter: nunc uero multa pariter asserit. Motus autem quoniam
 pacto non unum tantum, sed differentes asserere poterunt, cum una corporis
 uniuscuiusq; sit motio: Si autem causas motionum partim quidem ad electiones
 partim uerò ad rationes referant seminales, rectè quidem hoc ipsum asseuera-
 bunt. Sed neq; corporis propria est electio, neq; rationū, præsertim quum disse-
 rates sint, corpus autem hic unum sit atq; simplex, neq; corpus omnino ratio-
 nis eiusmodi compos esse queat, nisi quantum sibi cōcessum est ab eo quod red-
 dit ipsum calidum aut frigidum. Augere uerò certis temporibus, et ad certum
 terminum, quam uirtute conueniet corpori? cui quidem naturaliter conue-
 nit augeri: augere uerò nequaquā, nisi forte quantum in mole materiæ simul ad-
 sumitur, uelut ministrans ei quod per ipsum perficit augmentū. Etenim si ani-
 ma corpus existens augeat, necesse est ipsam quoq; pariter augeri quadam sci-
 licet corporis similis adiunctione, si modo tanta penitus euasura sit, quantum
 quod augetur ab ea. Tum uerò quod adiungitur, aut anima erit, uel inanimatū
 corpus, ac si anima sit, querendum erit, undenam, & quomodo ingrediatur, &
 qua conditione admoueatur. Sin autem quod adiungitur inanimatū sit, quo-
 nim modo hoc animabitur, & præcedēti consentiet, uenietq; in unum, & prio-
 rib; ea quæ altera nouit. Et quæadmodum altera nostra patitur moles, partim
 quidem ab ea defluet, partim etiam influet, nihileq; in nobis idem penitus per-
 manebit. Quoniam igitur pacto in nobis erit memoria, & agnitio priorum
 nunquam eadem utentibus anima: Præterea si anima corpus est, sicut natura
 corporis cōsueuit, in plures distribuitur partes, quarum nulla idē est atq; totū.
 Si ergo anima tanta quædam fuerit magnitudo, quæ si minor aliquanto fuerit,
 nō uirtutius futura sit anima, certè sicut et omne quātum per quandā partem de-
 tractionem ex priori essentia permutabitur. Si qd autem eorum quæ magnitu-
 dine præceduntur, aliquādo comminutum mole, interim idem permateat qua-
 litate: profecto qua ratione corpus est, & quātum iam euasit alterum: qualita-
 te uerò qua differt à quantitate, idem seruare interea potest. Quid ergo dicent
 qui animam corpus esse putant: Nunquid quamlibet animæ partem in eodē
 uiuentis corpore esse animam, perinde atq; tota est, fatebuntur? ac rursus par-
 sis uniuersū



OP. A. V. S. B. I. I. B. I. O. S. R.

tis uniuersiusque partem: Quod si id fateantur, nihil utique magnitudo ad essentiam anime conferat, tamen etiam conferre oportuit, ubi anima sit quantum quidam. Veruntamen totum ipsius anime hic erit ubique, quod corpori conuenire non potest, scilicet ut queat idem totum simul in pluribus esse, atque pars idem penitus esse ualeat, quod & totum: sin autem partium quamlibet animam esse negent, certe ex inanimatis apud illos componet. Preterea si hunc in modum uniuersiusque anime magnitudo definita erit, neque consequenter ad utrumque tracta, siue ad maius, siue ad minus erit amplius anima. Quando igitur ex uno coitu unoque semine fetus gemini procreantur, uel quoadmodum in ceteris animalibus etiam plures concipiuntur, semine uidelicet in plures particulas distributo, ubi unumquodque est totum, cur non euentus eiusmodi eos qui discedunt, ubi nonneat, ubi pars idem est atque totum, hoc ipsum in essentia sua conditionem quantam molis excedere, ipsumque oportere esse prorsus a quantitate semotum. Nam ita duntaxat idem permanere potest quanto quous subtrahitur, utpote cui nihil opus sit quantitate aut mole. Quippe quum eius essentia aliud utpote cui nihil opus sit quantitate aut mole. Quippe quum eius essentia aliud quiddam prorsus existat. Anima igitur quantitatis est expertis, rationesque similiter. Quod autem si anima corpus sit, neque sentire nobis dabitur, neque intelligere, neque scire, neque uirtus omnino, neque quicquam egregium nobis inerit. Ex his apparebit, si quidem enim sentire quicquam debet, unum esse ipsum instruet, & uno quodam eodemque omne percipere. Et si per plura sensuum instrumenta ingrediantur plura, uel multae circa unum sint qualitates, ac etiam per unum uideatur utrumque aliquid ceu uultus. Non enim aliud quidem uidetur, res, aliud autem oculos, sed idem cuncta simul. Ac si aliud per oculos, alio aliud per auditum: unum tamen oportet esse ad quod perueniunt utraque: alio qui non posset animus horum inter se differentiam iudicare, nisi intentiones sensuum sensibiliumque in unum aequae confluerent. Oportet igitur hoc esse quasi centrum: sensus uero singulos undique non aliter ad hoc ipsum quam lineas a circumferentia ad centrum usque protendi, atque uim eiusmodi cuncta comprehendentem reuera unum aliquid esse. Nam si diuiduum aliquid esset, & quasi ad extrema lineae utraque intentiones sensuum pertineret, aut rursus in unum, idemque concurreret quasi medium, aut aliud ibi esset & aliud, atque alterum alterius tantum haberet sensum: ceu si ego aliud sentiam, tu uero sentias aliud, etiam si unum sit spectaculum seu uultus, aut potius in unum congregabatur. Quod & apparet: congregantur enim & in pupillis, alioqui non possent per eas maxime quaeque uideri. Quamobrem quae ad ipsum animae principale proueniunt, multo magis uelut notiones quaedam sunt indiuiduae: ideoque id quoque erit indiuiduale: alioqui si habeat magnitudinem, una cum re sensibili diuidetur. Itaque pars alia sentiet aliam, nihilque in nobis sentiendo rem totam percipiet: at enim unum est id totum: quo enim pacto diuidi potest: nam si diuidatur, neque ita quam equale equali prorsus accommodari, quoniam principale nostrum cum omni re sentienda equale esse non potest. In quot igitur diuisio fiet: nunquid in tot fecabitur, in quot partes numero quod incidit sensibile distribuitur: si quaelibet partium anime particula sentiet idem? an forte particulae partium sensu carebunt: at uero id fieri nequit. Sin autem quodlibet totum sentiat, cum magnitudo diuidi queat in infinitum, nimirum innumerabiles quoque sensus circa unum quodque sensibile in uno quoque continget, quasi innumerabiles in principali nostro rei eiusdem sint imagines. Preterea si corpus sit quod sentit, non alio modo sentire continget, quam si quaedam ab annulo in cera imprimantur imagines, siue in sanguine, siue in aere quodam sensibilia imprimantur. Ac tanquam in corporibus humidis, quod & probabile est, certe tanquam in aqua confundentur imagines, neque memoria erit ulla. Quod si figurae permanent, aut non licebit alias ibi fingi prioribus permanentibus, ideoque sensus alij minime fient: aut si fiant alij, priores protinus delebunt: quapropter memoria iam cessabit. Si

4 fabit. Si autem possumus meminisse, ac praeter alia sentire rursus & alia, prioribus nequaquam impediuntibus, impossibile est animam esse corpus. Idem praeterea ex dolore dolorisque sensu declarari potest, utpote quando quis dicitur dolere digitum, tunc dolor quidem est in digito: sensum uero doloris circa ipsum animae principale contingere fatebuntur, ubi pars quaedam spiritus animati dicitur. Quomodo nam igitur modo id accidit? Respondent arbitror, successoria quaedam translatione, dum uidelicet primo patitur spiritus animalis circa digitum, atque hinc deinceps ad partem continuam, rursusque ad aliam traducitur passio, donec ad principale perueniat. Necessarium est igitur, si primo patiens sentiat, alium sensum esse secundi, si modo per successionei quandam sensus ampliatatur. Tertium quoque patiens tertium esse sensum, multosque sensus atque innumeratos in eodem dolore contingere. Ipsumque principale postremo sentire suam duntaxat passionem. Et profecto singulos sentiendi actus non passionem quidem digiti per sentire, sed eam quae sequitur circa digitum, utputa partem digito proximam, percipere sequentem mox post digiti passionem: partem uero remotiorem, passionem quoque remotiorem, multosque dolores accidere. Tunc certe principale non passionem quae premit digitum, sed propriam sentiet, feretque de hac sola iudicium, ceteris omnino dimissis, digitum dolere prorsus ignorans. Si ergo sensus passionis eiusmodi per successionei fieri nequit, & corpus cum sit moles, non id habet, ut in eo patiente alio id per sentiat aliud. In omni enim magnitudine hoc quidem aliud est, illud rursus est aliud, nimirum oportet quod sentiat esse tale, ut ipsum ubique sibi ipsi sit idem. Id autem assequi ad aliud quiddam in ordine rerum pertinet potius, quam ad corpus. Quod autem anima, si corpus quoquo modo sit, intelligere nequeat, per haec nobis est demonstrandum. Profecto si sentire est, animam utentem corpore percipere sensibilia, intelligere non erit per corpus apprehendere, alioqui idem futurum est intelligere atque sentire. Si ergo intelligere est absque corpore comprehendere, multo prius oportet ipsum quod intelligitur esse, non esse corpus. Praeterea si sensibile sensus est, consequenter intelligibile est intellectio. Quod si non omnino receperint, erunt tamen intelligibilia quorundam intellectiones, & indiuisibile apprehensiones in nobis. Quomodo nam igitur pacto intellectus si fuerit magnitudo, intelliget quod est a magnitudine liberum? & quum natura diuidua indiuiduum apprehenderet. An forte parte quadam ipsius indiuisibili: quod quidem si ita sit, id ipsum quod intelligit, non erit corpus. Non enim opus est toto ad attingentiam, quod & uerum est, esse rerum a corpore prorsus absolutarum, scilicet ipsius uniuersiusque, ut dici solet, abstracti: necessarium est naturam quoque intelligentem eatenus intelligere, quatenus uel est, uel fit a corpore libera. Si autem intelligentias dixerint uersari circa formas materiae adherentes, fatebuntur tamen eas tunc duntaxat intelligi, quando a corporibus segregantur, intellectu scilicet segregante. Non enim cum his carnibus ipse homo, uel omnino cum materia ipse circulus & triangulus lineaque & signum, eo ipso quo a mente segregantur gradu consistunt. Quamobrem animum quoque necesse est seipsum a corpore in hoc habitu seu uocare: oportet igitur neque ipsam corpus existere. Profecto ab omni magnitudine exemptum est ipsum pulchrum, ipsumque uelut quoddam animi apprehendentur, atque in hoc ipso impartibili sita manebunt. Denique si anima corpus sit, non uideo quomodo temperantia & iustitia uirtutes eius sint, quae & hanc eatenus seruent, quatenus capiuntur ab ipsa. Haec igitur ex Plotino nobis adducta sint, quibus aduersus Stoicorum opiniones, qui corpoream esse animam dicunt, disputat. Sed quoniam sufficienter nunc iam ea quae contra Aristotelem & Peripatum, quam quae aduersus Stoicorum



OPASBIBLIOTECA

rum secta disputata sunt, quasi per epitomen apposui. porro nitne expecta cognoſcere simul omnium prestantiſſimorum philoſophorum admirabiles philoſogias: quod communiter Greci omnes uelut uiſibiles deos ſolem & lunam reliquasq; ſtellas, nec non alias mundi partes & habuerunt & coluerunt: atq; fabuloſas ſuas & nugatorias de deorum multitudinis errore narrationes honeſtis ſane & phyſicis quibusdam traditionibus ad elementa ac totius mundi partes transferre ſtuderunt. Vnde neceſſarium eſſe mihi uidebatur, has quoque de rebus illis opiniones horum ſimul inducere, quo, quantum ab inuicem per ſtultam æmulationem diſſenſerint quoq; conſideraremus. Apponam autem hæc ex Plutarchi libro, in quo tam ueterum quam iuniorum de his opinionibus adducens, talia ſcribit.

De ſolis ſubſtantia. Cap. XXII.

ANaximander orbem eſſe dixit octo & uiginti partibus terra maiorem, abſidem curricula rota ſimilem habentem, cauam, ignis plenam. Huius quadam ex parte effulgere ignem, ſimiliter atque per tibiæ foramen ad nos emiſſum, quem eſſe ſolem. Xenophanes ex igniculis ſolem coagmentatum ex humidis uaporibus collectis, aut nubem uſtulantem. Stoici ignitum, quod intelligentiæ particeps ex mari exiſtens, & permulto igne compactum. Anaxagoras, Democritus, Metrodorus globum ferri candentem, aut ſaxum ignitum. Ariſtoteles globum ex quinto corpore coactum. Philolaus Pythagorum ſolem uitri modo perlucētem, accipere ab igne coeleſti ſplendorem, acceptumq; ad nos transmittere, & tanquam percolare, adeo coeleſtem ignem ſoli aſimilem eſſe, ex quo prodire ſolem, & ſimile quid ſpeculi, tertiamq; inde a ſpeculo lucem ad nos per reflexionem diſſipari. Hanc enim nos ſolem uocare, quaſi imaginis imaginem. Empedocles ſoles duos. Horum unum quidem ignem primarium, & (ut ita dicam) exemplarem, e regione ſemper reſſeſxi ſimulacri ſui conſtitutum. Hunc autem ſolem qui uiſitur, repercuſſum ſimulacrum eſſe eius qui in altero eſt hemiſphærio, aere ignito illo quidem plenano, ab orbiculata uero illud terra in ſolem cryſtallinum repercuſſum, unaq; cum ignei illius motu raptum, ad ſummam effulgentiam eſſe ignis terram ambientis. Epicurus glebulentum, ſpiſſamentum, pumicoſum, exciſos intra meatus ignitum.

De magnitudine ſolis. Cap. XXIII.

ANaximander ſolem quidem terræ æqualem, circulum uero quo neceſſatur, & unde ſpiraculum habet, octies & uicies terra maiorem. Anaxagoras multis partibus Peloponneſo maiorem. Heraclitus latitudine pedali. Epicurus omnia prædicta probabilia eſſe dixit, aut etiam tantum eſſe quantum apparet, maiuſculum, minuſculum.

De forma ſolis. Caput XXIIII.

ANximenes dilatatilem ad modum lamine ſolem. Heraclitus ſcaphe modo leuiter pandum. Stoici conglobatum ut mundum, ut ſidera. Epicurus prædicta omnia defendi poſſe. Talis quidem ipſe eſt magnus ille deus ſol, inter ea quæ in cælo conſpiciuntur. Moyses uero & Hebræorum libri nihil uicacæ hęc laborant.

De luna. Cap. XXV.

ANximander circulum eſſe decem & nouē partibus terra maiorem, igne ueluti ſolis quoq; circulum plenum. Sic deficere lunam rote conuerſionibus: ſimilem enim eſſe uehiculari rote abſidem cauam habenti. Hanc autem ignis plenam uno tantum ſpiraculo. Xenophantes nubem eſſe conſtipatam. Stoici temperamentum ex igne aereq;. Plato bona ex parte igne conſtare. Anaxagoras, Democritus ignitum conglobamentum campeſtria in ſe colleſcontuallesq; complectens. Heraclitus terram nebula obuolutam. Pythagoras quoq; ignitum lune corpus.

De magnitudine lune. Cap. XXVI.

De magnitudine lune. Cap. XXVI.

SToici maiorem terra arbitrantur, quemadmodum & ſolem: Parmenides ſoli æquam, a quo illuminari ipſam.

De forma lune. Cap. XXVII.

SToici ſphæricæ eam eſſe figuræ, ſicuti & ſolem: Heraclitus ſcaphe ſimilem. Empedocles diſci, nonnulli cylindri.

De illuminatione lune. Cap. XXVIII.

ANximander peculiare ipſam lumen habere, eſſi rariuſculū. Antiphon proprio lunam fulgere ſplendore, uerum ſolis ingruentibus radijs obrutum id hebecere. Quippe ita natura comparato languidum ignem a præualido hebetari, quod æque in alijs uſu uenire ſtellis. Thales, quiq; ab eo denominati, lunam a ſole illuſtrari autumant. Heraclitus ſole atq; lunam eodē modo affici: ambas enim ſtellas in ſcapam cōfiguratas eſſe. Illuſtrari autem ipſas ſorbendis ſpiraminibus humidis ut cōſpicuæ ſint, ſolem quidem ſplendidius, ut qui in aere liquidiore uectetur: ac lunā turbidiore, ex quo & fuſciore eſſe.

De ſtellarum tam erraticarum quam fixarum ſubſtantia. Cap. XXIX.

Thales glebulenta quidem, ſed ignita ſidera. Empedocles ignea, ex igne conſtantia, quem æther in ſe conceptum, in prima eliſit elementorum diſcriminatione. Anaxagoras circundatū ætherem, igneū quidem ſuapte eſſentia eſſe: ſiæ autem impetu uertiginis ſaxa a terra raptantē, ſuo ipſum igne ſtellas ſuccēdiſſe. Diogenes pumicoſa ſidera, mundiſq; ſpiracula putat. Idemq; rursus inuiſibiles lapides ſæpenumero cælo decidos in terra reſtingit perhibet, haud ſecus atq; olim in Aegos flumen ſaxeam ſtellā igni ſimillimē diſcipſam. Empedocles fixas ſtellas cryſtallo adnexas eſſe, errantes autem ſolutas. Plato maxima ex parte igneas eſſe, participantē uero aliorum quoq; elementorū ad glutinis inſtar. Xenophanes ex nubibus ignitis concretas, extinctas autem interdiu, noctu carbonum modo recandescere. Exortuſq; & occaſus ſolis earum eſſe accenſus reſtinctusq;. Heraclitus & Pythagorei unamquamque ſtellam mundum eſſe terram ſuam ambientem, aereq; adeo & ætherē in infinito æthere. Huiusmodi decreta in orphicis eſſe perhibentur. Singulos enim mundos in ſingulas architectantur ſtellas. Epicurus nihil horum reſellit, contingentibus adhærens.

De formis ſtellarum. Cap. XXX.

SToici globoſas ſtellas, quemadmodū & mundum, ſolem & lunam. Cleanthes turbinales. Anaximenes clauorum in modū cryſtallaceo quodā ſuffixas. Sunt qui bractæas eſſe ignitas putent, tanquā picturamēta. Talia ſunt quæ illi in mirabili ſua philoſophia de ijs quæ diſiſtis creduntur excogitarūt. Qualia uero de uniuerſi conſtitutione adducant, ex eodem diſce Plutarcho.

Quomodo coagmentatus mundus ſit. Cap. XXXI.

Mundus autem coagmentatus eſt circūflexa forma, hoc propè modo cōfiguratis. Quum indiuidua corpusecula temerario fortuitoq; motu aſſiduè celeriterq; mouerētur, corpora in unum multa glomerata ſunt, uā ſtatim magnitudine, tū formā. His unū in locū coactis, quæcunq; maiuſcula grauiuſculaq; erant, penitus ſubſederunt. Quæ autē minuta, rotunda, leuia, lubrica, hæc in concurſu corporum elidebantur, ſi ſumq; uerſus ferebantur. Si ferebantur, nec deorſum ferri poterant, ad loca appellebantur eorum capacia. Hæc autem erant in ambitu. An uero uniuerſum illud ut unū, uel ut plura cenſendum, & an unus uel plures mundi ſint: num quoq; animatus ille ſit, & an diuina diſpoſitus regatur prouidentia, ſiue contraria hiſce ſint aſtruenda. Præterea incorruptibilis ne ſit mundus an corruptibilis, unde alai, a quo uel quaſi exortus ſit Deus mundum fabricaturus. De mundi deniq; ordinatione, quæ

ue motus & inclinationis eius causa assignanda sit: de ea quoque que extra mundum est, circumferentia: quæ in mundo uel dextra uel sinistra sint habenda. Amplius de cælo, & præter hæc omnia de genijs & heroibus, de materia, de idelis, de uniuersa totius dispositione. Porro de aliorum ratione & motu, & unde scilicet lumen suum accipiant. Item de ijs quoque qui Dioscouri uocantur. De solis & lunæ defectibus, de lunæ imagine, cur terra uideatur, deque eiusdem intercapedine qua à sole distat: de annorum ratione. Hæc sanè omnia multis quidem & copiose ab his de quibus sermo nobis est, tractata sunt: quia uerò breuior Plutarchus, uelut in cõpendium horum omnium opiniones & dissensiones contraxit, haud absurdum fore putauit huc eas pro maiori excusatione adijcere. Si enim inter seipos illi ex diametro pugnarunt, prælia ac bella tantum non aduersus se ipsos incenderunt, omnes tamen ferme, non nisi ambitionis studio sua quoque defendentes, aliorum inficiantes: quomodo non omnis utique tutiorem nobis merito fuisse nostram hanc de rebus istis epocham fatebitur? Adijciam autem his quæ dicta iam sunt, ea quoque quæ de humilioribus terrarum uicinijs commentum sunt: de terræ nempe figura, situ, atque inclinatione: præterea de mari quoque, ut uideas quod magni illi uiri non solum circa sublimia & altiora contentione dissenserint, sed inferiora quoque illa discordes fuerint. Verum quo magis adhuc sapientum horum sapientiam mireris, apponam quoque breuiter, qualiter de anima & eius præside concertarint, non seipos agnoscentes cuius nam essent ipsi naturæ. Sed redeamus ad id quod primo loco dicendum proposui.

An unum uniuersum. Cap. XXXII.

ENim uero Stoici unicum esse mundum censuerunt, quem & uniuersum esse dixerunt, & quicquid corpore constaret. Empedocles mundum unum quidem, uerum mundum non esse uniuersum: esse autem per parua nature uniuersæ partem: reliquam uerò & magnam partem uacantem esse materiam. At Plato extribus, ut uidetur, unum esse mundum conijcit, & uniuersum unum, quod uideri consummatus non possit, nisi omnia comprehendat: quod nisi unum sit, exemplaris, id est Dei similis esse non possit: quod denique si quid extratum est, perpetuum incolume esse nequeat. Ad Platonem igitur responderi potest, mundum consummatum non esse, nec enim omnia continet, alioqui homo quoque consummatus esset, sed non omnia continet. Exemplaria autem multa esse, quemadmodum in statuis, ædificijs, picturis: nam quomodo perfectus, si quid extra ipsum circumuersari potest: iam uerò immortalis non est, nec esse fundijs unicum spicam nasci, nunquam in infinito mundum. Quod autem innumeris sint, ex hoc liquere, quod innumerabiles sint eorum causæ. Si enim quibusdam suis finibus finitus est mundus, causæ etiam infinite ex quibus constat, necesse est infinitos esse: ubi enim sunt causæ, inibi effectus quoque: ac quæ causæ, indiuidua aut elementa.

An animans sit mundus, & an prouidentia administratus. Cap. XXXIII.

CAeteri quidem omnes animantem mundum, et prouidentia administratum. Democritus uerò, Epicurus, & quicumque indiuidua inducunt & inane, nec animatum, nec prouidentia administratum, sed natura quadam rationis exorte. Aristoteles nec usque quaque animantem esse, nec sensibilem, nec rationis compotem, nec intellectus. Denique ne prouidentia quidem regi. Cælestia enim horum omnium participia esse, ut quæ a suis ipsa sphaeris ambiant animatis, & spirabilibus: terræ autem obseruantia nullius non eorum expertia, et descendens participantis cõpositionis, duntaxat accidentariæ, non etiam primigeniæ.

An à corruptione immunis sit mundus. Cap. XXXIII.

Pythagoras & Plato, nec non Stoici genitum à Deo mundum, & corruptio- ni obiectum, suæ quidem naturæ respectu, utpote qui sensibilis sit propter corpulentiam, nec ideo tamen interitum: diuina enim eum continentem natura

natura perennaturum. Epicurus interitum, quippe genitum ut animal, ut stirpem. Xenophanes ingentum sempiternum, corruptionis immunem. Aristoteles sublunarem mundi partem patibilem, utpote in qua terræ proximantia marcescant.

Vnde alatur mundus. Cap. XXXV.

Aristoteles, si alitur, inquit, mundus, interibit quoque. Atqui nulla profus indiget alimonia, sempiternus igitur. Plato ipsum sibi mundum ex tabescentibus alimonia per alterationem suggerere. Philolaus bifariam corruptionem, tum ex cælo ignis defluxu, tum ex aqua, lunari uertigine ex aere effusa. Horum enim suffimenta mundi esse alimonia.

A quo elemento adorsus fabricam mundi Deus.

Cap. XXXVI.

Physici à terra mundi creationem Deum rentur auspiciatum, uidelicet tantum à cætro. Nam globi principium centrum. Pythagoras ab igne quintumque elemento. Empedocles aerem primum discriminatum, deinde ignem, post quem terram, ex qua uersatili cæli impetu astricte aquam scaturisse, ex hacque rursus uaporatum aerem. Et factum quidem cælum ex æthere, solem autem ex igne, terræ autem proxima ex alijs coagulata. Plato uisibilem mundum ad exemplum intellectibilis mundi factum: uisibilis autem mundi priorem quidem animam factam, posterius uerò corpulentum, huiusque quod ex igne terraque constat prius, deinde quod ex aere & aqua. Pythagoras quinque quum sint solidæ figurae, quæ mathematicæ dicuntur, ex quadrantali terram factam, ex meta ignem, ex octaedro, id est octonorum sessuum corpore, aerem: ex icosaedro uerò, id est uicenenorum, aquam: ex dodecaedro uerò, id est duodenos uniuersum globum. Plato in omnibus his Pythagorissat.

De mundi structura. Cap. XXXVII.

Parmenides tanquam coronas inter se complexas, ex denso raroque deinceps alterantes, inuicemque ex lumine & caligine interstitis mixtas: eorum uerò supremum ambitum muri instar solidum. Leucippus & Democritus, tunicam mundo membranamque obducunt. Epicurus quorundam mundorum ambitum rarum, quorundam spissum, eorumque quosdam cieri, quosdam immotos esse. Plato ignem primum confectum, deinde æthera, post quem aera, ab hocque aquam, nouissimamque omnium terram. Interdum uerò coniungit cum igne æthera. Aristoteles primum quidem æthera impatibilem, quintum sanè corpus. Post quod patibilia ignem, aerem, aquam, postremò uerò terram. Horum uerò cælestibus quidem orbicularem motionem tribuit: infra eos autem locatis, leuibus quidem sursum uersum, grauibus uerò deorsum. Empedocles, nec usque quaque manentia, nec stata elementorum loca, sed omnia uicissim alterius alterum capessere locum.

Quam ob causam cernuus mundus. Cap. XXXVIII.

Diogenes, Anaxagoras post mundi absolutam compagem, animaliaque terraeducta, inclinatum quodammodo suapte sponte mundum in austrinam sui partem, fortasse hoc agente prouidentia, ut partim habitabilis, partim inhabitabilis esset, pro rigore æstus uel eorumque temperatione per has atque illas mundi partes euariantibus. Empedocles aere impetui solari cedente emotas uersas, sicque aquilonares erectas esse partes, contractas austrinas esse pessum, ex quo & uniuersum mundum.

De extrarijs mundi partibus. Cap. XXXIX.

Pythagorei extra mundum esse uacuum, quo & unde mundus respirat. Stoici, quo in conflagratione uniuersi infinitum resoluetur. Posidonius non infinitum, sed quantum ad dissolutionem sat est. In primo de inani Aristoteles uacuum esse dixit. Plato nec extra mundum, nec intra, uacuum esse censuit.

Quæ mundi dextra, quæ leuæ partes. Cap. XL.

Pythagoras, Plato, Aristoteles dextera mundi orientales dixere partes, à quibus initium motus: leuæ autem, occiduas. Empedocles, dexteram mundi partes solstitiales, sinistrasq; brumales.

De cælo. Cap. XLI.

Anaximenes circumferentiam cæli extimam, terream. Empedocles, solidum esse cælum, ex aereq; constans, in crystalli duritiâ ab igne compacto, igneam aereamq; immensitatem in utroq; hemisphærio continens. Aristoteles ex quinto corpore, uel ex igne, uel ex caloris rigorisq; mixtura.

De genijs & heroibus. Cap. XLII.

Consequenter huic de dijs commætationi, geniorum, heroumq; enarranda natura. Thales, Pythagoras, Plato, Stoici genios animales esse substantias: esse etiam heroas abstractas à corporibus animas, bonos quidem bonas, malos uerò prauas. Epicurus nihil non improbat horum.

De materia. Cap. XLIII.

Materia est quod primùm generationi corruptioniq; subiacet, reliquisq; mutationibus. Thales Pythagoræq; discipuli, Stoicisq; uertibilem, alterabilem, mutabilem, fluxamq; omnem omnino materiam dicunt. Democritici impatibilia prima, indiuiduum, inane, & quæ corpore carent. Aristoteles & Plato materiam corpoream, informem, specie, figura, qualitate uacuum, quantum in sua ipsius natura situm est: formatum tamen susceptivum, ut nutritis matrisq; in sigillis uicem impleat. Cæterum qui aquam dicunt aut terram, aut ignem materiam, iam non informem illam dicunt, sed corpus: qui autem impatibilia, & indiuidua, informem.

De idæis. Cap. XLIIII.

Ideæ est substantia uacua corporis, ipsa quidem ex se non subsistens, materias uerò informes effigians, causâq; earum demonstratrix. Socrates & Plato ideas seuunctas à materia substantias existimant, in sensu uisibilibus Dei, id est mentis substantias. Aristoteles species quidem & ideas reliquit, sed neutquam à materia distinctas. Stoici qui à Zenone originem ducunt, notionem in animis nostris anticipatas ideam esse dixerunt.

De ordine, & situ stellarum. Cap. XLV.

Xenocrates una eademq; in superficie stellam moueri putat. Cæteri Stoici eorum uaria inter se humilitate et sublimitate. Democritus stellas, summam de quibus erraticas, infraq; has Solem, Luciferum, Lunam. Plato post hærem situm, primùm Phænunta, qui dicitur Saturni: secundum Phaethonta, qui Iouis: tertium Pyroenta, qui Martis: quartum Luciferum, qui Veneris: quintum Stilbonta, qui Mercurij: Solem deniq; sextum, & septimam Lunam. Mathematicorum quidam Platoni assentiuntur: quidam medium omnium solem. Anaximander, Metrodorus Chius, Crates, solem omnium constitutum. Post quem Lunam, infra hos errantes inerrantesq;.

De stellarum uelatione & motu. Cap. XLVI.

Anaxagoras, Democritus, Cleanthes ab oriente in occidentem omnes stellas ferri. Alcæon & mathematici errantes inerrantibus contrarias ab orbibus & sphaeris suis singulas circumferri stellas. Plato & Mathematici æqualis esse cursus Solem, Luciferum & Stilbontem.

Vnde illuminentur stelle. Cap. XLVII.

Metrodorus omnes inerrantes à sole illuminari stellas. Heraclitus & Stoici, ali stellas ex terrestri euaporatione. Aristoteles, nihil indigere cœlestia alimento: non enim corruptioni esse obnoxia, sed sempiterna esse. Plato, communiter mundum uniuersum & sidera à seipsis ali.

De stellis

De stellis quæ Dioscuri uocantur. Cap. XLVIII.

Xenophanes stellas quæ in nauigiorum summitatibus uidentur, nubeculas esse ad motum nescio quem præterfluentes. Metrodorus emicantes ex oculis fulgetras, quum pauidi percussiq; cernunt.

De deliquio solis. Cap. XLIX.

Thales primus solem deficere dixit, luna cum ad perpendicularum subeunte, ut quæ terrosa natura sit: hoc autem speculariter cerni subdito disco. Anaximander obstructo solaris in abside spiraculo. Heraclitus solem scaphæ similem esse, quo inuerso defectum fieri, ut cauum sursum uersus euadat, conuexum uerò deorsum, ad conspectumq; nostrum uergat. Xenophanes solem extingui, iterumq; ad Orientem alterum fieri. Hic etiam num inestruam solis defectionem prædixit, atq; absolutam defectionem, ut noctis dies specie præbeat. Sunt qui agglomeratas sub sole nubes nostrum fallentes conspectu, solis aspectum nobis adimere putent. Aristarchius solē hærentibus stellis annumerat: terram uerò circum solis orbem uersat: itaq; eius inclinationibus obumbrari solem uoluit. Xenophanes cōplures esse soles lunasq; per alios atq; alios terrarum tractus segmentaq; & zonas. Quodam igitur tempore incidere solem in aliquod terræ segmentū hominibus incultū, sicq; tanquam per inane errandum deliquium pati solem. Idem solem in infinitū progredi dixit, uideri uerò orbiculariter ferri præ immensa capedine.

De deliquio lune. Cap. L.

Anaximander absidis ore obturato fieri autumat. Berofus restincta eius parte ad nos conuersa. Heraclitus scaphæ conuexitate inuersa, Pythagoræ quidam luminis repercussum obstructūq; posuere. Illum ab hac nostra terra, hunc ab Antipodum fieri. Recentiores flammæ suffectu sensim in ardescentes, quoad statis temporibus plenilunium absoluat, uicissim ad interlunium usq; tabescentia, sub quo profus extingui. Plato, Aristoteles, Stoici, mathematici consentiunt, menstruas occultationes cum sole coeunte lunam eiusq; splendore obrutam præstrictamq; facere. Defectiones uerò in umbram terre incurrite luna fieri, terræq; inter utrumq; sidus obiectu, aut luna potius obseptâ.

Quam præbeat speciem luna, & cur terra uideatur. Cap. LI.

Pythagorei glebaceam propterea uideri lunam, quod habitetur quomodo & hæc terra nostra. Sed & pregrandibus animantibus, & plantis amœnioribus: uisum enim decies & quinq; uiribus illas his præstantiores, nihil excrementitium emittentes. Diem præterea totidem partibus longiorem. Anaxagoras inæqualitatē coagmenti ex rigido glebulentoq; pro parte concretis ignem enim & caliginē admixta, indeq; lunam adulterinæ lucis stellam dictam. Stoici propterea non esse insolubile eius concrementū, quod multiplici substantia cōstet.

De intercapedine lune, quæ a sole distat. Cap. LII.

Empedocles lunam duplex quam à terra à sole interuallum abesse mathematici unde uiginti partes à sole abesse lunam, quatum à terra ipsum. Eraclitius lunam à terra abesse septingenta & octoginta stadiorum millia.

De annis. Cap. LIII.

Anus est Saturni quidem annorum ambitus uertentium triginta, Iouis autem duodecim, Martis duorum, Solis duodeni menses, totidem Mercurij & Veneris: pariles enim deorum cursus, Lunæ dies triginta. Hic enim perfectus mensis ab luna ad intermestruam. Cæterum quidam annum octennium esse existimauerunt, nonnulli annos undecimicos: sunt qui undecim ex tricenis quinquagenis quinis supra Heracliti annum. Alij ex septenis millibus tricenis septuagenis septenis. Ex his igitur quæ iam posuimus patet, quomodo illi circa cœlestia & sublimiora corpora dissenserint. Nunc de his spectata quæ terre sunt.

Thales & qui eum sequuti sunt, unam esse terram. teates Pythagoreus duas, hanc & Antipodum, quam Antichthona uocant. Stoici hanc unam finitam. Xenophanes inferna ex parte in infinibilem altitudinem egisse, igne autem & aere concretam. Metrodorus terram sedimentum fecerit aqua, solem uero aeris.

De figura terre. Cap. LV.

Thales, & Stoici, eorumque studiosi globosam terram. Anaximander columnarem. Anaximenes mensilem. Leucippus tympani. Democritus altitudine disco alsimilem, in medio autem cauam.

De situ terre. Cap. LVI.

Thaletiis æmuli terram mediam. Xenophanes primam in infinitum fibratam. Philolaus Pythagoreus ignem medium, quippe uniuersi focum. Secundam antichthonem, id est, antipodum terram, tertiam quam incolimus, cum antichthoni e regione sitam, tum circa eam uersatilem: quæ causa est, ut qui illam habitant, a nobis non uideantur. Parmenides primus habitabiles tractus præfinituit citra duos circulos, solstitialem brumalemque.

De motione terre. Cap. LVII.

Cæteri terram manere. Philolaus uero Pythagoreus circa ignem uerti obliquum in circulo similiter soli & lunæ. Heraclides Põticus, Ephantus Pythagoreus cientes quidem terram, uerum haudquaquam promouetur, rotam uero in star cardine suo nixam, & ab occasu ad exortum circa eum uoluit. Democritus iam inde a principio multiuagam fuisse, tum quod parua, tum quod leuis esset: procedente uero tempore addensatam, sua præ mole libratam constitisse. His de terra philosophorum opinionibus, expositis, audi nunc de mari quoque.

De mari, unde constet, & cur amarulentum. Cap. LVIII.

Anaximander mare primariæ humiditatis reliquias esse, cuius ignem plusculam asiccasse partem, reliquam autem feruoris uis in alienum degenerasse saporem. Anaxagoras, Principio, inquit, humore stagnante solis circumflexu obusto, sicque pingui euaporato, reliquum in saluginem amarulentiamque subsedit. Empedocles, peruastæ terræ sudorem elutis per summam terris amarulose. Antiphon sudorem æstus, ex quo residuus humor amarefactus, est uescens doque in salilaginem incoctus est, ut in omni sudore accidere solet. Metrodorus mare per terras excolatum terrenum lentorem resipuisse, perinde atque solent que per cinerem diffunduntur. Platonici quantum elementaris aquæ rigoris, ut ex reque suffitum est, falsum. Et hæc quidem de mari. Quod autem illi, qui se de uniuerso mundo, de cœlestibus, inquam & æthereis, imò totius uniuersi comprehensione naturas & causas docere profitebantur, ipsimet eas ignorauerint, uel hinc discere satis potes, quod tanta inter se discordia dissentiant.

De partibus anime. Cap. LIX.

Pythagoras, Plato, summa quidem ratione animam bipartitam: hinc enim rationem, illinc stare irrationalitatem. accuratior uero & exquisitior tridertitam: irrationalem enim partem in iracundam aiunt, cupidamque dimensionalem. Stoici octo ex partibus constare dicunt animam, quinque quidem insensibilibus, uisitatrice, auditrice, odoratrice, gustatrice, tactrice, sexta uero locutrice, septima profeminatrice: octaua denique principe ipsa, a qua ipsa prædictæ omnines per accommodata sibi instrumenta instruuntur, octonis polypti simillimæ brachij. Democritus ac Epicurus bipartitam animam, & rationem quidem habentem in pectore sitam: irrationabilitatem uero sparsam per totius compaginem corporis. Democritus, Omnia, inquit, corpora cuiusdam modi animæ participantia sunt. Vel mortua enim, inquit, perspicimus ea caloribus cuiusdam participia esse plusculo iam diffuso.

De anima

Plato, Democritus, in toto capite. Strato, in superciliorum interstitio. Erasistratus circa membranam cerebri, quam epigranidem uocat, quasi dicas procaluium. Herophilus in uentriculo cerebri, qui idem basis eius est. Parmenides, Epicurus, in toto pectore. Stoici ad unum, totum in corde, uel in cordi obuersante spiritu. Diogenes in arteria cordis uentriculo, qui animalis, id est, spirabilis est. Empedocles in sanguinis concretione. Sunt qui in ceruice cordis: non desunt qui in inuolucro cordis: nonnulli in præcordijs. Recentiorum quidam peruadere a capite ad præcordia, Pythagoras uiuificam uim circa cor, rationem autem & intellectum circa caput esse. Tantum hæcenus de his. Nunquid igitur merito tibi uidentur sano iudicio et prudenter inutile hoc & errorum plenum, horum omnium studium relinquere, nec magnam his quæ dicta iam sunt, curam impendere, quam nullum inde operæ precium, nec quicquam quod ad comodum uel boni possessionem hominibus faciat, expectandum sit: soli autem erga cuncti factorem Deum pietati incumbere, & ut per uitæ modestiam, nec non aliam quæ ex Dei amore proficiat, secundum uirtutum institutionem deo ante omnia uiuamus, pro uirtutibus. Sed et si tu inuidia testimonium nobis perhibere uerearis, Socrates tamen, omnium Græcorum sane sapientissimus eo te compellet, qui ex ueritatis amore suffragia pro nobis tulit. Hos etenim circa sublimia cauillatores, desipientes ostendit, nec differre eos ab insanis dicebat, palam eos arguens, quod res non solum incomprehensibiles affectent, sed circa inutiles quoque, & quæ uitæ humane nullum adferant comodum, operam omnem suam ludant. Hæc autem testabitur tibi ante alios Xenophon, Socratis inter omnes familiarissimus, qui in libro quem *de uirtutibus* uocat inscripsit, hunc in modum scribit.

Quod Græcorum quoque sapientissimus Socrates, cum stultos & insipientes arguat eos, qui rerum prædictarum speculationi nimium uacant, ut qui circa res inutiles & incomprehensibiles operam suam ludant. Cap. LXI.

Nemo unquam nec uidit Socratem facientem, nec dicentem audiuit superstitiosum aut impium quicquam. Non enim de rerum omnium natura, uel quam plurimi alij, disputabat: nec quemadmodum, qui a sophistis mundus uocatur, se habeat, ille considerabat: imò uero illos qui in huiusmodi contemplandis uacant, stolidos esse monstrabat. Primum namque id illorum considerabat, utrum quoniam arbitrantur satis res humanas cognoscere, ad illam rimanda ueniant: an humanis dimissis, diuinas res contemplantes, recte sese agere opinantur. Admirabatur uero non constare eis, impossibile hæc inuenire esse hominibus, eum hi quoque, qui recti & excelli in hac gloriantur scientia, contraria eisdem opinentur, ac sicut insani alter ad alterum se habeant. Quemadmodum enim insipientium quidam, nec illa quæ horrida sunt abhorrent: quidam uero ea que timenda non sunt, pertimescunt, & his quidem nec publice agere aut facere quodcumque contigerit, turpe esse uidentur: illis uero nec conuersandum cum hominibus esse: & quidam nec templum, nec aram, nec quicquam adorant diuinum: quidam autem lapides, ligna ac feras colunt: sic etiam eorum qui in rerum omnium natura contemplanda uacant, quibusdam uirtutum solum ut detur esse quod est, quibusdam uero infinita multitudo, & his quidem omnia semper moueri, illis uero nihil unquam moueri: & quibusdam omnia gigni atque corrumpi, quibusdam autem nihil unquam gigni aut corrumpi posse. Peribat uero hoc etiam de huiusmodi hominibus, utrum, quemadmodum qui res humanas arte adipiscunt, & sibi ipsi ac ceteris arbitrantur quodcumque didicerint facere cessare, etiam hi opinentur, qui res contemplantur diuinas, cum sciant qua de nece, pluuia ac temporum facere mutationes, aliaque si quando indigeant, similitis efficere: an ne sperent quidem aliquid huiusmodi? Satis uero eis uidetur, qua singula horum sunt ratione cognoscere. De his igitur qui huiusmodi res tractant,



res tractant, hæc aiebat. Ipse uerò de humanis semper disputabat rebus, confi-
 deràs quid pium, quid ue impium sit, quid honestū, quid turpe, quid iustum,
 quid iniustū, quid sobrietas, quid insania. Hæc quidē Socrates. Post ipsum ue-
 ro Aristippi Cyrençi discipuli, nec non post eos diu, Aristonis Chij sectatores
 affirmare certo soliti sunt, quod soli deceat morali incūbere philolophix: ceu
 quæ captum nostrū haud superet, & cōmodum secum adferat: illos uerò dere-
 rum natura sermones contrariū prorsus habere: nec enim percipi & compre-
 hendi à nobis posse, nec etiam si fortasse inspicere ea cōtingeret, utilitatis quic-
 quam asserre. Nihil enim accedere nobis àmplius, si uel ultra Persei sidus ele-
 uemur, supra q̄ pōti fluctus, & supra Pleiades seramur, ipsisq̄ cōcedatur oeu-
 lis totū intueri mundum, et omnium rerum, quæ nam sit, naturam: nō inquam
 nos inde uel prudentiores, uel iustiores, uel fortiores, uel deniq̄ modestiores
 fore: imo nec robustos, nec pulchros, nec diuites: quibus sine felicitatē conse-
 qui haud equidem licet. Vnde recte Socrates dicere solebat: Eorū quæ sunt,
 alia quidem supra nos esse, alia uero nihil ad nos spectare: physica nimirum su-
 pra nos esse, dicens: quæ uerò post mortē, nihil ad nos: sola autē humana ad nos
 spectare. Propterea quoq̄ ualere hūc iubebat, qui per Anaxagoræ et Arche-
 lai philologiā quære se aiebat, quid nam Megaris, uel bene mal' eue condi-
 tum esset. Alias uerò esse phylicas rationes non solum difficiles, non autem im-
 possibiles, sed & pias, et legibus cōtrarias. Has etenim ut uerum censere deos
 prorsus nullos esse: illas uerò, aut infiniti, aut ens, aut unum. Ac quemuis po-
 tius quàm qui habitū sunt. Dissensionem illam ualde magnam esse: illos quidē
 infinitum esse uniuersum pronunciare, hos uerò, determinatū. Et rursus, hos
 quidem moueri omnia censere, illos autem prorsus nihil. De his mihi omniū
 optimè quoq̄ dixisse hæc uidetur Philiastus ille Timon, quum in Sillis ait.

Quis etenim hos mala contentione intellexit pugnare?
 Echo concurrentis turbe, quæ taciturnis infensa
 Morbum inter homines excitauit loquacitatem: peribant autem multi.
 Vides nunc quomodo uiri quoq̄ illi nobiles mutuo se maledictis laceffant.
 Sed præter hæc quæ dicto iam sunt, alius quoq̄ uir quidam clarus horum per-
 stringit hominum contentionem, pugnas & dissensiones, his uerbis.
 Oritur autem perniciofa rixa, inane locuta,
 Contentionis homicide foror, et conducta,
 At cæca, circa omnia uoluitur. Caterum deinde
 Grauitate confirmauit caput, & in spem conijcit.
 Hactenus itaq̄ monstrata horum hominū seditione ac pugna, nec non confu-
 tatis, non tam nostris, quàm proprijs ipsorum demōstrationibus, eorum cum
 institutione, tum disciplina, quæ in nullo nobiscum conueniunt, sed impares
 prorsus sunt: præterea producta in lucem causa, cur eorum auersantes dogma-
 ta, Hebræorum magis oracula amplexati simus, hisce de Euangelica præpara-
 tione libris finem nunc imponimus. Quæ uerò perfectioris sunt tractationis,
 de Euangelica uidelicet demōstratione consideranda dehinc nobis erunt, a-
 b eo nempè, quod reliquū est, pro-
 blemate. Est autem reliquum, ut ijs qui ex circumcisione sunt, quærentibus re-
 spondeamus, cur alienigenæ nos, & diuersi ab ipsis generis homines, eorū uita
 mur libris, quum tamen, quod ipsis uidetur, haud nobis conueniant: aut
 cur eorum amplexantes oracula, non etiam uitam legi,
 quam habeant, æqualem præstemus.

BASILEÆ, PER HENRICHVM
 Petri, Anno Salutis Humanæ M. D.
 LIX. Mense Martio.

OPA EVSEBII




OP. AVS. B. C. S. R.

MUNICIPAL PER HENRICVM
L. N. Mendizabala
Prof. de la Facultad de Teología M. D.



E VSEBII
P AMPHILI
CÆSARIENSIS
CHRONICΩN
TOMVS II.





OPERA HVBCE SUR

EVASERII
PAMPHILI
CASARIENSIS

CHRONICON

NATIONVM, ÆTATVM, AB ADAM
VSQVE AD ABRAHAM ET
NINVM, ELENCHI
FINIS.



REGVM, CONSV-
LVM, ROMANORVMQVE IMPE-
RATORVM, NEQNON PROVINCIA RV M,
ET ACTORVM MEMORIE DIGNO-
RVM, CHRONICON,



D. HIERONYMI
PRESBYTERI IN EVSEBII CÆSA-
RIENSIS CHRONICON, AD VIN-
CENTIVM ET GALIENVM
PRÆFATIO.



ET V S iste disertorum mos fuit, ut exercendi ingenij causa Græcos libros Latino sermone absoluerent, & quod plus in se difficultatis habet, poemata illustrium uirorum addita metri necessitate transferrent. Vnde & noster TULLIVS Platonis integros libros ad uerbum interpretatus est. Erum Aratum iam Romanum hexametris uersibus addidisset, in Xenophonis Oeconomyco lusit. In quo opere ita saepe aureum illud lumen eloquentie quibusdam scabris & turpulentis obicibus retardatur, ut qui interpretatum nesciunt, à Cicerone dicta non credant. Difficile est enim alienas linguas insequentem non alibi excidere: Arduū, ut quæ in aliena lingua benedicta sunt, eundem decorem in translatione conferuent. Significatum est aliquid unius uerbi proprietate, nõ habeo meum quod id efferam, & dum quæro implere sententiam, longo ambitu uix breui spacia consumo: Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, uarietates figurarum: Ipsum postremo suum, & ut ita dicam, uernaculum linguæ genus, si ad uerbum interpretor, absurde resonat: si ob necessitatem aliquid in ordine, in sermone, mutauero, ab interpretis uidebor officio recessisse. Itaque mi Vincenti charissime, & tu Galiene pars animæ meæ, obsecro, ut quicquid hoc tumultuarij operis est, amicorum nõ iudicij animo relegatis: præsertim cum & notatio, ut scitis, uelocissime dictauerim, et difficultatem rei etiã diuinorũ uoluminum instrumenta testentur, quæ à LXX Interpretibus ædita nõ eundem saporem in Græco sermone custodiunt. Quamobrem Aquila, & Symmachus, & Theodotion incitati, diuersum penè opus in eodem opere prodiderunt: alio nitente uerbum de uerbo exprimere, alio sensum potius sequi, tertio non multum à ueteribus discrepante: Quinta autem, & sexta, & septima æditio licet quibus censeatur autoribus ignoretur, tamen ita probabilem sui diuersitatem tenet, ut auctoritatem sine nominibus tenuerint. Inde ad eò uenit, ut sacra litera minus compta, & dure sonantes uideantur, quod discreti homines interpretatas eas de Hebræo nescientes, dum superficiem non medullam inspiciunt, ante quasi uellem orationis sordidam perhorrescant, quàm pulchrum intrinsecus rerum corpus inueniant. Denique quid Psalterio canorius? quod in morem nostri Flaccii, & Græci Pindari, nunc Iambo currit, nunc Alcaico personat, nunc Sapphico tumet, nunc semipede ingreditur. Quid Deuteronomij & Esaia cantico pulchrius? quid Solomone grauius? quid perfectius Iob? Quæ omnia hexametris & pentametris uersibus, ut Iosephus & Origenes scribunt, apud suos composita decurrunt. Hæc cum Græcè legimus, aliud quiddam sonant, cum Latine penitus inhaerent. Quod si cui non uideatur linguæ gratia interpretatione mutari, Homerum ad uerbum exponat Latinum: Plus aliquid dicam, eundem in sua lingua profæ uerbis interpretetur, uidebit ordinem ridiculum, & poetam eloquentissimum uix loquentem. Quorsum ista? Videlicet ut non uobis mirum

Ciceronis
eloquentia
Græcis
uertendis
non satis
fecit.

B

Libri sacra scriptura præcipui carmine scripti sunt.

A uideatur

D. HIERONYMI

uideatur si alicubi offendimus, si tarda oratio aut consonantibus asperatur, aut uocalibus hiulca uel diuisa sit, aut rerum ipsa breuitate constringitur, cum eruditissimi homines in eodem opere sudauerint, & ad communem difficultatem, quam in omni interpretatione causati sumus, hoc nobis proprium accedat, quod historia multiplex est, habens barbara nomina, res incognitas Latinis, numeros inexplicabiles, uirgulas rebus pariter ac numeris intertextas, ut penè difficilior sit legendi ordinem discere, quam ad lectionis noticiam peruenire. Ut autem manifesto cognoscantur indicio, ad quem numerum historia quæque pertineat, has distinctiones positas lector aduertat, ut si ad primum numerum regni primitus adnotati historia referenda est, primam literam in explicatione historiae contempletur, & si quidem eam ex minio uiderit, illi tempore applicandam uel anno sciat, quem suggererit numerus similiter eodem minio figuratus. Si uero numerum non puro minio, sed mixto nigro notatum esse peruerit, secundæ lineæ numero debetur historia. Si autem tertio numerorum ordini applicandum est, quod fuerit adscriptum, medium puro minio numerum, & partem reliquam ex solo nigro expressam conspicabitur. Quarta numeri linea nihil habebit ex minio, sed indicio erit, quod sibi historia debeatur cum minio facta litera in principio enotationis historiae, quæ etiam superioribus signis subdenda est, nihilominus apparebit nullo superius memoratorum signorum in numeris respondere. Sin uero non minio, sed mixtum nigro rubroque litera fuerit expressa, resurgens ex rubro numerus in quintam numerorum lineam poterit aduertiri. Et ita sexta linea numeri ut secundæ, septima ut tertiam designabatur, octaua quoque ut quarta apparenti litera bicolori. Cum uero nec in numeris, nec in explicatione historiae ullum illorum quæ prædicimus signorum fuerit, non linea quod annotatum fuerit uendicabit. Non tamen omnia huiusmodi requirenda sunt necessariò, cum minor est numerus linearum. Unde præmonendum puto, ut prout quæque scripta sunt, etiam colorum diuersitates seruentur, ne quis irrationabili extimet uoluptate oculis tantum rem esse quæsitam, & dum scribendi tædium fugit, labyrinthum erroris intexat. Id enim elucubratum est, ut regnorum tramites, qui per uiciniam nimiam penè mixti erant, distinctione minij separarentur, & eundem coloris locum quem prior membrana signauerat, ex aduerso positi numeri retinerent, uel etiam posterior scriptura seruaret. Nec ignoro multos fore, qui solita libidine detrahendi omnibus, quod uitari non potest, nisi qui omnino nil scribit, huic uoluminigeni genuinum dentem infigant. Calumniabuntur in tempora, conuertent ordinem, res arguent, syllabas uentilabunt. Et quod accidere plerisque solet, negligentiam librorum ad autores referent. Quos cum possem meo iure reprecutere, ut si displicet non legant, malo breuiter placatos dimittere, ut & Græcorum fidem, suo autori adsignent, & quæ noua asseruimus, de alijs probatissimis uiris libata cognoscant. Sciendum etenim, me esse & interpretis & scriptoris ex parte officio usum, quia & Græca fidelissime expressi, & nonnulla quæ mihi intermissa uidebantur adieci, in Romana maxime historia, quam Eusebius, huius conditor libri, non tam ignorasse, utpote eruditissimus, quam ut Græca scribens parum suis necessariam perstrinxisse mihi uideatur. Itaque à Troiano & Abraham usque ad Troiæ captiuitatem pura Græca tractatio est. A Troia usque ad uicesimum Constantini annum nunc addita, nunc mixta sunt plurima, quæ de TRANQUILLO, & cæteris illustribus historicis curiosissime excerptimus. A Constantini autem supradicto anno usque ad consulatum

Hieronymus interpretis & scriptoris officio sumtus est.

IN EVSEB. CÆS. PRÆFATIO.

tum Augustorum Valentis VI, & Valentiniani iterum totum meum est. Quo sine contentus, reliquum tempus Gratiani & Theodosij latioris historiae stylo referui. Non quo de uiuentibus timuerim libere & uere scribere, timor enim dei hominum timorem expellit, sed quoniam debachantibus adhuc in terra nostra Barbaris, incerta sunt omnia.



EVSEBII PAMPHILI CÆSARIENSIS IN CRONICON SVVM PRÆFATIO, D. HIERONYMO INTERPRETE.

MOSENGENTIS Hebraicæ, qui primus omnium Prophetarum ante aduentum domini Saluatoris diuinas leges sacris literis explicauit, Inachi fuisse temporibus eruditissimi uiri tradiderunt. Ex nostris Clemens & Africanus, & Tratianus, ex Iudæis, Iosephus, & Iustus, ueteris historiae monumenta replicantes. Porro Inachus quingentis annis Troianum bellum antecedit. Ex Ethnicis uero impius ille Porphyrius in quarto sui operis libro, quod aduersum nos casto labore contexit, post Moysen Semiramim fuisse adfirmat, quæ apud Assyrios ante Inachum regnauit annis. Itaque iuxta eum DCCC Inachus, & L annis Troiano bello Moyses senior reperitur. Cum hæc ita se habeant, necessarium duxi ueritatem diligentius persequi: Et ob id in prioribus libris quasi quandam materiam futuro operi omnium mihi regum tempora prænotauimus, Chaldaeorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebraeorum, Aegyptiorum, Atheniensium, Sicyoniorum, Argiuorum, Lacedæmoniorum, Comithiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romanam nuncupati sunt. In præsentem autem stylo eadem tempora contra se inuicem ponens, & singularum gentium annos dinumerans, ut quid cuique uicium fuit, ita curioso ordine coaptauimus. Neque me fugit, in Hebraicis codicibus dissonos ætatum annos inueniri, plusque uel minus, prout interpretibus in fidem traxit. Verum utcumque quis uolet computet, & reperiet Inachi tempus, quem primum Argis regnasse aiunt, Patriarcham Hebraeorum fuisse Israelim, à quo XII Iudæorum tribus Israelitis uocabulum sortitæ sunt, Semiramim autem & Abraham contemporales fuisse manifestum est. Nam Moyses superior deprehenditur, Homero scilicet & Heliado, Troianoque bello, ac multo

XII trib. Israelis unde dicta.

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C superior Hercule, Musæo, Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Ascula-
pio, Libero, Mercurio, Apolline, & cæteris dijs gentium, sacris que uel uatibus:
Iplius quoque Iouis gestis, quem Græcia in arce diuinitatis collocauit. Hos
inquam, omnes quos enumerauimus, etiam post Cecropem Diphym primum
Atticæ regem fuisse conuincimus. Cecropem autem præsens historia Mosis
coætaneum ostendit, & antecedere Troianum bellum annis ccccl. Quod ne
cui dubium uideatur, sequens ratio sic probabit: Quadragesimo secundo an-
no imperij Augusti CHRISTVS natus est, quindecimo Tiberij anno prædicar-
e orsus est. Si quis igitur retrorsum annorum supputans numerum alienum
Darij regis Persarum quærat annum, sub quo templum Hierosolymorum, quod
à Babylonijs destructum fuerat instauratum est, reperiet à Tiberio usque ad Da-
rium annos D XLVIII. Darij quippe secundus annus sexagesimæ quin-
tæ Olympiadis anno primo fuit, & Tiberij xv in ducentesimam decimam
Olympiadem incurrit. Fiunt ergo inter Darium & Tiberium Olympiades
cxxxvii, anni D XLVIII quadriennio in una Olympiade supputato.
Deinde secundo anno Darij anno, Lxx desolationis templi annus exple-
tur, à quo usq; primam Olympiadem retrorsum numeratur Olympiades Lxiiii
anni cclvi. Qui similiter supputantur à supradicto desolationis templi an-
no usque ad L annum Ozia regis Iudæorum, sub quo Esaias & Ozeas fuerunt.
Itaque prima Olympias in Esaiæ, & reliquorum incurrit ætatem, qui cum eo pro-
phetauerunt. Rursum si à prima Olympiade ad superiora tempora usque ad
captiuitatem Troiæ proueharis, inuenies annos cccclx, quos & nos in priora
re opusculo digessimus, ut curiosissima Græcorum historia conscribit. Item ad
Sampson
Hercules
potest uide-
ri.
Sampson, & tertium annum Labdon iudicis, supputabis annos cccclx. Sams-
pion autem est, quem in corporis robore Herculi similem serunt posteri Iudæo-
rum: Et mihi uidentur non multum inter se distare tempore, siquidem ambo cir-
ca Troiæ captiuitatem fuerunt. Post hoc iterum ad priora conuerte te, & cum
ccc tibi & xxxviii annos pes retroactus impleuerit, Græcorum Cecropem
Diphym, & Mosen inuenies Hebræorum. Nam & xlv Cecropis anno usq;
ad captiuitatem Troiæ, & ab Lxxx ætatis Mosis anno, in quo populum Israeli-
ticum de Ægypto eduxit, usq; ad Labdon & Sampson iudices, computantur an-
ni cccxxviii. Itaque sine ulla ambiguitate Moses & Cecrops, qui primus
Atheniensium rex fuit, isdem fuere temporibus. Porro iste est Cecrops Diphy-
es indigena, sub quo primum in arce Oliua orta est, & Atheniensium urbs ex Mi-
neruæ appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Iouem appellauit, si-
mulachra reperit, aram statuit, uictimas immolauit, nequaquam istiusmodi rebus
in Græcia usquam uisis. Cætera quoq; quæ apud Græcos mira iactantur postero
ra Cecropis annis deprehenduntur. Si autem Cecropis, consequenter & Mosis,
qui cum Cecrope fuit. Post hunc enim scribitur diluuium sub Deucalione, in cæ-
dium sub Phaetonte, Erichthonius Vulcani & Terræ filius, Dardanus qui Dard-
daniam condidit, de qua Homerus,

Quem primum genuit celesti Iupiter arce,
Liber quoq; & raptus Europæ, sacra Cæreris atq; Ilidis, delubrū in Eleusina frus-
menta Triptolemi, regnum Trois,
Cuius dii natum Ganymedem ad sydera raptum
Vina Iouis magni uoluerunt fundere mensis.

Quo

D. HIERONYMO INTERPRETE. 3

Quo tempore quoq; Tantalus & Tityus fuerunt, & Apollo natus. Nam & La-
tona Iouis coniunx tunc Paticia fugit. Latone autem & Iouis Apollo filius. Ortygia.
Post quos Cadmus Thebas uenit, qui Semelen genuit, de qua

Pulcherrima proles

Liber condignam partu tulit ædita frugem.

Porro Liber & reliqui, quos mox inferemus, post cc annum Cecropis fue-
runt: Linus scilicet & Zetus, & Amphion, Museus, Orpheus, Ninus, Perseus,
Asculapius, gemini Castor & Pollux, Hercules cum quo Apollo seruiuit Ad-
meto. Post quos facta est Troianæ urbis euersio, quam Homerus longo se-
quitur interuallo. Homerus autem Solone & Thalete Milesio, cæteris que qui

Homerus
septem Sa-
pientibus
maior.

cum ijs septem Sapientes appellati sunt, multo prior reperitur. Deinde Pytha-
goras extitit, qui se non sapientem ut priores, sed φιλόσοφος, id est amatorem sa-
pientiæ, dici uoluit. Quem secutus Socrates, Platonem erudiuit, à quo famosa in
partes philosophia diuisa est. Horum singulos iuxta ordinem sequentis historia

hinc locis inferemus. Igitur Moses cunctos quos supra memorauimus antece-
dit, qui ætate Cecropis fuisse monstratus est. Ab Lxxx autem anno Mosis, &
egressu Israel ab Ægypto, rursus ad superiora conuersus usque ad primum an-
num Abraham, reperies annos DL. Quos similiter à XLV anno Cecropis us-
que ad Ninum & Semiramim Assyriorum principes supputabis. Primus quip-
pe omnium Asiæ, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnauit. Itaque manifestum
est Abraham Nini ætate generatum, iuxta eum tamen numerum, quem contra-

ctorem additione uulgata sermo præbet hebræus. Verum incuriositate ne cesses,
& cum diuinam scripturam diligenter euolueris, à natiuitate Abraham usque ad

totius orbis diluuium inuenies retrorsum annos DCCCXLII. Item à dilu-
uio usque ad Adam MCCCXLII, in quibus nulla penitus nec Græca, nec Bar-
bara, ut loquar in commune, gentilis reperitur historia. Quamobrem præsens
opusculum ab Abraham omnino usque ad nostram ætatem inferiora tempo-
ra persequetur, & statim in principio sui Hebræorum Abraham, Assyriorum
Ninum & Semiramim proponet. Quia neque Athenarum adhuc urbs, neque
Argiutorum regnum nomen acceperat, solis Sicyonijs in Græcia florentibus.

B

Apud quos temporibus Abraham & Nini Europem secundum regnasse serunt.
Quod cur etiam nos putemus, ex sequentibus demonstrabitur. Si enim diligen-
ter enumeres ab ultima ætate Nini usque ad Troiæ captiuitatem, inuenies an-
nos DCCCXXXIII. Item in Sicyone à xxxii anno regis Europis usque ad
supradictum tempus, eosdem annos inuenies DCCCXXXIII. Apud Hebræo-
rum quoque à natiuitate Abraham usq; ad Labdon & Sampson iudices Hebræo-
rum, qui Troianis temporibus populo præfuerunt, æque supputabis annos
DCCCXXXIII. Item apud Ægyptios ab ætate Nini & Semiramidis, quo tem-
pore sextadecima iam Dynastia Thebæi Ægyptijs imperabant, usque ad xx
Dynastiam, & regem Ægypti Thuorim, qui ab Homero Polybus uocatur, sub
quo Troia capta est, colliguntur etiam supradicti anni DCCCXXXIII. Igitur
consequenter in libelli fronte ponimus uno eodemque tempore Abraham,
Ninum, Semiramim, Europem, Ægyptiorum, Thebeos. Et hæc quidem ita se
habere, ut præfati sumus, posterior textus ostendet. Nunc illud in cura est, ut
etiam Hebræorum annos in quatuor tempora diuidamus. Ab Abram usque
ad Mosen, à Mose usque ad primam ædificationem templi, à prima ædificatio-
ne templi usque ad secundam instaurationem eius, ab instauracione eius usque
ad aduentum Domini. A natiuitate quippe Abraham usq; ad Mosen, & egressum
ad aduentum Domini.



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C Israel ex Aegypto, computantur anni DL. A Mose usq; ad Solomonem, & primam ædificationem templi, anni ccccxxix: secundum minorem tamen numerum, quem tertius Regnorum liber continet. Nam iuxta uolumen Iudicum supputantur anni DC. A Solomone uerò usq; ad instaurationem templi, quæ sub Darso Persarum rege facta est, colliguntur anni DCXII. Porro à Dario usq; ad prædicationem domini nostri IESV CHRISTI, & usq; ad undecimum annum Tiberij principis Romanorum explentur anni DXLVIII. Itaque simul fiunt ab Abraham usque ad quindecimum Tiberij annum anni MCCCCXL. Similiter à Nino & Semiramide usque ad Mosen & Cecropem, anni DL. A Cecrope usque ad captiuitatem Troiæ, anni CCCCLX. A captiuitate Troiæ usque ad primam Olympiadem, anni CCCCLX. A prima Olympiade usque ad secundum Darij annum, & instaurationem templi, anni CCLVI. A secundo Darij anno, & instauratione templi usque ad quindecimum annum Tiberij Cæsaris, anni DXLVIII. Fiunt simul à Nino & Semiramide usq; ad quindecimum Tiberij annum, anni MCCCCXXX. quos & ab Abraham usq; ad Tiberium ostendimus supputatos. A Tiberij autem quindecimo anno, usque ad decimum quartum annum Valentis, quod interijt, numerantur anni CCLXI. Itaq; fiunt anni istius historiae, MCCCCXCV. Et ne longus ordo numerorum aliquid fortè turbationis afferat, omnem annorum congeriem in decadas decidimus, duas ex singulorum gentium historijs congregantes sibi inuicem fecimus esse contrarias, ut facilius præbeatur inuentio, cuius Græci ætate, uel Barbari, Prophetæ, & reges, & sacerdotes fuerint Hebræorum. Item qui diuersarum gentium falsò crediti dii, qui de illustribus uiris Philosophi, Poëtæ, principes, scriptoresq; uariorum operum extiterint, & si qua alia digna memoria putauit antiquitas, quæ uniuersa in suis locis summa breuitate ponemus.

EVSEBII

EVSEBII PAMPHI
LI CÆSARIENSIS CRHONICON,
DIVO HIERONYMO INTER
PRETE.

INCIPIVNT tempora totius seculi, Regesque gentium omnium, quibus locis, quibusque temporibus suis prouincijs, & quantum regnauerint, uel si quid memorie digni per generationes, natiuitates & regna, & ducatus, per omnem ætatem Iudicum, & omnium regum Iuda, & aliorum qui non ex eadem tribu regnauerunt, & per regnum Assyriorum, cæterarumque gentium, & tempora Dictatorum cum Consulibus ordinarijs. Sed & tempora Imperatorum & Cæsarium, & quibus temporibus historiographos fuisse dixerunt, sed & successiones eorundem, quod per ordinem rerum superius declaratum est. Quorum uniuersa tempora, gesta, siue apud Hebræos, uel apud Græcos, uel apud Romanos, siue apud Barbaros, cæterasque gentes quæ gesserunt uel constituerunt per historias, in hoc libro plenissimè demonstrantur: quod & in libro hoc historiae singulae conscriptæ declarant deorum generationem, uel singulorum progeniem, siue hijs temporibus ipsis antelatis quæ gesserunt, et tempora Olympiadum, ex quo primus agone gymnicus constitutus, quod Græci Olympias appellant. Et quo tempore aduentus fuit saluatoris nostri IESV CHRISTI, siue passio eius: simulque & nomina episcoporum Ecclesiarum numero quatuor, hoc est, Romanorum, Alexandriae, Hierosolymorum, & Antiochiæ, qui per easdem ciuitates Metropoles prouinciarum Episcopi, quantum temporis singuli sederint, uel qui eorum episcopatus tempore sui martyrij coronatus sit, siue tempora persecutionum, quibus temporibus ecclesie dissipatae sint. Sed & tempora regum Macedonum, Alexandriae, & quoto agone Olympiadum, uel quibus temporibus seu Consulibus finem Alexander fecerit ludæis, uel Vespasianus insecutionem siue destructionem templi eorum miserit, & tributa eis constituit, numeratio temporum non solum ante hominum generationem, sed etiam ante lumina ipsa atque stellas esse cognoscitur. Nam cum primus fecit Deus cælum & terram, cum ipsis quoque elementis, quæ in hijs elementis condita sunt, id est, aqua & spiritus, abyssosque & tenebras, necdum ludibus, neque syderibus constitutis, dixit deus: Fiat lux: & facta est lux: Et uide deus lucem quia bona est, & separauit deus inter lucem & tenebras, & uocauit deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem: & factum est uespere & mane dies unus. Hic primus dies seculi, non primus dierum omnium. Ideoque non primus, sed unus nominatus est. Secundo autem die factum est firmamentum in medio aquarum, quod & diuisit inter aquam & aquam. Tertio autem die congregatae sunt aquæ quæ sunt sub cælo, in congregationem unam, & apparuit arida, quam deus terram nominauit, atque congregationes aquarum appellauit maria. Herbamque produxit terra, & lignum fructiferum cum semine suo. Quarto igitur die facta sunt luminaria duo in firmamento cæli, ut luceant super terram ad inchoationem diei et noctis, & ut diuidant inter diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, & sint in splendore.

Olympias
Græcorum.
B
Quatuor
primarie
Episcoporum
sedes.

OPAEVSEBII CÆSARIENSIS



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C rem firmamenti coeli, & luceant super terram. Quibus ita perfectis, manifestum est luminibus ipsis antecedere lucem tribus diebus. Vnde mihi uidentur Ægyptij, ceteræque gentes hoc sequentes decretum, quatuor annis impletis, **Bissextus.** diem integrum superfluum adijcere, quem etiam Bissexum nominauerunt. Nam cum tres dies istos computare quisint, atque recogitare uoluerimus, unius anni centesimam uigesimalmq; partem istam esse cognoscimus. Centesima autem & uigesima dies inuicem computata, ista tertia pars esse anni dignoscitur. Tertia ergo addita parte annali quadriennio, dies integer completur, atque ad partium partes menses atque anni superflui computantur, quos **Embolismos.** braei quidem Embolismos uocare solent, Ægyptij autem exaltationes syderum atque stabilitates appellant: imò bissexum ob rememorationem lucis atque dierum & noctium, quæ luminibus triduum antecesserunt celebriter, in deo quod tres dies sine auctore & sole processerunt. Nos igitur tempora conscribimus, non quæ sunt seculi mundi, neque luminum aut syderum, neque fructuum aut lignorum, aut piscium, sed generationes hominum, cuius primus fuit Adam, factus sexto die. Quinto autem die dixit Dominus: Educant aquæ reptilia animarum uiuarum, & uolatilia aeris coeli. Et factum est sic. Et fecit Deus belluas, & cetos, & omnem animam uiuam repente, quas eduxerunt aquæ secundum suum genus. Et uidit Deus quia bona sunt, & benedixit ea Deus, & dixit: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas quæ sunt in mari, & uolatilia multiplicentur super terram: Et factum est uespere & mane dies quintus. Sexto autem die dixit Dominus: Educant terra animam uiuam secundum genus suum, quadrupedia & reptilia, bestias terræ secundum suum genus: Et uidit Deus quia bona sunt, & dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & habeat potestatem piscium maris, & uolatilium coeli, & omnium iumentorum, & totius terræ, & omnium reptilium quæ sunt super terram. Et fecit Deus hominem, secundum imaginem fecit eum: masculinum & foeminam fecit eos, & benedixit eos, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & habete potestatem piscium maris, & uolatilium coeli, & omnium reptilium quæ sunt super terram. Quomodo autem Deus eum, & unde fecerit, post alia dicit: Et finxit hominem Deus de limo terræ, & sufflauit in faciem eius spiritum uitæ, & factus est homo in animam uiuentem. Et iterum post alia: Et dixit Dominus deus: Non esse bonum hominem solum, faciemus ei adiutorium secundum eum. Et post alia: Adæ autem non est inuentus adiutor similis illi: Et immisit Deus soporem in Adam, & obdormiuit: & apprehendit unam costam de latere eius, & repleuit locum caro eius: Et edificauit Dominus costam quam sumpsit ab Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam uidere quid eam uocaret. Et dixit Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: Hæc uocabitur Virago, quia de uiro suo sumpta est. Ex hijs duobus omnis hominum multiudo procreata est. Vnde etiam nos dinumerationem temporum facientes incipimus, Adam, Eua. Adam autem uocauit nomen mulieris suæ Eua, quod interpretatur uita, quia ipsa est mater uiuentium. Adam autem cognouit Eua uxorem suam, & concipiens peperit Cain, & dixit: Accipiam quisiui hominem per Deum, & adiecit fratrem illius parere Abel. Et factus Deo obsequens pastor ouium, Cain uero agricola. Igitur cum uterque de suorum laborum fructibus immolarent, apparerent autem oblationes Abel acceptabiles magis coram Domino, tactus Cain inuidia, insolens fratrem innocentem

Eua quid sonet.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

innocentem interemit, cuius morte genitor consternatus, ac sublatus in tempora, ab amplexu coniugis abstinuit Adam. Cum uero esset annorum **CL** Adam, genuit Seth, deinde alios mares & foeminas. Fuerunt autem anni eius **DCCCCXXX**. Seth autem cum esset annorum **CXXX** genuit Enos: deinde in tempus alios mares & foeminas. Fuerunt autem anni eius **DCCCCXII**. Enos uero cum iam esset nonagenarius genuit Cainam: deinde alios filios & filias. Fuerunt autem anni eius **DCCCXV**. Cainam uero cum esset septuagenarius genuit Malaleel: deinde alios filios & filias. Fuerunt omnes anni eius **DCCCCX**. Malaleel quadragenarius genuit Iareth, deinde alios filios & filias. Fuerunt anni eius **DCCCXCV**. Iareth in **CLXII**. anno genuit Enoch: deinde in tempora alios filios & filias. Fuerunt anni eius omnes **DCCCLXII**. Enoch autem **LXV** anno genuit Mathusalem: deinde alios filios & filias. Vir fuit iustus, uixit in humanis annis **CCCLXV**, & assumptus est. Mathusalem uero in **CLXXXVII**. anno genuit Lamech: deinde alios filios. Omnes anni eius **DCCCLXIX**. Lamech autem anno **CLXXXII**. genuit Noe, qui interpretatur consolator ab operibus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus: & deinde alios filios & filias. Fuerunt omnes anni uitæ eius **DCCCLXXVIII**. Superiori tempore Cain fraticida ob diuinam indignationem profugit ad orientem, & genuit Enoch, ad cuius proprium nomen fundauit urbem in uocabulo filij. Porro Enoch genuit Gaidad, qui genuit Mauiael, qui genuit Mathusalem, qui genuit Lamech, qui ex argumeto uaticinatus diuinam ultionem septuplam fuisse in Cain propter homicidium fratris. Si autem septuagies septies futuram ob necatum a se adolescentem sui uulneris in liuore. Iste Lamech duxit sibi binas uxores, Adda scilicet & Sella. Ex Adda genuit Iohel, qui primum in tentorium habitaculis moram gessit. Ex eadem genuit Iubal, qui fuit citharæ doctorum primus. Ex Sella genuit Thobel, qui mirabilis malleator fuit in omni fabricate metallorum. Noe uero cum quingentorum esset annorum genuit Sem, Cham & Iaphet. Et cum multiplicassent homines super terram ualde, ac ducerent uxores speciosas, in quartam formam exarscerent in concubitu, prout cuiusque libido fuit, ex quibus Giganti uiri famosi potentes a seculo geniti in re, sine cultu religionis. Cum foret autem Noe solus iustus placens Deo in generationibus suis, decreuit Deus seruari de quacunque specie ad reparandum semen cuiuslibet animantium: cetera autem uniuersa per diluuium perdere ac ulcisci, ab homine usque ad pecus, tam uolatilium quam reptantium super terram. Instituit ergo Noe fabricari Arcam ex lignis elaboratis, & leuigatis tabulam, bitumine linitam intrinsecus & extrinsecus, diuisam in mansiunculas & tripartita. In quam sic dispositam introduit Noe cum filijs & uxoribus suis, ac introduserunt nutu dei ex omnibus animantibus mundis: ex foeminis septena, ex imundis uero bina: Escam similiter iuxta propriam cuiuslibet naturam conuenientia ad uescendum pabula. Septimo autem die ab ingressu Arca, quæ fuit **XVII** mensis secundi, excefferunt aquæ terminos & confinia naturæ, tantaque uis incrementi per dies quadraginta scissis cataractis coeli, donec nedum superficem totius orbis, sed uniuersa montium cacumina sub undis inuolueret cubitis **XV** altiores,

A Adam.
Seth.
Enos.
Cainam.
Malaleel.
Iareth.
Enoch.
Mathusalem.
Lamech.
Noe.
Cain.
Enoch.
B
Iohel.
Iubal primus citharæ doctor.
Thobel.
SECVNDA
TAS.
Gigantes.
Arca Noe

OPAEVSBCE



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C XV altiores. Porro Arca ferebatur super aquam, ex qua cōsumpta est omnis caro quæ mouebatur super terram, uolucrum animantium, bestiarum, omniumq; reptibulum, quæ reptabant super terram, uniuersi homines, & cuncta in quibus erat spiraculum uitæ. Obtinueruntq; aquæ terras CL diebus, & recordatus est deus Noe, & omnium animalium quæ erant cum eo in arca, adduxitque spiritum super terram, & cessauit aqua, & adoperiti sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli, & cessauit pluuia de Ioco, & deficiebat aqua descendens de terra, & diminuebatur aqua post cxxx dies, & sedit Arca in septimo mense xxvii die mensis super montes Ararath. Isti montes in Armenia superiore sunt secus Persas, Aqua autem magis diminuebatur, usque ad decem menses, Decimo autem mense primo die mensis uisa sunt capita montium. Et factum est post cl dies, aperuit Noe fenestram Arca, quam fecerat, & dimisit coruum uidere si cessasset aqua à facie terræ, & exiens non est reuersus ad eum. Et sustinuit donec siccaretur aqua à terra, & dimisit columbam à se uideri, si aqua cessasset à facie terræ, & non inueniens columba requiem pedibus suis, reuersa est ad eum in Arcam: quia qua erat super omnem faciem terræ. Extendens autem manus suas Noe, accepit eam, & induxit eam apud se in in arcam: & sustinuit adhuc septem dies uolios, & iterum dimisit columbam de Arca, & reuersa est ad eum columba ad uesperum, & habuit folium oliuæ cum surculo in ore suo. Et intellexit Noe quia cessauit aqua à facie terræ. Et sustinuit Noe adhuc septem dies columbam, & non est ausa reuerti ad eum. Tenuit ergo diluuium terram donec siccaretur annum integrum. Postquam introiuit autem Noe in Arcam, septimo die inclusit, deinde foras fenestram Arca, & xl diebus, & xl noctibus facta est pluuia, stetitq; aqua cl dies. Post istos dies clausi sunt fontes abyssi, & coepit aqua diminui. Septimo autem die sedit Arca super montem Ararath. Diminuebatur autem aqua usque xi menses. Prima autem die huius mensis clausit Arca reatum post annum integrum. & hoc ipsum scribitur & significat diluens: Et factum est in primo & sexto anno uitæ Noe, primo die mensis, cum minuisset aqua à facie terræ denudauit Noe reatū Arca quod fecerat, & uidit quod defluxisset aqua à facie terræ. In secundo autem mense vii & xxx die mensis siccata est terra: & exiit Noe & uxor eius, & filij eius, & uxores filiorum suorum cum eo, omnes bestia, & omnia pecora, & omnia reptilia, quæ mouentur super terram secundum genus suum, & omnia uolatilia secundum genus eorum exierunt de Arca.

AB ADAM usque ad diluuium sunt anni mccc xlii. Secundum Hebræorum numerum m dclvi. Et facti sunt omnes dies Noe anni dcccc l, & mortuus est. Filij Noe, Sem, Cham, & Iaphet. Filij Sem, Elam, unde Elamitas: Assur, unde Assyrii: Arphaxad, unde Arabi: Lud, unde Lydij: Aram, unde Syrii. Aramei autem Syriace dicuntur filij Aram, gentes Barbarorum. Vise aligatus quæ mosos sunt sub Persas. Filij Cham, Chus, unde Æthiopes, Mestres, unde Ægyptij: Furfur, unde Æthiopum gens: Chanaan, Chananæi. Filij autem Chus, Saba, unde Sabæi dicti. Ab ista terra regina uenit uidere sapientiam Solomonis: Euilat, gens Euileæ. Filij Iaphet, Gomer & Magog, & Madai, & Iay nam, Eliffa & Thobel, & Mofoth, & Thiras, Filij Gomer, Asconez, unde gentes Gothicae.

NATIONES

D. HIERONYMO INTERPRETE.

NATIONES SEM.

A Rphaxad genuit Salam, Sala autem genuit Heber, unde Hebræi. Filij autem Heber, Phalec & Iectan. Iectan autem genuit Elmodad, & Saleph, & Afarmoth, & Iareth, & Adoram, & Aizal, & Decla, & Abimael, Saban & Vphir, & Euilat, & Iobab: Hij omnes sunt filij Iectan. Et facta est habitatio ipsorum à Messe usque dum ueniatur in Sephar montem orientis. Hi filij Sem in tribus suas, secundum linguas suas, in regiones suas & nationes suas.

NATIONES CHAM.

Nemrob. Abatha & Regma Sabathaca. Filij autem Regma, Seba & Dadan. Chus autem genuit Nemroth. Hic coepit esse Gigas super terram, uenator ante Dominum. Et factum est in initio regni eius Babylon, Arach & Acad, & Iacar, & Chalanne, in terra Sennaar, ubi statuit Nuchodonosor statuam suam. Et Mesaraim genuit Ludim, & Anamijm, & Labijm, & Nephthuijm, & Phetruijm, et Celuim: unde egressus est inde Philistijm & Caphthuurim. Chanaan autem genuit Sidona primogenitum, et Cethæum, Iebuseum, & Amorrhæum, & Gergesæum, & Arachæum, & Samariū, & Amathæum. Hij sunt filij Cham in tribus suas secundum linguam suam, & terris suis, & gentibus eorum.

NATIONES IAPHET.

B Omer, & Magog, & Madai, & Iaynam, & Thobal, & Mofoch, & Thiras. Et filij Gomer Aschonez, & Rhiphath, & Thogorma. Et filij Iaynam Eliffa & Tharsis, Citij, Rhodij. Ab his diuisæ sunt insulae Gentium in terra eorum, unusquisque secundum linguam suam in tribubus suis, & gentibus suis.

SEM filius Noe cum esset annorum c genuit Arphaxad secundo anno post diluuium. Et uixit Sem postquam genuit Arphaxad annis cccc: & genuit filios & filias, & mortuus est. Arphaxad cum esset annorum cxxxv genuit Cainan. Et uixit Arphaxad postquam genuit Cainan annis ccccxxx, & genuit filios & filias. Cainan cum esset annorum cxxx genuit Sala. Et uixit Cainan postquam genuit Sala annis ccccxxx, & genuit filios & filias, & mortuus est. Sala cum esset annorum cxxx genuit Heber. Et uixit Sala postquam genuit Heber annis tccc, & genuit filios & filias, & mortuus est. Heber cum esset annorum cxxxiiii genuit Phalec. Et uixit Heber postquam genuit Phalec annis cccclxx, & genuit filios & filias, & mortuus est. Phalec cum esset annorum tccxxx genuit Rhagau. Et uixit Phalec postquam genuit Rhagau annis ccix, & genuit filios & filias, & mortuus est. Rhagau cum esset annorum cxxxii genuit Seruch. Et uixit Rhagau postquam genuit Seruch annis c, & genuit filios & filias, & mortuus est. Seruch cum esset annorum cxxx genuit Nachor. Et uixit Seruch postquam genuit Nachor annis cc, & genuit filios, & filias, & mortuus est. Nachor cum esset annorum t lxxxix genuit Thare. Et uixit Nachor postquam genuit Thare annis cxxv, & genuit filios & filias, & mortuus est. Thare cum esset annorum lxx genuit Abram, & Nachor, & Aram. Aram autem ante cōspectum patris sui mortuus est, reliquitq; filium qui nominabatur Loth, quem sociū habuit Abram. Ab anno diluuij usq; ad natiuitatem Abræ sunt anni m d c c x x, Thare iste post mortem filij sui Aram adduxit

OPA. FVSB. C. A. S. R. S. R.



D. EVSEBII CÆSARIENSIS

c adduxit omnes suos de sua regione & prouincia. i Assyriorum ubi nati fuerunt & Abram, & Nachor, & Aram mortuum filium, & uenit in terram Charan & habitauit ibi annis ccl. & mortuus est in Charan, ubi habitauit in regione Chanæorum. Huius Tharæ anno xxviii. Assyriorum rex primus Belus mortuus est, quem Assyrii deum nominauerunt, & alij dicunt Saturnum, atque filio suo regnum tradiderunt: uocabatur autem Ninus. Huius Tharæ anno xlix Sicyoniorum in Græcia regnauit Europs defuncto Ægialeo, qui primus Sicyoniorum regnauit: ex quo territorium Peloponnesiorum Ægialea uocabatur.

Nachor uir, Melcha coniunx. Filij Melchæ, Hus, Buz, Camuel, Cazad, Axau, Pheldas, Ieldath, Bathuel. Iste est qui supra Bathuel, ex quo Rebecca, hæc est uxor Isaac: Concubina Roma. Filij Romæ, Chaman, Thabee, Thua, Maacha. Nascuntur ergo ex Nachore & Melcha uxore filij octo, atque nepris Rebecca, quæ fuit uxor Isaac: Et ex Roma Concubina nascuntur filij quatuor. Omnes ergo filij Nachor duodecim. Abraham maritus, Sarra uxor. Filij Sarra, Esau, Iacob: Concubina Agar, ancilla Sarra. Ismael. Filij Ismael, Nabaioth, Cedar, Nabdeel, Massa, Masma, Iduma, Masse, † Codar, Themam, Iethur, Naphas, Cedma. Filij Maziam v, Sephar, Nephar, Enoch, Abira, Regali. Cethura uxor Abraham. Filij Cethuræ v, Zambram, Iectam, Madal, Madiam, Iesboch, Sobe. Filij Iectam iii, Saba, Theba, Dadan, Filij autem Dadan v, Raguel, Nabdeel, Assurum, Larulim, Iomim.

† Adad. ABRAHAM primam ætatem apud Chaldaeos agebat: Postea autem cum patre suo transmigravit in Charam terram Chanæorum, ubi uisus est illi deus, dicens: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram quam tibi ostendam, & faciam te in gentem magnam, &c. Qui iussioni obaudiens, accepto filio Aram fratris sui, exiit cum eo, & uenit in terram Chanæam, usque ad locum Sichem ad arborem excelsum, ubi uisus est illi Deus, atque promissionem seminis atque hæreditatis dedit. Erat autem tunc annorum lxxv. Abraham autem uixit annis clxxv, cuius tempora dinumerabimus, annis expolit. Sed quia temporibus patris sui Taræ insignia regnorum esse cœperunt, iam quidem quo anno fuerint exposuimus: Modo autem temporibus Abraham annuum ad annum comparabimus, ut sciamus quid memoriz dignum, & quibus annis gestum sit, siue apud Hebræos, siue apud Græcos, siue Barbaros, cæterasque gentes, quarum historiographi memoriam fecerunt.

Quando natus est Abraham, iam regnabat rex secundus, qui uocabatur Ninus filius Beli. Nam primus Assyriorum regnauit Belus annis lxxv, quem Assyrii deum nominauerunt Saturnum. Quo defuncto regnum accepit filius suus Ninus, qui regnauit annis lxi. Huius regni anno xliii, erat primus annus Abraham. Sicyoniorum in Achaia regnabat rex secundus, cui nomen erat Europs. Nam primus eorum regnauit Ægialeus, ex quo Ægialea uocabatur, quæ nunc dicitur Peloponnesus, qui regnauit annis lxi. Quo defuncto regnauit Europs annis xlv, cuius annus xxii primus annus erat Abraham.

Necnon apud Ægyptios erat xvi potentia, sicut ait Manetho, per quam regnabant Thebæi annis cxc, quorum primus annus erat æque primus Abraham.

REGVM

REGVM SERIES, ET A

QUANTO QVISQVE TEMPORE REGNAVERIT.

REGES ASSYRIORVM.	annis	Thelasion	
Ninus	43	Ægidius	52
Semiramis	42	Thurimachus	34
Zameis	42	Mefappus	45
Arius	38	Eratus	47 † Ninias,
Arasius	30	Plemmeus	46 † Arclius.
Xerxes	40	Orthopolis	43
Amametes	30	Marathus	30
Belotus	38	Marathus	20 † Belochus
Baleus	38	Echireus	55 † Balueus,
Atadas	52	Chorax	30
Manichus	32	Epopeos	35
Mancalus	30	Laomedon	40
Iphereus	30	Sicyon	45
Mamilius	20	Polybus	40
Sparetus	30	Inachus	42
Ascades	40	Phestus	8 † Ascata-
Amyntes	40	Adrastus	4 des.
Belotus	45	Polyphides	31 † Belochus
Beleparis	25	Pelagus	20 B
Lamprides	30	Xeuzeippus	31
Sofares	32	Reges hij regnauerunt annis 862. post quos sacerdotes Carnij constituti sunt. *	
Lampares	20	REGES LACEDÆMONIORVM. † xxvii	
Panias	30	Eurystheus	42
Sofarmus	45	Agis	50
Mithreus	19	Archestratus	35
Tautanes	† 37	Labotes	37
Tauteus	32	Doristus	29
Thineus	40	Agefilaus	44
Dercidus	30	Archelaus	60
Eupales	40	Telechus	40
Laosthenes	38	Alcarnenes	37
Piriciades	45	MACEDONVM REGES, Iustinus	
Ophrateus	30	Gramaus	annis 28 annos col-
Ophratanes	20	Cœnus	12 ligu m.
Oerazapes	50	Tyrimas	38 CCC.
Sardanapalus	42	Perdica	51
Reges hij 1240. annis regnauerunt.		Archeus	38
REGES SICYONIORVM.		Philippus	38
Europs	annis 45	B Europs	
Stelchin	20		
Apis	25		



OPAEVSBIBL

EVSEBII CAS. CHRONICON

C	Europs	26	Antiochus qui & Eupator	12
	Alcetas	29	Demetrius, qui & Soter	10
	Amyntas	50	Alexander	3
	Alexander	43	Demetrius	9
	Perdicas	28	Antiochus Sidetes	4
	Archelaus	24	Demetrius	12
	Orestes	3	Antiochus Griphus	18
	Archelaus	4	Antiochus Cizicenus	2
	Amyntas	1	Philippus	1
	Paufanias	1	POST ASSYRIORVM RE-	
	Amyntas	6	ges, Medorū reges regnant.	
	Argeus	2	Arbaces	28
	Amyntas	19	Sofarmos	30
	Alexander	1	Medidus	40
	Ptolemæus	4	Cardiceas	13
	Perdicas	6	Diocles	54
	Philippus	27	Phaortes	24
	Alexander Magnus	12	Cyaraxes	23
	Arideus	7	Astyages	38
	Cassander	19	PERSARVM.	
	Antigonus & Alexander	4	Cyrus	30
	Demetrius	6	Cambises	9
	Pyrrhus	6	Fratres Magi	7
D	Lyfimachus	6	Darius	36
	Ptolemæus	5	Xerxes	20
	Meleagros	1	Artabanus	7
	Antipater	2	Artaxerxes	40
	Sosthenes	an. 1	Xerxes	2
	Antigonus	2	Xerxes	an. 18
	Demetrius	36	Sogdianus	19
	Antigonus	10	Darius nothus	40
	Philippus	15	Artaxerxes, qui & Memnon	26
	Perfes	42	Artaxerxes, qui & Ochus	4
		10	Arfes	6
			Darius Arsam filius	
	PHILIPPO XXIII MA-		SUBVERSO PERSARVM	
	cedonū rege regnante Asiæ		regno, regnat Alexander annis	
	primus regnavit.		sex, incipiente Alexandri	
	SYRIÆ ET ASIÆ.		norum regno regnat	
	Antigonus	19	Ægypto.	
	Demetrius, qui & Polycrates	17	Ptolemæus Lai filius	annis 40
			Ptolemæus Philadelphus	38
	Seleucus, qui & Nicanor	52	Ptolemæus Evergetes	26
	Antiochus Soter	19	Ptolemæus Philopator	17
	Antiochus qui Theos	15	Ptolemæus Epiphanes	14
	Seleucus Gallinicus	20	Ptolemæus Philometor	25
	Ceraunos	3	Ptolemæus Evergetes	20
	Antiochus Magnus	36		Ptolemæus
	Seleucus, qui & Philopator	12		
	Antiochus Epiphanes	11		

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Ptolemæus, siue Soter	17	Agilaus	8
	Ptolemæus Alexander	10	Pryminas	37
	Ptolemæus Cleopatraz filius	8	Bacis	35
	Ptolemæus Dionysius	30	Agelas	53
	Cleopatra	22	Eudemus	30
	Post Imperatores Romanorum regnau-		Aristemedes	25
	runt Reges Argiuorum.		Egemnon	35
	XVI DYNASTIA EGYPTI		Alexander	16
	priorum anno 160. primus Ar-		Phelesteus	25
	giuorum regnavit		Automenes	12
	Inachus	annis 50		1
	Phoroneus	60	LYDORVM.	
	Apis	60	Ardifus	26
	Argus	53	Altaetes	14
	Crassus	70	Meles	12
	Phorbas	54	Candaules	17
	Troyphas	35	Gyges	35
	Crothopus	46	Ardis	37
	Stenelus	21	Sadiates	15
	Danaus	11	Aliaetes	4
	Lynceus	50	Cræsus	5
	Abas	41	REGES ATHENIENSIVM.	
	Præterus	23	SIVM.	
	Acricilius	17	Rege vi Argiuorum Phorbo an-	
		31	no eius 22 regnavit annis Athe-	
	Argiuorum regnū transferitur in Mycenæ.		nienlium primus	
	MYCENARVM.		Cecrops	50
	Perseus		Cranaus	9
	Stenelus		Amphitryon	10
	Eurytheus		Erichthonius	50
	Arcus & Thyestes fratres	45	Pandion	40
	Agamemnon	65	Erichtheus	50
	Agysthus	18	Cecrops	40
	Orestes		Pandion	25
	Tifameneus		Egeus Pandionis filius	48
	Penelus		Thefeus	30
	Cometes		Mnestheus	24
	Vsq ad Heraclidarum descensum.		Demophoon	33
	REGES CORINTHIORVM.		Oxintes	12
	Rege Lacedæmoniorum primo Eu-		Aphidas	1
	rytheo anno eius primo, primus		Timoetes	8
	Corinthiorum regnavit		Melanthus	37
	Athletes annis	35	Codrus	21
	Tryon	2	HINC MAGISTRATVS	
			quo ad uixerunt regnauerūt:	
			quorum primus	
			Meodon	10
			B 2 Augustus	



EVSEBII CÆS. CHRONICON

		HINC REGES.	
C	Augustus	19	annis 40
	Archippus	19	40
	Terchippus	41	17
	Phorbas	31	3
	Mezades	30	41
	Diogenetus	28	35
	Pheredus	19	8
	Arifbron	20	1
† Afarias.	Thelipicus	27	7
† Aihalia.	Agamnestor	20	40
	Æschylus	23	29
	Alcamenon	2	52
	Carops	10	16
	Æsimedes	10	16
	Elidicus	10	29
	Hippomenes	10	55
	Leocrates	10	11
	Abfandor	10	32
	Eryxias	10	menses 3
Hinc principes annui constitutiregnauerunt.			
HEBRÆORVM.			
D	Abraham	100	
	Isaac	60	
	Jacob	121	
	Ioseph dux Ægypti	80	
	Hebræi seruiunt in Ægypto	144	
HINC DVCES.			
	Moses	40	
	Iesus	27	
HINC IVDICES.			
	Othoniel	40	
	Aoth	80	
† Debbo =	† Barach	40	
ra.	Gedeon	40	
	Abimelech	3	
	Thola	22	
	Iair	22	
	Iephte	7	
† Abessan.	† Efebon	7	
	Labdon	8	
	Sampson	20	
	Heli sacerdos	40	
	Samuel & Saul rex	40	
		HINC REGES ALIÆ NIGENÆ.	
	Aristobulus	40	17
	Ianneus, qui & Alexander	40	9
	Alexandra	3	34
	Hyrchanus Pontifex	22	17
	Herodes rex	22	9
	Archelaus dux	7	24
	Herodes tetrarcha	7	8
	Agrippa	8	26
	Agrippa rex	20	
Hebræorum regnum à Romanis finitum est.			

D. HIERONYMO INTERPRETE.

REGES ISRAEL.		REGES ÆGYPTI.	
Ieroboam	annis 22	Ramses	66 A
Nabab		Amenophis	40
Baafa		Ammenemes	26
Hela		Thuoris	7
Ambri		XX Dynastia annis 177.	
Achab		XXI DYNASTIA regnavit.	
Ochosias		Smendis	26
Ioram		Pfusenses	41
Hieu		Nephercheres	4
Ioachab		Ammenophis	9
Ioas		Ofochor	6
Hieroboam		Spinaces	9
Zacharias		Pfusennes	35
Sellum		XXII DYNASTIA.	
Manaen		Sefoncoris	21
Phaceas		Oforthon	15
Phacee		Tachelotis	13
Ofee		XXIII DYNASTIA.	
ITEM ÆGYPTIO rum Dynastia, id est, potestas XVI. sub Thebæis annis 190.		Petubostis	25
Pastores XVI Dynastia		Oforthon	9
		Pfammus	10 B
		XXIII DYNASTIA.	
		Bochoris	44
		XXV DYNASTIA.	
		Sabachon	12
		Sebicus	12
		Tharachus Æthiops	20
		XXVI DYNASTIA.	
		Merres Æthiops	12
		Stephinatis	7
		Nichepsos	6
		Pfammeticus	44
		Nechiac, qui & Necephos	6
		Pfammites alius, qui & etiam Pfamme- ticus	12
		Vaphres	30
		Anamasis	41
		XXVII DYNASTIA.	
		In qua Cambyfes Persarum rex ob- tinuit Ægyptum, usq; ad Da- rium filium Xerxis.	
Zetus		55 B 3 Deinceps	
XIX DYNASTIA annis 194.			



OPAEVSBCE

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C Deinceps Alexandrinū usque ad Octavianum Augustum regnauerunt.

LATINORVM REGES.

- Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus.

Hij regnauerunt simul circiter annos 150.

Table of Latin Kings: Aeneas (3), Ascanius (38), Syluius (39), Aeneas Syluius (31), Latinus Syluius (50), Alba Syluius (39), Aegyptus Syluius (24), Capis Syluius (28), Capetus Syluius (13), Tiberius Syluius (8), Agrippa Syluius (40), Armulus Syluius (19), Auentinus Syluius (37), Procus Syluius (23), Amulius Syluius (44).

ROMANORVM REGES.

Table of Roman Kings: Romulus (28), Numa Pompilius (41), Tullus Hostilius (32), Ancus Martius (23), Tarquinius Priscus (37), Seruius Tullius (34), Tarquinius Superbus (35).

Corruptis sine erant haec in exemplaribus excussis, que utcumque exprima Luij Decade emendauimus. X VIRI loco stituti.

- Camillus Dictator, T. Quintius Dictator, C. Marius, M. Valerius, T. Manlius Torquatus, L. Papyrius, Q. Fabius, P. Decius, P. Cornelius Dolabella, & G. Domitius

Table of Roman Dictators and Consuls: Q. Aemilius (3), M. Curius (38), C. Genutius (39), Appius Claudius (31), G. Cornelius, & C. Duilius (50), C. Atilius Regulus (39), M. Aemilius (24), Q. Cunctatius (28), T. Sempronius, & P. Cornelius (13), Q. Fuluius (8), C. Licinius (40), Scipio Africanus (19), M. Cato (37), Tiberius Grachus (23), P. Longinus, & L. Licinius (44), Paulus Aemilius

- Q. Fuluius Flaccus, L. Opimius, Q. Maximus, P. Scipio, L. Calphurnius, L. Calsius, Caius Marius, L. Martius, Sext. Iulius, L. Sylla, Q. Pompeius

IMPERATORES ROMANORVM.

Table of Roman Emperors: C. Iulius Caesar an. 4. menses (7), Augustus Caesar an. 56. menses (6), Tiberius (14), C. Caligula an. 3. menses (10), Claudius an. 13. menses 10. dies (10), Nero an. 13. menses 7. dies (10), Vespasianus an. 9. menses 10. dies (10), Titus Vespasianus an. 2. menses (10), Domitianus annos 15. menses (10), Nerua annum 1. menses (10), Traianus annos 19. menses (10), Hadrianus (10), Antoninus (10)

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Table of events and durations: Antoninus Pius cu filijs Aurelio & Lucio an. 22. menses (10), M. Antoninus, qui & Verus, & L. Aurelius Commodus (14), Commodus (15), Aelius Pertinax menses (15), Severus (15), Antonius Caracalla (15), Macrinus (15), M. Aurelius Antoninus (15), Alexander Mamea filius (15), Maximinus (15), Gordianus (15), Philippus (15), Decius an. 1. mensibus (15), Gallus & Volusianus, Valerianus & Gallienus (15), Claudius an. 1. mensibus (15), Aurelianus an. 5. menses (15), Tacitus menses (15), Phocianus 8. dies (15), Probus 6. menses (15), Carus cum filijs Carino & Numeriano (15), Diocletianus (15), Valerius (15), Constantinus 30. menses (15), Constantinus, & Constantius, & Constans an. 34. menses 5. dies (15), Iulianus apostata an. 2. menses (15), Iouinianus menses (15).

OMNIVM ETATVM breuis ratio, quam tamen Eusebio non adscribimus.

Table of historical events: Habitatio omnis generis Israel in terra Chanaan, & in terra Aegypti annis (430), Moses in eremo (40), Iesus Naue, & qui post ipsum fuerunt annis (55), Iudices & sine Principibus, & pacis tempore (490), Sacerdotes & Iudices (90), Regnum Hebraeorum (490), Captiuitas et destructio Hierusalem annis (70), Persarum regnum (230), Macedonum principatus cum Alexandrinis & Ptolemæis an. 300 (B), Imperiū Romanorū usq; ad Saluatore & resurrectionem eius annis (740).

In se omnes anni in tempus superscriptum 5726.

B 4 REGNVM



OPAEVSBCE S R

EVSEBII CÆS. CHRONICON

REGNUM ASSYRIORVM.

REGNUM SICYONIORVM.

Rimus omnium Asiae exceptis Indis, Ninus Beli filius regnavit. Quem Belus Assyrii deum sibi nominaverunt. Huius Nini 43. anno imperij sui natus est Abraham.

In Gracia vero secundus Sicyonius imperavit Europis annis XLV. Cuius regni XXV anno natus est Abraham.

43	Ninus condidit civitatem Ninum in regione Assyriorum, quam Hebraei uocant Niniuen, quæ ad præfens Nilibus nuncupatur.	22	Nino regnante apud Assyrios primus Sicyonius imperavit Agialeus annis 52. à quo Agialea nuncupata est, quæ nunc Peloponnesus uocatur. Post quem secundus Europis, qui & præfatus est titulo.
44		23	
45		24	
46		25	
47		26	
48	Zoroastes magnus rex Bactrianorum clarus habetur, aduersus quem Ninus dimicauit.	27	
49		28	
50		29	
51		30	
52		31	
SEMIRAMIS II Assyriorum regnavit annis 42.			
1	Assyrius imperavit uxor Nini	32	
2	Semiramis, de qua innumerabilia narrantur, quæ & Altam tenuit, & propter inundationem aggeres contruxit, plurima Babiloniae urbis instaurans.	33	
3		34	
4		35	
5		36	
6		37	
7		38	
8		39	
9		40	
10		41	
11		42	
12		43	
13		44	
14		45	
SELCHIM III Sicyoniorum regnavit annis 20.			
15		1	
16		2	
17		3	
18		4	
19		5	
20		6	
21		7	
22		8	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

REGNUM HEBRAEORVM.

REGNUM AEGYPTIORVM.

In huius Nini imperio apud Hebraeos nascitur Abraham, qui cum centum esset annorum genuit Isaac. Cuius Abrahamæ erat annus primus tunc anno imperij Nini. &c.

A pud Aegyptios autem XVI potestas erat quam uocant Dinastiam, & tempore regnabant Thebaei qui præfuerunt Aegyptijs an. 19.

1	Regnante Nino apud Assyrios nouissimo eius tempore nascitur Abraham.	1	Nino regnante apud Assyrios Thebaei Aegyptijs imperant.	3185
2		2		
3		3		
4		4		
5		5		
6		6		3190
7		7		
8		8		
9		9		
10	Abraham natione Chaldaeus primam ætatem apud Chaldaeos agebat.	10		
11		11		
12		12		
13		13		
14		14		
15		15		
16		16		3200
17		17		
18		18		
19		19		
20		20		
21		21		
22		22		
23		23		
24		24		
25		25		
26		26		3210
27		27		
28		28		
29		29		
30		30		
31		31		
32		32		

EVSEBII CÆS. CHRONICON



OPAEVSEBII

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.
23		9
24		10
25		11
26		12
27		13
28		14
29		15
30		16
31		17
32		18
33		19
34		20
		Sicyonijs IIII APIS an. 25.
35	1	A quo Apia, quæ nunc Pelopone-
36	2	ius, prius Aegialea nuncupata.
37	3	
38	4	
39	5	
40	6	
41	7	Apud Cretam regnavit Cretes pri-
42	8	mus indigena.
D	Allynorum IIII ZAMEIS,	
	qui & Ninias, filius Nini &	
1	Demiramidis, annis 38.	9 Creta dicta à Crete indigena, quem
2		aiunt unum Curetarum fuisse, à qui-
3		bus Iupiter absconditus est & nutritus.
4		Hij Gnoson civitate in Creta con-
5		diderunt, & Cybeli matri templum.
6		
7		
8		
9		
10		
11		
12		
13		
14		
15		
16		
17		
		Sicyoniorum V. THRLASION
18	1	annis 52.
19	2	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Regnum Hebræorum.	Regnum Ægyptiorum.	Anni	A
33		33		mundi
34		34		
35		35		
36		36		3220
37		37		
38		38		
39		39		
40		40		
41		41		
42		42		
43		43		
44		44		
45		45		
46		46		3230
47		47		
48		48		
49		49		
50		50		
51	Principium XLI Iubilei secun-	51		
52	dum Hebræos. Iobel autem a-	52		
	puud eos quinquagenarius an-			B
	nus vocatur. Itaq; iuxta suppu-			
53	tationem eorum ab Adam usq;	53		
54	ad annum præsentem sunt an-	54		
55	ni 2000.	55		
56		56		3240
57		57		
58		58		
59		59		
60		60		
61		61		
62		62		
63		63		
64		64		
65		65		
66		66		3250
67		67		
68		68		
69	Noe moritur.	69		
70		70		
71		71		

EVSEBII CÆS. CHRONICON



OPAEVSBCE

C		Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniarum.
20			3
21			4
22			5
23			6
24			7
25			8
26			9
27			10
28			11
29			12
30			13
31			14
32			15
33			16
34			17
35			18
36			19
37			20
38			21
D		Assyriorum III. ARIVS, 30 annis.	
1			22
2			23
3			24
4			25
5			26
6			27
7			28
8			29
9			30
10			31
11			32
12			33
13			34
14			35
15			36
16			37
17			38
18			39
19			40
20			41
21			42
22			43

D. HIERONYMO INTERPRETE

		Regnum Hebræorum.	Regnum Egyptiorum.	Anni mundi.
71			72	
72			73	
73			74	
74			75	
75	Abraham cum 75. esset annorū diu	75		
76	no dignus habetur eloquio, & ea re	76		3260
77	promissione quæ ad eum facta est.	77		
78	A 75 anno Abrahæ usque ad Mo-	78		
79	sen, & egressum ex Agypto gentis	79		
80	Hebrææ supputatur an. 430. quorū	80		
81	meminit Paulus ita dicens: Testa-	81		
82	mentum confirmatum a Deo, quæ	82		
83	post 430 annos facta est lex, non in	83		
84	firmata ad destruedam repromissio	84		
85	nem. Ipse quoque Exodo Moyses	85	X. annus repromissionis.	
86	his congruens loquitur: Habitatio	86		3370
87	autem filiorum Israël qua habitau-	87		
88	runt in Agypto, & in terra Chana-	88	Abraham ex ancilla Agar	
89	an ipsi & patres eorum anni 430.	89	generat Ismael, a quo Is-	
90		90	maelitarum genus, qui post	
91		91	ea Agareni, & ad postremū	
92		92	Sarraeceni dicti.	
93		93		
94		94		
95	XX. annus repromissionis.	95		
96		96		3280
97		97		
98		98		
99	Sodoma & Gomorra succensæ.	99		
100		100		
	ISAAC Hebræorum filius Abrahæ			
	LX. ætatis suæ anno generat Iacob.	101		
		102		
	Primus omnium Prophetarum Abra-	103		
	ham uerbū Dei cum in figura appa-	104		
	ruisset humana, uocationem gentiū	105	XXX. an. repromissionis.	
	pollicetur, quam in nostro tempore	106		3290
	sermo Christi deduxit ad finem per	107		
	Euangelicam in omnes gentes præ-	108		
	dicacionem.	109		
	CX. annus Abrahæ.	110		
		111		
		112		



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.
23		44
24		45
25		46
26		47
27		48
28		49
29		50
30		51
† Arelius.	† ANALIVS, V. Assyriorum, an. 40.	ÆGIDIVS, VI. Assyriorum, annis 34.
1		52
2		1
3		2
4		3
5		4
6		5
7		6
8		7
9		8
10		9
11		10
D 12		11
13		12
14		13
15		14
16		15
17		16
18		17
19		18
20		19
21		20
22		21
23		22
24		23
25		24
26		25
27		26
28		27
29		28
30		29
31		30
32		31
33		32

D. HIERONYMO INTERPRETE

	Regnum Hebræorum.	Regnum Ægyptiorum.	Annus mundi.	A
13		113		
14		114		
15	X L. annus repromissionis.	115		
16		116	3300	
17		117		
18		118		
19		119		
20	CXX. annus Abrahæ.	120		
21		121		
22		122		
23		123		
24		124		
25	L. annus repromissionis.	125		
26		126		
27		127	3310	
28		128		
29		129		
30	CXXX. annus Abrahæ.	130		
31		131		
32		132		
33		133	In Creta regnavit primus.	B
34		134	Cres indigena, ut quidam	
35	LX. annus repromissionis.	135	uolunt. Alij uerò subscripserunt	
36		136	tempus iudicant.	3320
37		137		
38		138		
39		139		
40	CXL. annus Abrahæ.	140		
41		141		
42		142		
43		143		
44		144		
45	LXX. annus repromissionis.	145		
46		146	3330	
47		147		
48		148		
49		149		
50	CL. annus Abrahæ.	150		
51	XIII. Iubilei.	151		
52		152		
53		153		

OPAEVSBCE



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
34		33	54
35		34	55 LXXX. annus repromissionis.
		THVRIMACHVS,	
36		1 VII. Sicyoniorū,	56
37		2 annis 45.	57
38		3	58
39		4	59
40		5	60 CLX. annus Abrahæ.
	XERXES, VI.		IACOB Hebræorum, filius Isaac
1	Assyriorū, qui &	6	1 usq; ad principatum filij Ioseph,
2	Balaneus, an. 30.	7	2 Sexagenario Isaac (annis 121.
3		8	3 ac nascuntur filij gemini: Primus
4		9	4 Esau, qui & Edom, à quo gens Idu-
5		10	5 mæorum. Secundus Iacob, qui po-
6		11	6 stea Israël, à quo Israëlitæ, qui nunc
7		12	7 Iudæi.
8		13	8
9		14	9
10		15	10 CLXX. annus Abrahæ, Isaacue-
11		16	11 16 LXX.
12		17	12
D		18	13
14		19	14
15		20	15 C. annus repromissionis, in quo
16		21	16 moritur Abraham, omnes uiuēs
17		22	17 annos 175.
18		23	18
19		24	19
20		25	20 LXXX. annus Isaac.
21		26	21
22		27	22
23		28	23
24		29	24
25		30	25 CX. annus repromissionis.
26		31	26
27		32	27
28		33	28
29		34	29
30		35	30 XC. annus Isaac.
	ARMAMERTES,		
	VII. Assyriorum,		
1	annis 39.	36	31

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Regnum Ægyptiorū.	Regnum Argiuorum.	Anni
154		mundi.
155		
156		
157	INITIVM regni	3340
158	Argiuorum.	
159		
160		
	His temporibus apud Argos	
	regnauit INACHVS, annis 50.	
161	1 Inachifilia Io, quam Ægyptij	
162	2 mutato nomine Iudem uocāt	
163	3 & colunt. A patre Inacho Ina-	
164	4 chus fluius apud Argos, à fi-	
165	5 lia Ione Bos Phoroncus num-	
166	6 cupatur.	3350
167	7	
168	8	
169	9	
170	10 CASTOR Chronographus	
171	11 de Argiuorum regno quod	
172	12 loquitur, consequenter perie-	
173	13 quemur: Reges Argiui ab I.	
174	14 nacho usq; in Stelenium fili-	
175	15 um Crothopi, quorum inue-	
176	16 nitur omne tempus an. 384, 3300	
177	17	
178	18	
179	19	
180	20	
181	21	
182	22 APIS in Ægypto primū deus	
183	23 patatus est, quem quidam Sera-	
184	24 pū uocauerunt.	
185	25	
186	26	3370
187	27	
188	28	
189	29	
190	30	
	DYNASTIA, XVII. Ægyptiorum,	
	quo tempore regnabāt Pastores,	
	1 ann. 103.	



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
2	37	32	
3	38	33	
4	39	34	
5	40	35	CXX. annus repromissionis.
6	41	36	
7	42	37	
8	43	38	
9	44	39	
10	45	40	C. annus Isaac.
	LEVCIPPVS,	Principium Iubilei 44.	
11	1 VIII Sicyoniorū,	41 iuxta traditionem Iudæorum.	
12	2 annis 53.	42	
13	3	43	
14	4	44	
15	5	45	CXXX. annus repromissionis.
16	6	46	
17	7	47	
18	8	48	
19	9	49	
20	10	50	CX. annus Isaac.
D			
21	11	51	
22	12	52	
23	13	53	
24	14	54	
25	15	55	CXL. annus repromissionis.
26	16	56	
27	17	57	
28	18	58	
29	19	59	
30	20	60	CXX. annus Isaac.
31	21	61	
32	22 Thessalus, Græci	62	
33	23 filius, regnat in	63	
34	24 Thessalia.	64	
35	25	65	CL. annus repromissionis.
36	26 Niobe, primæ o	66	
37	27 mnū mulierū mi	67	
38	28 xtus est Iupiter,	68	
	† Bolechus ut Græci phibēt,		
	† BELOCHVS, VIII.		
1	29 de qua nascitur	69	
2	30 Apis, quem Sera	70	CXXX. annus Isaac.
3	31 pin cognomināt.	71	

† Bolechus

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Regnum Ægyptiorum.	Regnum Argiuorum.	Anni	A
1 Reges Ægyptiorum Pastores cō-	32		mundi.
2 ſimus nuncupatos propter Io-	33		
3 seph & fratres eius, qui in princi-	34		
4 pio Pastores descendisse in Ægy-	35		
5 ptum comprobantur.	36	3380	
6	37		
7	38		
8	39		
9	40		
10	41		
11	42		
12	43		
13	44		
14	45		
15	46	3390	
16	47		
17	48		
18	49		
19	50		
20			
21	PHORONEVS, II, Argis an. 90.		
22	1 Phoroneus Inachifilius & Niob		
23	2 bes, leges primus iudiciaq; cō-		
24	3 scripsit. Quidā huius filia Niobē		
25	4 arbitrāi. Horū tēporū quali ual		
26	5 de antiquorū Plato in Timæo	3400	
27	6 meminit, ita dicēs: Et aliquādo		
28	7 uolēs eos prouocare in sermōes		
29	8 de tēporib; antiquorū, quę cuiq;		
30	9 ciuitati apud ueteres accidissēt, de		
31	10 Phoroneo q; primus hoc nomi-		
32	11 ne appellatus est, & Niobe &		
33	12 his qui post diluuium fuere.		
34	13 Ogygius, qui in Attica Eleu-		
35	14 tur Attica, & alias ciuitates plu	3410	
36	15 rimas. Cuius tēporibus apud		
37	16 lacum Tritonidem uirgo ap-		
38	17 paruit, quam Græci Mineruā		
39	18 nuncupauerunt.		
40	19		
41	20		
	21		

B



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
4		32	72
5		33 Teltaphis & Car	73
6		34 Iatis aduers ^o Pho	74
7		35 ronqu & Parhali	75 CLX. annus repromissionis.
8		36 os instituunt bellū.	76
9		37	77
10		38	78
11		39	79
12		40	80 CXL. Isaac an. Iacob descendit in
13		41	81 Mesopotamiam, & seruitur La-
14		42	82 ban annis 7,
15		43	83
16		44	84
17		45	85 CLXX. an. repromissionis.
18		46	86
19		47	87 Iacob generat Ruben.
20		48	88 Iacob generat Simeon.
21		49	89 Iacob generat Leui.
22		50	90 CL. an. Isaac, & principiu 45. Iubæ
23		51	91 Iacob ge. Ioseph. (LXX)
24		52	92 I. an. Ioseph. 92. erat Iacob
25		53	93 Iacob generat Iudam, a quo Iu-
		MESSAPIVS,	dæi appellari.
26		1 IX. Sicyoniorū,	94
27		2 annis 47.	95 CLXXX. an. repromissionis.
28		3	96
29		4	97
30		5	98
31		6	99
32		7	100 CLX. annus Isaac.
33		8	101
34		9	102
35		10	103
		BALEVS, IX.	
1	Assyriorū, an. 52.	11	104
2		12	105 CXC. annus repromissionis.
3		13	106
4		14	107
5		15	108 Ioseph uenundatus a fratribus
6		16	109 annum agens 17.
7		17	110 CLXX. Isaac annus,
			Iacob uerò 110.
8		18	111

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Regnum Ægyptiorum.	Regnum Argiuorum.	Anni A
41			
42		22	mundi.
43		23	
44		24	
45		25	
46		26	3420
47		27	
48		28	
49		29	
50		30	
51		31	
52		32	
53		33	
54		34	
55		35	
56		36	
57		37	3430
58		38	
59		39	
60		40	Messana, quæ & Mamertina, con-
61		41	ditur.
62		42	
63		43	
64			
65		44	Diluuium quod factum est sub
66		45	Ogygæ.
67		46	3440
68		47	
69		48	
70		49	
71		50	
72		51	
73		52	
		53	
74			
75		54	
76		55	3450
77		56	
78		57	
79		58	
80		59	
		60	
81		APIS, III. Argiuorum, annis 35.	
		1 Aiunt hunc Apim esse Sera	

OPERA EVSEBII CÆSARIS



OPAEVSBCEAR

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
9		19	112
10		20	113
11		21	114
12		22	115 CC. annus repromissionis.
13		23	116
14		24	117
15		25	118
16		26	119
17		27	120 CLXXX. an. Isaac moritur relin-
18		28 Thelechines	121 quit fil. Jacob habetrem an. 120.
		Rhodū condide	IOSEPH
19		29 rūt quæ pri ^o O-	1 Hebræorum dux Ægypti, anno
20		30 phusa uocabaf.	2 ætatis suæ 30. uixit annis 50.
21		31	3
22		32	4 CCX. annus repromissionis.
23		33	5
24		34	6
25		35	7
26		36	8
27		37	9 CXXX. annus Jacob.
28		38	10 Secūdo an. famis ingressus Ægy-
29		39	11 ptū, cū filijs suis Jacob, cū à Phae-
30		40	12 raone interrogaretur quotū annū
			ageret, respōdit, se esse ñorū 130.
31		41	13
32		42	14 CCXX. annus repromissionis.
33		43	15
34		44	16
35		45	17
36		46	18
37		47	19 CXL. annus Jacob, initium Iubæ-
		HERATVS, Sicyo	lei 46.
38		1 niorū X, an. 46.	20 L. annus Ioseph.
39		2	21
40		3	22
41		4	23
42		5	24 CCXXX. annus repromissionis.
43		6	25
44		7	26 Jacob 147 ætatis suæ anno diem
45		8	27 obiit, prophetizans de Christo.
46		9	28 & deuocatione gentium.
47		10	29

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Regnum Ægyptiorum.	Regnum Argiuorum.	Anni A
82			
83		1 pin : Siquidem cum fratrem	mundi.
84		3 Ægialeū regem prefecisset A-	
85		4 chata, ipse cum populo ad Æ-	
86		5 gyptum nauigauit,	
87		6	3460
88		7	
89		8	
90		9	
91		10	
92		11	
93		12	
94		13	
95		14	
96		15	
97		16	3470
98		17	
99		18	
100		19	
101		20	
102		21	
103		22	
		23	
	Ægyptiorum XVIII dynastia Po-	Sparta condita est à Sparto	
	litanorum, annis 348. quorum pri-	filio Phoronæi.	
	2 mus AMASIS, annis 25.	24	
		25	
		26	3480
		27	
		28	
		29	
		30	
		31	
		32	
		33	
		34	
		35	
		ARGVS, III Argiuorum an-	
		nis 76.	3490
		1	
		2	
		3	
		4	
		5	



OPA. HVS. B. C. A. S. R.
 OPA. HVS. B. C. A. S. R.

EVSEBII CÆS. CHRONICON

	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
C	48	11	30 LX. annus Ioseph.
	49	12	31
	50	13	32
	51	14	33
	52	15	34 CCXL. annus repromissionis.
	ALTADAS Altyr		
	1	16	35
	2	17	36
	3	18	37
	4	19	38
	5	20	39
	6	21	40 LXX annus Ioseph.
	7	22	41
	8	23	42
	9	24	43
	10	25	44 CCL. annus repromissionis.
	11	26	45
	12	27	46
	13	28	47
	14	29	48
D	15	30	49
	16	31	50 LXXX. annus Ioseph.
	17	32	51
	18	33	52
	19	34	53
	20	35	54 CCLX annus repromissionis.
	21	36	55
	22	37	56
	23	38	57
	24	39	58
	25	40	59
	26	41	60 XC annus Ioseph.
	27	42	61
	28	43	62
	29	44	63
	30	45	64 CCLXX annus repromissionis.
	31	46	65
		† PLENNEVS, Sicyoniorū X I, annis 48.	66
	MAMITHVS, Assyriorum II. 2 annis 30.		67
			68

† Plennens

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Regnum Ægyptiorum.	Regnum Argiuorum.	Anni mundi.
	6		
	7		
	8		
	9		
	10		
			3500
	11		
	12		
	13		
	CHEBRON, Ægypti annis 13.		
	14		
	15		
	16		
	17		
	18		
	19		
	20		3510
	21		
	22		
	23		
	24		
	25		
	26		
	AMMENNOPHIS, Ægypti, annis 21.		
	27	Secundum quorundam opinio-	
	28	nem his temporibus fuit Pro-	
	29	metheus, a quo homines factos	3520
	30	esse commemorant, & reuera:	
	31	Cum enim sapiens esset, ferta-	
	32	tem eorum & nimiam imperi-	
	33	tiam, ad humanitatem & scien-	
	34	tiam transfigurabat.	
	35		
	36		
	37		
	38		
	39		
	40		3530
	41	Ægyptiorū reges omnes tunc	
	42	Pharaones dicebatur, non hoc	
	43	propriū habentes nomē, sed pro	
	44	dignitate Reges tūc utebatur	
	45	hoc nomine, licet et apud nos	
	46	Imp. Augusti appellatur.	

D 29 Habebat



OPAEVSBBCESR

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
3		4	69 Principium 47. iubilæi
4		5	70 c. annus Ioseph.
5		6	71
6		7	72
7		8	73
8		9	74 cclxxx annus repro-
9		10	75 missionis.
10		11	76
11		12	77
12		13	78
13		14	79
14		15	80 (gypto annis 144.
			Hebræorum seruitus in Æ-
15		16	1 cx anno Ioseph moritur,
16		17	2 post cuius interitum Hebræi
17		18	3 Ægyptijs seruerūt an. 144.
	Fiunt autem omnes anni quos Hebræi in Ægypto fecerunt 215. qui ab eodem		
	tempore computantur, quo Iacob cum filijs suis descendit in Ægyptum.		
18		19	4 ccxc an. repromissionis.
19		20	5
20		21	6
D 21		22	7
22		23	8
23		24	9
24		25	10
25		26	11
26		27	12
27		28	13
28		29	14. ccc. an. repromissionis.
29		30	15
30		31	16
	MANCALEVS,		
	xii. Assyriorum,	32	17
	2 annis 30.	33	18
3		34	19
4		35	20
5		36	21
6		37	22
7		38	23
8		39	24 cccx an. repromissionis.
9		40	25
10		41	26
11		42	27

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Regnum Ægyptiorum.	Regnum Argiuorum.	Anni	A
19	Habebat ergo uniuersiq; Phas-	45		
20	rao proprium nomen. Hoc nos	46		
21	ex libris Manethonis sacerdotis	47		
	Ægyptiorum lectum posuimus.			
	MEPHRES, IIII Ægyptio-			
	rum annis 12.	48		
		49		
		50		
		51	3540	
		52		
		53		
		54		
		55		
		56		
		57		
		58		
		59		
	MISPHEMVTOSIS, V.			
	Ægyptiorum annis 26.	60		
		61	3550	B
		62		
		63		
		64		
		65		
		66		
		67		
		68		
		69		
		70		
		CRASSVS, V. Argis, annis 54.		
		1 In Argis primus sacerdotio fun	3560	
		2 ctus est † Callyrias filius Pyran		Alias Balli
		tis.		thias, Py-
		3		rantis pri-
		4		mi filius.
		5 Athlas frater Promethei		
		6 præcipuus Astrologus dictus		
		7 eit, qui ob eruditionem istius		
		8 disciplina etiam cælum sustine		
		9 re affirmatus est.		
		10 Euripides autem mōtem esse		
		11 altissimum dicit, qui Athlas		
		12 uocetur.	3570	
		13		



OPAEVSBCEAR

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
12	43	28	
13	44	29	
14	45	30	
15	46	31	
16	47	32	
17	48	33	
	ORTHOPOLIS,		
18	1 XII. Sicyoniorum,	34 CCCXX an. repromissionis.	
19	2 annis 63.	35	
20	3	36	
21	4	37	
22	5	38	
23	6 His regnantibus Sy	39 Principium 48. Iubilei.	
24	7 rus fuisse perhibe-	40	
25	8 tur indigena, cuius	41	
26	9 uocabulo nomē Sy	42	
27	10 ria accepit.	43	
28	11	44 CCCXXX an. repromissionis	
29	12	45 annus.	
30	13	46	
	IPHREVS, XIII.		
1	Assyriorū, an. 20	47	
2	15	48	
3	16	49	
4	17	50	
5	18	51	
6	19	52	
7	20	53	
8	21	54 CCCXL an. repromissionis.	
9	22	55	
10	23	56	
11	24	57	
12	25	58	
13	26	59	
14	27	60	
15	28	61	
16	29	62	
17	30	63	
18	31	64 CCCL an. repromissionis.	
19	32	65 Amram genuit Mosen cum	
20	33	66 esset annorum 70.	
	MAMYLAS, XIII. Assyriorum, annis 30.		

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Regnum Ægyptiorū.	Regnum Argiuorum.	Anni mundi.
25			
26		14	
		15	
	THVTHEMOSIS, Ægyptiorum		
1	annis 9.		
2		16	
3		17	
4		18	
		19	
5			
6		20 Æthiopes ab Indo flumine	
7		21 confurgentes, iuxta Ægyptū	3580
8		22 confederunt.	
9		23	
		24	
	AMENOPHIS, Ægypti annis 31.		
1	Hic est Amenophis, seu Ameno-	25	
2	ptes, quem quidam Memnonem	26	
3	putant lapidem loquentem, qui	27	
4	pe cuius statua usq; ad aduentum	28	
5	Christi sole oriente uocem dare di-	29	
6	cebatur.	30	
7		31	3590
8		32	
9			
10		33	
11		34	
12		35	
13		36	
14		37	
15		38	
16		39	
17		40	
18		41	3600
19		42	
20		43	
21		44	
22		45	
23		46	
24		47	
25		48	
26		49	
27		50	
28		51	3610
29		52	



OPAEVSBBCE

EUSEBII CÆS. CHRONICON

	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
1	34	67	
2	35	68	
3	36	69	
4	37	70	
5	38	71	
6	39	72	
7	40	73	
8	41	74	CCCLX. annus repromissionis,
9	42	75	& X annus Mosis.
10	43	76	
11	44	77	
12	45	78	
13	46	79	
14	47	80	
15	48	81	
16	49	82	
17	50	83	
18	51	84	CCCLXX an. repromissionis, &
19	52	85	XX annus Mosis.
20	53	86	
D 21	54	87	
22	55	88	
23	56	89	Principium 49. iubilei.
24	57	90	
25	58	91	
26	59	92	
27	60	93	
28	61	94	CCCLXXX an. repromissionis
29	62	95	& XXX annus Mosis.
30	63	96	
	SPARTVS, XV.	MARATHIVS,	
1	Assyriorū an. 40	XIII. Sicyonio-	97
2		rum, annis 30.	98
3			99
4			100
5			101 XXXV anno Mosis Cecrops
6			102 regnabat in Attica, a quo usq;
7			103 ad captiuitatem Troiæ sunt an-
			ni 375.
8			104 CCCXC an. repromissionis, &
9			105 XL an. Mosis.
10			106

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Egyptiorū.	Regnum Argiuorum.	Regnum Atheniense.	Anni mundi.
29	53	Epidaurus ciuitas cō-		
30	54	dita est.		
		PHORBAS, VI. Argis,		
31		1 annis 35.		
	ORVS			
1	Aegy	2 Quidā scōbunt Prome		
2	ptian.	3 theū, & Epimetheum		
3	38.	4 & Atlantē fratrem Pro		
4		5 methei, & Io Argū cun		
5		6 tā cernētē, & Io filiam		
6		7 Promethei his fuisse tē		3620
7		8 poribus. Alij uero ata-		
8		9 te Cecropis: nonnulli		
9		10 autante Cecropem an		
10		11 nis 60. siue 90.		
11		12 Primus regnauit in Thessalia Hamon.		
12		13 Phorbas Rhodū obti		
13		14 Primus quadri (nuit.		
14		15 gam iunxisse fertur Arogilus seu Proclytus.		
15		16 Hercules prim⁹ fertur		
16		17 Antheum iucēgisse		3630
17		18 certamine.		
18		19 Xāthus Triopa Lesbū		
19		20 condidit.		
20		21		
21		22 In Creta regnauit		
22		23 Cydon.		
23		24		
24		25		
25		26	His temporibus in Atta, quæ	
26		27	nunc Attica nuncupatur pri-	
27		28	mus regnauit Cecrops, qui &	3640
			Diphyes, annis 50.	
28		29		
29		30	CECROPS primus Athenien-	
30		31	sium, annis 50.	
31		32	1 A Cecrope usq; ad primā O-	
32		33	2lympiadē numerāt reges XVII,	
33		34	3 Principes uero quos mors tā	
34		35	4 tū finiebat XII, sub quib⁹ apud	
			Græcos multa miranda nar-	
35		TROYPHAS, VII.	5 rantur.	
36		1 Argis, annis 46.	6 Cecrope regnante pri-	3650
		2		



OPAEVSBCE

EVSEBII CÆS. CHRONICON

Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
11	11	107
12	12	108 Moses Ægyptum derelinquēs,
13	13	109 in eremo philosophatur.
14	14	110
15	15	111
16	16	112
17	17	113
18	18	114 cccc annus repromissionis.
19	19	115 L. annus Mosis.
20	20	116
21	21	117
22	22	118
23	23	119
24	24	120
25	25	121
26	26	122
27	27	123
28	28	124 ccccx an. repromissionis.
29	29	125 LX annus Mosis.
D 30	30	126
	MARATHVS,	
31	1 XIII. Sicyonio	127
32	2 rum, annis 20.	128
33	3	129
34	4	130
35	5	131
36	6	132
37	7	133
38	8	134 cccxxx an. repromissionis.
39	9	135 LXX annus Mosis.
40	10	136
	ASCADVS, XVI.	
1 Assyriorū, an. 40	11	137
2	12	138
3	13	139 Principium 50. subilei.
4	14	140
5	15	141
6	16	142
7	17	143
8	18	144 cccxxx an. repromissionis, & 80. an. Mosis.
		Hebræorum Moses 80. annum agens

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Regnum Ægyptiorum.	Arginorum.	Regnum Atheniense.	Anni mundi.
37			
38	3	7 mū in arce oliua orta est, & ex Mi-	
	4	8 nerua nomine græce quocq Athe	
	5	9 ne nūcupatę. Dicebat aut Cecrops	
	6	10 Diphyes, id est, duab ⁹ naturis, siue	
	7	11 ob lōgitudinē corporis, siue idcir	
	8	12 eo quod cū esset Ægyptius, utrāq	
	9	13 linguā sciebat gręcā & Ægyptiacā,	
	10	14 Primus Cecrops bouē immolās	
	11	15 Iouem appellauit, & Cecropia re	
	12	16 gio ab eo nūcupata.	
	13		3660
	14	18 Chaldæi contra Phœnices dimi-	
	15	19 cant.	
	16	Mulæus Erechthet & Nymphæ	
	17	20 filius agnoscitur.	
	18	21 Deucaliō apd ⁹ eos regnare orsus	
	19	22 qui circa Parnassum morabantur.	
	20	23 Iudiciū Neptuni & Mineruæ de	
	21	24 cōtentione reglonis apud Cecro	
	22	25 pem actum fuisse confingitur.	
	23	26 Io Inachi filia mixtus est Iupiter,	3670
	24	27 quæ in bouem dicitur uersa, &	
	25	28 Bosphorus appellatur.	
	26	29 Cecrops in Euboëa Athenas con	
	27	30 didit, quā & Diadas nominauit	
	28	31 hanc urbem Euboicē Orchome-	
	29	32 non appellauerunt.	
	30	33 Diluuiū quod sub Deucalione	
	31	34 in Thessalia, & incendium quod	
	32	35 sub Phaëtonte factum est.	
	33	36 Post quem regnauit	
	34	37 In Æthiopia multæ pestilentia	
	35	38 locales, ut Plato meminit, fuere.	3680
	36	39 Ab Helene Deucalionis & Pyr-	
	37	40 rhæ filio, a q primū gręci Helenes	
	38	41 nūcupati sūt: & Attę, sub eo Atti	
	39	42 Corinth ⁹ cō (ci nūcupati sunt.	
	40	43 dita quę pri ⁹ Ephyr ⁹ uocabatur.	
	41	44 Secundum nonnullos Io in Ægy	
	42	45 ptum profecta, & ibi Isis nūcupa	
	43	46 ta, quæ nupta postea Telegono	
	44	47 Epaphum genuit.	
	45		Hercules



OPA. EVS. B. C. S. R.

EVSEBII CÆS. CHRONICON

Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
		agens dux itineris ex Ægypto Hebræorum gētis efficitur, legem eis
9	19	1 injeremo tradens per annos 40.
10	20	2 Moses in dina mōte, diuino fruitur (aspectu.
11	1 Sicyoniorum, an nis 55.	3 Ab hoc 4 usq; ad Solomonem & ædificatio- nem templi numerantur anni 480.
12		
13		
14	4	6 Primus apud Hebræos Pontifex cōstitutus est Aaron frater Moïsis.
15	5	7
16	6	8
17	7	9
18	8	10
19	9	11
20	10	12
21	11	13
22	12	14
23	13	15 Moses in deserto præest genit. dæorum.
24	14	16
25	15	17
26	16	18
27	17	19
28	18	20
29	19	21
30	20	22
31	21	23
32	22	24
33	23	25
34	24	26
35	25	27
36	26	28
37	27	29

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Regnum Ægyptiorū.	Regnum Argiuorum.	Regnum Atheniensium.	Anni mundi
		Hercules cognomēto Delii	
	42	46 naus in Phœnice clarus ha	3090
	43	47 betur, unde ad noītram	
		usq; memoriam Cappadocibus & Elientibus Delinaus adhuc dicitur.	
	44	48 Apollinis Delij templum ab Eriſithone ædificatum.	
	45	49 Arcopagus apud Athenas nomen iudicij constituitur.	
	46	50 Vitis inuenta à Dionytio, sed nō Semeles filio. (an. 9	
	CROTHOPVS	CRANAVS, III. Atheniēſium	
	1 VIII Argis an-	1 Thelegon ⁹ Oris patoris fili	
	2 nis 21.	2 us septim ⁹ ab Io, & Inacho.	
	3	3 Crana ⁹ indigena ex cuius fi	
		liae Atudis nomine Attica	
	4	4 In Creta regnauit (uocata.	
	5	5 Ateras qui & urbē cōdidit.	
	6	6 Deucalionis filius Dionysi	3700
	7	7 us, uerū non ille Semeles	
	8	8 fili ⁹ , cū in Attica peruenisset	
	9	9 hospitio recept ⁹ a Semaco fi	
		liae eius Capræ pellem largitus est. (an. 10	
		AMPHITRYON, V. Athen.	
	10	1 Teplū Delij constructū ab	
	11	2 Eriſithone filio Cecropis.	
	12	3	
	13	4	
	14	5	
	15	6	
	16	7	3710
	17	8	
	18	9	
	ARMVS Agy.		
	19	10 (nienſium, an. 50.	
	us annis 5.	Argiuorū Stelen ⁹	
	20 Caſtoris de Argi	BRICHTHONVS, VI. Athe-	
	21 uorū principib.	1 Lacedamō condita à Lace-	
		2 damone Semeles filio.	
	STELBNVS IX	Erichthoni ⁹ Vulcani Miner	
	1 Argis annis 11.	3 uē filius, qui ab Homero Eri	
	2 Cū Stelenū Da-	4 the ⁹ uocat, his regnātib. fuit.	
	naus expulisset	Apollo de Latona natiſt, nō	
	3 Argos tenuit, mi	5 ille cuius cōſueuerūt oracu	
		la conſuli,	



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
38	28	30	
39	29	31	
40	30	32	
AMYNTAS, XVII			
1	31	33	
2	32	34	
3	33	35	
4	34	36	
5	35	37	
6	36	38	
7	37	39	
8	38	40	Mors Moſis.
Hebræorum poſt Moſen dux			
9	39	1	conſtituitur IESVS AN. 27.
10	40	2	Apud Hebræos Pontificatum
11	41	3	ſuſcipit Eleazarus.
12	42	4	Hucusq; 5. libri Moſis cõtinent
13	43	5	annis 3730. ſecundum LXX Se-
14	44	6	ntorum interpretationem.
15	45	7	Principium quinquageſimipri-
16	46	8	mi lubilei ſecundum Hebræos.
17	47	9	Ieſus ſuccellor Moſis terram
18	48	10	Palæſtinarum Iudææ genti ſor-
19	49	11	te diſtribuit.
20	50	12	
21	51	13	
22	52	14	
23	53	15	
24	54	16	
25	55	17	
CHORAX, XVI.			
26	1 Sicyoniorũ, an. 30.	18	
27	2	19	
28	3	20	
29	4	21	
30	5	22	
31	6	23	
32	7	24	
33	8	25	
34	9	26	
35	10	27	
Hebræorum primus iudex ex			

OPAEVSBIBLCAES

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Regnum Egyptiorum.	Argiuorum.	Regnum Athenienſium.	Anni.
1	4	6	1
2	5	7	2
3	6	8	3
4	7	9	4
5	8	10	5
6	9	11	6
7	10	12	7
8	11	13	8
9	12	14	9
10	13	15	10
11	14	16	11
12	15	17	12
13	16	18	13
14	17	19	14
15	18	20	15
16	19	21	16
17	20	22	17
18	21	23	18
19	22	24	19
20	23	25	20
21	24	26	21
22	25	27	22
23	26	28	23
24	27	29	24
25	28	30	25
26	29	31	26
27	30	32	27
28	31	33	28
29	32	34	29
30	33	35	30
31	34	36	31
32	35	37	32
33	36	38	33
34	37	39	34
35	38	40	35
E			

A

B

E 36



OPAEVSBCEA

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
36		11	1 tribu Iuda, Othonie an.
37		12	2 Post mortem Iesu (40.
38		13	3 subiectos tenuerunt Hebræ
39		14	4 os alienigenæ annis 8. qui
40		15	5 iunguntur Othonielis rē-
41		16	6 poribus Aoth. secundum
			Iudæorum traditiones.
42		17	
43		18	
44		19	
45		20	
	BELOTHVS, XVIII.		
1	Assyriorum, annis 25.	21	11
2	Huius Iliæ Actota, quæ	22	12
3	& Semiramis, regnat	23	13
4	cum patre annis 7.	24	14
5		25	15
6		26	16
7		27	17
8		28	18
9		29	19
D 10		30	20
	EPOPEVS, XVII.		
11	Sicyoniorum, annis 35.	21	21
12		22	22
13		23	23
14		24	24
15		25	25
16		26	26
17		27	27
18		28	28
19		29	29
20		30	30
21		31	31
22		32	32
23		33	33
24		34	34
25		35	35
	BELLIPARES, XIX.		
1	Assyriorum, annis 30.	16	36
2		17	37
3		18	38

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Ægyptiorum.	Regnum Arginorum.	Regnum Atheniensium.	Anni mundi.
39	30 & color ille phœnice	43 & Sarpedonem procreavit.	
40	31 us dictus est, qui po-	44 Pandion filius Erichthonj, cu-	
41	32 ltea litera mutata dici	45 ius filia Progne & Philomena.	
42	33 tur puniceus.	46	
43	34	47 Apud Argos sacerdotio fun-	3760
44	35 Ephyra, quæ nunc Co	48 cta est Hypermetra Danaï fi-	
45	36 rinthus, à Sisypho cō	49 lta.	
46	37 dita est.	50	
	Ea quæ de Hyperm-		
47	38 neltra, quam Iliem	1 Pandion, v. Atheniensiū, an. 40.	
48	39 Ægyptiorū deam uo	2 Rhadamanthus & Sarpedon re-	
49	40 cant, & quæ de Da-	3 ges Lyciorum.	
50	41 nae ex qua Perseus	4 Raptus Europæ.	
51	42 natus, dicuntur, his	5 Cadmus regnavit Thebis, ex cu-	
52	43 sunt gesta temporib.	6 ius filia Demele natus est Dio-	
53	44	7 nylius, id est, Liber pater, sub	
54	45	8 quo & Linus Ihebæus multi-	3770
55	46	9 cus fuit.	
56	47	10 Mellus, & Paphus, & Ithalus,	
57	48	11 & Callista urbes conditæ.	
58	49	12	
59	50	13	
	LYNCEVS, XI. an. 41.		
60	1	14 Bithynia condita à Phœnice,	
61	2	15 quæ primus Mariandyna uoca-	
62	3	16 batur.	
63	4	17 Linus è Thebis, et Zetus, et Am-	3780
64	5	18 phion in musica arte clarescunt.	
65	6	19	
66	7	20 Idæi Dactyli his temporibus e-	
67	8	21 rant, qui & terram reppererunt.	
68	9	22 Amphion & Zetus Thebis re-	
	MENO		
PHIS,	10	23 gnabant.	
an. 40.	11	24 In Dardana regnavit Erichtho-	
1	12	25 nius filius Dardani.	
2	13	26 Ea quæ de Dimetra, quæ aliqui	
3	14	27 aūt esse Iliedē deā Ægyptiorū, et	
4	15	28 Danaë ex qua Perseus nascit dicitur,	3790
	his sunt gesta temporibus.		
	Ephyra quæ nunc Corinthus uocatur, à Sisypho condita.		
16	19	29 Armenia capta à Cadmo.	
17	30	30 Mimos filius Europæ regnat in	
18	31	31 Creta.	



EVSEBII CAS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebraeorum.
4		19	39
5		20	40
			AOTH Hebraeorum ex tribu
			1 Effrem, an. 80.
6		21	
7		22	2
8		23	3 Post Othonielem Hebraeos
9		24	4 habuerunt alienigena subie
10		25	5 ctos annis 18, qui copulan-
			tur temporibus Aoth secun-
			dum Iudaeorum traditiones.
11		26	
12		27	7
13			8
14		29	9
15		30	10
16		31	11
17		32	12
		33	13
		34	14
		35	15
D		LAOMEDON, XVIII	
		1 Sicyonioru, an. 40.	16
21		2	17
22		3	18
23		4	19
24		5	20
25		6	21
27		7	22
28		8	23
29		9	24
30		10	25
	LAMPRIDES,		
1	XX Assyriorum,	11	26
2	annis 32.	12	27
3		13	28
4		14	29
5		15	30
6		16	31
7		17	32
8		18	33

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Egyptiorum.	Regnum Argiuorum.	Regnum Atheniensium.	Anni mundi.
10	19	32 Catina condita est &	
11	20 Pelops apud Argos re-	33 Silyde in Sicilia,	
	gnauit an. 53. a quo Pe.		
12	21 Ioponnetus uocata.	34 Eleutine regnauit Cale ^o Tri	
13	22	35 ptolemo, quē Philochor ^o ait	
14	23	36 Ioga nauti ad urbē accedente	
15	24	37 distribuisse frumēta, & ob id	3800
16	25	38 dedisse suspicionem, qd nauis	
17	26	39 ei ^o serpēs pinnat ^o tuerit, & est	
		figura quae possit recipi.	
18	27	40 Achata ab Achæo condita.	
19	28	1 ERICHTHEVS, VI Athen. an. 50	
20	29	2 Fabula Proserpine, quā rapuit	
21	30	3 Aidoneus, id est, Orc ^o rex Mo	
22	31	4 Iosforū, cuius canis ingēris ma	
23	32	5 gnitudinis Cerberus nomine	
		Phitnoū deuorauit, qui ad raptū uxoris eū Iheseo uenerat, quē & ipsū in in-	
		mortis periculo cōstitutū adueniēs Hercules liberauit, & ob id quasi ab inferis	
24	33	6 recept ^o dicitur, scribit Philocho	
25	34	7 rus in Attidis, libro secundo.	3810
26	35	8 Dionysius, qui latine Liber pa	
		ter, nascitur ex Semele.	
27	36	9 Erichthei filiā Orithyā Boreas	
28	37	10 Altrei fili ^o Thrax rapuit, quē	
29	38	11 fabula uentū confingūt, sub	
30	39	12 hoc & mysteria cœperunt ea	
31	40	13 quę de Perseo dicuntur.	
32	41 ABAS, XII. Argiuorum	14	
33	1 annis 23.	15 Secūdu quorū dā opinionem	
34	2	16 hac erate Phrixus cū Helle so	
35	3	17 rore sua fugiēs insidias nouer	3820
36	4	18 cales, uisus est p mare uehi ab	
		Arietuelleris aurei. Fuit autē nauis ei parata fugienti, cuius insigne Artes erat.	
37	5	19 Porro Palephatus affirmat	
38	6	20 Arietem uocatum nutritorē,	
39	7	21 per quem liberatus est.	
40	8	22 Thebis expulso Cadmo,	
	DYNA	Amphion & Zetus regna-	
	STIA	23 uerunt.	
1	XIX	24 Ea quae de Progne & Phis	
2	Aegy	25 Iomēna dicūtur acciderunt.	
3	ptiorū	26 Bellū qd sub Eumolpo fuit.	

OPAEVSBIBESAR



OPA. HVS. B. C. S. R.

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
9	19	34	
10	20	35	
11	21	36	
12	22	37	
13	23	38	
14	24	39	
15	25	40	
16	26	41	
17	27	42	
18	28	43	
19	29	44	
20	30	45	
21	31	46	
22	32	47	
23	33	48	
24	34	49	
25	35	50	
26	36	51	
27	37	52	
28	38	53	
29	39	54	
30	40	55	
	SYCION, XIX.		
31	1 Sicyoniorum, annis	56	
32	2 45. A quo Sicyonij nū	57	
	cupati sunt, qui primò		
	SOSARES, XXI.		
1 Assyriorū, an. 10.	3 Ægialæi uocabantur,	58	
2	4	59	
3	5	60	
4	6	61	
5	7	62	
6	8	63	
7	9	64	
8	10	65	
9	11	66	
10	12	67	
11	13	68	
12	14	69	
13	15	70	
14	16	71	
15	17	72	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Egyptiorum.	Regnum Argiuorum.	Regnum Atheniense.	Anni mundi
1 an. 44.	13	27 Melampus diuinus agnoscitur.	3830
6 suo im	14	28	
7 perato	15	29 In Dardania regnauit Tros, a	
8 te ui	16	30 quo Troiani nuncupati sunt.	
9 coepe.	17	31	
10 runt,	18	32 Apud Pythiam uates prima	
11 quoru	19	33 Phemonoë hexametris uersibus	
12 prin ^o	20	34 futura cecinisse narratur.	
13 ZE-	21	35	
14 THVS,	22	36 Phrygas rexit Tantalus, qui pri-	
15 an. 55.	23	37 us Mæones uocabatur.	3840
	PRÆT. S, XIII.		
16	1 Argiuorum, an. 17.	38 Ob raptū Ganymedis & Trois	
17	2	39 patris Ganymedis & fatali bellū	
18	3	40 exortū eit, ut scribit Phanocles	
19	4	41 Poëta. Frustra igitur Iouis tabu-	
20	5	42 la, & raptrix Aquila fingitur.	
21	6	43	
22	7	44 Tityus conuixit Tantalō. Tityo-	
23	8	45 nis tempore fuit Latona mater	
24	9	46 Apollinis, qui cum Hercule ser-	
25	10	47 uuit Admeto.	3850
26	11	48 Ea quæ de Phryxo & Melicera	
27	12	dicuntur, sub quo celebrata sunt	
28	13	49 Isthmia.	
29		50	
30	14	CECROPS, VII. Athenien. an. 40.	
31	15	1 Pelops Hypodamiā duxit uxorē.	
32	16	2 Erichthei frater Perseus, aduersus	
33	17	3 Perfas dimicauit, Gorgonis mere-	
		4 tricis capite defecto, quæ propter	
	ACRISIVS, XIII.		
34	1 Argiuorum, an. 31.	5 eximiā pulchritudinē ita spectato	
35	2	6 res suæ mētis impotes reddebat, ut	
36	3	7 uertere eos putaretur in lapides.	
37	4	8 Aidimus scribit in Peregrina histo	3860
38	5	9 ria, & præbet scriptorem eius.	
39	6	10 Pegasus equus uelocissimus cuius	
40	7	11 dā mulieris, siue ut Palephat ^o scri	
41	8	12 bit, Bellerophontis nauis fuit.	
42	9	13 Cyrene ciuitas cōdita est in Lybia.	
43	10	14 Ion uir fortis, ex suo uocabulo	
	11	15 Gestā Persei.	



OPA. EVSBB. CAE. SAR.

EVSEBII CAS. CHRONICON

	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebraeorum.
16	18	73	
17	19	74	
18	20	75	
19	21	76	
20	22	77	
LAMPARES, XXII.			
1	23	78	
2	24	79	
3	25	80	
4	26	81	Debbora ex tribu Ephrem.
5	27	82	Barach de tribu Neptalim (an. 40.)
6	28	83	Post Aoth in
7	29	84	tionem Hebraeos redi-
8	30	85	gunt alienigenae an. 20.
9	31	86	qui coniunguntur tempori
10	32	87	bus Debborae & Barach,
11	33	88	secundum Iudaeorum tra-
12	34	89	ditiones.
13	35	90	
14	36	91	
15	37	92	
16	38	93	
17	39	94	
18	40	95	
19	41	96	
20	42	97	
21	43	98	
22	44	99	
23	45	100	
POLYBUS, XX.			
1	1	101	Sicyoniorum, an.
2	2	102	nis 40.
3	3	103	
4	4	104	
5	5	105	
6	6	106	
7	7	107	
PANNIAS, XXIII.			
1	8	108	
2	9	109	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Regnum Mycenarum.	Regnum Atheniense.	Anni mundi.
12	16	Dionysius, qui & Liber pater	3870
13	17	aduersus Indos dimicans, Ny-	
14	18	sam urbem iuxta Indum flumē	
15	19	condidit.	
16	20	Amphion Thebis regnavit,	
quē serūt cātu citharesaxa mouisse: Fuerūt autē duro corde, et ut ita			
17	21	dicā, saxei quidam auditores,	
18	22	Secundum quosdam Thebis	
19	23	regnavit Cadmus.	
20	24	Europa à Cretentibus rapta est	
21	25	naui, cuius fuit insigne Taurus.	
22	26	Pelops Peloponneli	
23	27	regnans Olympijs	3880
quocq; praefuit, qui post proximarum essent regionum			
24	28	Itē aduersum Ilium	
25	29	arma corripens supe	
26	30	ratur à Dardano.	
27	31	omni parte cōfluentes Spartos	
28	32	uocatos.	
29	33		
30	34		
31	35		
Argiuorū reges defecē			
32	36	rūtq; imperauerūt annis	3890
33	37	544. usq; ad Pelopē, qui	
34	38	regnavit annis 59. & in	
(ab illo cōdita.			
35	39	Midas regnavit in Phrygia. Iliū	
36	40	to post Acrysiū regnavit	
37	41	PANDION VIII Atheniensis, an. 25	
38	42	Euristheus filius Steleni	
39	43	Perseus Acrysiō non sponte in-	
40	44	terfecto migravit Argos atq; reg	
41	45	Post Acrysiū in (an. 45)	
42	46	2 Mycenae Argiuorum	
43	47	3 Lagius Chrylippiū rapuit. (navit	
44	48	4 imperio translato hi re	
45	49	5 Templum in Eleulina aedificatū.	
46	50	6 Quidā his tēporibus uindicāt ge	
47	51	7 ita Liberi patris, & ea quae de In-	
48	52	8 us, Thyestes, Agame-	
49	53	9 dis, Lyncurgo, Actaeone, & Pen-	
50	54	6 mnon, Aegistius, Ore-	3900
51	55	7 theo memorāt, quomodo adter	
52	56	8 ltes, Tyfamenos, Pen-	
53	57	9 Perseū cōsistēs occidit in prelio,	
54	58	10 aūt Dinarchus Poēta, nō Rhetor.	
55	59	11 que ad Heraclidarum	
56	60	12 re ipsum Liberi patris apud Del	
57	61	13 descensum.	
58	62	14 phos sepulchrū iuxta Apollinē	
59	63	15 aureū. Pingitur autē Liber mu-	
60	64	16 liebri facie & delicato corpore,	

A

Olympijs

B

propter



OPA. HYSB. C. S. R.

EVSEBII CÆS. CRONHICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
3	10		30
4	11		31
5	12		32
6	13		33
7	14		34
8	15		35
9	16		36
10	17		37
11	18		38
12	19		39
13	20		40
			GEDEON, Hebræorum, an. 40.
14	21		1 Post Debborâ Hebræos in di-
15	22		2 tionē redigūt, alienigenę an-
			3 7. qui coniuncti sunt tempo-
16	23		4 ribus Gedeonis secundū lu-
17	24		5 daorum traditiones.
18	25		6 Gedeon iudex ex tribu Ma-
19	26		7 (nalle. 7 yriorum ciui-
20	27		8 tas condita ante templū Hie-
21	28		9 rosolymorum an. 240. ut scri-
22	29		0 hit Iosephus in 3.
23	30		10
24	31		11
25	32		12
26	33		13
27	34		14
28	35		15
29	36		16
30	37		17
31	38		18
32	39		19
33	40		20
			INACHVS, XXI.
34	1 Sicyoniorum, an-		21
35	2 nis 42.		22
36	3		23
37	4		24
38	5		25

D. HIERONYMO INTERPRETE.

A	Egyptiorum.	Regnum Mycenarum.	Regnum Atheniensium	Anni mundi.
16	12		13 uiros ac fœminas alligabat, ut Phi	
17	13		14 lochorus loquitur in secundo.	
18	14		15	
19	15		16	
20	16		17 Ea quæ de Dædalo fabulæ ferūt, q	3910
21	17		18 uisus est simulachra fecisse mouen	
22	18		19 tia: Primus enim omnium pedes tra-	
23	19		20 ruarum à seinuicem separauit, a ijs	
24	20 Europa Agenoris li-		21 cõiunctim eos fabricatibus, ut Pa-	
25	21 lia, ut in quibusdam		22 lephar memorat. Necnõ quomo-	
26	22 legimõ raptæ est. His		23 do cū filio Icaro Minotem nauifir-	
			24 gerit, et ppter inuelligabile fugam	
27	23 Minoe dicuntur, de		25 auolasse pennis exilitatus sit.	
28	24 Cadmo & Spartis.		26	
			EGÆVS, Pandionis filius, 1 X A-	
29	25 Phidamon Delphus		1 theniensium, an. 48.	
30	26 nobilis habetur, qui		2 Cyzicus condita.	3920
31	27 primus apud Pythiū		3 Argonautarum historia.	
32	28 chorum statuit.		4 Atreus & Thyestes post Pelopem	
33	29		5 Peloponente imperium diuise-	
34	30		6 runt.	
35	31		7	
36	32		8	
37	33 Pandion fugit à Me-		9 Miletus condita.	
38	34 tionidibus passus in-		10	
39	35 lidias.		11	
40	36		12	3930
41	37 Argonautarum nauis		13	
42	38 gatio.		14	
43	39		15	
44	40 Orpheus Thrax cla-		16	
45	41 rus habetur, cuius di-		17	
46	42 scipulus fuit Musæus.		18 Ea quæ de Sphynge & Oedipode	
47	43 filius Eumolpi.		19 Argonautis dicuntur, in quib. fue-	
48	44		20 runt Hercules Asclepius, Castor et	
49	45		21 Pollux. Si autem inter Argonautas	
			22 fuerūt Castor et Pollux, quomodo	
			23 foret eorū soror Helena credi, quę post multos annos uirgo rapitur à	
			24 Theeo r Sphynge uerõ scribit Palephatus uxore Cadmi, propter zelū	
			25 ATREVS, et Thyestes	
			26 Harmonia à uiro recedentem cõtra	
			27 Mycenarum, an. 65.	3940
			28 Cadmum inisse bellum.	
			29 Linus magister Her-	
			30	

A

B



OPAEVSBBCE

EVSEBII CÆS. CHRONICON

	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
C	39	6	26
	40	7	27
	41	8	28
	42	9	29
	43	10	30
	44	11	31
	45	12	32
	SOSARMVS, XX		
1	III. Assyriorum,	13	33
2	annis 19.	14	34
3		15	35
4		16	36
5		17	37
6		18	38
7		19	39
8		20	40
			ABIMELECH Hebræorum
			1 filius Gedeonis, annis 3.
9		21	
10		22	
11		23	
			Post quem TOLA annis 22.
D			1 aliis 23. secundum He
12		24	2 braeos.
13		25	
14		26	3
15		27	4
16		28	5
17		29	6
18		30	7
19		31	8
	MITREVS, XXV.		
1	Assyriorū, an. 27.	32	9
2		33	10
3		34	11
4		35	12
5		36	13
6		37	14
7		38	15

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Egyptiorum.	Regnum Mycenarum.	Regnum Atheniensium.	Anni mundi.
62		3 culis omnib. notus	24	
63		4 Ea quæ (efficitur.	25	
64		5 de Hypsipyle me	26	
65		6 morantur in Lem	27	
66		7 no.	28	
	AMENO.			
1	PHIS, A	8 Mycenis regnavit	29	
2	Egyptiorum,	9 EVRISTHEVS, an.	30	
	annis 40.	40. uel 10. ut aiunt		
3		10 nonnulli Aegyptus.	31 Hercules cōsummat certamina. An	
4		11	32 ræū interfecit. Ilium ualitat. 3950	
5		12 Minos mare obtinu	33 Dicit aut Anteus terræ fili,	
6		13 it, & Cretenibus le	34 quia dolorū palestrica artis	
7		14 ges dedit, ut Parrha	35 certaminūq; quæ in terra ex	
8		15 dius memorat, quod	36 ercentur sciētissimus erat,	
9		16 Plato falsum esse cō-	37 & ob id uidebatur a Terra	
10		17 uincit.	38 matre adiuuari.	
			Hydram autem callidiss	
11		18	39 mum fuisse Sophistam alle	
12		19	40 rit Plato.	
13		20 Thamiris Hammo-	41 Bellū Lapytharū & Cetau.	
14		21 nis filius insignis ha	42 rorū quos scribit Palephat	
15		22 betur.	43 libro de incredibilib. primo 3960	
16		23	44 nobiles fuisse equites Theffalorū.	
17		24	45 Priam ^o regnavit post Laomedōta.	
18		25	46 Medea Colchēlis ab Aeggeo discedit.	
19		26	47 Septem qui aduersus The	
20		27	48 bas pugnauerunt.	
			49 Ea quæ de Minorau	
			50 ro dicuntur, quem	
			51 THESEVS, x. Athenis, an. 30.	
			52 Philochorus in secū-	
			53 do Attidis libro scri	
			54 bit, magistratum Mi	
			55 nois iustie Iaurum	
			56 nomine, inhumanū	
			57 atq; crudelē, & quia	
			58 Minos super mortē	
			59 Androgei Agone statuebat, premij nomine pueros Aeticos largiēs, & ille in	
			60 Agone fortissimus uniterfos in cōtēione superabat. Tandē factū est ut a The	
			61 62 leo in palestra uince	
			63 ret, ob qd Athenien	
			64 ses pueri tributaria	
			65 pccna liberati sunt, i-	
			66 plos quoq; Gnicos referre testatur.	

A

B

Sic legēdū
exūstima-
uerim ex
Plutarcho
Androgei
Agone sta-
tuebat Mi-
nos nomi-
ne, premiū
pueros Ae-
ticos largi-
ens. At
Taurus in
Agone,
etc.



OPAEVSBCE SR

EVSEBII CÆS. CHRONICON

	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
8	39		16
9	40		17
10	41		18
11	42		19
	PHESTVS, XXII Sicyoniorum, an. 8.		20
12	1		21
13	2		22
14	3		Post quem IAIR ex tribu Manasse, annis 11.
15	4		2
16	5		3
17	6		4
18	7		5
19	8		
	ADRASTVS, XXIII Sicyoniorum, annis 4.		6
20	1		7
21	2		8
22	3		9
23	4		
	POLYPHIDES, XXIII Sicyoniorum, annis 3.		10
24	1		11
25	2		12
26	3		13
27	4		14
	TAVTANES, XXVI Assyriorum, annis 32.		15
3	7		16 Post Iair Hebræos in ditiorum rege Assyriorum
4	8		17 nem redigunt suam. Ammonitæ annis 18. qui cum temporibus posteriorum iudicum copulantur secundo dum Iudæorum traditio nes.
5	9		
6	10		
7	11		
8	12		
9	13		
			IEPTE, Hebræorum annis 6.
10	14		
			2 Iepete in lib. Iudicū ab etate Mosis usq; ad semetipsum ait supputari, an. 300.
11	15		
12	16		
13	17		

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Regnum Mycenarum.	Regnum Atheniense.	Anni mundi.
19	36	9	
20	37	10	
21	38	11	
22	39	12 Minos leges ac fora constituit.	
23	40	13	
24	41	14	
25	42	15	
26			3980
27	43 Theleus Helenam rapuit, quam rursus fratres receperunt capta matre Thelei eodem peregre profecto.	16 Philistous scribit à Zaro & Carthagine Tyrīs hoc tempore Carthaginem conditam, eosdem autem fuisse Tyrīs.	
28	44	17	
29	45	18	
30	46	19	
31	47	20	
	AMMES NEMES, Aegyptiorū		21
32	48	22 Atreus Argis regnat.	
33	49	23 Hercules agonē Olympiacum constituit, a quo, utque ad primam Olympiadē supputantur, an. 430.	
34	50	24 Phædra Hippolytum amat.	
35	51	25 Hercules in Lybia occidit Antæum.	
36		26 Menelaus regnat in Lacedæmonia.	
37		27 Theseus profugus Athenas derelinquit.	
38		28	
39		29	
40		30	
	MNESTEVS, XI Atheniense, qui & Peteo, an. 24.		
41		31 Mycenis imperat Agamemnon annis 35. cuius regni 18. anno Troia capitur.	4000
42		32 Interfectorum posterī, qui uocabantur Epigoni aduersus Thebas bellum mouerunt.	
43		33 Hercules (tali occidit. cum morbum incidit et petilentē, ob remediū dolorū se iecit in flammis, & sic morte functus est anno ætatis 52. quidam autē 30. perisse scribunt, alij 30. ante 30. an. lethum)	
44		34 Alexander Helenā rapuit, Troianū bellū decennale surrexit, causa mali, quod trium mulierum de pulchritudine certantium præmium fuit, una earum Helenam Pastori iudici pollicente.	
45		35	
46		36	
47		37	
48		38	
49		39	
50		40	
51		41	
52		42	



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
14	18	5	
15	19	6	
16	20	1	Post quem HESEBON, an-
17	21	2	nis 7.
18	22	3	
19	23	4	Post Hesebon in libro He-
20	24	5	bræorū fertur iudex Adon
21	25	6	rexille populum an. 10. qui
22	26	7	non habetur apud LXX In-
			LABDON (interpretes.
23	27	1	Hebræorum, annis 8.
24	28	2	
25	29	3	Troia capta.
A captiuitate Troiæ usq; in primam Olympiadem fiunt anni 400. a-			
liās 400. Colligitur omne tempus usq; in præsentem diem secundum			
Assyrios à XLIII regni Nini, anni 835. aliās 834.			
Secundum Hebræos à primo anno natiuitatis Abraham anni 825.			
aliās 824.			
Secundum Assyrios Sicyontos, à XXXII Europis, anni simili-			
ter 835.			
A natiuitate uerò Mosis, anni 310. aliās 308.			
26	30	4	Post Labdon Hebræos in
27	31	5	ditionem redigunt alienige-
	PELASGVS, XXV.		næ, annis 40. qui computan-
28	1	6	tur temporibus iudicium po-
29	2	7	teriorum secundum Judæo-
30	3	8	rum traditiones.
			Post quem SAMSON, an. 20.
31	4	1	Samson fortissimus omnium
			finitur, ita ut à quibusdam fã-
32	5	2	cta eius gettis Hercules com-
	TANTEVS,		parentur. Quidam ad huius
1	XXVII. Assyrio-	3	memoriam seruandam bal-
2	rum, annis 40.	4	neas Byzantiorum multo
3	8	5	post tempore appellatas pu-
4	9	6	rant.
5	10	7	
6	11	8	
7	12	9	
8	13	10	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Ægyptiorum.	Regnum Latinorum.	Regnum Atheniensium.	Anni
21	4	13	mundi.
22	5	14	4010
23			
24	6	15	
25	7	16	
26	8	17	Mopius regnauit in
	THVORIS,		Cilicia, à quo Mopio
1	Ægyptio-	9	Memnon & Amazones
2	rum, an. 7.	10	Priamo tulere subsidium.
3	11	19	
4	12	20	
5			
6	13	22	
7	14	23	
	15	24	Capta Troia. (mophon)
Mneitheus moritur in Melo regrediens à Troia, post quæ Athenis regnauit De			
A primo anno Cecropis, qui primus apud Atticâ regnauit, usq; ad captiuitatem			
Troia, & usq; ad 23. annū Mneithe, cuius Homer⁹ meminit, cōputatur āni 375.			
Similiter à 25. ætatis Mosis anno, fiunt an. 375. aliās 374. (aliās 437.			
Thuoris rex Ægypti ab Homero Polybus uocat manus Alchadre, cuius memi-			
nit in Odyssæa, dicēs post Troiæ captiuitatē Menelaū & Helenā ad eū diuertisse.			
De tertio	LATINIS, q; postea Romani	DEMOPHOON, XII.	
1	omo Ma-	nuncupati sunt, post tertium	Atheniensium, an. 33.
2	nethonis	annum captiuitatis Troiæ, si	
3	Ægypti 10.	ue, ut quidam uolunt, post s	4020
4	Dynastia	regnauit ÆNEAS, annis 3.	2 Mycenis regnat Ægy-
5	Diapolita-	1 Ante Æneam, Ianus, Satur	llus.
6	nonum an-	nus, Picus, Faunus, Latinus	3
7	nis 178.	2 in Italia regnauerunt circiter	4
8		3 annis 150.	5
9		Post quem II. ASCANIUS,	Mycenis post mortem
10		1 annis 38.	6 Ægypti Orestes regna-
11		Ea quæ de Vlyssæ fabula fe	uit an. 15.
12		2 runt, quomodo triremi Tyr	7 Lydi mare obtinuerunt.
13		3 rhenorū Scyllā fugerit, spo-	8
14		4 liare hospites solitam. Scri	9
15		5 bit Palephatus in incredibi-	10
16		6 lium libro 1. Syrenes quoq;	11
17		7 fuisse meretrices, quæ dece-	12
18		8 perint nauigantes.	13
19		9	14
20		10	15



OPAEVSBCESR

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Assyriorum.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Hebræorum.
9	14	11	
10	15	12	
11	16	13	
12	17	14	
13	18	15	
14	19	16	
15	20	17	
	Post quem ZEVSIPE		
16	1 PVS, XXVI. Sicyo-	18	
17	2 niorum, annis 32.	19	
18	3	20	
		Post quem HELI, sacerdos,	
19	4	1 In Hebræorum libro, (an. 40.)	
20	5	2 40. anni inveniuntur in LXX	
21	6	3 autem interpretatione, 40.	
22	7	4	
23	8	5	
24	9	6	
25	10	7	
26	11	8	
D	12	9	
28	13	10	
29	14	11	
30	15	12	
31	16	13	
32	17	14	
33	18	15	
34	19	16	
35	20	17	
36	21	18	
37	22 Castoris Chronogra-		19
	phiã de Sicyoniorũ regno exponemus. Sicyoniorũ re-		
38	23 ges ab Ægypteo usq;		20
	ad Zeulippũ oēs regnauerũt annis 862. & sacerdotes		
39	24 Carni, q̄ præfuerũt an.		21
40	25 33. post quos facer-		22
	dos cõstitutus est Ca-		
1	26	23	
	1 Assyriorũ, an. 30. ridemus, qui impen-		
2	27	24	
	tas non sustinens fur-		
3	28	25	
	git.		
4	29	26	
5	30	27	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Ægyptiorum.	Regnum Latinorum.	Regnum Atheniensium.	Anni mundi.
16	11	16	
17	12	17	
18	13	18	
19	14	19	
20	15	20	
21	16	21	4040
22	17	22	
		diione sacerdotis Ma-	
23	18	23	
24	19	24	
25	20	25	
	clidarum descensus.		
26	21	26	
27	22	27	
28	23	28	
29	24	29	
30	25	30	
31	26	31	4050
32	27	32	
33	28	33	
		OXYNTES, XIII. Athe-	
34	29	34	
35	30	35	
36	31	36	
37	32	37	
38	33	38	
39	34	39	
40	35	40	
41	36	41	
42	37	42	4060
43	38	43	
44	39	44	
	SYLVIVS, III. Latinorũ, Æ-		
45	40	45	
	nea filius, annis 29.		
46	41	46	
	1 Sylvius Posthumus, quia		
47	42	47	
	post mortẽ patris æditus ru-		Post quem APHIDAS,
48	43	48	
	2 ri fuerat educatus, & Syluij		XIII. anno 1.
49	44	49	
	3 & Posthumi nomẽ accepit,		Post quẽ TIMOETES, XV. an. 8.
50	45	50	
	4 quo omnes Albanorum		1 Castor de regno Atheni-
51	46	51	
	4 reges Syluij uocati sunt.		2 entliũ. Exponemus autẽ
52	47	52	
	5 Athenientliũ reges co-		
53	48	53	
	4 gnomento Ereteidas.		
54	49	54	
	5 a Cecrope Diphye uf-		
55	50	55	
	6 que ad Timoeten:		4070
	quorum omne tempus inuenitur an. 449. Post quos suscepit regnum		



OPA. EVSEBII CAS. CHRONICON

EVSEBII CAS. CHRONICON

C	Aegyptiorum.	Regnum Lacedaemoniorum.	Regnum Hebraeorum.	Aegyptiorum.
6	31		28	53
7	32		29	54
8		Reges Sicyoniorum defecerunt, qui regna- uerunt annis 862. Post quos sacerdotes Car- ni continuati sunt.	30	55
9			31	56
10			32	57
11			33	58
12			34	59
13			35	60
14			36	61
15			37	62
16			38	63
17			39	64
18			40	65
Mortuo Heli sacer- dote, Arca testamenti ab alienigenis possidetur: ac deinde in domo Aminadab				
			SAVL fuit annis 20.	
19			1 primus rex Hebrae-	66
20			2 oru ex tribu Benia-	67
21			3 min, Samuel & an-	68
22			4 nis 40.	69
23			5	70
24			6	71
25			7	72
26			8	73
27			9	74
28			10	75
29			11	76
30			12	77
DERCILVS				
1	XXIX. An-		13	78
2	lyrioru, an-		14	79
3	nis 40.		15	80
EVRISTEVVS, primus				
4		1 Lacedaemonioru, an-	16	81
5		2 nis 42.	17	82
6		3	18	83
7		4	19	84
8		5	20	85
9		6	21	86
10		7	22	87
11		8	23	88
12		9	24	89

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Regnum Latinorum.	Regnum Atheniense.	Corinthiorum.	Anni
9			
10	7 Melanthus Pyliensis Andropopi filius, & huius filius Codrus, qui impera-		mundi.
			Post quem MELAN-
11	Erecheidarum imperio destr-		(uerunt simul an. 58.
12	cto Atticorum principium		THVS, XVI. annis 37.
13	regni ad aliud genus trans-		
14	latum est, cum Fimoete pro-		
15	uocasset ad pugnam Xan-		
16	thus Boeti: & Fimoete re-		
17	culante, Melanthus Pylien-		
18	is Andropompi filius ius-		4080
19	cepisset iugulare certame		
20	ac deinde regnasset, hinc et		
21	Ανατροπιον, id est, fallaciaru		
	solennitas celebratur, qui ad uictoriam fraude processerat.		
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			4090
	AENEAS SYLVIVS, IIII La-		
1	tinorum, annis 37.	Homerus secundum quorundam opi-	
2	In alta historia reperim ⁹ quar-	20 nionem his fuisse temporibus iudicatur.	
3	to Latinum Syluium regnat-	21 Quanta autem de eo apud ueteres dislo-	
4	se Laurentis, & vicinioribus	22 natio fuerit, manifestum esse poterit ex	
5	filium uterinum fratrem Post-	23 sequentibus. Quidam eum, ex quibus Crates,	
6	hum, & quintum, qui nunc	24 ante descensum Heraclidarum ponunt.	
7	hic quartus ponitur Syluium	25 Eratothenes post 100. annu Troia	
	Aeneam Posthumi filium.	26 ne captiuitatis. Arcturichus Ionica e-	
	chorus emigrationis Ionice tempore sub Archippo Atheniensi magistratu, &	26 migratioe, siue post annu 100. Philo-	
	post eorum Troia, an. 130. Apollodorus Atheniensis post 240. annu euerlionis		
8		Illy. Existerunt alij, quomodo ATHLETES	† Alethes.
9		27 dico tempore antequam O-	1 primus Cor. an. 35.
10		28 olympiades inciperent	2 Heraclidarum 4100
11		29 400. retro annis Troia	3 descensus
12		30 ne captiuitatis eum fuisse	4 Pelopone-
13		31 se putet, licet Archilo-	5 sum.
14		32 chus 23 Olympiades	6
15		33 & quintum Troiana	7
16		34 euerlionis obtinuit	8 Euristheus
		35 runt.	9 et Procles Spartam



OPA EVSEBII CASARII

EVSEBII CAS. CHRONICON

	Abyriorum.	Lacedaemoniorum.	Regnum Hebraeorum.	Aegyptiorum.
13	10		25	90
14	11		26	91
15	12		27	92
16	13		28	93
17	14	Iones profugi Athe-	29	94
18	15	nas se contulerunt.	30	95
19	16		31	96
20	17		32	97
21	18	Peloponneses con-	33	98
22	19	tra Athenas dimicant.	34	99
23	20		35	100
24	21		36	101
25	22	Incurtus in Altam A-	37	102
26	23	mazonum pariter &	38	103
27	24	Cymmeriorum.	39	104
28	25		40	105
			Hebraeorum primus	
29	26		1 rex ex tribu Iuda	106
30	27		2 DAVID, annis 40.	107
31	28		3	108
32	29		4	109
33	30	Codrus iuxta respon-	5 Hebraeorum Pontifex	110
34	31	sium seipsum morti tra-	6 Abiathar clar ha-	111
35	32	dens, interimitur bel-	7 betur.	112
		lo Peloponnesiaco, in		
		quo Heraclidarum re-		
36	33	gnum destructum est,	8	113
37	34	quod 382. annis per-	9	114
38	35	seuerat.	10 Prophetam Gath,	115
			Nathan, Afaph.	
39	36		11	116
40	37	Peloponneses con-	12	117
		tra Athenienses dimi-		
1 XXX Ally	38	cant.	13	118
2 riorum, an	39		14	119
3 nis 35.	40		15	120
4	41		16	121
5	42		17	122
		ARGIS, II. Lacedaemo-		
6		niorum, anno 1.	18	123
		Post quem ARCHE-		

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Latinorum.	Regnum Atheniensium.	Regnum Corinthiorum.	Anni mundi.
17	36 annum supputet.	10	4110
18	37	11	
	CODRVS, XVII. Atheni-		
19	ensium, Melanthi filius,	12	
20	1 annis 21.	13	
21	3	14	
22	4	15	
23	5	16	
24	6	17	
25	7	18	
26	8	19	
27	9	20	
28	10	21	4120
29	11	22	
30	12	23	
31	13	24	
	LATINVS		
1 SYLVIVS,	14	25	
v. Latino			
2 rum, an. 50.	15	26	
3	16	27	
4	17	28	
5	18	29	
6	19	30	
7	20	31	4130
8	21	32	
	Post quem principes		
	siue magistratus, quos		
9	1 mors finierat: quorum	33	
10	2 primus MEDON Co	34	
11	3 dri filius, annis 20.	35	
12		IX. ION, II. Corinthiorum,	
13	4	1 annis 37.	
14	5	2	
15	6	3	
16	7	4	
17	8	5	4140
18	9	6	
19	10	7	
	11	8	



OPAEVSBBCESSR

EVSEBII CÆS. CHRONICON

	Affyriorum.	Regnum Lacedæmoniorum.	Regnum Hebræorum.	Ægyptiorum.
7	1	STRATVS, annis 35.	19	124
8	2		20	125
9	3	Magnesia in Alta con-	21	126
10	4	dita.	22	127
11	5		23	128
12	6		24	129
13	7	Mycena condita in Ita	25	130
14	8	lia, quæ nunc Cumæ.	29	131
15	9		27	132
				133
16	10	Ëphesus condita ab	28	134
17	11	Andro liue ab Andro	29	135
18	12	n co.	30	136
19	13	Carthago condita est,	31	137
20	14	ut quidam uolunt, a	32	138
21	15	Carcedone Lyrio: ut	33	139
22	16	uero alij, a Didone fi	34	140
23	17	lia eius, post Troiani	35	141
24	18	bellum annis 143.	36	142
25	19		37	143
26	20	Ionica migratio, in	38	144
27	21	qua quidam fuisse lo	39	145
28	22	merum scribunt.	40	
			SOLOMON, II. Hebræo =	
29	23		rum, filius Dauid, annis 40.	146
30	24		2	147
31	25		3	148
32	26		4 Solomon templum in He	149
33	27		5 ierolymis ædificare cepit,	150
34	28		6 cõsummatitq; opus, an. 8.	151
35	29		7 Colligitur autẽ omne tẽp ⁹	152
			a Mose, & egressu Israel ex	
36	30		8 Ægypto usq; ad præsentem	153
37	31		9 annũ, anni 480. ut Regnorũ	154
			liber primus in testimoniũ est. Secũdũ tertũ librũ Re	
38	32		10 gnorũ a Mose, & egressu	155
			Israel ex Ægypto usq; ad	
39	33	Sadoch Hebræorum	11 Solomonem, & ædificari	156
40	34	acerdos VIII ab Aa	12 onem templi, computatur	157
41	35	rum, an.	13 anni 480.	158
42	45.	LABOTES, IIII. La-	A diluuiũ usq; ad Mosen	
		cedæmoniorũ, an. 37.	14 anni 1412.	Ab 159
			Adã usq; ad diluuiũ anni	2242. Similiter omnes anni 4169.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Regnum Latinorum.	Atheniensium.	Corinthiorum.	Anni mundi
20		12	9	
21		13	10	
22		14	11	
23		15	12	
24		16	13	
25		17	14	
26		18	15	
27		19	16	4150
28		20	17	
		AGASTVS, II A.		
29		1 theniensium, an-	18	
30		2 nis 36.	19	
31		3	20	
32		4	21	
33		5	22	
34		6	23	
35		7	24	
36		8	25	
37		9	26	4160
38		10	27	
39		11	28	
40		12	29	
41		13	30	
42				
43		14	31	
44		15	32	
45		16	33	
46		17	34	
47		18	35	
48		19	36	4170
49		20	37	
		AGYLAVS, IIII Corinthe		
50		1 orum, annis 37.		
51		2		
		ALBA SYLVIVS,		
52		VI Latinorum, Syl	23	
		uij Æneæ filius, an-		
53		nis 39.	24	
54			25	
55			26	
56				
57			27	



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Affyriorum.	Regnum Lacedæmoniorum.	Hebræorum Iudæ.	Hebræorum Israel.
5	2		15 Prophetabant Sa-	
6	3		16 doch, Achias 3,	
7	4	Quidam Homerū,	17 Salomites, Sa-	
8	5	& Hesiodum his fu-	18 meas:	
9	6	ille temporibus a-	19	
10	7	iunt.	20	
11	8		21	
12	9		22	
13	10	Carthago secundū	23	
		nōnullos conditur		
14	11	à Didone.	24	
15	12	Alij uerò supra scri-	25	
16	13	ptum tempus uen-	26	
17	14	dicant.	27	
18	15		28	
19	16		29	
20	17		30	
21	18		31	
22	19	Tertio mare obtinu-	32	
23	20	erunt Thraces an-	33	
		nis 19.		PRINCIPIVM Hebræorū qui
D 24	21		34	in Samaria erāt.
25	22		35	Apud Hebræ-
26	23		36	os qui in Sama-
27	24		37	ria erant, & uo-
28	25		38	cabātur Israel.
29	26		39	primus regna-
30	27		40	uit HI-ROBO-
				AM annis 12.
31	28		1	bræorū Iudæ an. 17.
32	29		2	Post mortē Solomo-
				nis seditio orta est in gente Iudæorum, & regni bifaria diui-
33	30		3	lio. In Samaria decē
34	31		4	tribub. regnauit Hie-
				roboam.
35	32		5	
36	33		6	
37	34		7	Roboā filius Solo-
38	35		8	monis regnauit in
				Hierusalem duabus tribubus sibi subiectis, q uocabantur Iu-
39	36		9	dai, ob reges Iudæo-
40	37		10	rum, qui ex Iudæ-
				stirpe descende-

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Egyptiorum.	Latinorum.	Athemensium.	Corinthiorum.	Anni.
160	6	28	8	mandt.
161	7	29	9	4180
162	8	30	10	
163	9	31	11	
164	10	32	12	
165	11	33	13	
166	12	34	14	
167	13	35	15	
168	14	36	16	
		ARCHIPPVS, III		
169	15	1 Atheniēsiū, an-	17	
170	16	2 nis 10.	18	
171	17	3	19	4190
172	18	4	20	
173	19	5	21	
174	20	6	22	
175	21	7	23	
176	22	8	24	
177	23	9	25	
178	24	10	26	
		Aegyptiorū		
1	XXI dyna-	25	27	
2	stia regnauit	26	28	
3	SMENDIS	27	29	4200
4	annis 26.	28	30	
5		29	31	
6		30	32	
7		31	33	
8				
9	32	18	34	
	33	19	35	
		TERSIPPVS,		
10		1 IIII. Atheniē	36	
11	34	2 sium, an. 41.	37	
12				
		PRYMINAS, IIII		
13	36	3	1 Corinthiorum,	
14	37	4	2 annis 35.	4210
15	38	5	3	
	39	6	4	
16		SYLVIVS ATHYS, VII		
17	1 Latinorū, siue	7	5	
	2 Aegyptus an-	8	6	
	Syluius (nis 24.			

OPAEVSEBII



EVSEBII CAS. CHRONICON

C	Affyriorum.	Lacedaemoniorum.	Hebraeorum Iuda.	Hebraeorum Israel.
41		1 Lacedaemonio	11 rari, & uniuersa gene	11
42		2 da (ru an. 29.)	12 Iudae nomen sortita	12
43		3 mos condita, et	13 est.	13
44		4 Smyrna in ur-	14	14
45		5 bis modum am	15	15
PIRICIADES pluta.				
1 XXXII Al	6	Thracas Bebr-	16 Sulachim rex Aegypti	16
		ciam, quae nunc	orum contra Iudaeos	
2 nis 30.	7	Bithinia nun-	17 dimicans templum	17
		cupatur, uan-	ipoliat.	
3		8 feuntes a Siri-	18 Post quem ABIA IIII	18
4		9 mone occupa-	2 annis 3.	19 Hebraeorum
		uerunt.		Pontifex ma-
5		10	3	20 maximus Abi-
† 3 Reg.			† Post quem ASA, V.	melech illu-
15.			1 annis 4.	2 stris habetur.
6		11	1 Prophetabant Achia,	21
† Sic puta-		12	Sameas, et is qui fuerat	NADABI, He-
rim legen-		13	3 apud altare Samariae,	braeorum Israel.
dum ex-		14	4 Hieu, Iode, Azarias,	2 annis 2.
Bede			qui & Anania.	BAASA, III. He-
Chronico:				braeorum Israel
Propheta-		15	5	1 annis 24.
bae Helias,		16	6	2
Abdias,		17 Thracas ma-	7	3
Micheas.		18 re obtinue-	8	4
que: & Hi-		19 runt.	9	5
eu qui occ-		20	10	6
iditur ab		21	11	7
Asa rege		22	12	8
Israel.		23	13	9
24		24 Thracas ma-	14	10
		25 re obtinue-	15	11
		26 runt.	16	12
		27	17	13
		28	18	14
		29	19	15
		AG+ SILAVS		
25		1 VI Lacedemo-	20	16
26		2 niorum an-	21	17
27		3 nis 44.	22	18
28		4	23	19

† 3 Reg. 15.

† Sic putarim legendum ex Bede Chronico: Prophetae Helias, Abdias, Micheas. que: & Hieu qui occiditur ab Asa rege Israel.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Aegyptiorum.	Lacedaemoniorum.	Atheniensium.	Corinthiorum.	Anni mundi.
18		3 Athys, siue Aegy-	9	7	
19		4 ptus Albæ supe-	10	8	
20		5 rioris regis filius	11	9	
21		6 fuit.	12	10	
22		7	13	11	
23		8	14	12	4220
24		9	15	13	
25		10	16	14	
26		11	17	15	
Post quem					
1 PSEUSEN-	12		18	16	
SES, an. 41.					
2		13	19	17	
3		14	20	18	
4		15	21	19	
5		16	22	20	
6		17	23	21	
7		18	24	22	4230
8		19	25	23	
9		20	26	24	
10		21	27	25	
11		22	28	26	
12		23	29	27	
13		24	30	28	
CAPIS					
14		1 SYLVIVS, VIII	31	29	
15		2 Latinorum, an-	32	30	
16		3 nis 28.	33	31	
17		4 Capis superioris	34	32	4240
18		5 regis filius.	35	33	
19		6	36	34	
20		7	37	35	
BACIS, V.					
21		8	38	36	
22		9	39	37	
23		10	40	38	
24		11	41	39	
PHORBAS, V					
				40	
				41	

A

B



OPAEVSBCESR

EVSEBII CAS. CHRONICON

	Aegyptiorum.	Lacedaemoniorum.	Hebraeorum Iudae.	Hebraeorum Israel.
29	5		24	20
30	6		25	21
	OPHRATEVS,			
1	XXXIII. Assyri		26	22
2	orum, annis 20.		27	23
3	9		28	24
				Post quem
4	10		29	1 HELA, IIII
5	11		30	2 annis 2.
				Post quem
6	12		31	1 AMBRAS,
7	13		32	2 v. annis 12.
8	14		33	3
9	15		34	4
10	16		35	5
11	17		36	6
12	18		37	7
13	19		38	8
14	20		39	9
15	21		40	10
16	22		41	11
			IOSAPHAT, VI. He	
17	23		braeorum Iudae, an-	12
			nis 15.	ACHAB, VI
18	24		2	Hebraeorum
19	25		3	Israel an. 22.
20	26		4	3
	OPHRATANES,			
1	XXXIII. Assyri		5 Apud Hebraeos	4
2	riorum, annis 50.		6 prophetabant Ab	5
3	29		7 dias, Hieu, Ozias	6
4	30		8 † & Micheas.	7
5	31		9	8
6	32		10 Pseudoprophetae	9
7	33		11 erant Sedechias,	10
8	34		12 Eliazer.	11
9	35		13	12
10	36		14	13
11	37		15	14

† Et Helias

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Egyptiorum.	Latinorum,	Atheniensium.	Corinthiorum.	Anni
25	12				
26	13		1 Athenientium,	5	mundi
			2 annis 31.	6	
27	14				
28	15		3	7	4250
29	16		4	8	
			5	9	
30					
31	17		6	10	
	18		7	11	
32					
33	19		8	12	
34	20		9	13	
35	21		10	14	
36	22		11	15	
37	23		12	16	
38	24		13	17	4260
39	25		14	18	
40	26		15	19	
41	27		16	20	
	28		17	21	
	NEPHER				
	† CAPETVS SYL				
	CHERES				
	1 VIVS, IX Lati-				
	Aegyptiorum,				
	annus 4.				
	2 Hic fuit filius re-				
	gis superioris Ca-				
	3 pis.				
	4				
	AMMENO-				
	PHIS, Aegy-				
	ptiorum, an-				
	nis 9.				
	6				
	7				
	8				
	9				
	10				
	11				
	12				
	13				
	14				
	15				
	16				
	17				
	18				
	19				
	20				
	21				
	22				
	23				
	24				
	25				
	26				
	27				
	28				
	29				
	30				
	31				
	32				
	33				
	34				
	35				
	36				
	37				
	38				
	39				
	40				
	41				
	42				
	43				
	44				
	45				
	46				
	47				
	48				
	49				
	50				
	51				
	52				
	53				
	54				
	55				
	56				
	57				
	58				
	59				
	60				
	61				
	62				
	63				
	64				
	65				
	66				
	67				
	68				
	69				
	70				
	71				
	72				
	73				
	74				
	75				
	76				
	77				
	78				
	79				
	80				
	81				
	82				
	83				
	84				
	85				
	86				
	87				
	88				
	89				
	90				
	91				
	92				
	93				
	94				
	95				
	96				
	97				
	98				
	99				
	100				

B
† Alias Cor-
pentus &
Calpetus.

† Mezaes



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Affyrorum.	Regnum Lacedæmoniorum.	Hebræorum Iudæ.	Hebræorum Israel.
12	38		16	15
13	39		17	16
14	40		18	17
15			19 Quarto mare continu	18
16	41		20 erunt Rhodij annis 23.	19
17	42			20
18	43		21	21
19	44		22	22
		ARCHELAUS		
19		1 VII Lacedæmo-	23	
		niorū, annis 60.		OCHOZIAS, VII
20				1 Hebræorum
21	2		24	2 Israel, annis 1.
				Post quem
21	3		25	
				1 IORAM, VII Hebræorū
22	4		26	1 Iudæ, annis 8.
23	5		27	2 IORAM, VIII.
				2 annis 12.
24	6		28	3
25	7		29	4
26	8		30	5
27	9		31	6
28	10		32	7
29	11		33	8
				Post quem
				1 OCHOZIAS, VII
				1 VII. anno 1.
				Post quem ATHALIA,
				1 IX. mater annis 7.
				2 Ionadab filius Rechab
				3 clarus habetur.
				Post quem
				1 IORAM, VIII.
				1 IORAM, VIII. an
				2 nis 12.
				3
				4
				5
				6
				7
				8
				9
				10
				11
				12
				13
				14
				15
				16
				17
				18
				19
				20
				21
				22
				23
				24
				25
				26
				27
				28
				29
				30
				31
				32
				33
				34
				35
				36
				37
				38
				39
				40
				41
				42
				43

1 Azarias.

† 4. Reg.

† 4. Reg.

21.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Ægyptiorum.	Latinorum.	Atheniensium.	Corinthiorum.	Anni	A
4	4	4	4		
5	5	5	5		
6	6	6	6		
	SPINACBS				
	dicatur.				
7	7	7	7		
8	8	8	8		
9	9	9	9		
10	10	10	10		
11	11	11	11		
12	12	12	12		
13	13	13	13		
14	14	14	14		
15	15	15	15		
16	16	16	16		
17	17	17	17		
18	18	18	18		
19	19	19	19		
20	20	20	20		
21	21	21	21		
22	22	22	22		
23	23	23	23		
24	24	24	24		
25	25	25	25		
26	26	26	26		
27	27	27	27		
28	28	28	28		
29	29	29	29		
30	30	30	30		
31	31	31	31		
32	32	32	32		
33	33	33	33		
34	34	34	34		
35	35	35	35		
36	36	36	36		
37	37	37	37		
38	38	38	38		
39	39	39	39		
40	40	40	40		
41	41	41	41		
42	42	42	42		
43	43	43	43		

† Dionysius 33.

† Ptolemaeus.

B



OPAEVSBCE SAR

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Aegyptiorum,	Lacedæmonionum,	Hebræorum Iudæ.	Hebræorū Israel.
44	26	7		11
45	27	Lycurgus inli-	8	12
46	28	gnishabetur.	9	13
47	29		10	14
48	30		11	15
49	31		12	16
50	32		13	17
	OCRAZAPES,			
1	xxxv Assy	33	14	18
2	riorū an. 41.	34	15	19
3		35	16	20
4		36	17	21
5		37	18	22
6		38	19	23
				24
7		39	20	25
8		40	21	
				26
9		41	22	27
10		42	23	28
11		43	24	
				IACOB, X.
12		44	25	1 Hebræorū
13		45	26	2 Israel, an. 17.
14		46	27	3
				4
15		47	28	5
16		48	29	6
17		49	30	
		prijan, 32.		7
18		50	31	8
19		51	32	9
20		52	33	10
21		53	34	11
22		54	35	12
23		55	36	13
24		56	37	14
25		57	38	
				15
26		58	39	16
27		59	40	
			TAMASIAS, XI. He	17
28		60	braeorum Iudæ,	THELECVS

D
† 4. Reg.
13.

† 4. Reg.
14.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Aegyptiorum.	Latinorum.	Atheniensium.	Corinthiorum.	Anni mundi.	
21	28	5	5		
22	29	6	6		
23	30	7	7		
24	31	8	8		
25	32	9	9		
26	33	10	10		
27	34	11	11		
28	35	12	12	4320	
29	36	13	13		
30	37	14	14		
31	38	15	15		
32	39	16	16		
33	40	17	17		
	AREMVLVS SYL				
34	1	VIVS, XII Lati	18	18	
35	2	norum, an. 19.	19	19	
	SENSCORIS, A-	Sylu ⁹ Armul ⁹			
1	gyptiorū 20. dy=	3	siue Remulus,	20	20
2	naltia, an. 21.	4	Agrippa supe-	21	21
3	Huius Sencoris	5	rioris regis fili ⁹ ,	22	22
4	Aegyptij regis pa	6	prælidium Al-		
5	ter fuit Siparis:	7	banorum inter	23	23
6	Hunc ferunt qui-	8	montes ubi Ro-	24	24
7	dam post mortē	9	ma nunc est po-	25	25
8	ab Aegyptijs deū	10	fuit, qui ob in-		ARISTHE=
9	nuncupatum, e-	11	pietate postea	26	1 MEDES,
10	umq; Serapin ap	12	fulminatus in-	27	2 VIII. Corin-
11	pellatum.	13	terijt. Huius fi-	28	3 thiorum, an-
		14	lius fuit Iulius		PHEREDVS
12	12	proauus † Julij	1	VIII. Atheni	4
13	13	Proculi, qui cū	2	enliū, an 19.	5
14	14	Romulo Ro-	3		6
15	15	mā cōmigrans	4		7
16	16	fundauit Iuliam	5		8
17	17	gentem.	6		9
18	18		7		10
19	19		8		11
		AVENTINVS			
18	1	SYLVIVS, XIII.	9		12
19	2	Latinorū, an. 3.	10		13
		Auētini ⁹ Remu			
20		li superioris ma	1		14

A

B

† Dionysus Halic.
hunc Alla
dium nomi
nat.

ior filius,



OPA. EVSEBII. CAS. CHRONICON.

EVSEBII CAS. CHRONICON

C	Assyriorum.	Lacedaemoniorum.	Hebraeorum Iudae.	Hebraeorum Israel.
		THELECVS, VIII	annis 29.	IOAS, XI Hebraeorū Israel annis 16.
29		1 Lacedaemoniorū Carthagi(an.40.	2	2
30		2 nē hac grate qui-	3	3
31		3 dam conditā pu-	4	4
32		4 tant; alij uerō, ut	5	5
33		5 supra memorauī	6	6
34		6 mus.	7	7
35		7	8	8
36		8	9	9
37		9	10	10
38		10	11	11
		11	12	12
39		12	13	13
40		13	14	14
41		14	15	15
	TONOSCONCO-			16
1	1 LEROS, XX XVI	15	16	16
2	2 Allyriorū, q uo cabatur Graecē	16	17	17
D	3 Sardanapalus,	17	18	18
4	4 an, 20, dub Atr.	18	19	19
5	5 phrōe Assyrio-	19	20	20
6	6 rū regnū deltru	20	21	21
7	7 ctū, & Sardana palus, ut nōnulli scripserunt, eodē tempore Tharsum atq; Anchialē cōdidit:	21	22	22
8	8 & in praelio ut-	22	23	23
9	9 ctus ab Arbace	23	24	24
10	10 Medo semet in-	24	25	25
11	11 cendio concre-	25	26	26
12	12 mauit.	26	27	27
13	13	27	28	28
14	14	28	29	29
	15	29	30	30
	16	30	31	31
	17	31	32	32
	18	32	33	33
	19	33	34	34
	20	34	35	35

Vsq; ad id tēpus fuisse reges Assyriorū historia refert, & sūt simul an. 1197. Omnes autem anni regni Allyriorū, à primo anno Nini supputantur 1240. ARBACES

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Egyptiorum.	Latinorum.	Atheniensium.	Corinthiorum.	Anni mundi.
	for filius, in eo			
1	4 monte, qui nūc	12	15	
OSORTHON	pars urbis est,			
1	5 mortuus & se-	13	16	
2	6 pultus, aternū	14	17	4350
3	7 loco uocabulū	15	18	
4	8 dedit.	16	19	
5	9	17	20	
6	10	18	21	
7	11	19	22	
8		ARIPHON, IX		
9	12	1 Athenien. an-	23	
10	13	2 nis 20.	24	
11	14	3	25	
12	15	4	26	
13	16	5	27	4360
	17	6	28	
14				
15	18	7	29	
	19	8	30	
	20	9	31	
1	21	10	32	
2	22	11	33	
3	23	12	34	
4	24	13	35	
5				
6			EGEMNON IX	
7	25	14	1 Corinthiorū	
8	26	15	2 annis 16.	4370
9	27	16	3	
10	28	17	4	
11	29	18	5	
12	30	19	6	
13	31	20	7	
		TESPIEVS X A-		
1	32 Telpico Ari-	1 Atheniensium an-	8	
2	33 Athēis regnā	2 nis 27	9	
3	34 te, Assyriorū	3	10	
4	35 regnum dele-	4	11	
5	36 tum est.	5	12	4380
6	37	6	13	

H PROCAS



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnū Medorum.	Macedonum.	Lacedæmoniorum.	Hebr. Iudæ.	Hebr. Israel.
Vide Hero doiū in 1.	ARBACES Me-				19
1	dis annis 28.	35		7	20
2	Arbaces Medo	36		8	21
3	Allyriorū impe-	37		9	22
	rio destructo regnū in Medos trātulit, & interim sine principib. res agebatur.				
4	uicq̄ ad Diocle	38		10	23
5	regē Medorū.	39		11	24
6	In medio autē	40		12	25
† Alcame nus. † Curan ^o .	tēpore Chaldei	TALCA.	TGRAMAVS		
7	propē p̄guale	1 NES, IX	1 primus rex	13	26
8	bant, quorū se	2 Lacedæ-	2 Macedonum,	14	27
9	parata, quadā	3 moniorū	3 annis 28.	15	28
10	successiōes re	4 annis 37.	4	16	29
11	gum feruntur.	5	5	17 Prophe	30
12	Reliquę quo-	6	6	18 tabanta	31
13	que gētes pro	7	7	19 pud Fle	32
14	prijs regib. ute	8	8	20 brazos	33
15	bantur.	9	9	21 Ofec, A	34
16		10	10	22 mos, E-	35
17		11	11	23 latas &	36
18		12	12	24 † Ionas	37
19		13	13	25 Prophe	38
20		14	14	26 te.	39
21		15	15	27	40
D		16	16	28	41
22		17	17	29	ZACHARIAS
23					XIII Israel mē
					sibus 6.
24		18	18	30	Post quē SBL
					LVM, XIII dieb.
25		19	19	31	1 Post quem
					MANAEM, XV
26		20	20	32	2 annis 10.
27		21	21	33	3
28		22	22	34	4
	SOSARMS II				
29	Medorum an-	23	23	35	
	nis 30.				

† Iohel.

† Vide hæc
omnia 4.
Reg. 25.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Egyptiorum.	Latinorum.	Atheniensium.	Corinthiorū.	Anni mundi.
	PROCAS SYL-			
6	1 VIVS XIII.	7	14 Phidon Argiuis	
7	2 Latinorū an. 23.	8	15 mēluras & pōde	
8	3 Hic fuit Auenti-	9	16 ra primus inuenit.	
	ni superioris fi-		ALEXANDER,	
9	4 lius.	10	1 X Corinthiorum	
10	5	11	2 an. 25.	
11	6	12	3	
12	7	13	4	
13	8	14	5	
14	9	15	6	4390
15	10	16	7	
16	11	17	8	
17	12	18	9	
18	13	19	10	
19	14	20 Trieres prima	11	
20	15	21 nauigatio in Co	12	
21	16	22 rintho.	13	
22	17	23	14	
23	18	24	15	
24	19	25	16	4400
25	20	26	17	
	OSORTHON			
1	Ægypti an	21	27	18
	nis 9. Ægy		AGAMEMNESTOR	
2	prij regē suū	22	1 XI Atheniensū	19
3	Ofortho	23	2 annis 20.	20
	Herculē co	AMVLIVS SYL		
	gnomina.	VIVS XV. Latinorum annis 44.		
4	uerunt,	1 Numitor Procæ	3	21
	superioris regis filius maior, a fratre Amulio regno pulsus, in agro suo uixit.			
5	Filia eius adimendæ spei partus gratia uirgo Veitalis lecta, quæ cum VII pa-			
	minos ædidiſſet infantes, iuxta legem in terram uirga defossa est. Verum par-			
6		2 trui suo anno ge	4	22
		3 uulos prope ri-	5	23
7	pam Tiberis expolitos, Faustulus regij pastor armentū ad Accam Lauren-			
		4 tiam uxorem su-	6	24
8	am detulit, quæ propter pulchritudinem & rapacitatem corporis quæstuos,			
		5 Lupa à uicinis	7	25
		appellabatur, un		
9	Post quem	6 de ad nostram	8	1 XI Corin-
		uicq̄ memoriā		thiorū annis 12.

H 4 1 PSAMMVS



OPAEVSBBCESSR

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnū Medorum.	Lacedæmoniorum.	Macedonum.	Hebr. Iudæ.	Hebr. Israel.
2		24	24	36	6
3		25	25	37	7
4		26	26	38	8
5		27	27	39	9
6		28	28	40	10
			CENVS, 11 Macedo		Post quē
7		29	1 num an. 12.	41	1 TPHAS
8		30	2	42	2 CEAS
9		31	3	43	3 XVI,
10		32	4	44	4 an. 10.
11		33	5	45	5
12		34	6	46	6
13		35	7	47	7
14		36	8	48	8
15		37	9	49	9
	Olymp. 1.	Lacedæmoniorum reges defecerunt.			

† Phaccia
biennio, 4.
Regum 5.

D A captiuitate Iroia usque ad Olympiadem primam anni 406. alias 405. Aeschili Atheniensium iudicis secundo an. prima Olympias acta, quo erat Agon gymnicus, in quo Choræbus Heliensis exitit uictor. Heli agunt quinquennale certamen, quatuor annis in medio expletis, in quibus principes annui constituuntur quatuor, quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis, siue Hæmonis primus construxit. Ab hoc tempore Græca de temporibus historia, uera creditur: nam ante hoc ut cuique uisum est diuersas sententias protulerunt.

† An. 20.
1. Reg. 15

16	10	Arctinus Mile	50	10	
		sius uerificator			TPHACB
17	11	florētissimus	51		1 XVII. He
18	12	habetur.	52		2 bræorum
		TYRIMAS, 111	IOATHAN		Israel, an-
19	1	Macedonū an-	1 Hebr. Iudæ,	3	nis 20.
20	Olympias 2.	nis 38.	2 XIII. an. 16.	4	
21		2 Athenis primū	3 Prophetabāt	5	
22		3 Trieres nauiga	4 qui & su-	6	
23		4 uit Amine deo	5 præ.	7	
	Olympias 3.	5 cursū dirigēte.			
24		6	6		
25		7 Cynethō Lacedæ	7		

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Ægyptiorum.	Latinorum.	Atheniensium.	Lydorum.	Anni mundi.
1 PSAMMVS	7 meretricum cel	9		
2 annis 10.	8 lux lupanaria	10	2	
3	9 dicuntur: Pueri	11	3	
4	10 cū adoleuissent,	12	4	
5	11 collecta pasto-	13	5	
	rum & latinorum manu, interfecto apud Albam Amulio, auum		6	
6 Ægyptij	12 Numitorem in	14	7	
7 post Phœni	13 regnum restitu	15	8	
8 ces mare	14 un.	16	9	
9 obtinuerūt.	15	17	10	
10	16	18	11	4420
1 XXIIII dy	17	19	12	Post quem
naita BOC				ANTOME-
2 CHORVS	18	20		NES XII an. 1.
an. 43.		ÆSCHYLVS XII	1	Post hūc re
		Atheniensium		ges in Corn
3 Bocchorus	19	1 annis 23.		tho nō fue-
4 Ægyptijs	20	2		1 runt, sed an
iura coniti				2 nui princi-
tuit, sub				pes cōstituti.
quo agnus				Hij duo anni hic
locutus est.				signati sunt regis

Lydorū infra scripti, cōueniunt tamen annis appositis hic aliorū regū.

Olympias prima.
Primam Olympiadem Africanus temporibus loathan regis Hebræorū fuisse scribit. Nostra quoque supputatio isdem temporibus eam exhibuit. Scribit autē Africanus, ut uerba eius ponam, ad hunc modum: Aeschylus Agamnestoris filius apud Athenienses obtinuit principatū annis 23. qua ætate loathan regnabat in Hierusalem. Porro nos in prima Olympiade loathan posuimus.

5				ARDISVS
	21	3	3	rex, primus
6				Lydorū an-
7	22	4	4	nis 36.
	23	5	5	
8				
9	24	6	6	
10	25	7	7	
11	26	8	8	4430
12	27	9	9	
	28	10	10	
13				
14	29	11	11	
	30	12	12	



OPA. EVSEBII. CAESARIS.

EVSEBII CAES. CHRONICON

C	Regnum Medorum.	Macedonum.	Hebraeorum Iudae.	Hebraeorum Israel.
26	8 moni ^o Poeta, q	8	10	
27	9 Thelegonia scri	9	11	
	Olympias 4.	plut agnoscitur.		
28	10 Theresi Cyrenē	10 Cumelus poe	12	
29	11 condiderunt o.	11 ra qui Bugomā	13	
30	12 raculo sic iube	12 & Europiā scri	14	
	MEDIDVS, III.	te, & conditor	plut, & Archi	
	Medorū an. 40.	13 urbis Battus, cu	13 mus q Aethio	15
		ius propriū no	picā etlliacā uastationē cōposuit.	
		men Aristeus.		
	Olympias 5.	Arad ^o insula cōditur.		
1	14 In Lacedaemo	14	16	
2	15 ne primus E	15	17	
3	16 phorus; quod	16	18	
		magistratus no	ACHAZ, XIII. Hebraeorū Iudae.	
5	17 men est consti	17 annis 16.	19	
	Olympias 6.	tuitur. Fuit autē sub regibus Lacedaemon annis 350.		
6	18 Cyzius cōdita.	2	20	
			OSEE XVIII	
7	19	3	1 Hebraeorū Iudae	
8	20 Athenis princi	4	2 rael annis 9.	
	pes, qui quo ad uixissent republicā praeerant desierunt, & in X annū magis			
9	21 stratum cōsue	5	3	
	Olympias 7.	tudo uersa est,		
	regnavitq; primus Carops filius Aeschylī, cōstruxeruntq; urbem in Aegypto			
10	22 Maceratim.	6	4	
11	23	7	5	
12	24 Mare obrinue.	8	6	
13	25 runt Milesi, an	9	7	
	Olympias 8.	nis 18.		
14	26 Thales Milesi	10	8	
15	27 us Phycus Phi	11	9	
	losophus.			
	† Captiuitas Israel prima decem tribus gentis Iudae, quae uocabantur Israel, & erant in parte Samaritae uictae a Sennacherib qui & Salmanassar rege Chaldaeorum, translati sunt in montes Medorū, regnatūq; est in Samaria an. 250.			
16	28	12		
17	29	13		
	Olympias 9.			
18	30	14		

†Tobie ca
pite 1. pa
ter Salma
nassar, fili
us Senna
cherib dicit
147.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

A	Egyptiorum.	Romanorum.	Atheniensium.	Lydorum.	Anni mundi.
15		31	13	13	
16		32	14	14	
17					
18		33	15	15	
19		34	16	16	
20		35	17	17	
21					
22		36	18	18	4440
23					
24		37	19	19	
25		38	20	20	
26		39 Nonnulli Ro	21	21	
		mani scriptores Romam conditam ferunt.			
27		40 Roma Palili	22	22	
	Contualib ^o ludis	bus, qui nunc dies festus est,			
28	Sabine captg, an	41 condita.	23	23	
	no ab urbe con	Remus rastro	ALCAMENON XIII		
29	dita tertio & una	42 pastoralia	1 Atheniensiu an	24	
30	uirginum pul	43 Fabio Romu	2 nis 2.	25	
31	cherrima cūcto	44 tur.	theniensium an	26	4450
32	rum acclamatio	ne rapientium	ROMVLVS pri	nis 10.	
	Thalasso duci Ro	mus rex Roma			
33	multa decernit:	1 norū an. 39.	2	27	
34	unde in nuptia:	2 Ob Alyli im	3	28	
35	rū solēnitatibus	3 pūtatē magna	4	29	
	Thalasso uulgo cla	Romulo multi			
36	mitant, quo sci	4 tudo cōiūgū.	5	30	
	licet talis nupta	Romani, Tatio Sabinorum rege regnante cum Romu			
37	lit, quae Thalaf	5 lo a Curibus	6	31	
38	sum habere me	6 Quirites ap	7	32	
	reatur.	pellati.			
	Sennacherib rex Chaldaeorum ad custodiendā regionem Iudae accolas mi				
	lit Assyrios, qui a mulatores Iudae legis facti, Samaritae nūcupati sunt: quod				
	in latinam linguam exprimitur custodes.				
39		7 Ceninēses, An	8	33 Lacedaemonij	
40		8 tennates, Crustu	9	34 cōtra Melleni	
		mini, Fidenates, Veientes q propter		os uicēnale bellū	
41		9 Sabinarum ra	10	35 Eu (habebāt.	
		prū bellū moue	ÆSIMEDES XV	mel ^o Corinthius	
42		10 rant, uincūtur	1 Atheniensium,	36 uerificator a.	
		a Romulo.	an. 10. (gnoscitur, et Sibylla Erythra.		
			ALIAECTES, II Lydorum,		

Hec pri
mis annis
Romuli ge
sta sunt.



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Medorum.	Macedonum.	Hebræorum Iudæ.	Ægyptiorum.
19		31	15	38
20		32	16	39
21		33	17 EZECHIAS 1 XV Hebræorū Iudæ annis 19.	40
22	Olympias 10.	34	2 Apud Hebræ	41
23		35	3 os pphetabāt	42
24		36	4 Esaias, Osee.	43
25		37	5	44
26	Olympias 11.	38	6	XXV dynastia 1 Ægyptiorū SA BACHONÆTHI
27		PERDICA IIII 1 Macedonum an	7	2 Sa OPS an. 12.
28		2 nis 51.	8	3 bachon Æthiops Bochorum uin
29		3	9	4 cit, Ægyptoq regnavit.
30	Olympias 12.	4	10	5
31		5	11	6
32		6	12	7
33		7	13	8
34	Olympias 13.	8	14	9
35		9	15	10
36		10	16	11
37		11	17	12
38	Olympias 14.	12	18	SEBICHVS Æ 1 gyptiorum an nis 12.
39		13	19	1
40	CARDICEAS	14	20	2
41	1 IIII Medorum	15	21	3
42	Olymp. 15. (an. 13.)	16	22	4
43		17	23	5
44		18	24	6
45		19	25	7
46	Olympias 16.	20	26	8
47		21	27	9
48		22	28	10
49		23	29	11
50		24	30	12

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Regnum Romanorum.	Atheniensium.	Lydorum.	Anni mundi.
	2	1 annis 14.	mundi.
		Mydas regnavit	
		Phrygia. (Sicilia	
	3	2 Naxus cōdita in	4400
		Syraculę cōdita.	
	4	3 Catina in Sicilia cōdif.	
	5	4 Mellana à Lace.	
	6	5 dæmonijs capif.	
	7	6	
	8	7	
	9	8	
	10	9	
		ELIDICVS, XVI	
1	Tarpeia clypeis Sabinorū	1 Atheniensium	10
2	obrutaunde mons Tarpe-	annis 10.	
3	ius, in quo nunc Capito-	1	11
4	lium.	3	12
5		4	13
6	Romulus primus milites	5	14
7	sumpsit ex populo, & nobi-		MELES III
8	lissimos centum senes ob	6	1 Lydorum an. 12.
9	etatem Senatores, ab lamifi	7	2
10	tudinem curæ Patres appel	8	3
11	launt: I empla quoque &	9	4
12	muros Romanæ urbis ex-		
13	truit.	10	5
	Post quem HIP-		
14	1 POMENES XV	6 Sabacho Bocho	
15	2 II. annis 10.	7 rū captū duxit,	
16	3	& unū exulsit.	
17		8 Mare obtinuerūt	4480
18	4	Cares.	
19	5	9 † Bellum quod	
20	6	10 in † Lyria inter	
21		11 Lacedæmōios, et	
22	7	Argiuos gestum	
23		12 est.	
24	Romulus apud paludē Ca		
25	preę nūquam comparuit, &	8	CANDAVLES
26	suadente Iulio Procuro		1 IIII Lydorū an-
27	Quirini nomine apud		nis 17.

† Herodot.
meminit
ius sub
Craesofas
Etum in 1.
† Thyrea.

OPAEVSBCE&R



OPA. EVSEBII. CAESARIS.

EVSEBII CAES. CHRONICON

C	Regnum Medorum.	Macedonum.	Hebraeorum Iudae.	Aegyptiorum.
7		21	27	10
8		22	28	11
9		23	29	12
† Iudae.	Olympias 17.		MANASSES XVI	
			Hebraeorum tan. 55.	TARACHVS
10		24	1 Manasses impius	1 Aethiops A-
11		25	2 Esaiā interfecit,	2 gyptiorū an-
12		26	3 Itatuamq; suam	3 nis 20.
13		27	4 posuit quinq; fa-	4
	Olympias 18.		cies habentem.	
	† DEIOCLEBVS V			
1	Medorū an. 54.	28	5	5
2	Echatanā condit-	29	6	6
3	dit.	30	7	7
4		31	8	8
	Olympias 19.			
5		32	9	9
6		33	10	10
7		34	11	11
8		35	12	12
D	Olympias 20.			
9		36	13	13
10		37	14	14
11		38	15	15
12		39	16	16
	Olympias 21.			
13		40	17	17
14		41	18	18
15		42	19	19
16		43	20	20
	Olympias 22.			XXVI dyna-
				stia Aegyptio-
17		44	21	rum MER-
18		45	22	2 RES AETHI-
19		46	23	3 OPS regna-
20		47	24	4 tit annis 12.
	Olympias 23.			
21		48	25	5

† Deioeces hic primus fuit verus rex, ut Herodotus ait lib. 1. annis regnavit 53, ait idem.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Regnum Romanorum.	Atheniensium.	Lydorum.	Anni mundi.
19 Iuos consecratus est.	9	2	
NUMA POMPILIUS, II.			
Romanorū, an. 41. Mortuo	10	3	† Sibylla Samia quae He-
Romulo quinos dies dena-	LEOCRATES	rophila appella-	
tores repub. rexit, atq; ita	XVIII Atheni-	4 bas, in Samo ins-	
un ^o ann ^o expletus, quod rep ^o	ensium an. 10.	gnis habetur.	
Interregnum appellatum est.	2	5 Nicomedia condi-	
Numa Pompilius duos mē-	3	6 ta quae prius Asta	4490
ses anno addidit: Ianuarium,	4	7 cos uocabatur.	
Februarium, cū ante hūc tantū	5	8 Croton & Parium	
decē mēses apud Romanos		& Sybaris condi-	
tuissent, adeo ut ultimus De-		ta.	
cember diceretur: Capitoliū	6	9 Hi qui Parthe-	
quoq; a fundamētis aedifica-	7	10 ni uocabantur,	
uit, & cogitariū dedit axes li-	8	11 Tarentum con-	
gneos & scorteos. Nullū cū	9	12 diderunt, tunc	
tantū bellum gessit.		& Corinthij	
		Corcyram.	
	10	13	
	ABSANDER		
	1 XIX Athenien-	14	
	2 sium an. 10.	15	
	3	16	4500
	4	17	
		† Post quē GIGES	
	5	1 v. annis 36.	
	6	2 † Midas cū apud	
	7	3 Phrygas regna-	
		ret, sanguine tau-	
	8	4 ri potato exun-	
	9	5 ctus est.	
	10	6 † Claeus Chius	
	ERYXIAS XX	7 primus ferri inter-	
	1 Athenensium	se glutinum ex-	
	an. 10.	cogitavit.	
	2	8 In Sicilia Gela, in	
	3	9 Pamphilia Phae-	4510
	4	10 lis conditur.	
	5	11	
	6	12 Hipponax ille	

† De eadē ni fallor etiam paulo ante Lydorum 6. regem.

† Duode- quadragin- ta ait Herodotus in 1. Adrastus huius nepos apud Herodotū libro 1. occidit Atyn Cræsi filium, nescio ut antiqua drent. † Glaucus uide apud Herodotū lib. 1. ubi de Halyas te.



EUSEBII CÆS. CHRONICON

	Medorum.	Macedonum.	Hebræorum Iudæ.	Ægyptiorum.
C	22	49	26	6
	23	50	27	7
	24	51	28	8
	Olympias 24.	ARCHEVS, V		
	25	1. Macedonum	29	9
	26	2. annis 38.	30	10
	27	3	31	11
	28	4	32	12
	Olympias 25.			STEPHINATIS Ægyptiorum an. nis 7.
	29	5	33	1
	30	6	34	2
	31	7	35	3
	32	8	36	4
	Olympias 26.			
	33	9	37	5
	34	10	38	6
	35	11	39	7
				NICHEPSOS Ægyptiorum an. nis 6.
	Olympias 27.		40	
D	37	13	41	1
	38	14	42	2
	39	15	43	3
	40	16	44	4
	Olympias 28.			
	41	17	45	5
	42	18	46	6
	43	19	47	7
	44	20	48	8
	Olympias 29.			
	45	21	49	9
	46	22	50	10
	47	23	51	11
	48	24	52	12
	Olympias 30.			
	49	25	53	1
				PSAMMETICVS Ægyptiorum an. nis 44.
	50	26	54	2
	51	27	55	3
			HAMMON, XVII Hebræorū Iudæ.	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Regnum Romanorum.	Atheniensium.	Lydorū.	Anni mundi.
18		7	13	Philosophus notissimus
19		8	14	reeditur.
20		9	15	Chalcedon condita.
21		10	16	
22		Atheniensium	17	Cyzicus condita est a Lo
23	Tullus Hostilius	nui principes	18	cri in Italia.
24	primus regū Ro-	cōstitutū sunt,	19	4520
	manorū, in pur-	cellantibus regibus	novem principes ex nobi-	
	pura fascib. utus	libus urbis electi Atheniensibus præfuerunt.		
25	elit, ac deinceps		20	
26	cū sua domo ful-		21	
27	mine cōflagavit.		22	
28		Atheniensium	23	
29		regnum dete-		
30		cit.	24	
31			25	Nicepsus magica artis pe
32			26	ritus, cuius scripta medici
33	TULLIVS HOSTILIVS, III. Ro-		27	nalía feruntur. 4530
34	manorum, annis 32.		28	Post Cares mare obtinue
35			29	runt Lesbij, annis 68.
36			30	Nudipedalis primū acta
37			31	in Lacedamone.
38			32	Sibylla que & Herophila
39	Tullus Hostilius post longam pa-		33	in Samo nobilis habetur.
40	cem bellare paravit, Albanos, Ve-		34	
41	lentes, Eidenates uicet, & adiecto		35	Archilochus & Simoni-
42	monte Coelio urbem ampliavit.		36	des, & Aristoxenus musi-
43			37	cus illustres habentur. 4790
44			38	ARDIS, VI Lydorū, an. 37.
45			39	1. Zaleucus legumlator a-
46			40	2. pud Locres crebro sermo
47			41	3. ne celebratur.
48			42	
49			43	
50			44	
51			45	Cypsellus in Corincho ty
52			46	rannidem exercet, an. 28.
				Byzantium condita.

OPA EUSEBII CÆSARII



OPAEVSBCE SAR

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Medorum.	Macedonum.	Hebræorum Iudæ.
52		28	1 annis 12.
† 4. Reg. 21. Dicitur regnasse annis duobus. et 2. Par. 23	Olympias 31.		† Hammon secundum LXX interpretationē 12. annis regnavit, secundum autem Hebræos annis 11.
53		29	
54		30	
	TPHAORTES V 1		
1 Medorum an. 24.	31		4
† 22 annos ait Herodot. in 1.	Olympias 32.		
2		32	5
3		33	6
4		34	7
5		35	8
6		36	9
	Olympias 33.		
7		37	10
8		38	11
	PHILIPPVS VI		
9		1 Macedonum an. 38.	12
† 4. Reg. 22. regnasse dicitur annis 32.	Olympias 34.		1 † Post quem IOIAS XVIII annis 32.
		3	2 Hebræorum Pontifex maximus
		4	3 Elchias.
D		5	4
		6	5
	Olympias 35.		
15		7	6
16		8	7
17		9	8
18		10	9
	Olympias 36.		
19		11	10 Hieremias prophetare orsus.
20		12	11
21		13	12 Oida mulier apud Hebræos prophatabat.
22		14	13
	Olympias 37.		
23		15	14
24		16	15
	† CYARAXES VII		
† Herodotus ait an. 40.	1 Medorum an. 32.	17	16
		18	17 Prophetabant Hieremias & Sophontias.
	Olympias 38.		
3		19	18
4		20	19

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Egyptiorum.	Romanorum.	Lydorum.	Anni
	17	7 Alemçon clarus habetur, & Leiches Lesbicus qui fecit	
	18	8 parua Iliada.	
	19	9 Histia ciuitas in Poto condita.	
		Chantus condita, & Stage	
	20	10 ra in Asia.	
	21	11 Phalaris apud Agrigētnos tyrannidem exercet.	
	22	12 Lampfacus condita.	
	23	13 & Abdera.	4550
	24	14	
	25	15	
	26	16 In Sicilia Selinis condita,	
	27	17	
	28	18	
	29	19	
	30	20 In Ponto Boristhenes condita.	
	31	21	
	32	22 Terpander musicus insignis habetur.	
	ANCVS MARTIVS		
	1 IIII Romanorum, annis 23.	23 Oraculo Dodonæo primū Græcia uti ausa est.	4560
	2 Thales Milesi Exami	24	
	3 filius, primus Physicus,	25	
	4 Philosophus agnosci-	26 Messena à Lacedæmonio.	
	5 tur, quem uixisse aiunt usq; ad quinquagesimā	27 rum societate discessit.	
	6 octauam Olympiadem	28	
	7	29	
	8	30 † Scythæ usq; ad Palæstinā	
	9	31 penetraverunt.	
	10	32 Mithreus Atheniensiu Poë.	
	11	33 ta agnoscitur.	4570
	12	34 Battus condit Cyrenem.	
	13	35 Synope condita in Ponto.	
		Lipara condita.	
	14	36 † Apud Corinthios tyrāni.	
	15	37 dem exercuit Periander.	

A

B

† Credo Cimbras dicere uosuisse, ut referi Herodot. in 1. Sed et Scythas ait sub Cyaxare. Ceterum ipse idem ait Pfammetichum oc currisseis. † Vide Herodot. in 1.



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Medorum.	Macedonum.	Hebræorum Iudæ.
5		21	20
6		22	21
	Olympias 39.		
7		23	22
8		24	23
9		25	24
10		26	25
	Olympias 40.		
11		27	26
12		28	27
			28 Iosias rex Iudæorū cū Nechaone
13		29	29 Agyptiorū rege congressus oc-
14		30	ciditur. Mihi miraculū subit, quo
	Olympias 41.		modo in præsens tēp ^s sibi uterq;
15		31	conueniat, maxime cū scriptura
			diuina hunc eundem Pharaonē
16		32	Nechaonem appellet.
17			IOACHAZ, XIX Hebræorum
			Iudæ, mentes 3.
	Olympias 42.		Post quem ELIACHIM XX,
18		34	qui & Ioachim, annis 11.
19		35	
20		36	2
21		37	3 Anno tertio Ioachim Nabucho
			donosor rex Babylonie Iudæā
22		38	4 capit, & in ditionem suā redactis
	Olympias 43.		plurimis Iudæorū, cū etiā partē
			ualorū templi inuasisset, & tribu
		Post quem VII	
23		1 TEVROPS an-	5 tariū fecisset Ioachim, uictor ad
24		2 nis 26.	6 patriam reuertitur.
25		3	7
26		4	8 Babylone Daniel, Anantas, Aza
	Olympias 44.		rias & Misael clari habentur.
27		5	9
28		6	10
29		7	11
			IOACHIM, XXI Hebræorū lu
30		8	1 da, qui & Iechonias menses 3.
	Olympias 45.		Post quem SEDECHIAS an. 11.
31		9	2 Et hunc rex Babylonijs captū in
32		10	3 Babyloniā duxit, oculosq; ei eruit.

† Aeropus
uocatur a-
pud Hero-
dot. lib. 8.

ASTYA

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Egyptiorum.	Romanorum.	Lydorum.	Anni
		SADYATES, VII Lydorū	mūdi.
34	16 Ancus Martius	1 Tannis 15.	
35	17 Numa ex filia	2 Perulina condita.	
	nepos, Auentinū	Epīdamnus condita, quæ	
36	18 montē & Ianicu	3 postea uocata est Dyrriha-	
37	19 lū urbi addidit, &	4 chium.	
38	20 supra mare XVI	5 Phalaridis tyrānis destructa.	
39	21 ab urbe milario	6 Draco legumlator, ut qui-	4580
	Historiam condi	busdam uidetur, agnoscitur.	
40	22 dit, ad extremum	7	
41	23 morbo periit.	8	
	TARQUINIUS		
42	1 PRISCVS, V Ro	9 Cyaxares aduersum Assy-	
43	2 manorum an. 37.	10 rios dimicans, Ninum ciui	
	tarquinius Pri-	tatem capit.	
44	3 scus Capitolium	11 TARIŌ Methymngus clarus	
	NECHAC	extruxit.	
1	secundus A-	4	12 tū Tenarū dicit trāsportatus.
2	gypti, qui &	5	13 Panætijs primus in Sicilia
	Necheplos an-		arripuit tyrannidem.
3	nis 6.	6	14
4		7	15 Stesichor ^s Poeta clar ^s habet.
			ALIACTES, VII Lydorū
5		8	1 Tannis 49.
6		9	2 † Aleman, ut quibusdam ui-
	Post quē PSAM		deur, agnoscitur.
1	MITES alius,	10	3 Cyaxares Medus subuertit
	qui & Psamine		Ninum.
2	ti ^s annis 12.	11	4 Pittacus Mitylenæus, qui de
3		12	5 VII sapientibus fuit, cum
4		13	6 Phynone Atheniēse Olym
5		14	7 pionice cōgressus, eū quoq;
6			interfecit.
7		15	8
8		16	9
9		17	10 Perinthus condita.
10		18	11 Camerina urbs condita.
11		19	12 Sappho & Alcaus Poeta
	20 Tarquinius	13 clari habentur.	

A

† Annis da
odecim le-
guntur a-
pud Hero-
dotum, qui
bus hic res
gnarit.

† Meminit
huius Gel-
lius & He-
rodot. in 1.

B

† Halistes
57 annos
dicitur re-
gnasse a-
pud Hero-
dot. in 1.
† Alcme-
on.

I 3 Priscus



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Persarum,	Macedonum,	Judæorum captivitas.
	ASTYAGES VIII		
1	Medorum an- nis 38.	11	4
2	Olympias 46.	12	5
3		13	6
4		14	7
5		15	8
6	Olympias 47.	16	9
7		17	10
8		18	11
Nabuchodonosor rex Chaldeorum Hierosolymis capis templum incendit, quod ab initio ædificationis suæ manserat annis 442. Sententiæ aut nostræ etiam Clemens congruit in prima Stromate, 47 Olympiade captivitatē Judæorum factū esse contestans, regnante apud Ægyptios Vaphre, apud Athenas Phenippo, & supputari 70. annos desolationis tēpli usq; in secūdū an. Darij. Hebræorū captivitas, exterminium templi, quod fuit in Hierusalē annis 70.			
9		19	1 Iste numerus incipit à captivitate Judæorum, & finit ut sequitur.
10	Olympias 48.	20	2
D 11		21	3
12		22	4
13		23	5
14	Olympias 49.	24	6
15		25	7 In Babylone prophetabāt Da- niel & Ezechiel.
16		26	8
ALCETAS, VII			
17	Macedonū an- nis 25.		99
18		2	10
19	Olympias 50.		11
20		3	12
21		4	13
22		5	14
23	Olympias 51.		15
24		6	16
25		7	17
26		8	18
27	Olympias 52.		19

D. HIERONYMO INTERPRETE.

	Ægyptiorum.	Romanorum.	Lydorum.	Anni mundi.	A
	Priscus Circum Romę ædificavit, numerū Senatorū auxit, Romanos				
17		21 ludos instituit,	14 Malsita condita ciuitas		
	VABHRE,	muros & cloa-	Gallia.		
	Ægypti, au-	22 cas ædificavit,	15 Epimenides Athenas e-		
	nis 30.	ad extremū ab	mundavit.		
		23 Anci filijs occi-	16		
		24 sus est, regis e-	17 Solon Draconis legib. an-		
		25 ius cuius luc-	18 tiquatis, extra eas qua ad		
		26 cellerat.	19 sanguinē pertinebant, sua		
			iura constituit.		
		27	20		
		28	21	4610	
Capta Hierosolyma ab Allyrijs, ad Vaphrem regē Ægypti reliqui lu-					
deorum transiuerūt. Huius Vaphris Hieremias Propheta meminit.					
His temporibus certantibus in agone regū, id est, hircus premio da-					
batur: unde aiunt I ragedos nuncupatos.					
Corinthiorum monarchia destructa est.					
		29	22 † Solis facta defectio, cum		† Plinius meminit li bro 2. cap. 12.
		30	23 futuram eam Thales ante dixisset.		B
		31	24		
		32	25		
		33	26		
		34	27		
		35	28 Aliactes & Attyages dimi-		
		36	26 cauerunt.		
		37	30 Ithimia & Pythia post Me-	4610	
	SERVIVS, VI		licertem primum acta.		
	1 Roman. an. 34.	31	Septē sapientes appellati.		
		2	Seruius ancillæ,	32	Attyages contra Lydos
		3	sed nobilis capti	33	pugnat.
		4	ua filias, tres mō	34	Anaximander Mileius
		5	tes urbi addidit,	35	Phylicus agnoscitur.
	Quirinalem, Viminalē & Exquilinū		Fossas circum murū duxit, cen-		
		6	sus Romanorum	36	Agon Nemeocus primū
		7	ciuium primū	37	ab Argiuis actus, post eū
		8	instituit, & ad ex-	38	q sub Archemoro fuerat.
		9	tremum Tarqui.	39	Phalaris tyrānidē exercuit an. 16.
nij Superbi generi sui superioris regis filij scelere occisus est.					

OPAEVSEBII



OPAEVSIBCE

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Persarum.	Macedonum.	Iudæorum captiuitas.
17		11	19 Mortuo Nabuchodonosor Baby
18		12	20 Ioniorū rege, suscepit imperium Euilmerodach, cui successit frater
19		13	21 eius Balthasar, sub quo Daniel cā
20		14	22 scripturā, quæ in pariete apparue
Olympias 53.			rat, interpretatus est, significātem
21		15	23 imperium Chaldæorū in Medos
			& Perlas transferendum.
22		16	24
23		17	25
24		18	26
Olympias 54.			
25		19	27
26		20	28
27		21	29
28		22	30
Olympias 55.			Cyrus Hebræorum captiuitate la
Principiū regni Persarū.			xata, L ferme hominū milia regre
Cyrus Medorum			di fecit in Iudæā, q cōstructo alta
destruxit imperiū			ri tēpli fundamēta iecerūt: sed cū
D & regnauit Persis subuer-			ā uicinis gētib. fabricatio impedi
fo Astyage rege Medorū.			retur, imperfectū op ^o usq; ad Da
CYRVS I. Per-			riū permālit, solo altari cōsistēte.
sarum 1 an. 30.			31
			32
			33
			34
Olympias 56.			
			35
			36
			37 Prophetabāt Aggeus & Zachas
AMYNTAS IX			rias, quo tēpore Iesus filius Iose
Macedonum an			dech, et Zorobabel regij generis
Olympias 57.			38 filius Salatiel, clari habentur, qui
nis 50.			39 & principes fuerunt eorum, qui
			40 regressi sunt in Iudæam.
			41
			42
Olympias 58.			
			43 Colligitur omne tempus captiu
			tatis Iudæorū an. 70. qui secūda
			44 quosdā a 3. anno Ioachim cepit.

†. Vnum de
triginta ait
Herodor,
in lib. 2.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Egyptiorum.	Romanorum.	Lydorum.	Anni mundi.
26	10	40	4630
27	11	41	Abaris de Scythia uenit in Græciam.
28	12	42	
29	13	43	
ANAMASIS			44 Eugamno Cyrenus, qui
Egyptiorum			Theogoniā scripsit, agnoscitur.
annis 43.			45 Agō gymnico, quē Pana-
			46 thenō uocāt, Athenis actus.
			47 Ælopus interimitur à Del
			phis.
			48 Pythitratus Atheniēsiū ty-
			49 rānus in Italiā trāsgredit.
			CRÆSVS, IX Lydorum
			1 Tannis 15.
			2
			3 Anaximenes Phylicus
			Philolophus agnoscitur.
			Stelichorus Poeta mori-
			tur.
			Simonides clarus habe-
			tur.
			3 Chilon qui de VII sapi-
			4 entibus fuit.
			5
			6 Ephorus in Lacedemone
			cōstituit, id est, respector.
			7 Xenophanes Colopho-
			8 nius clarus habetur.
			9 Ea quæ de Crælo memo-
			10 ratur, quomodo tētarit oraculū.
			Cræsus aduersus Cyrum
			bellum inijt.
			11 Templum Apollinis. 4650
			12 Delphici secūda uice incēlum.
			13 Thales moritur.
			14 Cyrus Sardis capitur.
			Harpalus, q apud Cyrū pri
			15 mi loci habebatur, aduer-
			sus Ioniam dimicat.
TARQUINIUS			Cræsus à Cyro.
VII Rom. an. 35.			

† Quatus
ordem ait
Herodot.
† Hic sub
Alexandro
Magno ui
xisse dicit
tur.
B



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Regnum Persarum.	Macedonum.	Judeorum captivitas.
15		8	45 usq; ad uicesimum an
16		9	46 nū Cyri regis Persarū
	Olympias 59.		cōputatur. Porro secū
17		10	47 dū alios a Iohē Iudeo
18		11	48 rum regis anno 13.
19		12	49 sub quo Hieremias p
20		13	50 phetare cœpit usq; ad
	Olympias 60.		primum annū supradī
21		14	51 cti Cyri regis. Delola
22		15	52 tionis uero templi sub
23		16	53 Dario rege complen-
24		17	54 tur anni 70.
	Olympias 61.		
25		18	55
26		19	56
27		20	57
28		21	58
	Olympias 62.		
29		22	59 Thomyris regina Mas
30		23	60 sagetarū Cyrū inter-
	CAMBYSES II		fecit.
1	Persarum an. 8.	24	61 Cābylen itū aiunt ab
2		25	62 Hebræis et Nabucho
	Olympias 63.		donosor uocari, sub lu
3		26	63 diti hīstoria colūrib.
4		27	64 Apud Hebræos Pōa
5		28	65 fex maxim ^o Iesus tu ^o
6		29	66 Iosedech, & princeps
	Olympias 64.		gētis Zorobabel, qui
7		30	67 eos regnabat, clar ha
8		31	68 bentur.
	† Persarum 111		Prophetabāt apud He
1	duo fratres Magi	32	69 brēos nouissimi Ag-
2	mentes 7. Post	33	70 ge ^o , Zacharias & Ma-
	quos Darius 1111		lachias.
	annis 36.		
	Secundo anno Darij regis templum in Hierosolymis extruitur ab Zoroba-		
	bel, conlumaturq; opus anno 40. Remissio quidem captiuitatis Iudæo-		
	rum, & uenia templi ædificandi sub Cyro exordium habuit, consummatur		
	uero templum sub Dario: quia uicina gentes assiduis incurribus ædificatio-		
	nem impediabant.		
			Olympias

† Hi 7. mē
ses erāt ad
impletiōē
oētāni an-
ni Camby-
sis ut Hero-
dotus li. 3.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Aegyptiorum.	Romanorum.	Lydorum.	Anni
22	2	Tarquinius Super-	captus est, & Lydo-
23	3	bus excogitauit uin-	rum regnum destru-
		cula aurea, fustes, la-	ctum est, quod Itetit
24	4	tomias, carceres, cō-	annis 230.
25	5	pedes, catenas, exilia.	
26	6		4660
27	7		
28	8		
29	9		
30	10		
31	11	† Tarquinius Superbus socero Seruio occi-	
		so, arripuit imperiū, Volcos, Gabios, Suet-	
32	12	lam, Pomeriam subiecit: & cum oppugna-	
33	13	ret Ardeam causa Tarquini Junioris filij	
34	14	sui, qui Lucretiam corruerat, regno exclu-	
35	15	sus est.	
36	16		4670
37	17		
38	18		
39	19		
40	20		
41	21		
42	22		
43	23		
XXVII	Dynastia Aegy		
	ptū in qua Persarum rex:		24
	obtinuit quippe Aegy-		25
	ptum Cambyfes anno quinto regni sui usq; ad Dariū filium Xerxis,		
	annis 150.		26
			27
			4680

Clemēs quoque his congruit in primo Stromate ita scribens: Et perseverauit
captiuitas annis 70. usque ad secundum annum Darij filij Hydaspis, qui Persis,
Assyrijs, & Aegypto regnauit: sub quo Aggeus & Zacharias, & unus de duode-
cim, qui uocatur Angelus prophetauerunt, sacerdotioq; functus est Iesus filius
Iosedech. Hæc supradictus uir. Quod autem septuagesimus annus desolationis
templi altero anno Darij fuerit expletus, domesticus testis est Zacharias Prophe-
ta, secundo anno Darij dicens: Domine omnipotens quousque non miserebe-
ris Hierusalem, & ciuitatibus Iuda † quas aspexisti: Iste LXX annus est.

† Hoc ano-
no L. Tar-
quinius Su-
perbus au-
toribus Li-
uio ac Dio-
nyfio re-
gnare cœ-
pit, regis
annis 25.
B

† exerci-
tium,
† quibus
iratus es?



OP.A.F.V.S.B.C.E.S.M.

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Ant. mudi.	Perfarū.	Maced.	Consulum.
		Olympias 65. In qua Perfarum regis Darij filij Hydaspis fuit annus secundus: ideo secundus hic an. bis ponit: quia un ^o in Magorū fratru VII mēlib. computatur.		
		2	34	Armonius & Aristogiton Hipparcum tyrannū inter-
		3	35	fecerūt, & Lenna meretrix amica eorum cum tormen-
		4	36	tis cogere, ut locios proderet, linguam suam mordicus
		5	37	amputavit.
		Oly. 66.		
		6	38	Templum Hierosolymis consummatur, prophetanti-
		7	39	bus apud Iudæos Aggeo & Zacharia.
		8	40	
		9	41	
		Oly. 67.		
4690	10	42		
		11	43	
		12	44	
		13	45	
		Oly. 68.		
		14	46	
		15	47	
		16	48	
		17	49	
		Oly. 69.		
		18	50	(120000) Censu Romę agitato inuēta sunt hominum
			ALEXAN	Nono anno post exactos reges noua digni-
		Macedonū	DER X	tas est creata, Dictatura scilicet, & Magister
			Macedonū	Equitum, qui Dictatori obsequeretur
		19	1 an. 43	Dictator primus Largius, Magister Equitū
				Spurius Cassius fuit.
		20	2	Hellanicus historiographus, & Democritus
4700	21	3		Philosophus, & Heracitus cognomēto Te-
		Oly. 70.		
		22	4	nebrofus, & Anaxagoras Physicus clari ha-
		23	5	berunt.
		24	6	
		25	7	Pythagoras Philosophus moritur.
		Oly. 71.		
		26	8	Volci Coriolum perdidit.
		27	9	Æschylus Fragcediarū scriptor agnoscitur.
		28	10	Latini contra Romanos rebellauerunt.
		29	11	Romę populus a patribus facta seditione di-
		Oly. 72.		
				Martius, qui Coriolos cepit (ceclit.)
				interuentu matris Veturia, & uxoris Volu-
				mnigab

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Ægyptiorum.	Romanorum.	Anni mundi.
		28
		29
		30
		31
		32
		33
		34
		35
	Romanorum reges deiecerunt, & Consules ceperunt.	

Pullis ab urberegibus, uix usq; ad xv lapidem Roma tenebat imperium. Romanorum reges VII a Romulo usq; ad Tarquinium Superbum imperauerunt annis 240. siue, ut quibusdam placet, 243. Roma post exactos reges primum Consules duo a Bruto esse ceperunt, deinde Tribuni plebis ac Dictatores, & rursum Consules rempublicam obtinuerunt per annos ferme 464. usq; ad Iulium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium Olympiade 183. Decimoseptimo mare obtinuerunt Æginatae annis usq; ad transitum Xerxis. Valerius, Bruti Consulis collega, adeo pauper mortuus est, ut sumptu publico sepeliretur.

Et Dionysius Halicarnassensis & Livius regnatum sub regib. fatentur 244. an. Nec in singulis regum annis eunt hoc conueniunt ipsi inter se bene concordet.



LECTORI.

Quæ nunc sequuntur humanissime Lector, coherent inter se omnia, nec fuerit opus utraq; paginarum lineas amplius obseruare, ita ut fieri necesse fuit superius.



OPA. FVSB. B. C. S. R. I.

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Anni Persarum.	Maced.	Consulum.
			mnig ab oppugnatione urbis remouit exercitum.
	30	12	Bellum quod in Marathone gelitum est, & ea que
4710	31	13	de Milciade scribuntur & Aristide, qui cognomi-
	32	14	nabatur Iustus.
	33	15	Panyatis Poeta habetur illustris.
	Olympias 73.		Trecete nobiles Fabiæ familie a Veientibus caeli.
			Cum in Algido monte Romani milites obsideren-
			tur, a Dictatore Quintio Cincinnato liberati sunt.
	34	16	Ægyptus recessit a Dario.
	35	17	Gelo obtinuit Syracusas.
	36	18	Pandarus & Simonides Lyrici Poetæ insignes ha-
	XERXES V.		Persarum filius Darijannis 20.
	1	19	Romæ uirgo Vestalis Pompilia deprehenta in stu-
			pro, uiua defossa est.
	Olympias 74.		
	2	20	Xerxes Ægyptum capit. Aristides cum ignominia
	3	21	Cherilus & Phrinteus illustres habentur. (eijcitur.
	4	22	Diagoras agnoscitur, & sectatores ei ⁹ Phyci Phi-
	5	23	Xerxes potē in Hellestōtico mari fecit. (Iotophi.
D	4720	Olympias 75.	Xerxes cum Athenis uenisset incendit urbem, sub
			principe t Callia.
t Calliade an Dionys sius lib. 9.	6	24	Bellum quod in Thermopylis gelitum est, et apud
			Salaminam nauale certamen.
	7	25	Athenienses Piræum muro uallant.
	8	26	Hieron Syraculis regnat.
	9	27	Æschylus Tragediarum scriptor agnoscitur.
	Olympias 76.		
t Mycale.	10	28	Bellum in Plateis & in t Mycale.
	11	29	Hieron post Gelonē Syraculis tyrannidē exercet.
	12	30	
	13	31	Pindarus musicus clarus habetur.
			Themistocles in Persas fugit.
	Olympias 77.		
	14	32	Sophocles Tragediarū scriptor primum ingenij
			sui opera publicauit.
4730	15	33	Romæ uirgo Vestalis Sunia deprehēsa in stupro,
			uiua defossa est.
	16	34	Sophocles & Eurypedes clari habentur.
	17	35	Herodotus historiarum scriptor agnoscitur.
	Olympias 78.		Bacchilides & Diagoras Athenis plurimo sermo-
			ne celebrantur.
	18	36	Xeuxis pictor agnoscitur, ex cui ⁹ alij imaginibus,
	19	37	quas plurimas inuitatus fecerat, lauacrū Byzantino

D. HIERONYMO INTERPRETE,

Persarum.	Maced.	Consulum.	Anni mundi.
20	38	rum appellatum arbitrantur.	
21	39	t Themistocles haulto tauri sanguine moritur. Socra	
		Lapis in Ægon fluuium de celo ruit. (tes nalcitur	
	ARTABANVS VI. Periarū, mēses 7. q mēses in ordine annū reputatur.		
	Post quē ARTAXERXES VII, q Longimanus cognominabat an. 40.		
	Olympias 79. Ea que de Hester, & Mardochæo scripta sunt, quidā		
	40	affirmant sub hoc rege gesta, quod ego nō puto, nun	
	41	quam enim Ezras de Hester liuisset, qui scribit hoc	
		tempore Ezram & Neemiā reuersos ex Babylone, et	
		ea deinceps consecuta, quæ ab his gesta feruntur.	
	42	Sicilia a populo regebatur.	
	43	Cymon iuxta Eurimedontē Perlas nauali pedetrisq	4740
	PER- certamine superat, & modicum bellum conuiescit.		
	DICAS XI. an. 28. Solis facta defectio: Anaxagoras moritur.		
	Olympias 80.		
	1	Heraclitus clarus habetur.	
	2	Ezras sacerdos apud Hebræos insignis agnoscit, cui ⁹	
	3	etate Pōnifex Maxim ⁹ habit ⁹ est Necliasib, filius Ioa-	
	4	chim, filij Iesu, filij Ioseph. Fuit aut Ezras eruditissi-	
	Olympias 81.		
		mus legis diuine, & clar ⁹ omnī iudeorū magister, q	
		de captiuitate regreisi fuerāt in Iudaā, affirmaturq di-	
		uinas scripturas memoriter cōdidisse, & ut Samarita-	
		nis non miscerentur literas Iudaicas commutasse.	
	5	Empedocles et Parmenides Phyci Philosophi notif-	
		simi habentur. Zeno et Heraclit ⁹ tenebrosus agnoscit.	
		Pherecydes Syrus historiarū scriptor agnoscitur.	
	6	Cratin ⁹ & Plato Comediarū scriptores clari habentur.	
		Aristarchus Tragediographus agnoscitur.	
	7	Romani per legatos ab Atheniensibus iura petierūt,	
		ex quibus XII tabule conscriptæ.	
	8	Romæ clarior Agon centenarius primus actus.	
	Olympias 82.		
	9	Trecentesimo secundo anno ab urbe condita X uiri	
		creati, & post annum eieci sunt propter Appiū Clau-	
		dium, qui Virginij cuiusdam filiam contra Latinos	
		in Algido militantis uoluit auferre.	
	10	Crates t Comicus, & Telellilla ac Bacchilides lyricus	4750
		clari habentur, Praxilla quoque & Deobulina sunt	
		celebres.	
	11	Templum Iunonis, quod Argis fuerat, incensum.	
	12	Abaris Hyperboreanus Ariolus agnoscitur.	
	Olympias 83.		
	13	Tribuni plebis et Ædiles Romę facti Cōsulib. eiectis,	
		Neemias Hebræus, minister uinari ⁹ Artaxerxis regis,	
		concedente sibi domino suo, X X eius anno de Baby-	

A
t Thucydā
desli. i. ait
Themisto-
cles ad Ar
taxerxem
uenisse.

B

t Cynicus



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Anni mundi.	Alexand. Maced.	Consulum.	Eventus
				lone uenit in Iudæā, & XXXII anno muros urbēq̄ restituit. Scribit Ezras opus fuisse completū sub Pontifice Ioadē filio Iosab, cui successit Ioannes filius suus, qui temporibus Alexandri Macedonis fuit.
	18	14		Huc usque Hebræorum diuinæ scripturæ annales temporum continent, ea uerò quæ post hæc apud Iudæos gesta sunt, exhibemus de libro Machabæorum, & Ioseph, & Africani scriptorum, qui deinceps uniuersam historiam usq̄ ad Romana tempora persecuti sunt.
		16		Athenienses & Lacedæmonij fœdus XXX anno-rum ineunt.
		Olympias 84.		Herodotus cum Athenis libros suos in Cœcilio legisset, honoratus est.
		17		Melissus Phylicus agnoscitur.
		18		Euripides Tragediarum scriptor clarus habetur, &
		19		Protagoras Sophista, cuius libros decreto publico Athenienses exusserunt.
4760		Olympias 85.		
D		21		Romæ rursus Consules creati.
		22		Phidias eburneam Mineruam facit.
				Fidennates contra Romanos rebellant.
		23		Theathecus Mathematicus agnoscitur.
		24		Aristophanes clarus habetur, & Sophodes Poeta Tragicus.
		Olympias 86.		Gens Campanorum in Italia constituta.
		25		Democritus Abderites, & Empedocles & Hippocrates medicus, Gorgias, Hippasq̄, & Prodicus, & Zeno, & Parmenides Philosophi insignes habentur.
		26		Socrates qui scholam congregauit plurimo sermone celebratur.
		27		Neemiam, qui muros Hierusalem construxit, consummasse opus XXXI anno Artaxerxis regis Persarum Ezras memorat. Si quis ab hoc tempore hebdomadas à Daniele scriptas numeret, quæ faciunt annos 490. reperiet eas in regno Neronis expletas, sub quo oblidi Hierusalem cœpta, secundo postea Vespasiani anno capitur.
				ARCHELAUS, XII. Macedonum, annis 24.
		1		Initium belli Peloponnesiaci.
4770		2		Bacchilides carminum scriptor agnoscitur.
		3		Athenienses pestilentia laborant.

Thucy-

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Perfarum.	Macedonum.	Ægypt.	Consulum.	Anni mundi.
				Thucydides agnoscitur.
36				Pericles moritur.
				Olympias 88.
37				Eupolis & Aristophanes scriptores Comœdiarum agnoscuntur.
38				Ex Aetna monte ignis erupit.
39				Terremotu apud Locros scisso Athlante ciuitas facta est insula.
40				Plato nascitur.
				SECUNDVS XERXES VIII. Persarum, menses 2.
				Post quem SOGDIANVS IX, menses 18.
				Sic per menses diuersos his superioribus annis accrescit, cui succedit DARIVS X, cognomento Nothus, annis 19.
				Olympias 89.
				Lacedæmonij & Athenienses fœdus percutiunt.
				Eudoxus Gnidius clarus habetur.
				Olympias 90.
				Lacedæmonij uer sacrum destinantes Heracleam urbem condunt.
				Clades quæ Atheniensibus accidit in Sicilia.
				Olympias 91.
				Alciades profugus abiit ad Tisaphernem.
				Ægyptus à Persis recessit, & regnauit AMAR-
				Olympias 92.
				THEVS primus Saites, annis 6.
				Eubœa ab Atheniensium societate discedit. XXVIII. Dynastia Ægypti.
				(cles Athenis moritur.
				Euripides apud Archelaum, & Sophocles Dionysius in Sicilia tyrannidē exercet.
				Olympias 93.
				ORESTES
				XXIX Dynastia Ægyptiorū, an. 40.
				PERITES II, annis 6.
				ARTAXERXES XI. Persarū, qui cognominatus est Memnon, Darij & Pa-
				ARCHELAUS XIII. Macedonum, an. 4. (risatidis filius. an. 40.)

K 3 Olym

OPAEVSBIBL



OPA. EUSEBII. CAESARII.

EUSEBII CAES. CHRONICON

Anni mundi.	Perfarū.	Macedonum.	Ægypt.	Consulum.
	1	1	3	
	Olympias 94.			Sub hoc rege mihi videtur historia quae in Hester libro continetur expleta: ipse quippe est, qui ab Hebraeis Aluerus, & a Post LXX Interpret. Artaxerxes uocatur. quem ACHORIS annis 12.
	2	2	4	
	3	3	5	
	4	4		Dionysius Syraculis tyrannidem exercet. PAVSANIAS XV Macedonum anno 1. Athenienses sustinent tyrannidem. Ilocrates Rhetor agnoscitur. XXX Dynastia Ægyptiorum Mindestorum. Democritus moritur. Alcibiadem Pharnabalus interficit. Olympias 95. Cyri regis ascentus, de quo scribit Xenophon. Tyranni Athenis oppressi. quem 2 Athenienses 24. literis uti coeperūt, cum antea 16. tantum literas haberent. AMYNTAS 7 XVI 3 Xenophon filius Gribi, & Croelias clari 8 2 an. 6. 4 Socrates uenenum bibit. (habentur. Socratici clari habentur. Templum rursus Ephesi incensum. Olympias 96. 10 4 6 Diogenes Cynicus agnoscitur. 11 5 7 Speulippus insignis habetur. 12 6 8 Dionysius in tyrannide perseverat. Post quem ARGEVS XVII, anno 1. 13 1 9 Carthagenensium bellum famosum. Olympias 97. 14 10 Eudoxus Astrologus agnoscitur. Post quē rursus Galli Senones Romam inuaserunt, excepto Capitolio. 4810 15 1 AMYN 11 TAS, 12 17 3 XVIII PSAMMVTES IIII. Ægypti anno 1. Plato Philo (Iolophus agnoscitur. an. 19. Post quem NEPHERITES V, menses 4. Expost eum NECTANEVVS VI, annis. 18. Olympias 98. Tribuni militares pro Cōsulis esse ceperunt. 18 4 19 5 1 Euagoras in furorem uersus, cum regnaret Cypri. 20 6 2 21 7 3 Olympias 99. 22 8 4 XXXI Dynastia Ægyptiorum Euenitarum. Olymp

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Perfarum.	Maced.	Ægypt.	Consulum.	Anni mundi.
23	9	5		
24	10	6		
25	11	7		4820
Olympias 100.				
26	12	8	Magno terramotu Helice & Bura Peloponneti urbes absumptae sunt.	
27	13	9		
28	14	10		
29	15	11	Prænestini à Romanis uicti apud flumen Alliam per Quintium Cincinnatum.	
Olympias 101.				
30	16	12	Athenienses principes Græciæ facti.	
31	17	13	Ilocrates Rhetor agnoscitur.	
32	18	14	Plato & Xenophon necnō & alij Socratici clari	
ALEXANDER XIX Macedonum, an. 1. (habentur.				
33	19	15		
Oly. 102. Post quē PTOLEMÆVS ALORITES XX, an. 4.				
34	1	16		
35	2	17		4830
36	3	18		
THEO, VII Ægypti annis 2.				
37	4	19		
Olympias 103. Theo rex Ægypti fugit in Arabiam.				
38	1 PER	1	Dionysius rex Siciliæ 19. anno moris post quem iunior Dionysius regnum inuadit.	
DICA XX XII Aristoteles 18. atatis gerēs annū Platonis auditor				
39	2 XXI	1	Dyna NECTANEVVS, an. 18. (eit.	
40	3 an. 6	2	stia Ægyptiorum ARTAXERXES XII Perfarum qui & Ochus, annis 26.	
1	4	3		
Olymp. 104. Alexander Phereus agnoscitur.				
2	5	4	Camillus Gallos, qui bellū Romanis in-	
3	6	5	PHILIPPVS XXII Macedonum, (tulerant, superat.	
4	1 an. 26.	6		
5	2	7		4840
Olymp. 105. (schynes Orator agnoscebatur.				
6	3	8	Demosthenes Orator agnoscitur. Æ-	
7	4	9	Ochus Apodasmō Iudeorū capti in Hyrcaniam accolos translatos iuxta mare Caspium collocauit.	
8	5	10		
9	6	11	Dionysius Siculus pellitur.	
Olymp. 106.				
10	7	12		
11	8	13	Alexāder Philippi & Olympiadis filius nascit.	Alexāder Magnus.
12	9	14	Dionysius Syraculis interimitur.	
13	10	15	Hipparinus uerō Dionysij fili⁹ Siraculis	



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	An. mudi.	Perfarū.	Maced.	Ægypt.	Consulum.
					tyrannidem exercet.
					Herina Poetria agnoscitur.
	14	11		16	Ochus Ægyptum tenuit, Nectanabo
4850	15	12		17	in Æthiopiā pulso, in quo Ægyptiorū
	16	13		18	regnum destructum est.
					Ægyptiorum regnum destr. cū est.
	17	14			Huc usq; Manetho.
					Ochus Sydonem subuertit, & Ægyptum
	18	15			ptum suo iunxit imperio.
	19	16			Demosthenes Orator omniū fama ce
	20	17			Romani Gallos superant. (lebratur.
	21	18			Dionysius Corinthū sub fœdere nau
					Plato moritur, post quē Acade (gaut.
					Olympias 109.
	22	19			miam Speulippus tenuit.
	23	20			Romani cum Samnites duobus prelijs
	24	21			cæcidissent, uniuersos cōfines, q̄a sua
4860	25	22			societa discesserant, in ditionē propriā
					Dionysius Corintho (redigunt.
					expulsus.
					Olympias 110.
	26	23			Descriptiōe Romę facta inuēta sunt ci
					ARSES XIII Perfarū, Ochi filius, an. 4. (uī 160. milia.
	1	24			Judæorū Pōtifex maximus Iaddus cla
	2	25			Speulippus moritur, (rus habetur.
	3	26			cui successit Xenocrates.
					Oly. 111. ALEXANDER XXIII Macedonū, Philippi filius, an. 12.
	4				menses 6.
					Post quem DARIUS XIII, Arsami filius, annis 6.
	1	2			Manasses frater Iaddi Pōtifex Judæorū
	2	3			tēplū in monte Garzin construxit.
	3	4			Alexāder aduersus Illyricos & Thracas
					feliciter dimicās, subuertis Thebis in
					Perfas arma corripuit, & apud Grani
					cū flumē regijs ducibus oppressis, urbem Sardis capit.
					Olympias 112.
	4	5			Romanorum Consul Manlius Torqua
					tus filium suum, quod contra imperiū
					in hostē pugnauerat, uirgis cælum securi perculsit.
4870	5	6			Alexāder capta Tyro Iudæam inuadit,
					à qua fauorabiliter exceptus, deo uicti
					mas immolat, & Pontificem templi honoribus plurimis protequitur.
					Andromacho locorum custode dimis
					so, quē postea Samaritani interficiūt. ob quā ab Ægypto reuersus
					Alexāder, magnis eos supplicijs affecit,
					& urbem eorum captā Macedonib. ad
					inhabitanda

Ægyptio-
rum regnū
desijt.

Darius ul-
timus rex
Perfarum.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

59

Alexand.	Maced.	Consulum.	Anni mundi.
6		inhabitandum tradidit.	
	7	Alexandria in Ægypto ab Alexandro condita septi-	
		mo anno regni eius: quo tempore etiam Latini à Ro-	
		manis perdomiti sunt.	
		Alexander obtinuit Babylonem interfecto Dario, in	
		quo Perfarum regnum destructum est.	
		Alexāder regnum Asiæ anno regni sui VII occupat,	
		& tenet omnia annis XII.	
	8	Anaximenes, & Epicurus clari habentur.	
		Alexander Hircanos & Medos capit, reuertensq; in	
Olymp. 113.		Hammonē Parætonium condidit.	
	9	Alexander Aornim petram capit, & Indum amnem	
	10	transgreditur.	
		Bellum Alexandri in India aduersum Porum, & Pa-	
		xillen.	
	11	Harpalus fugit in Asiam.	
		Romani Samnites subigunt, & colonias deducunt.	
	12		
Olymp. 114.		Alexāder XXXIII etatis suę anno morit in Babylone,	
		post quē trās lato in multos imperio, diuersi regnauerunt.	
		PHILIPPVS, XXIII Macedonū, qui & Aridæus tra-	
		ter Alexandri, annis 7.	
		Ægyptiorū primus regnauit PROLEMÆVS Lagi filius, annis 40.	
		Appius Claudius Cæcus Romæ clarus habetur, qui	
		aquam Claudiam induxit, & uiam Appiam strauit.	
	1	Lydiā & Thraciā, & Hellepontū Lyfimachus tenuit.	
	2	Macedonum duces in seditionem uersi.	
	3	Agathocles Syraculis tyrannidem exercet.	
	4	Lamiacum bellum notum.	
	5	Perdica aduersus Ægyptios dimicat.	
	6	Ptolemæus Lagi filius Hierosolymis & Iudæa in ditio	
	7	nem suam dolo redactis, plurimis captiuorum in Æ-	
	8	gyptum transtulit.	
Olymp. 115.	4	Iudæorū Pōtifex Maximus Onias Iaddi filius clarus	
		habetur. (superat.	
		Menāder primā fabulā cognomento Orgendocens	4880
	5	Theophrastus Philosophus agnoscitur, quia à diuinita	
		te loquendi, ut ait Cicero, nomen accepit.	
		Theodorus Athenæus agnoscitur.	
		Demetrius Phalereus habetur illustris.	
		Romani Samnites diuissime cōtra se præliantes, ad	
		extremum in seruitutem sui redigunt.	

In Asia

OPAEVSBCE SRI



OPAEVSIBCAE SRI

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Anni mundi	Alexan.	Macedonum,	Consulum,	Asia & Syria.
					in Asia primus regnavit ANTIGONVS annis 16.
	6	6			1
	7	7			2
			CASSANDER XXV Macedonū an. 19.		
	8	1			3
			Olymp. 116.		
	9	2	Menedemus & Speulius Philo-		4
			sophi insignes habentur.		5
	10	3			6
	11	4			7
	12	5			
			Machabæorum hebræa historia hic Græcorum supputat regnum: uerum hi libri inter diuinas scripturas non recipiuntur.	Primus SELEVS CVSTINICANOR Syria & Babylo- niæ & superiorum locorum regnavit annis 32.	
			Olymp. 117.		
	13	6	Romani Marfos, Vmbros, & Pelignos superant.		8
					9
4890	14	7	Romani Colonias deducunt Ly- timachia in Thracia condita. Ab hoc loco Edisseni sua tempora computant.		10
					3
	15	8	Cyprum Ptolemaeus inualit.		11
					4
	16	9	Theodorus Philosophus Athe- nis agnoscitur.		12
			Olymp. 118.		5
	17	10	Demetrius Phalereus ad Ptolemæum ueniens, impetrauit ut Atheniensibus Democratia redderetur, id est, populi potestas.		13
					6
					14
					7
	19	12	Seleucus Antiochiam, Laodiciam, Seleuciam, Appamiam, Edissam, Beroeam, & Pellum urbes condidit, quarum Antiochiam anno regni sui struxit.		15
					8
	20	13			
			Olymp. 119.		16
	21	14			9
					10
	22	15			17
					11
	23	16	Seleucus Babyloniæ obtinuit.	DEMETRIVS II Asia, qui & Polyorces annis 17.	18
					12
4900	24	17			
			Olymp. 120.		
					Judæorum

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Alexand.	Judæorum.	Consulum.	Asia Syria.	Anni mundi.
25	18		Judæorum Pontifex Maximus Simo Onice filius clarus habetur, cui cognomen Iusto fuit propter sollicitam in deū religionem, & in ciues suos pronā clementiam.	2
				13
26	19		Filij Cassandri an. 4.	3
				14
27		1	ANTIGOVS	4
				15
28		2	NVS ET ALEXANDER XXVI, annis. 4.	5
			Olympias 121.	16
29	3		Demetrius rex Asiæ cognomēto Poliorcetes, Samaritanorū urbem uastat, quā Perdica con-	6
			struxerat.	17
30	4		Post quos DEMETRIVS XXVII annis 6.	7
			Sensu Romæ agitato, inuenta sunt ciuium Romanorū 270, milia.	18
31			Legati Alexandrini a Ptolemæo primum Romam missi amicitias imperauerunt.	8
				19
32	2			9
				20
			Olympias 122.	
33	3		Menander Comicus moritur.	10
				21
34	4		Romani Gallos Tyrrhenosq; terra forte diuiditur.	11
				22
35	5		Seleucus in eas urbes quas extruxerat, ludæos transfert, suis eis ciuium & municipalem ordinem cum Græcis aequali honore concedens.	12
				23
36	6			13
			Olympias 123.	24
			PYRRHVS XXVIII menses 7.	
			Judæorū Pontifex Eleazarus frater	
37			Post quē LYSIMACHVS XXIX annis 5.	14
			Simonis suscepit templi ministerium filio Simonis Onia paruo admodum derelicto.	25
			Seleucus in Sicilia capto Demetrio, Syria & Asia pariter imperauit.	
38			Serapis simulachrum Alexandriam uenit.	15
				26
39	2		Condita a Romanis Ariminū & Beneuentum.	16
				27
40	3			17
				28

Syria & Asia Dea metrius presuit.

Olympias



OPAEVSBCEASRI

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C		Anni mundi, Alexand. Macedorum.	Consulum.	Syria & Asia.
		Olym. 124.		Demetrius
			PTOLEMÆVS Philadelphus II Aegypti an. 38.	temenptum
	1	4	Soltratus Gnidius Pharum in Alexandria confluxit.	29 Seleuco tradidit.
			Antigonus cognomento Gonates Lacædemonem obtinuit.	
	2	5	Romani Crotonem captunt.	30
			PTOLEMÆVS XXX cognomēto Ceraunus an. 1.	
	3	1	Ptolemæus Philadelphus Iudeos qui in Aegypto erant liberos ele permittit: & uasa Eleazar	31
			ANTIPA= Pontifici Hierosolymarum uotua transmittens, diuinam scripturam in uocem Græcam ex Hebraea lingua per LXX Interpretes trāsferri curauit, quas in Alexandria bibliotheca habuit, quā libi ex omni genere literaturæ comparauerat.	32
4920	4	1	SO= TBN NES XXXIII an. 2.	Syng & A. Iuxta post Seleucū regnauit ANTIOCHVS I CHVSTO= ter II, an. 2 nis 43.
			ANTIGO= nus Gonates XXXIII an. 36.	
	6	2		3
	7	3		4
	8	1	Vna uirginum Romanarum in corruptione deprehēsa peccatur.	
			Olym. 126.	
	9	4	Milo Romanus Tarētū tradidit.	5
	10	5	Romani Calabriam Messanāq; tenuerunt.	6
	11	6		7
	12	7		8
			Olym. 127.	
	13	8	Aratus agnoscitur.	
			Argenteus nummus primum in urbe figuratus.	9
4930	14	9	Palæmon Philosophus moritur.	10
			Post quē Archelilas & Crates clari habentur.	11
	15	10		
			Romani Colonias deduxerunt, multaq; urbes in Sicilia eis iunxerunt.	12
			Olym. 128.	
	17	12	ctæ.	13
	18	13		14
	19	14	Romæ uirgo Vestalis in stupro detecta, laqueo uitam explet.	15
	20	15		16
			Olym. 129.	
	21	16	Zeno Stoicus moritur post quem	17

Σωτῆρ D

D. HIERONYMO INTERPRETE.

		Alexand.	Maced.	Consulum.	Syria.	Anni mundi.
				quem Cleanthes cognoscitur.		
	22		17	Romani Syracusas capiunt.	18	
	23		18	Nicomēdes rex Bithyniæ Astacū urbem ampliās, Nicomediā nūcupauit.	19	
				ANTIOCHVS III Syriae.		
	24		19	Romani Carthaginenses nauali certamine superant, & centum Libyæ urbes capiunt.	20	4940
				Olym. 130.		
	25		20		2 Theosan	
	26		21		3 nis 15	
	27		22	Erasistratus medicus agnoscitur.	4	
	28		23		5	
				Olym. 131.		
	29		24	Antigonus Atheniensibus reddidit libertatem. Iudæorum Pontificatum post Eleazarum auunculus eius Manasses accepit.	6	
	30		25		7	
	31		26		8	
	32		27		9	
				Olym. 132.		
	33		28	Carthaginenses 60. Romanorum naues in Sicilia capiunt, Metello Confule in fugam uerso.	10	
	34		29		11	
	35		30		12	4950
	36		31		13	
				Olym. 133.		
	37		32		14	
	38		33	Parthis à Macedonum imperio decedentibus, primū regnauit ARSACES, unde Arfacidæ dicti.	15	
				SELEVCVS III PTOLEMÆVS EVERGETES Aegypti, an. 26.		
				GALLINICVS IIII Syriae, an. 10.		
				34		
				Judæorum Pontifex Onias Simonis Iusti filius clarus habet, qui consueta regi Ptolemæo tributa non reddens, ad iram eum compulsi, Verum Iosephus inter suos nobilis legatus à Iudæis ad Ptolemæum missus, cū familitaritatē regis ob plurima in eum meruisset obsequia, Dux Iudææ, et regionum finitimarum constituitur.	2	
				Olym. 134.		
				36		
				Censuræ Romæ agitato inuenta sunt hominum 160. milia.		
				DEME= TRIVS XXXV, Macedonum, an. 10.		
				1	4	
				2	5	
				3	6	4960

A
Initiū hic belli Punicī & Polybii à Olympiad. 129. li. 1. fumpit initium, quāquam alio qui textit historiā ab Olympia. 140.

B

L qui



EVSEBII CÆS. CHRONICON

Table with columns: Olympias, Alexand., Maced., Consul., Syria. Entries include: Olympias 135, qui a Catone Questore Romam trañ-; Olympias 136, Virgo Vestalis Romæ a seruo corrup-; Olympias 137, Iudæorum Pontifex maximus Simon; Olympias 138, Simonis in eo fecit mentionem; Olympias 139, Caria & Rhodos ita terræmotu con-

Hæc Antigonæ ma- gnificæ Pto- lyb. lib. 2. ad finem. Linius lib. 10. quartæ decados non ita lon- gè a fine, ait hunc a Cretæ tu- torem di- ctum, ut cõ- cognantur a cæteris regibus di- stingeret.

Hoc an- Polyb. his- toriam suã lib. 3. ince- pit. Hunc Ptole. Stra- bo lib. ulti- mo vocat quartum. Minus quis sit ille terti- us Macha- beorum li- ber, cū nos duos duntaxat ha- bemus.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Table with columns: Olympias, Alexand., Maced., Consul., Syria., Anni mundi. Entries include: Olympias 142, Romani subiugant Capuam et Siciliam; Olympias 143, Leuius cū rege Asiæ Attalo amicitia facta; Olympias 144, Scipio Hyberia multas urbes recipit; Olympias 145, Plautus ex Umbriae Sarsina Romæ mori- tur; Olympias 146, Romani Græcos liberos esse iusserunt; Olympias 147, Post prælium, quo in Thermopylis est ui-

A Olympiad. 141. secū- dum bellū Punicū ince- pit. Polyb. li- bro 5. hoc bellum scri- psit. Sed pu- gna ad Rha- phiã uictū Antiochū. Hispania

B

Ad Ma- gnesiam.



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Anni mundi.	Alexand.	Maced.	Consulum.	Syria.
				Eumenes frater regis Attali, qui Eumēniā in Phrygia condidit, clarus habetur.	
† Necessē est igitur ut 3. libri Machabæorum historia fuerit prior 2. li. historia, quippe sub posteriore rege: vide præcedentefolio. Sed ego nullū noui librū tertium Machabæorum.	16		31	† Secundus liber Machabæorum apud Iudæos huius temporis gesta continet.	36 SELEVS
	17		32	Titus Lilius Tragediarum scriptor clarus habetur, qui ob ingenij meritum a Lilio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est.	1 C V S V I I, g & Phi lopa-
	18		33	Cum ab Antiocho per legatos Hannibal reposcereur, cui se a Scipione uictus sociauerat, ad Prusiā regem Bithyniæ transfugit, quem cum rursus per Flamminium etiam ab eo Senatus repeteret, & tradendus esset, uenenum bibit, & apud Libyiam Bithyniæ sepultus est.	2 tor an nis 12.
	19		34	Simon Prepositus tēplū Hierosolymorum, ad Apolloniū Seleuci ducē Phoenice cōfugiēs, multis ei munerib. repromissis sacerdonū sibi uēdicare cœpit, quo Seleucus audito Heliodorum mittit ad negociū puidēdū, q̄ cū Iudæā uenisset, inique iudicās, & multa perperā gerens, diuinis aduersus se signis deterretur, & ad Seleucum reuertitur. Onias autē sacerdos cura uerat ut Simon profugus fieret.	3
	20		35	Hircanus Iosephi ducis Iudææ filius cū ad Ptolemæum perrexisset, honorifice ab eo susceptus est. Verū fratres eius seditione contra eum mota, magnarum calamitatum Iudææ genti causa extiterunt.	4
	21		36		5
	22		37		6
	23	5020	38	Hircanus Iosephi ducis Iudææ filius cū ad Ptolemæum perrexisset, honorifice ab eo susceptus est. Verū fratres eius seditione contra eum mota, magnarum calamitatum Iudææ genti causa extiterunt.	7
	24		39		8
				V I Ptolemæus PHILOMETOR Ægypti, an. 35.	
			40	Statius Cecilius Comœdiarum scriptor clarus habetur: natione insuper Gallus, & Ennij primū contubernalis: qdā Mediolanēsem ferūt, mortu⁹ est anno post mortem Ennij, & iuxta Ianiculum sepultus.	9
			41		10
			42		11
				Olympias 151. PERSES XXXVIII. Macedonum an. 10.	
			1	Aristobolus natione Iudæus Peripateticus Philosophus agnoscitur, qui ad Philometorē Ptolemæum explanationum in Mosen commentarios scribit.	12 ANTI OCHVS
			2		1 V III.
			3		(Epiphanes an. 11.) Olympias

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Alexand.	Maced.	Consulum.	Syria.	Anni mundi.
7	4		3	
Olymp. 152.				
8	5	Antiochus Epiphanes cū de regione Ptolemæorū, quā subito inuaserat, Senatus præcepto recessisset, in Iudæā uenit, ibiq; Iesu, cui nomē et Iasoni fratri Oniæ Pōrificatū tradidit, quo deinde expulso Oniā cognomento Menelaū successore ei dedit. Itaq; ob sacerdotij dignitatē orta seditione inter principes, ingentiū miseriarū semina pullulauerunt.	4	
9	6		5	5030
10	7		6	
11	8		7	
Olymp. 153.				
12	9	† Antioch⁹ Iudæorū legē impugnat, primū qdē omnē eorū puincia ad idolatriā cōpelles, q̄ parere noluerūt, enecat. Postea uero Hierosolymā ascēdens, tēplū & uasa dei, quę ministerio fuerāt cōsecrata uastat, in tēplo Iouis Olympij simulachrū ponit, in Samaria super uerticē mōtis Garizi Iouis peregrini delubrū edificat, ipsis Samaritanis ut id faceret precātib. Verū hoc in tēpore Matathias qdē ex sacerdotib. filius Assamonei, uico Modeim, aduersū Antiochi duces arma corripiēs, fulsus etiā auxilio filiorū, leges patrias uindicauit. Enni⁹ poeta septuagenario maior, articulari morbo periit, sepultusq; est in Scipionis monumēto uia Appia intra primū ab urbe miliarū. Quidā ossa eius Rhodiā ex Ianiculo trāslata affirmāt.	8	
13	10		9	
Macedonū regnum defecit.				
14			10	
15			11	
		Primus Iudæorum dux IVDAS MACHABÆVS, an. 3.		
			ANTIACHVS	
			Eupator XI	
		Romani superato Perse, Macedonas, Illyricos, & Galatas liberos esse iussu Iudæorū dux Iudas qui & Machabæus, filius Matathias, Antiochi duces de Iudæa expellens, & templū ab idolorum imaginibus emundans, patrias leges post triennium suis ciuibus reddidit.	annis 1.	
Olymp. 154.				
16			1	
17			2	
18			DEMETRIVS	
19			Soter X, an-	
			nis 12.	
			2	5040

† Hæc historia habetur lib. 2. Machabæorum.

Iudæorum regnū excipit Macedonicum. B

OPAEVSBCE SRI



OPAEVSBCE SRI

EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi.	Annus Alexand. Iudeorū.	Consulum.	Syria.
	Olympias 155.	Menelao Pontifice Iudeorum à iuniorē	
		Antiocho occiso, qui prius Iudæam Epi-	
	20	phani Antiocho tradiderat, † Alchimus	3
		alienus à genere sacerdotali ambitione	
		pontificatum inuadit, ob quod Onias fi-	
		lius Pontificis Oniæ Agyptū trāsmigrās,	
		in Helipolitano pago ciuitatē nominis	
	21	sui cōdidit, tēplo ad similitudinē tēpli pa-	4
		trij cōstructo. Alchimus uerō aduersus lu-	
		dā Machabeū inimicitias gerēs, post nō	
		multū tēporis dei ira percussus interijt, ac	
		sic cū omniū Iudeorū fauore Iudæ Macha-	
		beo sacerdotiū decernit, q̄ dignitate succe-	
		pta, Legatos Romā dirigit, decreuitq̄ Se-	
		nat ^o Iudeos amicos et auxiliatores Romanorū habēdos.	
	22	P. Terentius Carthaginensis Comædia-	5
		rum scriptor, ob ingenij & formā liber-	
		tate donatus, in Arcadia moritur, qui pri-	
		mam Andriam, antequā Edilib. uende-	
		ret Cecilio multum se miranti legit.	
		Iudas aduersū Demetrii duces in toto pre-	6
		lio occiditur, 3 anno Pontificatu gesto.	
	Olympias 156.	Aristarch ^o grāmatic ^o agnoscitur. Iudeorū	7
		dux Ionathas frater Iudæ, Bachide duce	
		Demetrii Iudæa expulso Pontificatū suscepit.	8
		Pacuni ^o Brūdusius Tragediarū scriptor	9
		clarus habet, Ennij Poerē ex filia nepos,	
		uixitq̄ Romæ quo ad picturā exercuit,	10
		ac fabulas uēdicauit: deinde Tarētū trās-	
		gressus prope nonagenarius diem obiit.	
	Olympias 157.	Pseudophilippus regnat in Macedonia,	11
		Alexāder Antiochi, q̄ Epiphanes (an. 1.	
		cognominatus est filius, Syrię et Asię im-	12
		perās, Ionathan corona & multis insigni-	
		bus donis prosequitur.	ALEXAN
		Romani interfecto Pseudophilippo, Ma-	1 DER.
		cedonas tributarios faciunt.	2 XI. an
			nis 10.
	Olympias 158.	Samaritani et Iudei Alexādrice Ptolemęo	3 mē. 7.
		iudicāte cōtēdūt de honoribus ex utraq̄	
		parte tēplo suo deferēdis, et superāt Iudei.	
		Lucilius Poeta nascitur.	4
		Descriptione tunc Romæ facta, inuenta	5

† Alchim^o
legit Beda.

D

Tertium
bellum Pu
nicum.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Alexand.	Maced.	Consulum.	Syria.	Anni mundi.
		sunt hominum 322 milia.		
	12	Oppius Gallos capti, & Carthago in	5	
		ditione Romanorū per Scipionē re-		
	13	digitur, habens à cōditione sui annos	6	
		668, ut uero alij affirmant 748.		
		VII Ptolemæus EVERGETES, annis 29.		
	14	Ionathas dux Iudeorū pariter & Pon-	7	
		tifex cum Romanis & Spartanis amicitias facit.		
	15	† Alexādro filio Balæ regis Syriæ, Pto-	8	
		lemæus filiam suam tradidit uxorem.		
	16	Scipio Numantinos subuertit.	9	
		Brur ^o Hyberia usq̄ ad oceanū subigit.		
		Triphon Ionathan Pontificē Iudeorū		
	17	interficat, & in sacerdotiū fratris Iona-	10	5060
		thæ Simon assumitur. (filium. DEMETRIVS		
	18	Triphō Antiochū occidit Alexandri	1 XII.	
	19	Ptolemæus filia suā Demetrio tradit	2 an. 3.	
		uxorē cū regno quod abstulerat Alexādro.		
		Iudeorum dux II, SIMON, annis 8,		
		L. Accius Tragediarū scriptor clarus		
		habet, natus Mācino & Serano COSS.		
		parentibus libertinis, & seni iam Pa-		
		cuius Tarenti sua scripta recitauit, à		
		quo fundus Accianus iuxta Pisaurū		
		dicitur: quia illuc inter colonos fuerat ex urbe deductus.		
	1	Triphon Syrię regnū conatus inuade-	3	
		re, Antiocho filio Alexādræ interfecto	ANTIOCHVS	
		ad extremum & ipse supermoritur.	Sedetes XIII	
	2	Post Demetriū regnauit uniuersæ Sy-	1 an. 9.	
		riæ frater eius Antiochus, qui cogno-		
		minatus est Sedetes.		
	Olympias 161.	Simoni Iudeorū Pontifici pariter &	2	
		principi, Romani & Spartiarū legatione eius libēter		
		excepta amicalia misere rescripta.	3	
		Bellum seruile ortum in Sicilia.		
	3	Simon Iudeorū Pontifex interficitur,	4	
		cui succedit filius suus Ioānes, qui ui-		
		ctis Hyrcanis, Hyrcanus cognominatus est.		
	6	Primus liber Machabæorū huius tem-	5	
		poris historiam continet.		
	Olympias 162.			
	7	Antiochus Sedetes rex Syriæ aduer-	6	
		sus Iudæā arma corripies, & Hierosolymam		

A

† Vide an-
no 5050.
mūdi, aliud
de hoc Alexādro.
Antiochi
enim erat
filius, cap.
10. lib. 1
Machab.
tenetur.

B



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Anni mundi.	Alexand. Iudæorum.	Consulum.	Syria.
	5070	14	8	7
			uallo circumdans, cū ad conditiones Pōti-	
			ficem Simonem compulisset, recedit.	
			HYS- Attalus moriens regni sui populum Ro-	
			CANVS manum constituit heredem.	
	15	1	III, qui & Ioannes, annis 26.	8
	16	2	Ptolemæus expulsus Ægypto.	9
			Arfaces Parthus Antiochum interfecit.	DEME-
			Olympias 163.	TRIVS,
	17	3	Serui qui in Sicilia rebellabāt oblidionis	XIIII
			necessitate cōpuli, ad sua inuicem cada-	iteū
			uera uoranda conuerli sunt.	an. 4.
	18	4	Iuxta Æolt insulas igne ex flatu suscita-	2
			to apparuit insula, quæ nunc Hiera uoca-	
			tur.	
	19	5	Auerni nobilissima Galliarum urbs ca-	3
			pra, & rex Verurius.	
	20	6	Ioannes dux Iudæorum & Pontifex ad-	4
			uersus Hyrcanum bellum gerens, Hyrcan-	ANTIO-
			ni nomē accepit, & à Romanis ius amici-	CHVS
			Olympias 164.	1 Gry-
	21	7	tiæ postulans decreto Senatus inter am-	phus
			icos relatus est.	3 XV an-
				nis 12.
	5080	24	10	
			Narbonam Coloniae deductæ.	
			Olympias 165.	
	25	11	Hyrcanus Pontifex Iudæorum Samariâ,	5
			quæ uocabatur Bctenias, & nostro tem-	6
			pore Sebaste uocatur, obsidione captam	7
			solo coæquauit, quam postea Herodes	8
			intaurans Sebasten in honorem Augu-	
			sti appellari uoluit.	
	29	15	Marcus Terentius Varro Philotophus &	9
			Poeta nascitur.	
			1 VIII Ptolemæus PHYSCON Ægypti, qui & Soter, annis	17.
			1	10
			Antiochus Cyzicenus Grypho eiecto	11
			2	11
			Syriam obtinuit, ac rursum Gryphus su-	12
			3	12
			perato Cyziceno eandē recepit. Ita suc-	ANTIO-
			cessione regnabant aduersum se inuicem	CHVS
			Olympias 167.	1 Cyzi-
			4	2 cenus
	5090	5	20	3 XVI
			6	4 an. 18.
			7	
			Olympias 168.	
			Iugurtha	

D
† Triphon
alibi uoca-
tur.

† Straboli
bro ult. ait
præcedēte
Phiscona
appellatū,
non hunc,
sed Lathu-
rū appellat
post quem
Auletes
Cleopatæ
pater.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

65

Alexand.	Iudæorum.	Consulum.	Syria.	Anni	A
8	23	Iugurtha cōtra Romanos dimicās capis.	5	mundi.	
9	24	Rhodo terramotu cōcussa colossus ruit.	6		
10	25	Ionathas gloriose apud Iudæos principarū gerit.	7		
11	26	M. T. Cicero Arpinā nascitur, matre Hel-	8		
		uia, patre Equestris ordinis ex regio Voltcorum genere.			
		Gn. Pompeius Magnus oritur.			
		STOBOLVS V, anno uno,			
		Olymp. 169.			
12	1	Aristobolus filius Ionathæ rex pariter &	9		
		Pontifex primus apud Iudæos dīadematis simplicis inli-			
		gue, post 484. annos Babylonicæ captiuitatis.			
		IANNEVS VI, qui & Alexander, an. 27.			
13	1	Post quem regnauit Ianneus cognomē-	10		
		to Alexander, qui Pontificatū administrās crudelissime ciuibus præliuit.			
14	2	Turpilius Comicus senex admodum Si-	11		
		nueſſæ moritur.			
		Caius Lucilius Satyrarū scriptor Neapo-			
		li moritur, ac publico funere effert, anno ætatis XLVI.			
15	3	Marcus Furius Poeta, cognomēto Biba-	12	5100	
		cus Cremontæ nascitur.			
		Olympias 170.			B
5090		2000. milia Cymbrorum caesa, & 80. mi-			
		lia capta per Mariū dūce Teutomodo.			
16	4	Caius Marius quinquies Cōsul, iuxta Erida-	13		
		nū Cymbros superās, & post de ijs cū Catulo triūphat.			
17	5	Thracēs à Romanis uicti.	14		
		Rursum in Sicilia bellū ciuile conſurgit.			
		† IX. PTOLEMÆVS Ægypti, q & Alexāder, an. 10.			
		Expulso de regno Ptolemæo Physcone p-			
		matrē Cleopatram, et in Cyprū secedēte, re-	15		
		gressus deinde de fuga regnū obtinuit.			
		quia Alexādrū, qui ante eū fuerat, ob in-	16		
		terfectionem matris ciues pepulerant.			
		Olympias 171.			
		Aquilius in Sicilia bellū seruile cōpescuit.			
		Ptolemæus rex Cyrenæorū moriens Ro-	17		
		manos testamento reliquit heredēs.			
		Seleucus ab Antiocho filio Cyziceni uiuus exurit.			
		9 Titus Lucretius Poeta nascitur, qui postea	18		
		amatorio poculo in furorē uersus, cū ali-			
		quot libros per interualla insanie conſcri-			
		plisset, quos postea Cicero emēdauit, p-	PHILIPPVS		
		pria se manu interfecit, anno ætatis XLIII.	XVII Syriae		
		10 Antiochus in Parthos fugiēs, Pompeio	an. 2.		
		11 se deinceps tradidit, post quē Philippus	2		
		captus est à Gabinio.			

† Anletes
hic dicitur
à Strabone
lib. ultimo
quamquam
nescio an
de sequēte
hoc, ita ob-
ſcura est
hic Histo-
ria.

Olympias



EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi	Alexand. Olympias	Iudeorū.	Consulum.
	172.		HVCVSQVE Syria possessa per reges in Romanā ditionem cecidit.
	7	12	Bellum aduersum Romanos, Picentes, Marfi, Peligni q̄ mouerunt.
5110	8	13	Lucius Pomponius Bononiensis Attellanarū scriptor clarus habetur.
	9	14	Alexander matrem interemit.
	10	15	
	Olympias 173.		
	X. PTOLEMÆVS Ægypti, qui à matre fuerat eiectus, annis 8.		
	1	16	Plotius Gallus primus Romæ Latinam rhetoricā docuit, de quo Cicero sic refert: Memoria teneo primum Latine docere cepisse Plotium quendam.
	2	17	Caius Valerius Catullus Lyricus Veronæ nascitur.
	3	18	Sallustius Crispus historicus in Sabinis Amitermi Sylla Atheniensis uastat. (nascitur.)
	4	19	Descriptione Romę facta, inuēta sunt hominū 463 milia.
	5	20	Templum tertio apud Delphos à Tracibus incensum, & Romæ Capitolium.
	6	21	L. Ennius plurimas ciuitates capit.
			Cicero Quintium defendit, xxvi anno ætatis.
D	7	22	P. Terentius Varro uico Atace in prouincia Narbonensi nascitur, qui postea xxxv annū agens, Græcas literas cum summo studio didicit.
† Octavia l̄ Pileus.	5120	8	† Vacilius Plotus Latinus rhetor, Cn. Pompeii libertus & doctor scholam Romæ aperuit.
	Olympias 175.		
	XI. PTOLEMÆVS DIONYSIVS Ægypti, annis 30.		
	1	24	Sylla Romam obtinuit, & post biennium moritur.
			Roscio contra Chryfogonum defenso Cicero Athenas secedit, & inde post triennium Romā regreditur.
	2	25	Pōpeius gloriosissime triumphauit.
			Lepidus publicus hostis iudicatur.
	3	26	T. Quintius Atta scriptor Togatarum Romę moritur, sepultusq̄ uia Prænestina ad miliarium secundū.
	4	27	Alexandra, quę & Salina uxor Alexandri Hierosolymis regnauit, ex cuius ætate Iudeos rerū consilio, & uarię clades oppresserunt.
			Oly. 176. ALEXANDRA, VII Iudeorum, annis 9.
	5	1	Bellum gladiatorum in Campania.
	6	2	
	7	3	Lucius Lucullus primus Imperator appellatus est, iuncta Armenia, Mesopotamia, & Nisibi cum fratre regis capta.

D. HIERONYMO INTERPRETE. 66

Alexand.	Iudeorum.	Consulum.	Anni mundi
8	4	Pompeius uniuersam Hybertiam subiugauit.	
		M. Lucullus de Belsis triumphauit.	
	Olympias 177.		
9	5	Capta Cabile & Tomis, & cæteris uicinis urbibus, Crallus triumphauit.	
10	6	Vergilius Maro in pago, qui Andes dicitur,	
11	7	haud peul à Mantua nascitur, Pomp. & Crasso Cos.	
12	8	M. Porcius Cato Stoicus Philosophus agnoscitur.	
	Olympias 178.		
13	9	Antiochia & Syria capta à Romanis.	
		Creticū bellū ortū, unde Metellus Creticus.	5130
		Lucus Daphnentiū iuxta Antiochia à Pōpeio Apollini consecratur.	
		Iudæi Romanorum uectigales per Pompeiū facti, & Pōpificatum apud eos suscipit HYRCANVS annis 34.	
14	1	Aristobolus & Hyrcanus filij Alexandræ cōtra se de imperio dimicantes occasione præbuere Romanis, ut Iudæā inuaderēt: itaq̄ Pompeius Hierosolymam ueniens capta urbe et tēplo referato, usq̄ ad Sancta sanctorū accessit, Aristobolū uinctū secū adducit, Pōpificatū cōfirmat Hyrcano, deinde Antipatrū Hierodis Alcalonitæ filiū Procuratorē Palestinæ facit.	B
15	2	Libya p̄ testamētū Appionis regis Romanis relicta, Horatius Flaccus Satyricus & Lyricus Poeta, Liberino patre Venusij nascitur.	
		Apollochorus Pergamenus Græcus orator, præceptor Callidij & Augusti, clarus habet.	
16	3	Pompeius captis Hierosolymis tributarios Iudæos facit.	
	Olymp. 179.		
17	4	Ea quę de Catilina, Cethego, Lentulo, cōsule Ciceroe Sallustius & Liuius, hoc gesta sunt tempore.	
18	5	Cicero in exilio annum facit, honorifice susceptus à Plantio.	
19	6	Pompeius Imperator appellatus.	
20	7	Cæsar Lusitanā, et quasdā insulas in oceano capit.	
	Olymp. 180.		
21	8	Messala Coruinus Orator nascitur, et Titus Liuius Parauinus scriptor historicus.	
22	9	Virgilius Cremonæ studijs eruditur.	
23	10	Catullus xxx ætatis suę anno Romę morit.	
24	11	M. Callidius Orator clarus habetur, qui bello postea ciuili Cæsareanas partes secutus, cum Togatā Galliam regeret, Placētę obiit.	
	Olymp. 181.		
25	12	Cæsar Rhenum transiens Germanos uastat.	
26	13	Crassus cōsul cū filio suo apud Carras capto.	

Ventidius

OPAEVSBCE SRI



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Anni Alexand.	Judeorum.	Consulum.	Anni
	mundi. 27	14	Ventidius primus Romanorū Parthos	
	28	15	Curio promptus & popularis Orator Romæ habetur insignis, qui deinceps in Africa pudore amitti excitus mori maluit, quam evadere.	
	Olymp. 182.		Virgilius sumpta toga Mediolanū transgreditur, & post breve tempus Romā pergīt. (fulmine.)	
	29	16	Simulachrum Olympiaci Iouis tactū	
1550	30	17	Cæsar Germanos & Gallos capit.	
			CLĒOPATRA Aegypti, annis 22.	
	1	18	Principiū belli civilis Cæsaris & Pompei.	
	2	19	Diodorus Siculus Græcæ scriptor hystoriæ clarus habetur.	
			Finis reipublicæ, principiumq; Romani imperij.	
	Olymp. 183.		Caius Iulius Cæsar primus apud Romanos singulare obtinuit imperium, à quo Cæsares Rom. principes appellati.	
			C. IVLIVS Cæsar Romanorū primus. an. 5. menses 7.	
D	3	20	1 Pompeius prælio victus, & fugiens à spadonibus Alexandrini regis occidit.	
			Marcus Cælius Prætor, & C. Annius Milo exul oppressi, res novas in Tiranobrixioq; agro simul molientes.	
† Pompeij.	4	21	2 † Ptolemaei cadaver cum lorica aurea in Nilo inuentum.	
			Cæsar in Aegypto regnum Cleopatras confirmat ob stupri gratiam.	
	5	22	3 Romæ Basilica Iulio dedicata.	
			Decretum Senatus Atheniensium ad Iudæos mittitur, qui per legationem amicitiā postularant.	
	6	23	4 Cleopatra regio comitatu urbē ingressa.	
	Olymp. 184.		Prohibitū est lecticis margaritisq; uti, quæ nec viros, nec liberos haberent, & minores essent annis 45.	
	7	24	5 Nigidius Figulus Pythagoricus & Magnus in exilio moritur.	
			Antonius decernit Quintilē mensem Iuliu debere dici, quia in eo fuisse natus Iulius Cæsar.	
			Calsius Iudæa capta templum spoliat.	
			VII Idus Martias, C. Iulius Cæsar in Curia	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

67

Anni	Regnum Romanorum.	Anni
mundi.	Curia occiditur, et falces statim suscepit Publius Dolobelia.	domini
	Caij Cæsaris corpus in rostris ob honorem concrematum.	
	Seruius Sulpitius iureconsultus, & Publius Seruius Isauricus publico funere elati.	
	Romæ tres soles exorti paulatim in eundem orbem coierunt.	
	Inter cætera portenta, quæ toto orbe facta sunt, bos in suburbano Romæ ad arantē locutus est, frustra se urgeri, non enim frumenta, sed homines breui defuturos.	
	Romanorum 11 regnavit OCTAVIANVS CÆSAR Augustus, an. 56. à quo Augusti Romanorum reges appellati.	
8	25	1 Antonius aduersus Cæsare Augustum bellum mouet.
		Liberius Mimorum scriptor decimo mense post Cæsaris interitum Puteolis moritur.
		Publius Mimographus natione Syrus Romæ Scenam tenet.
9	26	2 Cicero in Phormiano suo ab Herenio & Popilio occiditur 64. ætatis suæ anno.
		Ciceronis caput cū manu dextra pro rostris positum, iuxtaq; coronata imago Popilij militis, qui eum occiderat.
10	27	3 Ouidius Naso nascitur in Pelignis.
		Caius Falcidius tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamēto legaret quam ut quarta pars hæredibus superesset, si quatuor, aut minus essent. Si autem plus quatuor, medietas eo tenore, ut suis liberis, siue propinquis idem exteris pater sua legaret, illa pars quam Falcidius constituit, nisi pater interdixerit, & legatis fruentibus, & eisdem carentibus æquanimiter partirentur.
		Curtius Thalassus in insula Arda cum quatuor cohortibus uiuus combustus est, quod tributa grauius exigeret.
		Vibium Maximum designatum Questorem agnouit dominus suus, & abduxit.
		Etaberna meritoria trans Tiberim oleū terra erupit, fluxitq; toto die sine intermissione,

A

AVGVSTVS.

B

Illam non satis conueniunt cum his, quæ uulgo extant in cōmentarijs la reconsultorum, de lege Falcidia.

M signis

OPAEVSEBII

EUSEBII CÆS. CHRONICON

C	An. mudi.	Alexand.	Iudeorum.	Regnum Romanorum.
				significans Christi gratiam ex gentibus.
				Antonium superat Augustus, & interueniente Senatu in amicitiam cum eo regreditur.
				Cornificius Poeta à militibus destitutus interit, quos sæpe fugientes galeatos lepores appellarat.
				Hulus soror Cornificia, cuius insignia extant Epigrammata.
				Templum Hierosolymorum depopulatus est Cæsius.
			Olymp. 185.	
				Secunda secessio Augusti & Antonij.
	11		28	4 Cornelius Nepos scriptor historicus clarus habetur.
	12		29	5 Antigonus contra Iudeos dimicans tandem occiditur, à quo usque in præsens tempus Hierosolymitarum regnum destructum est.
	13		30	6 Siquidem Herodes post eum à Romanis constitutus est princeps alienigena, & nihil omnino pertinens ad Iudæam.
	14		31	7 Fornij pater & filius, clari Oratores habentur, quorum filius consularis ante patrem moritur.
			Olymp. 186.	
	15		32	8 Sallustius diem obiit quadriennio ante Acciacum bellum.
D			16	33 9 Marcus Baius Poeta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur.
			17	34 10 Herodes Antipatri Ascalonia, & matris Cyprides Arabice filius, à Romanis Iudeorum suscepit principatum, cuius tempore Christi natiuitate uicina regnum & sacerdotium Iudææ, quod prius per successiones minorum tenebatur, destructum est, completa propheta, quæ ita per Moysen loquitur: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est, & imple erit expectatio gentium. In hoc loco etiam Christus, quem Danielis scriptura præfatur, accipit finem. Nam usque ad Herodem, Christi, id est, sacerdotum erant reges Iudeorum, qui imperare ceperunt 65. Olympiade, & ab instauratione templi sub Dario usque ad Hyrcanum, & 186. Olympiade an. 483. in medio transactis, quos Daniel quoque significat, dicens: Et scies & intelliges ab initio sermonis respondendi & ædificandi Hierusalem usque ad Christi principatum, hebdomades septem & hebdomades sexagintaduas, quæ 60. hebdomades faciunt annos 483, in quibus Christi, id est,

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Alexand.	Iudeorū.	Regnum Romanorum.	Anni mundi.
		isti, id est, sacerdotes, qui unctiōne consecrati regnauerunt usque ad Hyrcanum, quo extremo omnium à Parthis capto, Herodes Antipatri filius nihil ad se pertinentem Iudæam ab Augusto & Senatu accepit, filijque eius post eum regnauerunt usque ad nouissimam Hierosolymitarum captiuitatem, nequaquam ex successione sacerdotalis generis Pontificibus constitutis, neque perpetuitate uncti secundum legem Moli seruentibus deo. Ignobiles uero quidam, & alio tempore alij, & nonnulli unius anni, siue modico amplius à Romanis Imperatoribus sacerdotium emebant. Quæ omnia etiam Daniel Propheta uaticinatur ita dicens: Et post hebdomadas 7. & 62. interibit christus, & iudicium non erit in eo, & templum sanctum corumpet populus duce ueniente, & cadentur cacyclismo belli. Et in sequentibus: Et super templum, inquit, abominatio desolationum, & usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem.	
		Herodes Ananelum quendam de Babylone accitum Pontificem Iudeorum constituit, & post exiguum temporis Aristobolum fratrem uxoris suæ nepotem Hyrcani successorem ei dedit, quo post annum interfecto rursus Ananelo reddidit sacerdotium.	
		Deficiente Pontificum principatu Iudæis regnauit HERODES alienigena, an. 37.	
		Lunæ secundum Romanos cursus inuentus.	
	18	11 Antonij & Augusti fœdus.	
		Colontas deduxere Romani.	
		Olymp. 187.	
		Augustus triumphauit pedestris certaminis triumpho.	
	19	12 Antonius Cleopatra Arabiam tradidit.	
		Augusti & Antonij tertiæ dissensionis exordium, quod repudiata sorore Cæsaris Cleopatram duxisset uxorem.	
	20	13	170
		Nicetes, & Hibracas, & Theodorus, & Plutius nobilissimi, artis rhetoricæ Græci præceptores habentur.	
	21	4	14 Cleopatra & Antonius semet interficiunt, & Ægyptus fit Romana prouincia, quam primus tenuit Caius Cornelius Gallus, de quo Virgilius

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Anni Alexand. mundi.	Iudæorum.	Regnum Romanorum.
			luis scribit in Bucolicis, Vsq; ad Cleopatram
			Ptolemæi, qui uocabantur Lagidæ, in Aegy
	22	5	15 pio regnauerunt annis 295.
			Aegypti regnum, quod fuit in Alexandria,
			destructum est.
			Antonius medicus Augusti, post Actiacam
			uictoriam naufragio perit.
			Quidam ab hoc loco primum annu Augusti
			monarchiæ supputant.
5170			Cæsar Augustus appellatus, à quo Sextilis
			mensis Augusti nomen accepit.
			Cum ingenti triumphorū pompa Augustus
			Romam ingressus, & Cleopatæ liberi, Sol
			& Luna ante currum eius ducti.
			Nicopolis iuxta Actium condita, & Agon
			actiacus constituitur.
			Augustus Romanis plurimas leges statuit.
		Olympias 188.	Alexandrinorum regnum destructum est, et
			Romanis paruit.
		6	16 Censu Romæ agitato inuenta sunt ciuū Ro
			manorum 41. centena, & 64. milia.
			Coloniæ deductæ.
			Anaxilaus Larissæus Pythagoricus, & Mae
			gus, ab Augusto urbe Italiæ pellitur.
			M. Terentius Varro Philosophus prope no
			nagenarius moritur.
			Thebæ Aegypti usq; ad solum eruta.
		7	17 Cornelius Gallus Foro iulienis poeta, à quo
			primū Aegyptū rectam supradiximus, & LIII
			ætatis suæ anno propria se manu interfecit.
			Trallis terræ confederunt.
		8	18 Indi ab Augusto per Legatos amicitia postu
			Messala Coruinus primus Præfectus clarit.
			urbis factus, sexto die magistratu se abdicar
			uit, in ciuilem potestatem esse contestans.
		9	19 Augustus Calabriam & Gallos uectigales facit.
			Munatius Plancus Ciceronis discipulus Or
			rator habetur insignis, qui cum Galliam Ro
			manam regeret, Lugdunum eodidit. (cit.
			Marcus Lollius Galatiam Romanam puincia fa
		Olympias 189.	Augustus eū ei monarchia deferret, renuit.
		10	20 Quintilius Cremonensis Virgilij & Horatij
		11	21 familiaris moritur.

Alexandri
ni regni fi
nis.

OPAEVSEBII

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Iudæorum.	Regnum Romanorum.	Anni mundi.
12	22 Augustus Cyzicenos libertate priuauit.	
	Pylades Cylix Pantomimus cum ueteres ipsi canerent	
	atq; saltarent, primus Romæ Chorum & fistulam tibi	
	præcinere fecit.	
13	23 Tiberius ab Augusto missus occupauit Armeniam.	5180
	Atracinus, qui septendecim natus annis Celiū accu	
	saerat, clarus inter Oratores habetur, ad extremum	
	morborem tædio in balneo uolutante exanimatus hæ	
Oly. 190.	redem reliquit Augustum.	
	Cantabres res nouas molientes opprimuntur.	
14	24 Herodes apud Hierosolymam multas & magnas con	
15	25 struxit ædes.	
16	26 Virgilius Brundisij moritur, Sentio Saturnino & Lu	
	cretio Cynna coss. Offa eius Neapolim translata in	
	secundo ab urbe miliario sepeliuntur, utulo istiusmodi	
	quem moriens ipse dictauerat	
	Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc	
	Parthenope: cecini pascua, rura, duces.	
	Herodes Samariam olim iam in cineribus sedentem à	
	fundamentis suscitans in honorē Augusti Augustam,	
	id est, Sebasten appellauit, & in Paneade templum,	
	quod Pantion uocatur, extruxit.	
	Augustus Samijs libertatem dedit.	
17	27 In Cypro plurimæ ciuitatum partes terramotu con	
	ciderunt.	
	Germanos in arma uersos M. Lollius superat.	
Oly. 191.	Varus & Tucca Virgilij & Horatij cõtubernales Poe	
	tæ habentur illustres, qui Aneidum libros postea e	
	mendauerunt sub lege ea, ut nihil adderent.	
18	28 Augustus Caium Agrippam adoptauit in filium.	
	Æmilius Macer Veronenis Poeta in Asia moritur.	
19	29 Tiberius Vindelicos, & eos qui Thraciarum confines	
	erant Romanas prouincias facit.	
20	30 Colonia Berytum & Pataras deducta.	
	Bosphorum Agrippa capit.	
21	31 Cestius Smyrneus Rhetor Latine Romæ docuit.	
	Augustus à Senatu Pontifex Maximus appellatur.	
Oly. 192.		
22	32 Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris condidit, quæ	
	prius turris Stratonis uocabatur.	
	Herodes Antidonam condidit, & Antipatridam, at	
	que Herodionem in honorē patris Antipatri & suum	
	extruxit, innumerabilia quoque opera in singulis Sy	

EVSEBII CÆS. CHRONICON

Alexand. mundi.	Iudeorū.	Regnum Romanorum.	Anni
		riarum urbibus quas regebat solertissime ædificauit.	
5190	23	33 Tiberius Cæsar de captiuis Pannonijs triumphat.	
	24	34 Horatius LVII ætatis suæ anno Romæ moritur.	
		Palsienus pater declamator insignis diem obiit.	
	25	35 C. Julius Hyginus cognomento Polyhistor Grammaticus habetur illustris.	
	Oly. 193.	Tiberius uastata Germania Imperator appellatur.	
	26	36 Herodes Hyrcanum, qui olim sacerdos Iudeorum fuerat, de captiuitate Parthica regressum, & filium eius, qui sacerdotio patris succellerat interfecit, sororem quoque eius uxorem suam, cum duobus proprijs filijs iam adolescentibus, & matrem uxoris occisæ sororem suam crudelissime necat.	
	28	38 Tiberius de Rhetijs, Vindelicijs, Armentijs, ac Pannonijs triumphauit.	
		Albutius Sylo Nouariensis clarus Rhetor agnoscitur.	
		In insula Coo terræmotu plurima conciderunt.	
	29	39 Augustus Iuliam filiam suam in adulterio deprehensam damnat exilio.	
		M. Tullius Tiro Ciceronis libertus, qui primus notas commentus est, in Puteolano prædio usq; ad centesimum annum conuenerat.	
	Oly. 194.	Augustus gladiatorum ludū, & nauale certamē exhibuit.	
	30	40 Melitius Spoletinus Grammaticus agnoscitur.	
		M. Porcius Latro latinus declamator rædio duplicis quantæ semet interfecit.	
		Herodes ad ea quæ supra crudeliter gesserat etiã hoc addidit, uirum sororis suæ Salomę interfecit, & cum eam alij tradidisset uxorem, etiã hunc necat: Scribas quoq; & interpretes diuinæ legis simili scelere occidit.	
	31	41 Cæsar amicitiam cum Parthis facit.	
		Edicente Cæfare, ex senatus consulto Quirinus in Iudæam missus, census hominum possessionesq; describit.	
		Anni domini.	
5199	32	42 IESVS CHRISTVS filius dei in Bethleem Iudææ nascitur, quo anno coepit Christianorum salus, qui & primus annus Christianæ salutis numeratur. Colleguntur omnes anni ab Abraham usq; ad natiuitatem Christi 2025.	1
		Tertullianus in eo libro quem contra Iudæos scripsit, affirmat Christum 41 anno Augusti natum, & Iiberij esse passum.	
		Xyrtus Pythagoricus Philosophus nascitur.	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Anni mundi. Iudeorum.	Regnum Romanorum.	Anni domini
5200	33	43 Augustus Tiberium & Agrippam in filios adoptat.
	Oly. 195.	Iudas Galilæus ad rebellandum Iudæos, ne acquiescerent soluere tributa Romanis cohortatur.
	34	44 Herodes cum Christi natiuitatem Magorum indicio cognouisset, uniuersos in Bethleem paruulos iussit interfici.
	35	45
	36	46
	37	47 Herodes morbo intercutis, atq; scatenibus toto corpore uermibus miserabiliter & digne moritur.
	Iudæo.	Alinius Pollio Orator & Cõsularis, qui de Dalmaria dux triumphat, LXXX ætatis suæ anno in uilla Tusculana moritur.
	ARCHÆ.	
	LAVS annis 9.	
	Olympias 196.	
	1	48 In Herodis locū filius eius Archelaus ab Augusto substituitur, & Tetrarchæ fiunt quatuor fratres eius, Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus.
	2	49 Fames Romæ ita ingens facta, ut quinque modij uenderentur denarijs XXVII semis.
		Philition Mimographus natione Magnesianus Romæ clarus habetur.
	3	50 Tiberius Cæsar Dalmatas Sarmatasq; in Romanam redigit potestatem.
	4	51 Athenodorus Tharsensis Stoicæ Philosophus, & M. Verrius Flaccus Grammaticus insignes habentur.
	Olympias 197.	
	5	52 Athenienses res nouas contra Romanos molientes opprimuntur, autoribus seditionis occisus.
		Iesus Christus in medio doctorum disputat mirantibus illis, eò quod resistere sapientiæ suæ nõ poterat.
	6	53 Messala Coruinus Orator ante biennium quam moreretur, ita memoriam ac senium amittit, ut uix pauca uerba coniungeret, et ad extremum hucere se libi circa sacram sp̄nam nato, inedia se confectum no ætatis LXXXII.
	7	54
	8	55 Augustus cum Tiberio filio suo censum Romæ agitans inuenit hominum nonagies trecentena & septuaginta milia.
	Oly. 198.	Sotion Philosophus Alexandrinus, præceptor Senecæ clarus habetur.
	9	56 Archelaus nono anno regni sui in Viennam urbem Gallia relegatur.
Iudeorū principatum tenet HERODES TETRARCHA		Detecho solis facta, & Augustus, LXXXVI ætatis suæ anno Artellæ in Campania moritur,

In historia Ecclesiastica, Herodes Lysias et Philippus.

B

M 4 sepeliturq;



OPAEVSEBII



EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi.	Iudeorum.	Regnum Romanorum.	Anni domini
		sepeliturq; Romæ in campo Martio.	
		TIBERIVS III. Ro. regnavit an. 23. uel 21. ut aiūt nō-	
		Iberius quali coactus, & querēs miserā & (nulli.	
		onerosam iungi sibi seruitutem, imperium recepit.	
1	1	Catus Alinius Gallus Orator Alinij Pollionis fr̄	16
2	2	Ius, cuius etiam Virgilius meminit, dicitur à Tiberio	17
3	3	Iupplicij necatur.	18
		Olympias 199.	
4	4	T. Lilius historiographus Patauij moritur.	19
		Ouidius Poeta in exilio diem obiit, & iuxta oppi-	
		dum Tomos sepelitur.	
		Germanicus Cæsar de Parthis triumphat.	
5	5	Tredécim urbes terræmotu corruerunt, Ephesus,	20
		Magnesia, Sardis, Mithene, Megæchyero, Cæsa-	
		rea, Philadelp̄ia, Himolus, Temis, Cumæ, Myrri-	
		na, Apollonia, Diabircania.	
6	6	Fenestella historiarum scriptor & carminū, septua-	21
		genarius moritur, sepeliturq; Cumis.	
5220	7	Tiberius multos reges ad se per blanditijs euoca-	22
		tos nunquam remisit, in quibus Archelaum Cap-	
		padoem, cuius in provinciam uersam Mazacam	
	Olymp.	nobilissimam ciuitatem Cæsaream appellari iussit.	23
8 (200.)	8	Pompei theatrum incensum.	
		Tiberius Drusum consortem regni facit.	24
9	9	Drusus Cæsar ueneno perijt.	
10	10	Quintus Atherius promptus & popularis Ora-	25
		tor usque ad XC prope annum summo honore	
		consenescit.	
11	11	Seruius Plautus corrupti filij reus semet in iudicio	26
	Olymp.	interfici.	
12 (201.)	12	Philippus Tetrarcha Paneadem in qua plurimas	27
		ædes construxerat, Cæsaream Philippi uocauit, &	
		Iuliadem aliam ciuitatem.	
13	13	† Pontius Pilatus Procurator Iudææ à Tiberio	28
		mittitur.	
14	14	Vortenus Montanus Narbonensis Orator in Ba-	29
		learibus insulis moritur, illuc à Tiberio relegatus.	
		Herodes Tiberiadem condidit et Libiaden.	
15	15	Ioānes filius Zachariæ in deserto iuxta Iordanē	30
		fluuium prædicans, Christum filium dei in medio	
		eorū adesse testat. Ipse quoq; Dominus Iesus Chri-	
		stus hinc in populos salutarē uisā annūciat, signis at-	
		que uirtutibus uera comprobans esse quæ diceret.	

† Duodeci-
mo an. Ti-
berij ait Eu-
seb. in hi-
storia Ecce-
siastica ex
Iosepho.

Olympias

D. HIERONYMO INTERPRETE.

71

Anni mundi.	Iudeorum.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	Olymp.	COMPVTANTVR in presentem annum id est, XV	
	201.	Tiberij Cæsaris, à secundo anno instaurationis tē-	
		pli, quæ facta est sub altero anno Darij regis Persa-	
		rum, anni 548. A Solomone autem & prima ædifi-	
		catione templi anni 1060. A Mose & egressu Israe-	
		lis ex Aegypto anni 1538. Ab Abraham & regno	
		Nini & Semiramis, anni 2044.	
		A diluuiio usq; ad Abraham 941.	
16	16	Iesus Christus filius dei salutarem cunctis prædi-	31
		cans uiam, & miracula quæ in Euangelij scripta	
		sunt facit. Discipulos suos diuinis imbuens sacra-	
17	17	mentis, ut uniuersis genibus conuersionem ad	32
		deum nuntient, imperat. Secundum prophetas,	
18	18	quæ de deo fuerant prælocutæ ad passionem, ue-	33
		nit anno Tiberij 2711, quo tempore & in alijs	
		Ethnicorum commentarijs hæc ad uerbum scripta	
		reperimus.	
		Solis facta defectio, & tenebræ super uniuersam	
		terram.	
		Bithynia terræmotu concussa, & in urbe Nicena	
		ædes plurimæ corruerunt. Quæ omnia his congru-	
		unt, quæ in passione Salutaris acciderunt. Scripsit	
		uero super his & Phegon, qui Olympiadarum e-	
		gregius supputator est in 14 lib. ita dicens: Quar-	
		to autem anno. 202 Olympiadis magna & excel-	
		lens inter omnes, quæ ante eam acciderāt, defectio	
		solis est facta, dies hora sexta ita in tenebrosam no-	
		ctem uersus, ut stellæ cælo uisæ sunt, terræq; mo-	
		tus in Bithynia Nicenæ urbis multas ædes subuer-	
		terit. Hæc supradictus uir. Argumentum aut huius	
		rei, quod Saluator isto anno passus sit, Euangelium	
		præbet Ioannis, in quo scribitur, post quintum de-	
		cimum annum Tiberij Cæsaris tribus annis Domi-	
		num prædicasse. Iosephus etiā uernaculus Iudæo-	
		rum scriptor, circa hæc tēpora die Pentecostes sa-	
		cerdotes primum commotiones locorum, & quos-	
		dam sonitus sensisse testatur. Deinde ex aditu tēpli	
		repentinā subito erupisse uocem dicentium; I ransi-	
		miſtemus ex hijs sedib. Scribit aut memorat⁹ uir,	
		quod eodem anno Pilatus Præfes secreto noctis	
		imaginem Cæsaris in templo statuerit. Sed repu-	
		gnantibus Iudæis, et cum quasi ex uno consilio ad	
		Martem præparati, nudatas ilico ceruices ad re-	

cupiendos

OP.A. EVSEBII CÆS.



OPERA EVSEBII

EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi.	Iudæorum.	Regnum Romanorum.	Anni domini
		cipiendos ictus omnes proni parauerant, Pilatus motus itatus iussit auferri. Et hæc prima seditionis & turbarum Iudæis causa extiterit.	
		Ecclesiæ Hierosolymorum primus Episcopus ab Apostolis ordinatur Iacobus frater Domini.	
		Ex hoc loco considerandum quantæ deinceps calamitates Iudæorum gentem opprellerint.	
19	19	Calsius Seuerus Orator egregius, qui Quintianū illud Prouerbiū iusserat, x x v exilij sui anno summa inopia moritur, uix panno uerenda contactus.	34
Oly. 203.		Stephan⁹ lapidatur, Saulus ad Christū cōuertitur.	
20	20	Pilatus post supradictā seditionē, quæ ob Cæsaris imagines fuerat cōcitata, sacrū thesaurū, quē Corbonam Iudæi uocāt, in aquæ ductū Hierosolymorum expendēs, secūdæ seditionis præbuit femina.	35
21	21	Seianus præfectus Tiberij, qui apud eum plurimū poterat instantissime cohortatur, ut gentē Iudæorū deleat, Philo meminit in lib. Legationis 2. Iacobus frater Ioannis Apostoli iubente Herode rege, capite truncatus occiditur.	36
		Petr⁹ Apostol⁹ ab Herode in carcere trusus, et uinctus catenis duab⁹, mirabiliter ab Angelo liberat⁹.	
		Perlius Flaccus Saryricus Poeta Volaterris nascit⁹.	
22	22	Agrippa Herodis filius, accusator Herodis Tetrarchæ, Romæ profectus à Tiberio in uincula cōiicit⁹, eò quod publice precatus fuisset, ut mortuo statim Tiberio Caium cunctorū dominū uideret.	37
23	23	Pilato de Christianorū dogmate ad Tiberiū referente, Tiberius reuoluit ad Senatum, ut inter cætera sacra reciperentur. Verum cum ex consilio patrū Christianos eliminari Vrbe placuisset, Tiberius predictum accusatorib⁹ Christianorum comminatus est mortem, scribit Tertulianus in Apologetico.	38
		Petrus Apostolus Antiochenam ecclesiam fundauit, ibiq⁹ cathedram adeptus, sedit annis 25.	
		Multi Senatorū & Equitū Romanorū interfecti.	
Olymp.		Tiberius in Campania moritur in Lucullana uilla.	
204.		CAIUS CALIGULA III. Rom. regnauit an. 3. mēses 10.	
24	24	Caius Cæsar cognomento Caligula Agrippā uinculis liberatum regem Iudææ facit.	39
	Iudæorū	Caius semetipsum inter deos refert.	
	AGRIPPA	Flaccus Aulius præfectus Ægypti multis Iudæos calamitatibus premit, consentiente Alexan-	
	an. 7.		driæ

† Hunc Eusebius in historia Eccles. putat etiam Herodum uocatum. & de eorecitat uerba Iosephi de morte Herod. de qua in Actis ad finem cap. 12.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Anni mundi.	Iudæorum.	Regnum Romanorum.	Anni domini
		driæ populo, & crebris aduersus eum clamoribus personante, Synagogas quoq⁹ eorū imaginibus, statuis, aris & uictimis polluit.	
	2	Refert Philo in eo libro, q Flaccus inscribitur, hæc omnia se præsentē gesta, ob quæ etiam legationem ad Caium ipse susceperat.	40
		Palsienus filius ob fraudē hæreditatis suæ necat⁹.	
2	3	Matthæus in Iudæa Euangelium primus scribit. Caius Cognomēto Caligula, Mēmij Reguli duxit uxorē, impellēs eū ut uxoris suæ patrē esse se scriberet.	41
		Pōti⁹ Pilat⁹ in multas incidēs calamitates ppria manu interfecit, scribunt Romanorum historici.	
		Caius Petronio Præfecto Syriæ præcepit, ut Hierosolymis statuam suā sub nomine Iouis Maximi poneret, quod Iudæi maxime negauerūt obstinatōe.	
		Toto orbe Romano, sicut Philo scribit, & Ioseph⁹, præterquā in Synagogis Iudæorū statuæ & imagines & aræ C. Cæsaris consecratae.	
		Plurimi nobilium à Caio interfecti.	
		Caius sorores suas, quibus stuprum intulerat, in sularum exilio condemnauit.	
240	3	Caius omnes exules iussit interfici.	42
		Caius à protectoribus suis occiditur in Palatio anno ætatis suæ x x v.	
	Olymp.		
	205.	CLAVDIUS XV. Ro. regnauit an. 13. mēses 9. dieb. 28.	
4	4	Iste est Claudius patruus Drusi, qui apud Moguntiacum monumētum habet. Alibi legi auunculus, quia frater matris Cæsij fuit.	43
5	2	PETRVS Apost. natione Galilæus, Christianorū Pōtifex prim⁹, cū primū Antiochenā ecclesiam fundasset Romā phificit, ubi euāgeliū prædicās, 25 annis eiusdem urbis Episcopus perseuerat.	44
6	3	Marcus Euangelista interpres Petri, Ægypto & Alexandria Christum annunciat.	45
		Primus Antiochię Episcopus ordinatur Euodius.	
7	4	Agrippa rex Iudæorum an. 7. imperans moritur.	46
		Post quē filius eius Agrippa auunculus Herodis à Claudio substituitur regnum.	
Iudæorum			
rex AGRIPPA		superioris Agrippæ filius annis 26.	
		Prophetia Agabi, quæ in Actibus Apostolorū facta in toto orbe futurā dixerat, sub Claudio explei.	
		Claudius de Britannis triumphauit, & Orchadas insulas Romano adiecit imperio, in cuius	

† Si Paulo credimus in epist. ad Galat. hoc hic falsum erit. Post conuersionem enim suā in Arabiam concessit, ubi tres peracti sunt anni. Post deinde 14. annos uenit Hierosolymas ad Apostolos ubi etiam petrus. Præterea à passione abierant, menses prope duodecim usq⁹, ad conuersionem Pauli. Colliguntur igitur 18. anni, ubi hic sunt dicitur taxat unum decim à passione Christi.

gloriæ



OPAEVSEBII

EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi.	Iudæorum.	Regnum Romanorum.	Anni domini
		gloriæ memoriam filium suum Britannorū appellavit.	
		Domitius Afer Nemaufenis clarus Orator habetur, qui postea Nerone regnante ex cibi redundantia in cœna moritur.	
		Clodius Quirinalis Rhetor Arelatenis Romæ insignissime docet.	
	Olymp. 206.	Inter Theram & Thersaliā exorta est insula habens stadia 30.	
1	5	Descriptione Romæ facta sub Claudio inventa sunt civium Romanorum LXXI centena CXLIII milia.	47
		Claudius circa hæc tempora Fucinum lacum excavit, X annos triginta hominum milibus sine intermissione operantibus.	
		Portum Ostiæ Claudius extruxit, dextra lævaque duobus quali brachijs obiectis.	
2	6	Thracia hucusque regnata in Romanorum provinciam redigitur.	48
		Maria uirgo Iesu Christi mater ad filium in caelum assumitur, ut quidam fuisse sibi reuelatum scribunt.	
D	3	7 Sub Procuratore Iudææ Cumano in diebus azymorum tanta est Hierosolymis orta seditio, ut in portarum exitu populo corruente 30. milia Iudæorū perierint.	49
	4	8 Palæmon Vincentinus insignis Grammaticus Romæ habetur, qui quondam interrogatus, quid inter stillam & guttam interesset, gutta inquit, stat, stilla cadit.	50
	Olymp. 207.	M. Antonius Liberalis Latinus Rhetor gravissimas inimicitias cum Palæmone exercet.	
5	9	Fames facta in Græcia, modius sex drachmis vendatus est.	51
		Tres simul soles apparuerunt, statimque simul in eundem orbem cœlerunt.	
5250	6	10 Magna fames Romæ.	52
		Dionysius Areopagita præstabilis olim Philosophus claret.	
	7	11 Claudius Felicem Procuratorem Iudææ mittit, apud quem Paulus Apostolus accusatus in defensionem sui perorat.	53
	8	12 Philippus Apostolus Christi apud Hieropolim Asiæ civitatem dum Euangelium populo nuntiaret, cruci	54

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini	
	cruci affixus, lapidibus opprimitur.		
Oly. 208.	Sub Felice Procuratore Iudææ extiterunt multi qui		
9	13 populum sualione deciperent, in qua & Ægyptius quidam Pseudopropheta fuit, qui plurimos sibi allocians in ipso magnarum rerum conatu, per excitum Felicis opprimitur. Scribit Iosephus consentanea Apostolorum Actibus, in quibus Paulo dicitur à Tribuno: Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies cœcististi populū, & eduxisti in desertū quatuor milia uirorum?	55	
10	14 Claudius moritur in palatio, anno autem ætatis suæ 64.	56	
	NERO VI Romanorum, regnavit annis 14, mensibus 7, diebus 28.		
11	1 Huius auunculus fuit Caius Caligula. Felicerecedente à Iudæa, seditio in Cæsarea Palestina orta magnam Iudæorum multitudinem perdidit.	57	
12	2 Festus in gubernatione succedit Felici, apud quem præsentem Agrippa rege Paulus Apostolus religionis suæ rationem exponens uinctus Romam mittitur.	58	
Oly. 209.	Probus Berythius eruditissimus Grammaticorum Romæ agnoscitur.		
13	3 Stadius Surculus Tholosanus in Gallia celeberrime Rhetoricam docuit.	59	
14	4 Terræmotus Romæ, & solis defectio.	60	
15	5 Nero Agrippinam matrem suam, & sororem patris interficit.	61	
5260	16	6 Nero tantæ luxuriæ fuit, ut frigidis & calidis lauteretur unguentis, retibusque aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebat.	62
Oly. 210.	Nero Romæ cithara contendens superat. Festo in magistratu Iudææ succedit Albinus.		
17	7 Iacobus frater Domini, quem omnes iustum appellabant, à Iudæis lapidibus opprimitur, in cuius thronum I Simeon, qui & Simon secundus summittitur.	63	
18	8 Ante mensam Neronis fulmen cecidit.	64	
19	9 Post Marcum Evangelistam primus Alexandrinæ Ecclesiæ ordinatur Episcopus Annianus qui præfuit annis 22.	65	
	Persius Volaterranus Satyricus Poëta moritur,		

Hic Cleophae filius erat. Vide Eusebii histo. lib. 3. cap. 32.



EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	anno ætatis suæ XXIIX.	
	Therma à Nerone ædificatæ, quas Neronianas appellavit.	
	Nero Romæ in Citharitarum agone contendens omnes superat.	
20	10 M. Anneus Lucanus Cordubentis Poeta in Pisoniana coniuratione deprehensus, brachium ad secandas uenas medico præbuit.	68
	Nero ut similitudinem ardentis Troiæ inspiceret, plurimam partem Romanæ urbis incendit.	
	In Asia tres urbes terramotu conciderunt, Laodicia Hieropolis, Colosse.	
	Albino Procuratori Iudææ Cælius Florus succedit, sub quo Iudæi contra Romanos rebellauerunt.	
Oly. 220.	Iunius Anneus Gallio frater Senecæ egregius declamator propria se manu interfecit, mortem eius Nerone in suam præsentiam differente.	
D 21	11 Duæ tantum prouinciæ sub Nerone factæ, Ponsus Polemoniæ, & Alpes Cottia, Cottio rege defuncto.	67
	Multi nobilium Romæ à Nerone interfecti.	
	Nero in Olympiade coronatur, † Cerycas, Citharistas, Tragedos, Aurigas uario certamine superans.	
	Lucius Anneus Seneca Cordubentis, præceptor Neronis, & patrus Lucani Poeta, incisione uenarum, & ueneni haustu periit.	
22	12 Rursum Nero Isthmia, Pythia, Actia celebras, inter Cerycas, Tragedos & Citharistas coronatur.	68
	Neroni expensas centies centena milia decreto Senatus annuo subministrantur.	
23	13 Nero cum cæteris uiris insignibus & Octauia uxorem suam interfecit, Cornutumq; Philosophum præceptorem Persi in exilium fugat.	69
24	14 Musonius & Plutarchus Philotopli insignes habentur.	70
	L. Anneus Mella Senecæ frater & Gallionis, bona Lucani Poeta filij sui à Nerone promeretur.	
	Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem in Christianos facit, in qua Petrus & Paulus	

† Pythias
cas fortasse
se legendum
ex
Tranquillo
Suet.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	& Paulus gloriose Romæ occubuerunt,	
	Contra Iudæos, qui Celtij Flori auaritiâ non ferentes rebellabant, Vespasianus magister militiæ à Nerone transmittitur.	
	Vespasianus plurimas urbes Iudææ capit.	
	Flavius Iosephus scriptor historicus, dux belli Iudæorum, cum à Romanis interficiendus esset, Vespasiano prænuntiat de morte Neronis & eius imperio, cuius rei causa uitam dono accepit.	
	Post Petrum primus Romanam ecclesiam tenuit LINVS annis 11.	
	Nero cum à Senatu quæreretur ad pœnam, e Palatio fugiens ad quartum urbis miliarium in suburbano liberti sui inter Salariam & Numenitanam uiam semet interficit, anno ætatis suæ XXXII, atq; in eo omnis Augusti familia consummata est.	
	GALBA, OTHO & Vitellius Romanis imperauerunt anno uno, mensibus 9.	
25	1 Post Neronem Galba in Hybernia, Vitellius in Germania, Otho Romæ imperium arripserunt, M. Fabius Quintilianus Romam à Galba perducitur.	71
Oly. 222.	Galba septimo mense imperij sui in medio Romanæ urbis foro capite truncatur.	
	Vespasianus duobus prælijs superatos Iudæos ad muros compulit.	
	Otho tertio regni sui mense apud Bebricum propria manu occubuit.	
	Antiochie secundus Episcopus ordinat Ignatius.	
	Vitellius octauo imperij sui mense à Vespasiano ducibus occisus, in Iberim proicitur.	
	VESPASIANVS VII Romanorum, regnauit annis 9, mensibus 11, diebus 22.	
276	26 1 Vespasianus apud Iudæam Imperator ab exercitu appellatus, & bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam proficiscitur.	72
	Capitolium Romæ incensum.	
	2 Titus Iudæa capta & Hierosolymis subuersis sexcenta milia uirorum interfecit. Iosephus uero scribit undecies centena milia fame & gladio perisse, & alia cetera milia captiuorum publice	73
	N 2 uenun-	



EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	uenundata. Vt autem tanta multitudo Hierosolymis reperiatur, causam azymorum fuisse refert, ob quam ex omni gente ludææ ad templū confluentes, urbe quasi carcere sunt reclusi, oportuit enim iisdē diebus Paschæ eos interfici, in quibus Saluatorem crucifixerant.	
	Colligitur omne tempus in secundo anno Vespasiani, et nouissimam euerisionem Hierosolymarum à xv Tiberij Cæsaris anno, & ab exordio prædicationis 43. A captiuitate autem, quam ab Antiocho perpessi sunt, anni 239.	74
Oly. 213	Porro à Darij secundo anno, sub quo rursum templum ædificatū est, anni 591. A prima autem ædificatione templi sub Solomone usq; ad nouissimam eius ruīnam, quæ sub Vespasiano facta est, anni 1102.	75
	Vespasianus Capitolium ædificare orsus.	76
	In Alexandria facta seditio.	
	Serapion Philosophus & Orator agnoscitur.	
	Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Thracia, Sicilia, Comagene, quæ liberæ antea & sub regibus amicis erant, in prouincias redactæ.	77
	Colossus erectus habens altitudinis pedes 107.	78
† Quintus Oly. 214	† Quirinus Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui LXXIII. ætatis suæ anno captus luminibus, XII postea annis in summo omnium honore consenscit.	
	Gabinius celeberrimi nominis Rhetor in Gallia docuit.	79
	Tres ciuitates Cypri terræmotu corruerunt.	
	Luës ingens Romæ facta, ita ut per multos dies in Ephemeriden decem milia ferme mortuorum hominum referretur.	80
	Vespasianus Colonias deduxit, & mortuus est profluuiō uentris in uilla propria circa Sabinos, anno ætatis 69.	81
	TITVS, VIII. Rom. regnauit annis 2, mensibus 8.	
5280 Oly. 215	Titus filius Vespasiani in utraq; lingua disertissimus fuit, & tantæ bonitatis, ut cum quadam die recordatus fuisset in cœna nihil se illo die cuiquam præstitisse, dixit: Amice, hodie diem perdidisti.	
	ANACLETVS III. Romanæ ecclesiæ constituitur Episcopus annis 12.	
	Mons Veuuius ruptus in uertice tantum ex se fecit incedē, ut regiones uicinas & urbes cum hominibus exureret.	
	Titus Musonius Rufum Philosophum de exilio retrocat, Titus Amphitheatrum Romæ ædificat, & in dedicatione eius quinq; milia ferarum occidit.	83
	Romæ plurimæ aedes incendio concremantur.	
	Titus morbo perijt in ea ipsa uilla, in qua pater, pridie Idus Septembres	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	Septembres, anno ætatis 42.	
	DOMITIANVS Titī frater iunior, 1x Romanorum regnauit annis 15, mensibus 5.	
	1 Decreto Senatus Titus inter deos refertur.	84
	Domitiani uxor Augusta appellatur.	
	2 Domitianus quotidie secretam quietem cōsueuit sumere, in qua nihil aliud curabat, nisi muscas stylo præacuto cōfigere.	85
	3 Domitianus Eunuchos fieri prohibuit.	86
	Tres uirgines Vestæ ob stuprum damnatæ.	
Oly. 216	Plurimos Senatorum Domitianus in exilium mittit.	
	4 Secundus Alexandria ecclesiæ constituitur Episcopus Abilius, qui præfuit annis 13.	87
	5 Domitianus templum line admixtione lignorum construit.	88
	6 Primus Domitianus Dominum se & deum appellari iulit.	89
	Nalamonēs & Daci dimicantes contra Romanos uicti.	
	7 Duo menses aliter appellati September Germanicus, & October Domitianus.	90
Oly. 217	Quintilianus ex Hispania Calaguritanus, qui primus Romæ publicam scholam & salarium e fisco accepit, claruit.	
	8 Domitianus plurimos nobilium in exiliū mittit, & occidit.	91
5290	9 Domitianus Mathematicos & Philosophos Romana urbe pellit.	92
	10 Multa opera Romæ facta, in quib; Capitolium, forum transitorium, diuorum porticus, Hifuiū ac Serapium, stadiū, horrea piperatoria, Vespasiani templum, Mineruæ Chalcidicæ, Odiū, forū Traiani, thermæ Traianæ et Titianæ, & Pantheō.	
	11 Domitianus de Dacis & Germanis triumphat.	94
Oly. 218	Domitianus tantæ superbię fuit, ut aureas & argenteas statuas sibi in Capitolio poni iusserit, hæc que & cætera omnia suo tantum titulo, sine ulla prisca autoris memoria signaret.	
	CLEMENS III. Rom. ecclesiæ Episcopus præfuit annis 9.	
	Maxima uirginū Vestaliū Cornelia cōuicta stupri, iuxta legē	
	12 Domitianus phibuit uites in urbib; feri. (uina defossa est.)	95
	Flautus Iosephus uicelimum librum Antiquitatum huius temporis scribit.	(Ium milit.)
	13 Domitianus multos nobilium perdidit, quosdā uero in exiliū	96
	14 Secundus post Neronem Domitianus Christianos persequitur, & sub eo Apostolus Ioannes in Pathmon insulam relegatus Apocalypsin uidit, quam Irenæus interpretatur.	97
Oly. 219	15 Domitianus rursum Philosophos & Mathematicos Roma per edictum extrudit.	98
	Apollonius Tyaneus, & Euphrates insignes Philosophi habentur.	

OPA. EVSEBII CÆS. S. RI



OP. EVSEBII

EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
16	Domitianus eos qui de genere David erant, interfici præcipit, ut nullus Iudæorum regno reliquus foret.	99
	Scribit Brutus plurimos Christianorum sub Domitiano fecisse martyrium, inter quos & Flautiam Domicillam Flauij Clementis Consulis ex sorore nepotem in insulam Pontianam relegatam, quia se Christianam esse testata est.	
	Multa ligna atq; portentosa Romæ & toto orbe facta.	
	Domitianus occisus in Palatio, & per uespillones ignobilitate asportatus anno ætatis 36. clypeiq; & imagines eius passim ubiq; per Romam in terram sunt delectæ, & à populo per ignominiam publice conculeatæ.	
	NERVA, X. Romanorum, regnavit anno uno, mensibus 4.	
	Alexandriæ ecclesiæ III Episcopus præfuit Cerdo an. 11.	
	Senatus decreuit ut omnia quæ Domitianus statuerat, in irritum deducerent. Itaq; multi quos iniuste elecerat de exilio reuerli, nonnulli bona propria receperunt. Aiunt et Apostolum Ioannem hoc tempore exilio solutum Ephesum secessisse, qua urbe & hospitolum, & amicos amantissimos sui habebat.	100
	Iustus à Tiberiade Iudæorum scriptor agnoscitur.	
	Nerva morbo periit in hortis Sallustianis anno ætatis 72, cum iam Traianum adoptasset in filium.	
	Traianus Agrippinæ in Gallijs Imperator factus, natus Italicæ in Hispania.	
	TRAIANVS XI. Rom. regnavit annis 19, mensibus 6. De creto Senatus Nerva in deos relatus est.	101
5300	EVARISTVS IIII. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit annis 9.	102
Oly.	Ioannem Apostolum usq; ad Traiani tempora Irenæus Episcopus permansisse scribit, post quem auditores eius insignes fuerunt Papias Hieropolitanus Episcopus, & Polycarpus Smyrneus, & Ignatius Antiochenus.	103
220	Traianus de Dacis & Scythijs triumphat.	104
	Traianus uicto rege Decebalo Daciam fecit prouinciam, Hyberos, Sauromatas, & Afroenos, Arabes, Bosphoranos, Colchos in fidem accepit, Seleuciam & Ctesiphontem, Babylonem occupauit, & tenuit in mari rubro classem, & instituit ut per eam Indiæ fines uastarentur.	105
	Romæ aurea domus incendio conflagrauit.	106
Oly.	Terræmotu quatuor urbes Asiæ subuersæ, Elea, Myrrhina, Pytanæ, Cymæ, & Græciæ duæ Opuntiorum & Oricorum.	107
221	Alexandriæ ecclesiæ III Episcopus ordinatur nomine Pri-	108
	Traiano aduersus Christianos persecutio- (mus, an. 11.)	109
		110

† Forte Agarenos, legedum est ex Diono. † In hist. Eusebij est 22. anno Traiani, libri 4. prorsus ab initio.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	nem mouente Simon filius Cleophae, qui Hierosolymis Episcopatum tenebat, crucifigitur, cui succedit Iustus.	
222	Ignatius quoq; Antiochenæ ecclesiæ Episcopus Romam perductus bestijs tradit, post quæ tertio Episcopus constituit Eron.	111
	Plinius Secundus cum quandam prouinciam regeret, & in magistratu suo plurimos Christianorum interfecisset, multitudinem eorum perterritus, quæ sicut à Traiano quid factum opus esset, nuntians ei, præter obstinationem non sacrificandi, & antelucanos cœtus ad canendum euidam Christo deo, nihil apud eos reperiri. Præterea ad conferendam disciplinam ueteri ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia, & his similia. Ad quæ commotus Traianus rescribit hoc genus quidem inquirendos non esse, oblatos uero puniri oportere. Tertullianus refert in Apologetico.	
	ALEXANDER, V Rom. ecclesiæ Episcopatum tenet an. 10.	
230	Plinius Secundus Nouocomensis Orator & historicus insignis habetur, cuius plurima ingenij opera extant, periit dum inuisit Veliutium.	112
	Tres Galatiæ ciuitates terræmotu eruta.	
	Pantheon Romæ fulmine concrematum.	113
	Post Iustum ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopatum IIII. suscepit Zachæus, post quæ V Tobias, cui succedit VI Benjamin, ac deinde VII Ioannes, & VIII Matthias, in cuius locum IX constituitur Philippus.	114
Oly.	Traianus Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam fecit prouincias.	115
223	Terræmotus Antiochiam penè totam subruit ciuitatem.	116
	Iudæi qui in Libya erant, aduersum cohabitatores suos alienigenas dimiscant. Similiter in Aegypto & in Alexandria, apud Syrenem quoq; & Thebaidem magna seditione contendunt, uerum gentilium pars superat in Alexandria.	117
	Iudæis Mesopotamiæ rebellantibus, præcepit Imperator Traianus Lysia Quietum, ut eos prouincia exterminaret, aduersus quos Quietus aciem instruens infinita milia eorum interfecit, & ob hoc Procurator Iudææ ab Imperatore decernitur.	118
Oly.	Salaminam urbem Cypri interfectis in ea gentilibus, subuertere Iudæi.	119
224	Traianus morbo in Selenunti perit, siue, ut alibi scriptum reperimus, apud Seleuciam Itauriæ profluuio uentris extinctus est, anno ætatis 63, mense 9, die 4. Ossa eius in urnam auream collata, & in foro sub columna posita, solusq; omnium intra urbem, & in foro sepultus est.	

C
† Alias Heros.

D



OPAEVSBCE SRI

EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Anni	Regnum Romanorum.	Anni
		ADRIANVS XII. Romanorum regnavit annis 21.	domini 120
	1	Adrianus Italica in Hispania natus, consobrina Traiani filius fuit.	
		Adrianus Alexandriam à Romanis subueriam publicis institauravit expensis.	
		Adrianus Traiani inuidēs gloriae, de Assyria, Mesopotamia, Armenia, quas ille prouincias fecerat, reuocauit exercitus.	
	2	Adrianus Iudæos capit secūdo cōtra Romanos rebellantes. Senatus Traianum in deos refert.	121
		Adrianus eruditissimus fuit in utraq; lingua, sed in puerorū amore parum continens fuit.	
		Adrianus reliquias tributorū urbis relaxauit, chartis publice incensis: plurimos etiam ipsis tributis liberos praestitit.	
		SIXTVS VI. Romanae ecclesiae Episcopatum tenet an. 10.	
5320	3	Plutarchus Cheronæus, & Sextus, & Agathobolus, & Oenomaus Philosophi insignes habentur.	122
		Alexadrinae ecclesiae v constituitur Episcopus Iustus an. 11.	
Oly.		Bellum contra Sauromatas gestum.	
225.	4	Terramotu factio Nicomedia ruit, & Nicenae urbis plurima eueria sunt ad quarum miturationem Adrianus publico est largitus impensas.	123
D		Euphrates Stoicus Philosophus moritur.	
	5	Adrianus in Libyam, quae à Iudæis uassata fuerat, Colonias deducit.	124
	6	Adrianus Atheniensibus leges petentibus ex Draconis & Solonis, reliquorumq; libris iura composuit.	125
	7	Cephisus fluius Eleusinam inundauit, quae Adrianus sponte coniungens Athenis hyemem exigit.	126
Oly.		Hierosolymis x post Philippum constituitur Episcopus Seneca, post quem xi Iustus, cui successit xii Leui, post quem xiii Ephres, xiiii Ioles, xv Iudas Hi omnes usq; ad euerisionem, quem ab Adriano perpeffa est Hierusalē, ex circuncisione Episcopi praebuerunt.	127
		Adrianus sacris Eleusine initiatus, multa Atheniensibus bona largitus est.	
	9	Quadratus discipulus Apostolorum, & Aristas Atheniensis noster Philosophus, libros pro Christiana religione Adriano dedere compositos. Et Serenus Granus legatus uir apprime nobilis literas ad Imperatorem mittit, inquit simum esse dicens, clamoribus uulgi innocentium hominum sanguinem concedi, & sine ullo crimine nominis tantum & sectae reos fieri. Quibus commotus Adrianus Minutio Fundano Proconsuli Ahae scripsit, sine obiectu criminū	128
	10		129
	11		130

Christus

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Anni	Regnum Romanorum.	Anni	A
mundi.	Christianos non condemnandos. Cuius Epistolę usq; ad nostram memoriam durat exemplum.	domini	
Oly.			
227.	Imperator Adrianus pater patriae appellatur, & uxor eius Augustia.		
	12	TELESPHORVS VII. Romanae ecclesiae Episcopatum suscepit an. 11.	131
		Antiochia constituitur 1111 Episcopus Cornelius. Nicopolis & Caesarea terramotu conciderunt.	
5330	13	Antinous puer egregius eximia pulchritudinis in Aegypto moritur, quem Adrianus diligenter sepeliēs (nam in delicijs eū habuerat) in deos refert, ex cuius nomine eua urbs appellata est.	132
	14	Alexandriae ecclesiae vii Episcopus praefuit Eumenes an. 13.	133
		Templum Veneris ab Adriano Romae factum.	
	15	Saluus Iulianus perpetuum composuit Edictum.	134
		Adrianus Athenis hyemem exigens Eleusinam inuisit.	
Oly.		Adrianus cum insignes & plurimas aedes Athenis fecisset, agonem adidit, bibliothecamq; miri operis extruxit.	
228.	16	Iudaei in arma uersi Palaestinam depopulati sunt, tenente prouincia Tynio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Adrianus milit exercitum.	135
		Phaoninus & Palæmon Rhetores insignes habentur.	
	17	Basilides haeresarches in Alexandria commemoratur, à quo Cochebas dux factionis Iudaeorum nolentes sibi Christianos aduersum Romanum militem ferre subfidium, omnimodis cruciatibus necat.	136
		Quadragesimale ieiunium à Telesphoro per hoc tempus institutum, ac praecipuum quidam scribunt.	
	18	Bellum Iudaeum quod in Palaestina gerebatur finem accipit, rebus Iudaeorum penitus oppressis. Ex quo tempore eorum introeundi eis Hierosolymam licentia ablata, primum dei nutu, sicut Prophetae uaticinati sunt, deinde Romanis interdictionibus.	137
Oly.		Hierosolymis primus ex gentibus constituitur Episcopus Marcus, cessantibus his qui fuerant ex Iudæis.	
229.	20	Aelia ab Aelio Adriano condita, & in fonte eius portae qua Bethleem egredimur. Sus sculptus in marmore, significans Romanae potestati subiacere Iudæos. Nonnulli à Tito Aelio filio Vespasiani extructam arbitrantur.	139
	21	Adrianus morbo intercutis aquae apud Baias moritur, maior sexagenario.	140
		T. ANTONINVS cognomēto Pius, cū liberis suis Aurelio & Lucio XIII Romanorum regnavit an. 23. mensibus 3.	

B

† Berchochabas, est in Ecclesiastica hist.

† Non concordant cū historia, xliij nō Aurelij appellandi.

Antoninus



OPAEVSBCE S M

EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
1	Antoninus pater patriæ appellatur.	141
	Galenus medicus his temporibus claruit.	
5340	2 HYGIVS VIII. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscipit annis 4.	142
Oly. 230.	Sub Hygino Romanæ urbis Episcopo Valentinus hæreticus, & Cerdo magister Marcionis Romam uenerunt.	
	3 Iustinus Philosophus librum pro nostra religione conscriptum Antonino tradidit.	143
	4 Heros v Antiochiæ constituitur Episcopus.	144
	5 Marcus VII Alexandria Episcopatum suscipit an. 10.	145
	6 †	146
Oly. 231.	Valentinus hæreticus agnoscitur, permanet usque ad Anicetum. Sanctum est à Pio, ut resurrectio dominica, die dominica celebraretur, quæ à pluribus postea Pontificibus confirmatum est.	
	7 Melomedes Cretensis Citharædorum carminum musicus Poeta agnoscitur. (betur.)	147
	8 Taurus Berythius Platonicæ sectæ Philosophus clarus habetur.	148
	9 Arianus philosophus Nicomedienensis agnoscitur, & Maximus Tyrius.	149
Oly. 232.	10 Apollonius Stoicus natione Chalcidicus, & Basilides Syropolitani Philosophi illustres habentur, qui Veri quoque Cæsaris præceptores fuerunt.	150
	11	151
5350	12 Celadion VIII Alexandrinæ ecclesiæ Episcopus præfuit an. 14.	152
	13 Crescens Cynicus agnoscitur, qui ultimo nostri dogmatis Philosopho, qui se gulosum et præuaricatorem Philosophiæ arguebat, persecutionem suscitauit, in qua ille gloriose pro Christo sanguinem fudit.	153
Oly. 233.	14	154
	15	155
	16 TANCIVS X. Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet an. 10, sub quo Polycarpus Romam ueniens multos ab hæretico errore correxit.	156
	17	157
	18	158
Oly. 234.	Castanus XVII Hierosolymæ Episcopatum post Marcum suscepit, post quem XVIII Publius, cui succedit XIX Maximus, XX Iulianus, XXI Gatanus, XXII Symmachus, XXIII Catus, XXIV Iulianus, XXV Capito.	159
	20	160
	21	161
5360	22 Antoninus Pius suo patrimonio opulentissimus, proprias opes amicis liberalissime tribuit, ærarium uero publicum ditissimum reddidit.	162
Oly. 235.	Antoninus tantæ æquitatis fuit, ut plurimæ nationes depositis armis suæ solæ sententiæ paruerint.	
	Antoninus Pius apud Lorum uillam suam duodecimo ab urbe	

Hic omisa est linea de Pio, qui 18 Romane ecclesie presuit an. 15, hic autem sunt 11.

Hic in histo. Euseb. dicitur 18 an. presul se, cum hic sint 10.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
23	urbe militario moritur, anno uitæ suæ 72.	163
	MARCVS ANTONIVS qui & Verus, XIIII Romanorū regnauit, & Lucius Aurelius Commodus, annis 19, mense uno.	
	1 Hiprimus æquo iure imperium ministrauerunt, cum usque ad hoc tempus linguli Augusti fuerint.	164
	2 Lucto Cæsari Athenis sacrificanti ignis in cælo ab oriente in occidentem ferri uisus. (populatus est.)	165
Oly. 236.	3 Vologesus rex Parthorū, uicinas sibi Romanas puincias de Fronto Orator insignis habetur, qui Marcum Antoninum Verum latinis literis erudiuit.	166
	4 Seleucia Syriæ urbs cum trecentis milibus hominum à Romanis capta.	167
	5 Apud Pitas Peregrinus Philosophus rogo quem ex lignis compoluerat incenso, semet superiecit.	168
	6 L. Cæsar de Parthis cum fratre triumphauit.	169
	Agrippina IX Alexandrinæ ecclesiæ Episcopus, præfuit an. 12.	
	7 Persecutio orta in Asia, Polycarpus & Pionius fecere martyrium, quorum scriptæ quoque palstones feruntur.	170
Oly. 237.	8 Pharii in Gallia gloriose ob Christi nomē interfecti, quorum uisus in præsentē diē cōdita libris certamina perseverant.	
	9 Lues multas prouincias occupauit, Roma ex parte uexata. Romani contra Germanos, Marcomannos, Quados, Sarmatos & Dacos dimicant.	171
	10 SOTER XI. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit, an. 14. Theophilus Antiochiæ XVI Episcopus ordinatur, cuius prima ingenij opera extant.	
	11 Lucius Imperator anno regni sui nono, liue ut quidam putant XI. inter Concordiam & Alinum apoplexia extinctus est, sedens cum fratre in uehiculo.	172
	12 Antonino Imperatori inclito Allianus Sardiæ Episcopus Apologeucom pro Christianis tradidit.	173
Oly. 238.	13 Apollinaris Asianus Hieropolitanus Episcopus insignis habetur, Dionysius Episcopus Corinthiorum clarus habetur, & Pionius Cretensis uir eloquentissimus. Pseudopropheta quæ Cataphrygas nominat, accepit exordium autore Mōtano, Priscilla, Maximillaque in sanis uerbis.	174
	14 Tatianus hæreticus agnoscitur, à quo Encratita Bardesanes alterius hæreseos princeps notus efficitur. Oppianus Cilex Poeta cognoscitur, qui Halicarnicam miro splendore conscribit.	175
	15 Ianta per totum orbem pestilentia fuit, ut penè usque ad interitionem Romanus exercitus deleris fuerit.	
	16 Imperator Antoninus multis aduersum se ualentibus bellis	176

In hist. Ecclesiast. lib. 5. 8. an.

Pionius in hist. Ecclesiast.



OPA. EUSEBII CAES. CHRONICON

EUSEBII CAES. CHRONICON

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	bellis saepe ipse intererat, saepe duces nobilissimos destina-	
	bat, in quibus semel pertinaciter exercitui, qui cum eo in	
14	Quadorum regione pugnabat, siti oppresso, pluuia diuini-	177
	tus missa est, cum e contrario Germanos & Sarmatas fulmi-	
	na persequerentur, & plurimos eorum interficerent.	
15	Extant literae Marci Aurelij grauissimi Imperatoris, quibus	178
Oly.	illam Germanicam sitim Christianorum forte militum pre-	
239	cationibus impetrato imbri discussam contestatur.	179
	Atticus Platonicae sectae Philosophus agnoscitur.	
	ELEUTHERIVS Romanae ecclesiae XII Episcopatum sus-	
	cepit, annis 15.	
† Maximinus.	Antiochia VII constituitur episcopus † Maximinus.	
	17 Antoninus Commodum filium suum cōsortem regni facit.	180
† Meminit haud dubie Eusebius in histor. cap. 26. lib. 4. Nam frater Lu. erat mortuus.	18 † Antoninus cum filio de hostibus triumphauit, quos, per tri-	181
	ennium apud Cornutum habens statiuā castra, uastauerat.	
330	19 Imperatores multis multa largiti sunt, & pecuniam quae Fi-	182
	sco debebatur prouincijs concedentes, Tabulas debitorum	
	in medio Romanae urbis foro incendi praecerunt, ac ne	
	quid bonitati deesset, seueriores quascūq; leges nouis consti-	
	tutionibus temperauerunt.	
	Antoninus post uictoriam adeo in aedificatione munerum ma-	
	gnificus fuit, ut centum simul leones exhibuerit.	
D Oly.	Commodus a Senatu Augustus appellatur.	
240.	Smyrna urbs Asiae terramotu ruit, ad cuius instaurationem	
	decennalis tributorum immunitas data est.	
	Antoninus in Pannonia morbo perijt.	
	Iulianus X Alexandrinae ecclesiae Episcopatum fortitur an-	
	nis 10.	
	COMMODOVS XV. Romanorum regnauit annis 13.	183
	1 Commodus de Germanis triumphauit.	184
	2 Templum Serapidis Alexandriae incensum.	185
	3 Irenaeus Episcopus Lugdunensis insignis habetur.	186
Oly.	4 Thermarum Commodianarum Romae factae.	
241.	Commodus septimum mensem nomine suo appellauit.	
	5 Hierosolymis 26 ordinatur Episcopus Maximus, post	187
	quem 27 Antoninus, 28 Valens, 29 Dulychianus, 30	
† Dius.	Narcissus, 31 † Aelius, 32 Germanio, 33 Gordius, 34	188
	6 rursus Narcissus.	189
	7 Tantis apud Hierosolymam Episcopis constitutis, non po-	
	tuimus discernere tempora singulorum, eo quod usque in	
	praesentem diem, eorum Episcopatum anni minime inueni-	
	antur.	
† Vide in hist. lib. 5. cap. 2. ad finem.	8 † Apollonius urbis Senator, lecto Senatus insigni uolu-	190
	mine	

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	mine, quod de Christi fide composuerat, capite ob Christi fi-	
	dem truncatus est.	
Oly.	In Capitolium fulmen ruit, & magna inflammatione facta	
242.	bibliotheca & uicinae quaeq; aedes concrematae.	
	9 Alexandrinae XI constituitur Episcopus Demetrius an-	191
	nis 44.	
	Commodus Imperator Collosi capite sublato, suae imagi-	
	nis caput iussit imponi.	
390	10 Serapion VII Antiochiae Episcopus ordinatur.	192
	11 Commodus multos nobilium interficit, & spectacula po-	193
	pulo Romano praebet insignia.	
Oly.	12 Incendio Romae facto Palatium & aedes Vestae, plurimaeq;	194
243.	urbis pars solo coarctatur.	
	13 Commodus strangulatur in domo Vestiliani.	195
	ÆLIUS PERTINAX, XVI Romanorum, regnauit men-	
	libus 6.	
	Pertinax septuagenario maior cum Praefecturam urbis age-	
	ret, ex Senatusconsulto imperare iussus est.	
	VICTOR, XIII. Romae Episcopatum suscipit annis 10,	
	cuius mediocria de religione extant uolumina.	
	Pertinax obsecrante Senatu, ut uxorem suam Augustam, &	
	filium suum Caesarem appellaret, contradixit: sufficere testa-	
	tus est, quod ipse regnaret inuitus.	
	Pertinax occiditur in Palatio Iuliani Iurisperiti scelere, quē	
	postea Seuerus apud Miluium pontem interfecit.	
	SEVERVS, XVII. Romanorum, regnauit annis 18.	
	1 Seuerus prouincia Tripolitana oppido Lepri, solus ex A-	196
	frica usq; in praesentem diem Romantis Imperator fuit, & in	
	honorem Pertinacis, quem Iulianus occiderat, Pertinacem	
	se cognominari iussit.	
	2 Clemens Alexandrinae ecclesiae presbyter, & Panthenus	197
	Stoicus Philosophus, in disputatione dogmatis nostri diser-	
	tissimi habentur.	
	3 Narcissus Hierosolymitarum Episcopus, & Theophilus Ce-	198
Oly.	sariensis, † Polycarpus quoq; & Bachylus Asiae prouin-	
244.	ciae Episcopi insignes habentur.	
	Candidus Christianorum disputator cautiissimus notus ef-	
	ficatur.	
	4 Quaestione orta in Asia inter Episcopos, an secundum le-	199
	gem Mosis 14 mensis Pascha obseruandum esset, Victor	
	Romanae urbis Episcopus, & Narcissus Hierosolymitarum,	
	Polycrates quoq; & Irenaeus, & Bachylus, plurimi que ec-	
	clesiarum pastores, quid eis probabile uisum fuerat literis	
	ediderunt	

† Polycrates.



OPERA EUSEBII

EUSEBII CÆS. CHRONICON

Table with columns: Anni mundi, Regnum Romanorum, Anni domini. Entries include: ediderunt, quarum memoria ad nos usq; perdurat. 200; Iudaicum & Samariticum bellum ortum, uel resumprum. 201; Seuerus Parthos, & Adyabenos superauit, Arabesq; interiores ita cæcidit, ut regionem eorum Romanam prouinciã faceret, ob quẽ Parthicus, Arabicus, & Adyabenticus cognominatus est. 202; Seuero imperante Thermae Seuerianæ apud Antiochiam, & Romam factæ, & Septizodium constructum. 203; ZEPHYRINVS XIII. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit annis 17. 204; Persecutione in Christianos facta, Leonides Origenis pater gloriosa martyrij morte transfertur. 205; Alexãder ob confessionem Dominici nominis, insignis habetur. 206; Clemens multa & uaria conscribit. 207; Musanus † noster Philosophiæ scriptor agnoscitur. 208; † Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud Lugdunum interfecto, Seuerus in Britannos bellum transfert, ubi ut receptas prouincias ab incursione barbarica faceret securiores, trallum per 132 milia passum à mari ad mare duxit. 209; Tertullianus Afer Centurionis Proconsularis. 210; Origenes Alexandriae studijs eruditur. 211; Seuerus moritur Eboraci in Britannia. TANTONINVS cognomento Caracalla, XVIII. Romanorum, regnauit annis 6. 212; Antiochiæ IX Episcopus constituitur Aselepiades. 213; Alexander XXXV. Hierosolymorũ Episcopus ordinatur, adhuc uiuente Narcisso, & cum eo pariter ecclesiam regit. 214; Antoninus Caracalla cognominatus, propter genus uestis quod Romæ erogauerat, & e contrario Caracallæ ex eius nomine Antonianæ dictæ. 215; Antoninus Romæ Thermas suo nomine ædificauit. 216; Antoninus tam impatiens libidinis fuit, ut nouercam suam Iuliam uxorem duxerit. 217; Antoninus interficitur inter Edessam & Carras anno ætatis 44. 218; MACRINVS XIX. Romanorum regnauit anno uno. 219; Macrinus Præfecturam Prætorij gerens Imperator fuit factus. 220; Antiochiæ X Episcopus constituitur Philetus. 221; Circensibus Vulcanaliorũ Romæ Amphitheatrũ incensum. Aggarus

† nostra. † Hic puto Scotiã ab Anglia primum diuisam.

† Hic fuit filius Seueri, ut in historiis dicitur. Dicitur autem annis 7. et mensibus 6. regnasse. Vide caput 19. libri 6. in hist. Eusebii.

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Table with columns: Anni mundi, Regnum Romanorum, Anni domini. Entries include: Aggarus uir sanctus regnauit Edessæ, ut uult Africanus. 221; Macrinus occiditur in Archelaide. 222; MARCVS Aurelius Antoninus XXX Romanorum regnauit annis 4. 223; Marcus Aurelius Antonini Caracallæ ut putabatur filius, & sacerdos Heliogabali templi, adeo impudice in imperio suo uixit, ut nullum genus obscenitatis omiserit. 224; CALLISTVS XV Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit annis 5. 225; Heliogabalum templum Romæ ædificatum. 226; In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus uocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Iulio Africanus scriptore temporum. 227; Antoninus Romæ occiditur tumultu militari, cū matre † Symiasyriã. 228; ALEXANDER Mammeæ filius XXXI Romanorum regnauit annis 13. 229; Alexander Xerxem regem Persarum gloriosissime uincit, & disciplinæ militaris tam seuerus corrector fuit, ut quosdã tumultuantes legiones integras exautorauit. 230; VRBANVS XVI. Romanæ ecclesiæ ordinatur Episcopus annis 9. 231; Ulpianus Iurisconsultus, assessor Alexandri, insignis habetur. 232; Thermae Alexandrinæ Romæ ædificatæ. 233; Geminus presbyter Antiochenus, & Hippolytus, & Beryllus Episcopus Arabiæ, Bostrenus, clarissimi scriptores habentur. 234; Antiochiæ XI constituitur Episcopus Zebennus. 235; Orientis Alexandriae clarus habetur. 236; Alexandriae ecclesiæ XII ordinatur Heraclas, annis 16. 237; Alexander in matrem Mammeam unice pius fuit, & ob id omnibus amabilis. 238; Origenes de Alexandria ad Cæsaream Palæstinae transit. 239; PONTIANVS XVII Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit annis 5. 240; Alexander occiditur Moguntiaci tumultu militari. 241; MAXIMINVS, XXXII. Romanorum, regnauit annis 3. 242; Maximinus primus ex corpore militari sine Senatus auctoritate ab exercitu Imperator electus est. 243; Maximinus aduersus ecclesiarum sacerdotes persecutionem facit. 244; Maximus Aquileiæ à Pupieno occiditur. 245; GORDIANVS

C

† Symiasyriã.

D



OPAEVSBCE SRI

EVSEBII CAS. CHRONICON

Table with columns: C, Anni mundi, Regnum Romanorum, Anni domini. Rows include Gordianus, Anthrvs, Gordiano, Philippus, Decius, Gallus & Volusianus.

† maximo

† Bubalia

† Barbarico

• Petilens

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Table with columns: Anni mundi, Regnum Romanorum, Anni domini. Rows include Petilens, Lvcivs, Valerianus, Gallus & Volusianus, Valerianus, Sapor rex, Valeriano, Galieno, Alemanni, Græcia, Quadi & Sarmatae, Odenatus, Hierosolymarum.

A

† Demetrius

† 9

B

† Cilicia

EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
13	Paulus Samosatenus a cunctorum prædicatione decessens, Artemonis hæresim suscitavit, in cuius locum Antiochenæ ecclesiæ XVI ordinatur Episcopus Domnus.	269
14	Gallia per Posthumum, & Victorinum, & Ferricum recepta.	270
Oly. 262.	Gallienus Mediolani occiditur.	271
	CLAVDIVS XXVIII Romanorum regnavit anno unum, mensibus 9.	
5470	In Alexandria Bruchium, quod per multos annos fuerat obseisum, tandem capitur.	272
	Claudius Gothicus, Illyricum & Macedoniam vastantes superavit, ob quæ in Curia aurea, & in Capitolio statua aurea collocata est.	
	Claudius Firmus occiditur.	
	Quintillus Claudii frater a Senatu Augustus appellatus, XVII imperii sui die Aquileia occiditur.	273
	AVRELIANVS XXIIX Rom. regnavit annis 5 mensibus 6.	
	Antiochenæ ecclesiæ XVII ordinatur Episcopus Lynceus.	274
Oly. 263.	Aurelianus, Ferrico apud Caralaunios prodente exercitum suum, Gallias recepit.	
	Zenobia apud Timmas, haud longe ab Antiochia vincitur, quæ occiso Odenato marito, orientis tenebat imperium, in qua pugna strenuissime aduersum eum dimicavit.	275
	Pompeianus dux cognomento Francus, cuius familia hodie apud Antiochiam perseverat, & ex cuius Euagrius charissimus nobis stirpe descendit.	
	Eusebius Laodiceus Episcopus insignis habetur.	276
	Aurelianus Romæ triumphante Ferrico & Zenobia curiam præcellerunt, ex quibus Ferricus Corrector postea Lucaniae fuit, Zenobia in urbe summo honore cõsenuit, a qua hodie quoque Romæ Zenobia familia nuncupatur.	
	Aurelianus templum Soli ædificat, & Romam firmioribus muris uallat.	277
	Primus ager Solis Aureliano constitutus.	
	Aurelianus cum aduersum nos persecutionem mouisset, fulmen iuxta eum comitesque eius ruit, ac non multo post inter Constantinopolim, & Heracliam in Cenophruris uia ueteris occiditur.	278
Oly. 264.	TACITVS XXX Romanorum regnavit menses 6. quo apud pontem occiso, obrinuit Florianus imperium diebus 80.	
	Hoc quoque apud Tharsum interfecto.	279
	PROBVS XXXI Rom. regnavit annos 6. menses 4.	

FELIX

D. HIERONYMO INTERPRETE,

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	FELIX XXV Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit an. 5.	280
	Probus Gallias a Barbaris iterum occupatas ingenti uirtute restituit.	
	Anatholius Laodiceus Episcopus Philosophorum discipulis eruditus, plurimo sermone celebratur.	
	Secundo anno Probi iuxta Antiochenos 325 annus fuit, iuxta Tyrios 402, uel 303 secundum quosdam, iuxta Laodiceos 324, iuxta Edissenos 388, iuxta Alcalonitas 380.	281
	In sana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta.	
Oly. 265.	3 Probus Gallos & Pannonios uineas habere permisit, Alimuncq; & Aureum montem militari manu confitos provincialibus colendos dedit.	282
	4 Antiochiæ XVIII constituitur Episcopus Cyrillus.	283
	Saturninus magister exercitus nouam ciuitatem Antiochiæ orsus est condere, qui postea imperium molitus inuadere Apamea occiditur.	
	5 BVTYCHIANVS XXVI. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit mens. 8. post quem XXVII. Gaius an. 15.	284
	6 Probus tumultu militari apud Syrmium in turri, quæ uocata Ferrata occiditur.	285
	Alexandriæ ecclesiæ XV Episcopus præfuit Theonas an. 19.	
	CARVS cum filijs Carino & Numeriano XXXII Romanorum annis 2.	
Oly. 266.	1 Carus Narbonensis, cum omni Parthorum regione uastata Carinam & Ctesiphontem nobilissimas hostium urbes cepisset, super Tigridem castra ponens fulmine cæcus interijt.	286
	2 Numerianus cum ob oculorum dolorem lecticula uehertur, insidijs Apri loceri sui occisus est, uix feetore cadaveris post aliquot dies scelere comperto.	287
	Carinus prælio uictus apud Murgum occiditur.	
	DIOCLETIANVS XXXIII. Rom. regnavit an. 20.	
	1 Diocletianus Dalmata Scribæ filius, Imperator electus Italiam Aprum in militum concione percussit, iurans non sine suo scelere Numerianum interfectum.	288
	2 Diocletianus in consortium regni Herculium Maximianum assumpsit, qui rusticorum multitudinem oppressa, qui tactio.	289
	3 ni iuxta Baccharidarum nomē indiderat, pacē Gallijs reddidit.	290
Oly. 267.	Carautius supra purpura Britannias occupauit.	
	Narseus orienti bellum intulit.	
	4 Quinquegentiani Africam infestauerunt.	291
Oly. 268.	5 Agyptum Achilleus obtinuit, ob quæ Constantius &	292

O 4 Galerius



OPVINO BIVINO



EVSEBII CÆS. CHRONICON

C	Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
		Galerius Maximianus Cæsares assumuntur in regnum, quorum Constantius Claudij ex filia nepos fuit, Galerius in Dacia haud longè à Geroica natus: atque ut eos Diocletianus etiam affinitate coniungeret, Constantinus priuignam Herculi Theodoram accepit. ex qua postea sex liberos Constantium fratres habuit. Galerius filiam Diocletiani Valeriam duxit, ambo uxores quas habuerant repudiare compulli.	
		Buliris & Coptus contra Romanos belligerantes ad solum usq; subuersæ sunt.	
268.	8	Carporum & Basternarum gentes in Romanum solū translatae sunt.	295
	9	Primus Diocletianus adorari se ut deum iussit, & gemmas uestibus calceamentisq; inseri, cum ante eum omnes Imperatores in modum iudicum salutarerentur, & chlamyde tantū purpurea à priuato habitu plus haberent.	296
	10	MARCELLINVS XXVIII. Romanæ ecclesiæ Episcopatū suscepit annis 9.	297
		Alexandria cum omni Ægypto per Achilleum ducem à Romana potestate delistens, octauo oblidionis mense à Diocletiano capta est. Itaq; plurima per totam Ægyptum grauib; proscriptionibus exilijsq; uexati, interfectis qui perduellionis causa fuerunt.	298
D			
	12	Ecclesiæ Hierosolymorum XXXVIII, ordinatur Episcopus	299
	13	Post decem annos per Asclepiodorum Præfectum Prætorij Britannia receptæ.	300
		Iuxta Lingonas à Constantino Cæsare 60 milia Alemannorum caesa.	
		Galerius Maximianus uictus à Narseo ante carpentū Diocletiani purpuratus cucurrit.	
In hist. lib. 7. cap. 28. Antiochie 19. constituitur Docthe ^{us} , minor quare ille emiss ^{us} .	14	Veturius magister militiæ Christianos milites persequitur, paulatim ex illo iam tēpore persecutione aduersum nos incipiente.	301
		Galerius Maximianus superato Narseo, & uxoribus ac honore suscipitur.	302
	15	Thermae Diocletianæ Romæ factæ, & Maximianæ Carthagine.	
		Ecclesiæ Hierosolymorum XXXVIII præfuit Thermon annis 39.	
† Thiramus.	16	Antiochiæ XIX constituitur Episcopus † Tyrrhannus.	303
	17	Alexandrinæ ecclesiæ XVI, post Theonam ordinatur Episcopus Petrus, qui postea nono persecutionis	304

anno

D. HIERONYMO INTERPRETE.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini	A
	anno gloriose martyrium perpetravit.		
18	Diocletianus & Maximianus Augusti insigni pompa Romæ triumpharunt, antecedentibus curram eorum Narsei coniuge, tororibus, liberis, & omni præda, qua Parthos spoliauerat.	305	
19	Terramotu horribili apud Tyrum & Sydonem multa opera conciderunt, & populus innumerabilis oppressus est.	306	
Oly. 281.	Decimonono anno Diocletiani, mense Martio, in diebus Paschæ ecclesiæ subuersæ sunt.		
	Secundum Persecutio Christiana.		
	Antiochenos an. 351.		
20	Secundo anno persecutionis Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt, GALERIVS solus biennio Augustus imperium tenuit, mox cum alio annis 16.	307	
	EVSEBIVS XXIX. Romæ Episcopus constituitur mensibus VII, post quem XXX ecclesiam tenet Melciades an. 6.	308	
	† Maximianus & Severus à Galerio Maximiano Cæsares facti.	309	† Maximianus.
	* Constantius 16 imperij anno diem obiit in Britannia Eboracæ, post quem filius eius Constantinus ex concubina Helena procreatus, regnum inuadit quarto persecutionis anno.	310	B
	* CONSTANTINVS XXX. Romanorum regnavit annis 30, mensibus 10.	311	
	Maxentius Herculiæ Maximij filius à Prætorianis militibus Romæ Augustus appellatur.	312	
Oly. 272.	Seuerus Cæsar à Galerio Maximiano contra Maxentium missus, Rauennæ secundo imperij sui anno interficitur.		
	2 Licinius à Galerio Carnunti Imperator factus.	313	
	Herculius Maximianus à filia Fausta detectus, quod dolam Constantino uiro suo pararet, Massiliæ fugiens occiditur.		
2810	3 Quirinus Episcopus Scesianus gloriose pro Christo interficitur: nam manuali mola ad collum ligata è ponte præcipitatus in flumen diuissime supernatauit, & cum expectantibus collocutus ne sui tererentur exemplo, uix orans ut mereretur obtinuit.	314	
	4 Galerius Maximianus moritur 20 imperij sui anno, quod partim Cæsar, partim Augustus exercuit.	315	
Oly. 273.	5 SYLVESTER XXXI. Rom. ecclesiæ ordinatur Episcopus an. 2.	316	
	6 † Maximianus psecutiōe in Christianos facta, cū iā à Licinio puniendus esset, apud Tharsum moritur, anno imperij sui 6.	317	† Maximianus legis tur in historia lib. 9. cap. 9.
	7 Alexandrinæ ecclesiæ XVII ordinatur Episcopus Achilles.	318	

Maxentius



OPA. I. V. S. B. C. E. S. M.

EVSEBII CÆS. CHRONICON

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	Maxentius iuxta pontem Milvium à Constantino superatus occiditur, anno imperij sui sexto.	
	Bellum Cibalense aduersum Licinium.	
	Hierosolymarum XXXIX Episcopus constituitur Marcarius.	
	Diocletianus haud procul à Salonis in uilla suæ Palatio moritur, & solus omnium inter deos priuatus refertur.	
	8 Crispus & Constantinus filius Constantini, & Licinius adolefcens Licinij Augusti filius, Constantini ex sorore nepos Cæsares appellantur, quorum Crispum Lactantius latinis literis erudit, uir omnium suo tempore eloquentissimus, sed adeo in hac uita pauper, ut plerunq; etiam necessarius indiguerit, nedum delicijs.	319
	9 Pax nostris à Constantino redditur.	320
Oly. 274.	Licinius Christianos de Palatio suo pellit.	321
	10 Basilus Amasiæ Ponti Episcopus sub Licinio martyrio coronatur.	322
5520	11 Alexandrinæ ecclesiæ XVIII ordinatur Episcopus Alexander, à quo Arius presbyter de ecclesia eiectus multos suæ impietati sociat, ad quam perfidiam coarguendam Synodus CCCXVIII Episcoporum in Nicæam urbem Bithyniæ congregata, omnes hæreticorum machinas hominij oppositione deiecit, & fuit Synodus prima.	323
Oly. 275.	12 Helena Constantini mater, diuinis monita uisionibus beatissimum crucis signum, in quo mundi salus pependit, apud Hierosolymam reperit.	324
	13 Constantinus filius Constantini Cæsar factus.	325
	14 Licinius Thessaloniciæ contra ius sacramenti priuatus occiditur.	326
	15 Helena Constantini mater, diuinis monita uisionibus beatissimum crucis signum, in quo mundi salus pependit, apud Hierosolymam reperit.	327
Oly. 276.	16 Nazarius Rhetor insignis habetur.	328
	17 Crispus filius Constantini, & Licinius iunior Constantini Constantini sororis & Licinij superioris filius, crudelissime interficiuntur, anno imperij sui nono.	329
	Vicennalia Constantini Nicomedie acta, & sequenti anno Romæ ædita.	

EVSEBII CÆSARIENSIS CHRONICON FINIS.

D. HIERONYMI



D. HIERONYMI PRESBYTERI AD CRONICON

EVSEBII ADIECTIO.

Regnum Romanorum.



Uequeq; historiam scribit Eusebius Pamphili martyris contubernalis, cui nos ita subieciimus.

Arnobius in Africa Rhetor clarus habetur, qui cum in ciuitate Sicca ad declamandum iuuenes erudiret, & adhuc Ethnicus ad credulitatem somnijs cõpelleretur, neq; ab Episcopis intraret fidem quam semper impugnauerat, elucubrauit aduersus

	ius pristinam religionem luculentissimos libros, & tandem uelut quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetrauit.	Anni domini
	21 Drepanam Bithyniæ ciuitatem in honorem martyris Luciani ibi conditam, Constantinus instaurans, ex uocabulo martiris suæ Helenopolim appellauit.	330
Oly. 277.	22 In Antiochia Dominicum quod uocatur aureum ædificari cœptum.	331
	Constantinus uxorem suam Fauitam interfecit.	
	Donatus agnoscitur, à quo per Africam Donatiani.	
	Antiochiæ post Thiramnum XX ordinatur Episcopus Vitalis, post quem Pythagonus XXI, cui succedit XXII Paulus, post quem XXXIII Eustathius, quo in exilium ob fidem truso, usq; in præsentem diem Arriani ecclesiam occupauerunt, id est, Eulabius, Eusebius, Euphronius, Placillus, Stephanus, Leodius, Eudoxius, Meletius, Euzoicus, Dorotheus, rurtum Meletius, quorum idcirco tempora non digelli, eò quod hostes potius Christi, quam Episcopos iudicem.	
	23 Iuuenius presbyter natione Hispanus, Euangelia heroicis uersibus explicat.	332
	Porphyrius misso ad Constantinum insigni uolumine exilio liberatur.	
	24 Alexandriæ ecclesiæ XXXVI ordinatur Episcopus Athanasius, qui ab Arianis persecutus ad Constantinum refugit.	333
	25 Constantinopolis dedicatur penè omnium urbium nuditate.	334
	Metrodorus Philosophus agnoscitur.	
Oly. 278.	MARCUS XXXVII Romæ ordinatur Episcopus mētib. 8, post quem Iulius XXXVIII ordinatus est an. 16, mensibus 4.	
	26 Edicto Constantini gentilium templa subuersa sunt.	335
	27 Romani Gothos in Sarmatarum regione uicerunt.	336
	Constantinus filius Constantini prouehitur ad regnum.	

Pestilentia

D. HIERONYMI PRESBYTERI

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	Pestilentia & fame innumerabilis multitudo in Syria Cili- ciæq; periit.	
28	Sarmatæ litigantes, dominos suos qui nunc Arcaragantes uocantur, lacta manu in Romanum solum expulerunt.	337
29	Callocerus in Cypro res nouas molitur, & opprimitur.	338
Oly. 279.	30 Constantinus cum liberis suis honorificas ad Antonium mo- nachum literas mittit.	339
	Tricenalis Constantini Dalmatius Cæsar appellatur.	
	Pather Rhetor Romæ gloriosissime docet.	
	Nazarij Rhetoris filia Eumonia uirgo Christiana, in eloquē- tia patri coequatur.	
	Tiberianus uir disertus Prætor Gallias regit.	
	Eustathius Constantinopolitanus presbyter agnoscitur, cu- ius industria in Hierosolymis martyrium constructum est.	
31	Constantinus extremo uitæ suæ tempore ab Eusebio Nico- mediensi Episcopo baptizatus, in Arianum dogma decli- nat, à quo usq; in præsens tempus ecclesiarum rapina, & to- tius orbis est secuta discordia.	340
	Constantinus cum bellum pararet in Persas, in Ancyronē uilla publica iuxta Nicomediā moritur, anno ætatis suæ 66, post quem liberi eius tres ex Cæsaribus Augusti appellan- tur.	
D	CONSTANTINVS, Constantius, & Constans XXXV Ro- manorum regnauerunt annis 24, mensibus 5, diebus 12.	
1	Abladius Præfectus Prætorij, & multi nobilium occisi.	341
	Sapor rex Persarum Mesopotamia uastata, duobus ferme mensibus Nilibin obsidet.	
	Dalmatius Cæsar, quem patruus Constantinus consortem regni filijs reliquerat, factione Constantij patruelis, & tu- multu militari interimitur, anno imperij sui tertio.	
	Jacobus Nilibenus Episcopus agnoscitur, ad cuius preces sæpe urbs discrimine liberata est.	
5540	2 Ex hoc loco impietas Ariana Constantij regis sulca præsi- dio, exilijs, carceribus, & uarijs afflictionum modis, primo Achanasium, deinde omnes non suæ partis Episcopos pro- secuta est.	342
Oly. 280.	3 Constantinus bellum fratri inferens, iuxta Aquileiæ Alsam occiditur.	343
	Vario euentu aduersum Fancos à Constante pugnatur.	
4	Multæ orientis urbes terræmotu horribili conciderunt.	344
	Audæus in Syriacoele clarus habetur, à quo hæresis dicitur Audæana.	
	Franci à Constante perdomiti, & pax cum eis facta.	

Hermogenes

CHRONICON.

85

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	Hermogenes magister militiæ Constantinopolim tractus à populo ob Episcopum Paulum, quæ regis imperio & Aria- norum factione pellebat.	
5	Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur.	345
	Macedonius artis plumariæ in locum Pauli ab Arianis Epi- scopis subrogatur, à quo nunc hæresis Macedoniana.	
	Paulus credulitate præfecti Philippi, nam fautor Macedo- nij partium erat, & Arianorum insidijs strangulatur.	
Oly. 281.	6 Maximinus Treuironum Episcopus clarus habetur, à quo Athanasius Alexandria Episcopus, cum à Cōstantino que- reretur ad pœnam, honorifice susceptus est.	346
7	Sapor Persarum rex Christianos persequitur.	347
	Neocæsarea in Ponto subuersa, excepta ecclesia ac Episco- po, cæterisq; qui ibidem reperti sunt.	
	Titianus uir eloquens Præfecturam Prætorij apud Gallias administat.	
8	Athanasius ad Constantis literas Alexandriam regreditur.	348
	Dyrachium corruit terræmotu, & tribus diebus ac nocti- bus itomæ nutauit, plurimæq; Campania urbes uexatæ.	
9	Magnis reipublicæ expensis in Seleucia Syria portus effe- ctus.	349
10	Rursum Sapor tribus mensibus obsidet Nilibin.	350
Oly. 282.	Eusebius Emisenus Arianae signifer factionis, multa & ua- ria conscribit.	
11	Solis facta defectio.	
11	Bellum Perlicum nocturnum apud Singarum, in quo haud dubiam uictoriam militum stoliditate perdidimus.	351
	Neq; uero ullum Constantio ex nouem grauissimis prælijs contra Persas grauius bellum fuit, nam ut alia omittā Nili- bis obsessa Bizabda & Amida captæ sunt.	
	Maximus quadragesimus post Macarium Hierosolymo- rum Episcopus moritur, primus post quem ecclesiam Aria- ni inuadunt Cyrillus Eutychnus, rursum Cyrillus Irenæus, tertio Cyrillus Hilarius, quarto Cyrillus: quorum Cyrillus cum à Maximo fuisset presbyter ordinatus, & post mortem ei ab Acacio Episcopo Cæsariensi, & cæteris Arianis Epi- scopis Episcopatus promitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset, Diaconus in ecclesia ministrat, ob quam im- pietatem sacerdotij mercede pensatus, in Heraclium quem mortens Maximus in suum locum substituerat, uaria frau- de sollicitans, de Episcopo in presbyterum regradauit, quo in exilio ob fidem truso, omnes clerici iurauerunt ut nullum alium susciperent.	

P Verum



OP.A. I.V.S.B. C. S. M.



OPAEVSBCE SRI

D. HIERONYMI PRESBYTERI

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	Verum cum Felix ab Arianis fuffet in sacerdotium fublti- runt plurimi peferauerunt, & post annum cum Felice eieci sunt, quia Liberius rædio uictus exilij, & in hære- ticam prauitatem fubfcribens, Romam quati uictor intra- uerat.	
550	12 LIBERIVS XXXIII Rom. ecclefiæ ordinatur Epifcopus.	352
† Maxentio	13 Magnentio apud Auguftodunum arripiente imperium Conftans haud longè ab Hifpania in caftro, cui Helena no- men eft, interficitur, anno ætatis 30. imperij uero fui anno 13, quamobrem turbata republica Vetratio Murfæ, Nepo- titanus Romæ Imperatores facti.	353
Oly.	Victorius nauone Ater, Romæ Rhetoricam docet.	
283	15 Romæ populus aduerfum Magnentianos rebellans, ab He- raclida Senatore proditur.	355
	16 Nepotiani caput pilo per urbem circumlatū, multaq; pro- fcriptiones nobilitum & cædes factæ.	356
	17 Vetrantioni apud Narfum à Conftantio regum inligne de- tractum.	357
	Magnentius Murfæ uictus, in quo prælio Romanæ uires concederunt.	
	Gallus Conftantij patruelis Cæfar factus.	
D	Gailus Iudaos, qui interfectis per noctem militibus arma ad rebellandum inuafert, cælis multis hominū milibus ulque ad innoxiam ætatem, & ciuitates eorum Dio- ceftaream, Tiberiadem, et Diofpolim, plurimaq; oppida igni tradidit.	
	Nonnulli nobilitum Antiochiæ à Gallo interfecti.	
	Syriæ populis crucis fignum & maximo confpicientium terrore in orientali plaga apparuit.	
	18 Magnētius Lugduni in Palatio propria fe manu interfecit, & Decētus frater eius, quem ad tuendas Gallias Cæfar mi- ferat, apud Senonas laqueo uitam explet.	358
Oly.	Gennadius forentis Orator Romæ inſignis habetur.	
284	19 Mineruius Burdegalenſis Rhetor Romæ florentiffime docet.	359
	Gallus Cæfar ſolicitatus à Conftantio patrueli, cui in ſuſpi- cionem ob egregiam indolem uenerat, in Iſtria occiditur.	
	Syluanus in Gallias nouas molitus, 29 die extinctus eſt.	
	20 Victorinus Rhetor, & Donatus Grammaticus præceptor meus Romæ inſignes habentur, e quibus Victorinus etiam ſtatuam in foro Traiani meruit.	360
	Paulinus & Rhadianus Galliarum Epifcopi, in exilium ob fidem truli.	

Alcimus

CHRONICON.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	Alcimus & Delphidius Rhetores in Aquitania florentiffi- me docent.	
	Petrus Cæſarugulæ Orator inſignis docet.	
	Donatus, à quo ſuprà Donatianos in Africa dici memorau- mus, Carthagine pellitur. Quidam ſectatores eius etiā Mon- tenſes uocant, eo quod eccleſiam Romæ primam in monte habere ceperint.	
	Eufebius Vercellenſis Epifcopus, & Lucifer ac Dionyſius Caralitanæ & Mediolanenſis eccleſiæ Epifcopi.	
	Pancratius quoq; Romanus preſbyter, & Hilarius diaco- nus diſtantibus inter ſe ab Arianis & Conſtantio damnantur exilijs.	
	Iulianus frater Galli Mediolani Cæſar appellatur.	
21	Antonius monachus c v ætatis anno in eremo moritur, ſo- litus multis ad ſe uenientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis uero referre quamplura, cuius nos exitū breui libello explicauimus.	361
	Hilarius Epifcopus Pictauienſis factione Saturnini Arela- tenſis Epifcopi, reliquorumq; qui cum eo erant Arianorum ante triennium in Phrygiam pulſus, libros de noſtra religio- ne componit.	
	Reliquiæ Apoſtoli Timothei Conſtantinopolim inuectæ. Sarmata, Amaras, & Macarius diſcipuli Antonij inſigne habentur.	
	Liberius Epifcopus Romanorum in exilium mittitur.	
	Magnæ Alemannorum copiæ apud Argentoratum oppre- ſſæ Galliarum à Cæſare Iuliano oppreſſæ.	
550	22 Saraceni monaſterium beati Antonij irruentes Sarmatam interficiunt.	362
Oly.	Conſtantio Romam ingreſſo, oſſa Andreæ Apoſtoli & Luçæ Euangeliftæ à Conſtantinopolitanis miro fauore ſu- ſcepta.	363
285	23 Nicomedia terramotu funditus euerſa, uicinis urbibus ex parte uexatis.	
	Paulinus Treuironum Epifcopus in Phrygia exulans mo- ritur.	
	Euantius eruditiffimus Grammaticorum Conſtantino- poli diem obiit, in cuius locum ex Africa Cretus addu- citur.	
	Synodus apud Ariminum & Seleuciâ Iſauriæ facta, in qua antiqua patrum fides, decem primò legatorum, dehinc om- nium proditione damnata eſt.	
	Honoratus ex Præfecto Prætorio Galliarum primus Con-	

A

B

† Amos for-
te legēdū,
quem auto-
res inter di-
ſcipulos An-
tonij uel
præceptum
numerant.

D. HIERONYMI PRESBYTERI

Ami mundi.	Regnum Romanorum.	Ami domini
	Constantinopoli Praefectus urbis factus.	
	Gratianus, qui nunc Imperator est, nascitur.	
24	Hilarius cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit.	364
	Macedonius Constantinopoli pellitur.	
	Omnes penè toto orbe ecclesiae sub nomine pacis & regis Arianorum consortio polluuntur.	
	Constantinopoli ecclesiarum maxima dedicatur.	
	Meletius Sebastiae Armeniorum Episcopus, ab Achario & Georgio Episcopis Arianis Antiochiam transfertur, et non post grande temporis intervallum, cum presbyteros qui ab Eudoxio antecessore suo de polito fuerant suscepti, exitij iustissimam causam subita fidei mutatione deseruit.	
	Gallia per Hilarium Arianensis perfidiae dolum damnat.	
	Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamq; moritur anno aetatis 45.	
	IVLIANVS, XXXVI. Romanorum, regnavit anno uno, mensibus 7. Vel ut aiunt alij, an. 2, mensibus 5.	
	Juliano ab idolorum cultu conuerso blanda persecutio fuit, siliciens magis quam impellens ad sacrificandū, in qua multi ex nostris uoluntate propria corruerunt.	365
D	Georgio per seditionem populi incenso, qui in locum Aethiopiae ab Arianis fuerat ordinatus, Athanasius Alexandriae reuertitur.	
	Eusebius & Lucifer de exilio regrediuntur, e quibus Lucifer accitis duobus alijs Confessoribus, Paulinum Eustatii Episcopi presbyterum, qui se nunquam haereticorum communionem polluerat, in parte catholica Antiochiae Episcopum facit.	366
	Prohaesius Sophista Atheniensis, lege data ne Christiani liberalium artium doctores essent, cum sibi specialiter Iulianus concederet, ut Christianos doceret, scholam sponte deseruit.	
	Aemilianus ob ararum subuersionem Dorostori a Vicario incenditur.	
	Ecclesia Antiochiae clausa, & grauisima imminentis persecutionis procella, dei uoluntate sopita est: Nam Iulianus in Persas profectus, nostrum post uictoriam dijs sanguinem uouerat, ubi a quodam simulato perfuga ad desertum perductus, cum fame & siti Apostata perdidisset exercitum, & incōsultus a suorum erraret agminibus, ab obuiuo sorte hostium milite conto illa percussus interiit, anno	

Olympias

CHRONICON.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini	A
Oly. 266.	aetatis 32. Post quem sequenti die Iouianus ex primicerio domesticorum Imperator factus.		
	IOVIANVS XXXVII Romanorum, regnavit mensibus 5.		
	Iouianus rerum necessitate cōpulsus, Nisibim & magnam Mesopotamiae partem Saporis Persarum regi tradidit.	367	
	Synodus Antiochiae a Meletio & suis facta, in qua homouertio & homulio reiecto, medium inter haec homouertion Macedonianum dogma uindicauerunt.		
	Iouianus cruditate siue odore prunarum quas nimias adoleri iusserat † Dadastanae moritur anno aetatis 34.		† Dadanae fl.
	Post quem Valentinianus tribunus Scutorum, e Pannonia Cibalensis apud Niceam Augustus appellatus, fratrem Valentem Constantinopoli in communionem regni assumit.		
	VALENTINIANVS & VALENS XXXVIII Romanorum regnauerunt annis 13, mensibus 5.		
	Valentinianus egregius alias Imperator & Aureliano moribus similis, nisi quod seueritatem eius nimiam, & parcitatem quidam crudelitatem & auaritiam interpretabantur.	368	
	Terremotu per totum orbem facto, mare litus egreditur, & Siciliae multarumq; Insularum urbes & innumerabiles populos oppressit.	369	B
	Procopius qui apud Constantinopolim tyrannidem inuaserat, apud Phrygiam salutarem extinctus est, & plurimum Procopiana partis caeli atq; proscripti.		
	DAMASVS XXXV Romanae ecclesiae ordinatur Episcopus.		
	† Multum temporis intervallum Ursinus a quibusdam Episcopis constitutus, Sicinimum cum suis inuadit, a quo Damalianae partis populo confluentē crudelissimae interfectiones diuersi sexus perpetratae.		† Videtur tale quid desisse, Post non, etc. ut ex historia Eusebii Ecclesiastica licet cōiicere.
	Valens ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus nosse persequitur.	370	
Oly. 277.	Gratiani Valentiniani filius Ambianis Imperator factus.		
	Tanta Constantinopoli est orta tempestas, ut mirae magnitudinis decidens grando nonnullos hominum interfecerit.	371	
	Apud Atrebatas lana e caelo pluuiae mixta deluxit.		
270	Hilarius Episcopus Pictauiensis moritur.	372	
	Nicea quae saepe ante corruerat, terramotu est funditus euerfa.		

P 3 Libanius



OP.A. I.V.S.B. & S. M.

D. HIERONYMI PRESBYTERI

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	Libanius Antiochenus rhetor insignis habetur.	
C 6	Agon Constantinopoli a Valente aeditus, Athanarius rex Gothorum in Christianos persecutione commota plurimos interfecit, & de proprijs sedibus in Romanum solum expellit.	373
7	Eusebius Episcopus Vercellensis moritur. Constantinopoli Apostolorum martyrium dedicatur. Magna fames in Phrygia. Lucifer Caralitanus Episcopus moritur, qui cum Gregorio Episcopo Hispaniarum & Philone Lybiae nunquam se Arianae miscuit prauitati.	374
Oly. 288.	† Maximus Praefectus annonae maleficos ab Imperatore inuestigare iussus, plurimos Romae nobilium occidit. Valentinus in Britannia antequam tyrannidem inuaderet oppressus, Presbyter byrnij iniquissime occiditur, quod Octavianum ex Proconsule apud se latitantem prodere noluisse.	375
	9 Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per notarios commentatur, qui post quintum natiuitatis suae annum luminibus orbatus, elementorum quoque ignarus fuit. Equitius Comes Illyrici iniquissimis tributorum exactioibus ante prouincias quas regebat tanquam a Barbaris uastarentur erasit.	376
	10 Eunomius discipulus Aetij Constantinopoli agnoscitur, a quo haeresis Eunomiana. Saxones caeli de Vfone in regione Francorum. Burgundionum LXXX ferme milia quot nunquam antea ad Rhenum descenderunt. Clearchus Praefectus urbis Constantinopoli agnoscitur, a quo necessaria & diu expectata uotis aqua ciuitati inducitur. Alexandriae xx ordinatur Episcopus Petrus, qui post Valentis interitum tam facilis in recipiendis haeticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptae pecuniae intulerit. Melania nobilissima mulierum Romanarum, & Marcellini quondam Consulis filia, unico Praetore tunc Urbano filio derelicto, Hierosolymam nauigauit, ubi tantum uirtutum, praecipueque humilitatis fuit miraculo, ut Tedaenomen accepit.	377
D	11 Post Auxentij feram mortem Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia conuertitur.	378
Oly. 289.	Quia superiore anno Sarmatae Pannonias uastauerunt.	ijdem

CHRONICON.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	ijdem Consules permansere.	
12	Valentinianus subita sanguinis eruptione, quod graece apoplexia uocatur, Brigitione moritur. Post quem Gratianus assumpto in imperium Valentiniano fratre, cum patruo Valente regnat. Apollinarius Laodicensis iactatione ingenij quosdam errores perunaciter alleuerans, haesim sui nominis suscitauit, quam Damalus habito Romae Concilio damnauit. Episcopus presbyter, uir eloquentia clarus agnoscitur. Multi monachorum Nitriae per tribunos & milites caesi. Valens lege data ut monachi militarent nolentes fustibus interheci. Theodosius Theodoij postea Imperatoris pater, et plurimi nobilium occisi. Photinus in Galatia moritur, a quo Photinianorum dogma inductum, qui multa continentiae & ingenij bona uo superbiae malo perdidit.	379
13	Basilius Caesariensis Episcopus Cappadociae clarus habetur. Alemannorum circiter triginta milia apud Argetarium oppidum Galliarum exercitu Gratiani strata.	380
14	Florentinus Bonolus & Rufinus inligues monachi habentur. E quibus Florentinus tam misericors in egentes fuit, ut uulgo Pater pauperum nominatus sit. Gens Hunorum Gothos uastat, qui a Romanis sine armorum depositione suscepti, per auaritiam Maximi ducis fame ad rebellandum coacti sunt. Superatis in congressione Romanis, Gothi funduntur in Thracia. Valens de Antiochia exire compulsus, sera poenitentia notros de exilijs reuocat. Lachrymabile bellum in Thracia, in quo deserente equitum praesidio Romanae legiones a Gothis cinctae usque ad interitionem caesae sunt: ipse Imperator Valens cum sagitta faucis iugeret, & ob dolorem nimirum saepe equo laberetur, ad cuiusdam uillulae casam deportatus est: quo persequentibus Barbaris, & incensa domo, sepultura quoque caecruit.	381

D. HIERONYMI CHRONICON FINIS.



OPAEVSBB@S



**PROSPERI AQVITANICI, VIRI ELOQVENTIS/
SIMI TEMPORVM CONTINVATIO.**



HVCVSQVE Hieronymus presbyter ordinem præcedentium digessit annorum: Nos quæ secuta sunt adijcere curauimus. Igitur Valente à Gothis in Thracia cōcremato, Gratianus cū fratre Valentiniano XLI regnavit annis 6.
GRATIANVS cum fratre suo Valentiniano Romanorum XLI, regnavit annis 6.

Anni mundi	Regnum Romanorum.	Anni domini.
† Decius Ausonius Gallus alibi dicitur.	5780 1 † Mufonio & Olybrio COSS. Gratianus post mortem patris Theodosij Theodosium filium in consortium assumit imperij, & ei regnum tradidit Orientis. Theodosius summa felicitate multis atq; ingentibus prælijs Gothos superat, & e Thracia pellit. Langobardi ab extremis Germaniæ finibus Oceanicq; protinus littore, Scandiacq; insula magna multitudine ingressi, & novarum seditionum avidi, Iborea & Atone ducibus Vandalos primum uicerunt.	382
D	Sempronius uir apprime eruditus agnoscitur. Ea tempestate Priscianus Episcopus de Galatia ex Manicheorum & Gnosticorum dogmate hæresim nominis sui condidit.	
	2 Gratiano & Theodosio v. COSS. pro catholica fide multa sublimiter Ambrosius scribit. Theodosius cum Thessalonice ægrotaret, à Basilio eiusdem ciuitatis Episcopo baptisma suscepit. Procurante Gratiano eò quod Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum Gothis. Synodus patrum CLXXX apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium, spiritum sanctum deum esse negantem.	383
† Syagrio & Eucherio.	3 † Euagrio & Eleutherio COSS. Martinus Episcopus Turonorum Galliæ ciuitatis, multis clarus habetur. Gregorius Nazianzenus uir sua ætate eloquentissimus, et Hieronymi præceptor obiit.	384
† Euagrio.	4 Antonio & † Syagrio COSS. Athanaticus rex Gothorum	385

CHRONICON. 89

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	thorū, apud Constantinopolim, xv. quo fuerat susceptus die occiditur.	
5	Merobaude II. & Saturnino COSS. Arcadius Theodosij Imperatoris filius Augustus appellatur. Petronius Bononiensis Episcopus, uir studijs & sanctitate clarus moritur.	386
6	Nicomede & Clearcho COSS. Honorius Theodosij filius nascitur. Romanae ecclesiæ post Damasum † VRSINVS XXXVI, præfuit an. 16. In Britannia per seditionem militum Maximus Imperator est factus, quo mox ad Gallias transferente se Gratianus Patritius Merobaude magistri militum prodicione superatus, & fugiens, Lugduni captus atq; occisus est. Maximus uictorem filium suum consortem regni facit. VALENTINIANVS cum Theodosio XLII. Romanorum regnavit annis 7.	387
	† Syricius.	
	Arcadio et Bautone COSS. hoc tempore Hieronymus presbyter toto iam mundo clarus habitat in Bethleem, egregio ingenio studio uniuersali ecclesiæ seruiens. Priscillianus in synodo Burdegalensi se damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum prouocauit, auditusq; treuiris ab Euodio Præfecto Prætorio, à Maximo gladio adductus eum Eucrocia Delphidij Rheroris coniuge, & Latroniano, alijsq; erroris consortibus. Burdegala quædam Priscilliani discipula nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem uulgi lapidibus exuncta est.	388
	2 Honorio Nepote & Euodo COSS.	389
	3 Valentiniano III. & Eutropio COSS.	390
	4 Theodosio II. & Cynegio COSS. Maximinus tyrannus à Valentiniano & Theodosio Imperatoribus, in tertio ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regijs, listitur & capite damnatur, cuius filius Victor ab Arbogaste interfectus in Gallijs.	391
390	5 Timalio & Promoto COSS. Ithacius & Vrsacius Episcopi ob necem Priscilliani, cuius accusatores fuerat, ecclesiæ communionem priuantur.	392
	6 Langobardi eorum ducibus defunctis, primum sibi regem creauerunt Algemundum Aiois filium, qui regnavit an. Valentiniano IIII. & † Nectorio COSS. (nis 33. lignum in caelo, quasi columba pendens ardensq; per dies 30 apparuit.	393
	† Neoterio.	
	Theodo	



PROSPERI AQUITANICI

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
7	Theodosius uenerabile Ioannis Baptistę caput ex uico Constantiopolim deportans, septimo ab urbe lapide in Basilica, quam magno sumptu in eius honorem erexerat recondit.	394
	Titiano & Symmachus COSS. Eugenius fauore Arbogastis confusus imperium sibi met usurpauit.	
	Arcadio II & Rufino COSS. Valentinianus ad uitę fastidiũ nimia Arbogastis magistri militũ austeritate ductus, laqueo apud Viennam periit.	
	Arbogastes magister exercitus mortuo Valentiniano, cuius exercitu grauabatur, Eugenium in Gallijs imperare facit.	
	THEODOSIUS XLIII Romanorum, cum iam per 14 regnaret annos, regnat cum Arcadio & Honorio filijs annis tribus.	
1	Theodolio III & Habundantio COSS. Honorium patrem suum Theodolium in eodem loco, quo fratrem eius Arcadium Cæsarem fecerat, principem constituit 17 ab urbe miliario, cum hora tertia tenebrę factę sunt.	395
2	Arcadio III & Honorio II COSS. Ioannes monachus Anachoreta, clarus habetur, qui ornatus prophetię gratia Theodolium consulentem de euentu belli, quod aduersus Eugenium mouebat, uictorem futurum prędixit.	396
3	Olybrio & Probino COSS. Theodosius Eugenium uincit & perimit.	397
	Augustinus beati Ambrosij discipulus multa facundia doctrinę excellens, Hippone, regione Africę, Episcopus ordinatur.	
	Hoc tempore Claudianus Poęta innotuit.	
	Theodosius Imperator Mediolani moritur.	
	ARCADIUS XLIIII Romanorum cũ iam regnasset an. 12, regnat cum fratre Honorio annis 13.	
	Arcadio IIII & Honorio COSS. terramotus per dies plurimos fuit, cęelumq; ardere uisum est.	398
	Orosius Hispanus presbyter, uir eloquens, & historiarum cognitor claret.	
	Cæsario & Arthico COSS. Facilla nata est Arcadio filia.	399
	Euagrius incredibilis abstinentię monachus, & in sacris literis eruditus, apud Aegyptios habetur insignis.	400
† Manlio. 5600	† Manlio & Theodoro II COSS. cum hunc consularum interat Eutropius Eunuchus, qui mox honore & uita exutus est.	401
	Honorio IIII & Eutychiano COSS. ANASTASIUS XXXIIII Romanę	

CHRONICON.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	Romanę ecclesię Episcopatum tenet annos 3, dies 21.	
5	Stilicone & Aureliano COSS. Gothi Italiã Hilarico & Radagasto ducibus ingressi.	402
6	Vicentio & Fabricio COSS. Ioannes Constantinopolitanus, & Theophilus Alexandrinus illustres Episcopi habentur, sed utrunq; obscurauit discordia, quę eõ usq; processit, ut Ioannes a Theophilo oppressus Pontum exilio, pergere cogere tur, cũ tamẽ cõmunionẽ eius maxima pars eorũ Episcoporu Romanõ Pontificis exemplum secuta seruauerit.	403
7	Arcadio V et Honorio V. COSS. aduersus Gothos uehemẽter utriusq; Polentię partis clade pugnatum est.	404
	INNOCENTIUS XXXVIII Romanę ecclesię pręest Episcopus annis 15, mensibus 2, diebus 21.	
8	Theodolio Augusto & † Raporidio COSS. Eudoxij Arcadij uxoris statua super Porphyricam columnam posita est.	405
9	Honorio VI & Aristeneto COSS. Eudoxa uxor Arcadij diem claudit.	406
10	Stilicone II & Anthemio COSS. Radagastus in Tuscia multis Gothorum milibus caesis ducente exercitũ Stilicone superatus & captus est.	407
11	Arcadio VI & Probo COSS. Vandali & Alani Gallias traiecto Rheno pridie Cal. Ianuarias ingressi.	408
12	Honorio VII & Theodolio II COSS. Constantinus ex infima militia ob solam speciem nominis in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias tranlit.	409
13	Basso & Philippo COSS. Arcadius Imperator Constantinopoli moritur.	410
	HONORIVS cum Theodosio fratris filio XLV Romanorum regnauit annis 16.	
14	Honorio VII & Theodosio III COSS. Vandali Hispanias occupauerunt.	411
	Attalus Romę Imperator factus, qui mox priuatus regno Gothis cedit.	
	† Flauio Varrone COSS. Roma orbis quondam uictrix, a Gothis Halarico duce capta, & ob hoc solus fuit orientaliũ partium Consul, quod in sequenti anno obseruatum est.	412
	Theodosij Augusti IIII Consularum Constantinus per Honorij duces Constantium & Vifulam apud Arlatense oppidum uictus & captus est, cuius filium Constantem in Hispania regnare ortum, Geruntius comes in Maximum quandam tyrannidem transferens, interemerat.	413
4	Honorio IX & Theod. V. COSS. Maximo in Hispania	414

regno

OPAEVSBCE SRI



PROSPERI A Q V I T A N I C I

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	regno ablato uita est concessa, eo quod modestia humilitatis affectu imperij inuidiam non merebatur.	
	Gothi regē Athaulpho Gallias ingressi. Eodem tempore Heros uir sanctus, & beati Martini discipulus, cum Aretenti oppido Episcopus praesideret, a populo ipsius ciuitatis insons, & nullis insimulationibus noxijs, pulsus est, inq; eius locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris Constantis magistrum militum, cuius per ipsum gratia querebatur, eaq; res inter Episcopos religionis illius magnarum discordiaru causa fuit.	
† Lucio	5 † Luciano uiro clarissimo Consule, huius collega in consulatu fuit Herodianus, qui nouarum in Africa rerum reus, & honorem amisit & uitam.	415
	Burgundiones partem Galliae propinquantem Rheno obtinuerunt.	
	Iouius & Sebastianus fratres in Gallijs regno accepto interempti.	
	Hac tempestate Pelagius Brito dogma nominis sui contra gratiam Christi Celestino & Iuliano adiutoribus exeruit, multosq; in suum trahit errorem, praedicans unumquemq; ad iustitiam uoluntate propria regi, tantumq; accipere gratiae quantum meruit, quia Adae peccatum ipsum solum laeserit, nec posteros eius obstrinxerit. Vnde & uolentibus possibile sit omni carere peccato, omnesq; paruulos tam infantes nasei, quam primus homo ante praearicationem fuit, & ideo baptizandos non ut peccato exuantur, sed sacramento adoptionis honorentur.	
	6 Constantino uero consule Attalus Gothorum consilio & praesidio tyrannidem resumit in Gallijs.	
	7 Honori x & Theodosio vi. COSS. Attalus a Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, & praesidio carens capitur, & Constantino Patricio uiuus offertur.	417
	Athaulphus a quodam suorum uulneratus interiit, regnuq; eius Vuallia parentis, qui idem cupere intelligebatur, inuasit.	
	8 Theodosio vii & Palladio COSS. Placidiam Theodosij Imperatoris filiam, quam Romae Gothi ceperant, quamquam Athaulphus coniugem habuerat, Gallia pacem Honorij ex petens reddidit, eiusq; nuptias Constantius promeretur.	418
	ZOSIMVS XXXXI X Romanae ecclesiae Episcopatum suscipit anno uno, mensibus 9, diebus 8. Quo tempore Pelagius iam a Pontifice Innocentio praedamnatus, Afro	

rum uigore

C H R O N I C O N .

Anni mundi.	Romanorum.	Anni domini
	rum uigore, & maxime Augustini Episcopi scientia resistebatur.	
	9 Honorio xi & Constantio ii COSS. Honorius triumphans Romam ingreditur, praecunte currum eius Attalo, quem Lyparae uiuere exulem iussit.	419
	10 Honorio xii & Theodosio viii COSS. Hoc tempore Constantius seruus Christi ex uicario Romae habitans & pro gratia dei Pelagianis resistens, factione eorundem multa pertulit, quae illum sanctis confessoribus sociauerunt.	420
	Concilio apud Carthaginem habito CCXVII. Episcoporum, † ad Pontificem Zosimum Synodalia decreta perlatu, quibus probatis per totum mundum haereticis Pelagianis damnata est.	
	Valentinianus Constantij & Placidiae filius, nascitur sexto Nonas Iulias.	
	BONIFACIUS XL. Romae Episcopatum tenet annis 3, mensibus 9.	
	11 Maximo & Plinta COSS. Constantius pacem firmat cum Vuallia, data ei ad habitandum Aquitania & quibuidam ciuitatibus confinium prouinciarum.	421
	12 Theodosio viii & Constantio iii COSS. Constantius ab Honorio in consortium regni assumitur.	422
	Hieronymus presbyter moritur anno aetatis suae 91, pridie Calendas Octobris.	
1620	13 Agricola & Eustachio COSS. Constantius Imperator moritur.	423
	14 Honorio xiii & Theodosio x, COSS. hoc tempore exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est, cuius Crastinus dux fuit, qui Bonifacium uirum bellicis artibus praecclarum, inepto & iniurioso imperio ab expeditionis suae societate auertit, nam ille periculosum sibi atque indignum ratus sequi quem discordem superbientemq; expertus esset, celeriter se ad portum urbis, atque inde ad Africam proripuit, idque republicae multorum laborum initium fuit.	424
	15 Mariniano & Asdeptodoro COSS. Placidia Augusta a fratre Honorio pulsa, ad Orientem cum Honorio & Valentiniano filiis proficiscitur.	425
	16 CELESTINVS XLI. Romanae ecclesiae praesidet Episcopus annis 9.	426
	Langobardorum ii regnauit Lamissus meretricis filius annis 3.	
	Honorius moritur, & regnum eius Ioannes occupat,	

Q coniuente

† a Pontifice Zosimo synodalia decreta sunt prolata.

B

OPA. LIB. B. C. E. S. M.



OPAEVSBCE SRI

PROSPERI AQTITANICI

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	conuente ut putatur Craſtino, qui exercitus magiſter militum præfuit.	
	THEODOSIVS XLVI. Romanorum regnavit an. 30.	
1	Craſtino & Victore COSS. Theodoſius Valentinianum amitæ ſuæ filium Caſarem facit, & cum Auguſta matre ſua ad recipiendum occidentale mittit imperium, quo tempore Ioannes dum Africam quam Bonifacius obtinebat bello re poſcit, ad deſenſionem ſui infirmior factus eſt.	427
2	Theodoſio XI & Valentiniano COSS. Placidia Auguſta & Valentinianus Caſar mira felicitate Ioannem tyrannum opprimunt, & regnum uictores recipiunt, data uenia Aëtio, quod Huni, quos per ipſum Ioannes acciuerat, eiufdem ſtudio ad propria reuerſi ſunt. Craſtinus autem in exilium actus eſt, quia uidebatur Ioannem ſine comitiua regnū non poſſiſſe aſſumere.	428
	Valentinianus decreto Theodoſij Auguſtus appellatur.	
	Archillas nobile oppidum Galliarum à Gothiſ multa ui oppugnatum eſt, donec imminente Aëtio non impuniti diſcederent.	
3	Theodoſio XII & Valentiniano II COSS. Patroclus Arelatenſis Epiſcopus à Tribuno quodam Barbaro multis uulneribus laniatus occiditur, quod facinus ad occultam tuſionem Felicis magiſtri militum referebatur, cuius impullu traditur etiam ſuus Diaconus uir ſanctus, Romæ pecunias pauperibus diſtribuens interfectus.	429
4	Hierone & Ardabure COSS. Bonifacio, cuius potentia gloriaq; in Africa augebatur, bellum ad arbitrium Felicis qui ad Italiam uenire annuerat publico nomine illatum eſt, ducibus Mauortio & Galbione & Sinoce, cuius prodicione Mauortius & Galbio cum Bonifacium obſiderent, interempſerunt, moxq; ipſe à Bonifacio dolo detectus, occiſus eſt. Exinde gentibus quæ uti nauibus neſciebant, dum à cõcertantibus in auxilium uocantur, mare paruum factum eſt, belliq; contra Bonifacium coepta in Sigurſuultum comitem cura translata eſt.	430
	Gens Vandalorum ab Hiſpanijs ad Africam tranſijt.	
5	Felice & Tauro COSS. Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus nouum eccleſijs molitur errorem inducere, prædicans Chriſtum ex Maria hominem tantum & non deum natum, eiq; diuinitatem collatam eſſe pro merito.	431
	Huic impietati præcipua Cyrilli Alexandrini Epiſcopi induſtria & Papæ Celeftini repugnat autoritas.	
	Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci poſſident.	

dam

CHRONICON.

Anni mundi.	Romanorum.	Anni domini.
5630	dam occupauerunt, Aetij Comitibus armis recepta.	
6	Florentino & Dionyſio COSS. Felice ad patriam dignitatem prouecto, Aetius magiſter militum factus eſt ex agricola,	432
	Pelagianus Seueriani Pelagiani Epiſcopi filius, eccleſias Baſternæ dogmatis ſui inſimulatione corrupit, ſed actiõne Paladij diaconi Papa Celeftinus Germanum Antiodorẽtem Epiſcopum uice ſua mittit, ut deturbatis hæreticis Britannos ad catholicam fidem dirigat.	
7	Theodoſio XIII & Valentiniano III COSS. Aetius Felicem cum uxore ſua Padula, Egrumitium diaconum eoſ inſidiari cum præſenſiſſet, interemit.	433
	Auguſtinus Epiſcopus per omnia excellentiſſimus moritur v Calendas Septembris, libris luſani inter impetum obſidentium Vandalorum in ipſo dierum ſuorum ſine reſpondeſ, & glorioſe in deſenſione Chriſtianæ gratiæ perſeueras.	
8	Baſſo & Antiocho COSS. congregata apud Ephelum plus ducentorum Synodum ſacerdotum, Neſtorius cum hæreſi nominis ſui, & cum multis Pelagianis qui cognatū ſibi dogma iuuabant damnatur.	434
	Ad Scotos in Chriſtum credentes ordinatur à Papa Celeftino Palladius & primus Epiſcopus mittitur.	
9	Aetio & Valerio COSS. Romanæ eccleſiæ XLII præſicitur Epiſcopus SIXTVS.	435
	Totius orbis pace & cõfeſſione mirabili Bonifacius ab Africa ad Italiam peruenit in Urbem, accepta magiſtri militū dignitate, qui cum ſibi reſiſtentem Aetium prælio ſuperaret, paucos poſt dies morbo extinctus eſt. Aetius uero cum expoſita poteſtate in agro ſuo degeret, ibiq; cum quidam inimicus eius repentino cum incurſu opprimere tentaret, profugus ad urbem, atque illinc ad Dalmatiam, deinde Pannoniam ad Hunos peruenit, quorum amicitia auxilioq; uſus pacem principum Aetius interpellatæ poteſtatis obtinuit.	
10	Theodoſio XIII & Maximo COSS. maxima urbis Regiæ pars Septentrionalis per tres dies continuo incenſa col lapſaq; eſt menſe Auguſto.	436
	Ioannes monachus cognomento Caſſianus Maſſiliæ inſignis & facundus ſcriptor habetur.	
11	Aſpare & Ariouinda COSS.	437
12	Theodoſio XV & Valentiniano III COSS. pax facta cum Vandalis data eis ad habitandum per triennium in loco Africae portione Hippone 3 Idus Februarij.	438
	Eodem tempore Gundicarium Burgundionū regem intra	

Q 2 Gallias



OP. LIB. B. C. S. M.

PROSPERI A QVITANICI

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	Gallias habitantem Aëtius bello obrinuit, pacemq; ei supplicanti dedit, qua non diu potius est. Siquidem illum Huni cum populo suo atq; litpe deleuerunt.	
13	Iudoro & Benatore coss. Gothi pacis placita perturbât, & pteraq; municipia sedibus uicina suis occupant: Narbonensi oppido maxime infesti, quod cum diu obsidione & fame laboraret, per Littorium Comitem ab utroq; periculo liberatus est. Siquidem per singulos equites binis tritici modijs aduectis, strenuissime & hostes in fugam uerit, & ciuitatem annonâ impleuit.	439
14	Aëtio II & Sigisualto coss. Bellum aduersus Gothos Hunis auxiliantibus geritur. Geisericus rex Vandalorum intra habitationis suae limites uolens catholicam fidem Ariana impietate subuerrere, quosdam nostrorum Episcoporum catenus persecutus est, ut eos priuato iure Basilicarum suarum etiam ciuitatibus pelleret, cum ipsorum constantia nullis superbissimi regis terroribus cederet. Valentinianus Augustus ad Theodosium principem Constantinopolim profectus, hancq; eius matrimonium accipit. Eodem anno Piraticam Barbarorum foederatorum desertores exercuerunt.	440
D	Per idem tempus quatuor Hispani uiri Arcadius, Probus, Paschalius & Eurychus, dudum apud Geisericum merito sapientiae & fidelis obsequij clari habebantur, quos rex ut copulatores sibi faceret in Ariam sectam transire praecipit. At illi facinus constantissime respuentes, excitato in rapidissimam iram Barbaro, primum proscripsi, dein de in exilium acti, tum atrocissimis cruciatu supplicijs, ad postremum diuersis mortibus interempti, illustri martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem Paululus nomine frater Paschalijs & Eurychij, pro elegantia formae atq; ingenij admodum regij acceptus, a professione atq; more catholicae fidei cum nullis minis deturbari posset, diu tultibus casus ad infamem seruitutem damnatus est, nec ideo ut apparet interfectus, ne superata seuita impij regis etiam illa aetas gloriaretur.	
15	Theodosio XVI & Fausto coss. Hoc quoq; anno iudei Piratae multas Insulas, sed praecipue Siciliam uastauerunt. Aduersum Gothos in Gallia quaedam prospere gesta.	441
16	Theodosio XVII & Felto coss. Littorius qui secunda ab Aëtio Partitio potestati Hunis auxiliantibus praerat, dum Aëtij gloriam superare appetit, dumque aruspicum responis et demonum significationibus fidit, pugnam	

cuza

CHRONICON.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	cum Gothis imprudenter conseruit, fecitq; intelligi quantum illa eorum quae perijt manus prodelle potuerit, si potioribus consilijs quam sua temeritate uti maluisset, quando tantam ipse hostibus cladem intulit, ut nili inconsideranter praetians captiuitatem incidisset, dubitandum foret cui potius parti uictoria ascriberetur. Hac tempestate Iulianus Athelenensis iactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis spem praefrens, molitus in communionem ecclesiae irrepere: Sed his insidijs Sixtus Papa Diaconi Leonis horratu uigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit, & ita omnes catholicos defectione fallacis beatae gaudere fecit, quali tunc primum superbissimam haeresim apostolicus gladius denuncasset. Per idem tempus Vitricus reipublicae nostrae fidelis multis documentis bellicis clarus habetur. Pax cum Gothis facta, cum ea post ancipitis pugnae lachrymabile experimentum humilius quam unquam ante poposcissent. Aëtio rebus quae in Gallijs componebantur intento, Geisericus de cuius amicitia nihil metuebatur, 4 Cal. Nouembris Carthaginem dolo pacis inuadit, omnesq; opes eius excruciatu diuerso tormentorum genere ciuibus, in ius suum uertit. Nec ab ecclesiarum despoliatione abstinens, quas & sacris ualibus exinanitas, & sacerdotum administratione priuatas non iam diuini cultus loco, sed sitorum iussit esse habitacula. In uniuersum captiui populi ordinem laeuis, sed praecipue nobilitati & religioni insensus, ut non discerneret hominibus magis an deo bellum intulisset. Carthago a Vandalis capta, anno postquam Romana esse ceperat 585, alias 583.	
17	Valentiniano V Augusto & Anatholio coss. defuncto Sixto Episcopo, XL amplius diebus Romana ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atq; patientia aduentum Diaconi Leonis expectans, quae nunc inter Aetium & Albinum amicitiae redintegrandae Galliae detinebant, quasi ideo longus esset aduentus, ut electi meritum & eligentium iudicium probaretur. Igitur LEO Diaconus legatione publica accitus & gaudenti patriae praesentatus, XLIII Romanae ecclesiae Episcopus ordinatur. Geisericus Siciliam grauius affligens, accepto nuncio de Sebastiano ab Hispania ad Africam transeunte, celeriter Carthaginem redijt, ratus periculosum sibi ac suis fore, si uir bellandi peritus recipiendae Carthagini incubuisset:	443

Q 3 uerum

PROSPERI A Q V I T . C H R O N I C O N .

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
	uerū ille amicum se magis quam hostem uideri uolens, diuersa omnia apud Barbaros quam pręsumperat reperit, eaq; spes causa illi maxima & calamitatis & infelicis mortis fuit.	
18	Cyros III Consule, Theodosius Imperator bellum contra Vandalos mouet, Ariouinda & † Anaxilla atq; Germano ducibus cum magna classe directis, qui longis cunctationibus negotium differentes, Sicilia magis oneri quam Africę pręsidio fuerunt.	444
19	Diotoco & Leudoxa coss. Hunis Thraciam & Illyriam cum læua depopulatione ualantibus, exercitus qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientaliū partiū reuertitur. Cum Geiserico autem ab Augusto Valentiniano pax confirmata, & certis spacijs Africa inter utrunq; diuisa est. In Geisericum apud suos desitcesu rerum superbientem quidam opumates ipsius conspirauerunt, sed molitione detecta multi ab eo supplicijs excruciatī atque extincti sunt. Cumq; idem audendum etiam alijs uideretur, multis regis suspicio exitio fuit, ut hac sui cura plus uitriū perderet quam si bello superaretur.	445
5640 20	Maximo II & Parerio coss. Hoc tempore plurimos Manichæos intra urbem latere diligentia Papa Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos, & oculis rotis ecclesię publicatos, omnes dogmatis suę turpitudinem & damnare fecit & prodere, incensis eorum codicibus, quorum magnæ moles fuerunt intercepit. Quæ cura uiro sancto diuinitus, ut apparuit, inspirata, non solum Romanę urbi, sed etiam uniuerso orbi plurimum profuit. Siquidem confessionibus in urbe captorum, qui doctores eorum, qui Episcopi, qui ue presbyteri, in quibus prouincijs uel ciuitatibus degerent, patefactum est. Multiq; Orientalium partium sacerdotes industriam apostolici rectoris imitati sunt.	446
21	Theodosio XVIII & Albino coss. Attila rex Hunorū Bledam fratrem & consortem suum perimit, eiusq; populos sibi parere compellit.	447
22	Valentiniano VI, & Nono coss.	448

PROSPERI A Q V I T A N I C I F I N I S .

L E C T O R I .

Q V Æ sequitur, ex Mathæi Palmerij Florentini, uiri quidē diligentissimi, libro de Tēporibus, ad uerbū sumus mutuati. Cuius sanē libri antecedentiā eo consilio scribenda esse non putauimus, quod ferē omnia horū librorū ex superiorib. sint excerpta. Ne uerō subinde eadem ad legentis tediū infarcirentur, cōsultō omisimus. Ea uerō quæ nō inmeritō poterāt à Lectore desiderari, operæ precii fore rati sumus, si ad continuandā in præsentē usq; ferē diē historiam, apponerentur.

MATTHÆI

94
MATTHÆI PALMERII FLORENTINI

MATTHÆI PALMERII FLORENTINI TEMPO-

RVM ET HISTORIARVM

CONTINVATIO.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Salutis.
5	EVTYCHIANA hæretis Constantinopoli exoritur, autore Eutyche presbytero, qui a Fabiano Constantinopolitano Episcopo damnatus est. Ob quam damnationē annuente Theodosio Imperatore Synodus apud Ephesum indicta, in qua Dioscoro Alexandrino Episcopo præidente Eutyches reituitur, Fabianus uero damnatur.	22	37	449
6	Romani Gothis uictis atrocissimum bellum cum Hunis commiserunt in Gallijs, in quo superatis Hunis supra 1600 cædunt. Theodoricus quoque Gothorum rex in eo prælio occiditur. Post quem † Theodorismus in regnum suscipitur.	23	38	450
7	Attila Hunorum rex in Pannonijs reparato exercitu Italiam inuadit & Aquileiam oblidet. Septem dormientes, qui apud Ephesum in specu claudi post annos CXCII. specu diuinitus patefacto surgunt à somno, & coram Theodosio III. de resurrectione de qua dubitabatur certificantes, iterum in Christo obdormiunt.	24	39	451
8	Galli Britanniam hostiliter ingressi igne et ferro omnia uastates subegerunt.	25	40	452
9	Theodosius iunior Constantino poli moritur.	26	41	453

Q 4 MARTIA



OPAEVSBCE SRI



OPAEVSBBE S...

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis.	Orientis.	
				MARTIANVS IX in Oriente annis 7.	
	10		27	1	453
	Terraemotus assidui cometae & signa uaria apparuerunt in caelo. Attila post longam oblidionem capta Aquileia, Vincentiam, Veronam, Mediolanum, atque Ticinum pariterrore peruadit, & multa oppidorum caede diripit. Exanimata itaque terribilissimo hoste prouincia, & confugientibus undique ex conuicinis urbibus populis, & per proximam paludem conlilere atque latere conantibus, in extrema penes Adriatici sinus ora ubi intra paludem campus affurgebat, plurimi conuenerunt, ibique excecato quotidie de industria solo manliones munere, quas a comuni prouincia unde conuenerant uocabulo Venetias dixere.				
D	11		28	2	454
	Synodus Chalcedonensis congregata Episcoporum DC, in qua Eutyces & Dioscorus Alexandrinus Episcopus damnant, & omnia que in Ephelina Synodo firmanunt, irritum deducuntur. Attilam post miserabilem Venetic cladem a Leone Pontifice exoratum, & ad sua regna reuersum, rursusque Italiam inuadere factantem, sanguis e naribus fluens repente necauit.				
	12		29	3	465
	Aetius Patritius uir bellicosissimus, & Attilae quondam terror suorum inuidia acculatus, Valentinianni uultu interficitur. Valentianus a suis Romae est interfectus.				

Maximus

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores		Anni Salutis.	A
		Occidentis	Orientis		
	13	30	4	456	
	Maximus imperium occupat, & Eudoxiam Valentinianni quondam uxorem per uiolentas nuptias coniungit. Ob quam causam Vandali ab Eudoxia prouocati sub Geiserico rege Carthagine Italiam aduersum Romam intrarunt & dilanatum Maximi corpus in Iberim proferunt, LXX die postquam regnum inuaserat, omniaque hostili more deinde depradantes, cum ingenti captiuorum numero, & cum Eudoxia Imperatoris uxore in Africam remearunt.				
		† MAIORANVS Imperatorum XVIII apud Rauennam regnauit annis 4.			† Maiorianus.
	14	1	5	457	
	Gothi ingenti cum exercitu Hispaniam ingressi.				
	15	2	6	458	B
	Paulinus Nolanæ urbis Episcopus piensissimus habetur, qui postquam sua bona in redimentis captiuus conuimpierat, se te Barbaris pro recuperando uiduae filio in seruitute dedit.				
	16	3	7	459	
	LEO X in Oriente annis 16.				
	17	4	8	460	
	MAIORANUS occiditur. SEVERVS Rauennæ tyrannidem ulurpat annis 4.				
1660	18	1	2	461	
	Acephalorum heretis subleuatus, Chalcedonense impugnans Concilium.				
	19	2	3	462	
	20	3	4	463	† Beorgar.
	† Biorgius Alanorum rex infesto exercitu Italiam ingreditur, & non longe a Bergamo superatus occiditur.				
	21	4	5	464	
	Seuerus Romæ diem obiit. Pont. XLV. HILARIUS annis 6, mensibus 3, diebus 10. ANTHEMIVS Romæ regnauit annis 4.				

Seruandus

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Salutis.
	1		6	465
	1. Seruandus Gallorū Præfectus regnū inuadere tentās, Anthemij iul- su in exilium agitur.			
	2		7	466
	2. Patritius Romanus imperio inhi- ans iubente Anthemio capite trun- catur. Genserico iterū in Italiam cum ex- ercitu nauigante Asilicus Patritius illum nauali prælio superauit, & re- dire Carthaginem compulit.			
	3		8	467
	3. Aspar patritius filium suum in Ori- ente Cæsarem facit, contra quem Leo reuocato ē Sicilia uictore ex- ercitu illum cum domo sua deleuit.			
	4		9	468
	4. Anthemius à Ricimere Patritio ge- nero suo occiditur: ipse uerò Ricim- er tribus mensibus post moritur. OLYBRIUS regnauit mensib. 7.			
	5		10	469
	5. Olybrius Placidiam Valentiniani filiam uxorem accepit. LICERIVS Olybrius Gundibarum nepotem post Olybrium Rauen- suum Patritium facit, & paulopost ne tyranni- diem obiit. dē inuadit Langobardorum IIII regnat Hel- dehoc Labæ filius annis 4. anno 1.			
† Glicerio	6		11	470
	6. † Licerius à Nepote Patritio regno expulsus in Dalmatiam proficisci- tur, & Salonensium Episcopus or- dinatur. NEPOS Patri- tius regnū inuatit die- bus 56.			
† Eurico.				
	Nepos Patritius intercedente Epi- phanio Ticinēsi Episcopo cū † Eri- cio Vuilgothorum rege fœdus fa- cit. Nepos Patritius Rom. Nepotiani filius, 56 sui regni die, ab Oreste pa- tricio priuatur, & Augustus eiusdē Orestis filius in eius locum assumi- tur.			

Pont.

CHRONICON.

96

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Salutis.
		Pont. XLVI. SVLPITIVS an- nis 15. AVGVSTVS. LVS in Occidēte regna- uit anno 1.		
5670	1		12	471
	1. Orestes patritius cum † Genserico Vandalorum fœdus inijt. Odoacer Furdilingorum & Heru- lorum maximis copijs in Italiā in- greditur, & Orestem Patritium a- pud Ficinum superatū interficit. Post cuius mortē Augustulus spō- te purpuram deposuit, & in priua- tum se modum recepit. Odoacer Italiam occupat, et 14 annos pot- est, quibus sibi & suis tertiā agro- rum partem diuitur. Imperium occidentale defecit annis 330.			
	2		13	472
	3		14	473
	4		15	474
	5		16	475
	2. Langobardorum V. Godehoc an- nis 12. 3. Leo moriens Leonem ex filia ne- potem Imperatorem reliquit, qui non multo post natura cōcedens patri suo Zenoni Imperium con- cessit. ZENOXI in Ori- ente annis 17.			
	6		17	476
	6. Odoacer † Filectem Rhugorum regem in Germania superatum oc- cidit, & maxima præda atq; ingen- ti captiuorum numero in Italiam reuertitur. Langobardi nouarū sediū audi, Rhugorū regionem eo quod ferti- lis & penē deserta esset, sub Go- dehoc eorum rege occuparunt.			
	7		18	477
	7. Vernia Augusta socrus Zenonis per eius absentiam Basilicum fra- trem suum Imperatorem appella- uit, qui paulo post Marcum filium Cæsarem fecit, sed rediens Zeno illos in Cappadociam expulit, ubi uitam finire.			
	8		19	478
	9		20	479
	10		21	480
				Zeno

† Genserico
legitur ali-
as in uerba
siorib. et
Genserico
cus.

B

† Phœbæ.



OPAEVSIBBCE SRI

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis.	Orientis.	
568c	11	Zeno Imperator Theodoricū Gothorum regem iam antea apud se magno in honore habitum ad liberandam Italiam cōtra Odoacrum cum ingentibus copijs milit, a quibus Odoacri duces non procul	10	6	481
	12	ab Aquileia super Dantiū am =	11	7	482
	13	nem post acerrimam pugnam pro-	12	8	483
	14	fliguntur.	13	9	484
	15	Odoacer plurimis pralijs a Go-	14	10	485
		this primo superatus, & Rauennæ triennio obfessus, Theodoricū tandem sociū dominationis recepit, a quo nō multa post ad cœnam in uitatus occiditur.			
		Theodoricus & Gothi qui cum eo erant, contra Imperatoris uoluntatem sub diuersos reges Italiam se ueriori dominio possederunt annis 70.			
		Langobardorū v. l. regnauit Daphon annis 5.			
		Pont. XLVII. FELIX II. annis 9.			
5690	1	Fulgentius scientia & fide clarus	15	11	486
	2	habetur.	16	12	487
	3		17	13	488
	4	Plurimi Episcopi ab Ariant in Africa exilio damnati, in Sardiniam mittuntur.	18	14	489
	5	Langobardorū v. l. regnauit Thātus annis 10.	19	15	490
	6	Theodoricus ut sui regni uires stabiliret, Adelphedā Francorum regis filiā, & principibus q cū eo erāt ex eadem stirpe uxores copulauit.	20	16	491
	7	Zeno Constantinopoli uitam finit.	21	17	492
	8	Thantus Langobardorum rex Herulos ad internitionem usque deleuit, & Rodolphum eorum re-	22	18	493
				ANASTASIVS XII in Oriēte annis 26.	

gem

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis.	Orientis.	
		regem cepit atq interemit.			
	9	Episcopi qui in Africa catholicis præerant ecclesijs, a Transmundo Vandalorum rege in Sardiniam iterum relegantur.	23	2	494
		Pont. XLVIII. GELASIVS annis 4. mensibus 8. diebus 16.	24	3	495
	2	Manichæi iterum Romæ damnati, & eorum codices combusti.	25	4	496
	3		26	5	497
	4		27	6	498
	5		28	7	499
		Pont. XLIX. ANASTASIVS II, annis 2.			
	1	Vuacon tantum patrum suū interemit, & Longobardorum regnū inuadit annis 18. hic contra Gepidas bellum intulit, & Sueuos uicit.	29	8	500
		Hi octo Longobardorū reges ex eadem familia quam Litingos dicebant, fuerunt.			
5700	2	Pont. L. SYMMACHVS annis 15, mensibus 8.	30	9	501
	1	Discordia in ecclesia orta sunt, in quibus pars sacerdotum Laurentium in Pontificem elegit, cuius rei gratia Romani diuiduntur & Rauennæ coram Theodorico Concilio habito Symmachus in apostolicam sedem confirmatur.	31	10	502
	2		32	11	503
	3		33	12	504
	4		34	13	505
	5		35	14	506
	6		36	15	507
	7		37	16	508
	8		38	17	509
	9	Apud Carthaginem Olympium quendam Episcopum Ariantum, in balneis sanctam trinitatem blasphemantem tribus igneis saculis angelo mittente trisibiliter combustum ferunt.	39	18	510
5710	10		40	19	511
	11		41	20	512
	12	Boethius Senatorius uir ob suspicionem affectatę libertatis a Theodorico exilio damnatus, moxq carere trusus plura conscribit.	42	21	513
	13		43	22	514
	14	Theodoricus qui in Italia dominabatur per hæc tempora S-	44	23	515

R ciliam



OPAEVSBIBLIOTHECA

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
				Occidentis	Orientis	
			ciliam cum adiacentib. insulis suo regno adiecit, & Dalmatiam sibi subditam fecit,			516
	15		subditam fecit,	45	24	516
		16	Pont. LI. HORNUSDA annis 9.	46	25	517
			Longobardorum IX Vuataris Vuaconis ex filia nepos regnavit annis 7.	47	26	518
			Anatolius fulmine ictus, interijt.			
					IVSTINIA	
					NVS maior XIII in Oriente an. 9.	
						519
		2		48	1	519
		3	Vandalis post Transmendum regē regnavit Hildericus eius filius ex Valentiniiani Imperatoris captiva filia genitus.	49	2	520
	5720	4	Boethius iam pridem exilio reuocatus, & prætorio Præfectus Theodoricus iussu simul cum Symmacho senatore & cum alijs præstantibus uiris interficitur.	50	3	521
D						
		5	Theodoricus Gothorum rex qui in Italia dominabatur, Rauenne uitam finit.	51	4	522
			Athalaricus puer Theodoricus ex filia nepos cum Amalasuenthala matre in regno successit annis 10.	52	5	523
		6		53	6	524
		7	Brigida uirgo pœnitentia clara in Scotia moritur.	54	7	525
		8	Antiochenæ ciuitatis pars maxima terræmotu corruit.			
			Longobardorum X. Aduinus annis 18.			
			Hic fuit qui Gepidas uicit, & Longobardos in Pannoniam duxit.			
		9	Pont. LII. IOANNES annis 2. mensibus 10.	55	8	526
			Iustinus admodum senex Iustiniano sororis suæ filio Imperatore consti-	56	9	527

tore consti-

C H R O N I C O N.

98

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.	
			Occidentis.	Orientis.		
		tore constituto naturæ concessit.		IVSTINIA		
				NVS XIII in Oriente		
				annis 38.		
		2		57	1	528
		3	Ioannes Pontifex Rauenne carcere maceratus interiit.	58	2	529
			Pont. LIII. FELIX III, annis 4. mensibus 3. dieb. 13.			
		1	Belisarius patritius de Persis triumphat Iustiniano Imperatore iubente.	59	3	530
			Longobardi Pannoniam ingressi eam prouinciam habitarunt annis 42.			
5730		2	Iustinianus sparsas multis uoluminibus antiquis Romanorum leges per hæc tempora colligit, & ad uoluntatem renouatas sancit.	60	4	531
		3	Athalaricus Gothorum rex obiit ætatis anno 28. Post quem Amalasuenthala mater eius Theodati consohrinum suum regni socium assumit, qui mox ut solus regnaret eam necare iussit & regnū tenuit annis 5.	61	5	532
		4	Belisarius à Iustiniano in Africā cū exercitu missus, Vandalorum gentem deleuit.	62	6	533
			Pont. LIII. BONIFACIUS XXIX annis 2.			
		1	Benedictus monasterij motis Cassini Abbas & regulator, summa uitæ continentia laudatur.	63	7	534
		2	Petiscianus Cæsariensis celeberrimi nominis Grammaticus, claret.	64	8	535
			Pont. LV. IOANNES II annis 2. mensibus 4.			
		1	Maurus beati Benedicti discipulus, in Gallia ob uitæ continentia ueneratur.	65	9	536
		2	Iustinianus per Mundum sui exercitus ducem Dalmatiam inuadit,	66	10	537

R. 2 & Salo-



OPA. LVS. B. C. E. S. R.

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni		Imperatores		Anni
	mundi.	Pont.	Occidentis.	Orientis.	
	10	Langobardi ingenti multitudine cum filijs & uxoribus, & alijs barbaris nationibus sub Albuino eorum rege Italiam per Sirmium ingressi, eam possederunt annis 204.	101	7	574
	11	Narjes moritur, & eius cadauer Constantinopolim deportatur.	102	8	473
	12	Armenij fidem Christi publice receperunt.	103	9	574
	13	Venetia Galliaq; omnis cis alpes a Langobardis antea est possessa prater Papiam: quæ cum per triennium oblidionem sustinisset, hoc tandem anno deditur Albuinus rex ab alpijs in rieturiam, & utque Rauennam Italiam adeptus, dolo uxoris Rauennæ interuenit. Langobardorum XII. regnauit Daphon anno 1, mensibus 7. Plurimi proceres & populi multitudinis ciuitatū Italia, Langobardorum tenuitā fugiētes, & ad Venetias declinantes se tutauerunt. Pont. LXI. BENEDICTVS annis 4.	104	10	575
D	1	Iulianus Tiberium in filium adoptauit, & Augustum appellauit, nec multo post amens effectus, & pedum dolore grauatus interiit.	105	11	576
	2	TIBERIVS Christianæ bonitatis uir fuit, & adeo in pauperes beneficus, ut imperij thesauros larga eis manu exhiberet.	106	1	577
	3	Daphon diem obiit, post quem decem annos Langobardi sine rege fuere, in quibus per uarios duces omnem fere Italiam subegere, præter urbem Romam, quam in huius gentis potestatem nunquam deuenisse constat.	107	2	578
	4	Pont. LXII. PELAGIVS an. 11.	108	3	579

Gollu

CHRONICON.

101

Anni	Anni		Imperatores		Anni
	mundi.	Pont.	Occidentis	Orientis	
	1	Gothi hispaniam diuisi, multa caede uastantur.	109	4	580
5750	2	Langobardi Alpes transgressi in Galliam ruunt, & magna exacta præda, ac ingenti captiuorum numero in Italiam reuertuntur.	110	5	581
	3	Fiberius Mauricium generum suum Imperatorem facit, parumq; post moriens bona pace quiescit.	111	6	582
	4	Gregorius uir ingenij dignitatisq; gratia autoritate magna præditus, plura pro Christiana religione conscribit.	112	7	583
	5	Mauricius Armenos & Perlas per Præfectos debellat.	113	8	584
	6	Diluuiū ingēs, præsertim apud Venetias & Ciguriā Calendis Octobris, & magna tonitrua, & Romæ maxima pestis secuta est serpentū foetore ad littora prosectorum. In Nili fluuio animalia masculina ac foemina uisa sunt, que utique ad lumbos humanā effigiem præterdebant, & adiurata per deum à mane usq; ad nonam se uidentia præbuerunt.	114	9	585
	7	Langobardi regem sibi præficiunt Antharium Daphonis filium, qui Flauus dictus est, à quo Flauij deinde reges sunt cognominati. Fuit hic rex tredecimus, & regnauit annis 7. Ex decreto Pelagij 11 fit in Grado Synodus Episcoporum XX. ubi constituitur Gradentis sedis patriarchatus totius prouinciæ Venetiæ metropolis translata sede Aquileiense in Gradum. Quod etiam à Tiberio Augusto confirmatur.	115	10	586
	8	Langobardi Romam obsidentur.	116	11	587
	9	Langobardi Romam obsidentur.	117	12	588
	10	Langobardi Romam obsidentur.	118	13	589

tes alsiduis



OP. A. L. V. S. B. C. S. M.

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis.	Orientis.	
	1	Consentiente Phoca institutum fuit, ut ecclesia Romana caput esset ecclesiarum omnium, cum prius Constantinopolitana id usurpare tentasset.	136	4	607
		Pont. LXVI. BONIFACIUS III, Marfus, annis 7.			
	1	Apud Persas grauisissima praelia excitantur, in quibus Romani superati nonnullas prouincias amiserunt.	137	5	608
	2		138	6	609
	3	Cacanus Hunorum rex per Panoniam atque Illyricum magno exercitu collecto Italiam ingreditur, & Praefectus quosdam Longobardorum superat atque capit. Tunica domini nostri Iesu Christi in Zaphat ciuitate inuenta Hierusalem reponitur.	139	7	610
		Ioannes Alexandrinus Patriarcha, eleemosynarius nominatus, sanctitate claruit.			
5810	4	Phocas ab Heraclio patritio occiditur.	140	8	611
				HERACLIVS	
			XIX, in Oriente cum Constantino filio suo annis 19.		
	5	Sisebutus apud Gothos regnare est ortus.	141	1	612
	6		142	2	613
	7	Cosdra Persarum rex Iudaeam Romanis adimit, Hierosolymam inde depradatus, cum innumerabili captiuorum multitudine Zachariam quoque eiusdem ciuitatis Patriarcham ducens, & sacratissimum crucis lignum, in quo salus mundi pependerat, secum portans, in Persas reuertitur.	143	3	614
		Pont. LXVII. DEVS DEDIT			
	1	Romanus annis 3.	144	4	615
	2	Sisebutus Gothorum rex plures Hispaniae ciuitates, quae	145	5	616

ad Romanos

CHRONICON.

103

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis.	Orientis.	
		ad Romanos defecerant, recepit, & Iudaeos qui in suo regno morabantur grauioribus poenis ad fidem Christi conuertit.	146	6	617
		Pont. LXVIII. BONIFACIUS V, Campanus, annis 5.			
	1	Theodeberto Francorum rege per seditionem interfecto, magna in ea prouincia subsequuntur bella.	147	7	618
		Longobardorum XV regnauit Adolaldus Agilulphi filius, et cum eo Theodelinda mater sua an. 10.			
	1		148	8	619
	3		149	9	620
5820	4		150	10	621
	5		151	11	622
		Pont. LXIX. HONORIUS Campanus, annis 13.			
	1	Mahumetes magnam se aeterni dei Prophetam dicens, multos Asiae atque Africae populos commouit, quos noua religione imbuens, Saracenos ex dei praeepto uocari dicebat a Sara legitima uxore Abrahamae, quali legitimo diuinae promissionis successores.	152	12	623
	2	Heraclius deuictis Persis Zachariam Patriarcham recepit, & crucem dominicam Hierosolymis rediit. Ob solennitatis memoriam exaltatio sanctae crucis coepta est celebrari.	153	13	624
	3		154	14	625
	4	Ilidorus Hispalensis Episcopus, uir scientia clarus floret.	155	15	626
	5		156	16	627
	6	Bellum graue cum Saracenis geritur in Iudaea, in qua timens Heraclius, crucem dominicam Constantinopolim transtulit.	157	17	628
		Adolaldo a Longobardis electo, regnum eorum accepit Arionaldus rex XVI, annis 12.			
	7	Arionaldus rex Longobardorum XVI, annis 12.	158	18	629

S Mahumetus



OPAEVSIBCE S

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis	Orientis	
	1		171	2	642
			Heracleonas in exilium mittitur una cum matre sua Martina, & regnum assumit Conitans Constantini Heraclij filius, in Oriente X XII, an. 27.		
			Pont. LXXII. THEODORVS		
	1		172	1	643
	2		173	2	644
	3		174	3	645
			Defuncto Hyfancio Italiae Hexarcho Conitans in eius locum mittit Theodorū cognomēto Caltopam,		
	4		175	4	646
			Rhotarius Langobardorum rex, suarum legum codices scribi fecit, quos Edictum appellauit, a quo tempore supra sine scripta lege Langobardi fuerant.		
	5		176	5	647
	6		177	6	648
			Saraceni maximam Africae partē occupant.		
			Pont. LXXIII. MARTINVS		
	1		178	7	649
D	2		179	8	650
			Equilum ex multitudine incolarū Heracliae constructur, sitq; episcopalis sedes.		
5850	3		180	9	651
	4		181	10	652
			Concilium Romae celebratur Episcoporum CC, in quo Paulus Constantinopolitanus Episcopus, haereticus declaratus damnatur.		
	5		182	11	653
			Conitans propter Pauli damnationem Martino Pontifici & Theodoro Hexarcho infensus Theodorum reuocat, & in eius locum contra Martinum Olympium mittit, q; cū in Sicilia deuenisset interijt.		
	6		183	12	654
			Martinus in exilium ob damnationem Pauli a Conitante missus, parum post moritur. Theodorus Caltopa iterum Hexarchus Italiae a Conitante mittitur.		
			Pont. LXXV. BVGENIVS Romanus		
	1		184	13	655
	2		185	14	656
			Langobardorum XVIII, regnauit Rhodoaldus Rhotarij filius annis 15.		
	3		186	15	657

Pont.

CHRONICON.

105

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores		Anni Salutis.
		Occidentis.	Orientis.	
		Pont. LXXVI. VITELLIANVS		
	1	187	16	658
	2	188	17	659
	3	189	18	660
5860	4	190	19	661
		Aripertus annis 9.		
	5	191	20	662
		Conitans in Italiam contra Langobardos nauigās Tarentum applicuit, & inde pedestri uadēs itinere, in agro Beneuentano cum Langobardis cōflixit, & nonnullas ciuitates recepit, Luceriamq; ad solum subuertit, inde uerò cū confluentibus undiq; Langobardis parum proficeret, indutijs finitis per quas Romam ingressus solennia quaedam cum Vitelliano peregit, nec multo post reuersus Tarentum in Siciliam mox inde nauigauit.		
	6	192	21	663
	7	193	22	664
	8	194	23	665
	9	195	24	666
	10	196	25	667
	11	197	26	668
	12	198	27	669
		Conitans adhuc in Sicilia degens non longe à Siraculis in balneo a suis occiditur. Post cuius mortem Mezentius a militib. Imperator creatur, cōtra quem Constantinus Constantis filius in Sicilia nauigans, filium & patris sui interfectores interemit.		
				CONSTANTINVS Constantis superioris filius in Oriente
		XXIII an. 17.		
	13	199	1	670
		Langobardorum XX regnauit Gundipertus annis 1, mensibus 3. Hic cū fratre suo Bertario, qui Mediolanum tenebat, contendens, Grimoaldum Beneuentanorum ducem cum exercitu acciuit, a quo paulo post interfectus & Bertarius in Pannoniā fugit Grimoaldus uero XXI regnum occupauit annis 9.		
5870	14	200	2	671
		Constantinus Heraclium & Tiberium fratres suos in consortiū regni accepit.		
	15	201	3	672
		Ticinum pestilentia primum fere		

S 3 depopu.



OPERA BYSIBO...

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Salutis.
				depopulatum, & tandem per annum derelictum est.
	Pont. LXXVII. ADEODATVS			annis 4, mensibus 2.
	1	202	4	Ignis maximo populorum terrore per decem dies in caelo emisit.
	2	203	5	cuit.
	3	204	6	Saraceni Siciliam ingressi, præda onusti in Alexandriam rediere.
	4	205	7	Stella maximis radijs per tres menses apparuit.
	Pont. LXXVIII. DONVS ANNIS 3.			
	1	206	8	
	2	207	9	
	3	208	10	
	Pont. LXXIX. AGATHO ANNIS 4.			
	1	209	11	Grimoaldus Langobardorum rex Beneuenti moritur, ob uenenum malum quod medici adhibuerant ad comprimendam sanguinis ebriatio fluentis uim.
				Langobardorum XXII regnauit Garibaldus Grimaldi filius mensibus tribus, post quem XXIII regnauit Pertarthus solus annis 8, mox cum Iuniperto filio suo annis 10.
5880	1	210	12	Rauennatum ecclesia olim rebellis ad obedientiam Romanæ sedis pie reuertitur, Theodoro eidem ecclesie præidente.
	3	211	13	Concilium apud Constantinopolim contra Macariū Episcopum, & pro ecclesiarum unione celebratur, ad quod Agatho doctus Christiani dogmatis uiros milit.
	4	212	14	Pestilentia ingens Romæ, & per uicinas ciuitates defauit.
	Pont. LXXX. LEO II, anno uno.			
	1	213	15	

Pont.

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Salutis.
	Pont. LXXXI. BENEDICTVS II, anno 1.			
	1	214	16	Aegyptiorum maxima multitudo Africam ingressa Carthaginem prius depopulatur, mox illam pene diruit.
	Pont. LXXXII. IOANNES V, anno 1.			
	1	215	17	Constantinus Constantinopolim ritur.
	Pont. LXXXIII. CONO MEN SIBUS 2.			IVSTINIA nus Constantinus filius XXIII in Oriente an. 10.
	1	216	1	Hexarchus Italiae post Theodorū constituitur Ioannes. Theodorus & Patricialis per contentione Pontifices sunt electi.
				Verum cum neuter alteri celsisset tertius eligitur Sergius, qui Pontificatum tandem obtinuit.
	Pont. LXXXIII. SERGIVS ANNIS 10.			
	1	217	2	Pertarthus cum iam regnasset Langobardis annis 7, Iunipertum filium consortem regni fecit, regnauitq; cum illo an. 10.
	2	218	3	Iustinianus recepta Africa, quam Aegyptij occupauerant, cum illis pacem firmauit.
	3	219	4	
	4	220	5	
	5	221	6	
	6	222	7	Beda uenerabilis presbyter Graeca Latinaq; lingua eruditus, multa pro Christiana religione confersbens clarus habetur.
	7	223	8	
	8	224	9	Discordiae inter Iustinianum imperatorem & Sergiū Pontificem uigebant.
	9	225	10	Iustinianus a Leone imperio exutus in exilium in Pontum mittitur.
				LEO XXV in Oriente annis 3.
	10	226	1	

S 4 Pont.



OPAEVSBCE S R

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores		Anni Salutis.	
			Occidentis.	Orientis.		
		Pont. LXXXV. LEO an. 3.				
		Leo Romanis tantum in Pontificem fuit electus, & ideo nomini numerum non facit, quia quidam illum inter Pontifices non computant.				
	1	Langobardorum XXIIII. Iuniper	227	2	698	
	2	tus solus annis 12.	228	3	699	
			TIBERIVS			
			XXVI in Oriente an. 7.			
	3		229	1	700	
		Pont. LXXXVI. IOANNES VII				
	1	annis 3. mensibus 3.	230	2	701	
	2	Theophilatus in Italiam Hexarchus uenit.	231	3	702	
	3	Gisulfus Langobardorum militum dux, agrum Beneuentanum diripit, & maximas per Campaniam agit prædas.	232	4	703	
		Pont. LXXXVII. IOANNES VIII, annis 3.				
D	5900	1	Cum apud Cassinum ubi sacrum beati Benedicti corpus quiescebat, uasta solitudo esset, quidam ex Gallia uenientes, eius et germanæ suæ Scholasticæ corpora in Galliam secrete detulerunt.	233	5	704
		2	Iustinianus Tiberium timens ex Ponto refugit ad Persarum regem, a quo benigne honorificeque receptus, sororem eius uxorem accepit, & eiusdem regis auxilio in regnum tandem restitutus regnauit annis 6.	234	6	705
		3	Pont. LXXXVIII. ZOSIMVS diebus 20. aliis solum 10.	235	7	706
				IUSTINIA nus iterum		
		Pont. LXXXIX. CONSTANTINUS annis 7.	XXVII in Oriente an. 6.			
	1	Romæ tres annos durauit fames.	236	1	707	
	2	Iustinianus per Theodorum patrum Prefectum suum Rauennam oblidet.	237	2	708	
	3		238	3	709	
	4		239	4	710	

Langob.

CHRONICON. 107

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores		Anni Salutis.	
		Occidentis	Orientis		
		Langobardorum XXV. Liupertus Liuperti filius, pater, cui pater Aspirandum tutorem dederat, regnauit mensibus 8.			
5910	5	Rampertus Gundiperti filius Aspirandum superat, & Langobardorum regnum inuadit, & eodem anno moritur.	240	5	711
		Constantinus Pontifex a Iuliano no euocatus Constantinopolim nauigauit, & parum ibi commoratus Romam reuertitur.			
	6	Langobardorum XXVII. Arripertus Ramperti filius an. 11. Philippus ab exercitu Imperator in Ponto electus, Iustinianum & filium suum Tiberium interimit.	241	6	712
			PHILIPPVS		
			XXVIII in Oriente annis 2.		
	7	Pont. XC. GREGORIUS II. an. 17.	242	1	713
		Anastasius Philippum in priuatum redigens modum, imperium in se transtulit.	243	2	714
			ANASTASIVS XXIX in Oriente annis 3.		
	2	Aegidius scientia & sanctitate clarus habetur.	244	1	715
	3	Theodolus ab exercitu imperatoris iulii Anastasium repulit.	245	2	716
	4		246	3	717
			THEODOSIVS XXX in Oriente annis 10.		
		Tiber immense aduersus ripas excessit, aruaque diripuit, & in Romanas urnes plures domos subuertit.			
	5	Theodolus a Leone imperio depositus sacerdos efficitur, & reliquam uitæ suæ tempus priuata quiete peregit.	247	1	718
			LEO XXXI in Oriente annis 24.		

Germani



OPAEVSBBE S R

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis.	Orientis.	
	6	Germani ad rectam fidem Christi conuertuntur.	248	1	719
		Basilica beati Benedicti in Cassino mōre reedificata est, Petronio ciue Brixiano pecunias cōferēte.			
	7	Maurig, qui per decem annos Hispanias occupauerant, Gallias inuadentes superantur, & maxima eorū multitudo necatur a Gallis.	249	2	720
5920	8	Saraceni tribus annis Constantinopolin obledere, pestilētia in ciuitate & in castris praualente.	250	3	721
	9	Langobardorum XXVIII. Asprandus menibus 3. Post quē Luitprandus eius filius annis 21.	251	4	722
	10		252	5	723
	11		253	6	724
	12		254	7	725
	13	Hac tempestate inter Pontificem & Imperatorē maxima discordia fuit, quam ob causam cōtra Pontificem in Italiā missi sunt primum Paulus Hexarchus, mox eo interempto in eius locum substituitur Eutychius. Sub quo diuisa Italia uarie pugnatum est: in quo bello	255	8	726
	14	Antepharium Langobardorum ducem auxilia Pontifici praeuillē conitant.	256	9	727
	15	Comerē duo mense Ianuario p 15 dies in cœlo uisi, quorum unus fo-	257	10	728
	16	lem præcedebat mane, & alter uel peri sequebatur.	258	11	729
	17	Pont. XCI. GREGORIUS III.	259	12	730
5930	1	Romanis annis 10, menibus 8.	260	13	731
	2		261	14	732
	3		262	15	733
	4	Luitprandus Langobardorū rex Romam obsidet, quo timore Gregorius Carolum Pippini patrē ac	263	16	734
	5	Francorū regem in auxiliū orauit.	264	17	735
	6	Leo Imperator omnes sanctorum imagines deponi cōburicq iussit.	265	18	736
	7		266	19	737
	8		267	20	738
	9	Synodus Romæ congregata Episcoporum prope mille cōtra Leonem	268	21	739

nem

CHRONICON.

103

Anni mundi	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis	Orientis	
	10	nem, qui imagines cōburificerat.	269	22	740
5940	11	Pestilentia ingens, in qua supra trecentena hominum milia Constantinopoli periēre.	270	23	741
		Saraceni Carthagine mouētes in Hispaniam nauigant, & eius prouinciarum partem occupant.			
		Pont. XCII. ZACHARIAS Gregorius annis 10, menibus 3.	271	24	742
					CONSTANTI
					nus XXXII Leonis filius in Oriente an. 35.
			272	1	743
	3	Langobardorum XXX Lachis annis 6.	273	2	744
	4		274	3	745
	5		275	4	746
	6		276	5	747
	7		277	6	748
	8		278	7	749
	9	Lachim Langobardorū regē Romanis infestum, Zacharias Pontifex adeo perfulat, ut relicto regno monachus efficeret, cui Astulphus eius frater in regno successit annis 8.	279	8	750
	10	Pippinus apud Francos regnare orius regnauit annis 7.	280	9	751
		Pont. XCIII. STEPHANVS II Romanus annis 5.	281	10	752
	2	Astulphus Langobardorum rex Romanos libi tributarios conatur efficere. Quam ob causam Stephanus Pontifex in Gallia profectus Pippini Francorum regis auxilium postulauit.	282	11	753
5950	3	Pippinus Italiā ingreditur, & Langobardorū exercitū superat, & Astulphū eorū regē Papia obsidet.	283	12	754
	4	Conitatinus omni scelere imbutus, magis ac sacrilegus Christianos persequitur, & factorū imagines deponi aboleriq iubet.	284	13	755
	5	Deficiente sedulo in oriente Romanorum	285	14	756

manorum



OPAEYSBCE&R

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni	Imperatores	Imperatores	Anni	
	mundi.	Pont.	Occidentis.	Orientis.	Salutis.
					manorum imperio, & Imperatore Christianos persequente, Stephanus Pontifex imperiales titulos ac dignitates Francorum regibus concessit, & Pippinum suosq; tantum à stirpe successores in eorum reges confirmavit, ceteris uero omnibus interdixit. Cuius solennitatis causa Bonifacius Moguntinus Episcopus autoritate Apostolica functus illum consecrauit & unxit, & Rom. populi nomine Patrium dixit.
		Pont. XCIII. PAVLVS Romanus annis 10.	286	15	757
		1. Astulpho fulgure perempto, Longobardorum XXXII. regnavit	287	16	758
		2. Deliderius in Italia eorum rex ultimus, annis 18.	288	17	759
	5960	3. timus, annis 18.	289	18	760
		4. Pont. XCIV. PAVLVS Romanus annis 10.	290	19	761
		5. Pont. XCV. PAVLVS Romanus annis 10.	291	20	762
		6. Pont. XCVI. PAVLVS Romanus annis 10.	292	21	763
		7. Pont. XCVII. PAVLVS Romanus annis 10.	293	22	764
		8. Pont. XCVIII. PAVLVS Romanus annis 10.	294	23	765
		9. Pont. XCIX. PAVLVS Romanus annis 10.	295	24	766
		10. Pont. C. PAVLVS Romanus annis 10.			
		1. Constantino per Constantini Imperatoris factorem ex Laico in Pontificem assumpto, discordiæ in ecclesia dei coortæ sunt, per quas a Romanis Philippus quidam alter eligitur Pontifex, sed compolitis mox rebus deponitur ambo, & Stephanus Pontificatum iniit. Unde quidam ex Romanis scriptoribus Constantinum inter Pontifices non numerant.			
		Pont. XCVI. STEPHANVS XXXIX Siculus an. 4. men. 3.			
		1. Synodus Romæ congregata, omnia Constantini Pontificis decreta institutaq; irritauit.	297	26	768
		Mortuo Pippino Francorum rege			

Carolus

CHRONICON.

109

Anni	Anni	Imperatores	Imperatores	Anni	
					mundi.
					Carolus eius filius, cui postea ex rebus gestis, Magno fuit cognomen, eius regnum accepit, regnavit usq; annis 47.
		298	27	769	
		299	28	770	
		300	29	771	
					Carolus Magnus Himoldum Aquitanicæ regem superat, & eo expulso suo regno potitur.
					Pont. XCVII. HADRIANVS annis 24.
5970		301	30	772	
		302	31	773	
					Principium belli quod Carolus Magnus contra Saxones pertres & triginta annos prospere gessit, cum interim perse & filios, & præfectos ac duces suos contra Hunos, Hispanos, Britannos, in Italia quoque ac contra alias quædam nationes felicissime debellavit.
		303	32	774	
		304	33	775	
		305	34	776	
					Carolus Francorum rex precibus Hadriani Pontificis euocatus, & Italiam magno exercitu ingressus, Langobardos uicit, & Desyderium eorum regem apud Ticinum obsessum tandem capit, & cum uxore & liberis in Galliam ducit. Ob cuius rei celebritatem & gloriam, Carolus ab Hadriano euocatore magnifice laudatus est, & amplissimis insignibus priuilegijs & titulis.
					Regnauerunt in Italia Longobardi annis 204. & illam tere totam possederunt, præter urbem Romanam, quam in huius gentis potestatem nullo unquam tempore deuenisse constat. Regia uero eorum apud Ticinum constituta, uarios præterea principatus per Italiam habebant, quibus gentium suarum præponebant duces, inter quos præcipui & per successionem obseruati sunt unus apud forum Iulij, in ipso Italia ingressu,

T alius



OPAEVSBBCE S M

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni	Imperatores	Imperatores	Anni	
	mundi.	Pont.	Occidentis	Oriens	Salutis.
		alius apud Spoletum in media pe-			
		nè Italia, tertius Beneuenti ad infe-			
		riorem Italiæ partem regendam.			
	6	Reuersus de Italia Carolus a-	306	35	777
		puð Saxones persequitur bel-			
		lum.		LEO Con-	
		stantini filius in Orient-			
		re XXXIII, an. 5.			
	7	Hac tempestate imperium sæpe,	307	1	778
		nomine tantum uigebant, occu-			
		pantibus id continuo in Oriente			
		Barbaris, & Romani ab eo desti-			
		tuti ad Gallos iam intuebantur.			
	8	Carolus Augustam & Papioniam	308	2	779
	9	nobilissimas Hispaniæ urbes ua-	309	3	780
5980	10	stat, eo quod eorum populi recipe-	310	4	781
	11	re Christi fidem nolissent.	311	5	782
				CONSTAN-	
				tinus proximi Leonis fi-	
				lius, cum Hyrenæ matre	
				sua in Oriente XXXIII,	
				annis 19.	
D	12	Carolus iterum Italiam ingressus,	312	1	783
		contra Araysum Beneuentor-			
		um ducem Capuam usque pro-			
		greditur.			
		Scribit Legisbertus hoc, apud Cō-			
		stantinopolim inuentam fuisse au-			
		ream laminam, in qua scriptum e-			
	13	rat: Christus nascetur de uirgine	313	2	784
	14	Maria, & Credo in deum, sub Con-	314	3	785
	15	stantino & Hyrenæ: O sol iterum	315	4	786
	16	meuidebis.	316	5	787
	17	Carolus contra Hunos in Panno-	317	6	788
		nia degentes bellum mouet, quod			
		maxima eorum strage octo annos			
		gefsit, quo tandem anno illis ad			
		internitionem penè deletis, ex eis-			
		dem quas olim uictores Huni ex			
		uarijs prouincijs congesserant præ-			
		dis, suum exercitum ditissimum			
	18	reddidit.	318	7	789
	19	Andelgisius Desyderij filius,	319	8	790

quiad

CHRONICON.

110

Anni	Imperatores	Imperatores	Anni		
	mundi.	Pont.	Occidentis.	Oriens.	Salutis.
		qui ad Græcos confugerat, eorum			
		functus auxilio in Italiam reuertit-			
		tur, ubi non multo post prælio sus-			
		peratus interiit.			
		Synodus Nicæna congregatur E-			
		piscoporum ccccl, in qua sanc-			
		tum est, spiritum sanctum à patre			
		filioq; procedere, & Sanctorum i-			
		magine non esse delendas.			
5990	20	Studium Parisiense quod per mul-	320	9	791
		ta secula floruit, principiu habuit			
		procurante Alcuino Caroli olim			
		præceptore.			
	21	Constantinus Hyrenem matrem	321	10	792
		sua uiolenter priuās, solus regna-			
		uit annis 5.	322	11	793
	22	Constantinus multos nobilium o-	323	12	794
		culis priuat, alleuerans eos cum			
	24	Hyrene matre sua coniurasse.	324	13	795
		Pont. xcviij. LEO III, Roma-			
		nus, annis 10. mens. 2.			
	1	Carolus Basilicam Aquisgranæ	325	14	796
		dificans, ut peregrinie insigniret			
		opus, marmoreas columnas & ua-			
		ri generis ornamenta Roma Ra-			
		uennæq; deuehi fecit.			
	2	Hyrene Constantinum filium ca-	326	15	797
		ptum oculis priuat, & sola regna-	327	16	798
		uit annis 4.	328	17	799
			329	18	800
6000	6	Leone Pontifice a Romanis per in-	330	19	801
		uictam eiecto, Carolus Magnus in			
		Italiam redijt, ipsumq; in urbē digni-			
		tatemq; restituit, Carolus à Leo-			
		ne Pontifice Augustus est appel-			
		latus, & obliteratum iam penè in			
		Italia Romanum imperium re-			
		tumpit, primusq; post Augu-	Imperato-		
		stulū apud Romanos imperauit	rū primus post Augustu-		
		annis 14.	lū regnauit Romæ CA-		
			ROLVS cognomento		
			Magnus, annis 14.		

T 2 NICEPHO-



OPAEVSIBVSVR

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Salutis.	
	4	15	1	830	
	5	16	2	831	
6030	6	17	3	832	
	7	18	4	833	Ludouicus suorum fraude deceptus imperio deponitur, & captus Lothario filio suo, qui ex Italia redierat, in custodiam traditur: uerū eodem anno inter eos conuentione facta, Ludouicus in imperium restituitur, & Lotharius ad gubernandam Italiam regreditur.
	8	19	5	834	
	9	20	6	835	
	10	21	7	836	Galli & Germani commemoratio nem omnium sanctorum colere et obseruare ceperunt, iubente Gregorio Pontifice.
	11	22	8	837	
	12	23	9	838	
	13	24	10	839	
	14	25	11	840	Ludouicus Imperator diem obijt tres filios relinquens, Lotharium scilicet, & Carolum, & Ludouicū, qui ob imperij atq; regni paterni diuisionem inter se bellantes, uarijs praelijs multa hominum milia perdidit: ob quam causam eorum diminutis uiribus tandem conuenerūt, ut diuiso imperio regnoq; paterno Lotharius imperium obtineret, Carolus in Gallia, & Ludouicus in Germania regnaret.
		Imperato-			
		rum III. LOTHARIUS			
		solus annis 10, mox cū			
		Ludouico filio an. 5.			
6040	15	1	12	841	
	16	2	13	842	Pont. CIII. SERGIUS II, Romanus, annis 3. Sergius cum prius Os porci uocaretur, Pontificum primus fuit qui proprium nomē mutauerit, quod postea obseruatum ad nos usque perdurat.
	1	3	14	843	Lotharius coronam, imperij insignē à Sergio Pontifice recepit, et Ludouico filio suo coronæ quoq; honorem tribui fecit.

Britones

CHRONICON.

112

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Salutis.	
	2	4	15	844	Britones cum Gallis prosperè pugnantēs adeò animātur, ut sæpius postea illos bello repeterent.
			MICHAEL		
			& Theodorus XLI in Oriente annis 11.		
	3	5	1	845	Afri iterū in Italiā transeūt, & Romanam ingressi ingentē inde prædam trahunt, qua domū nauigantes tempestate opprimuntur. Pont. CV. LEO III, Romanus, annis 8.
	2	7	3	847	Andulphus Angliæ rex, Romanæ ecclesiæ deuotissimus, tributariam fecit Pontifici prouinciam suā, instituēs ut ex singula domo singulis annis numus solueretur
	3	8	4	848	argenteus.
	4	9	5	849	Apud Hostiam urbem Afris iterum in Italiā redeuntibus prospere pugnarunt Romani.
	5	10	6	850	Lotharius Ludouicum filiū suum consortem regni facit, & simul regnauerunt annis 5.
6050	6	11	7	851	Coloniæ e Sardinia Corsicæq; ad Hostiam urbem deductæ sunt, deficientib; ibi propter inflicitas clades habitatoribus.
	7	12	8	852	
	8	13	9	853	Pont. CVI. IOANNES Anglicus annis 1, mensibus 3.
	1	14	10	854	Fama est hunc Ioannē sceminam fuisse, & uni soli familiari tantum cognitam, qui eam complexus est, & grauida facta peperit, Papa existens: Quare eam inter Pontifices non numerant quidam, ideo non mini numerum non facit.
	2	15	11	855	Lotharius iam senex inter filios suos regnum diuisit, & Ludouicum Imperatorem relinquēs monachus efficitur, in qua religione paulo post obiit.
		LVDOVICVS			
		II Imperatorum III, annis 21.			
		Pont. CVII. BENEDICTVS III, Romanus, annis 3.			

T 4 MICHAEL



OPAEVSBCE SRI

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Salutis.
				MICHAEL	
				XLII solus	
			in Oriente annis 13.		
		1	1	1	856
		2	2	2	857
		3	3	3	858
				Pont. CVIII. NICOLAUS Ro-	
		1	4	4	859
		2	5	5	860
6060		3	6	6	861
		4	7	7	862
		5	8	8	863
		6	9	9	864
					Saraceni ex Africa in Italiam magna classe uecti, Beneuentorum fines hostili more aggrediuntur. Quo terrore percitus Ludouicus Lotharium fratrem suum e Gallia conuocauit, qui cum iam Placentiam deuenisset, subita & improuisa est morte peremptus.
D		7	10	10	865
		8	11	11	866
					Andalifius Beneuentorum dux, iunctis sibi Campanis & Lucanis, atque Samnitibus, & uana Graecorum spe subleuatus, a Ludouico Imperatore rebellans, illius fines hostis ingreditur: cui Ludouicus repugnans ipsum Beneuenti tandem obsidet, donec in damnorum refectionem pecuniâ accipiens oblationem dissoluit. Verum aliquanto post Andalifius per fraudem Imperatorem necare procurans: qui cum ab eodem
		9	12	12	867
		10	13	13	868
					armis repetitus esset, in Sardiniam fugit.
					Pont. CIX. HADRIANVS II, Romanus 5.
				BASILIVS	
				XLIII. in	
			Oriente annis 17.		
		1	14	1	869
					Apud Brixiam Italiae ciuitatē trib. diebus sanguis pluuit.

Locustæ

CHRONICON.

113

Annus mundi.	Annus Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Annus Salutis.	A
	2	15	2	870	
6070	3	16	3	871	
	4	17	4	872	
	5	18	5	873	
					Pont. CX. IOANNES VIII, annis 10.
	1	19	6	874	
					Beneuentani Lucanos & Campanos submouentes ab Imperatore iterum rebellant, a quo pollinodum superati, in eius auctoritate
	2	20	7	875	
	3	21	8	876	
					Britones mortuo Solomone eorum rege, de regno inter se contententes a crebris Galliarum incursionibus cessant.
					CAROLVS II cognomēto Caluus Imperatorum V, an. 6.
					Carolus populum Romanum & Ioannem Pontificem pecunia corrumpens imperium obtinuit.
	4	1	9	877	
					Carolus contra nepotes suos, Ludouici Germaniæ regis nup defuncti filios, bellum mouet, & eorum regnum occupare conatur.
	5	2	10	878	
					Saraceni Africa Siciliam amiserunt.
	6	3	11	879	
					Synodus apud Threca Gallia ciuitatem presente Carolo Imperatore celebratur.
	7	4	12	880	
					Ioannes Scotus, usque subtilitate ingenij peracutus, quædam nostre religionis accuratissime disputata conscribit.
6080	8	5	13	881	
					Boso apud Francos tyrannidem occupare conatur.
	9	6	14	882	
					Carolus ex Italia proficiscens in Galliam ueneno in alpebus oppressus interijt.
					Ioannes Pontifex Ludouici Balbii superioris Caroli filii & Francorum regem Imperatorem delegit.

culus



OPAEYSBCE

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Salutis.
					cuius electionis gratia conturbati Romani Ioannem custodiri ut captum iubent, & Carolum cognomento Grossum Imperatorem eligunt, simulq; ambo Imperatoris nomen tenuerunt annis duobus, donec absumpro ueneno Ludouico Carolus solus regnaret annis 12.
			CAROLVS III, cognomento Grossus, Imperatorū VI, annis 12.		
	10			15	883
					Fames ingens per uniuersam Italiam, in qua frumenti librę centum uendebantur auri drachmis 5.
					Pont. CXI. MARTINVS II, anno uno, mensibus 8.
	1		2	16	884
					Francis regnauerunt Ludouicus & Carolus Magn⁹ Ludouici Balbi ex concubina matre filius, annis 5.
D					
	2		3	17	885
					Normanni & Dani per Galliam ferro & igne sauentes, usq; ad sacra loca uniuersam prouinciã depredantur.
					Pont. CXII. HADRIANVS III, anno uno, mensibus 3.
	1		4	1	886
					Pont. CXIII. STEPHANVS V, annis 6.
	1		5	2	887
	2		6	3	888
	3		7	4	889
					Carolus Imperator postquam superioribus annis bella quædam cū Pannonijs gesserat, ita animo & corpore debilitatus est, ut in priuatum se redigens modum ab Arnulpho patruelo aleretur.
					Francis regnat Arnulphus Caroli Magni filius anno uno.
	4		8	5	890
					Francis post Arnulphum regnauit Otho Parisiensis Comes Roberti ducis filius, alienus à genere Caroli Magni, annis 11.

Neglecto

CHRONICON.

114

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni Salutis.	A
6090	5				
					Neglecto à Carolo propter animi segnitem imperio, Landoherus in Italia apud Rauennam regnum occupat.
	6	9	6	891	
					Pont. CXIII. FORMOSVS annis 6.
	1	10	7	892	
	2	11	8	893	
					Remigius Antistodorensis diuinarum scripturarum insignis commentator claret.
					Imperatorum VII. ARNULPHVS Germania rex, ann. 12.
	3	11	10	895	
	4	12	11	896	
					Formosus à persequentibus iniuriatus in sui tutelam Arnulphum in Italiam euocauit, à quo in pristinam dignitatem restitutus, illum Imperatoris priuilegijs insigniuit & titulis.
	5	13	12	897	
	6	14	13	898	
					Pont. CXV. BONIFACIUS VI, diebus 15.
					Pont. CXVI. STEPHANVS VI, anno uno, mensibus 3.
	7	15	14	899	
					Stephanus Formoso prædecessor suo inueniens contra eius concessionem atque decreta Concilium conuocauit, in cuius presentia delatum Formosi cadauer, pontificalibus primis exiit insignibus, deinde illud dilanians, omnique afficiens dedecore manus eius proiecit in liberum.
					Saraceni Africa iterum Siciliam occupauerunt.
					Pont. CXVII. ROMANVS, mensibus 4.
					Post quem CXVIII. THEODORUS II, diebus 20.
					Quo defuncto CXIX. succedit
	1	16	15	900	
	2	17	16	901	
	3	18	17	902	
					IOANNES IX. an. 2. mens. 3.
					Francis post Orthonem regnauit
					Carolus cognomento Simplex Ludouici Balbi filius annis 26.
					Pont. CXX. BENEDICTVS IIII, annis 3. mens. 2.

Assyrij



OP.A. I. V. S. B. C. E. S. R.

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis.	Orientis.	
6100	1	Assyrij Armeniam primo, & dein de Cappadociam inuadentes usque ad Euxini ponti littora prædas agunt.	9	18	903
			CONSTANTINUS cum Alexandro patruo suo in Oriente XLV. annis 2.		
	2		10	1	904
	3	Arnulphus Moguntinos debellauit.	11		905
		Pont. CXXI. LEO V, diebus 40.			
		Post quem CXXII. CHRISTOPHORUS, mensibus 8.		CONSTANTINUS XLVI. solus in Oriente, annis 6.	
	1	Arnulphus gerens cōtra Normanos bellum interijt.	12	1	906
		Pont. CXXIII. SERGIUS III, Romanis, annis 7. mensibus 4.	LUDOUICUS III Imperatorū VIII, an. 6.		
D	1	Post Arnulphum imperium confunditur, dolentibus Romanis atque uniuersis Italię populis quod in Germaniam translatum esset. Quamobrem nec a Romanis Pontificeq; insigniti sunt, transalpini Imperatores usq; ad primum Othonem, et in Italia quidam Berengarij imperium per id temporis usurparunt.	1	2	907
	2		2	3	908
	3	Berengarius primus imperium in Italia usurpauit annis 4.	3	4	909
	4		4	5	910
6110	5		5	6	911
	6	Condite urbis Florētię annus milesimus computatur.	6	7	912
			CONSTANTINUS IX Imperatorū annis 7.		
	7	Berengarius secundus in Italia imperat annis 7.	1	8	913

Pont.

CHRONICON.

115

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis.	Orientis.	
		Pont. CXXIII. ANASTASIUS III, Romanus, an. 2. mensibus 2. Saraceni Africę Apuliam occuparunt.	2	9	914
	2		3	10	915
		Pont. CXXV. LANDO, Romanus mensibus 7.	4	11	916
		Pont. CXXVI. IOANNES X, Romanus, annis 13. mensibus 3.			
	1	Pannonij uicinas regiones multis cladibus afficiunt.	5	12	917
	2		6	13	918
	3	Ioannes Pontifex Alberici, qui in agro Piceno dominabatur, fretus auxilio, Saracenos Apulia expulit.	7	14	919
			Imperatorum X. HENRICVS, annis 18.		
	4		1	15	920
6120	5		2	16	921
	6	Hugo in Italia regnum occupat annis 10.	3	17	922
	7		4	18	923
	8		5	19	924
	9	Pannonij ab Alberico in Romanos euocati Italiam intrarūt, & in Hetruriam usq; cuncta deprædati, cum ingenti præda domū rediere.	6	20	925
	10		7	21	926
	11	Francis regnat Rodolphus Burgundię dux annis 2.	8	22	927
	12		9	23	928
	13	Francis regnat Ludouicus, Caroli Simplicitis filius, annis 17.	10	24	929
		Post Ioannem alter Ioannes per se ditionem eligitur, qui mox eiectus est, & Leo Pontificatum obtinuit.			
	1	Pont. CXXVII. LEO VI, Romanus, mensibus 7. dieb. 15.	11	25	930
		Pont. CXXVIII. STEPHANVS VII, Romanus annis 2. mensibus 2.	12	26	931
6130	2		13	27	932
		Pont. CXXIX. IOANNES XI, Romanus, annis 5.			
	1	Saraceni ex Africa transfretantes Genuam Italię ciuitatem intrarūt, & hostili modo illam deprædati, & ingenti ditati præda domum renaugant.	14	28	933
	2		15	29	934
	3		16	30	935

V Hugo



OP.A. LYS. B. C. S. R.

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
				Occidentis	Orientis	
		4	Hugo Burgundiæ dux contra Berengarium euocatus, in Italiam trahit, & cum illum superasset, tres annos in Italia præualuit, post quos in Galliam rediens, Lotharium filium suum Italiæ regem reliquit.	17	31	936
		5	Pont. CXXX. LEO VII, Romanus, annis 3.	Imperato-		937
				rum XI. OTHO Henrici filius, an. 30.		
		1		1	33	938
		2	Lotharius in Italia regnat an. 2.	2	34	939
		3	Sol per aliquot dies ueluti sanguinem emanans apparuit, & statim repentinæ plurimorum hominum infirmitates mortescq; subsequæ sunt.	3	35	940
			Pont. CXXX. STEPHANVS VIII, Germanus annis 3.			
	6140	1	Berengarius IIII, cum Alberto filio suo in Italia tyrannidem intra dit annis 11.	4	36	941
D		2	Berengarius Adalindam Lotharij quondam regis uxorem ob regni suspicionem in carcere custodiri iubet.	5	37	942
		3	Pont. CXXXII. MARTINVS III, Romanus, annis 3.	6	38	943
		1	Otho contra Berengarium in Italiam euocatus.	7	39	944
					CONSTAN	
					tinus alter cum Romano filio suo in Oriente XLVII, annis 16.	
		2		8	1	945
		3	Fames in Gallia, in qua populi uel inhumano quoq; cibo egre sustentantur.	9	2	946
			Pont. CXXXIII. AGAPITVS II, Romanus, annis 7, mens. 4.			
		1	Otho Italiam cum exercitu ingressus, Berengarium apud Ticinum superat, & Adalindam in carcere liberatam in matrimonio	10	3	947
		2		11	4	948
		3		12	5	949

nium

CHRONICON.

116

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.		
			Occidentis.	Orientis.			
	4	nium accepit, secumq; in Germaniam ducit.	13	6	950		
6150	5	Berengarius grauius Italiam pre-	14	7	951		
	6	mens, Romanos ad prouocandum iterum Othonem commouit, qui potenti exercitu Italiam ingressus Berengarium secundo superat & regno pellit.	15	8	952		
	7	Pont. CXXXIII. IOANNES XII, Romanus, an. 8, mens. 7.	16	9	953		
	1	Francis regnat Lotharius Ludouici filius annis 32.	17	10	954		
	2	Ioanne Pontifice in omnem luxuriam dissoluto, Otho à Romanæ ecclesiæ patribus, urbisq; principibus euocatus, ut corruptos Pontificis emendaret mores, Romam proficiscitur, in qua urbe amplissimis honoribus usus coronam suscepit: Et tunc primus qui post tralatium in Germaniam imperium imperiales titulos rite susceperet, quod postea obseruatum est usq; in præsens tempus.	18	11	955		
	3	Germani Pannoniæ imperij titulos usurpant.	19	12	956		
	4	Circa hæc tempora è Germania in Italiam singulis prope annis Otho frequentabat iter.	20	13	957		
	5		21	14	958		
	6		22	15	959		
	7		23	16	960		
					NICEPHORVS in Oriente XLVIII, annis 10.		
					24	1	961
6160	8	Ioannes ad honestam uitam sapius exhortatus, cum de eius emendatione tandem desperatum est, præsentis Othone Imperatore, Pontificali dignitate deponitur, post quam depositionem discordiæ ingentes de Pontifice deligendo orta sunt: Imperatore cum populo de patribus altercante, in qua contentione primo fuerat assumptus	25	2	962		

V 2 assumptus



OPAEVSBE



OPAEVSIBCE

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis	Imperatores Orientis	Anni Salutis.	
					assumptus ab Imperatore Leo, mox eo remoto assumitur à populo Benedictus ipso quoque deposito Leo tandem Pontificatum obtinuit, anno 1, mensibus 5.
					Pont. CXXXV. BENEDICTVS VI, mensibus 3.
					Post quem CXXXVI. LEO VIII, Romanus, anno 1, mensibus 5.
		26	3	963	
		27	4	964	Benedictus qui fuerat Pontifex in exilio apud Saxones moritur.
					Pont. CXXXVII. IOANNES XIII, Narniensis, annis 8,
		28	5	965	
		29	6	966	
		30	7	967	
					Imperato-
					rum XII. OTHO II, primi Othonis filius, annis 17.
		1	8	968	Ioanes Pontifex à prefecto urbis captus, & aliquot dies in carcere custoditus, in exilium tandem in Campaniam mittitur.
		2	9	969	Ioannes Pontifex fretus Othonis auxilio Romam victor ingreditur, & diuersæ factionis principes grauius punit.
		3	10	970	Ioannes ob remunerationem colati in se beneficij Othonē Othonis filium Augustum appellauit.
					IOANNES XLIX in Oriente, an. 7. 1.
6170	7	4	2	971	
		5	3	972	
					Pont. CXXXVIII. BENEDICTVS VI, anno 1, mensibus 7.
		6	4	973	
		7	5	974	
					Pont. CXXXIX. DONVS II, anno 1, mensibus 6.
		8	6	975	
					Pont. CXL. BONIFACIUS VII, mensibus 2.
					Pont. XLI. BENEDICTVS VII, annis 8.
		9	7	976	

In Oriente

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.	
					In Oriente.
					re. Post Ioannē regnauerunt Constantinus, Alexius, Emma nuel eius filius, Andronicus, Isaacius, Basilus, Alexius, Nicolaus, Nortulphus, Blandonius, Henricus, Petrus, & deinde Robertus, quorum discernere tempora non potui.
		10		977	
		11		978	Otho coronam, imperij insigne à
		12		979	Benedicto suscepit.
		13		980	
6180	6	14		981	
		15		982	Otho contra Apulos & Calabros bellum mouet, eò quod parere Constantinopolitano Imperatori non desistant.
		16		983	Græci comparato mercenario exercitu in Italiam contra Othonem transeunt, & statim magna eorum strage superant: Quare Otho uniuersam prouinciā possidet, & Beneuentum quod græcas sequebatur partes capit.
					Pont. CXLII. IOANNES XIII, mensibus 8.
		17		984	Ioannes quarto sui Pontificatus mense in Hadriani mole reclusus, & quatuor deinde menses inedia maceratus interiit.
					Pont. CXLIII. IOANNES XV, mensibus 4.
					Otho Imperator Romæ diem obiit, & in Basilica sancti Petri honorato eximie funere sepelitur.
					Pont. CXLIII. IOANNES XVI, annis 10, mensibus 3.
					OTHO III secundi Othonis filius, Imperatorum XIII, annis 19.
		1		985	
		2		986	
		3		987	Francis regnat Ludouicus Lotharij filius anno uno, post quem Carolus eiusdem Lotharij frater annis quatuor. Statim assumpto

V 3 in regnum

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.	
				4
	5	Grana tritici, & pisciculos minutos imbris immixtos pluisse in Gallia ferunt.	5	989
6190	6	Mortuo Carolo, Hugo cognomento Capitius regnum Francorum obtinuit, regnavitq; annis 4, finem habuerūt Reges ex genere Caroli Magni.	6	990
	7	Pont. CXLV. GREGORIUS V, anno 1, mensibus 8.	7	991
	8	Otho à Gregorio Pontifice coronam imperij inlignē suscepit.	8	992
	9	Francis regnat Robertus superioris Hugonis filius, annis 34.	9	993
	10	Pont. CXLVI. IOANNES XVII, anno uno.	10	994
	11	Hugo Andeburgēis Othonis præfectus bona gratia Hetruriam perhumaniter gubernat.	11	995
	12	Pont. CXLVII. SYLVESTER II, annis 4.	12	996
	13	Hugo Andeburgēis Othonis præfectus bona gratia Hetruriam perhumaniter gubernat.	13	997
	14	Pont. CXLVIII. SYLVESTER II, annis 4.	14	998
	15	Varia apparuerunt prodigia, Cometes in cœlo est visus, & terramotus fuit maximus.	15	999
	16	16	1000	
6200	17	Otho Imperator Crescentem Patricium Romæ principatum occupatē, bello superatum interemit.	17	1001
	18	Pont. CXLVIII. IOANNES XVIII, mensibus 5.	18	1002
	19	Pont. CXLIX. IOANNES XIX, annis 5, mensibus 8.	19	1003
	20	Hugo Hetruriæ gubernator Pistorij diem obiit.	20	1004
	21	HEINRICVS II, Imperatorū XIII, annis 19.	21	1005
	22	Henrico per electionem ad imperium assumpto primum institutum fuit ut in futurum non per sanguinis successione duceretur imperium, sed proceres quidā in Germania principes unā cum quibusdā	22	1006

Pannoniæ

CHRONICON.

118

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.	
	4	Arduinum imperium usurpantem Henricus superauit.	4	1005
	5	Cometes in australi plaga emicuit.	5	1006
	6	Pont. CL. SERGIUS IIII, annis 3.	6	1007
	7	Fames & pestis miseranda fuit penē per orbē.	7	1008
	8	8	1009	
	9	Pont. CLI. BENEDICTVS VIII, annis 11, mensibus 10.	9	1010
6210	10	Per huius Benedicti tempora maximum schisma in Romana ecclesia fuit.	10	1011
	11	Ecclesia sepulchri domini nostri Iesu Christi ab infidelibus desolatur.	11	1012
	12	Pannoniæ Christiani religionem publice recepisse quidam scribunt.	12	1013
	13	Henricus coronam sumpsit imperij.	13	1014
	14	14	1015	
	15	15	1016	
	16	16	1017	
	17	Guido Aretinus celeberrimi nominis mulicus clarer.	17	1018
	18	18	1019	
	19	19	1020	
6220	20	Pont. CLII. IOANNES XX, annis 11.	20	1021
	21	21	1022	
	22	Vacauit imperiū annis 2.	22	1023
	23	Zeno dux imperare uolens repudiatur, quare biennio prorogatur electio Conradi, licet illum Henricus sibi successorem reliquisset.	23	1024
	24	Robertus Francorum rex iam ætate cōfectus, Hugonem filium suum consortem regni facit, & cum eo regnavit annis 6.	24	1025
	25	CONRADVS II, Imperatorū XV, annis 15.	25	1026
	26	Conradus Comam ingressus à Ioanne Pontifice in Imperatorem est unctus.	26	1027
	27	27	1028	
	28	28	1029	

Francis



OPAEVSIBCE

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni
			Occidentis.	Salutis.	
	9	Francis regnat Henricus Roberti superioris filius annis 30.	6		1030
6230	10	Conradus contra Pannonos & Dalmatas prospere gerit bellum.	7		1031
	11	Pont. CLIII. BENEDICTVS IX, annis 13, men. 3.	8		1032
	1	Conradus rebellantes Langobardos, & per uaria Italia loca, ac maxime per Venetiam atque Æmiliam passim & ubiq; depredātes repressit atq; contriuit.	9		1033
	2		10		1034
	3		11		1035
	4		12		1036
	5		13		1037
	6	Andreas Pannoniæ rex grauis senectæ, cōsentiente Beblæ eius fratre Salonem filium suum regem facit, qui mox mortuo Andraæ patre à Ladislao Beblæ filio regno pellitur.	14		1038
	7		15		1039
			HENRICVS III. Imperatorum XVI. an. 13, men. 6.		
	8		1		1040
6240	9	Lanfrancus Ticinensis ecclesiasticæ disciplinæ haud sanè ignobilis autor in Gallia claret.	2		1041
	10		3		1042
	11		4		1043
	12		5		1044
	13		6		1045
		Pont. CLIIII. SYLVESTER III, men. 2.			
		Pont. CLV. GREGORIUS VI, annis 2.			
	1	Schisma et cōtentiones maxime in ecclesia dei fuere tribus Pontificib. uno tempore discordantibus Romæ: propter quod uniuersalis ecclesia diminuta inuenitur, & Pōtiffices ab Imperatore fuisse electi: In qua discordia Theophylactus alius Pōtiffex Ioanni sacerdoti Pontificatū uenit. Pluribus de Pontificatu cōtendentibus, Henricus Romam ad componendas discordias profectus coronatur.	7		1046
	2		8		1047
		Pont. CLVI. CLEMENS II, anno 1.			
	1		9		1048
		Pont. CLVII. DAMASVS II, mense uno.			
		Pont. CLVIII. LEO IX, annis 3, mensib. 6.			
	1	Ecclesia sepulchri domini nostri Iesu Christi reedificata est, Constantinopolitano Imperatore procurante.	10		1049
	2		11		1050
6250	3	Conciliū Vercellēse, in quo Berēgarius Turo-	12		1051

nenfis

CHRONICON.

119

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni
			Occidentis	Salutis.	
	4	nenlis ecclesiastici cuiusdam noui autor erroris damnatus est.	13		1052
	5	Robertus Guischarus e Gallia cum exercitu profectus Apuliā obtinuit, fugatis ex ea prouincia Græcis atq; Afris, qui sub Itolorum contentione illam possidebant.	14		1053
		Pont. CLIX. VICTOR II, an. 2, men. 8.			
	1	Synodus Florentiæ celebratur, in quo multi Episcopi propter simoniam fornicationem uel damnantur.	15		1054
	2		16		1055
	3		17		1056
		Pont. CLX. STEPHANVS IX, men. 10.			
	1	Stephanus Abbas fuit montis Casini, & inde factus Pontifex, Florentiæ diem obiit, & in cathedrali sepelitur ecclesia.	18		1057
			HENRICVS IIII Henrici filius, Imperatorum XVII. annis 50.		
		Henricus adhuc infans Henricum patrem amittit, & sub matris tutela regnare cœpit.			
		Pont. CLXI. BENEDICTVS X, mensibus 9.			
	1	In electione huius Benedicti quidam precorrupti magnas dissensiones inter patres suscitauerunt. Quapropter de Pontifice deligendo noua constitutio facta est, quam Nicolaus post assumptionem sui statim sancit, & obseruari decreuit. Robertus Guischarus Siciliam obtinuit pulsus ex ea Afris, & illam fratri suo Rogerio donauit.	1		1058
		Pont. CLXII. NICOLAUS II, annis 3.			
		Hic Nicolaus cum esset Florentiæ Episcopus bonæ uitæ fama ad Pontificatum eligitur.	2		1059
	2	Francis post Henricum regnauit Philippus eius filius, uiuente patre in regnum assumptus, regnauit annis 49.	3		1060
6260	3	Monstrum foemino sexu in pago Britannico nascitur, quod ad integram proectu aetatem terunt infra umbilicum unitum, supra uero geminatum habens hominem.	4		1061
		Pont. CLXIII. ALEXANDER II, annis 11, mensibus 8.			
	1	Fames ingens per orbem & lugubris pestis.	5		1062
	2		6		1063

In



OPAEYSBIBLIOTHECA

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.	
	3	In Cisalpina Gallia Parmensis Episcopus in Pontificē fuit electus, qui & cōtra Alexandrū usq; Romam profectus est armata ui, tandem intercedente imperatore Henrico Concilium	7	1064
	4	Mantuae indicitur, in quo schismate cōposito	8	1065
	5	Alexander confirmatur.	9	1066
	6	Cometes in cœlo apparuit.	10	1067
	7	Petrus Damianus, & Petrus Alphonsus nomi	11	1068
	8	natissimi habentur.	12	1069
	9	Florentiæ urbis pomeria à ripis fluminis Arni	13	1070
6170	10	ultra sacras Laurentij ædes per hæc tempora perpetuo ambitu deducuntur.	14	1071
	11	Ioannes Gualbertus deuotissimus Christi mo	15	1072
	12	nachus, & religionis uallis Vmbrosæ ordina	16	1073
		tor & princeps, miraculis clarus moritur. Pont. CLXIII. GREGORIUS VII, an. 12.		
	1		17	1074
	2		18	1075
	3	Mathildis comes nobilissima foemina, uirtute	19	1076
	4	& gestis clarissima habetur.	20	1077
	5	Ob usurpationem alieni iuris tanta inter Im	21	1078
		peratorem & Pontificem uicta est inimicitia, ut Gregorius Henricū imperiale dignitate depo		
		neret, & Rodolphus in Germania nouus Im		
		perator electus sit. Sed nō multo post apud Ca		
		nulium oppidum cōuentione facta, Henricus		
		ad unionem ecclesiæ reuersus imperiū reuinit.		
	6	Gregorius Pontifex Constantinopolitanū Im	22	1079
		peratorem ecclesiæ communionem interdixit.		
	7	Florētia ab Henrico obsessa in Pontificis tamē	23	1080
		parte perseuerat.		
6180	8	Gregorius conciliarem Episcoporum congre	24	1081
	9	gationem habuit, in qua quædam constituens	25	1082
	10	diuersæ partis Episcopos priuauit.	26	1083
	11	Henricus Imperator aduersus Pontificem ge	27	1084
		rens bellum urbem capit, & in Hadriani mole		
		Gregoriū obsessum custodit, donec Gregoria		
		ni, Roberti, Guffhardi, qui in Apulia domina		
		bantur, auxilio freti obsidentes abire Senas		
	12	compulerunt	28	1085
		Pont. CLXV. VICTOR III, an. 2. mens. 9.		
	1	Carthusiensis ordinis initium.	29	1086
	2	Victor haulto in sacro calice ueneno interiit.	30	1087

Pont.

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.	
		Pont. CLXVI. VRBANVS II, annis 12,		
		mentibus 4.		
	1	Hericus Florētinos iterū obsidet, quia Pō	31	1086
	2	tificis partes fouere et sequi nō delisteret.	32	1086
	3	Anshelm ^o Cātuarēsis episcop ^o bonitate	33	1086
6190	4	uitæ & ingenij acumine in Anglia claret.	34	1091
	5	Belzetus rex Turcarū Gaciā ingenti ar-	35	1091
	6	marorum ingreditur numero, obsidentes	36	1093
	7	superat, aliquot urbes expugnat, & Impe	37	1094
	8	ratore capto pro uilitutur mancipio.	38	1095
	9	Christianorū Principes à Petro eremita	39	1096
		gnoto antea homine contra Saracenos		
		subleuati, ingenti multitudine Godefredo		
		Bulionio duce Gallia mouentes, per Ger		
		manorum fines atq; Pannoniā Byzantium		
		uadunt, ac inde transmissio Hellepōto Ni		
		caam primo, mox Antiochiā, & plurimas		
		alias Saracenorum urbes capiunt.		
	10	Cometes in Occidentali plaga est uisus.	40	1097
	11	Cisterciensis religio cepta, & primum e-	41	1098
		ius cœnobium fundatum.		
	12	Hierosolyma à nostris capitur duce Gode	42	1099
		fredo, quem Christiani coronare uolentes		
		ipse renuit, at leueras nolle aurea terre co		
		ronā in ea urbe, in qua Christus spineā tulisset		
		Pont. CLXVII. PASCHALIS II, an. 18, mens. 5.		
	1	Godefredus moritur, post quē Hierosoly	43	1100
		mis regnauit Balduinus eius frater an. 18.		
		in quibus Aegyptios ter in praelio supera		
		uit, & Caliphā eorū regē tandē interemit.		
		Syraculis terramotu cōcussis ecclesia ma		
		xima corruit, & populi multitudinem oppressit.		
6200	2	Conradus Henrici Imperatoris filius Flo	44	1101
		rentiæ moritur.		
	3	Henricus coronā imperij à Paschale sum	45	1102
		psit, & non multo post illum cum multis		
		ecclesiæ Prælati caput, & in carcere reclu		
	4	dit, unde parum post liberatus euasit.	46	1103
	5	Bernhardus monachus Clareualensis, ui	47	1104
		ta & doctrina insignis habetur.		
	6	Florentiæ Concilium celebratur Episco	48	1105
	7	porum CCCXL.	49	1106
	8		50	1107

HENRICVS



OP. A. F. V. S. B. C. S. M.

MATTHVI PALMERII FLORENT.

C	Anni		Imperatores	
	mundi.	Pont.	Occidentis.	Anni Salutis.
			HENRICVS V.	
			Imperatorū XVIII	
			annis 20.	
	9		Henricus proximi Henrici filius fuit, & cum imperiū assumpſisset, Henricum patre nefando scelere carcere maceravit usque ad mortem.	1108
	10		Francis post Philippum regnavit Ludouicus annis 22.	1109
	11			1110
6310	12		Henricus Italiam ingressus Romam tenuit, qua in urbe cum benigne & summo honore fuisset receptus, paternum uolens imitari exemplum Pascalem Romanorū Pontificem, & uniuersos ecclesie prelatos per fraudem interceptit, & eorum bona in suorum prædam conuertit.	1111
	13		In agro Æmiliano & Flamineo Idibus Iulij sanguis pluit.	1112
	14		Veneri maximo exercitu in Dalmatiam nauigant, & Sibinicum deprehendentes nonnullas quoque capiunt urbes.	1113
	15		Henricus in Italiam reuersus Romam absente Pontifice ingreditur, ibique concedente populo, & aduersantibus patribus, cum rite coronari non obtineret, Mauricium suæ partis Archiepiscopum euocauit, & ab eo sibi imponi coronam iussit.	1114
	16		Paschalis post Henrici discessum biduo postquam Romam redierat moritur xv Calendas Februarias.	1115
			Pont. CLXVIII. GELASIVS II, an. 1.	
	17		Peristete adhuc in Italia Hærico, & Pontificis partes persequente, Gelasius in Gallias refugit, ibique statim functus interiit.	1116
	18		Post mortem primi Balduini apud Hierosolymam regnavit Balduinus II, ex nostris rex 11, annis 13.	1117
			Hic Gassus Persarum regem prælio uictum interemit, & Damascenorum Ascalonitarumque reges prostrauit.	
			Pont. CLXIX. CALLISTVS II, an. 6.	
	1		Henricus Callisto pacem dedit, & inde in Germaniam proficiscitur.	1118
	2			1119
				1120

Ignis

CHRONICON.

A	Anni		Imperatores	
	mundi.	Pont.	Occidentis.	Anni Salutis.
	3		Ignis immensus in orientali plaga circa auroram per sex horas flammam emittit, donec ex Occidente adueniens turbo imbre copioso illum extinxit.	1121
	4		Balduinus, deficientibus sedulo Christianis, ex Europa transfretatis multos Christi fideles ex transiordane conuocauit, quos simul cum suis Hierusalem inhabitare fecit.	1122
	5		Tyrum florentissimam Phœnicum urbem Christiani ceperunt.	1123
	6		Pont. CLXX. HONORIVS II, annis 5, mensibus 2.	1124
	1		Hyems in qua multa pecora hominesque frigore magno perire, & frugibus exultis miserabilis fames subsequitur.	1125
	2		Hugo de sancto Victore insignis Theologus Parisijs floret.	1126
	3		LOTHARIVS II Imperatorū XIX an. 1.	1127
	4		Tyrum urbem maxima strage populi terramotus fere subuertit.	1128
	5		Pont. CLXXI. INNOCENTIVS II, annis 13, mensibus 8.	1129
	1		Innocentius a Romanis Anacleto antipapæ fauentibus penè destitutus in Galliam transit, & a Francorum rege summo honore receptus duo Concilia celebrauit, in quibus conuentione facta Lotharius in Italiam transiens illum Romam in pristinam dignitatem reduxit, cuius beneficii merito coronam imperij in eadem urbe suscepit.	1130
6330	2		Hierosolymitarum 1111, regnavit Fulco superioris Balduini gener annis 11.	1131
	3		Francis regnat Ludouicus præcedentis Ludouici filius annis 48.	1132
	4		Ægyptij sub uarijs ductibus Christianos Hierusalem tenentes infestant, & pluribus in locis per eorum urbes irumpunt: Quapropter redintegratur bellum, in quo nostri nonnullas urbes ceperunt, & aliquas sibi tributarias fecerunt.	1133
	5			1134
	6		Diuturnus & æstuans calor in Gallia tantam siccitatem dedit, ut pluribus in locis	1135

X terra



OPAEVSBE

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis	Anni Salutis.
	7	terra fomiti immixta maximo populorum ter-	9 1136
	8	rore flammis emitteret.	10 1137
	9	Lotharius interficiens in patriam Veronæ mo-	11 1138
		ritur.	CONRADVS
		III. Imperatorum	
		XX, annis 14.	
	10	Alcalona maritima iudææ urbs à Christianis	1 1139
	11	capitur.	2 1140
6340	12		3 1141
	13	Fulco Hierosolymitanorum rex dum leporem	4 1142
		insequitur calu equi corruit, cui succedit ex no-	
		stris rex V Balduinus III, eiusdem Fulconis fi-	
	14	lius, annis 24.	5 1143
		Pont. CLXXXII. CELESTINVS II, mensib.	
		5. diebus 14.	
		Pont. CLXXXIII. LVCIVS II, mensibus 11.	
		diebus 4.	
		Mesopotamiæ populi ad Christi fidem maiori	6 1144
		suorum hominum numero conuertuntur.	
		Pont. CLXXXIII. EUGENIVS III, annis	
	1	8. mensibus 7. diebus 20.	7 1145
	2		8 1146
	3	Ludouicus Gallie rex Conradum Imperatorē	9 1147
		movit, & ingenti multitudine ad expugnatio-	
		nem sacratissimæ terræ in Christianorum subti-	
		dium, quia sedulo ibi defecerunt, transiere: Ve-	
		rum cum per Syriam temere iraderent, fame op-	
		presteodem anno domum rediere.	
		Veneti subsidiam quoq; classem in Christia-	10 1148
	4	norum fauorem misere.	11 1149
	5	Rogerus Apuliæ & Siciliae rex in Africam trā-	
		liens plures urbes capit, & earum regem sibi	12 1150
	6	tributarium facit.	13 1151
6350	7	Balduinus Hierosolymitarum rex Aegyptios	14 1152
	8	atq; Babylonios superat, supra quinq; eorum	FRIDERI-
		milibus interfectis.	cus I, Imperatorū
			XXI, annis 37.
			1 1153
	9	Alphonfus Hispaniæ rex ab expugnatio-	
		ne sanctissimæ terræ rediens moritur, cui	
		successit Sactius eius filius maior, & illi nō	
		multo post Ferdinandus frater, qui in Ara-	
		bia pro Christi nomine bellando interiit,	

& successit

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.
		& successit ei Alphonfus eius filius.	
		Pont. CLXXV. ANASTASIVS III, an. 1. mens. 5.	
	1	Rogero Siciliae regi succedit Guilielmus.	2 1154
		Pont. CLXXVI. HADRIANVS III, an. 4. mens. 10.	
	1	Fridericus Imperator Romæ ab Hadriano co-	3 1155
		ronatur.	
	2	Spoletum a Friderico penè desolatam.	4 1156
	3	Crucis figura in Luna publice est uisa.	5 1157
	4		6 1158
	5	Richardus monachus præstabilis doctrinæ ho-	7 1159
		mo, & sine ulla dubitatione acutissimus dispu-	
		tator Parisiis clarus habetur.	
		Pont. CLXXVII. ALEXANDER III, an. 22.	
	1	Alexander itaum post assumptionem sui à Fri-	8 1160
		derico periecutus refugit ad Fracos, quam ob-	
		causam Fridericus contra ipsum quatuor crea-	
		uit falsos Pontifices, Victorem scilicet primo,	
		mox Patalem, deinde Callistum & Innocen-	
		tium: Qui oēs bello qd auxiliatib. Fracorum atq;	
		Anglorū regib. in fauorē uerū Pōtificis gestum	
		est, superati unā cum Imperatore quieuerunt.	
6300	2	Alexandria inter Alpium radices urbemq; Vi-	9 1161
		cinum supra Tanarum amnem contra Licini-	
		entes Imperatori fauētes ædificata est, & ab Ale-	
		xandro Pontifice nominata.	
	3	Mediolanum à Friderico captū magna ex par-	10 1162
	4	te subueritur, postq; illud septē an. obsederat,	11 1163
	5	Ludouicus Gallie rex sexagenarius & inest-	12 1164
		beris, præcepit uniuersis sui regni populis et re-	
		ligiosis uis orare deum, ut sibi filium concede-	
		ret, & sequenti anno filius ei natus est, quē Phi-	
	6	lippum nominauit.	13 1165
	7	Hierosolymitanorū VI regnauit Amarius Bal-	14 1166
		duini frater aunis 12, & primo sui regni anno	
		Dargontē Aegyptiorum ducem in prælio diui-	
		nitus superauit.	
	8	Romam Friderico obsidente eius exercitus à	15 1167
		peitilenta penè deletur.	
	9	Corpora triū Magorū olim è Persarū regione	16 1168
		Mediolanū trāsata, à Rodolpho Coloniesium	
		Archiepiscopo Colonia Agrippinā deportāt.	
	10	Tres soles simul uisi sunt in Occidente Nonis	17 1169
		Septembris, & post duas horas deficientibus	

X a ceteris



OPERA LIBRARIORUM

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni	Imperatores	Anni	
	mundi.	Pont.		Occidentis.
		cæteris q̄ medijs fuerat solus occidit: Similit̄q̄		
	11	modo annis proximis tres Lunæ apparuerunt.	19	1170
6370	12	Tetramotus circa hoc tempus pluribus annis nonnullas prouincias quassarūt, & præcipue Sicilia atq; Sicilia in quib. plurimę urbes dirutaerūt, & quedā maxima strage populi corruerūt.	19	1171
	13	Petrus Lombardus Parisiensis Episcopus, qui Sententiarum libros edidit. clarus habetur.	20	1172
	14	Saladinus Calypham Aegyptium, dominū suū interemit, & suo regno potitur.	21	1173
	15	Florentini Senenses ad Ascianum superant.	22	1174
	16		23	1175
	17	Florentia urbs duobus incendijs magna ex parte concrematur.	24	1176
	18	Alexander Pontifex timēs imperatorias vires Venetias refugit. Quapropter Imperator armavit contra Venetos classē, cui præfecit Othonem filium suum, & ad repulcendum Pontificem misit: Verū Otho primo cōkursu, nauali prælio superatus & captus, Venetias adducitur.	25	1177
D	19	Othone captiuo Imperatoris filio procurante sublatum schisma est, & inter Imperatorem & Pontificē ic̄ta pax summo honore Venetum, quibus ad futuram rei memoriā Pontifex quędam in lignia perpetuo ferenda donauit. Hierosolymitanorum VII Balduinus IIII, regnat an. 6, & fuit Amariçi superioris regis filius.	26	1178
	20	Francis regnat Philippus Ludouici filius, an. nis 44.	27	1179
	21		28	1180
6380	22	Balduinus Hierosolymitanorum rex Saladinū Aegyptiorum regem, non longe ab Acalona superauit & in fugam uertit. Pont. CLXXVIII. Lucius III. Tuscanus an. 4. mēf. 2.	29	1181
	1	Petrus Comestor, qui Scholasticam scripsit historiam floret.	30	1182
	2		31	1183
	3	Balduinus lepra infectus uxorem non duxit, quare cum finem uitę suę intellexisset, Sibyllę sororis suę filium puerum, Balduinū & ipsum nomine, post sui mortem sub tutela Tripolitani Comit̄s regnare iussit. Mortuo igitur sento re Balduino, & non multo post iuniore uia uniuersę carnis ingresso, Sibylla eius mater quę ad secundas transferat nuptias, Guidonē uirū suū		

regnat

CHRONICON.

123

Anni	Anni	Imperatores	Anni	
				mundi.
		regnare procurauit. Guidone igitur regnū adeptus, inter eū Tripolitanumq; Comitē perniciofa exortē dissensio, in qua Comes Saladino adherens maximū detrimentū nostris cōparauit.		
	4	Fridericus omnes Hetruricę ciuitates agraria ditione priuat præter Pistorium.	33	1185
		Pont. CLXXIX. VRBANVS IIII, Langobardus an. 2.		
	1	Ioachim Abbas uir ppheticō spiritu plenus, & in sciētia sacrarū literarū doctus in Calabria floret.	34	1186
	2	Saladinus per nostrorū discordias uires adeptus, post maximā Christianorū stragē tandē hoc anno Hierosolymā recepit, quam urbē post Godofridum Christiani reges per octo & octoginta annos nobilitatis gloria possederant.	35	1187
		Pont. CLXXX. GREGORIUS VIII, Beneuentanus, mensibus 2.		
		Pont. CLXXXI. CLEMENS III, Romanus, annis 3, mensibus 5, diebus 16.		
	1	Fridericus Imperator, & Philippus Francorum rex, et Richardus quoq; rex Anglicus unā cum Clemēte Pontifice in subsidium atq; recuperationem sacratissimę terrę conuenere, & hoc eodem anno exercitum nauibus præmisere. Florentinis ad decimū lapidem est restituta potestas.	36	1188
	2	Fridericus cum iam Syriam teneret, & quę in Christianorum subsidium oportuna uidebantur præpararet, dum in flumine lauaretur, clausis uia meatibus suffocatur.	37	1189
		HENRICUS VI, Imperatorum XXI, an. 10.		
	3		1	1190
6390	4	Philippus Francorū rex Brūdullo mouēs in Syriam exercitū traducit, et cum Richardo Anglorum rege castra cōiungit, simulq; contra Saladinum prosperē bellū gerūt, mox discordantibus nostrorum regibus Philippus in Galliam est reuersus: Richardus nihilominus præsentī anno bellum strenuē profequitur, anno uerō sequenti & ipse quoq; domum reuertitur.	2	1191
		Pont. CLXXXII. CELESTINVS III, an. 6, mēf. 2.		
	1	Celestinus XVI. Calendas Maias sua pontificatu coronatione in Paschali solēnitāte celebrata, postridie Henricum Romę coronauit.	3	1192
	2	Solis facta defectio.	4	1193

X 3 Saladinus



OP.A. LIB. B. C. S. M.

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores	
			Occidentis.	Anni Salutis.
	3	Saladinus post longā persecutionē ac nostrorū cades apud Damascū obiit, & eius filij regnum inter se diuiserūt. Quapropter Saphandinus Saladini frater grauatus, eo quod nullā regni partem sibi Saladinus reliquisset, eiusdem filios regno pepulit, & ipse solus in futurum regnat.	5	1194
	4	Henricus Imperator Siciliam obtinet.	6	1195
	5	Florētini Cōsulē elegerūt, qui ius diceret, & cū publica potestate rempublicā gubernaret. Quod per singulos annos usq; ad Friderici secūdi mortem obseruatum est.	7	1196
	6	Exorta tēpestatis ui, lapides cum pluuiā aqua ē celo ceciderunt.	8	1197
	7	Henricus sublidariū Christianis exercitū in Syria mittit, qui proximo deinde anno mortuo Romanorū Henrico reuertitur. Quapropter Christiani qui in Syria remanserant delituit, id reliquū domini quod in ea prouincia possidebant penitus amisere.	9	1198
		Pont. CLXXXIII. INNOCENTIUS III, Campanus, annis 17.		
D	1	Richardus Angliæ rex telo catapultæ percussus obiit, cui successit Ioannes eius frater.	10	1199
		Discordia fuit de Imperatore deligendo, Othone Saxoniæ duce a quibusdā electo, & ab Innocentio cōfirmato: uerūtamē in Germaniā Philippus obtinuit.	PHILIP- pus Henrici fra- ter, Imperatorum	
	2	Galli Venetis iuncti Constantinopolin capiūt, et Alexiū Isaurijs Constantinopolitani quōdam Imperatoris filium Imperatorē faciūt, quo mox in Græcia interfecto imperium inijt Balduinus Gallus, quo procurante Orientalis & Romanæ ecclesiæ unio confirmatur.	XXIII, an. 9.	1200
6400	3	Tartari cū uxoribus & filijs ab Indiæ montibus egressi, p uicinas puincias prædas agūt, quib. af lueti Parthos deinde petūt, & pari terrore Mediā, Assyriā, Persiā, Armeniamq; & Sarmatas nō lōgo tēpore puadentes, circa Mæotidis paludis littora sedes demum firmant.		1201
	4	Per hæc tēpora Innocentius Decretales compo- suit atq; sanciuit & obseruari iussit.		1202
	5			1203
	6			1204
	7			1205

Post

CHRONICON.

124

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores	
			Occidentis.	Anni Salutis.
	8	Post Balduinum Constantinopolitanum imperium tenuit Henricus eius frater annis 11. Franciscus ordinis Minorum princeps, terrena despiciens iecutus est Christum.	7	1206
	9	Dominicus, Calagura Hispaniæ pago natus, et ordinis Prædicatorum institutor & pater, clarus habetur.		
	10	Veneti Cretam & Corinthum capiunt. Philippus Imperator a Palatino Comite inter-	8	1207
		ficitur.	9	1208
			OTH O III. Imperatorum XX(11). annis 3.	
	11	Otho Romæ ab Innocentio coronatus statim cum Romanis pugnans urbe pellitur, & cōtra Pontificis uoluntatem plura oppida in Apulia capit: Siciliam quoq; suæ ditioni addidit: Quapropter eodem anno habito Romæ Concilio imperio deponitur.		
	12		1	1209
6410	13	Propter dissensionem deligendi Imperatoris, Itali neq; præcedentem Philippum, neq; proximum Othonem ad imperium admittunt, præter id tātū temporis qd inter coronationē et depolitionē Othonis interfuit, p reliquū uero eorundē Impatorū tēpus uacalle imperiū scribūt.	2	1210
			3	1211
			FRI DE- ricus II. Imperato- rum XX V. an. 33.	
	14			1212
	15			1213
	16	Philippus Galliæ rex Ioannem Anglorum regem. & Othonem quondam Imperatorem apud Beigas superat.		1214
	17	Synodus Lateranensis Hierosolymæ recuperandæ gratia celebratur Episcoporū cxxx, in qua libri quidā Abbatis Ioachim reprobantur.	4	1215
		Pont. CLXXXIII. HONORIUS III, Romanus, annis 10, mensibus 2.		
	1	Honorius Petrū Altiodorēse Comitē Cōstantinopolitanū Imperatorē coronauit, quē Theodorus in seruitute redigens usurpauit imperiū. Honorius ordinem Prædicatorum confirmauit, beato Dominico procurante.	5	1216
	2	Pleriq; Christianorū Principes pro Christiana religione contra Saracenos nauigantes, iuxta Acon magno exercitu contenerere.		
	3	Damiata à nostris capta pro recuperatione no-	6	1217
			7	1218
			X 4 bilium	

A

B



OP.A. I.V.S.B.C.E. S.R.



MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.		
					bilium captiuorum sequenti anno redditur.
	4	8	1219		Fridericus ab Honorio Romæ unctus imperialis titulos recepit, & nihilominus ecclesiastica tibi usurpans iura Honorii persequitur, & maxima inter eos uigent discordia.
	5	9	1220		Dominicus ordinis Prædicatorum primus, uita & scientia per omnia clarus moritur Nonis Augusti.
6420	6	10	1221		Philippus Gallia rex moritur, cui succedit Ludouicus eius filius annis 4.
	7	11	1222		Honorius religionem beati Francisci. 111 Calendas Decembres confirmauit.
	9	13	1224		Iesus Christus dei filius dilecto suo Francisco uiro beato per obumbrationem apparens, in memortam dominice passionis sui sacratissimi corporis stigmata, conlimitibusq; pandentibus membris in beati Francisci corpus impressit.
	11	15	1226		Franciscus ordinis Minorum princeps, Christi stigmatibus insignitus, & miraculis clarus moritur 111 Nonas Octobres, & biennio post in Catalogum sanctorum à Gregorio refertur.
					Pont. CLXXXV. GREGORIUS IX, annis 14. men. 3.
	1	16	1227		Ludouicus Francorum rex moritur, & succedit ei Ludouicus eius filius, annum agens 14.
	2	17	1228		regnauitq; annis 43.
	3	18	1229		Fridericus aduersus Gregorium inimicitias prosequitur.
	4	19	1230		(ritur.
6430	5	20	1231		Antonius beati Francisci discipulus Patarij monem affectati regni carcere maceravit.
	6	21	1232		Fridericus Henricum filium propter suspicionem in affectati regni carcere maceravit.
	7	22	1233		Fridericus in Syriam transiens cum maximo Aegypti principe, quem Soldanum nominant, conuentiones fecit, in quibus plura consensit Christianis indecora, postq; consentiente Soldano Hierusalem ingressus in ea urbe coronatur.
					Fridericus in Italiam elephantem duxit.
	9	24	1235		Fames in Gallia, in qua sextartum uendebatur auri dragmis duabus.
	10	25	1236		Accursius Florentinus nobilis famæ iuris consultus floret.
	11	26	1237		Fridericus Mediolanum ferè depopulatus est, & per Cisalpinam Galliam omnia ferè possedit, præter Bononiam & Parmam.

Sarmatæ

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis.		
	13	28	1239		Sarmatæ prædarum auidi per Asiam debachantur. Solis facta defectio.
	14	29	1240		Veneti Ioanni Constantinopolitano Imperatori pecuniâ mutuantes partem maximam dominice crucis pignoris loco acceperunt, quâ Ludouicus Francorum redimens Parisium transtulit.
					Pont. CLXXXVI. CELESTINVS IIII, dies 17.
					Postquem uacauit sedes anno 1. mensibus 9.
6440	1	30	1241		In Burgundia mons à monte dehiscens, uallesq; coartatis multa agricolarum hominum milia oppressit.
	2	31	1242		Sarmatæ ingenti multitudine eorum fines egressi, caedibus, primo ac rapinis Græciæ prouincias inuasere, mox inde per Pannoniam depredantes in Germanos quasi sæua nimborum procella feruntur, & multis ac maximis cladibus illas prouincias afficiunt.
					Pont. CLXXXVII. INNOCENTIVS IIII, annis 11. mensibus 3.
	1	32	1243		Fridericus diu Pontifices persecutus, cum maximis calamitatibus Romanam sedem affecisset, tandem hoc anno ab Innocentio in Lugdunensi Concilio damnatus est, & imperatoria ac regia potestate depositus.
					Post depositionem Friderici uacauit imperium annis 28.
	4	2	1246		Memelinus potentissimus Afrorum rex Hispaniam ingressus Christianos persequitur: Quapropter Galli Hispanis iuncti illum superant, ob cuius uictorie gloriam eius uexillum Romam mittunt, & in ecclesia sancti Petri suspendunt.
	5	3	1247		Ludouicus Francorum rex copioso Christianorum exercitu, & cum Roberto & Carolo fratribus contra Saracenos in Syriam nauigat.
	6	4	1248		Ludouicus Damiatam capit, & uarijs inde prælijs cum Saracenis habitis tandem superatur & capitur, pro cuius recuperatione Damiatam redditur.
	7	5	1249		Margarita regina capto Ludouico uiro suo filio apud Damiatam peperit, quem Tristanum nominauit.
	8	6	1250		Fridericus non effrenis modo ira, uerum rabie & crudelitate immanis contra fautores Pontificis in senese gerens bellum, postquam per Italiam & precipue in Herreria semina maximarum discordiarum immisit, sub graui celsura Pontificis in Apulia apud oppidum Tarentinum moritur, anno ætatis suæ 57.

Post



MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores	
		Occidentis.	Salutis.
		Post Friderici mortem Florentini rempublicam reformantes XII Antianos creauere.	
6450	9	Conradus Friderici filius e Germania profectus	7 1251
	10	Apulia regnum suscepit, & proximo deinde anno morit, ueneno, uti creditur, extinctus, Manfredi fratre suo procurante.	8 1252
		Regis Alphonſi Era. *	
	11	Mafredus Friderici quondam Imperatoris ex concubina matre filius Sicilia regnum obtinuit.	9 1253
		Pontificalis sedes uacauit annis 2.	
	1	Florentini Pisanis pacem dedere, in qua portus immunitatem, & ponderibus & mensuris uti more Florentino Pifani consenserunt.	10 1254
	2	Genuenses Pisanis iuncti foedere armata classe Venetias oblidit, & illorum naues atque littora depredantur.	11 1255
		Pōt. CLXXXVIII, ALEXANDER III, Capanus, annis 6, mensibus 6.	
	1	His temporibus Principes Germanie de Imperatore deligendo contēdentes bifariam diuiduntur, in qua diuisione duos Imperatores plures elegerunt, quare neuter confirmatus interregnum adhuc aliquot annis progreditur.	12 1256
	2	Albertus Magnus Parisiis insignis habetur.	13 1257
	3		14 1258
	4	Michael Paleologus Grecorum Imperator fretus Genuentium auxilio Constantinopolim, quam nouē & quinquaginta annis occupauerant Gallici, recepit.	15 1259
	5	Mafredi regis copiam sequentes Apolliticę sedis autores cum Senensibus conuenere, & Florentinos, partes Romani Pontificis defendentes, iuxta flumen Arbia miserabiliter superarunt.	16 1260
		Mirabilis peregrinatio populorum, quae a Perulinis incipiens non solum Italiae populos, uerum etiam externos adeo commouit, ut longis agminibus, crucem sequentes, ad conuicinas ciuitates misericordiam clamantes & pacem supplices commearēt.	
		Alexander quosdam nouos libellos, religiosos de elemosynis uiuentes saluari non posse dicentes, penitus reprobauit.	
		Azolinus Veronensium tyrannus, & Albertus eius frater postquam per Italiam, & praecipue apud Insubres, & per Venetiam atque Aemiliam crebras	

crudelita

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores	
		Occidentis	Salutis
		crudelitates & praedas longo tempore exercuerant, in mala senectute necantur.	
		Pannonij cum Bohemis de finibus contendentes atrox praedium commiserunt, in quo superati Pannonij fugam arripuerunt, in qua supra XIIII eorum milia flumine submerguntur.	
6460	6	Pont. CLXXXIX, VRBANVS IIII, Gallicus, annis 3, mensibus 1, diebus 14.	17 1261
		Deinde uacauit sedes mensibus 5.	
	1	Bonauentura insignis Theologus, & ordinis minorum generalis, ingenijque gratia & autoritate magna praeditus, clarus habetur.	18 1262
	2	Vrbanus Sicilia regnum, quod a Manfredi occipatur, Carolo Ludouici regis Francorum fratri concessit, eumque in Italia per legatos euocauit.	19 1263
	3	Stella quae Cometen Graeci uocant, insigni magnitudine supra tres menses apparuit, & eadem ipsa nocte qua Vrbanus obiit extincta est.	20 1264
	4	Bondogobar Soldanus Christianos Syriae debellat.	21 1265
		Dantes Aligherius Florentiae nascitur.	
		Pōt. CXC, CLEMENS IIII, an. 3, mens. 9, dieb. 21.	
		Manfredus non longe a Beneueto a copijs Caroli superatus occiditur.	
	1	Bondogobar Armeniam hostili exercitu ingressus Christianos persequitur, & eodem anno Antiochia cepit, & habitatoribus inania penes deleuit.	22 1266
	2	Christianos persequitur, & eodem anno Antiochia cepit, & habitatoribus inania penes deleuit.	23 1267
	3	Carolus Coradinus Conradi filius, & Frederici quondam Imperatoris nepotes in finibus Albani agri superat, fugientemque capit, & securi percudit.	24 1268
	4	Clemens Viterbij defuncto, propter discordiam patrum, quae de successore non conueniebant, biennio uacauit sedes. Pontificatus sedes uacauit annis duobus.	25 1269
	1	Ludouicus Francorum rex augenda christianitatis gratia, magna comparata classe Carthagine nauigans, primo aduentu cum Saracenis prospere dimicauit, donec morbo in exercitu prevalere unam cum Ioanne filio suo, & nonnullis regni sui partibus Ludouicus interijt. Post cuius mortem Carolus eius frater eadem provinciam suscipiens, subsidiaria legionem in Africa deportauit. Verum cum uel pestilentiae coacti prosequi incepta non possent, quibusdam tamen conditionibus illis Saracenis impositis redire.	26 1270

Ludouic o

OP. M. S. B. N. S. M.

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni	Imperatores	Anni
	mundi. Pont.	Occidentis.	salutis.
	Ludouico Francorum regi succedit Philippus		
6470	2 eius filius annis 15. Pont. CXCII. GREGORIUS X, an. 4.	27	1271
	1 Gregorius post electionē sui ē Syria euocatus hoc anno reuertitur, & Viterbij est inunctus.	28	1272
	Ayto Armeniæ rex moritur, cui succedit Lyuo nius eius filius, sub quo Ægyptij Armeniam deuastarunt.	RODVL- phus Imperato- rum XXVI an. 19	
	2 Synodus Lugdunensis Hierosolymæ recupe- randæ gratia celebrata est, in qua de processio- ne spiritus sancti cum Romana ecclesia Græci conuenere.	1	1273
	3 Thomas Aquinas ordinis Prædicatorū insignis Theologus, & uir suæ ætatis peracutus obiit.	2	1274
	4 Bondogobar Armeniā iterum infesto inuadit exercitu, & eam gentem nefanda afficit strage, postq̄ onustum præda exercitum cum ducētis captiuorum hominum milibus in Ægyptum reduxit. Pont. CXCIII. INNOCENTIVS V. men. 6.	3	1275
D	Vicecomites pulsis tyrannis ueterioribus Me- diolanense dominium tenuere.	4	1276
	Pont. CXCIII. HADRIANVS V. men. 1, dieb. 19. Post quē CXCIII. IOANNES XXI, men. 8. Quo defuncto uacauit sedes mensibus 6.		
	1 Rodolphus Imper. Bohemię regē atroci prælio superatū capit, & ueluti cōtempitū atq̄ deiectū mancipiū in uilissimis officijs seruire libi cōpel- lit, magnoq̄ dedecore afficit, post uerō illum in regnū restituit, et filiam suam uxorem illi dedit. Maria Principis Antiochiæ filia, cui Hierosoly- mæ regnū debebatur, quod Hugo eius nepos occupauerat, donauit id Carolo Sicilia regi. Pont. CXCIV. NICOLAUS III, an. 3, men. 9, dieb. 10. Deinde uacauit sedes mensibus 5.	5	1277
	1 Bondogobar cōtra Assyrios bellans uulnerat, & Damascum deportatus est, ubi post paucos dies migravit ē uita, & succedit ei Melechsaith.	6	1278
	2 Albertus magnus Ratisponensis quondam E- piscopus obiit.	7	1279
	3 Sicilia à Carolo deficiens Petro Aragonensi de- ditur. Pont. CXCV. MARTINVS IIII, an. 4, men. 2.	8	1280
6480	4	9	1281

Tartari

CHRONICON.

A	Anni	Imperatores	Anni
	mundi. Pont.	Occidentis.	salutis.
	1 Tartari Armenijs iuncti centum milia Babylo- num superat, & multis eorū interfectis in fugam uertit. Priores artū Florētię creati, et publicis ædib. pri- mum inclusi, nec aliud quicq̄ quā de republi- ca cogitare iussi sunt, qui magistratus ad noītrā ulq̄ ætatem in ciuitate simul perdurat.	10	1282
	2 Martinus Petrum Aragonentiū regē grauissi- mis damnat censuris, eò quod Caroli regna debellaret.	11	1283
	3 Genueses iuxta Meloram nauali prælio Pisa- nos superant, quo supra 17. sunt deſyderati. Carolus Apuliæ moritur, & succedit ei Carolus eius filius annis 25.	12	1284
	4 Philippus Francorum rex obiit, & succedit ei Philippus eius filius cognominatus Pulcher annis 29. Petrus Aragonensis ex accepto in prælio con- tra Gallos uulnere interiit. Pont. CXCVI. HONORIVS IIII, Romanus, anno 1, diebus 11. Et uacauit deinde sedes mensibus 10.	13	1285
	1 Honorius pulso Guidone Feltrano Flaminiam recepit.	14	1286
	2 Aragonenses Caroli regis classem in Neapolita no littore superant. Pont. CXCVIII. NICOLAUS IIII, Langobar- dus, an. 4, mense 1, diebus 8. (datur. 16	15	1287
	1 Tripolis ciuitas à Saracenis expugnata depræ- Florentini maxima strage Aretinorum Gebelli- nos in Cassentinati agro superant, & munitissi- ma eorum oppida capiunt. Carolus Caroli secundi regis Apuliæ primoge- nitus filius, ex hæreditate materna Hungarię re- gnum accepit.	17	1289
	2	18	1290
6490	4 Pluribus Christianorum milibus in Syria à Sa- racenis interfectis, reliqui omnes præ timore ē prouincia migrarunt. Melechsaith Soldanus mortuus est, et successit ei Seraph, qui Christianos etiam persequitur. Vacauit im- perium anno 1. Pontificalis sedes uacauit annis 2, mensibus 3, diebus 18.	19	1291
	1	1	1292
	ASAVL- phus Imperatorū XXVII, annis 6.		

Y Initium



OPAEYBIBLIOTHECA

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis	Anni Salutis.
	2		1293
	3		1294
	Pont. CXCIX. CELESTINVS V, menses 5. Florentini ecclesiam maximam ædificare cœperunt, quam quadrato sculproq; marmore eximie ac magnificentissime construxerunt. Celestinus propriae quieti atq; saluti consulens se abdicauit Pontificatu. quinto ferè mēse postquam fuerat assumptus.		
	Pont. CC. BONIFACIUS VIII, Campanus, annis 8, mensibus 9, diebus 17.		
	1		1295
	1 Ludouicus Francorum rex, qui augendæ Christianitatis gratia in Africa obiit, in beatorum numero à Bonifacio describitur.		
	2		1296
	2 Florentini castella duo in ualle superioris Arni condiderunt, Francum scilicet & Ioannem.		
	3		1297
	3 Dinus Mugilanus utriusq; iuris eruditissimus claret.		
	4		1298
	4 Genuenses in Adriatico mari Venetos superant, & 70 eorū naues captas Genuam deducunt. Palatium Florentini populi quod Priores inhabitant, ædificari est cœptum.		
	Albertus Rodolphi quondam Imperatoris filius Astaulphum Imperatorem in prælio superatum occidit, & decem annis imperium obtinuit.		
	ALBERTUS Imperatorum XXVIII, an. 10.		
	5		1299
	5 Florentinæ urbis moenia maiore ambitu, sicuti nunc extant, fundari sunt cœpta. Cassanus Tartarorum rex Saracenos superat, & sepulchrum dominicum obtinet. Bonifacius hæresin eorum qui se Fratricellos dicebant damnauit, & ubiq; persecutus est.		
	6		1300
	6 Iubileus indicitur à Bonifacio Pontifice. Celebras adhuc Pontifex Iubileum in publico prælatorū assensu concionatur, & recensuit se eo anno 12 legationes, quarū Florentini extiterat principes, à diuersis mundi principib; accepisse, & legatorū inde nominibus atq; familijs palam exhibitis iniunxit: In gloriam igitur Florentini nominis affirmo, in gubernatione orbis terrarum Florentinos aliud elementum fore.		
6500	7		1301
	7 Cometes in caelo apparuit.		
	8		1302
	8 Dantes Audigerus agnoscitur.		

Concira

CHRONICON.

128

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.
	9		1303
	9 Philippo Francorum rege procurante, & pecunias cōferente, Scarta Columnentis preparato satis magno armatorū hominū numero, Bonifacium Pontificem Anania consentiente populo capit, & custodiri iubet, quā Pontificis iniuriā tertia die Ananienis populus ad conscientiam reuersus non tulit, sed illum per tumultū liberauit, qui Romam profectus est, & nimio dolore grauatus post parū in morbū incidens interiit.		
	Pont. CCI. BENEDICTVS XI, mensibus 9. Post quē uacauit sedes mensib. 11. (nascitur.		
	1		1304
	1 Franciscus Petrarcha egregius Poeta futurus Franci natali primo, mox etiam terrestri prælio cum Belgis pugnates, multis utriusq; partis interfectis milibus, non incruentā uictoriā adepti sunt, & post reparatis cōtinuo copijs, & ad dimicandū animis erectis, cū quisq; suū euentū formidaret, ad acceptā utriusq; gentib; pacē consenserunt.		
	2		1305
	2 Palæologus Constantinopolitanus Imperator moritur, & succedit ei Andronicus. Angli Scotos subigūt, qui sequenti anno regem sibi eligentes defecerunt.		
	Pont. CCII. CLEMENS V, Vasco annis 8, mensibus 10, diebus 15. (cōfirmavit.		
	1		1306
	1 Clemēs Aragonēsiū regem in Sardinia regem Florentini & Lucenses unitis castris Pistoriū capiūt.		
	2		1307
	2 Adoardus Anglorū præstabilis famæ rex obiit, & suscipit regnum Adoardus eius filius.		
	3		1308
	3 Albertus Imperator cum Rhenū transisset, nauis descendens à nepote suo interficitur.		
	HENRIUS Imperatorum XXIX annis 5, mensibus 9. Veneti Ferrariam occupant, & ideo à Clemēte Pontifice interdicti sunt sacris, nec multo post bello superati illam amittunt.		
	4		1309
	4 Rhodus in Christianorū potestatem deuenit. Carolus II Apuliae rex moritur, cui succedit Robertus eius filius annis 33. Bolis perpetua ardens per cœlum dilabitur.		

Y 2 Ioannes

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores	Anni	
			Occidentis.	Salutis.
	5	Ioannes Henrici Imperatoris filius, regis Boemiarum filiam uxorem accipit, et regno, cuius illa fuerat haeres, potitur.	2	1310
		Henricus Italia ingressus Mediolani coronatur.		
6510	6	Concilium Viennense biennio celebratur.	3	1311
		Ludouicus Caroli secundi regis filius, & Tolosanus quondam Episcopus, inter sanctos Pontifice concedente refertur.		
	7	Henricus Romam ingressus contra decem imperij Laterani per contentionem coronatur & in Florentinos inde uertus ad Salutanam aedem sub ipsis pene urbis moenibus posuit castra.	4	1312
		8	5	1313
		Henricus Pisis nouis comparatis copijs, & cum Genuentibus Fridericoque Siciliae rege conuentionibus factis, contra Robertum Apuliae regem ire contendit, quo in itinere apud Bunconentum morbo superante correptus interijt.		
			Vacauit Imperij an. 1.	
	9	De Imperatore deligendo contentio facta est, in qua quidam Ludouicum, alij Fridericum elegerunt, quamobrem inter eos bellum fuit. durauitque annos 8, quo tandem anno Ludouicus obtinuit, & solus regnauit annis 24.	1	1314
		Tres simul Lunae in caelo apparuerunt.		
		Fulgor quem Cometam dicunt tribus mensibus emicuit.		
		Francis regnat Ludouicus Philippi filius an. 2.		
		Pontificalis sedes uacauit annis 2, mensibus 3, diebus 17.		
			LUDOUICVS IIII cognomento Bauerius, Imperatorum XXX, an. 33.	
	1		1	1315
	2	Vgutio Fagiolanus Pisanorum Luceniumque tyrannus, Pisis uadens. Lucam ea die, ambabus illis urbibus excluditur.	2	1316
		Castrutius apud Lucenles ob illatam mortem mortis reus, populari factione e medio iudicio sublatus, dominus ciuitatis efficitur.		
		In pago uallis superioris Arni nomine Terrano monstrum natum est habens duos pueros uno umbilico ad inuicem iunctos, cui ab uno latere & genitalia erant membra, & bina quoque pendebant inualida crura, ab altero uero latere crus solum exhibat imperfectum,		

uixitque

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores	Anni	
			Occidentis.	Salutis.
		uixitque diebus 40.		
		Ludouico Francorum rege mortuo, succedit ei Ioannes eius filius puer diebus 20, post quem Philippus Ludouici frater annis 5.		
		Pont. CCIII. IOANNES XXII, annis 18, mensibus 4.		
	1		3	1317
	2	Genuenses dominiui ciuitatis Roberto Apuliae regi concesserunt.	4	1318
	3		5	1319
	4	Castrutian belli aduersus Florentinos principes	6	1320
6520	5	Dantes Audigherius Florentinus Poeta Rauenae in exilio moritur aetatis suae anno 56.	7	1321
		Francis regnat Carolus praecedentis Philippi frater annis 6.		
	6	Dupra triginta Byrorum equitum milia Armeniam depraedantes magnam Christianorum multitudinem in seruitutem capiunt.	8	1322
		Scoti Anglos ad bellum comouerunt, quapropter Angli Scotiam temere ingressi, priusquam uiginti hominum milia inedia perdididerunt: Postquam calamitatem Scoti iterum Angliam repetentes regias copias superarunt.		
	7	Thomas Aquinas a Ioanne pontifice inter sanctos relatus est.	9	1323
		Ioannes Pontifex constitutiones fecit contra diceantes Christum & eius apostolos nihil in hoc mundo possedisse, id errorem censens & tanquam haereticum damnans qui idem confirmaret.		
	8	Ioannes Pontifex Ludouicum Bauariae ducem ad imperium tampridem delectum ecclesiae communionem interdixit, & uarijs censuris publice condemnauit.	10	1324
	9	Gentilis Fulginas, & Dinus Florentinus, praestabilis sapientiae medici in Italia habentur.	11	1325
	10		12	1326
	11	Ludouicus Romae praeter Pontificis uoluntatem a Scarra Columnensi nulla solita solemnitate seruata coronatus, sua sententia Ioannem Pontificem priuat, & Petrum Corbanensem ordinis minorum Pontificem facit, a quo iterum imperatoribus coronam iubet, & sibi inuicem falli suae dignitatis autores fiunt.	13	1327
		Francis regnat Philippus trium praecedentium regum patruelis frater annis 23.		
	12	Castrutius circa Pistorium undique uallo atque	14	1328

Y 3 folsis.



MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.	
				fossis cinctus, paucioribus insidentes copiis intus simul extraque oppugnatus, tanta uirtute industriaque præualuit, ut in maximam hostium copiarumque oculis urbe illa mirabili fama potiretur. Caltruius & Galeatus Vicecomes ex contracto ob nimium laborem in Pistorienli obsidione morbo e uita migrarunt. Petrus de Murone, qui quondam Pontifex Celestinus quintus dictus est, in catalogo sanctorum describitur.
13		15	1329	Pisani, qui post Castrucij mortem in Ludouici Imperatoris potestate deuenierant, in libertatem se uendicauerunt. Gerardus Spinula Genuensis suis priuatis pecunijs Lucam urbem emittit.
14		16	1330	Greci Theucros inuadentes in gentes bellum excitarunt, quod proximis annis sæpius renouatum est. Solis & Lunæ eodem anno facta defectio. Pisani Petrum Corbanensem falsum Pontificem quem Imperator Ludouicus in Germaniam transiens Pisis reliquerat, captum, & ad Ioannem Pontificem Auinione tunc degentem mittunt, apud quem suum errorem confessus uitam suppliciter exorauit, donec triduo post honesto carcere asseruatus interijt.
6530	15	17	1331	Ioannes Bohemiarum rex Italiam ingressus, Brixiam, Bergomum, Lucam, Parmam, Rhegium, & Mutinam in suum arbitrium potestatemque accepit.
16		18	1332	Genuenses nauali prælio Aragonenses superant, & eorum littora cupidissimum e depraedantur.
17		19	1333	Arno continuus imbribus immenso auctus, tres Florentie pontes cum murorum urbis parte ac proximis fluuio adificijs, maximo ciuium terrore prostrauit.
18		20	1334	Marmorea turris singulari præstantia splendidissimi operis, ad reparatam templum Florentie fundari est ccepta. Ioannes Pontifex, & Philippus Francorum rex una cum Venetis in Grecorum defensionem classem armarunt, qua superatos Turcas represserunt. Ioannes Pontifex ætatis sue anno 90 pridie No-nas Decembris Auinione moritur, relinquens in thesauris suis ingentem uim auri atque argenti, cuius recta comparatio fuit aurearum drachmarum 25 milia, hoc est, milies 25 milia: quod scripsisse arduum quippe uidetur, nec legitur alijs temporibus ecclesia Romana fuisse locupletior.

Pont.

CHRONICON. 130

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.	
				Pont. CCIIII. BENEDICTVS XII, Tolosanus annis 7.
1		21	1335	
2		22	1336	Prima Venetorum cum Florentino populo societas facta est aduersus Martinum Veronensem tyrannum. Ioetus uir præclarissimus in pictura ingenij, qui antiquatam iam longo tempore pingendi artem nobilissimam reddidit, defunctus est.
3		23	1337	Cometes quatuor menses apparuit, & antequam extinctus sit emicuit alter mensibus duobus.
4		24	1338	Romani à Florentinis populares quasdam leges per legatos poposcerunt.
5		25	1339	Censu Florentie agitato, inuenta sunt hominum intra urbem de gentium x c milia. Decem Saracenorum milia ab Hispanis caesa, & totidem capta.
6		26	1340	Cometes in caelo est uisus. Franci ab Anglis superati x eorum milia periere, Petrus Florentie x vi milia urbanae multitudinis extinxit, & per agrum foeda strage defecit.
6540	7	27	1341	Luca à Florentinis emptæ atque receptæ, nono ferè mense à Pisanijs aufertur. Pont. CCV. CLEMENS VI. Lemouicentis an. 12.
1		28	1342	Gualterius Gallus fallis titulis Athenarum dux Florentie tyrannidem decem menses obtinuit. Robertus Apulie rex nullo sibi superite filio moritur, & Andream Caroli fratris sui atque Hungarie regis nepotem, cui Ioannem neptem uxorem dederat, post se regnare iubet, qui regnauit annis 3.
2		29	1343	
3		30	1344	Christiani magna classe in Turcas uecti Smirnaeum oppidum obtinuerunt, & magna deinde utriusque gentis clade sæpius pugnarunt.
4		31	1345	Andreas Apulie rex laqueo necatus est, consentientibus agnatis eius regno inhiantibus, post quem septem annos sub itaria Principum contentione id regnum in armis fuit.
5		32	1346	Fames ingens per uniuersam Italiam, in qua mendicantium turba uel inhumano quoque cibo uix sustentata fuisse traduntur.
6		33	1347	Adoardus Anglorum rex Philippum Francorum regem superat, quo prælio supra uiginti hominum milia periere.
				lus IIII Imperatorum XXXI, an. 32.

Y 4 Ingens

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

C	Anni	Imperatores	Anni
	mundi. Pont.	Occidentis.	Salutis.
	7	1	1348
	Ingēs uapor magnitudine horribili boreali mouens regione magno aspiciētū terrore per cœlum dilabitur. Et quidam scribunt, hoc eodem anno quasdam bestiolas multiplicato numero in Oriente e cœlo cecidisse: quarū corruptio & fœtor pestilentiam intulit.		
	8	2	1349
	Lugubris et miseranda pestis penē per orbem, quę in Asia apud Indos incipiēs, paucimq; prouincias irrepens, triū annorum spacio usq; Britannos ubiq; terrarū in omnes gentes delatuit. Hic annus amplius LX hominum milia Florentia intra urbem assumpsit, & per agrū cuncta prope deserta dereliquit.		
	9	3	1350
	Philippus Francorum rex Viennensium principatum emit. Viliacū Germanię urbs terremotu corruit, et p Pannoniā atq; Italiā nonnullę ciuitates nutarūt, in quibus ædificia quædā funditus corruerūt.		
	10	4	1351
	Philippus Frācorū rex obiit, & Ioānes eius filius in regno successit, post quē tres Caroli ab eo per successionem nati usq; in præsentem diē id regnum possident.		
D	6550	5	1352
	Pistorium Florentini receperunt. Ioānes Vicecomes Mediolanētiū Prælul, & eiusdē quoq; ciuitatis tyrān ^o in Florentinos bellū mouet. Genuenses et Veneti maritimis inter se prælijs factantur, & adeo grauib; incenduntur odijs, ut qui pluries uicerint, pluries ipsi quoq; uincerentur. Quibus in contentionibus Creta, Euboea, Tenedos, & alię quædam insulę, nec minus conuicina Venetijs littora, uel capta sunt, uel penitus deprædata. Cometes sub ipso Septentrione mense Decembris apparuit, quo extincto graues uentorum æstus subsequuti sunt, & cœlestis trabs priore ardente parte per cœlum labi uisa est.		
	12	6	1353
	Ludouicus Philippi Tarentini principis filius, postq; cōtra Ludouicū Pannoniæ regē Apulię regnum obtinuit, Clementis Pontificis nomine Neapoli inunctus regiam potestatem accepit. Cœlestis flāma post solis occasum inter Zephyrū atq; Austrū lausime excresecēs, terribileq; ostētās incēdiū tādē murmure magno p cœlū ruit.		

Pont.

CHRONICON.

133

A	Imperatores	Anni	
	Occidentis	Salutis.	
	Pont. CCVI. INNOCENTIVS IX, Lemo-		
	uicensis. annis 10.		
	1 Cœlestis quoq; flāma lōgū post se trahēs extin-	7	1354
	ctū limirē a Septentrione in Austrū repēte fert.		
	2 Infinitus prope locutarū numerus in Africa	8	1355
	Cyproq; apparuit, quæ herbarū simul & arborum teneras depalcentes frondes magnam frugum sterilitatem fecere. Solis tacta defectio. Ioannes Vicecomes Mediolanensium Prælul, & bellicosissimus tyrannus moritur.		
	3 Carolus Romæ solenni celebratione inunctus	9	1356
	imperij coronam tranquillissime suscipit. Marinus Falceianus Venetiarū dux, cum usurpare libi uniuersam reip. licentiam quaesiuisset, securi percussus dignū sua uita exitum inuenit. Bartholus de Saxoterrato, præstabilis ciuiliū legum interpres, & copiosissimus explanator, obiit ætatis suę anno 56.		
	4 Ludouicus Pannoniæ rex Venetis bellum mouet, in quo supra quadraginta armatorum equorum milibus in Italiā ductis Tarantiū oblidet. Belgæ Germanię fines ingressi non longe a flumine Rheno centū milia Brāmazorum superant, & principes eorum urbes capiunt. In Hispaniā, & præcipue Sibiylia & Corduba, plurima ædificia terremotu conciderunt. Angli in Partienli agro Francos superāt, & Ioannem eorū regem cum Philippo filio capiūt.	10	1357
	5 Hungaria rex Venetis pacem petentibus per-	11	1358
	humaniter assentit.	12	1359
	7 Adoardus Anglię rex Ioānē Frācorū regē liberū esse uoluit, & quibusdā cōditionib; illū dimisit; quib; nō obseruatis Adoardus ipse armatis supra CL nauibus ingentē exercitū in Galliā ducit, & magna clade illam prouinciam afficit.	13	1360
	8 Adoardus rex Parisium oblidet.	14	1361
	9 Pitani contra Florentinos bellū resumpserunt.	15	1362
	10 Volaterrani in Florentinorū potestate redierūt.	16	1363
	Pont. CCVII. VRBANVS V, annis 8.		
	1 Pitani in prælio capti ad spectaculum Florentini populi in quadraginta quatuor curribus per-	17	1364
	urbem deuehuntur.	18	1365

Carolus



OP. M. S. B. C. A. D. 1353



MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores	Anni	
			Occidentis.	Salutis.
	3	Carolus Imperator in Italiam reuertitur, & cū Urbano aliquibus rebus arcane cōpositis, trās alpes redijt.	19	1366
	4	Nicolaus Accialus eques Florentinus, et regni Apulię nobilissimus gubernator, Neapoli moritur, ætatis suę anno 56.	20	1367
	5	Brigida deuotissima Christi mulier, et in regno Suetiæ Neritię princeps, Romā peregre profecta in Italia agnoscitur.	21	1368
	6	Leonardus Brunus historicus Aretiј nascitur.	22	1369
	7	Carolus Imperator iā ætate grauis pprię cōsilijs quieti, Vincislaū filiū suū natu grandiozem Cęsarē facit, & successorē sibi in impio deligit.	24	1371
		Pont. CCVIII. GREGORIUS XI, annis 7, mensibus 5.	25	1372
	2	Paulus Geometra Florentię habetur insignis.	26	1373
	3		27	1374
	4	Franciscus Petrarca, egregij nominis Poęta in Patauini agri pago, qui Aquarda dicitur, obiit.	28	1375
	5	Principium belli, quod Florentini gessere cum Gregorio Pontifice.	29	1376
	6	Ioannes Bocattus, uir amoeni ingenij, & latina patrięq; facundia in scribēdo celebris, ē uita mi grauit, ætatis suę anno 62.	30	1377
	7	Gregorius Pontifex intolerabili uelica dolore Romę interijt circiter Calendas Apriles.	31	1378
	8	Pont. CCIX. VRBANVS VI, an. 11. men. 8. Urbanus natura inquietus, & inhumanus in patres, sex simul Cardinales Lucerię in carcere reclusit, & non multo post necari iussit. Patres dolētes Pōtificē cōtumacē delegisse ab eo recessere, et Fūdis cōuētu factō Clemētē elegerunt; duob. assumptis Pōtificib. diuisa est Ro. ecclesia, et principiū habuit schisma quod p nouē & triginta durauit annos usq; ad Marti nū v. Constantię sublata diuisione, delectum. Infima & mercenaria plebs per discordias ma iorū ciuū Florētię subleuata, honores ciuitatis sibi concedi postulauit, quib. seditionib. ciuitas uarie quassata maximum detrimentū suscepit. Carol⁹ Imperator humana funct⁹ uita decessit. Vincislaus cum iam regnasset cum Carolo patre annis octo, regnauit solus annis 22.	32	1379

VINCISLAUS

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores	Anni		A
			Occidentis	Salutis.	
		VINCISLAUS			
		laus Imperatorum XXXII annis 22.			
	1		1	1380	
	2		2	1381	
6580	3	Carolus regio Fracorū genere nat⁹, & ab Urbano Pōtifice ex Hungaria euocatus, Ludouiciq; Hūgarię regis copijs adiutus, in Italiā uenit, regnū Apulię obtinuit, & Ioannā reginā Ciemēti Pontifici inhaerentem interfici procurauit.	3	1382	
	4	Ludouicus Andegauri dux, & Fracorū regis frater LV fermē Gallorū equitū milia in Italiā ducit, et Apulię regnū cōtra Carolū biēnio debellat, quo demū anno oportune Carolū interemit. Ludouicus Hungarię rex linē uirili prole ē uita migravit.	4	1383	
	5	Pestilentia Florentinos afflixit.	5	1384	
	6	Arrheriū in Florentini populi potestātē deue-	6	1385	
	7	Galeatus Vicecomes Mediolanēis Bernabouem Vicecomitem patrū socerūq; suū eaprium occidit, & eius potitus regno in citeriori Gallia potentissimus euadit.	7	1386	
		Hūgarię proceres gubernationē reginę æquo animo nō ferentes, Carolū Apulię regē euocarūt, q in Hūgariā pfectus cōmuni principū populorūq; fauore regiā coronam accepit, et proximis inde diebus reginę dolo est interiectus. Ladislaus prædicti Caroli titus in Apulię regnum successit, annis 29.			
	8	Sigimundus, qui postea imperauit, Hungarię regnum suscepit.	8	1387	
	9		9	1388	
	10	Templū maius Mediolani beatę Marię indubitū prope tum impēsa, tum artis elegantia solido marmore constructū cęptum, præter Costantinopolitanum diuę Sophię dicatū inter Christianorum templa primatum tenere creditur. Consiēles per Sīndices suos ducali Venerorū dominio se libere tradiderunt.	10	1389	
	11	Iacobus Auermenę dux exercitus Venerorū Comitūq; Virtutum à Francisco de Carraria Paduam, Teruissium ac Ceneā bello obtinuit, Paduamq; Comitū Virtutum, Teruissium & Ceneram Venetijs assignauit.	11	1390	

Pont.

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis.	Salutis.	
		cōtentionib. undecim primarij ciues fautores Pontificis intercepti necāt: Post que pterrefact⁹ Pontifex cū omni curialiū turba Viterbiū cōmigravit, & cōmōratus est ibi aliquot mēses, donec Romani plurib. legationib. illū reuocātes dominationē quoq; urbis eidem reddiderunt.			
	2	Pisā bello & fame domita: in potestātē Florentini populi deuenerunt.	6	1407	
		Pont. CCXII. GREGORIVS XI, annis 2, mensib. 7.			
	1	Gregorius pro unione Christianorum electus obligauerat se ad Pontificatum deponēdum, sed Benedictus qui Pontificatū alterum in Gallia retinebat, se quoq; abdicaret. Cohortantes igitur in principio sese ad abdicationē mutuā offerentes, Saonam, in qua urbe conuenirent, elegerunt, sed in conueniēdo se ad inuicem illudentes maxima Christianorum inuentione maiorem diuisionem coactarunt.	7	1408	
	1	Ladislaus rex per absentiam Pontificis Romā occupauit.	8	1409	
	3	Cōciliū in gēsis Pūis celebrat, in quo accusandæ collusionē Pontifices ambo priuatur, & Alexander Cretensis ad Pontificatum assumitur.	9	1410	
		Pont. CCXIII. ALEXANDER V, mensib. 11.			
		Alexander Ludouico Ludouici Andegauensis filio regni Apulie concessione fecit.			
	1	Florentini a Ladislao rege Cortonam emerūt urbem.	10	1411	
		Imperatorum SIGISMUNDVS XXXIII, an. 27.			
		Pont. CCXIII. IOANNES XXIII, an. 5, mensibus 10.	1	1412	
6610	1	Ladislaus rex a duobus, Ioannis Pontificis in regni finib. p̄ligatus, totius, inquit, regni potestātē hostis in manibus habet, si uti uictoria sciat.			
		Nicolaus medicus Florentiæ moritur, grande relinquens opus quod de omni medicina ex ueteribus autoribus exquiritum adiderat.	2	1413	
	3	Ladislaus rex Romā iterū occupauit, Pontifice cum uniuersa curia Florentiā commigrato.	3	1414	
	4	Ladislaus rex Neapoli moritur, & succedit ei Ioanna soror eius annis 21.	4	1415	
		Leonard⁹ Brunus Aristotelis Ethicorū libros p̄ hæc tēpora Latinos fecit, & decē & octo annos post Polytorum quoq; libros transtulit.			

Concilium

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni Salutis.
			Occidentis.	Salutis.	
		Concilium Constantiæ celebrari coeptū, quod incredibili penē Principum Prælatorumq; frequentia tres annos durauit.			
	5	Ioannes Pontificatu se abdicauit.	5	1416	
		Pontificalis uacauit sedes annis 2, mensibus 6.			
	1	Gregori⁹, q ante Pisanū Cōciliū fuerat Pontifex Constantiam misit, & se legitime abdicauit.	6	1417	
		Benedictus quondam in Gallia Pontifex, se Pontificem pertinaciter asseuerans, auctoritate Concilij rursus improbatu damnatur.			
		Philippus Scholarius eques Florentinus, apud Sigismundum Imperatorem honore & auctoritate primus habetur: Hic copiarum dux atq; Imperator ab Imperatore factus, triginti amplius p̄clis uarijs temporibus Sarmatas et Turcas in Christianos Europæ ruentes superauit, & proprijs quiescere sedibus compulsi.			
	2	Lues ingens, in qua supra sedecim hominū militia Florentiæ periit.	7	1418	
		Pont. CCV. MARTINVS V, Romanus an. 13, mensib. 3.			
	1	Martinus in Italiam reuersus, biennio fere Florentiæ commoratur.	8	1419	
	2	Sigismundus Imperator mortuo Vincislao eius fratre Boemiæ regnum obtinuit.	9	1420	
	3	Valua, in quibus inenarrabili sculpi æris opere noui testamenti historiae sunt, Florentiæ ad sacras Baptistinæ ædes imponūt, & alia in quibus acta ueteris testamenti solido itidem ære reuelatur fabricari hoc anno sunt coeptæ: Vtrūq; sculptor Laurentius fuit statuariæ quidem mirabilis artifex, qui historias ueteres perlimillimas in illis effingens præstantissimum illustrauit opus, quod tamen non minori spatio quam quinque quaginta annorum tempore perfinit.	10	1421	
6620	4	Philippus Mediolanensiu dux occupata Genua urbe, magnū exercitū inter Forū Cornelij Lincei cōtinebat, quia ppter suscipit aduersus eū a Florentino populo bellū, qd̄ usq; ad obitū eius dē ducis durauit an. scilicet 25. Infida tamē nonnunquam & insidiarum plena pace intercedente.	11	1422	
	5	Aureus numus Florentiæ extensus, quia lucratia quædam aliæ ciuitates illum extendentes suo signo figurabant.	12	1423	
	6		13	1424	
			Z 2	Bachus	

MATTHÆI PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis	Anni Salutis.	
				7
8	Venetũ unita cum Florentino populo societate aduersum Mediolanensem bellum suscipiunt.	15	1427	
9	Brixia in Venetorum potestatem deuenit, cuius deinde arx uel & machinis uix est expugnata.	16	1428	
10	Pax facta cum Mediolanensi, in qua Bergomũ quoq; Venetis concessit.	17	1429	
11	Bellum Lucente à Florentinis suscipitur.	18	1430	
12	Solis facta defectio.	19	1431	
13	Paulus Guinilius, qui Lucẽ dominabatur, dolo suorũ captus ad Mediolanensem deducitur, & unã cum filijs diuturno carcere maceratur. Pont. CCXVI. EUGENIUS III, Venetus, an. 16.	20	1432	
6630	1	Mediolanẽsis classis Genuã comparata in ipso quoq; Genuensium littore Venetis Florentiniscq; superantibus profligatur, undecim nauibus longis in fuga interceptis.	21	1433
2	Philippi Mediolanensis supra tria equitũ milia ab equitib. Florẽtini populũ sub Toporio Pisani agri oppido superata, maiore ex parte capiuntur. Sigismundus Imperator Philippi Mediolanensis potentia opibusq; adiutus, in Italiam transit, parumq; prospere, deinde succedẽtib. rebus diuturnis eunctationibus Romam tandem uenit, in qua urbe ab Eugenio Pontifice coronatus est, nec multo post Philippo euocatori infensus trans alpes abiit.	22	1434	

Cosma

CHRONICON.

135

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.
4	Cosma Medice Florentiam reuocato, gubernatio ciuilis reipublice reformata est, & diuersae factionis principes in exilium sunt acti.	24	1436
5	Genueses duos Arragonensium reges non procul Caieta nauali praelio superatos capiunt, & Mediolanum ad Philippum ducunt, qui eos benignẽ suscipiens liberalissime dimisit. Genueses liberationem inimicorum regum indignẽ ferentes, Mediolanensis repulso iugo se in libertatem uendicarunt.	25	1437
6	Florentiã ecclesiam maximã, cuius tutela in terris singulari Philippo architecto curate nullis sustentaculis absoluta est, Eugenius Pontifex solenni pompa dedicauit.	26	1438
7	Sigismundus Imperator diem obiit.	27	1439
		ALBERT-	
		tus 11, Imperatorum XX XV, an. 2.	
8	Concilium Basileã congregatur, lente tamen & parua admodum frequẽtia autoritate prius nutritũ. in quo post diutina moram priuato demũ Eugenio, Amadeus Sabaudia dux ad Pontificatum eligi, quem Felicẽ quartũ uocauerũt.	1	1440
9	Eugenius Pontifex Concilium Florentiã celebravit, in quo Graecorum Imperatore presente de processione spiritus sancti idem quod Romana tenet ecclesia consenserunt. Nicolaus Euboicus latine & graecę linguę atq; elegantia princeps laudatissimus habetur, qui frequẽti Concilio medius assistens, multis & eruditissimis audientibus, me quoq; teste uisente audienteq; disputantium uerba atq; sententias, tum Graecę, tum Latine prolata mira celeritate ultro citroq; in utraq; lingua fidelissimẽ & summo ornatu reddebat. Ambrosius ordinis Camaldulẽsis generalis Abbas, Latinae Graecęq; linguę accurate doctus & bonis omnib. disciplinis ornatus, in eo Concilio clarus habetur. Armenij & Indi in Florentino Concilio cum Romana ecclesia unitatem redintegrarunt. Nicolaus Piceninus copiarum Mediolanensium	2	1441

Z 3 dux



OPERA V. B. C. A. S. M.



MATTHIÆ PALMERII FLORENT.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.	
				dux cum crebris tormentorū icibus Brixiam oppugnaret, & Veronā prodicione euocatus fuisset, intempesta nocte maximis equitum pedumq; copijs urbem illam ingressus obtinuit, quam tertia die Franciscus Sfortiæ filius Comes et Venetorū Florētinorumq; exercit⁹ dux, tanta ut elat⁹ animi præstantia recuperauit, ut singularis memorie facinus habitū sit, ab octaua præsertim diei usq; ad septimā noctis horā atrocis pugnae impetu intra urbē enixius perdurante.
		FRIDERICUS III, Imperatorū XXXVI,		
			annis 54.	
	10		1441	Picenus apud Anglare à nostris superatus uniuersum exercitum amisit, & eius capta uexilla Florentiam sunt delata.
6640	11		1442	Franciscus Sfortiæ filius post multa egregia ac præclara superior in Gallico bello factus, ab amicis inimicisq; pacis iungendæ potestatem suscepit, parumq; postpositis suo arbitratu conditionibus pacem dedit, in qua Blanchā Mediolanensis ducis filiam uxorem accepit, & Cremonam atq; Pontremulū nomine dotis possedit.
	12		1443	Alphonsus Aragonensium rex post diuturnā oblidionem Neapolim capit, & Apulię regnum obtinet. Rainerius egregio Francorū genere ortus, qui in Apulia dominatus est per Hetruriam iter faciens Florentiam uenit, ac inde Pisas, unde mox in Narbonensem nauigauit,
	13		1444	Leonardus Brunus historiographus Florentiæ moritur VII Idus Martij, ætatis suæ anno 74.
	14		1445	Triginta ferme Turcarum milia inter Andrinopolim Danubiumq; à Christianis sunt cæsa, in qua pugna Ladislaus Pannoniæ rex, & Iulianus Cæsarinus Diaconus Cardinalis, & in eo bello Pontificis præfectus, pro Christi nomine interierunt.
	15		1446	Eugenius Pontifex Picenū agrum, quem Franciscus Sfortiæ filius per eiusdem Pontificis concessionem possederat, recepit.
	16		1447	Veneti unico suo & Florētini populi equitatu inter Cremonensem atq; Mantuanū agrū in ripis Padis fluminis magnas equitū Mediolanensium copias profligarūt, posterisq; dieb. iacto super Adduam ponte, & superatis quos tumultuarie

hosti

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.	
				hostis reparauerat equitibus, usq; ad moenia urbis, nullo penit⁹ obuiate, Mediolanensem agrū deprædatur.
				Eugenius Romæ moritur VII Cal. Martias.
				Pont. CCXVII. NICOLAUS V, annis 8.
	1		1449	Philippus Mediolanensium dux, V Idus Augusti apoplexia correptus quadriduo post interijt. Veneti post Philippi Mediolanensis mortem, Laudum & Placentiam occuparunt.
				Papia in Francisci Sfortiæ filij potestate deuenit.
				Alphonsus Aragonensium & Apuliæ & Siciliae rex, nulla prius læcisitis iniuria Florētinis bellum mouet, & per Volaterranum agrū, & inferi quoq; maris littora castella quedam occupat.
				Franciscus Sfortiæ filius Comes, & exercitus Mediolanensium dux Placentiam expugnauit, & in suorum prædam conuertit.
	2		1449	Quarto Calendas Septembres diei hora sexta solis facta est defectio.
				Alphonsus rex oblidione Plombini maritimi oppidi super tres menses fatigatus, cum ex suis multos amilisset, & ceteri labore & æstu maxima ex parte languidi imminentem Florētini populi exercitū formidarent, oblidionē dissoluit, & totū exercitū in Romanū solū reduxit. Vnde suorum quamplurimis egestate et militiae rēdio properanter abeuntibus Neapolim parum post ipse nauigauit.
				Franciscus Sfortiæ filius Mediolanensium copia rū dux, Venetorum exercitū, in quo quindecim ferme bellatorū erant milia, non longe à flumine Addua iuxta Carauaziū oppidū superat, & in fugam uertit, in qua pugna multi sunt capti, inter quos Amorus Donatus in castris à Venetis præfectus, & duces quidam copiarū cum publicis Venetorū & Florentinorū uexillis capiuntur, quæ uexilla Mediolanum in maiorem ecclesiam deportantur, ibiq; suspenduntur.
				Veneti Franciscum Sfortiæ filium sibi reconciliant, et in amicitiam recipiunt, pacatisq; inter se rebus, & terminatis finibus, donec Mediolanū in suum arbitrium potestatemq; recipiat, mensura illi stipendia pollicentur.
				Mediolanenses Laudum receperunt.



C MATTHIÆ PALME

RII PISANI TEMPORVM ET

HISTORIARVM CONTI-

NVATIO.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.
	3		1450
		FRANCISCVS Sfortiæ filius Mediolanum assiduè incursionibus infestat, cum Carolus Gonzaga clarus ciuitatem tuetur.	
		Fridericus Imperator, Nicolao v precibus procurante assiduè, Amadeu Sabaudia ducem in Pontificem sub nomine Felicis IIII per Concilium Basileæ electum coëgit pontificatum deponere, què annos 9, menses 6, dies 7 tenuerat: relicta illi Cardinalatus dignitate, Germaniæq; legatione.	
		Pestilentia ingens, quæ primo in Asia exorta, ac deinde per Illyricu Dalmatiamq; in Italiam serpens, plures postmodum annos ad ultimos Germaniæ & Galliarum fines misere per omnes ferè populos debachatur.	
	4		1451
		Annus quinquagesimus, quem religionis causa & sacramentum & iubilæum appellant, celebris habetur, Romæ tantus numeri populi concursus ex uniuerso Christiano orbe factus est, ut in eius diei crepusculo, qui XIII Cal. Ian. fuit, ad molem Hadriani, tanta fuerit properantium à templo, ac inculantium pressura, ut in ea hominum ducenti ferè perierint, complures quoque in flumen præcipitati absorptiq; sunt.	
		Pontifex cum insolita rei facie, tum misericordia commotus, pluribus in ipso pontis exitu adibus, ne rursus populi confluxus sese in arcto læderet, demolit ^o , marmore delubra hinc atq; hinc in rei monumentum posuit.	
		Amoratus Turcarum Imperator moritur, relicto Mahumeto filio regni successore.	
		Bernhardinus Senensis ordinis Minorum, uir miræ sanctitatis, beatorum catalogo ascribitur.	
6650	5		1452
		Emmanuel Appianus, natione Pisanus, à popularibus accitus Plumbini oppido præficitur.	
		Foedus societatisq; inter Alphonsum Aragonu	

regem

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni Salutis.
		regem Venetosq; inita.	
		Franciscus Sfortiæ filius Mediolani dux percusso foedere sese Florentinis iungit.	
		Fridericus Imperator unã cum eius sponsa Helionora, Eduardi Lusitaniæ regis filia, Romam ueniens, à Pontifice coronatur ungiturq; unde mox Neapoli ad nuptias celebrandas proficiscitur, quæ excellenti Alphonli regis munificentiã perficiuntur.	
		Florentini omnes statuta die Alphonli regno cedere iubentur: idem à Venetis socijs regis fit.	
		Leo Baptista Albertus, uir ingenio præditus acuto & perspicaci, bonisq; artibus & doctrina ex cultus eruditissimos à se scriptos de architectura libros Pontifici ostendit.	
	6		1453
		Constantinopolis, Orientis imperij sedes uix & annis expugnata à Mahumeto Turcarum rege caede diripitur, anno regni eius tertio. In huius urbis populatione Constantinus Palæologus, & ipse matre Helena genitus, Orientis imperator, capite truncatus regni simul et uitæ finem fecit.	
		Theodorus Thessalonicensis, uir græca lingua apprime eruditus, Pontificis iulii cum alia egregia Græcoru uolumina, cum Theophrasti de arborib; plantisq; opus insignis in latinu couertit.	
	7		1454
		Gregorius Triphernus utriusq; linguæ facundus interpres habitus, egregium Strabonis uolumen à se latinum factum Pontifici offert.	
		Paulo Barbo, uiro inter Senatores Venetos claro maxime anmiente, pax in Italia foedusq; in annos 25 initum est.	
	8		1455
		Nicolaus Pontifex gloriosa uita functus Romæ VIII Cal. April. diè obiit, cui postmodu Philippus frater, Ro. ecclesiæ Cardinalis, operis egregij monumentu in beati Petri templo extruxit.	
		Pont. CCXVIII. CALIXTVS III, natione Celtiberus, annis 3. mensibus 3.	
	9		1456
		Iacobus Piceninus causatus deberi patri suo Nicolao pecuniam, Senenses aggressus plura illorum oppida expugnat.	
		Aristoteles Bononiensis architecturae insignis habet, qui lapideas turre integras illas subiectis fundamento lapsibus ad altu traduxit locu.	

Pontifex

MATTHIÆ PALMERII PISANI

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores	
			Occidentis.	Anni Salutis.
		Pontifex bello publicè Turcis indicto Ludouic cum Aquileientem, Romanæ ecclesiæ Cardinali classis præfecit.		
		Vincentius natione Hispanus ordinis Prædicatorum, sanctorum numero ascribitur.		
		Laurentius clarissima Venetorum familia Iustitiana ortus, cum pluribus annis in ordine Canonico collegiatorum congregationis sancti Georgij in Alga, excellentia summa & religionis obleruantia cõuixisset, inde ad Episcopatum Castellanensem diocesis Venetiarum est educus. Postea uerò per Nicolaum summum Pontificem translato Patriarchatu oppidi Cardì, quod est cõfinium Fori Iulij, ad Venetias, ab ipso Pontifice Laurètius eligitur p eo Patriarcha Venetiarum: qui protecto sanctitate uitæ, prophetiæ spiritu, plurimisq; miraculis claruit, ac multa in Christianæ religionis laudem animarumq; salutem reliquit scripta, non scientia acquisita, sed in spiritu diuino. Hoc autem anno v 11 Idus Ianuarias migravit ad cœlos: in eius locum Mathæus Contarenus eiusdem ordinis uir optimi ingenij, prouiditq; consilij suffectus est.		
		Mahumetus Turcarum Imperator Miliam interiorem dedentibus sese Principibus obtinet, anno sui regni quinto.		
2		Varia nuntiata prodigia: In dabinis mense Februano uitulū capitib. duob. ortum Romæ sanguinem apud Veneris portā. in Liguria carnes pluuisse. In agro Piceno ortus infans dentib. ten. facie insolitæ magnitudinis, futuræ calamitatis quæ postea secuta est, magna profecto indicia. Mense Iunio Cometes gradu 25 Canceri in Oriente per mensem uisus.	17	1456
		Pax annitente Pontifice inter Piceninū Senensesq; firmatur.		
		Augusto mense uentorum uis ingens in Florentino Volaterrano que agro plures uillas diruit, Cassianumq; oppidum magna ex parte deiecit. Terramotu egregiæ Campaniæ, Samnitū, Apulorum, Pelignorum urbes omnes multis cum oppidis contritæ, plura quoq; funditus periire. Osmundus Saresbren. præsul Anglorum regia		

Itirpe

CHRONICON.

139

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores		Anni
			Occidentis	Salutis.	
		Itirpe clarus inter sanctos relatus est.			
		Mahumetus Turcarum Imperator ad Taurinum oppidum, quod nunc Albam dicunt, ad confluentes Sauum Danubiumq; situm, a paucis Christianis cruce insignitis fufus, fugatus, cæsusq; castris exutus est, cum Ioannes Carauagala, genere Hispanus, Cardinalis sancti Angeli, ac Romanæ sedis Legatus, magnas illic copias compararet. Quo cum erat beatus Ioannes Capistranus ordinis Minorum, a quo cõciti Pannonij, ut paulo ante diximus, ad insequendos Barbaros magnam stragem infinito hostium numero parua manu dedere, adeo ut creditur sit, precibus, & uotis huius sanctissimi uiri ministros dei pro Christianis pugnasse: bellum autem gettum est die sancti Sixti, qui est VII Idus Augusti, ob idq; Calixtus III Pontifex eo die transfigurationem Domini constituit.			
3		Ad lacum Benacum, haud procul a Salodio, mons magna apertura ad imum dehiscit.	18	1457	
		Cometes quem nigrum appellant, Iunio mense gradu 20 Piscium per mensem uisus, uarie mortalium mentes affectit.			
		Venetis patritij nonnulli ambitus damnantur.			
		Alphõius rex classem 30 triemū Genuam ad exules reducendos nauigare iubens, aduersarios cõfregit.			
		Franciscus Foscarus Venetiarum princeps cum ob senectutē reip. munera obire nequiret. magistratu a senatu abdicatur.			
		Papialis Maripertus Venetiarum dux, in Francisci locum sufficitur.			
		Petrus de monte Venetus Brixienlis præsul, uir suæ ætatis humane diuinæq; sapientiæ insignis Romæ moritur, suæ doctrinæ opere relicto.			
		QUANTVM literarum studiosi Germanis debeat, nullo satis dicendi genere exprimi potest. Namq; a IOANNE GVTENBERG Zum iungen, equite Mogunticæ Rheni, solerti ingenio librorum imprimendorum ratio anno 1440 inuenta, hoc tempore in omnes ferè orbis partes propagatur, qua omnis antiquitas paruo are comparata posteriorib. infinitis uoluminib. legitur.			
		Matthias Ioannis Huniadis filius, Ladislao			

rege



OPERA PALMERII

MATTHIÆ PALMERII PISANI

C	Anni	Imperatores	Anni Salutis.
	mundi. Pont.	Occidentis.	
	rege adolescente adhuc ueneno subtracto, in Pannoniarum Dalmatiæq; regem & sua & paterterna uirtute clarus accipitur.		
4	Iacobus Picenus Alphonſi regis militiæ ductor, Malateſtas in Flaminea uacat.	19	1458
	Perinus Fregolus cum diutius principatum Genuæ retinere non pollet, ciuitatem Carolo Francorum regi ſeptimo tradidit.		
	Ioannes Andegauentis Renati regis filius Genuæ præſicitur.		
	Alphonſus Aragonelium ſuorum temporum rex ſplendidiffimus febre correptus non multos poſt dies in ipſo Neapolitano littore in arce, quam Oum appellant, extinguitur.		
	Alphonſo ab hominibus ſubtracto, Ferdinandus nothus filius Apuliæ regnum, Ioannes frater Hiſpanienſe, Siculumq; obtinent.		
	Mahumetus Turcarum Imperator Corinthum expugnat, atque in omni Peloponnelo tributa imperat, Demetrio & Thomæ fratribus Palæologis inter ſe de regionis imperio diſcordantibus.		
D	Callixtus Pontifex Romanus magni ſpiritus ſenex Romæ viii Idus Auguſti obiit, cui poſtea Rodoricus Boreas ex ſore nepos, Romana ecclēſiæ Vicecancellarius in Februi facello ſepulchrum poſuit.		
	Pont. CCXIX. PIVS II, Senenſis an. 6.		
1	Pontifex Ferdinandum Aragonenſem Apuliæ regem declaras, per Latinum Urtinum Romanæ ecclēſiæ Cardinalem Legatumq; diademate exornat.	20	1459
	Pontifex indicto fidelium omnium Mantuæ conuentu, Roma ipſe profectus ſtatuto die Mantuam uenit.		
	In Mantuano conuentu confluētibus. ex toto Chriſtiano orbe fidelium principibus, ac oratoribus, de intercedo Turcis bello, atq; gerendi modo agit.		
	Franciscus Philoſophus, uir græca latinaq; lingua ſacundus, Poeta inſignis, oratorq; illuſtris agnoſcitur.		
	Conuentum Mantuanum quorundam inuidia nullo iatis firmato, præterquam bello decreto, diſſoluuntur octauo poſtquam euentum eſt menſe.		

Veneti

CHRONICON.

839

Anni	Anni mundi. Pont.	Imperatores Anni	
		Occidentis.	Salutis.
2		21	1460
	Veneti naues duas miræ magnitudinis ſupra quatuor amphorarum milium abſoluunt, quorum mali ſoliditatem in circuitu uix homines quinque complecterentur.		
	Venetis turbo inſolitus naues pleraſq; intra ipſas penè domos ſubmergit.		
	Nicolaus Cuſa Romanæ ecclēſiæ ſancti Petri ad uincula Cardinalis, uir omni doctrina clarus, dum ecclēſiæ ſuæ Biremelis iura actius iuuatur, à Sigismundo Auſtriæ duce capitur, atq; honeſto ſeruatur carcere.		
	Pontifex Cardinalis captiuitate grauiter commotus, & ſacunda oratione in Sigismundum publice inuehit, & eum grauioribus interdictionibus deterret.		
	Iacobus Picenus uel hoſtibus inuitis per Picenum Apuliæ regnum ingreſſus, Lauretinae pleraſq; eius prouinciæ ciuitates expugnat.		
	Mahumetus Turcarum Imperator expulſo Thoma Palæologo, & fratre ſecum deducto, Peloponnelum occupat anno eius 11.		
	Eodẽ anno Mahumet⁹ Turcarum Imper. Trapezontij rege capto & intercepto, Pontum obtinet.		
3	Genua iterum deſciuit à Gallis electo Proſpero Adurno principe, arx tantum in Gallorum poteſtate ſeruatur.	22	1461
	Galli apud Genuam dum obſeſis ſuis ſubuenire ac urbem recuperare nitunt, magna pugna uicti ad naues uſq; ſex de cæli, petiere ea pugna Gallorum ad quatuor milia: Secundum eam pugnam Spineta Fregolus auxilio Mediolanenſis ducis pulſo Proſpero Adurno principatum obtinet, quem non multo poſt per proditionem Ludouici Fregoli qui eum Gallis conuenerat amittit.		
	Catharina Senenſis ſanctarum numero aſcribitur.		
	Margarita ex regio Francorum genere Britannia regina, Henrici regis uxor, in captiui uiri uitionem copijs collectis, Eboracensem ducem apud Fractum pontem magno prælio uictum ſecuri percuffit, nec longe poſt cum hoſtibus, qui uirum ſuum in caſtris ducebant captiuum, unius diei itinere à Londino congregata multa hoſtium caede regem recepit.		
	Henricus rex reginae que modeste uictoria uſi,		

Aa

haud



OPERA VBI BIBE



MATTHIÆ PALMERII PISANI

Anni		Imperatores		Annus
mundi.	Pont.	Occidentis	Salutis.	
	Pont. CCXX.	PAVLVS II, Venetus, annis 7,		
		mente & die.		
		Iacobus Piceninus Neapolim per stipendiorū	26	1465
		speciem uocatus a Ferdinando rege, unā cum		
		Francisco filio captus in uincula conijcitur, ne-		
		que ultra uisus est.		
		Pontifex monitos prius Franciscū & Deipho-		
		bum Angularios, qui in Hetruria munitissima		
		castella obtinebāt, cum nō parerēt, coactis ex-		
		templo copijs improvisos aggredit, moxq; de-		
		dentibus se oppidanis intra dies 18 expugnat:		
		Franciscus cum filijs capitur: Deiphobus fuga sibi consulit.		
		Ferdinandus rex, Alphonu filij sui & Hippoly-		
		tæ Mediolanensium ducis gnata nuptias Nea-		
		poli regio luxu celebrat.		
		Dominicus Malatella uir clarus nullis liberis		
		relictis moritur, cuius uicariatū recipit ecclesia.		
		In Gallijs magnus excitatur tumultus, cum Ca-		
		rolus frater regis adolescentior regni sibi par-		
		tem peteret, essentq; nonnullæ inter reges Phi-		
		lippumq; Burgundiæ ducem suspiciones, quæ		
		res in summum discrimen regnum adduxit, fa-		
		uentibus adolescentulo principibus, adeo ut		
		supra 300 hominum milia sumptis armis ad Pa-		
		ritiensem ciuitatem conuenirent, auxilijs undi-		
		que non solum ab uniuersa Gallia confluenti-		
		bus, sed a Germanis Italicq; complures alijs ue-		
		nerē, tum & a Francisco Sfortiæ filio Mediola-		
		nensiu duce missus est opem regi laturus Ioan-		
		nes Galeatius primogenitus, cum electorum		
		equitum tribus milibus.		
		In Hispania magnum bellum inter Henricum		
		III regem & Alphonsum fratrem, nobilitate		
		præsertim iuniori fauete, quod multos postea		
		annos prouinciam afflixit.		
		Georgius Scandarbous uir bellicis artibus cla-	27	1466
		rus, ut prouentes in se Turcas cæde ingenti		
		proternit.		
		Franciscus Sfortiæ filius Mediolanensium dux,		
		magnis per Italiam rebus gestis summa tran-		
		quillitate, regno liberis uxoreq; Blanca atque		
		aucta re fortunatus, 67 ætatis suæ anno Me-		
		diolani obiit.		

CHRONICON.

Anni		Imperatores		Annus
mundi.	Pont.	Occidentis.	Salutis.	
		Ioannes Galeatius, qui Francorum regi auxiliū		
		tulerat, patris morte cognita magnis itinerib.		
		cum paucis iter nō sine periculo emensus, Me-		
		diolanum uenit, principatumq; fauentibus om-		
		nibus obtinuit.		
		Pontifex cum obitu Mediolanensium ducis I-		
		talía in bellū excitata uideretur, ac noui in Par-		
		menli agro motus nunciarentur, grauib; epi-		
		stolis & nūcijs erigētes se principes populosq;		
		sua autoritate coercuit.		
		Florentiæ dum primores ciuitatis de honore		
		autoreq; inter sese contendunt, uulgus in par-		
		tes scinditur, alijs Petro Medice Cosmæ, cuius		
		supra meminimus filio, alijs Lucæ Piccio fauen-		
		tibus, ad arma concursum, mox reconciliatis in		
		ter se Luca Piccio & Petro Medice, nobiles plu-		
		res urbe pellunt, inter quos fuere princeps An-		
		gelus Acciolus, Diocelanus, Neronius, Ni-		
		colaus Sodorinus.		
		Fœdus inter Ferdinandum regem Ioannemq;		
		Galeatium Mediolanensem ducem ac Florenti-		
		nos renouatum: In quo Fridericus quoq; mōtis		
		Ferratrēlis sociorū militie princeps declaratur.		
		Pontifex publico consistorio Georgium Bohe-		
		mię regem hæresi damnat, dignitateq; ac regno		
		priuat.		
		Romæ Sol trigeminus uisus multorum mētes		
		turbauit.		
		Bartholomæus Cogliō siue Caput Leonis Ber-	28	1467
		gomentis, dux suæ ætatis opulentissimus, qui p-		
		annos 15. Venetorū exercitus Imperator, lon-		
		ga pace quietus ingentē aurū uim ab illis acce-		
		perat, quam etiā sua prudētia auxerat, collectis		
		equitū peditūq; 15 milib; in Florentinos ducit		
		exercitum, exules reducere uelle dictitans.		
		Florentini accersitis a Neapoli Mediolanoq;		
		sociorum copijs, quibus Mediolanensium ipse		
		dux Alphonsus Arragonensis Ferratrensisq;		
		præerat, uenienti Bartholomæo non longe ab		
		Imola occurrunt.		
		Philippus Burgundionum dux magnis rebus		
		gestis felici senectute extinguitur, Carolo filio		
		regni successore relicto.		



MATTHIÆ PALMERII PISANI

Table with columns: Anni mundi, Anni Pont., Imperatores Occidentis, Anni Salutis. Entries include: Sixtus appellatus, Pont. CCXXI. SIXTVS IIII, natione Ligur, sedit annis 10. Portugalliae rex magna classe fretum Gaditanum transgressus...

to post

CHRONICON 144

Table with columns: Anni mundi, Anni Pont., Imperatores Occidentis, Anni Salutis. Entries include: to post extincto infante regnum occupant. Petrus Cardinalis sancti Sixti, qui Italiam legatus percurrebat, morbo ex intemperie contracto Romae ingenti Pontificis dolore moritur. In solita aquarum liccitas perennes quosque fontes exhaurit.

ret, quod



MATTHIÆ PALMERII PISANI

C	Anni	Imperatores	Anni
	mundi.	Pont.	Occidentis. Salutis.
			ret quod effecit. Nam postmodum inter Italiæ Potentatus initum est fœdus, Pontifice auto- re, in quo rex primus ascribitur. Ad Flitri fluminis partem, quam Mundantiam Valachiamq; appellant, ingens Turcarum ca- des facta est, in qua primi exercitus periere. Iudæi qui Tridenti degebant furtim quodam puero arrepto, cui Simon nomen fuit, VIII Ca- lendas Apriles, qui dies passionis Domini fuit, in ea omnia passionis mysteria operati sunt. Quo diuinitus cognito, Iudæi qui id egerant, uarijs supplicijs crudeliter necati meritis pœ- nas luerunt: Corpori uero ipsius pueri, ob ma- xima incredibiliq; miracula, Basilica erecta est. Iterum Turcæ inferiorem ingressi Misiam ma- gna cæde iteruntur. Dehinc magnam Genuensium urbem, quam ad Maotidem adhuc possidebant Genuenses, expugnant.
D			Carolus dux Burgundiorum partē Gallie quā Lothoringiam dicunt, expugnat. Eduardus rex Britannia a Carolo Burgundio- num duce in Gallia cum multis militibus euo- catus, contracta mox cum Ludouico rege affi- nitate, atq; nouem annorum inducijs firmatis, a bello quietus recessit ad suos.
	5	Matthias Pannoniæ rex castellum Turcarum	37 1476
		ad ripam Sauri fluminis triginta diebus expu- gnat ingenti gloria. Venijs Petrus Mozenicus dux moritur, in cu- ius locum Andreas Vendramminus sufficitur. Ferdinandus rex Hispaniæ in agro Numanti- no Portugalliæ regem profligat. Nicolaus Estensis, qui de imperio ciuitatis eum Hercule dissidebat, Ferrariam clam ingressus primo Septembris, primo impetu aduersarios exterruit, mox concursu Sigismundus fratris Herculis, eiectus urbe, palude latitans capitur, nec multo post capite obtruncatur, adolecens omni uirtute insignis. Ioannes de monte Regio non minor Anaxi-	

mandro

C H R O N I C O N.

145

A.	Anni	Imperatores	Anni
	mundi.	Pont.	Occidentis. Salutis.
			mandro Milelio, aut Syracusano Archimede, utraq; lingua eruditissimus, Germanorum de- ctus, ob Astronomiam, cæterasq; mathematicas disciplinas a Matthia Pannoniæ rege, Nurem- bergenlibus que perpetuo donatus stipendio, Celendario ædito Ephemerideq; a nostris Dia- rio dicta, maxima cura, labore, ingenioq; com- posita, inductis nouis Astronomiæ tabulis, re- probatis que Gerardi Cremonensis Theoricis, Romam ad emandandum Pãschalem Diony- sij computum a Sixto III Pontifice accitus, dum pleraque posteritati parat, non sine maxi- ma studiosorum iactura morbo perijt: Vfus est præceptore Georgio Burbachio Germano in Mathematicis excellentissimo, cuius Theori- cæ scientissimæ impressæ circumferuntur.
	6	Galeatius Maria Mediolani dux, ob iram ere-	38 1477
		pti libi fundi a Ioanne Andrea Lamprognia- no nobili Mediolanensi, eo die qui protomar- tyri Stephano celebris habetur, in ipsius marty- ris templo ad aram incautus confoditur. Carolus Burgundionum dux, qui Belgis fe- re omnibus imperabat, dum Lingones Treui- ros que debellat, apud Venacoum oppidum in Treuitorum finibus magno praelio, quo ad horas 30 continenter pugnatum est, uictus occiditur. Frumenti præcij per uniuersam ferme Italiam, ac Romæ maxime ob anni intemperiem au- ctum est, adeo ut libra a sibus tribus uenierit. Genuenses morte Galearii Mariæ Mediolanen- sium ducis sese in libertatē uendicarunt factio- ne Fiscorum populum cõcitante, sed non mul- to post Spinulis atque Adornis contrariæ fa- ctiones annitentibus uicti in Mediolanensis po- reitatem redacti sunt.	
	7	Ludouicus Gallia rex, v 1 Idus Februarij Ve-	39 1478
		netos in fœdus accepit, quod cum Ioanne du- ce Philippo Maria Mediolanensi duce, Floren- tinis, Herculeq; Estensi Ferrariæ duce antea per- cullerat. Assanbatus Hazoncassanus Parthiæ, Persiæ,	

Bb Media



MATTHIÆ PALMERII PISANI

Table with columns: Anni mundi, Anni Pont., Imperatores Occidentis, Anni Salutis. Entry for Ludouicus Sfortia Galeatij Maris Mediolanensis...

MATTHIÆ PALMERII PISANI CHRONICON FINIS.

ERVDITI CVIVS-PIAM TEMPORVM CONTINVATIO CVM ADDITIONE.

Table with columns: Anni mundi, Anni Pont., Imperatores Occidentis, Anni Salutis. Entry for MARIA ducissa Burgundia...

claudit

CHRONICON.

151

Table with columns: Anni mundi, Anni Pont., Imperatores Occidentis, Anni Salutis. Entry for claudit extremum. Carolus VIII eius filius Francorum...

Cc Matthias



ERV DITI CVIVSPIAM

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni Imp.	Anni salutis.	
				Matthias Pannoniæ rex, postquam oppidum Sabatz Turcarum præsidio firmatum armis cepisset, Vienna Austriæ civitatem expugnat occupatq.
				Duces Bavarie Christophorus & Albrechtus fratres, de patria inter se dominio belligerantur.
6685	2	47	1486	Maximilianus Austriæ decimosexto die Februarii comuni electorum principum voto, Francofurti rex Romanorum declaratur, ac decimo Aprilis iuxta morem, Aquisgranum coronatur.
				Albertus Marchio Brandenburgensis, princeps bello & pace clarissimus, Achilles Germanicus nuncupatus, diem extremum claudit in huius comitijs.
				Carolus dux Sabaudie sextus, auxilio Ludovici Stortie, cognatum suum Aloysium, Salutarum Marchionem post multa bella superat ac omniditione spoliat.
				Alphonfus Calabriae dux, Insubrium & Florentinorum auxilijs confirmatus, Robertum Sanctuerinatem tum finibus regni arcet, tum Rom. Pont. oppida populatur: Qua de re necesse fuit, Innocentio pacem dare Ferdinando Siciliae regi.
				Albrechtus dux Bavarie, captus aliquot adversum se conspirantium castris, Ratisponam tandem occupat.
6686	3	48	1487	Sigismundus Austriæ dux, pro componendis rebus dominorum Arculi & Lodroni, exercitum in agrum Roboretensem ducit, ibiq; varijs belli eventis certando, tandem iuxta Tridentum Venetos omnino vincit.
				Regnum Bethicum, quod & Granatae dicitur, virore bellica a rege Hispania obtinetur, egregium laudabile & Christianum facinus, decusq; Hispanorum immortalis.
				Maximilianus rex, dolo Gallorum a Flandrensibus capitur obsideturq; Brugis, sed brevi post patris sui copijs ex Germania superiore aduentantibus liberatur.
6687	4	49	1488	Fridericus III Cæsar, Gandavum obsidione cingit. Suevi pro tuenda mutua pace ac quiete, foedus inter se decennale iniierunt, quod ita inviolabiliter diu magna suorum securitate con-

servantes,

CHRONICON

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni Imp.	Anni salutis.	
				servantes, potentissimos quosque principes ad id longius extendendum allexerunt.
				Genua Ligurum potentissima urbs, duci Mediolanensium post multa damna civibus illata tandem redditur.
				Innocentius Pontifex bello premitur.
6688	5	50	1489	Doriphori inferiorem Germaniam fortissimis stragematibus debellant, nonnunquam hoc nomen sibi haud intermouitura gloria comparant.
				Ferdinandus V rex Hispania, Catholici cognomen, ob crebras contra Saracenos victorias sibi & suis fortitur.
				Nicalius Brabantinus, a natiuitate sua cecus, homo ingeniolissimus Louanij primum artium magister, deinde autoritate apostolica sacerdos, tandem Coloniae iuris Pontificij doctor creatus est, ac diutum scholis prælegendo tum ecclesijs concionando (semper oculis captus) non sine miraculo præfuit.
				Salerni princeps cum compluribus, viæ Columnæ sum opera, per Alemanniam in Gallias tyrandem regis Neapolim effugit.
6689	6	51	1490	Noruegia a Pont. permissum est sine uino calicem sacrificare, quod ob immensa frigora uinum in eam regionem importatum mox accescat.
				Matthias Vngaria & Dalmatiae rex, maximis in Turcas uictorijs clarus, Viennæ moritur, post quem Maximilianus Austriam suam cum dicta civitate recuperasset, ac maximo exercitu Albam quoq; regalem cepisset, ab Vladislao Polono Bohemorum rege præuentus, ex pacto solum successoribus suis regnum illud obtinuit.
				Sigismundus Austriæ dux liberalissimus, Comitatum Tyrolensem Maximiliano regi per manus tradidit gubernandum.
				Octingentæ domus ac tria hominum milia Constantinopoli fulmine pereunt.
6690	7	52	1491	Maximilianus rex conuentum Imperij Germanici apud Norimbergam maximis de rebus agitat.
				Nigra legio, reliquæ exercitus Matthiae regis demortui, in finibus Morauia & Austriæ latro-

cinan

ERVDITI CVIVSPIAM

Anni	Anni		Anni	Anni
mundi.	Pont.		Imp.	salutis.
		commoto uniuerso Imperio, bellum suscitauit atrocissimum: in quo diuersis locis uiginti millia pugnatorum occubuisse feruntur, uincētibus semper Heluetijs apud Prastentz, Hard, Schuuaerloch, Bruderholtz, Dornegk, &c.		
		Cremona ducatu Mediolanensium ablata, circa omnem expugnationē in Venetorum manus Gallorum consensu deuenit.		
		Balilea Rauracū in itē fœdus cum Heluetijs & tū temporis in ea urbe uicesimo secundo die Septembris Cæsar Maximilianus, certis interuenientibus arbitris & pactis pacem cum Heluetijs fecit.		
6699	8	Ludouicus Sfortia dum persequitur hostem, in manus hostium proditorie deuenit, & in Gallias omni perditio dominio abducitur, ubi tandem naturali fato concessit.	7	1500
		Alecius Cardinalis Ludouici frater, in fuga capitur, & tandem à Venetis regi Gallorum traditur.		
		Alexander Pont. iubilæum concedit.		
		Emanuel Lulitaniæ rex naues ad Indiam, circum nauigata Africa, mittit, & res claras ac memoria dignas aggreditur, quæ narrante Aloysio Cadamusto Veneto, qui illius peregrinationis comes fuit, cognitæ sunt.		
		Ioseph Indus Alexandro vi Romæ res Christianas presbyteri Ioannis, & ecclesiarum Orientaliū, ultimæq; Indiæ nostris satis similes narrat.		
6700	9	Philippus Archidux Austriae, peractis Caroli ipsius primogeniti filij, ac Claudæ Ludouici filij nuptijs, amicitiam firmat cum rege Gallorum, & in Hispaniam ad focum reginam transit.	8	1501
		In Germania multis in locis litores initar dominicæ crucis, & insignij passionis Domini, uestimentis & corporibus tam uirorum quam mulierum inopinato apparuerunt.		
		Florentini, Senenses, Bononienses, Ferrarienses, Mantuani & omnes Eridani ciuitates Gallis confederantur.		
		De Siali Ismaele, id est, propheta Ismaele, qui dicitur Sophi, Persarum rege, rumor mirabilis coepit audiri.		

Neapolis

CHRONICON.

155

Anni	Anni		Anni	Anni	A
mundi.	Pont.		Imp.	salutis	
6701	10	Neapolis, missis à rege Gallorum copijs, iterum in regis Gallorum uenit potestatem, & Fridericus eorum rex in Galliam uenit.	9	1502	
		Alexander rex Sarmatiæ cum focero suo Mosco uitarum duce, de finibus regnorum belligeratur.			
		Norimbergenfes ciues maxima clade ab equitibus Marchionis Onolspachenlis afficiuntur.			
		Margaretha Austria Philiberto Sabaudiensium octauo duci nubit.			
		Illustissimus Saxonie princeps elector, dux Fridericus, Academiam Vuitenbergensem fundat.			
		Liga rusticorum, quam uulgo Den bundt schuch, uocant, in dioceli Spirensi seditionem immodicam aduersus superiores suos excitat.			
6702	1	Alexander VI moritur, cui succedit PIVS III, antea Franciscus Piccolomineus Senensis dictus, qui paucos dies uixit.	10	1503	
		Hunc ferunt diui Petri Apostolorum principis uestigia imitatum.			
		Mortuo Augustino Barbadico Venetorum duce illustissimo, Leonardus Lauretanus reipublicæ præficitur.			
		Cruciculæ in uestibus hominum, per totam ferè Germaniam, & in pantibus quoque simillacis denuo apparent.			
		Comes Rauenstanus classem ducit in Turcas, qui rebus infeliciter apud Mitylenem actis uix se in Galliam recepit.			
		Ioannes Dalburgius Vuormariensis episcopus doctissimus & literatorum omnium Mæcenas diem extremum obit.			
		Pio III susceptus est IULIVS II Pontifex, natione Ligur Saonenlis, sedit decennio.			
6703	1	Arturus Henrici VI regis Angliæ filius, Mariam regis Arragoniæ filiam, duxit in uxorem.	11	1504	
		Portus magnus Mauritanie Cæsariensis in Africa à rege Hispaniæ obtinetur.			

Philippus



OPERA

ERVDITI CVIVSPIAM

Anni	Anni		Anni	Anni
mundi.	Pōt.		Imp.	salutis.
		Philippus Castellæ princeps, Archidux Austriae, classe Hispaniam petens aduerso uento unâ cum coniuge compellitur in Angliam, unde secundis flatibus restitutus, prius muneribus magnificè a rege insulæ donatus, abiit, suam nauigationem in Hispaniam peragens.		
		Post obitum ducis Georgij, intestino bello Comes Palatini Rheni, ac duces Bavarie de hereditate digladiantur, donec Maximiliano Imperat. partes suas interponente arx Kopshtain cum Bentzenauerio capitur, ac Palatini passim expugnântur, magnèq; Bohemorum copiæ iuxta Ratisponam occisæ sunt.		
6704	2	Omnes in regno Granatæ coguntur aut fidem Christi suscipere, aut e regno migrare.	12	1505
		Ex altera parte Africae regnum Magnicongo regi Lulitaniae foederatum fidem Christi suscipit.		
		Circa principium mensis Iulij Maximilianus Caesar comitia Coloniae Agrippinae habuit, ubi bellum Bavaricum componitur, & Palatinus Rheni in gratiam cum Imperatore redit.		
		Ioannes Iouianus Pontanus, qui iuxta & in componendo carmine & in dictanda soluta oratione elegantissimus ac Ciceronianus ab Italis est habitus, cum nullo præceptore philosophus summus Astrologusq; perspicacissim ^{us} euasisset, septuagenario maior Neapolis obiit.		
		Audita rebellione ducts Geldriae Maximilianus Caesar cum Brabantinis & Germanis ius oppidum Arnheim obsidens, ducem imperata facere coëgit.		
		Elizabeth, mauortia illa urago, Hispania regis uxor, post triumphatos Saracenos uitam cum morte commutauit.		
6705	3	Sophi Persa & Tureis in Asia conflagunt, ac caelis multis Turcis narratur Persa euasisse superior.	13	1506
		Cometes per aliquot dies apparuit sub Vrba maiore mense Augusto.		
		Vniuersale Gymnasium Francofurdia ad Oderam à Ioachimo Brandenburgense Marchione ac principe electore fundatur.		
		Maximilianus Caesar in rebelles Vngaros expeditionem		

ditionem

CHRONICON.

156

Anni	Anni		Anni	Anni
mundi.	Pont.		Imp.	salutis.
		ditionem mouet, ac capto Pofonio, primores regni in suas pertraxit, pacemq; fecit.		
		Mylhusen oppidum ad Heluetios foedere se coniunxit.		
		Ludouicus Gallorum rex, rupto foedere & pacto feudi Haganoæ præstito, Lombardiam armato milite ingreditur.		
		Philippus Castellæ & Legionis princeps, Archidux Austrig, filius Maximiliani, ac pater Caroli Imp Burgis in Hispania moritur mense Septembri.		
		Iulio Pontifici Maximo Bononia restituitur, pullo Ioanne Bentiuolo.		
6706	4	Genuenses qui paulo ante rebellauerant, & suos nobiles expulerant, cuius omni opinione à Ludouico XII Gallorum rege superantur, & acceptis quibuscunq; regibus in deditioem uentunt.	14	1507
		Paulus de Nouis tinctor, quem ducem eorum Genuenses creauerant, ex conflictu per mare fugiens, Pisis à classe Gallica capitur & decapitatur Genue.		
		Comitia Imp. Augustus Constantig habuit cum principibus regni Germanici, à uicesimo tertio Aprilis die in Augustum mensem usq;.		
		Sponsalia contrahuntur inter Carolum regem Castella Archiducem Austrig, & Mariam Henrici VII Anglorum regis filiam.		
		Carolus dux Geldriae rupta concordia aduersus Maximilianum, suppetijs regis Gallorum Brabantinos uehementer molestat, frustra opitulante Cesare.		
6707	5	Imp. Maximilianus, Pont. Max. & Gallia rex, confoederationem Cameraci faciunt, ut communi apparatu bellico expeditione in Venetos moueant, quod dum machinantur, uaria Martis alea decennale serè sibi utrinq; prælium suscitauit.	15	1508
		Mense Februario mortuus est Vienna Pannoniæ Conradus Celtæ Protucius, primus Poëta Laureatus inter Alemannos.		
		Germani in Valle Cadubrij à Venetis occiduntur, à quibus & Foro iulium diripitur.		
		Defuncto Alberto Bavarie duce, uxor eius, soror Maximiliani Caesaris, cenobium tertiae regulae S. Francisci ingressa, Monachæ uitam solitariam deinceps egit.		

Sarrapa



OPERA BIBLIOTHECÆ

ERVDITI CVIVSPIAM

Anni	Anni		Anni	Anni
mundi.	Pōt.		Imp.	salutis.
		Satrapa quidam Machufiorum ex Barbaria, uulgo rex à Feus dictus, apud Cefarē à Germania exulat.		
6708	6	Conuentus procerū Imperij, à Maximiliano ad Calendas Maij Moguntiam indictus, soluitur, & ad festum S. Ioannis Vuormatiæ celebratur.	16	1509
		Pifani in potestatem Florentinorum ueniunt.		
		Veneti instructus utrinq; aciebus cum Ludouico Francorum rege confligunt, à quo obrinetur in campo, & Bartholomæus Dalufianus dux exercitus eorum captus, primum ducitur Mediolanum, deinde in Galliam.		
		Veniunt in potestatem Gallorum Brixia, Bergomum, Cremona, Crema, & reliqua quæ rex sui iuris esse causabatur.		
		Mirabiles & inauditi terræmotus urbem Constantinopolim uexauerunt, domus innumera & arces ruerunt, arx præcipua tyranni collapsa est, ut tyrannus, qui nunc est magnus Turca, aliò confugere compulsus sit. Populus multus & prociues quàm plurimi turbine intercepti perire.		
		Maximilianus Cæsar Veronam, Patauium, Teruissium, & suorum sociorum quàm plurima à Venetis recuperat.		
		Iulius II Seruiam, Rauennam, Imolam, Fauentiam, Foroliuium, & reliquas ecclesiæ terras, quas detinebant Veneti, obtinet.		
		Rex etiam Hispaniæ Brunduliam, Tarentum, & alia ab eiusdem detenta suæ ditionis recuperat loca.		
		Oranum in Africa ab Hispanis capitur.		
		Septem homines syluestres ex ea insula, quæ terra noua dicitur, Rothomagum adducti sunt cum cymba, uestimentis & armis eorum: Fuliginei sunt coloris, grossis labris, stigmata in facie gerentes, ab aure ad medium mentum instar liuidæ uenulae per maxillas deductæ. Barba per totam uitam nulla, neq; pubes, neq; ullus in toto corpore pilus, præter capillos & supercilia: Baltheum gerunt, in quo est bursula quædam ad tegenda uerenda, idioma labris formant, religio nulla, Cymba eorum corticea, quam homo una manu euehat in humeros: arma eorum, arcus lati, chor-		

dæ

CHRONICON.

157

Anni	Anni		Anni	Anni
mundi.	Pont.		Imp.	salutis.
		dæ ex intestinis aut neruis animalium: Sagittæ, cannae saxo aut osse piscis acuminata. Cibus eorum carnes tostæ, potus aqua, panis & uini & pecuniarum nullus omnino usus. Nudi incedunt, aut uestiti pellibus animalium, urforum, ceruorum, uitulorum marinorum, & similibus. Regio eorum parallelus septimi climatis, plus sub occidente quàm Gallia regio supra occidentem.		
		Apud Bernam Heluetiorum, Prædicatorij ordinis monachi, obgannientes in purissimam intemeratæ uirginis conceptionem, ob dolosissimum maleficium comburuntur, magna Bernensibus gloria, iniuriarum temper benedictæ uirginis ultoribus.		
		Erphurdie ciuile bellum inter plebem & senatum propter insolitas exactiones surgit, adeo ut dux Saxonum & Episcopus Moguntinus pro ea re arma sumerent, tumultus tamen ille Smalkaldiæ per Episcopum Herbipolensem postea confopitus est breui.		
6709	7	Iulius Pont. Max. reconciliatur Venetis, & exercitum ducens Mutinam capit, & Mirandulam, quam Ioanni Francisco Pico loci domino restituit.	17	1510
		Bugia in Africa obtinetur ab Hispanis.		
		Terræmotus magni quatunt Florentiam, Rauennam, Venetias, Foroliuium, & pleraq; alia loca cum magno incolarum in Italia terrore.		
		Conuentus principum Germaniæ, unâ cum Gallicis, Arragonum, Vngarorum & Bohemiæ regum oratoribus edicto Cæsaris apud Augustam Rhetiæ celebrat.		
		Franciscus dux Mediolanensis apud Cæsarem in Germania exulat.		
		Guilelmus Hassiæ princeps libertati restitutus, patriæ dominium, aduersus fratris sui defuncti filium, affectate tamen coram Imperij principibus penitus examinata, concordiam cum tutoribus inire compulsus est.		
6710	8	Mirandula recuperatur à Gallis, & Mutina Maximil. regi traditur, Bononia item defecit à Pont.	18	1511
		Concilium Gallicanum celebratur Turonis:		
		Idem continuatur Lugduni.		
		Tripolis in Africa obtinetur ab Hispanis.		
		Augustæ Vindelicorum uirgo quædam fuisse fer-		

Dd tur



OPERA MUSEI BIBLIOTHECÆ



ERVDITI CVIVSDAM

Anni mundi.	Anni Pont.	Imp.	Anni salutis.	Text
				Heluetij Burgūdiæ ducatum Cæsaris nomine de bellantes, pacem, accepta à Gallo pecunia, inuitis reliquis Germanis faciunt.
				Principes Bauariæ propter Testamentum parentis demortui non leuiter dissident.
				Gallus ad Nouarram Lombardiæ oppidum, pugna aduersus Heluetios & Cæsarem succumbit, inde adeo Maximilianus Sfortia dux Mediolani restituitur.
				Zelimus undecimus Imperator Turcarum, à fratre Ahmato in Bithinia bello pettus, ipsum ex toto omni auxilio in Perliam fugere coëgit.
				Sophi Persarum rex, Scythiam intra Imaum ingressus, fortissime omnia illic cepisse fertur.
				Mense Septembri dux Moscouitarum ui occupat arcem Smolentzko, quæ est sub Polonorum dominio in Lituania.
				Emmanuel rex Portugalliæ Auream Chersonesum, quæ Malacha ab incolis dicitur, Saracenis eripuit, unà cum Emporio totius eius regionis ualidissimo.
6713	2	21	1514	In Sueuia & Vngaria seditiones grauissimæ excitantur à plebe. Nam in Vngaria Cruciferi contra nobiles & sacerdotes, qui tamen solertia regis pacati sunt breui. In Sueuia, Der arm Kuntz. Vuirtenbergensem ducem exagitat.
				Ludouicus XII Franciæ rex sub initia huius anni diem extremum claudit, cui FRANCISCVS Valelius in regno successit.
				Sigismundus Sarmatiæ, quæ & Polonia dicitur, rex egregiam nactus est uictoriam aduersus Moscouitas, inter Sossam & Boristhenem fluuios, occisus plus minus octingentis milibus hostium, captisque equitibus quatuor milibus; Ex quibus quod religionem Græcam profiterentur, aliquot Romæ Pontifici mittuntur, Verum ab Imperatore intercepti, per regem Daniæ saluo conductu in patriam suam reducti sunt.
				Dux Saxonum Georgius, ciuitatem Thammensem in Phrysa hostiliter capite diripit.
				Sophi Persa, Turcarum Imp. Zelano maximas copias in Armenia maiore trucidat.
				Pfefferkorn Iudaus, ob audacissima in Euchari-

stiam

CHRONICON.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imp.	Anni salutis.	Text
				stiam facinora, Hallis Saxonum uiuus crematur, forcipibus prius discerptus.
6714	3	22	1515	Franciscus Sickingerus, nobilis Germanus, Viromatiam impugnat.
				Tantis incrementis per totam Europam lacus & flumina intumuerunt, ut Germania ad instar insule, inter Rhenum & Danubium natate uisa sit.
				Maximilianus Sfortia, procurante Cardinale Seldunenli, Heluetios cum ingenti Insubrium ac Hispanorum manu, Briansonem Alpinorum oppidum inuadere iubet: Quare Galliarum rex ex citatus, innumeris copijs Alpes superat, inq; hostium agrum descendit, ubi paulo post in uigilia exaltationis S. Crucis, cum Heluetijs prælium anceps commisit, nam multos generosos rex è suis eo uesperis desiderauit: Die uero sequenti fortuna commutata. Inde Mediolanum à Gallis iterum unà cū duce capitur.
				Conuentum maximum ac splendidissimum Cæsar Maximilianus Vienna Austria cum regibus Vngariæ, Poloniæ, & Bohemiæ agit, fœdus perpetuum mediante affinitate cum eisdem inuit.
				Gallus salutato Pont. Bononiæ, & uictoria elatus, reditum parat in patriam, relicto Mediolanenlibus, Insubribusq; duce Borbonio; Quem Cæsar conflatu nouo exercitu per Veronensem agrum adortur, cognita tamen Mediolanenlium defectione, Borbonius ad obsidionem usq; Germanos accedere passus est. Verum interea Cæsar de morte regis Pannonum certior factus, obsidionem soluens, domum cum suis abiit.
				Circa initia Decembris, Sabina uxor ducis Vuirtenbergenlis, à familia Bauarorum, elam marito suo per Dieterum Spæt Vracho abducta est: Quod factum dehinc fomes multorum malorum exitus.
6715	4	23	1516	Nouum fœdus rex Franciscus Galliæ, cum Catalo Austria rege Hispaniæ, donatis mutuo aureis, torquibus per legatos inijt Parisijs, in quo multa utrinq; de Nauarra Neapolitanoq; regnis tractata sunt.
				Ladislao VII Vngariæ & Bohemiæ rege delucto, Ludouicus II filius ambob; in regnis patri successit.

D d 3

ERVDITI CVIVSDAM

Anni mundi.	Anni Pöt.	Anni Imp.	Anni salutis.	
				Thomas Muntzerus uulgius apud Turingos persuadet gladium Gedeonis Deo sibi ad occidendum omnes impios traditum esse: Similiter & apud Sueuos Christophorus Schapplerus aliquot articulos de Christiana libertate, de non dandis decimis redditibusq;, &c. promulgauit: quibus crabronibus sex seditiosorum hominum & rustica turba passim, usque adeo per totam Germaniam contra monachorum nobiliumq; exactiones excitata, sequere armis, latrocinari, deniq; & magistratus suos inclementissime debellare cepit, ut non modo in tyrannidem superiorum iuxta institutum animaduertere, uerum etiam fasq; piumpq;, quo iure, qua iniuria, e medio tollere existimata sit: Eam furiam tamen prudentia principum, & in primis confœderatorum Sueuicæ exercitus, opinione citius coërcuit: nã quatuor ad summum mensibus, plusquam centena milia tumultuantium rusticorum apud utranq; Sueutam, Fraconiam, Byntzgouiam, Elsatiam & Thuringiam, Euangelio abutentium, occisa feruntur.
				Andreas Gritti, post Antonium Grimanum, septuagelimus nonus dux Venetijs creatus est.
6725	3	7	1526	Carol. v. Imp. inuictus, nuptias quam splendidissimas decimo die Ianuarij, cum Isabella Portugallia regis inclyta sorore, Hispalis celebrat. Bruchi, locustæ et moluri omnia terræ nascentia, olera, fructus ac frumenta bis hoc anno in tota Apulia depascuntur. Turcæ ingenti exercitu Vngariam uastantes, nemine repugnante Petrouardinum dirissima obsidione premunt ac capiunt, deinde prope Danubium hostiliter ascendentes, castra in agro Quinq; ecclesiensi figunt: quo loco rex Ludouicus illis parua & maxime Germanorum mansuetipatus (nam Vuayuoda apud Septem castrones potissimas Vngarorum copias detinebat) occurrere uolens, iuxta Mohatz uillam mense Augusto fortiter pro patria cum suis occumbit. Solymannus uictoria tam cruenta ferocior factus igne ferroq;, utranque fluminis ripam longe lateq; Strigonium usq; depopulatur, & decimo

mo quinto

CHRONICON.

163

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni Imp.	Anni salutis.	
				mo quinto Septembris die Budam funditus direptam incendit, ac præda onuitus, iterum nemini prohibente aut insequente, Constantinopolim cum tripudio abit. Clemens vii Pont. dux Mediolanensis, rex Angliæ & Veneti, rogante Parlamento Galliarum sensatu, foedus cum omnibus Hetruriae Lombardiæq; ciuitatibus contra Imp. Carolum ineunt, si uel hoc pacto Hispanos Germanosq; ex Italia commodius eijcere possint. Pont. Max. coniuratorum antesignanus, sub mensem Septembrem non paruum aduersus Carolum v conferbit exercitum, cuius negotij gratia et estigto Fronspergus cum Sueuis peditibus Italiam petit, Caesarisq; partes egregie tuetur. Hugo Episcopus cum suis Canonicis, relicta Constitatia leues & ciuiles ob causas, ultro Merspurgum ac Vberlingam proficiscitur, unde ille in antiquam ciuitatem reditus haud facillime speratur.
6726	4	8	1527	Ferdinandus Archidux Austriae, electus Bohemorum rex, uicesimo quarto mensis Februarij die, ab Olomutensi Præsule maximis ceremonijs Pragæ cum uxore coronatur. Vehementissimus quidam ab Oriente uentus, tantum tamq; dirum cicadarum in Poloniae regnum coniecit agmen, ut & hominibus & brutis præ his periclitandum fuerit. Dux Urbinae uaria apud Italos pro parte Pontificis aduersus Caesarem, Venetorum consilio machinat. Romana urbs ab exercitu Caroli Imp. sexta die Maij ex improviso capitur, uastatur, & in decimum quintum diem usq; miserabiliter diripitur. Pont. ipse scia mole Adriani obsessus, post plurimas illusiones, cum aliquot Cardinalibus & Episcopis in manus Germanorum Hispanorumq; sese totum dedere coactus est: uerum mitissimus Caesar, mox Pontificem libertati pristinae donari iussit.
				Poloni, à Tartarorum Bathoris Cam filio, infolitam

Ee litam



GERMANI CVIVSDAM

Anni	Anni		Anni	Anni
mundi.	Pōt.		Imp.	salutis.
		gloriosissime quam uictoriosissime interfuit) deter- ritus, amissis plurimis equitibus Imperfectate iudi- briose retrocedere compulsus est.		
		Andreas de Atria Genuens, ex mandato Caroli v. sub hoc belli fortissima classe, Coronam ciuitatem Peloponnesi, expulsis Turcis, cepit. Ea tamen post biennium Turcis restituitur.		
		Nouus cometa Septembri & Octobri, mane ite- rum sub Virgine, Libra, ac Scorpione, intra tropi- cos circulus est uisus.		
		Carolus Cesar per Foro iulium Mantuam abiit, un- de Papam Clementem de uento Bononiae magnifi- centissime conuenit.		
		Altera die Nouembris Frisij, Hollandi, Seelandi, ac Flandrenses, improuiso & ueluti Deucalioni dilu- uio iterum periclitantur.		
		Franciscus Galliarum, & Henricus Angliae reges, coeuentu maxime magnifico Calestij congregantur.		
		Apud Lindauum in lacu Aeromo monstru habi- tu est, uirtulus per totum duplex, bina habes capita, octoq; pedes, unico coalitus uentre ac pectore.		
6732	10	Cesar Carolus v postq; pacem Italianis principib; ci- uitatibusq; stabilisset, mense Aprilis ornatissima clas- se Genua soluit, atq; paucis diebus Hispaniam non sine suorum summa congratulatione adpulit.	14	1533
		Cacodaemon Sagae cuiusdam causa, oppidum Schilt- tachenae in Germania superiore, funditus combus- sisse ipso Parasceues profesto fertur.		
		Tertius cometa intra biennium effulsit, hic a fine lu- nij per Iulium totum in principio usq; Augusti, sub parte Septemtrionali Galaxiae, Geminos Taurum & Arietem retro ascendendo perambulauit.		
		Hispanienses nauarum, ductu Imp. Caroli, incogni- tas quasdam insulas, tanti auri & argenti copijs re- fertur, ut incredibiles dictu ipsarum sint diuitiae, hoc anno primum & inuenere ex nouo, & armis ce- perunt.		
		Andreas Alciatus Mediolanensis, iuris & huma- nitatis omnis doctissimus prudentissimusq; uir, postquam Biturigibus in singulos annos octingen- tis coronatis conductus a Gallis, leges ciuiles		

non

CHRONICON.

167

Anni	Anni		Anni	Anni
mundi.	Pont.		Imp.	salutis.
		non parua laude professus esset, tandem in patriam ampliore stipendio pro restauratione studij Ticinē lis siue Pautensis uocatus est.		
		Pont. Max. Massiliae conuentum cum Gallorum rege agit, ubi post alias multas machinationes, He- ricus dux Angolianus, a Britanniis in regem, huius filius, neprem quandam beatissimi patris Clemens- tis, Urbani titulo decoratam, ducit in uxorem.		
		Terramotus insolitus, ac ualidissimus, uentus Curi- am Bludentum, Velcurionem, Sangallum & uici- nas Rheno regiones decimo sexto Nouembris cir- ca medium noctis terribiliter exagitat.		
		Nobilis illa Sueuorum liga coeederationisq; post lo- gas plurimum consultationes dissolutionesq; tandem procurate etiam Galloru rege respicitur ac dissoluitur.		
6733	11	Infelix, annone caritas, sex tam annis continuat, Ger- manos, praecipuo Rhetias, premit.	15	1534
		Monsteriensis ciues, admilla ex Hollandia Frysiacq; Anabaptistarum illuue, Episcopum suum urbe eij- ciunt, ac tota Vuestphalorum gentem non immerito aduersum se utrorumq; insigni clade concitant.		
		Vdalricus dux Vuirtembergensis, Hessorum prin- cipis auxilio, patriam suam recuperat, & omnes ini- micos ex ea fugat mense Martio. Postea ducis Saxo- niae Ioannis Friderici electoris opera, certis condi- tionibus pax cum rege Ferdinando facta est.		
		Sophi Persarum rex potentissimus & Christianus, Turcis acerrimo praelio ad Euphratem fluium co- gressus praefectum ipsorum Abrahamus, uulgo Ym- brai Balla uocatum, cum toto exercitu superauit: Quam cladem dum Imp. Soleymanus ex Epipha- nia Tauros usq; infesto cruentissimoq; agmine uia- dicatum properaret ac iam uinceret, a Sophianis in- terclusus uix in Syriam uiuus effugere potuit.		
		In uniuerso Poloniae regno, tantae inundationes hac aetate fuerunt, arecente reliqua Europa, ut Crac- ouiae & Casymiriae lapideos pontes moeniasq; cu- multis aedificijs rapidissima euerterint flumina.		
		Apud Bredauum Brabantiae oppidum nonin- gentae & sexaginta domus fortuito igne uicesimo quinto die Iulij exustae sunt.		
		Lubecenses ad sinum Codanum cum duce Hol- landiae		

Ff

latiae



GERMANI CUIVS DAM

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imp.	Anni salutis.
		Dux Mediolanensis, sublati aliquot patriæ proditoribus, altero Nouembris die moritur.		
6735	2	Principes & ciuitates Euangelicæ (uti uocantur) Sæctæ, conuentum de firmanda inter se religionis concordia Smalkaldicæ, præsentibus etiam Galliæ Angliæq; regum legatis habent.	17	1536
		Anabaptista Basileæ semetipsum maceravit per 19 dies, ut neq; ederet neq; biberit.		
		Bernensium copiæ Gebennam profectæ, & liberauerunt eam obsidione.		
		Rex Romanorum Ferdinandus Basiliensi ciuitati omnia priuilegia, quæ habent, amplissima, confirmauit.		
		Rex Franciæ magnam partem Allobrogum occupat.		
		Carolus Imperator bellum gessit contra regem Franciæ, Massiliæ, & in Picardiâ.		
		Erasmus Roterodamus Basileæ obiit ætatis suæ anno 69.		
6736	3	Constantiensis lacu piscium magna periit multitudo, aquaq; mortuos eiecit in littus, ita ut putredo, teterrimusq; odor causa fuerit morborum pecori & hominibus, quod periculum ut declinarent partim mandarunt terræ, partim reiecerunt in aquam.	18	1537
6737	4	Pontifex Paulus III reconciliauit Imp. & regem Franciæ inter se ferè triennium bella gerentes. Foedus inierunt unâ Imp. Carolus, rex Ferdinandus & Veneti.	19	1538
6738	5	Carolus Imp. & rex Franciæ Parisijs conuenerunt. Carolus Gent oppidum subegit, pœna de quibusdam ciuibus sumpta, qui defectionem meditabantur.	20	1539
6739	6	Comitia celebrata sunt propter religionis dissentiantia dogmata Haganoë. Vuormatiæ habitus conuentus doctorum uirorum atq; principum propter religionem. In plerisq; locis Germaniæ per totam æstatem non pluit, & multa flumina & fontes exiccantur. In Germania inuenti qui uillas, urbes, incendio cõsumpserunt, ex quibus quidam deprehensi supplicij sunt affecti, & eo tempore magna penuria aque, sed magna copia uini.	21	1540

In Italia

CHRONICON.

160

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imp.	Anni salutis.
		Comitia celebrata Ratisponæ per Cæsarem, regem, principes, & ciuitates.		
6740	7	Sub dioceli Spirensi in Pago Rod, puella 11 annorum uixit sine omni uictu ad biennium.	22	1541
		Nobilis de Landenbergk inuadit Rotuulenses. Budam cepit Turca, multiq; de Christianis fortiter pugnantibus ceciderunt.		
		Pestis grassata ferè per totam Germaniam. Imp. Cæsar naufragia passus, oppugnante ciuitatem Argieram.		
6741	8	Spiræ comitia celebrata, in quibus est delibatum de expeditione in Turcam. Iaurinum urbs à Turca expugnata & spoliata. In Zurzach pago Helueticò, ubi quotannis duo frequentissima sunt emporia, nauis ob multitudinem hominum, qui in eam impetu quodam confluxerant, ima petens fracta est, in qua 60 homines submersi sunt.	23	1542
		Lutzenburgum expugnatum à Gallo & tota circumquaq; regio, dein iterum à Cæsarianis subiugata. Moscorum dux cum rege Sarmatiæ pacem ad annos aliquot pactus. Legatio 700 equitum circiter Nonas August. Creouitiam missa. Interim multa milia Tartarorum, quæ in Poloniam irruperant, regijs auspicijs nobili uiro Bretinzonio Capiteo ad unum cæsi. Mox inuasa Tartaria, & adeo uastata, ut nec infantibus, nec muliebri sexui parum sit. De ista Tartaria loquor, quæ Europa est, secundum Borysthenem amnem in Euxinum protensa.		
		In Italia tanta fuit siccitas, ut etiam flumina arida facta sint. Item uermes enati sunt, qui frumenta in agris absumpserunt, quos fumo conati sunt perdere. Pestum Christiani amiserunt, amissis illic multis egregijs bellatoribus. Muldenses & Vuallachi in Transyluaniam irruperunt, abduxeruntq; aliquot hominum milia. Iuliacense bellum deuastauit ferè totam inferiorem Germaniam.		
6742	9	Strigonium in Hungaria à Turca expugnatum, multi caeli, & capti. Papiionu ingès numerus, in multis Germaniæ ciuitatibus uolitarit cateruatim, nō sine admiratione.	24	1543

Ff 3

Hiero:

GERMANI CVIVS DAM

Anni mundi.	Anni Pōt.		Anni Imp.	Anni salutis.
6743	10	Hieronymus Gemuseus Mylhufanus doctor medicus & philosophus moritur.	25	1544
		Acie decertarunt Gallicus & Caesarianus exercitus in Pedemontana regione, ubi tum Gallicus exercitus cum Heluetijs uicit.		
		Bellum Gallicum & Caesarianum uiguit iuxta Lutzburgum, multa oppida capta & spoliata, uillae incensa, rustici ad stipem redacti.		
6744	11	Dux Brunswuicensis Henricus bellum contra Electorem Io. Fridericum ducem Saxoniae & Landgrauium Hassiae, & eis adherentes uicinas Imperij ciuitates mouit, quem ipsi magno coacto exercitu in custodia coegerunt.	26	1545
6745	12	Turca quaedam arces in Panonia ui & dolo cepit. Colloquium Ratisponense institutum, & multi ex doctis ad illud uocati, quo uia ad concordiam apta, inueniantur.	27	1546
		Bellum inter Caesarem Maiestatem & (quos uocant) Protestantes obortum, & ingens ab utraq; parte collectus fuit exercitus, iuxta Ingolstadium castra posuerunt, tandem cum Saxoniam a duce Saxoniae Mauritio sollicitaretur, domum rediit dux Elector Ioannes Fridericus dux Saxoniae, dein Landgrauus Hassiae Philippus.		
6746	13	Ioannes Fridericus elector dux Saxoniae in conflictu captus a Caesarea Maiestate, multis ex suis amissis. Dein Wuirtembergae se dedit cum toto ducatu.	28	1547
		Philippus Landgrauus Hassiae se fidei Caesaris Halae commisit.		
		Beatus Rhenanus Selerstadiensis e thermis rediens Argentinae diem extremum clauit.		
		Cicadarum 22. Iulij cecidisse (ferunt) in Austria ingentem multitudinem.		
		In Bohemia rex Ferdinandus multos propter seditionem puniuit.		
		Rex Angliae Henricus moritur, in cuius locum Eduardus substituitur filius regis.		
		Anna ex regia profapia Hungarorum, Ferdinandi regis uxor moritur.		
		Franciscus Galliarum rex moritur, cui successit filius eius Henricus.		

Tor-

CHRONICON.

170

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imp.	Anni salutis.
6747	14	Torgae nuptiae cum filia regis Daniae & Augusto frater Mauritij ducis celebratae sunt.	29	1548
		Constantiam ciuitatem Caesarem maiest. milites inuaserunt, qui desideratis non paucis, coacti sunt re infecta discedere, sed & Constantienses multos quoque ex ciuibus amiserunt, tandem se Ferdinando regi dederunt.		
6748	15	Philippus Caroli quinti filius, ad patrem (Bruxellae agentem) in Germaniam profecturus Mediolani magno principum populique fauore & obsequio nouum annum auspiciatur.	30	1549
6749	1	Iulius tertius, mense Februario electus pontifex.	31	1550
6750	2	Mauritius dux Saxoniae & Albertus, confederati bellum maximum excitarunt in Germania.	32	1551
6751	3	Magdeburgum ualido exercitu cingitur.	33	1552
6752	4	Mauritius statim post conflictum cum Alberto moritur.	34	1553
6753	5	Florentiam Arno fluius inundauit.	35	1554
6754	6	Gallorum rex occupauit insulam Corsicam.	36	1555
6755	7	In regno Neapolitano belligeratum fuit inter summum pontificem & regem Philippum, donec tandem pax confecta bonorum diligentia.	37	1556
56	8	Philippus rex Hispaniarum, Sanctum Quintinum oppidum munitissimum occupauit.	38	1557
6757	9	Moritur Maria regina Angliae sexta Nouembris, statim decimafexta eiusdem mensis Elisabetha Henrici octauis filia, ex Anna Bolenia prognata, in regnam eligitur.	39	1558
		Henricus rex Galliae Caeterum expugnauit.		
		Carolus quintus Imperator principibus Electoribus Imperium resignauit.		
		Ferdinandus archidux Austriae, decimaquarta die mensis Martij in Imperatorem Franckofurti electus est.		
6758	10	Moscouita grauissima bella gessit contra Liouonenses.	40	1559

CHRONICORVM
FINIS.

BASILEAE, PER HENRICVM
PETRI, MENSE MARTIO,
ANNO M. D. LIX.



por comission del su offi en este libro se
corregi conforme al exemplar de marzo 1385

J. Me
de la Cruz

